

UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY
AA 000 538 397 1

THE LIBRARY
OF
THE UNIVERSITY
OF CALIFORNIA
LOS ANGELES

Digitized by the Internet Archive
in 2008 with funding from
Microsoft Corporation

http://www.archive.org/details/oratoresatticiet09dobs

# ORATORES ATTICI

ET QUOS SIC VOCANT

# SOPHISTÆ

OPERA ET STUDIO

GULIELMI STEPHANI DOBSON A.M.

REGIÆ SOCIETATIS LITERARUM SOCII

---

TOMUS NONUS

DEMOSTHENES



LONDINI

EXCUDIT J. F. DOVE

(APUD QUEM ETIAM VENEUNT)

A. S. MDCCCXXVIII.

# DEMOSTHENIS

## QUÆ EXSTANT OMNIA

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

CONTINUA INTERPRETATIONE LATINA

VARIETATE LECTIONIS

SCHOLIIS TUM ULPIANEIS TUM ANONYMIS

ANNOTATIONIBUS VARIORUM

H. WOLFII OBSOPŒI TAYLORI MARKLANDI JURINI MOUNTENEII STOCKII HARLESII
F. A. WOLFII SPALDINGII AUGERI RÜDIGERI WUNDERLICHII BREMII
ALIORUMQUE ET SUIS

ILLUSTRAVIT

GULIELMUS STEPHANUS DOBSON A.M.

REGIÆ SOCIETATIS LITERARUM SOCIUS

ACCEDUNT ANIMADVERSIONES

REISKII DOUNÆI WEISKII AMERSFOORDTII

ET NUNC PRIMUM PUBLICI JURIS FACTÆ

THOMÆ STANLEII VEL POTIUS JACOBI DUPORTI

NECNON ADVERSARIA

PETRI PAULI DOBREE

GRÆCARUM LITERARUM APUD CANTABRIGIENSES

NUPER PROFESSORIS REGII

---

TOMUS QUINTUS

ANIMADVERSIONES IN DEMOSTHENEM

---

LONDINI

PROSTANT APUD J. F. DOVE

A. S. MDCCCXXVIII.

PA
3479
A1
1828
v. 9

# TABULA

EORUM QUÆ CONTINENTUR

IN

## TOMO NONO.


| | Pag. |
|---|---|
| Reiskii Præfatio ad sua Demosthenica . . . | 3 |
| Reiskii Annotata in Demosthenem . . . . | 12 |
| Hieronymi Wolfii Prolegomena in Olynthiacam I. . | 303 |
| Hieronymi Wolfii Annotationes in Olynthiacam I. . | 315 |
| Ἱερωνύμου Βολφίου Σχόλια εἰς τὸν Α. τῶν Ὀλυνθιακῶν | 344 |
| Dounæi (Downesii) Prælectiones in Philippicam de Pace . . . . . | 361 |
| Weiskii Dissertatio super Oratione de Halonneso . | 423 |
| Weiskii Annotationes in Orationem de Halonneso . | 432 |
| Amersfoordtii Introductio ad Orationem de Symmoriis | 441 |
| Amersfoordtii Annotationes ad Orationem de Symmoriis . . . . . | 447 |
| Stanleii, vel potius Duporti, Prælectiones in Orationes de Symmoriis et de Rhodiorum Libertate . | 467 |


1406535

# I. IACOBI REISKE

## ANNOTATIONES

AD

# DEMOSTHENEM.

# IO. IACOBI REISKE

AD

## ANNOTATIONES

# SUAS DEMOSTHENICAS,

ET AD

## SYLVAM VARIANTIUM

IN

# LIBRIS DEMOSTHENICIS LECTIONUM,

# PRÆFATIO.

Jus et fas utique fuerat, æque lector, his modo absolutis Wolfianis atque Tayloranis a me subjecta protinus, meisque ipsius annotationibus præmissa fuisse hæc duo. 1. Tourrelli ad plerasque Philippicas et ad orationes, alteram Æschinis in Ctesiphontem, seu contra coronam Demosthenis decernendam, et alteram adversariam Demosthenis pro Ctesiphonte et pro corona sua (cur Tourrellus orationem de male gesta legatione annotationibus illuminare insuper habuerit, haud constat). 2. Wolfianam reliquiarum Demosthenicarum interpretationem. Verum gravissimæ causæ volenti intercesserunt, hæc primo loco, quod satisfaciendum tandem aliquando esset eorum, quos diutius sustinere, neque æquum, neque honestum, neque excusabile fuisset, nam adhucdum prorsus negatum fuit satisfacere, flagitationibus; quorundam etiam suspicionibus erat occurrendum, si qui fuere, qui cessationem atque dilationem editionis annotationum mearum pro larva jactantiæ et impostura habuissent. Æqui omnes ultro fatebuntur, si viam tenere vellem, cui ut adstringerer in programmate Anno 1768. edito, promiseram me cauturum, secundum Demosthenem statim reliquos oratores fori Attici uno tenore fuisse edendos: id quod profecto halitu oris confici non poterat. Cum Demosthene simul annotationes omnium measque dare, textui substratas, non sinebat angustia chartæ; nam sic sæpissime senæ ad octonas paginæ, omni prorsus vacuæ oratione Demosthenica intercessissent revolvendæ; quæ res molestissima fuisset, præsertim Demosthenem legenti, cujus periodi tam extentæ et tam implicatæ uno conspectu perlustrari, et uno spiritu perlegi volunt. Demosthenes in forma tam minuta, cuncto instructus apparatu, statim textui substrato, solus octo ad decem volumina implesset. Alius teneri modus in oratoribus minoribus poterat, quorum esset alia dicendi ratio, minorque ad eos annotatorum, et sæpe plane nulla copia. Præterea, cum Demosthenes et minores excuderentur, sperabam futurum, ut ad eum ornandum novæ, undè unde, copiæ advenirent, mihique otii tanto plus superfuturum mea Demosthenica expoliendi et locupletandi; quod otium mihi præter spem negatum fuit. Citius ergo, quam nunc, huc perveniri non poterat, ad facultatem puta mea Demosthenica in publicum proferendi. Quæ quanti sint facienda, cujusque est existimare, quem iis uti ad lectionem Dem. juvabit. Quam mihi cruda, impolita, illaborata ipsi videantur, in præfatione ad primum volumen hujus apparatus critici jam conquestus sum: quo accedit in cumulum malorum hoc ingens malum, quod, quo tempore annotationes meæ mihi e vetustis schedis expromendæ, excutiendæ, inter

transcribendum locupletandæ, alias decurtandæ atque contrahendæ, denique variis modis digerendæ atque transformandæ et retractandæ essent, inciderent hæc opera, virum gnavum et vegetum postulans, in tempus tam iniquum, ut per totam ætatem meam iniquius aliud nunquam attigerim. Jam complures annos molesta et insidiosa (nam pertinax et rebellis erat) tussis vires meas labefactarat. Jam ab ineunte hoc vere ad hoc dici sævit, fibras pulmoneas erodit, evellit, exscreat, radices vitæ meæ convellit, et dilaniat. Qua mali diuturnitate et sævitie tam sum fractus, et exinanitus, et enervatus, ut vix in cubiculo vel lecto (nam sic loquebantur veteres, sed hodierni, hanc Latinitatem haud capientes, in œco usurpant, literulis exercendis consecrato) rectus et constans inambulare possim. Hoc est illud iniquissimum tempus, quod dico, quo oppressus annotationes hoc volumine comprehensas conscripsi, et variantes, dudum ante collectas, auxi. Habebunt in æstimanda mea opera Demosthenica æqui arbitri horum incommodorum et humanæ infirmitatis rationem.

Jam seorsim mihi de Tourrello adhuc nonnihil est admonendum, antequam ulterius procedam. Magna atque sunt meritoque celebrata Tourrelli de Demosthene merita. Sed, ut orator disertus magis, qui erat, quam ut subtilis criticus, Demosthenem tractasse mihi visus est, et in colligenda materia annotationum historicarum majorem industriam, et in extricandis nodis chronologicis atque genealogicis solertiam, quam in perspiciendis sententiis obscuris, aut mendis corrigendis sagacitatem atque felicitatem approbasse. Sæpenumero a sententiis oratoris ita late aberravit, ut constet, eum, cum e conjectura vertisse, tum Græce nescisse. Homo Tayloro in sedulitate oratoris historicos et chronologicos scopulos tollendi simillimus, a reliquis ejus vitiis, putidæ et caliginosæ dictionis affectatione, vanitate et arrogantia scholastica, venatu et venditatu minutiarum liber, humanior atque liberalior, ut Francum decebat. Opera ejus in his nostris terris inventu rarissima multi emtorum mei operis, de quo certissime mihi constat, summas mihi gratias habituri essent, si liceret ipsis per me Tourrelliana hoc in volumine legere ; quorum emtorum bona pars magis annotationibus historicis, quam criticis ducitur. Et solas Tourrelli annotationes cum summariis, cuique orationi præmissis, sine Francica orationum versione, si edidissem, id quod jam parabam facere, videntur illæ parum ultra alphabetum impleturæ fuisse: verum, re diligentius pensitata, visum est ab hoc proposito desistere ; ne meæ materiæ, cujus tantum suppeteret, in tanta spatiorum angustia, quam Wolfiana atque Taylorana mihi reliquam fecerunt, locum prorsus præcluderem. Deinde noram, jam dudum permultos desiderium mearum annotationum ægerrime ferre, quos diutius suspendere nefas fuisset. Porro noram, homines copiis librariis affluentes queri, si cogantur eadem rursus emere, quæ jam dudum in forulis habent, divites nempe illi atque beati, de aliorum penuria securi. Tum Tourrelli quicquam redditurum nusquam receperam. Alias pari jure etiam Lucchesini commentationes fuissent recudendæ, quæ Tourrellianis nil cedunt, et nescio, an quodammodo quoque præferendæ sint, nihiloque crebriores inventu his in terris sunt. Prævidebam quoque, non posse fieri, quominus cœptum hoc meum deteriorem in partem acciperet Athanasius Augerus, V. C. Professor eloquentiæ Regius in Collegio Rothomagensi, a quo brevi post Demosthenem universum Francice redditum et historice criticeque illuminatum exspectamus. Cui ut totum Tourrellianarum reliquiarum arbitrium salvum et intactum relinquerem, jus et fas postulabat. Sed ad rei caput tandem devenio. Reliquiæ hæ Tourrellianæ no dignæ quidem sunt recudi. Scatent scoriis, quas eliquari par fuisset: quæ res neque otii, neque stomachi mei est. Vix tertia earum pars ad Demosthenem proprie quicquam facit; reliqua miscellanea, trivialia, nescio quam vera, e Morerio, Baudrando, similibus promtuariis, corrasa, et veluti scopis conversa: quamquam hoc ad invidiam bono viro faciendam dictum nolim, aiens, me hoc non explorata re, neque certa scientia fidentem, sed mera probabili suspicione ductum dicere. Inquirant, quorum interest hac in re certam veritatem deprehendere.

Wolfianam item interpretationem Latinam Demosthenicarum reliquiarum multis de

causis perquam expedisset, atque necessarium fuisset reddi; optavique sæpius me mihi spatia ampliora primitus statim fixisse. Verum ne ipse quidem prævidere poteram, materiam inter manus ita quasi succreturam esse; tum si emtores ad opus XV. voluminum invitassem, ecquem non absterruissem? Porro si recudenda interpretatio Wolfiana fuisset, non sola mera, intemerata, debuisset repræsentari, sed etiam annotationes criticæ ei substerni, quibus lapsus ejus benigne indicarentur, et blande castigarentur; quemadmodum Sylburgius in Dionysio Halicarnass. Lapi atque Gelenii interpretationes recensuit. Quæ opera ut est perutilis et pernecessaria, ita a mea persona abhorret, qua de re pluribus alio loco exposui. Annotationes ad Dem. meas conscribenti mihi si libuisset, aut potius licuisset, Wolfianam interpretationem inspicere, nullum dubium est, quin ea mihi largam materiam disputationum fuisset præbitura: verum neque allubescebat ægrotanti, neque alias jucundum erat præceptorem et censorem agere, otioque non abundabam (nam intra paucas hebdomadas illas, quibus Wolfianarum et Tayloranarum annotationum ea pars, quæ volumine hoc Apparatus secundo exhibetur, sub prelo sudaret, annotationes meæ ad Philippicas, ad or. pro corona et or. de falsa legatione, cum hac præfatione, mihi fuerunt, animoque corporeque misere languenti, conscribendæ, ne operæ feriarentur); denique cavendum erat, ne materiæ alienæ luxurians copia locum domesticis meis copiolis præriperet.

His de omnibus ergo sive addendis, sive excludendis videbit atque pro arbitratu suo videbit is, qui olim aliquando novam Demosthenis et oratorum minorum editionem super hujus meæ fundamentis condet, ubi deficientia supplebit, et disjecta membra colliget atque coaptabit. Meis de annotationibus quod novum hoc loco, præter illa jam passim locorum alibi dicta, dicam, pæne nil habeo. Ab homine conscriptæ sunt, e valetudine torpente et pæne ad omnia nauseante; ab homine, non ventosam multifariæ lectionis gloriam venante, sed quem non puderet, ubi lectorum quorundam videretur e re fore, etiam ad minuta et pædagogicalia descendere; qui contenderet, locorum obscurorum sententias, sine odio, sine obtrectatione cujusquam, simpliciter et sine ambagibus, quibus posset verbis planissimis enucleare et declarare. Quos mutavi locos, quosve correxi, sive mea, sive librorum auctoritate fidens, eos diligenter et religiose indicavi. Auctores ubi nullos prodidi, simpliciter *correxi* dicens, ibi correctionum auctores sunt codices, sive manu scripti, sive dudum typis excusi; quorum nomina in variantibus lectionibus, lector, invenies. Correctiones rursus ab ipso memet profectas, præterquam quod in ipso textu asteriscis insignivi, in annotationibus quoque nominatim quibusque locis cavi admonere, quid meum esset; et causa mutationis ubi minus aperta videretur, eam mutationem paucis verbis purgare atque approbare contendi. Vineta mea memet cædere haud puduit. In Wolfii et Taylori metalla ne inciderem, sedulo cavi, quamquam non ubique locorum effugi imprudens cum his, aut cum Marklando, collisionem invitam. Locos Scholiastarum ad Hermogenem crebrius recitavi, non quo bonarum doctrinarum atque novarum et inauditarum summique faciendarum pleni essent, sed quo collectio hæc Aldina inventu rarissima est, cujus usuram Ernestius, senior, V. C. Theologus et literator nobilis, prædicatione mea major, mihi concessit, si quis forte literatus ad horum Scholiastarum et ad veterum technicorum, seu rhetoricorum, qui secundum Aldum typis nunquam renovati sunt, incitaretur studio recoquendi. Hæc ferme forma est mearum ad Dem. annotationum, quorum pars nunc in hoc secundo Apparatus volumine prodit, reliqua in tertio prodibunt, si per fata licebit, inservitura lectorum usibus, et obnoxia futura censorum æquitati aut malevolentiæ, intelligentiæ aut imperitiæ et temeritati. Jam superest, ut de variantibus lectionibus dicam, quæ meis ad Demosthenicam quamque orationem annotationibus subjectæ sunt.

Negotium spissum et perquam molestum, ob indiligentiam veterum, unde suas lectiones hausissent, dilucide et certis atque indubiis notis et nominibus designandi. Dubitabam itaque initio, num meliores tantum lectiones e farragine mearum sche-

darum deligerem, an totum effunderem. Faissent, qui illud laudassent, sed erant contra multo plures, qui hoc malebant. Et præstat utique semper in ejusmodi re, atque tutius est, liberalitate donandi, quamvis insint, quibus uti nequeas, quam parcitate peccare; quorum illud fidem tuam testatur, utut lectori operam deligendi relinquat; hoc de diligentia judicioque tuo dubium relinquit, et arrogantiam tuam prodit, quasi lectoribus tuis haud satis multum sagacitatis inesse credidisses, qui delectum ipsis præripuisses. Et profecto ante omnes primo mihi delectus hic durus et anceps fuit, ut sæpe, promerem an premerem aliquam lectionem, ambigerem. Tentabam opus, sed progressus usque ad p. 24. rursus abjiciebam molestum et infructuosum conatum: et præbeo hic quæcunque olim in schedas congesseram undecunque lectionum Demosthenicarum. At hoc nolim tamen, hanc crudam molem, sic ut nunc est, vel auctam etiam, per omnes, quæ postmodum exsistent, editiones Dem. majores, provolutari. Unam ab aliquo viro docto nostrate, aut in Belgio, vel Anglia, condi editionem, in qua mea hæc tota, sed reformata, cum cuncta hac sylva variantium, eaque etiam, cum e libris bonis, tum ex editionibus aliorum veterum auctorum, aucta verbatim reddatur, id tantum abest ut nolim, ut potius in votis habeam. Verum ea ne mera recusio, seu recantatio i tra paucos annos esto, antequam mea exemplaria distracta sint, qua re magna calamitas rei meæ familiari, et magna mihi injuria inferretur, sed reformatio et digestio multis annis agitata, industria et felicitate colligendi, acrimonia et veritate judicii perfecta, sic tamen ut a me scriptorum ne syllabam quidem mutet, solummodo errores in annotatiunculis cuique loco addendis demonstret atque corrigat, deficientia addat, et partes operis nunc distractas copulet in melioremque ordinem redigat. Post editam ejusmodi plenam omnibus numeris absolutamque editionem, acquiescent postmodum Demosthenis lectores severo et acerbo lectissimarum lectionum delectu, a viro docto in minore quadam editione faciendo.

In nævis collectionis meæ variantium hunc videntur multi esse numeratari, quod auctores vulgatæ nusquam ediderim, sed solummodo auctores lectionum a vulgata discedentium. Vulgatam appello ubique Morellianam, ex Aldina expressam, nisi ubi Morello visum fuit ab ea discedere. Fuerat id quidem profecto non inutile, sed infinitum in modum laborem meum et molem operis duplo exaggerasset. Ipse in nævis hunc pono, quod lectionem Wolfianam non indicaverim, cum editionum superiorum nulla consentientem, sed aut Feliciancæ vestigia prementem, (quod vellem ubique factum esse) aut, id quod dolet multo sæpius factum, conjecturas pæne omnes Wolfianas pro verbis Demosthenicis subjicientem. Taylorus hanc lectionem Wolfianam, maculosam et infidam, recudit, neque tamen in annotationibus eam sive examinans, sive explanans, repetit, ut cum mea editio exemplum aliud repræsentet, lector, Wolfiana aut Taylorana carens, ignoret, quid lectionis Taylor seu defendat, seu impugnet. Cui malo citius occurrissem, si prævidissem: sed nunc demum post excusas Taylori annotationes deprehendo, Taylorum observans fatis habere loci cujusque a se in annot. agitati primam quamque vocem ponere, cum addito κ. τ. λ. quæ res lectori operam tomum quemque Dem. revolvendi imponit. Molesta universe res est, in Taylorana annotationes non textui, sed orationis cujusque calci subjectas esse, unde incommodum exsistit, ut necesse tibi sit, ad locum quemque librum revolvendi horsum prorsum. Taylorus nempe typographo primum dabat excudendam orationem quamque seorsim; tum absoluta cujusque impressione, cessandum erat operis ad annos: mittebat orationis cujusque folia a prelo uda ad Marklandum rosticantem; hic remittebat, ubi margines suis annotatiunculis conscripsisset, quæ rus, et defectum librorum, et hominem in Demosthene hospitem produnt, ad gerendam vocatum provinciam, quam prorsus ignoraret: tum Taylor interim ipse suas annotationes elaborabat: quo facto excudebantur: et tum nova rursus oratio, in qua eadem volvebatur rota. Unde mirum non est, illam editionem ad tot annorum diuturnitatem extractam esse. Nobis, qui Carteretis Granvilliis caremus, sumtuum in typos et chartas

largis administris, non licet tam lentis et otiantibus libros nostros edere, sed e paupere peculio nostro sumtus ipsi erogantes necesse habemus accelerare et urgere cujusque voluminis excusionem, et chartas confestim ære mutare. Sed in viam redeo. In tam immani sylva lectionum facile factu fuit, neque debet mirum cuiquam videri, ut a me subinde erraretur in edendis seu nominibus codicum, quos cito, præsertim iis, quos ipse non vidi, ut e. c. Harleyanum, pro Harrisoniano, quam culpam ut alienam non præsto, cum Taylor ipse in schedis non satis diligenter ista distinxisset, aut in numeris codicum, ut quintum pro sexto e. c. appellem; quæ culpa profecto noxa caret: quotus enim est quisque, cui liceat istos codices adire atque evolvere? Non ubique a me annotatum esse, ubi ἅπας, pro πᾶς, aut simile quid, aut vocabula transposita reperissem, spero laudem potius inventurum, quam in vitium incursurum esse. Eccui enim prodesset tam infinita, tam ineluctabilis, tam putida et molesta, et prorsus omni usu cassa diligentia? Eccui enim sunt hodie aures tam teretes, tam subtiles, tam usu multo subactæ et acutæ, ut statim delectum verborum, constructumve hunc minus, illum melius cum Atticismo convenire dignoscat? Et si dignoscat quoque, quid id multum ad felicitatem nostram faciet? enimne ego dignum tanta mea opera judicem, quem universum flocci non facio, commentitium quendam suavem et argenteum tinnitum Atticum?

Vitio hoc quoque mihi haud pauci vertent, quod lectiones auctoritatesque a Tayloro jam relatas rursus retulerim: tum quod conjecturas Wolfii, Marklandi, Taylori. Sic eadem bis ter recocta reponi. Verum lectionum Taylori magna pars e Parisina seu Morellina editione depromta erat, quam totam hic reddere a principio statim decreveram: quod si ergo Tayloro dedecus est lectiones, quæ facile a quovis illinc peti potuissent, haud defugiam reprehensionem operæ incassum in eo navatæ, quod Tayloranas lectiones cum meis conjunxerim, quo sub uno conspectu, velut in brevi tabula, coram oculis haberet lector, quicquid opis ad intelligendum Demosthenis quemque locum, seu librorum fides, seu doctorum virorum ingenia præstarent. Chartulæ jactura quos acrius uret, quam alios studium meum commoditatis suæ delectabit, æquo animo feram hos de me querentes. Permultis in locis meos a Morellina discessus in annotationibus, item in variantibus, judicare seu insuper habui, seu oblitus fui: sed profecto tam minuta ista erant, ut ista annotare tantundem fuisset, atque stultitiam suam ore suo prædicare, testarique, quam parum scias otio sapienter uti, quo vereor ne nimis multis videar vel sic ad ineptias abusus esse. Aliis, si secus fecissem, procul dubio visus fuissem diligentiæ meæ acerbitatem putide jactatum isse.

Disputationi huic meæ nil superest quod addam, præter admonitiones quasdam novas de Codd. mstis, quibus usi sumus, Taylorus et ego, quamquam de iis jam dudum exposuimus. Nam secundum editam præfationem meam ad Demosthenem, misit ad me Askewius V. C. qui nuper in vivis agere desiit, ingentem fascem exemplarium Demosthenis, Aldinæ, Basileensis primæ, Basileensis secundæ, seu Wolfianarum omnium primæ, Morellinæ singula, Francfurtanæ tria, Tayloranæ aliquot, chartis mundis interstincta, quibus aut prorsus nihil esset inscriptum, aut dudum edita: ad Philippicas, et causas privatas adjumentorum parum; de quo jam questus sum dudum publice, superstite et conscio Askewio, et ad hunc ipsum in literis privatis, quem decebat mendacii me coarguere, simulac fraudis conscius mihi fuisset. Ut tamen nuper rem diligentius explorare cœpi, deprehendi, me subitaria inspectione et opinatione verosimili deceptum, a veritate discessisse. Quod nunc reprehendam, religiose hic indicaturus, quid in illorum ad me missorum, quos modo dixi, codicum unoquoque reperi, et in collectione variantium exhibebo lectiones ipsas, quas hi libri Taylorani administrabant. In his igitur erat primo loco Aldina, quam in V. L. libellis appello *Aldinam Taylori*, cujus margines, vetusta, non scita, sed lectu plana et expedita manus variis lectionibus, haud constabit aliquando unde petitis, conscripsit. Nam nusquam vestigium ullum apparet, unde constet, quo e fonte lectionis istæ manarint, ut initio dubitarem, essentne e codice quodam Msto depromtæ, an a viro quo-

dam docto e marginibus Parisinæ, ex Augustani lectionibus a Fabricio collectis, a Wolfio proditis, ex indicibus variantium, qui editionibus Aldi et Feliciani et Pauli Manutii subjecti sunt, et unde farrago Wolfiana conflata est, compilatæ, ut adeo ridiculum esset ejusmodi testem citare. Verum brevi videbam, ibi referri lectiones a nemine usquam locorum ad hoc diei prolatas; quarum cum alias a codicibus meis confirmari cernerem, tum aliarum mentionem nullam fieri. Quo mihi certo constabat, illas quoque e Msto quodam esse depromtas. Jam supererat codicem illum explorare. Et statim videbam, eundem esse, quem Taylor ad or. pro corona et de falsa legatione Venetum appellat, nisi quod testimonio Taylori scripta in marginibus Aldinæ Tayloranæ aut non addicunt, aut contradicunt: nam de *περὶ*, quod in Veneto esse Taylor ad p. 256, 8. ed. R. ait, Aldina Taylori tacet. Lectiones alias eadem dat, a Tayloro, dubium, an a volente, præteritas. Pluribus in locis ibi legitur λείπει ἐν παλαιῷ. Sed quod fortissimum argumentum est, eadem manus, quæ reliqua omnia uno tenore scripsit, in media serie versus ad clausulam argumenti orationis de Falsa Legat. hæc scripsit: ταῦτά εἰσι ἐν παλαιῷ τοῦ ἁγίου Μάρκου. Jam plus quam credibile est, unde hæc essent petita, reliqua quoque inde petita esse. Quia tamen semel cœperam in Philippicis Aldinam Taylori (pro Veneto) laudare, perrexi porro, per opus quoddam supererogationis, etiam ubi Taylor jam Venetum nominasset, Aldinam Taylori addere, tametsi non nova hæc est auctoritas, sed mera Veneti. Aldina hæc, Taylorana quondam, quæ nunc penes me est, exemplum est, aut ipsius Petri Pithœi, aut ex eo ductum, locupletissimum et fidissimum illorum omnium excerptorum, quæ unquam prodierunt, sive ex editione Francfurtana, sive ex Aldina Lessingiana per me voluminis secundi a p. 191. Appendicis Scholiorum prodita: nisi quod scholiorum nihil in Aldina Taylori, aut perparum inveni. In oratione de fœdere cum Alexandro adscripsit eadem manus ad plerasque lectiones, sed non ad omnes, *Bar.* hoc est Baroccianus: id quod dubium relinquit, num lectiones auctoritate carentes e Veneto depromtæ sint, reliquæ e Barocciano solo, an contra, omnes primitus e Veneto haustæ, quæ autem ipsi cum Barocciano communes essent, ad eas *Bar.* adscriptum sit. Illa copia Pithœana, e codice Veneto derivata, reperitur etiam in duobus aliis libris, qui procul dubio Taylori quoque studiis olim inservierunt, tum, ad Askewium cum transissent, ab hoc ad me missi sunt, qui servo. Basileensis secundæ (sic appello illam vægrandem in folio, quæ anno 1572. cum Latina Wolfii interpretatione multisque aliis accessionibus, et Wolfianarum omnium postmodum partu typographico editarum mater est) hojus itaque summa in pagina illa, cui incusum est Libanii argumentum orationis primæ Olynthiacæ superscripsit aliquis hæc: [MS. in margine cod. Venetiani orat. Demosthen. edit. 1504. qui in Bodleyana bibliotheca jam servatur, lectiones, quæ sequuntur, variantes manu egregia, forte Petri Pithœi Lugam [sic] cujus nomen in frontispicio apparet, scriptæ reperiuntur. Ita apographum D. Hudsoni, a quo ego.] Sed quis nobis dicet, qui ille *ego* sit. Rursus reperi easdem lectiones in marginibus editionis Francfurtanæ, seu Wechelanæ, cujus in summa p. 1. illa puta, ubi prima Olynthiaca incipit, hæc, pæne eadem cum superioribus, adscripta leguntur ab alia manu. [In margine codicis orat. Dem. Venetianæ editionis MDIV. qui in Bodleyana bibliotheca jam reservatur, lectiones, quæ sequuntur, variantes manu egregia, forte Petri Pithœi, cujus nomen in frontispicio apparet, scriptæ reperiuntur.]

In exemplo alio seu secundo editionis Francfurtanæ reperi 1) Prolegomena ad Demosthenem, alia illis, quæ in volumine oratorum octavo publicavi; hæc ut a seniore jam Tayloro, perfectiora, ista breviora et jejuniora erant, ut a juniore profecta. His in prolegomenis reperi inter alia indicem codicum Demosthenis Anglicanorum, diversum ab illo, quem in Prolegomenis posterioribus l. c. vol. i. p. xcvi. publicavi, nec minus ab illo, quem ipse Taylor superstes adhuc, sub exitum suæ ad universum Demosthenem præfationis publicavit. Juvat eum, ut brevem, hic ponere.

In Bibliotheca Bodleiana. Codd. Barocciani. Num. 45. Demosthenis Olynthia. 1. et 2. cum notis Ulpiani. Num. 73. Demosthenis oratio contra Midiam 1. contra

Aristocratem 48. contra Timocratem 92. contra Aristogeitonem 1. 141. 2. 162. contra Neæram 168. amatoria 198. funebris 210. de fœdere cum Alexandro 218. contra Zenothemin 224. contra Phormionem 251. adversus Lacriti exceptionem 247. Epistola 1. 256. exceptio contra Nausimachum et Xenopithem 258. 6. Num. 96. Ecloga vocum quarundam Rhetoricarum e Philippicis Demosthenis. Num. 139. Demosthenis funebris oratio, fine caret. Num. 159. expositio vocum Rhetoricarum in Philippicis Demosthenis. Τὸ μέλλον 303. Codd. MSS. Laud. Num. 26. Demosthenis orationes aliquot Græce.

Adversaria Langbainii. 8. p. 205. Demosthenis orationum et epistolarum Cat.

Codd. Ashmole. 780. 2. Livies of Cato Uticenis—Demosthenis.

In Colleg. Lincolniensi. N. 15. Oratio Demosthenis ad Alexandrum cum ad clementiam invitantis.

Codd. MSS. Is. Vossii. 47. Demosthenis orationes judiciales. 90. Comparatio Demosthenis et Æschinis. 115. Demosthenis orat. Olynthiacæ, de Pace et contra Philippum. 175. Demosthenis Oratio ἐξωτικός.

Codd. MSS. Edv. Bernardi. 57. Demosthenes.

Codd. MSS. Episc. Norvic. 102. Nicol. Carri versio quarundam Orationum Demosthenis e Græco. 4.

Porro reperi in illa, quam dixi, Francfurtana collationem Philippicarum quarundam cum codicibus Lockerano et Harleyano, et argumentorum ad has orationes e codice Gonvillano; quæ omnia diligenter in variantibus meis retuli.

* * *

In tertio exemplorum editionis Francfurtanæ ab Askewio ad me missorum reperi istæc. in primo volumine varias lectiones ex Harleyano et Lockerano codd. de quibus modo dixi. in secundo et tertio tota farrago lectionum, quam Taylor in sua editione orationum et in causa Æschinea, et in aliis causis publicis versantium exprompsit. tum volumen quartum, causas privatas tenens, quod meam spem imprimis arrexerat, eam turpissime fefellit, plenum chartis, sed inanibus, in quibus ne litera quidem esset exarata, nisi quod ad orat. c. Macartatum lectiones quædam ex Augustano essent annotatæ, haud constat cur, aut quo. Superest in subsidiis Tayloranis Londino ad me missis editio Parisina, in qua hæc reperi. In parte prima, quæ penes me, penesque omnes ad orat. pro corona procedit, pæne nihil egerat Taylorus, quam ut lectiones aut conjecturas, sive Morelli, sive Lambini, Parisinæ in calce subjectas adscriberet, si quid in scholiasta notabile, seu citatum auctorem reperisset, nomen ejus in margine indicaret, sive vocabulum insignius enarratum, item. raro conjecturas suas adspersit, quas hic seorsim referam, quia sic melius spectari, h. e. judicari possunt, quam in turba alienarum annotationum veluti sepultæ.

* * *

In eo volumine Wolfianæ Francfurtanæ, in quam lectiones Harleyani et Lockerani inscripserat, interspersas illis variantibus proprias Tayloro animadversiones et conjecturas reperi, quas in libellis variantium lectionum, loco quamque suo retuli. ut c. c. ad p. 15. v. 26.

Porro tenendum, lectiones has Harl. et Lock. a Tayloro bis esse illatas in exempla Francfurtanæ, alterum illud, unde Moschopoli scholia protuli; verum ibi vix decimam partem reperi earum lectionum, quas postmodum in altero exemplo reperi multo pleniores. Solebat Taylor, homo, ut videtur, in tractando certe Demosthene, ordine commodissimo non usus, ut mirer, qui potuerit ipse scripta in schedis suis reperire, eadem vel decies in diversis chartis, passim locorum exarare, alia prorsus eadem, alia mutatis formis. ut hic loci, lectiones has in altero exemplo plenas dedit, in altero mutilatas. Quod cur fecerit, equidem non exputo. Mihi vero molestiam hæc ejus indiligentia creavit haud mediocrem: nam cum ex altero decurtato exemplo lectiones illas jam in libellos meos variantium intulissem, paulo post, perquam tempori,

cum schedæ jam typographo tradendæ essent, incidens in alterum plenius exemplum necesse habui jam actum denuo agere.

Hæc habui de subsidiis dicenda, ad Demosthenem illuminandum facientibus, ab Askewio velut ex hæreditate Taylorana, ad me ultra mare missis. De codicibus Mstis librisve vetustis prelo excusis, quibus ego sum usus ad congerendam materiam variantium lectionum, jam dixi alio loco, neque multum est, quod iis nunc addere habeam: verum tamen paucis verbis recensebo copiolas meas, ut quicunque eas cito intuitu brevi in areola expositas oculis collustrare possit. 1. Aldinæ primæ penes me est codex, cui Ulpianus et Harpocration a bibliopego adjunctus est, item ab Aldo editus: volumen, quod magni facio, meique juris et mancipi est. 2. Aldina posterior, sed eundem annum, quem prior, præferens. Exempla ejus olim complura usurpavi, Weimaranum, Lessingianum, et illud, quod plures per annos penes me habui e bibliotheca senatus Lipsiensis Amplissimi: nunc habeo penes me exemplum illud, quod in libellis variantium *Aldinam Taylori* usurpo.

3. Basileensis primæ, in folio, mere Græcæ, e typographeo Herwagii, quod est Aldinæ, fortasse paullo emendatius, apographum, habeo duo exempla, alterum purum, quod est mei juris, ære meo emtum, alterum ab Askewio Londino ad me missum: quod quia superius loco suo copiosius designare oblitus sum, pauca de eo dicenda hic repetam. In titulo, circa statuam tricipitem, quod symbolum Herwagii est, scriptum adhuc clare legitur Edovardus Ravenus: et perobscure, nam cultello erasum est hoc nomen, ut vix agnosci possit, quod Εὔρικος Μέλανδρος suspicabar legendum esse, verum in extrema calce hujus ipsius exempli rursus circa statuam Herwagii tricipitem Latinis literis hoc idem nomen reperiebam clare et perspicue exaratum, non erasum, sic *AHenry Ailand.* id est, Augustus Henricus Ailand. Qui homines nigri an albi fuerint, mihi non constat. Fortassis Ed. Ravenus annotata illa in marginibus hujus exempli exaravit: hæc enim ductibus literarum, quibus in titulo nomen suum Ravenus exaraverat, sunt simillime exarata. Ipse Taylor in summo margine hujus tituli nigris literis seu atramento hæc adscripserat. *Black. From a Copy Bibl. Bodley. A. 2. 20. artic. Selden.* in imo autem rubris seu rubro liquore. *Red. MS. notes in a Copy of this Edition lent me by Dr. Barnard, Dean of Rochester.* Ubi in variantium lectionum libellis hujus codicis mentionem facio, ibi *Herwagianam Taylori* cito, sed cum distinctione: quæ scripta a vetusta manu recito, sic appello, *vetusta manus in Herwagiana*; maluissem dicere *Edvardus Ravenus in H. T.* si certo mihi constitisset ab eo ista scripta fuisse: quæ autem Taylor atramento adscripserat, ea appello *Selden. in Herwagiana Taylori*, quia dicitur ille liber e legato Seldeni in Bodleyanam bibliothecam pervenisse: quæ autem Taylor rubrica adscripserat, ea appello *Herwagiana Taylori e Barnardina.* Horum librorum ille Seldenianus procul dubio est is, quem Taylorus in Prolegomenis ad Demosthenem, in volumine primo editis p. xcvi. versu 15. designat his verbis *observatiunculæ ad oram exemplaris Herwagiani prioris* [hoc dicit, respectu minoris in tribus voluminibus in octavo, quæ est Herwagiana posterior] *in bibliotheca Bodleyana.* Exemplum autem Herwagianum a Barnardo, Decano Roffensi, cum Tayloro communicatum, esse videtur id, quod ibidem loci, in continenti, sic describitur a Tayloro versu 18. *Bern.* Variæ lectiones.

4. Felicianea, quam Strasburgo ad me misit e lectissima atque instructissima sua bibliotheca Brunkius, Vir illustris. Hac si citius potitus essem, aut ex ea recudendum Dem. textum operis nostris in manus dedissem, aut certe variantes ejus lectiones omnes quam diligentissime inde excerpsissem: quod nunc secus est factum. Interim tamen idem est rursus quoque quodammodo factum: nam antehac illam Venetam, quæ decennio pæne post Felicianeam ex officina Pauli Manutii prodiit, a Io. Frid. Fischero, V. C. bonarum literarum apud nos Lipsienses Professore industrio, mecum communicatam, diligentius excusseram; quod merum est Felicianeæ apographum, nisi quod innumeris mendis typographicis scatet, a cujusmodi facibus Felicianea li-

quida et defæcata est. Interim sic satis certus esse poterit lector, ubi aio in Var. Lect. Manutianam sic dare, in Felicianea quoque sic legi, quod exemplum Feliciancæ operæ Paulinæ verbatim recensuerunt. Adminicula hæc omnia (nam de Wolfiana et Taylorana editione cum alibi a me dictum sit, neque eæ sint editiones primariæ, e codd. Mstis expressæ aut correctæ, hic a me non commemorabuntur) adminicula igitur hæc si citius omnia una ad manus habuissem eo tempore, quo uni huic rei, collectioni variantium lectionum e libris Demosthenicis manuscriptis et primis atque vetustissimis excusis, deditus eram, multo diligentius et illas ambas Aldinas inter se contulissem, quod omissum valde doleo, et Felicianea melius essem usus: quod hoc ægrius fero, quia libris tam inventu raris paucis potiri licet. Tempore post, animo ad alia converso, piguit ad molestam illam operam reverti, qua profecto non est alia miserior calamitas, cum vita hominis grammatici, seu, si mavis, critici, copulata, quam variantes colligere, cassas plerumque nuces. Et vel sic tamen illam invisam et exosam operam prorsus devitare nuper non potui, sed necesse habui denuo subire, cum copiæ Tayloranæ ex Anglia ad me perlatæ excutiendæ essent: id quod his ipsis diebus, per quos nauseans et torpens ad nihil non, ab ejusmodi molesta opera magis, quam usquam alias, abhorrebam, faciendum mihi fuit. Universe, si qua alia in parte editio mea Demosthenis defectu et labe quadam laborat, quas ei labes insidere permultas ultro confitebor, in hac parte variantium vel maxime laborat, tametsi cæteroquin hac ipsa in parte reliquas omnes superiores copiis rerum antecellit. Quod ultra hoc loco dicam, non habens, deum rogo, ut intra breve tempus virum fortem, adolescentem navum, excitatum, ardentem, ingenii pollentem viribus, reliquis affluentem commoditatibus atque opportunitatibus, impellat, ut operi a me inchoato feliciter coronidem imponat. Scripsi Lipsiæ d. 20. Julii 1774.

# IO. IACOBI REISKII

# AD DEMOSTHENEM

## ANNOTATA.

*** Notandum, Annotata hæc accommodari paginis et paginarum versibus Editionis Reiskianæ. Illas ad marginem Nostræ interiorem apponi curavimus: hos Nostra, paulo arctius disposita, tantum non exacte refert.

## AD OLYNTHIACAM PRIMAM.

9. 1. Ἀντὶ πολλῶν κ. τ. λ.] citat h. l. Scholiastes Thucydidis p. 26, ult. ed. Ducker. Comparatio philippicarum Dem. cum reliquis ejusdem orationibus Plutarch. Opuscul. p. 810. 31. ed. Wechel. Lucianus Jovis Tragœdi cap. 15. T. II. p. 658. scurriliter traducit initium Olynthiacæ primæ. Οὕτω καὶ Δημοσθένης μόνῳ τῷ συμφέροντι τοὺς Ὀλυνθιακοὺς λόγους ἐξετέλεσε. Schol. in Aphthonium p. XIV. 12. ed. Ald. Κρίσιν δὲ δικαστῶν] οἷον, ἀντὶ πολλῶν ἄν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρημάτων ὑμᾶς ἑλέσθαι νομίζω, εἰ φανερὸν γένοιτο τὸ μέλλον συνίσειν τῇ πόλει. τῷ γὰρ παρ' αὐτοῦ ῥηθήσεσθαι μέλλοντι τὴν τῶν ἀκροατῶν συμπεριέλαβε κρίσιν. Scholiastes ad Hermog. p. 384.

— 3. περὶ ὧν] id est ἐν τούτοις, περὶ ὧν.

— 5. οὐ γὰρ μόνον] citat hunc locum Hermogenes de Ideis p. 287. 1. et pro ἥκει dat ἥκοι in optativo. editionem Crispini cito.

— 9. ὥστ' ἐξ ἁπάντων κ. τ. λ.] Hermogenes p. 302. circa fin. βεβηκὼς γίνεται ῥυθμὸς, εἰ ἅμα τῇ ἐννοίᾳ πληρουμένη καὶ μέρος λέγου τι μακρὸν καὶ εἰς μακρὰν τὴν τελευταίαν καταλῆγον συλλαβήν, οἷον· ὥστ' ἐξ ἁπάντων ῥᾳδίαν τὴν τοῦ συμφέροντος ὑμῖν αἵρεσιν γενέσθαι.

— 10. ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς] κέχρηται δὲ καὶ ὁ Δημοσθένης προσωποποιίᾳ, πρόσωπον ὑποθεὶς τὸν καιρὸν αὐτὸς ἑαυτῷ. ἐκεῖνος μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ τοῦ πρώτου τῶν Ὀλυνθιακῶν τὸν καιρὸν παρεισήγαγεν. καὶ ἐπὶ τέλει δὲ τοῦ λόγου ἤρμοσεν ἂν παρεισαχθεὶς εἰς τὴν ἀνάμνησιν τῶν εἰρημένων. ὁ γὰρ παρὼν καιρὸς ταῦτας ἀφιεὶς ἐφάνη τὰς φωνάς. ὅτι τῶν πραγμάτων ἡμῖν ἐκείνων ἀντιλητέον ἐστίν. ὅτι ἡ τῆς πόλεως τύχη Φελτίων τῆς φιλίππου. ὅτι πολλὰ πρὸς τὸ νικᾶν ὑμῖν ἐστὶ ὠλεονεκτήματα. ὅτι ἀσθενῆ τὰ φιλίππου παντάπασιν. ὅτι ἀναιρουμένων ὀλυνθίων, ἐν τῇ ὑμῶν αὐτῶν ἀμυνεῖσθε τὸν Φάρβαρον. οὕτως ἀνέμνησεν ἂν διὰ τῆς προσωποποιίας τὰ κεφαλαιωδῶς. Apsines p. 707. edit. Ald. Ἡ προσωποποιία δέ ἐστι προσώπου διάπλασις, ἥτοι τὴν ἀρχὴν μὴ γενομένου πώποτε, ἢ γενομένου μέν, οὐκ ἔτι δὲ ὄντος. τοῦ μὲν [prioris nempe generis] παράδειγμα τὸ Δημοσθενικόν· ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μονονουχὶ λέγει φωνὴν ἀφιείς. οὐχ ὑφεστηκὸς γὰρ πρόσωπον, τὸν καιρὸν αὐτὸν [f. λέγοντα deest] εἰσάγει. Alexander de figuris ed. Norm. p. 32.

— 12. ἐκείνων] rerum, quæ illic, apud Olynthum puta, geruntur.

— 13. αὐτῶν] correxi αὐτῶν, cum spiritu aspero, id est ὑμῶν αὐτῶν.

— 14. ἡμεῖς δ'] ἐπειδὴ λυπηρόν ἐστι τὸ λέγειν, εἰ δὲ μὴ, ἀπολεῖτε τὰ πράγματα, περιέπλεξεν, εἴπερ ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῶν φροντίζετε. καὶ πάλιν παρὰ πόδας ἔνεστί γε περιπλοκὴ μετὰ συλλήψεως. ἡμεῖς δί. ὑπακούεται, ἀμελοῦμεν. ἀλλὰ τοῦτο λυπηρόν ἐστι τοῖς Ἀθηναίοις. πῶς οὖν; περιέπλεξεν. οὐκ οἶδ', ὄντινά μοι δοκοῦμεν ἔχειν τρόπον πρὸς αὐτά. Hermogenes π. μ. δ. p. 412. Citat h. l. quoque Thomas M. v. δοκῶ. p, 214.

— nlt. πρότερον] conf. p. 29. 20. sq.

— ibid. πρεσβείαν δὲ πέμπειν] ad Olynthios puta.

10. 1. ταῦτ' ἐρεῖ] scil. αὐτοῖς τὰ ἐγνωσμένα παρ' ὑμῶν.

— ibid. *παρέσται τοῖς πράγμασιν*] quæ ibi apud Olynthum gerantur, et invigilet bello, copiisque vestris et ipsis imperatoribus, atque exsecutioni consiliorum et mandatorum vestrorum intersit, eamque urgeat atque gubernet.

10. 2. *μὴ πανοῦργος ὤν*] locum hunc cum altero oratoris, qui p. 206. 3. legitur, comparat Hermogenes de Ideis tomo secundo, capite *περὶ ἐωθικείας*, bis verbis p. 341. *ὅλον δ' ἐστὶ τοῦτο ἐκ τῶν κατὰ φιλίππου ῥηθέντων, ἐναντίως τῇ ἰδέᾳ ταύτῃ λέγοντος τοῦ ῥήτορος, οἷον· μὴ πανοῦργος ὢν καὶ δεινὸς ἄνθρωπος. πρῶτον μὲν γὰρ πανοῦργος φησὶν, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς δεινός. σφοδρότερον δὲ τὸ πανοῦργος ὄνομα τοῦ δεινὸς δήπουθεν. ἔπειτα οὐδὲ δοκεῖν αὐτῷ πανοῦργον τὸν φίλιππον εἶναι ἔφη, οὐδ' ἐνεδοίασεν, ὥσπερ ἐκεῖ,* [p. 206.] *ἀλλ' ἀπεφήνατο. ἔπειτα οὐκ ἀοικέναι πανούργοις, ἢ δεινοῖς, ὥσπερ τοὺς Λακεδαιμονίους, ἔλεγεν, ἀλλ' αὐτὸν εἶναι τὸν φίλιππον καὶ δεινὸν, καὶ πανοῦργον. οὐκοῦν ταῦτα μὲν καὶ σφοδρὰ καὶ τραχέα, ἐκεῖνα δὲ* [p. 206.] *ἠθικὰ καὶ ἐπιεικῆ, καὶ σαφῶς ὑφιέντος τὴν σφοδρότητα τοῦ ῥήτορος.* Ad istum locum Hermogenis Scholiastes ejus p. 408. cfin. istæc annotavit vocab. *πανοῦργος* declaraturus. *ὁ πανοῦργος κυρίως μὲν ὁ πᾶσιν ἔργοις ἐπιβάλλων, ὁ δραστήριος, καὶ ἐνεργός. κατεχρήσαντο δὲ τῇ λέξει οἱ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ ἐν κακοῖς νοήμασι καὶ ἔργοις ἐπιζούλου.*

— 6. *τρέψηται*] sic vulgatæ, sed rectius videtur, aut *καταστρέψηται*, aut, quod prætuli, *δρέψηται* per delta, a *δρέπεσθαι*. Sed oblitus sum, distinctionem vulgarem item emendare, id quod fieri decebat. Scilicet ita distinguendus est locus, *τὰ δ' ἡμᾶς διαβάλλων*, tum infamando nos, *καὶ τὴν ἀπουσίαν τὴν ἡμετέραν δρέψηται*, nostramque absentiam veluti decerpat, carpat, metat, vindemiet, h. e. nostræ a locis, quibus insidiatur, absentiæ fructus auferat. Sin autem *καταστρέψηται* malis, manebit vulgaris distinctio, et hæc exibit sententia, calumniis, falsis criminationibus, ad amicos nostros suspectos nos reddens, malitiosæ desertionis insimulando, quasi gauderemus ipsorum malis, eosque perditos vellemus, data opera cunctantes, non autem necessitate, temporisque adversitatibus et necessitatibus constricti, sociorum nostrorum, aut ditionis nostræ nonnihil sub potestatem suam redigat.

— 7. *τῶν ὅλων πραγμάτων*] Demosthenes appellat hic loci, similibusque aliis in locis, *τὰ πράγματα*, id quod nos apellamus *das Interesse des Staates* [*the public weal*], id omne de quo agitur, et super quo certatur, ut conservetur, ut salvum atque sospes populo alicui maneat, aut etiam amplificetur atque increscat, opes atque majestas reip. sive sunt locorum possessiones, sive sociorum, sive numi, sive copiæ militares, sive naves, sive arma, sive commerciorum cum exteris agitationes, sive annonariæ copiæ, et quæcunque bello gerendo inserviunt; quæ salva esse, multum interest. Sic Latini quoque voc. *res* usurpant. ut apud Livium. *Si cœptis successisset, se res afflictas recepturum.* 25. 37.

ibid. *ἐπιεικῶς*] ferme, plerumque, potissimum, creberrime. Citat h. l. Hermogenes p. 364. *ἔννοιαι τῆς τοιαύτης δεινότητος αἱ παράδοξοι καὶ βαθεῖαι, καὶ ὅλως αἱ περινενοημέναι. οἷον· οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιεικῶς* etc.

— 9. *τὸ γὰρ*] malim *τῷ γὰρ* in dativo. nam *προέχει* manifestum est ad Philippum redire. præstat in eo vobis atque potior multis partibus est, quod — *er hat darinne veil vor euch voraus* [*he is much your superiour*]. durum tamen hoc est, quod *ἐναντίως ἔχει* non ad Philippum redit, sed subauditur *τοῦτο αὐτῷ*, *hoc ei contra habet*, seu adversatur.

— 12. *πρὸς μὲν τὸ τὰ τοῦ πολέμου — ἐναντίως ἔχει*] colon hoc citat Hermogenes p. 296. ut exemplum antistrophæ.

— 14. *πρὸς δὲ τὰς καταλλαγὰς*] citat h. l. Apsines p. 696. circa finem. *ἐνίοτε δὲ καὶ μὴ θέντες ἀντίθεσιν, τὰς λύσεις αὐτοῦ* [lege *αὐτῆς*] *τίθεμεν. τοῦτο δὲ γίνεται, ὅταν ἡ πάνυ βαρύνῃ ἡμᾶς ἡ ἀντίθεσις ἐκ προφανοῦς τεθεῖσα, καὶ δεῖ* [l. *δέῃ*] *αὐτὴν προανελεῖν λεληθότως. ὡς ἐν τῷ α τῶν φιλιππικῶν πεποίηκεν ὁ Δημοσθένης. τίς γὰρ ἦν ἡ πάνυ βαρύνουσα αὐτὸν ἀντίθεσις; ὅτι ἄπιστοι ἡμῖν οἱ ὀλύνθιοι. τοῦτο τοίνυν μὴ θεὶς ἐκ προφανοῦς, λέλυκεν εἰπών· πρὸς δὲ τὰς καταλλαγὰς, ἃς ἐκείνος ποιήσεται ἄσμενος πρὸς ὀλυνθίους, ἐναντίως ἔχει. καὶ γάρ ἐστι τύραννος φίλιππος, καὶ ἐχθρὸς φύσει τοῖς δημοκρατουμένοις. καὶ ὑπὲρ μεγάλων ὀλυνθίοις ὁ κίνδυνος, εἰ πεισθήσονται. καὶ ἐκ παραδείγματος. καὶ ἴσασιν ἃ τ' Ἀμφιπολιτῶν ἐποίησε τοὺς παραδόντας αὐτῷ τὴν πόλιν, καὶ πυθναίων τοὺς ὑποδεξαμένους. ταῦτα τίνος ἐστὶ συστατικά; τοῦ ἀπίστους μὲν αὐτοὺς μένειν φιλίππῳ, ἡμῖν δὲ πιστούς. ὁρᾷς, πῶς μὴ θεὶς τὴν ἀντίθεσιν, τὰς λύσεις τέθεικεν.*

— 16. *δῆλον γάρ ἐστι κ. τ. λ.*] citat h. l. Minucianus ed. Norm. pag. 138. *τῶν ἐπιχειρημάτων τὰ μέν ἐστι παραδειγματικὰ, τὰ δ' ἐνθυμηματικά. παραδειγματικὰ μὲν, ὅσα ἐξ ἱστορίας καὶ ὁμοιώσεως τῶν ἤδη πεπραγμένων λαμβάνομεν. οἷον· οὐ πιστεύουσιν Ὀλύνθιοι Φιλίππῳ. οὐ γὰρ περὶ μέρους χώρας, οὐδὲ περὶ δόξης, ἀλλ' ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ τῆς πατρίδος, ὁ κίνδυνός ἐστιν αὐτοῖς. καὶ εἰς τοῦτο παράδειγμα. καὶ ἴσασιν ἃ τ' Ἀμφιπολιτῶν* etc. Citat item, sed aliam ob causam, Scholiastes Hermogenis pag. 386. cfin. *τινὲς ῥητορικὴν ἔμμετρον τὴν* [fort. *τινα*] *κωμῳδίαν ἐκάλεσαν. πολλοὺς γοῦν παρά τε τῷ Ἰσοκράτει καὶ μάλιστα τῷ Δημοσθένει*

λανθάνοντας ἰάμβους τε καὶ χωριάμβους ἐστὶν εὑρεῖν διὰ τὴν ἐναρμόνιον συνθήκην τῶν λέξεων. ὡς εὐθὺς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ὀλυνθιακῶν. δῆλον γάρ ἐστι τοῖς ὀλυνθίοις, ὅτι [est merus et plenus senarius] ἢν οὐ περὶ δόξης, οὐδ' ὑπὲρ μέρους [habes senarium postremo pede mutilatum] τῆς χώρας κινδυνεύουσιν. οὐχ ὡς ῥητόραν κινδυνευτάντων καὶ ἔμμετρα λέγειν. ἀλλότριον γὰρ τοῦ πολιτικοῦ λόγου τὸ τοιοῦτον, ἀλλ' αὐτοφυῶς εἰς μέτρον ἀπενεχθείσης τῆς φράσεως.

— 17. ἀναστάσεως] citat h. l. Pollux 3. 91. ad ducendum, vocabulum hoc h. l. non emigrationem, sed abductionem e patrio solo in peregrinum, ἀναστάτωσιν, significare. verum hoc vocabulo ἀναστάτωσιν, quod sane ad rem docendam peropportune excogitatum est, nemo utitur.

— 20. ἄπιστον] locum hunc citat Stobæus Gesneri p. 344. 16.

— 21. πολιτείας] ad hunc similemve alium locum respexit Harpocration in v. πολιτεία, his verbis: πολιτεία. ἰδίως εἰώθασιν οἱ ῥήτορες τῷ ὀνόματι χρῆσθαι ἐπὶ τῆς δημοκρατίας, ὥσπερ Ἰσοκράτης τε ἐν τῷ πανηγυρικῷ καὶ Δημοσθένης ἐν τοῖς φιλιππικοῖς.

— ult. ἐκπολεμῶσαι] citat Harpocration in hoc eodem vocabulo, et Minucianus p. 162. fine, ubi pro ἐθρύλλειτε dat ἐθρύλλουν.

11. 1. ταῦτ' ἂν] malim ταὐτὰ ἄν. Subaudi ὑμῖν. eadem ipsis fuisset, quæ vobis, sententia, concordes vobis iisdemque studiis dediti fuissent.

— 5. ἐκ τῶν πρὸς αὐτοὺς ἐγκλημάτων] id est ἐκ τῶν πεποιημένων Φιλίππου, πρὸς ἑαυτοὺς γεγενημένων. exosi sunt Philippum propter offensiones, quibus ipsi ab eo læsi sunt. aut, quæ ab eo ad se profectæ sunt. ἔγκλημα est facinus, de quo quereris, aut querendi causam tibi esse autumas.

— 10. εἰ γάρ] citant hunc locum Hermogenes, Aristides et Apsines ille de formis libro 1. p. 287. τὸ κατὰ συστροφὴν σχῆμα σφόδρα ἐμπερίβολόν ἐστι. οἷον· εἰ γάρ, ὦ' ἤκομεν Εὐβοεῦσι — Aristides de dictione simplici 2. 13. οὐ μὴν οὐδὲ πολλὰ δεῖ περιλαμβάνειν πράγματα ἐν τῷ ἀφελεῖ λόγῳ, ὡς ὁ Δημοσθένης ἐποίησεν [nimis ille multa uno complexus ambitu] εἰ γάρ, ὦ' ἤκομεν Εὐβοεῦσι βεβοηθηκότες· ἀλλ' ἐν ὀλίγοις, ὡς ἂν εὐπαρακολούθητος ᾖ σοι ὁ λόγος. Apsines denique p. 707. 11. dictum hoc ait esse κατὰ συστροφὴν καὶ τόνον. Theophilus Corydaleus item in expositione rhetorica, edita a Fabricio B. G. T. XIII. p. 663. 11. hunc locum proponit in documentum argumentationis ab exemplo, et id quidem secundum primam speciem, qua demonstratur res præsens, a re simili olim gesta. Opusculum hoc Theophili paucis annis ante, una cum typis epistolicis et Aphthonio recusum fuit Halæ Magdeburgicæ, edente familiari quondam nostro Ambrosio Peperis, hieromonacho. in 8. 1768.

11. 11. Ἰέραξ] citat h. l. Harpocrat. v. Ἰέραξ. Legi malim παρῆσαν [subaudi πρὸς ἡμᾶς ἐνταῦθα] παρ' Ἀμφιπολιτῶν.

— 13. τὴν πόλιν] subaudi αὐτῶν. Amphipolin puta.

— ibid. παρειχόμεθα] citat h. l. Ammonius de differentiis voce. p. 108. ed. Valck. v. παρέχειν.

12. 3. τὸ μὲν γὰρ] citat h. l. Hermogen. de ideis t. 1. p. 293. διακόπτει τὰς παρισώσεις κατ' ἐπεμβολὰς οὕτως· τὸ μὲν γὰρ πολλὰ — τὸ δὲ μήτε πάλαι τοῦτο πεπονθέναι, (καὶ ἡ ἐπεμβολὴ) πεφηνέναί τέ τινα ὑμῖν — βουλώμεθα χρῆσθαι· εἶθ' οὕτως ἀπέδωκε τὸ ἴσον κῶλον τῷ ἐξ ἀρχῆς τῆς παρ' ἐκείναν εἰνοίας εὐεργέτημ' ἂν ἔγωγε θείην. ad quem Herm. locum ita commentatur ejus Scholiastes. ἡ μὲν παρίσωσις οὕτως ἂν ἐγένετο. τὸ μὲν γὰρ ἀπολωλεκέναι κατὰ τὸν πόλεμον, τῆς ἡμετέρας ἀμελείας ἄν τις θείη. τὸ δὲ μὴ πάλαι τοῦτο πεπονθέναι, τῆς παρ' ἐκείνων εὐνοίας εὐεργέτημ' ἂν θείη. [Annotari hic velim, Scholiasten in tertia persona θείη efferre, non in prima, ut est in texto, et Demosthenis, et Hermogenis.] πάρισον γὰρ τὸ ἀπολωλεκέναι τῷ πεπονθέναι. τὸ δὲ θεῖναι τῷ θεῖναι. ἡ δ' ἐπεμβολὴ διέκοψε τὴν παρίσωσιν.

— 8. ἀλλ' οἶμαι —] Sopater ad Hermogen. p. 315. ἔστι καὶ ἐνταῦθα τῶν τελικῶν κεφαλαίων τὸ ποτὲ μὲν καθολικοὺς ἀφορισμοὺς προθέντα πρὸ τῶν προκειμένων, οὕτως ἐπάγειν τὰς κατὰ μέρος ἀποδείξεις, ποτὲ δὲ ἐπὶ ταῖς μερικαῖς κατασκευαῖς ἐπάγειν τοὺς ἀφορισμούς. καὶ πολλὰ τῶν τοιούτων παρά τε τῷ Θουκυδίδῃ καὶ τῷ Δημοσθένει τὰ παραδείγματα, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ὀλυνθιακῶν, προτάξας τὸν ἀφορισμὸν, ἐπάγει τὰς κατασκευάς. ἀλλ' οἶμαι παρόμοιόν ἐστι καὶ περὶ τῆς τῶν χρ. κτ. etc. ubi bas ferme lectionum discrepantias insigniores deprehendi. versu 14. ὡραίως, pro ὀρθῶς. 16. tria istæc vocabula ὡς τὰ πολλὰ desunt exemplo Sopatri Aldino. 13. legitur in eodem ὑμᾶς ἀνθρώπων φροντίσαι.

— 10. ἂν μὲν γὰρ —] citat h. l. Hermogenes p. 296. 10.

— 26. τὸ πρῶτον] citat h. l. Hermogenes p. 309. τὸ κατ' ὄνομα κομματικὸν, οἷον· Ἀμφίπολιν, Πύδναν, Ποτίδαιαν, Παγασὰς, Μεθώνην· καὶ αἱ πυκναὶ καὶ δι' ἐλαχίστου ἐξαλλαγαί, οἷον· τὸ πρῶτον Ἀμφίπολιν λαβὼν, etc.

— ult. τρόπον] num τόπον.

13. 2. πάλιν ῥαΐσας] citat h. l. Harpocrat. v. ῥαΐσας.

— 4. τὰς δ' ἐπ' Ἰλλυριοὺς —] citat h. l. Aristides in l. de dictione civili, p. 232. αἱ μὲν κατ' ἀρχὰς γίνονται παραλείψεις, οἷον· Ὀλυνθον μὲν δὴ καὶ Ἀπολλωνίαν. αἱ δ' ἐπὶ

τέλει· τὰς δ' ἐπ' Ἰλλυριοὺς καὶ Παίονας αὐτοῦ, καὶ ὁπόι τις ἂν εἴποι, παραλείπω στρατείας. hic Arymbæ nulla facta est mentio.

— 5. citat h. l. Harpocr. v. Ἀρύμβας.

— 9. καὶ τὴν φιλοπραγμοσύνην] subaudi e præmissis ὡς ἔστιν ἡμῖν ἀλυσιτελές τι. valde tamen vereor, ne desit aliquid h. l. ὡς ἀγαθὸν, vel ὡς πολυωφελὲς, quod illi ὡς ἀλυσιτελὲς e contrario respondeat.

— 22. ἐπὶ πολλῷ] subaudi τόκῳ, vel διαφόρῳ. magno fœnore. magno intertrimento. brevis enim voluptas otii magnarum opum et sociorum jactura emitur.

— 26. τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾶν] Luciauus l. h. laudat Jovis Tragœdi c. 23. p. 668. et Pollux 9. 138.

14. 4. ὑποστείλασθαι περὶ ὧν συμφέρειν ὑμῖν ἡγοῦμαι] latius et plenius ita dixisset: ὑποστείλασθαι λέγοντα περὶ τούτων, ἃ συμφέρειν ὑ. ἡγοῦμαι.

— 10. ὀλιγωρήσετε] citat h. l. Harpocr. in v. Ὀλιγωρήσετε. ἀντὶ τοῦ ἀμελήσετε. Δημοσθένης φιλιππικοῖς.

— 11. κακῶς ποιούντων] ad ποιούντων aut addendum, aut certe subaudiendum est μόνον, id quod in altero opposito membro versu 13. expressum est.

— 18. χρημάτων πόρου] ad πόρου addendum videtur πῶς; subaudi γινάσκω. de adminiculis autem pecuniæ expediendæ, ecqui vel ecquid statuo? tum subjicit responsionem ἔστιν — vulgatam si tuemur, subaudiendum erit εἰ δεῖ λέγειν, si me disserere oportet.

— 19. ἔστιν, ὦ ἄ. Ἀ. κ. τ. λ.] citat h. l. Hermogenes p. 414. ult. ἐπὶ ἤθους βεβαιώσει· ἔστιν ὑμῖν, ὦ ἄ. Ἀ. χρήματα, ἔστιν ὅσα οὐδενὶ τ. ἄ. ἀ. στρ.

— 26. ταῦτα] scil. ἃ ὑμεῖς λαμβάνετε, [id est ἀναλίσκετε] ὡς βούλεσθε. illas largitiones, quas vos, quoquo vultis, insumitis, esse ἀρχῆθεν καὶ κατὰ τὸ δέον, primitus, origine tenus et prout etiam par est, stipendia militibus debita.

— 27. μίαν σύνταξιν] post μίαν videtur πάντων deesse. unum hunc eundemque censum esse omnium. σύνταξις est census, seu æstimatio, taxatio, quantum sive de suo ad necessitates reip. conferre, sive ex ærario pro mercede operæ reip. navatæ referre oporteat. citat h. l. Harpocr. v. σύνταξις.

15. 1. ἔστι δὲ λοιπὸν κ. τ. λ.] citat h. l. Stobæus Gesneri p. 504. 3. et Scholiasta Hermogenis p. 315. quem apud Scholiastam lectionis hanc reperi discrepantiam πάντως δὲ δεῖ χρημάτων.

— 9. εὐτρεπῶς] hanc lectionem alteri vulgari εὐπρεπῶς prætuli. nescio, an res Philippi præsentes minus sint ad subitum quemque casum ita paratæ atque instructæ, ut ei pares sint sustinendo. ἔχει in indicativo videatur quidem melius convenire. ego tamen conjunctivum tenebo, et sic accipiam, ac si scriptum esset. ὅρα, μὴ ἔχῃ τὰ Φιλίππου πράγματα οὔτ' εὐτρεπῶς, οὔθ' ὡς ἂν ἔχῃ, εἰ κάλλιστα ἔχῃ. neque paratæ, neque ita compositæ, ut habituræ se sint, si optime atque præclarissime se habeant.

— 15. ταῦτα γὰρ κ. τ. λ.] citat Theophilus Corydaleus p. 662. 11.

— 16. ἀεὶ] post ἀεὶ videtur ἔσται deesse. Thessali natura sunt infidi et semper erunt. v. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 153.

— 18. Παγασὰς] Innuit h. l. Harpocrat. v. Παγασαί.

— 19. ἤκουον δ'] citat h. l. Aristides de dictione civili p. 256. ἀξιοπιστίας δὲ καὶ εἰ, ὅσα μὴ ἔχει ἄλλοθεν συσπῆσαι, ἐξ ἀκοῆς ταῦτα πιστοῦται. ἤκουον δ' ἔγωγε τινῶν etc. item Scholiastes Hermogenis p. 45. 1. τῆς τῶν ἀορίστων ἐξετάσεως τρεῖς παραδέδωκε μεθόδους. ἡ γὰρ κατασκευαστικοὺς αὐτοῖς παραθήσομεν λογισμούς. ὡς Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς· ἤκουον δ' ἔγωγέ τινων ὡς τὰς ἀγορὰς καὶ τοὺς λιμένας οὐκ ἐπιδοῖεν [Sic] αὐτῷ καρποῦσθαι. ὃ καὶ κατασκευάζων [f. ὃ δὴ κατ.] διὰ τῆς τοῦ ἀορίστου σαθρότητος [lege διὰ τὴν τοῦ ἀ. σαθρότητα] λογισμὸν ἐπάγει. τὰ γὰρ κοινὰ τῶν Θετταλῶν etc. ἢ καὶ ἐπικρίσει οἰκείᾳ τὸ ἀόριστον συνίστησιν, ἣν ῥήτωρ μὲν μεθ' ὅρκου πιστώσεται. οἷον· καὶ μὰ τὸν Δία οὐδὲν ἄπιστον ἴσως. ὁ δὲ Πλάτων τῷ οἰκείῳ ἀξιώματι, οἷον· καὶ ἐγὼ πείθομαι. ἢ ἐπαίνῳ τῶν εἰρηκότων, ὡς ὁ Δημοσθένης· ὡς δ' ἐγὼ τῶν ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ γεγενημένων ἤκουόν τινος, ἀνδρὸς οὐδαμῶς οἷόν τε ψεύδεσθαι. οὐδένων εἰσὶ βελτίους. [v. Olynth. 2. p. 23. 5.] ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐ τῶν ἀκηκοότων, ἀλλ' αὐτοῖς τοῖς ἔργοις πεπιστευκότων [sententia postulat παραγεγονότων] ὁ ἀπαγγείλας ἐστί.

16. 1. τὸ γὰρ εὖ πράττειν] celebris hæc est sententia, a multis laudata. ut ab Hermogene p. 181. τοῦτο δὲ μάλιστα πάσχουσιν αἱ γναμικαί. ἔστι δὲ γνωμικὴ περίοδος αὕτη. τὸ γὰρ εὖ πράττειν — τοῖς ἀνοήτοις γίνεται. et Aristide, de dictione civili p. 186. καὶ τὸ γνωμολογεῖν δὲ τῆς σεμνότητός ἐστιν, οἷον· τὸ γὰρ εὖ πρ. — item ibidem p. 310. περίοδος δ' ἐκ μὲν ἑνὸς κώλου συνίσταται, ὡς τό· τὸ γὰρ εὖ πρ. — item p. 392. ubi negat Aristides, huic dictioni, quæ civilem vel maxime deceat, locum in dictione simplici esse. a Stobæo Gesneri p. 566. 20. a Plutarcho Moral. p. 100. 7.

— 4. δεῖ τοίνυν —] citat Theophilus Corydal. p. 728. §. 47.

— 5. ὑμέτερον —] citat vetus Lexicon apud Montfauc. Bibl. Coislin. p. 198.

— ibid. συνάρασθαι τὰ πράγματα] subaudi τοῖς ἀραμένοις. belli, aut universe

reip. onera portanda capessere una cum iis, qui ea ultro, vel ex necessitate sua, vel jam ante nos, ea susceperunt, h. e. parte oneris eos relevare.

— 8. λογιζομένους ὡς] aut delendum est ὡς, quod uncis inclusi, aut cum οὕτως est commutandum, aut cum ὧδε *sic*.

— 9. τοιοῦτον καιρὸν, καὶ πόλεμος γένοιτο] idem est ac si dixisset: τοιοῦτον καιρὸν, ὥστε πόλεμον γενέσθαι πρὸς τῇ ἡμετέρᾳ χώρᾳ.

— 11. εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε —] citat h. l. Hermogenes p. 179. pen. ἔστι δὲ καὶ ἐπιτιμητικὴ περίοδος τῷ σχήματι, ὅταν λέγωμεν — εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε etc. item p. 181. 19. Minucianus p. 150. appellat hoc enthymema ἀπὸ τοῦ ἴσου a pari.

— 13. ἔτι τοίνυν] Syrianus ad Hermogenem 316. ult. ἀπορήσειεν ἄν τις, τίνι διαφέρει τὸ ἐκβησόμενον κεφάλαιον τῆς ἐν τῷ συμφέροντι ἐκβάσεως. ἐν ᾗ φαμὲν, ὅτι συμμαχησάντων μὲν ἡμῶν τάδε ἀποβήσεται, μὴ συμμαχησάντων δὲ, τάδε. Φαμὲν οὖν, ὅτι ἐν μὲν τῇ τοῦ συμφέροντος ἐκβάσει τὰ προσεχῆ ἐξετάζομεν τέλη, ἐν δὲ τῷ ἐκβησομένῳ τῶν ἐκεῖ τελῶν ἐξετασθέντων τὰ τέλη διασκοποῦμεν. τὴν δὲ διαφορὰν ταύτην ἔδειξεν ἡμῖν ὁ Δημοσθένης ἐν Ὀλυνθιακῶν πρώτῳ· τὸ μὲν συμφέρον ἐξετάζων ἔφη, ὅτι συμφέρει ὀλυνθίοις βοηθῆσαι. εἶτα ἡ ἐκβασις. τοῦτο γὰρ ἡμῶν ποιησάντων, ἐν Μακεδονίᾳ ἔσται ὁ πόλεμος. μὴ συμμαχησάντων δὲ τοῖς ὀλυνθίοις, ἐλθὼν εἰς τὴν ἑλλάδα φίλιππος πολεμήσει τὴν Ἀττικήν. καὶ ταῦτα μὲν τὰ προσεχῆ τῆς ἐκβάσεως τέλη. τὰ δὲ τῶν τελῶν τέλη, ἅπερ εἰς τὸ ἐκβησόμενον ἄγομεν, ἐκεῖνα. ὅτι ἐν Μακεδονίᾳ μὲν πολεμοῦντες πλεῖστα κερδανοῦμεν. ἐν δὲ τῇ Ἀττικῇ τοῦ πολέμου συστάντος, τάδε καὶ τάδε ἡμᾶς περιστήσεται τὰ δεινά. τὴν μὲν οὖν τοῦ συμφέροντος ἔκβασιν ἐξετάζων τάδε φησίν. ἔτι τοίνυν, ὦ Ἀθηναῖοι, μηδὲ τοῦθ' ὑμᾶς λανθανέτω, ὅτι νῦν αἴρεσίς τις [Sic] ἐστὶν ὑμῖν — κακῶς ποιήσετε. καὶ ἑξῆς. τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ ἐκβησομένου πάλιν ἐξετάζων τάδε φησίν. ἀλλὰ μὴν ἥλικα γέ ἐστι τὰ διάφορα [versu 25.] ἐνθάδε ἢ ἐκεῖ πολεμεῖν, οὐ [Sic] λόγου προσδεῖν ἡγοῦμαι — χραμένους τῶν ἐκ τῆς χώρας λαμβάνεται [Sic] καὶ ἑξῆς. καὶ προτρέψαι δὲ καὶ ἀποτρέψαι ἱκανωτάτη ἐστὶν ἡ τοῦ ἐκβησομένου ἐξέτασις. διόπερ ἐπιμελῶς αὐτῇ χρῆσθαι προσήκει.

— 18. ταύτην] h. l. vi caret, quare αὐτῷ malim. ut sit τὴν ὑπάρχουσαν καὶ οἰκείαν αὐτῷ ἀδεᾶς. ditionem, quæ jam in ejus potestate est, et ipsi per majores veluti cognatam atque domesticam.

— 19. τίς αὐτὸν —] Syrianus ad Hermog. p. 308. 22. χρήσιμον δὲ ἡ τοῦ ἀναγκαίου ἐξέτασις καὶ μάλιστα χώραν ἔχει ἐν ταῖς δυσκολίαις τῶν πραγμάτων, ὅταν ἐπὶ πόνους, ἢ δαπάνας, ἢ ἄλλο τι τῶν δυσχερῶν παρακαλῶμεν τοὺς ἀκούοντας. ἔνθα καὶ ἡ τοῦ ἐκβησομένου ἐξέτασις ἀναγκαία, ὡς, εἰ μὴ τάδε πράξομεν, τάδε ἡμᾶς καὶ τάδε περιστήσεται τὰ δεινά. ὅπερ Δημοσθένης ἐν Ὀλυνθιακῷ πρώτῳ κατασκευάζων, οἷα συμβήσεται τοῖς Ἀθηναίοις, εἰ βοηθήσειαν [malim εἰ μὴ βοηθ.] ὀλυνθίοις. καὶ γὰρ εἰπέ μοι, τίς αὐτὸν κωλύσει δεῦρο βαδίζοντα [Sic] — ἢ ἄλλος τις ;

— 25. ἀλλὰ μὴν ἥλικα —] v. Theophil. Corydal. p. 729. 6. Apsines in Arte rhetor. cap. *de utili*, p. 706. τὸ συμφέρον κατασκευάζεται ἀπὸ τῶν ἐκβάσεων, οἷα ἐκβήσεται πεισθεῖσι. τελεία δὲ ἀπόδειξις συμφέροντος, ὅταν ἐπ' ἄμφω ἀποδείξῃς, τί μὲν ἐκβήσεται πεισθεῖσι, τί δ' εἰ μὴ ὑπακούσαιεν. ὡς παρὰ Δημοσθένει ἐν ὀλυνθιακοῖς· ἀλλὰ μὴν ἥλικα τὰ διάφορα etc.

— 27. εἰ γὰρ —] Minucianus p. 160. n. 30. figuram hanc appellat enthymema ἀπ' ἀναπλασμοῦ a figmento. et pro ἔξω γενέσθαι dat, e memoria recitans, ἔξω τῆς πόλεως στρατοπεδεύσασθαι.

— ult. στρατοπέδῳ] videtur cum χρωμένους esse conjungendum, et στρατοπέδῳ χρῆσθαι idem esse, atque στρατοπεδεύειν, ἐν στρατοπέδῳ εἶναι. ut sententia sit, καὶ λαμβάνειν, στρατοπεδεύοντας, τῶν ἐκ τῆς χώρας γιγνομένων τοσαῦτα, ὅσα ἀνάγκη ἐστὶ λαμβάνειν στρατοπεδεύουσιν.

## AD OLYNTHIACAM SECUNDAM.

18. l. ἐπὶ πολλῶν —] Recitat hunc locum bis Aristides in Arte. p. 166. ἐνδοξά ἐστι πρῶτα μὲν τὰ τῶν θεῶν, οἷον ὅταν εἰς τὰ θεῖα ἐπανάγῃς τὰς ἐγκλίας. θεῶν εὐνοιαν. τύχης χρηστότητα. οἷον ἐπὶ πολλῶν ἄν τις ἰδεῖν δοκεῖ μοι — et p. 206. ubi περιβολῆς seu amplificationis genus ait esse, ut ab infinito ad finitum transeatur. καὶ τρίτον παράδειγμα. Ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τις — γενομένην τῇ πόλει. εἶτα ἡ ἐπὶ τὸ ὡρισμένον ἀπαγωγὴ οὐχ ἥκιστα δ' ἐν τοῖς παροῦσι πράγμασι. Scholiastes anonymus Christianus ad Hermogenis l. de inventione p. 352. ἐν μέντοι τισὶ λόγοις καὶ δυσὶ καὶ τρισὶ προοιμίοις χρησόμεθα. δυσὶ μέν, ὡς ὁ Δημοσθένης — τρισὶ δὲ, ὡς ὁ αὐτὸς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ὀλυνθιακῶν· ὧν πρῶτον μέν· ἐπὶ πολλῶν μὲν [18. 1.] δεύτερον δέ· [18. 16.] τὸ μὲν οὖν, ὦ ἄ. Ἀ. τὴν Φιλίππου ῥώμην διεξέναι· τρίτον δὲ [19. 9.] τὸ μὲν οὖν ἐπίοχκον καὶ ἄπιστον καλεῖν etc.

— 13. citat h. l. Hermogenes de formis l. 2. p. 353. ἔτι ἐνδιάθετον σχῆμα καὶ ἡ τοιαύτη ἐπιδιόρθωσις, ἡ αὐξήσιος ἕνεκα πα-

ραλαμβανομένη· οἷον· ὑφὲ γάρ ποτε — ὑφὲ λέγω; χθὲς μὲν οὖν καὶ πράην. καὶ πάλιν· ὡς ἔστι τῶν αἰσχρῶν, μᾶλλον δὲ τῶν αἰσχίστων.

— 15. ὡς ἔστι τῶν αἰσχρῶν —] φαίνεσθαι προϊεμένους] id est προέτας. participium substantivi locum obtinet, more Latino. ut *amans dei*, ita προϊέμενος καιρὸν *omittens opportunitatum*, pro socorde, opportunitates dimittente. nam προΐεσθαι alias accusativum adsciscit. Cæterum citat h. l. Aristides in Arte p. 236. ἀλλὰ καὶ οἱ ἐπιμερισμοὶ particulares distributiones περιβολὴν ἐργάζεσθαι δύνανται· οἷον· οὐ μόνον τόδ' ἐποίησας, ἀλλὰ καὶ τόδε. μὴ μόνον πόλεων καὶ τόπων [editio Aldina dat τόπου] — συμμάχων τε καὶ καιρῶν.

— 17. τὸ μὲν οὖν — ] Citat h. l. Hermogenes p. 235. ad docendum, quod sit filum hujus periodi multis interpolationibus distractæ. de eodem admonet p. 284. et idem affert exemplum, addens, id non solum περιβεβλημένον, sed etiam μεστὸν esse. Locos ipsos Hermogenis relegat, quemcunque juvat. Scholiastæ verba ad p. 235, 12. hic referam e p. 389, 6. ἐνταῦθα δ' ὅλου τοῦ χωρίου τῇ καλουμένῃ μεστώσει χρησάμενος ὁ ῥήτωρ, ἐπεμβολάς τε συμπλέξας ἐσπεμβολαῖς, εἰκότως ἐδεήθη τοῦ εὐκρινῆσαι τὸν λόγον αὐτῷ [f. διὰ τοῦ τοῦτ' αὐτῷ δυναμένου σχήματος, τῆς ἐπαναλήψεως, καὶ ταύτης οὐ μιᾶς. ἀλλ' ἤδη καὶ δευτέρας, διὰ τὸ μῆκος τῶν ἐπεμβολῶν. εἰρηκὼς γάρ· ταῦτα οὖν παραλείψω, καὶ πάλιν κατασκευάσας, αὖθις ἐπανέλαβεν εἰπών· τοῦτον οὐχὶ νῦν ὀρῶ τὸν καιρὸν τοῦ λέγειν, καὶ οὕτως τὸ ἐπαγόμενον τῇ προτέρᾳ προτάσει ἀπέδωκε. μέστωσις δέ ἐστι λόγος πλειόνων καὶ μακροτέρων ἐννοιῶν ἐπεμβολὰς περιέχων.

— 21. ἡμῖν δ' οὐχί] post ἡμῖν δὲ videtur ὄνειδος [aut ὑπόμνησιν, aut ἔλεγχον, aut tale quid] τοῦ οὐχὶ καλῶς — deesse. nobis autem affernnt ea dedecus, vel documentum, res a nobis non esse præclare gestas.

— 22. ὁ μὲν γὰρ — ] Citat h. l. Hermogenes p. 183. ἐκείνη δὲ ἡ παρὰ τῷ Δημοσθένει καὶ χιασθῆναι δύναται· ὁ μὲν γὰρ Φίλιππος ὅσῳ πλείονα — αἰσχύνην ὠφλήκατε.

19. 3. ὧν οὖν — ] Citat h. l. Hermogenes p. 178. ult. et 182. 1.

— 4. ὑμῖν δὲ δίκην προσήκει λαβεῖν] non satis bene concordat hæc constructio cum superiori. ego equidem post ὑμῖν δὲ δίκην nihil amplius desiderem. vobis autem pœnas debet Philippus. Aut redundant insequentia, aut sic leg. est: ἣν ὑμᾶς νῦν παρ' αὐτοῦ προσήκει λαβεῖν. quarum itaque rerum causa Philippus illis quidem, qui consiliis orationibusque suis causam ejus penes vos ornarunt atque secundarunt, gratiam debet, vobis autem pœnas, quas ab eo pœnas sumere vos nunc decet; eas res commemorandi tempus nunc non video satis opportunum.

— 5. τούτων οὐχ ὁρῶ νῦν τὸν καιρὸν τοῦ λέγειν] videtur recte habere, neque opus esse, ut ὑπὲρ cum Mounteneyo addatur, quamquam auctoritate codicum complurium munitum. idem est ac si dixisset, οὐχ ὁρῶ νῦν καιρὸν τοῦ ταῦτα λέγειν.

— 15. ὥσπερ καὶ ἀληθὲς] Hermogenes p. 287. εἴ γε βραχεῖαι εἶεν αἱ ἐπεμβολαί, ἀλλὰ μὴ μακραί, μᾶλλον γοργὸν, ἢ περιβεβλημένον ποιοῦσι τὸν λόγον. οἷον· τοῦτ' ἐκεῖνον, ὅπερ καὶ ἀληθὲς ὑπάρχει, φαῦλον φαίνεσθαι, ὁρᾷς, πῶς εὐκίνητος καὶ γοργὸς ὁ λόγος ἐστίν. ἠγένετο δὲ διὰ τὴν ἐπεμβολὴν τὴν οὖσαν βραχεῖαν, ὅπερ καὶ ἀληθὲς ὑπάρχει.

— 18. παρακρουόμενος] ad hunc aliumve similem locum respexit Harpocr. v. παρακρούεται.

— 20. ἐγὰ μὲν γὰρ — ] locum hunc citat Apsines in Arte p. 691. 38.

— 27. κατασκευάσαι] bene habet. eo quod argutis strophis clandestinisque amicorum, quos Philippus Athenis alebat, molitionibus, effecit hoc, ut fides haberetur illi quondam celebri, vulgi crebris sermonibus jactato arcano. κατασκευάζειν est imposturam quasi compaginare, commachinari, et ut vocabulum Græcum sonat, convasare, h. e. comminisci, consuere.

— pen. φιλίαν] post φιλίαν videtur ἐξαρτώμενον, vel tale quodpiam deesse. dicas, e præmissis tacite repeti oportere προσαγόμενον. Ego vero dubito, num bene Græce dicatur φιλίαν τινὸς προσάγεσθαι, pro πρ. τινα.

20. 1. ἀδικῆσαι] eripuit enim nobis Philippus, sociis, qui tum eramus, suis, civitatem nostræ ditionis, quo jura societatis violavit.

— 2. ἐκείνοις] Olynthiis puta.

— 13. παρίστη] ex Aug. secundo prætuli vulgari πάρεστι. eum ad locum devenerunt res Philippi.

— 20. καὶ λιμένας] malim καὶ τοὺς λιμ. cum articulo, ut modo præcessit τὰ χωρία, et insequitur καὶ τὰ τοιαῦτα.

— 27. ἀνεχαίτισε] Citat h. l. Harpocration hac voce. Significat hoc v. primitus crines vel pilos animantis retro, autrorsum, a tergo ad frontem reagere. hinc, quicquid est, in adversum retorquere.

— pen. οὐκ ἔστιν - - - ἀδικοῦντα — ] Marcellinus ad Hermogen. p. 313. cfin. ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν κατὰ ψυχὴν, πρέπει μέχρι τῶν ἐκτός. οἷον· πῶς ἔχει ψυχῆς Φίλιππος; [declaratur hoc p. 19. Demosth.] ὅτι ἀδυμεῖ, (sic) καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ἀδικοῦντα καὶ ἐπιορκοῦντα καὶ ψευδόμενον δύναμιν δικαίαν κτήσασθαι. πῶς τὰ ἐκτός; ὅτι Θετταλοὶ ἄπιστα. ὅτι Ἰλλυριοὶ καὶ Παίονες ἐλευθερίας ἐπιθυμοῦσιν. ὅτι τῶν προσόδων ἐστέρηται καὶ στερήσεται. ὅτι εἰς στενὸν κομιδῇ τὰ τῆς τροφῆς τοῖς ξένοις αὐτῷ καταστήσεται. καὶ ὅπως ἔχουσιν οἱ Μακεδόνες. καὶ ἑξῆς. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν κοινῶν [de rebus, non uni propriis, sed quas

multi participant] τὰ ἐκτὸς μάλιστα τὴν χορηγίαν ἡμῖν παρέξεται. ἰκέτας δὲ πρὸς τύραννον, ἢ δυτάστην, ἢ ὅλως ἕνα ἄνδρα ὁ πόλεμος τίθη. χώραν ἡμῖν τὰ ἀπὸ τῆς ψυχῆς παρέξεται. ἐξετάσομεν γὰρ ἐπιβουλάς, ἀπάτας, ἀδικίας, ἃς Δημοσθένης ἐποίησε. χρησόμεθα δὲ καὶ τοῖς ἔξωθεν. οἰκ ἀποχρήσει δὲ τὰ τῶν πολεμίων μόνον διαβάλλειν, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὰ οἰκεῖα συστῆσαι, ἃς ὁ Θουκυδίδης ἐν τῇ Περικλέους δημηγορίᾳ.

21. 1. ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα —] Citat h. l. Hermogenes p. 334. clin. λοιπὸν εἶδος τρίτον ἐστὶν, ᾧ καὶ ὁ ῥήτωρ κέχρηται. γίνεται δὲ, ὅταν τροπῇ τινὶ χρησάμενοι μὴ σφόδρα αὐστηρᾷ, μηδὲ σκληρᾷ, κατ' ἀκολουθίαν ἐκείνης ἰτέραν ἐπενέγκωμεν τροπὴν, σκληροτέραν μὲν, οὐ μὴν δοκοῦσάν γε εἶναι τοιαύτην διὰ τοῦ προειρημένου. οἷον· ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα εἰς μὲν ἅπαξ καὶ βραχὺν χρόνον ἀντέχει, καὶ σφόδρα γε ἤνθησεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν, ἂν τύχῃ, τῷ χρόνῳ δὲ φαρᾶται, καὶ περὶ αὐτὰ καταῤῥεῖ. τὸ γὰρ ἤνθησε τροπικὸν μέν, οὐ μὴν αὐστηρὸν, οὐδὲ σκληρόν. τὸ δὲ καταῤῥεῖ σκληρὸν ἰσχυρῶς. οὐ μὴν τοιοῦτον ἐφάνη διὰ τὸ ἐξ ἀκολουθίας εἰρῆσθαι. ἐπὶ γὰρ τῶν ἀνθέων τῶν μαραινομένων τὸ καταῤῥεῖν σχεδὸν κυρίως λέγεται. ἤδη δὲ αὐτῶν [f. αὐτοῦ] τὴν ἄγαν σκληρότητα καὶ τὸ παρακείμενον αὐτῷ ἀφεῖλε, λέγω, τό· τῷ χρόνῳ δὲ φαῦλα.

— ibid. εἰς μὲν ἅπαξ] hic deesse videtur πεῖχωξεῖ, vel tale quid. *Semel quidem succedunt.* Pro ἅπαξ exhibet Thomas M. καθάπαξ h. v. p. 479. et Ammon. v. καθάπαξ.

— 4. περὶ αὐτὰ] ipsa a semet ipsis, per semet ipsa destruuntur, et super semet corruunt. Simile ductum a nive in semet contabescente.

— ibid. ἅσπερ γὰρ οἰκίας —] Celebris sententia, sæpius recitata, ut a Minuciano p. 142. 8. Aspine p. 701. 17. παραβολὴ παραδείγματος τούτῳ διαφέρει. ὅτι ἡ μὲν παραβολὴ ἀπ' ἀψύχων, ἢ ζώων ἀλόγων λαμβάνεται. ἀπὸ μὲν ἀλόγων, ὡς παρ' Ὁμήρῳ· ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος. ἀπὸ δὲ ἀψύχων, ὡς παρὰ Δημοσθένει· ἅσπερ γὰρ οἰκίας οἶμαι καὶ πλοίου. τὰ δὲ παραδείγματα ἐκ γεγενότων ἤδη πραγμάτων λαμβάνεται, ἢ προσώπων. Scholiastes ad Hermog. p. 398. [ad locum II. p. 274. 22]. schema hoc appellat ἐπιχείρημα ἀπὸ τοῦ ὁμοίου. conf. Schol. Pindari p. 5. b. ed. Oxon.

— 11. ἀρίσκει] post ἀρίσκει μοι deesse videtur μάλιστα. ita inprimis mihi probatur.

— 13. ταῦτα] quæ modo docui, de fidei et veracitatis præstantia, fraudisque pestifero exitu, item de Philippi moribus.

— 25. τὴν μεταβολὴν] suspicor tollenda esse, ut scholium vocabuli μετάστασιν.

22. 10. πάντ' ὠφελεῖ] malim πάντως ὠφελεῖ. utique, semper, certe prodest. Sigla, circumflexo similis, ως significans, facile fieri potuit ut omitteretur.

— 17. τοῦτο ἐζήλωκε] Sed quidnam? nil præcessit. non certe τὸ ἐπιθυμεῖν δόξης. num ergo καὶ τοὺς ὁμοίους [id est, τοὺς ὁμοίως ἑαυτῷ δόξης ἐπιθυμήσαντας] ἐζήλωκε. Sed jam intelligo, quid rei sit. τοῦτο designat insequens, καὶ παθεῖν τι κινδυνεύων. hoc studet, ad hoc contendit, ut nempe, si necesse sit, et casus sic ferat, vel corporis ipsius artuumve jacturam patienter perferat.

— 19. τὴν τοῦ διαπράξασθαι ταῦτα] Schema hoc appellat Hermogenes, locum hunc recitans, καθ' ὑπέρθεσιν ὑπέρβατον. Scholiastes autem ad Hermog. π. ἰδεῶν hunc eundem locum allegans, appellat ὑπέρβατον κατ' ἀναστροφὴν, auctorem laudens Tiberium.

— 25. ἔγρα] sunt arva et sata omnia, vites, horti, quibus colendis vita toleratur, victus quæritur. τὰ ἴδια sunt propria cujusque domicilia, artes manuariæ, quas exercet, et res familiaris.

— 26. πορίσωσιν] πορίζειν h. l. est idem atque πορίζεσθαι. sibi quærere, comparare labore suo, ut frumenta, vina, oleum, et similia. negata copia ea vendendi, quæ, quoquo potuissent modo, sibi peperisset. non sim tamen alienus a lectione ποιήσωσιν. Græci dicunt ποιεῖν σῖτον, ἔλαιον, pro manuum suarum labore parere.

— ult. ἔχουσι] subaudi γνάμης. Φιλίππῳ idem est atque πρὸς Φίλιππον.

23. 2. πεζέταιροι] videtur hæc melior esse lectio, quam altera, vulgari usu item trita, πεζαίτεροι. quæ est penes Harpocrationem, quem v. et Brodæum defensorem nacta est Miscell. V. 34. p. 549. T. II. Lampadis Gruteranæ.

— 4. ὡς δ' ἐγὼ —] citant h. l. Aristides de dictione civili p. 256. 6. Hermogenes p. 452. 13. Schol. Hermog. p. 34. 15. et p. 45. 8. et p. 380. ubi in generibus τοῦ ἐξ ὑποβολῆς λέγειν numerat, his verbis: ἢ [scil. ἐξ ὑποβολῆς λέγειν est] ὅταν ἐάσας ἐξ εὐθείας προενεγκεῖν τὸν λόγον προσώπου τινὸς ὑποβολῇ χρήσηται, κἀκείνῳ περιθῇ τοὺς λόγους. οἷον· ὡς ἐγὼ τῶν ἐν αὐτῇ τ. χ.

— 7. εἶος] videtur vitiose redundare, atque tollendum esse, ut natum ex οἷς posteriore syllaba vocabuli αὐτοῖς, quod modo præcessit.

— 11. εἰ δέ τις σώφρων — ] Locum hunc videtur Athenæus p. 614. E. 8. tangere.

— 13. κορδακισμοὺς] Citat h. l. Harpocr. v. κορδακισμός. Inter lectiones, quæ ambæ olim in libris fuerunt, παρεῶσθαι et παρεωράσθαι, ambigo, utram præferam.

— 15. λησταὶ] nullo modo huic loco convenit, cujus sententia postulat potius δικελισταὶ, id est, θαυματοποιοὺς, mimos, histriones. v. Hesych. h. v. tangit h. l. Athenæus p. 614. E.

— 21. γελοίων] v. Thomam M. v. γελοῖος p. 186.

— 27. *συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι*] Citat h. l. infra p. 155. et 156. iisdem verbis recurrentem, Stobæus p. 566. 22. sic dans: *συσκιάσαι τὰς τοιαύτας ἁμαρτίας τῶν ἀνθρώπων*, et in fine sententiæ *τότ' ἀκριβῶς διακαλυφθήσεται ταῦτα πάντα*. item Dionys. Halic. T. II. p. 190.

24. 3. *τέως*] dedi pro *ἕως*, quod etiam apud Stobæum est h. l. recitantem p. 540. 28.

— 6. *κἂν ῥῆγμα* — ] locum h. citat Plutarchus Opusc. p. 69. 37.

— 12. *ταύτῃ φοβερὸν* — ] Citat Hermogenes p. 435. 7. ubi Herm. Aldinus dat *νομίζῃ*, et *ἀνδρὸς* pro *ἀνθρώπου*.

— 17. *ἐλοίμην*] ad *ἐλοίμην* ut *μᾶλλον* addatur, quod sententia utique postulat, necesse nil est, usu linguæ sic ferente, ut sæpissime ibi subaudiendum omittatur, ubi requiritur.

— 21. *αὖ τὸν*] contraxi in unum vocabulum *αὐτόν*. ipsum desidentem, desidia, segnitie torpentem aliquem, nam *τινὰ* subauditur.

— 23. *οὐ δὴ θαυμαστόν* — ] Locum hunc Hermogenes Crispini (nam in Aldino reperire nequeo) sic exhibet: *οὐ δὴ θαυμαστὸν, εἰ στρατευόμενος ἐκεῖνος καὶ παρὼν ἐφ' ἅπασιν, ἡμῶν μελλόντων καὶ ῥαθυμούντων περιγίνεται*. verumtamen p. 177. 13. Hermog. rursus recitatur hic idem locus vulgatis convenienter.

— pen. *εἰ μηδὲν ποιοῦντες* — ] Citat Hermog. p. 177. 25.

25. 4. *ἀλλ' ἵν' οἱ ἄλλοι* — ] Citat h. l. Schol. Hermog. p. 315. ubi pro *ἐν 'Ολυνθιακῶν οὖν ταῦτά φησι* leg. est *ἐν 'Ολ. δευτέρῳ ταῦτά φ.*

— 9. *πάντας*] malim *καὶ πάντας*.

— 23. *ῥᾷον*] malim *ῥᾴω* in plurali. *πάντα πέφυκε ῥᾴω φυλάττειν τοὺς ἔχοντας*, idem est ac si dixisset, *πέφυκεν οὕτω φύσει τοὺς ἔχοντας δύνασθαι πολὺ ῥᾷον φυλάττειν* — Citat h. l. Stobæus p. 528. 36.

— 25. *πρότερον*] post *τῶν πρότερον* videtur *ὑπαρξάντων* deesse.

26. 10. *κἂν*] aut *κἂν* cum *ἂν* est mutandum, aut sic leg. *ὑμέτερα. præmia belli vestra sunt*. hic desinit sententia. tum incipit nova. *οἷον ὑμετέρα 'Αμφίπολις*. E. c. *vestra est Amphipolis*, h. e. vos eam jure, ut vestræ civitatem ditionis reposcitis. *κἂν ληφθῇ, atque si recuperetur, statim vos eam aufferetis.*

— 14. *Σίγειον*] Citat h. l. Harpocr. hac in voce.

— 18. *δόντες*] *δόντος* Aug. 3. sed junior vulgatam sinperscripsit: quæ utique præferenda est, tametsi etiam *δόντος* ferri et exponi possit, subaudiendo *τινός*: *cum imperatorum vestrorum aliquis rationem rerum a se gestarum vobis reddiderit*. nam *διδόναι λόγον* potest tam ille dici, qui repetit rationem ejusque reddendæ facit copiam, quam qui reddit postulatam.

— 18. *τὰς ἀναγκὰς*] olim sic erat: *τὰς ἀνάγκας ἀκούσητε, τούτους ἀφίετε*. ego cum distinctione lectionem mutavi. ubi necessitates illas audieritis, dimittitis reos.

— 23. *πολιτεύεσθε*] Citat h. l. Thomas M. p. 724. v. *πολιτεύομαι*.

— 25. *οἱ δ' ἄλλοι προσνενέμησθε*] Citat Pollux VIII. 100.

— ult. *τοῖς μὲν*] verborum nonnihil insolentius trajectorum hæc est sententia, ac si dixisset: *τοῖς μὲν ὑμῶν ἀποδώσετε μόνον τὸ ἐπιτάττειν, ὥσπερ ἔχουσιν ἐξουσίαν τυραννικήν.*

## AD OLYNTHIACAM TERTIAM.

28. 1. *οὐχὶ ταὐτὰ* — ] Locum hunc recitat Scholiastes Hermogenis in prolegom. ad libr. *περὶ εὑρέσεως*. p. 352. *ἓν τισι λόγοις καὶ δυσὶ καὶ τρισὶ προοιμίοις χρησόμεθα. δυσὶ μὲν Δημοσθένης ἐν τῷ τρίτῳ τῶν 'Ολυνθιακῶν. ὧν πρότερον μέν· οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι* — *δεύτερον δέ* [p. 29. 5.]· *ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρός.*

— 4. *τοὺς μὲν γὰρ* — ] Sopater ad Hermogen. p. 313. 6. *δεῖ τὸν ἐμφρονα ῥήτορα θαῤῥοῦντάς τε παρὰ τὸ δέον τοὺς συμβουλευομένους καταπλῆξαι, φυλαττόμενον ἐν τούτῳ τὸ εἰς ἀθυμίαν αὐτοὺς ἐμβαλεῖν. ὅπερ καὶ ὁ ῥήτωρ ἐν τρίτῳ τῶν 'Ολυνθιακῶν ἐκ προοιμίων ποιεῖ.* [designat h. l. pag. v. 4.] *καὶ πάλιν ἀθύμως διακειμένους ἐγείρει καὶ φρονήματος ἐμπλῆσαι. φυλάττοντα* [sic] *κἀνταῦθα, ὅπως μὴ παραχθῶσιν εἰς καταφρόνησιν, καὶ ῥαθυμότεροι γένωνται. τοῦτο δὲ πρῶτος μὲν 'Ομηρος ἐποίησε — Δημοσθένης δὲ καλῶς ἐζήλωσεν' ἔν τε τῷ προειρημένῳ τρίτῳ τῶν 'Ολυνθιακῶν, καὶ ἐναργέστερον ἐν τῷ περὶ τῆς εἰρήνης ἐκ προοιμίων.* [p. 57. 1.] *ὁρῶ μὲν* — *τὰ παρόντα πράγματα πολλὴν δ. ἔ.* etc.

30. 8. *οὐκ ἂν ἄλλως* —] videtur ita distinguendum atque leg. esse: *οὐκ ἂν ἄλλως ἔχοι νῦν*. jam facile non mutentur. *νῦν δὲ ἕτερος πολέμου καιρὸς ἥκει*. Jam vero alia occurrit belli gerendi opportunitas.

— 10. *τί δὴ χρησόμεθα*] videtur ita esse distinguendum. *τί δή; quid tum?* quid id nostra refert, quod tu jactas? Respondet. *χρησόμεθα* — Nempe, utemur — ant si malumus cum aliis legere *χρησώμεθα*, age scil. utamur —.

— 11. *ἐθάῤῥει τούτους*] dictio ben Græca est *θαῤῥεῖν τινὰ*, pro, securus alicujus causa esse, nil mali sibi ab eo metuere.

citat h. l. Lexicon vetus apud Montfauc. Bibl. Coislin. p. 497.

— 16. *ἐπεξάξαμεν ἡμεῖς*] subaudi *πρὸς αὐτούς*.

— 18. *καὶ δυσχερὲς*] id est, *καὶ ταῦτα πάνυ τι δυσχερές*. impedimentum aliquod, idque inprimis durum et impeditum.

— ibid. *ἐφοσμεῖν*] Citat. h. l. Harpocrat. h. v.

— 26. *τῶν*] uncis inclusi, ut supervacaneum, quod si tamen servetur, legendum erit: *τὸν ἀπὸ τῶν μετὰ ταῦτα*.

— ult. *πρὲς ταῦτα*] ad res Phocenses, et Atticas inprimis.

32. 2. *θεῖσιν*] scil. non *τὸν χάειν*, sed *τὸν νόμον*.

— 4. *ζημίαν*] id est, *αἰτίαν ζημίας*.

— 9. *ψήφισμα οὐδενὸς*] velim *οὐδὲν* interponi.

— 18. *τῇ τάξει*] subaudi *τοῦ χρόνου*.

— 20. *ὑπάρχειν*] correxi *ὑπάρχει* in indicativo. reliqua jam præsto sunt, in promtu sunt.

— 23. *νῦν*] post *νῦν* suspicor deesse *καὶ πράξετέ γε*. licebit vobis nunc recte facere; neque licebit solummodo, verum etiam facietis, si quidem recte agatis, aut (si alteram lectionem præfers) recte si sapiatis.

— ult. *πολεμήσαιεν*] bene si habet, subaudiendum erit *αὐτοὶ πρὸς Φίλιππον*. Si bello adversus Philippum strennam dent operam. malim tamen aut *πολεμηθεῖεν*, scil. *ὑπὸ Φιλίππου*, si a Philippo armis infestis oppugnentur, aut cum numero codicum non contemnendo *πολεμήσειεν ἐκεῖνος* [subaudi *αὐτοὺς*, vel *πρὸς αὐτοὺς*] si ille, Philippus, eos ultro bello lacessat.

33. 3. *ἐάσαντες*] scil. *γίγνεσθαι, καὶ οὐ καλύσαντες αὐτά*.

— 4. *αὐτῷ τότε τοὺς αἰτίους*] malim sic distingui et legi: *αὐτῷ τότε*, nos, qui nostris ipsi manibus Philippo tanta decora et tanta emolumenta tum comparaverimus, *τοὺς αἰτίους, οἵτινές εἰσι, τούτων νῦν ζητήσομεν*. eorum in causa qui fuerint, et qui Philippum in tantum exaggerarint, nunc requiremus?

— 9. *ἥττηνται*] malim *ἥττηται δ' ὅμως πάντες διὰ τοὺς φεύγοντας*. universi, etiam qui strenue dimicassent, in fugam dati et clade perculsi sunt solorum culpa imbellium, qui in fugam se conjecissent.

— 27. *μίγα*] subaudi *πλεονέκτημα*.

34. 4. *ἐνδέχεται*] post *ἐνδέχεται* videtur *εἰ deesse*. num penes vos futurum sit, ut in bellum exeatis.

— 5. *οὔ τοι σωφρόνων*] num *οὐ γάρ τοι σωφρόνων*. refert hunc locum Hermogenes p. 250. in exemplis asperarum *ἐνστάσεων*, seu reprehensionum, a minoribus ad editiores profectarum.

— 6. *τῶν τοῦ πολέμου*] articulum priorem addidi. redit hoc *τῶν* non ad *χρημάτων*, sed cohæret cum *τι*. *τῶν τι τοῦ πολέμου πραγμάτων. rerum aliquid ad bellum facientium*. *ἐλλείποντας δ' ἐνδειαν χρημάτων*.

— 7. *τὰ τοιαῦτα ὀνείδη*] ut dicamini, propter pecuniarum penuriam bello justo et necessario deesse, atque culpa vestra committere, ut socii vestri pereant.

— 13. *οὐδ' ἀτυχής τις εἰμὶ*] neque tam sum diis natus iratis, et astris infaustis. pronomen *τις* addidi.

— 15. *κρίνω τὴν τῶν —*] Citat h. l. Stobæus p. 147. 26.

— 19. *ἔδει*] malim *ἤδει*. v. p. 35. 19.

— 23. *προπέποται*] Citat h. l. Hermog. p. 197. de inventione libro 4. cap. *περὶ τροπῆς* de dictione tropica. *ἡ ῥητορικὴ πολυπραγμονοῦσα — οὕτω χρῆται τοῖς ἀλλοτρίοις ὀνόμασιν. οἷον· προπέποται τὰ τῆς πόλεως πράγματα, ἀντὶ τοῦ, προδέδοται*.

— 27. *καίτοι σκέψασθε —*] Recitat h. l. Dionysius Hal. Rhetor. p. 175.

35. 1. *οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις —*] Aspines p. 701. *λαμβάνεται δὲ* [exempla] *ἢ ἐξ οἰκείων, ἢ ἐξ ἀλλοτρίων. τὰ μὲν οὖν ἐξ οἰκείων ἀγωνιστικώτερα καὶ προσεχέστερα — ὡς παρὰ Δημοσθένει. οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις, ἀλλ' οἰκείοις χρωμένοις παραδείγμασιν εὐδαίμοσιν ὑμῖν ἔξεστι γενέσθαι*.

— ibid. *ὁ ταύτην τὴν χώραν*] num *ὁ τοσαύτην χώραν*. tantam, tam vastam ditionem, tam spatiosam, quantam scil. ab eo teneri inter omnes constat. Si nempe *βασιλεὺς* h. l. rex Persarum est. verum Tourellus de rege Macedoniæ accipit.

— 17. *ἅστε μηδενὶ — λελεῖφθαι*] Minnianus p. 148. in locis enthymematis. *ἀπὸ πηλικότητος. οὕτως ἐκόσμησαν εἰ πρόγονοι τὴν πόλιν, ὡς μηδενὶ τῶν ἐπιγιγνομένων μηδεμίαν ὑπερβολὴν λελεῖφθαι*.

— 23. *εἰς περιουσίαν*] ad opulentiam inde colligendum. *πρὸς τὸ χρηματίζεσθαι ἐξ αὐτῆς, καὶ πλούσιοι γίγνεσθαι*.

— ult. *πῶς ὑμῖν — ἔχει*] *ὅτι δὲ καὶ ἦθος ποιεῖν σφοδρότητα οὐδὲν κωλύει αἱ εἰρωνεῖαι δηλοῦσι πᾶσαι. οἷον· πῶς ὑμῖν ὑπὸ τῶν χρηστῶν τούτων τὰ πράγματα ἔχει*. Hermog. p. 265.

36. 1. *ὁμοίως*] malim *ὁμοίως ἢ καὶ παραπλησίως. similiter, aut saltim quodammodo, propemodum*. ut hoc minus sit, quam illud.

— ibid. *καὶ τὰ μὲν ἄλλα*] solet *καὶ* interdum responsiones exordiri. quomodo *atque* a Cicerone sæpissime hoc pacto usurpatur. v. paulo post hac pagina versu 16. et 38. 2.

— 3. *ἐρημίας*] non obloquar, si quis contendat, oratorem hic illam designare solitudinem, cum tu ab amicis desertus et desolatus in angustiis hæres. videtur tamen orator potius absentiam æmulorum in animo habuisse. quamquam nemo jam est, qui vobiscum de principatu Græciæ contendat, sed vos eum absque controversia tenere et usurpare possitis, quem tantis laboribus tantoque sanguine majores vestri quæsivere.

— 11. ἐχθρὸν δ' ἐφ' ἡμᾶς —] Citat h. l. Hermogenes p. 198. ubi Aldinus Herm. sic exhibet: ἐφ' ἡμᾶς ἐχθρὸν αὐτοὺς τηλικοῦτον ἠσκήκαμεν. et ἰσχυρὸς, ἢ παρ' ἡμῶν αὐτῶν γέγονε Φίλιππος.

— 25. καὶ νῦν] subaudi ἔχει. quod tacite supplendum est e præmisso εἶχε.

37. 2. ὑμεῖς δ' ἐκνενευρισμένοι] v. Koen. ad Gregor. Corinth. de Dialectis pag. 25. 26. et ibi Valckenaer. Hermog. p. 243. ult. εἰ δ' ὑπερβαΐεν ἐπὶ πλέον αἱ τροπαὶ, σκληρότερον ποιοῦσι τὸν λόγον, ὥσπερ καὶ τὸ ἐκνενευρισμένοι, καὶ τὸ πεπρακὼς ἑαυτὸν, καὶ τὸ λωποδυτεῖν τὴν ἑλλάδα. item p. 250. 14. Aristides de dictione civili p. 264. antep. ubi Ar. Aldinus vocabula καὶ περιηρημένοι et γεγένησθε omittit. Verba Aristidis hæc sunt: καὶ τὸ διαβάλλειν δὴ πρόσωπα ἔνδοξα, ὡς ἀτόπως ἔχοντα, σφοδρότητα ποιεῖ. ὡς· ὑμεῖς δὲ ὁ δῆμος — præclara est Lanr. Normanni ad h. l. annotatio pag. 473.

— 5. ἀγαπῶντες] Hermogenes p. 250. locum hunc e memoria recitans ita dat: ἀγαπῶντες, εἰ θεωρικὰ ἢ βοίδια πέμψουσιν ὑμῖν εἰς τὰς ἑορτάς.

— 16. γενέσθαι] loco v. γενέσθαι dat Dionysius Hal. ἑκάστῳ. ut hoc amplector, ita rursus illud dimittere nolim, sed arbitror ambobus copulatis primigeniam oratoris manum reddi, ut sit constructio: μείζων βλάβη ἐμοὶ ταῦτα εἰπόντι, ἢ ἑκάστῳ τῶν πεποινκότων ἐκεῖνα γενέσθαι. quam unicuique eorum, qui in causa fuerunt, ut istæc, quæ dixi, ita ut dixi, evenirent. ἢ pone βλάβη addendum facile potuit in concursu secum elidi.

— 24. λημμάτων] non displicet Lambini λημματίων.

— 25. σιτίοις] constructio paulo implicatior hæc est: ἃ ἔοικε τοῖς σιτίοις τοῖς διδομένοις παρὰ τῶν ἰαρτῶν τοῖς ἀσθενοῦσι. imitatus est h. l. Philostratus p. 306. 27.

38. 1. σὺ μισθοφορὰν λέγεις] id est, δεῖν ἡμᾶς, δίκην ξένων, μισθὸν παρὰ τῆς πατρίδος φέρειν.

— 2. τὴν αὐτὴν ἁπάντων σύνταξιν] scil. φημὶ δεῖν εἶναι. et protinus quidem, sine cunctatione, sine ambagibus, planis verbis aio, civium omnium eadem esse debere stipendia; seu aio fas esse cives singulos quosque stipendia ferre eadem.

— 8. τὰ νῦν] scil. συμβαίνει. tempora si qua incidant his similia, εἴ βελτίων, eris vir fortis, civis bonos, ὑπάρχων στρατιώτης αὐτὸς, eo quod miles sis, non demum conscribendus, neque exercendus, sed jam conscriptus dudum et exercitatus, et paratus ad inserviendum patriæ, et quidem αὐτὸς, in corpore tuo, non alieno, quod in tui vicem mittas.

— 11. ἐν ἴσῃ τάξει] respicit ex opposito ad præmissum ἀτάκτως. Nunc accipit quisque, ait, sine certo ordine suum theoricum, alias plus, alias minus; aut alii pensiones spissiores, alii tenuiores; hoc mense cum tulisset parum quid, prætereunt menses rursus complures, quibus prorsus nil auffert. Jam vero secundum eam dispensationem, cujus ego auctor sum, unosquisque mense quoque ratam, et sibi semper parem aufferet pensionem; et omnes pensiones ferent inter se pares, nemo ampliorem, quam alter.

— 12. λαμβανέτω] Dionysius in vita Isæi p. 108. ed. Sylb. (seu nostræ p. 335. T. VII. oratorum Græcorum) ubi totum hunc locum recitat, παραλαμβάναν dat, e memoria, ni fallor, aut alias addendum sit ὠφελήσει. — λαμβάνων Bav. in texto, sed super ὠφελεῖ superscriptum est γρ. λαμβανέτω. Unde colligo, in libris quibusdam ita fuisse exaratum: ὅσα οὖτος νῦν ἀτ. λ. οὐκ ὠφελεῖ. ὠφελείτω ταῦτ' ἐν ἴ. τ. λαμβάνων.

— 14. πλὴν μικρὸν] interponit Dionysius τι.

— 15. τὴν αὐτὴν] cohæret cum τάξιν, non præmisso, sed insequente versu 17. Constructio est: ἤγαγον τὴν πόλιν εἰς τάξιν, ποιήσας [id est, διὰ τοῦ ποιῆσαι] τὴν αὐτὴν τάξιν τοῦ στρατεύεσθαι, τοῦ λαμβάνειν etc.

— 17. ἔχοι.] subaudi ποιεῖν. facere possit.

## AD PHILIPPICAM PRIMAM.

40. 1. εἰ μὲν παρὰ —] Citat h. l. Hermogenes p. 177. 1. ubi Aldina sic dat: εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος προὐτίθετο πράγματος λέγειν, ὦ Ἀθηναῖοι. et versu 6. πολλάκις ἤδη πρότερον εἰρήκασιν οὗτοι. item p. 277. ubi sic disputat: τοῦ προοιμίου ἡ μὲν πρότασις, ὅτι δεῖ καὶ νεωτέρου ὄντος, καὶ πρώτου λέγοντος, ἀνέχεσθαι· αἱ δὲ ταύτης κατασκευαὶ, ὅτι μηδὲν οἱ πρεσβύτεροι τῶν δεόντων εἰρήκασιν ἐπὶ πολλῶν ἐκκλησιῶν. καὶ εἴ τινες ἄλλαι. ἃς δὴ κατασκευὰς προὔταξε τῆς προτάσεως. Item Scholiastes ad Hermogenis p. 226. his verbis p. 385. ed. Ald. ὀρθώσας, τουτέστι κατ' ὀρθὴν πτῶσιν προφέρων τὸν λόγον — πλαγιάσας δὲ — μερίσας δὲ. οἷον· εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινὸς πράγμ. προὐτίθετο λέγειν. ἢ οὗτος· Κροῖσος ἦν, Λυδὸς μὲν γένος, παῖς δὲ Ἀλυάττεω, τύραννος δὲ ἐθνέων. συμπλέξας δὲ —.

— 3. τῶν εἰωθότων] scil. γνώμην ἀποφήνασθαι.

— 13. ὁ γάρ ἐστι χείριστον] Hermogenes p. 364. in capite περὶ δεινότητος proponit hanc cogitationem in exemplis earum ἐννοιῶν, quas appellat παραδόξους, καὶ βαθείας, καὶ βιαίους, καὶ περιγενομένας.

— 15. τί οὖν ἐστὶ τοῦτο] super artificio

rhetorico hujus loci ita disputat Aristides de dict. civ. p. 132. ubi recitatæ illi celebri sententiæ, τὸ χείριστον ἐν τοῖς παρελληλυθόσι, τοῦτο πρὸς τὰ μέλλοντα βελτιστον ὑπάρχει, subjicit istæc: καὶ ἐνταῦθα τὸ μὲν χωρὶς διαστάσεως ἓν ἂν εὐθὺς ἐπαγαγεῖν· οὐδὲν γὰρ τῶν δεόντων ποιοῦνταν ὑμῶν. ποῦ οὖν ἡ διάστασις; ἐν τῷ διὰ μέσου, ἐν ᾧ διαστῆσας λέγει· τί οὖν τοῦτό ἐστιν; ὅτι οὐδὲν τῶν δεόντων —.

41. 4. τῇ τότε ῥᾳμῃ] malim τῇ τε τότε ῥᾳμῃ.

— 8. εἰ δέ τις ὑμῶν —] Sopater ad Hermog. p. 313. εἰ δέ τις ἐν τῇ τελείᾳ τοῦ δυνατοῦ ἐργασίᾳ μὴ δύνηται χρῆσθαι τῇ ἀντεξετάσει, ἑτέρας αὐτὸ μεθοδεύσομεν, καὶ διὰ παραδειγμάτων τὸ δυνατὸν κατασκευάσομεν. ὥσπερ ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ περὶτῶν κατὰ Φιλίππου· εἰ δέ τις ὑμῶν — Πύδναν, Ποτίδαιαν, Μεθώνην. καὶ ἑξῆς. οἷς ἐπάγει· εἰ τοίνυν ὁ Φίλιππος τότε ταύτην ἔσχε τὴν γνώμην — ἐκτήσατο δύναμιν.

— 25. φύσει δ' ὑπάρχει —] Citat h. l. Stobæus p. 201. 8.

42. 15. μὴ γὰρ ὡς Θεῷ —] Sopater ad Hermog. p. 315. εἰ μὲν ἔχοιμεν δεῖξαι, ὅτι δίκαιον ἡ συμφέρον ἐστὶ τὸ προκείμενον, τοῦτο κατασκευάσομεν. εἰ δὲ μή, ἐροῦμεν, ὅτι οὐκ ἀδικον, ἡ οὐκ ἀσύμφορον. ἔστι δὲ αὐτοῦ τὸ παράδειγμα καὶ παρὰ τῷ ῥήτορι. μὴ δυνηθεὶς γὰρ κατασκευάσαι, ὅτι δυνατόν ἐστι λυθῆναι τὴν Φιλίππου δύναμιν, ἐπὶ τὴν ἀντίφασιν χωρήσας ἔφη· μὴ γὰρ ὡς Θεῷ νομίζετε τὰ παρόντα ἐκείνῳ πεπηγέναι πράγματα ἀθάνατα. οὐκ ἀδύνατον γὰρ λυθῆναι τὴν Φιλίππου δύναμιν ἐν χρόνῳ, τὴν γε ἀπό τινος ἀξιαμένην χρόνου.

43. 2. πότ' οὖν, ὦ ἄ. Ἀ. —] Hermogenes p. 253. κἄλα τραχέα τὰ βραχύτερα, καὶ ἃ μηδὲ κἄλα, κόμματα δὲ καλεῖν ἄμεινον. οἷον· πότε οὖν, ὦ ἄ. Ἀθ. πότε ἃ χρὴ πράξετε etc. item p. 415. in capite de interrogatione. ἡ πρὸς τοὺς ἀκούοντας πεῦσις. οἷον· πότε οὖν etc.

— 4. ἡγεῖσθαι] subaudi εἰ μὴ ἀνάγκην.

— 7. αὐτοῦ] assumsi ex Aug. 2. pro vulgari αὐτῶν. hic *loci*, hoc ipso in foro. nonc tamen pœnitet facti, quod non potius e Felicianea αὐτῶν restituerim, cum aspero. *percenturi e vobismet ipsis.* idem est ac si dixisset ἐξ ὑμῶν αὐτῶν.

— 16. τοῦτο εἴ τι πάθοι] aut τι est delendum, aut τοῦτο cum τούτων, quod Pithœanus dat, est mutandum. *horum quicquam*, scil. adversam valetudinem, mortemve.

— 17. ὑπάρξει, ἅπερ ἀεὶ βέλτιον, ἡ ὑμεῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελούμεθα, καὶ τοῦτο ἐξεργάσαιτο] correxi marte meo sic ὑπάρξῃ· (ἡ γὰρ — ἐπιμελουμένη etc.) *num quæ fortuna semper melius nobis prospicit, quam nosmet ipsi nobis prospicere solemus, ea etiam hoc facile efficiat*, ut scil. Philippus sive morbo periculoso et diuturno tenetur, sive rebus humanis prorsus eripiatur.

44. 4. καινὴν] novum appellat apparatum, requirens novos milites atque recentes, novas naves, nova arma, vetusta, diuturno usu detrita, reprobans.

— 6. ταχὺ et τήμερον] accipienda sunt materialiter. qui jugiter vobis hæc verba occentant. *Cito, cito*, et *hodie, hodie*, facite id, quod suadeo.

— 8. ἀλλὰ] subaudi οὕτος ἂν μάλιστα λέγοι εἰς τὸ δέον.

— 9. πόθεν] subaudi ποριοθεῖσα.

— 14. ἐπαγγέλλεται] videtur ἄλλο deesse.

— ibid. ὑπόσχεσις] Hermogenes p. 215. ad h. l. alludens. ἡ μὲν οὖν ὑπόσχεσις, κατ' αὐτὸν φᾶναι τὸν ῥήτορα, οὕτω μεγάλη. ubi H. Aldinus pro ὑπόσχεσις dat ὑπόθεσις.

— 26. ὡς ὑμεῖς] sententia postulat ὡς εἰ ὑμεῖς. nam in ἐρμήσαιτε versu ultimo desinit protasis hujus periodi.

— 27. ὥσπερ εἰς Εὔβοιαν] subaudi ποτὲ ὡρμήσατε.

— ult. ἴσως ἂν ὁρμήσαιτε] f. ἴσως ἂν καὶ ἐπ' αὐτὸν ὁρμήσαιτε. si vos, ut olim in Eubœam invasissetis, — ita in se quoque fortassis, [id est, id quod facile fieri posset] irruatis: rem eam esse haud contemnendam.

— ibid. οὕτοι παντελῶς] Citat h. l. Hermogenes p. 90. 1. ubi Herm. Aldinus a Crispiniano haud parum discrepat. nam Portus ibi vulgatam Demosthenicam exhibuit. Hermogenes Aldi sic refert: οὔ τι παντελῶς οὐδ' εἰ μὴ ποιήσετε νὴ Δία, ὡς ἔγωγε κρίνω, εὐκαταφρόνητον ἔσται. ἵνα ἡ διὰ τὸν φόβον εἰδὼς εὐπεπεῖς ὑμᾶς ἀπόσχηται, ἡ ῥᾳδιὰν τ. ἀ. λ.

45. 1. τοῦτο] τὸ ὁρμᾶν ἐπ' αὐτὸν puta. etiam in ditionem ejus armis infestis haud invadatis, (quamquam aio vos id facere oportere) dummodo ad id faciendum parati sitis, haud aspernabitur id Philippus.

— 12. μὴ μοι μυρίους] Hermogenes p. 187. ἔστι καὶ ἀπαγορευτικὸν σχῆμα, ὃ ἐπιμείαν πνεῦμα λέγεται, οἷον ὅταν λέγῃ· μή μοι μυρίους, μηδὲ δισμυρίους etc. facile patet subaudiri λέγε, aut λεγέτω τις. Super dictione, τὰς ἐπιστολιμαίους ταύτας δυνάμεις, mirifica grammaticorum veterumque atque recentiorum dubitatio, nodum in scirpo quærentium; quod equidem miror, et vocis natalibus et orationis serie prodente statim vel paulo attento cuique in mentem venire necesse est, significari copias, quarum spes submittendarum imperatoribus foris agentibus fiat a S. P. Q. A. per literas ad eos missas, quæ copiæ scriptæ quidem sint in membranis, ut paulo post submittendæ, nunquam vero reapse mittantur. In exemplum interpretationum a veteribus super hac dictione traditarum proponam locum Etymologici M. ἐπιστολιμαίους στρατιώτας· ἀγελαίους εἶπε Δημοσθένης, παρὰ τὸ στόλος, τὸ στρατός.

— 13. ἀλλ' ἡ] spiritum asperum cum

leni, et articulum cum particula mutavi, ἀλλ' ἤ, quod in dictione Demosthenis tantundem est atque ἀλλὰ simplex; aut ἀλλὰ μόνον. sed solummodo.

— 18. ἔξει — ποιεῖν] num leg. ἔξει, εἰ καὶ γλίσχρως πως ταῦτ' ἐθελήσετε ποιεῖν. etiamsi tenuiter modo ista facere velitis. an sic: ἔξει, καὶ πῶς· εἰ ταῦτ' ἐθελήσετε ἀκούειν, ἐγὼ φράσω. si vultis audire, dicam.

— 19. ξένους] bene habet. cœperat orator de milite mercenario docere: interim longam parœuthesin interponit. tum velut oblitus occœpti sermonis de universo exercitu pedestri conscribendo, cujus pars longe maxima miles mercenarius erat, sententiam dicit.

46. 14. λῃστεύειν] quibusdam in codd. est λῃστευομένην. id quod suspicionem movet, in libris quibusdam olim fuisse λῃστεύειν μόνον. quod equidem haud spreverim.

— 27. παρακύψαντα] παρακύπτειν est aliqua re leviter et tumultuarie defungi, ubi modo attigeris, protinus ab ea rursus refugere, veluti si quis domum præteriens, non introeat, sed solummodo per fenestram aut januam semiapertam introspiciat. Sententia est: bello delibato, sic, ut nihil, cum peregissent, dictitare tamen possent se partibus suis satisfecisse.

47. 4. ἐπόψτας] Citat h. l. Pollux 2. 58. v. ἐπόψται.

— 5. παρακαταστήσαντας] malim simplicius παραστήσαντας.

— 9. αὐτῶν δέκα] post αὐτῶν deesse videtur ἡμεῖς γε, scil. ἐχειροτονήσαμεν. Dialogismus fictus hic est. colloqui fingitur extraneus aliquis cum Atheniensi, quem extraneus interrogat: bellumne vos, an pacem geritis, Athenienses? Nos enimvero, ait Atheniensis, bellum gerimus. At qui fieri hoc potest, inquit extraneus, qui imperatores e numero vestro nullos delegeritis? Nos vero, occurrit Atheniensis, utique denos prætores copiarum pedestrium delegimus, minoresque majoresque, et pari modo binos equestrium, utriusque ordinis, h. e. minores majoresque.

— 10. φυλάρχους] Citat h. l. Harpocrat. v. φύλαρχος et ἵππαρχος.

— 12. ἐκπέμψητε] ratio dialogi, si continuaretur, postulabat, ut diceret ἐκπέμψωμεν et sic porro in prima persona. verum quia oratio hæc, Atheniensi in os indita, nimis invidiosa atque flagitiosa fuisset futura, abrumpit orator sermocinationem, et ipse per se loquitur. Corrige hinc Etymologicum M. v. ἱερομοισῖ, locum hunc vitiose recitantem.

— 14. εἰς τὴν ἀγορὰν] vocabula εἰς τὴν ἀγορὰν a lectore tacite iteranda sunt, ac si ad hunc modum esset exaratum. ὥσπερ οἱ πλάττοντες τοὺς πηλίνους στρατηγοὺς, πλάττουσιν εἰς ἀγορὰν, quemadmodum qui sigilla argillacea fingunt, imperatorum figuras mentientia, quo ea in forum deferant, ibique venum proponant, οὕτως ὑμεῖς χειροτονεῖτε τοὺς στρατηγοὺς εἰς ἀγορὰν, sic vos creatis imperatores vestros, non quo in castra exeant, sed solummodo quo in foro versentur, ibique speciem imperatorum mentiantur.

— 16. οὐ γὰρ ἐχρῆν] aut pro οὐ sufficiendum est καί, aut servato οὐ sic leg. οὐ γὰρ ἐχρῆν, ὦ ἄ. Α. ταξιάρχους παρ' ἄλλων, ἀλλὰ παρ' ὑμῶν, οὐδὲ ἱππάρχους παρ' ἄλλων, ἀλλὰ παρ' ὑμῶν, ἄρχοντας οἰκείους εἶναι.

— 22. ὑφ' ὑμῶν] malim ἀφ' ὑμῶν. non a vobis delectum oportebat esse, sed civem vestrum, e numero vestro, non peregrinum.

48. 11. συμπλέων] locum hunc citat Hermog. p. 347. in capite περὶ τοῦ ἀληθινοῦ λόγου, his verbis: πεποιθότως δ' ἐρεῖς, ὅταν λέγῃς· κἀγὼ συμπλέων ἐθελοντὴς, πάσχειν ὁτιοῦν ἕτοιμος, ἐὰν μὴ ταῦτα οὕτως ἔχῃ. Aristides de D. C. p. 252. ἀξιόπιστον δὲ [facit oratori fidem] καὶ τὸ τιμᾶσθαι προλαμβάνοντα καὶ ζημίαν ὁρίζειν καθ' ἑαυτοῦ, ἐφ' οἷς ἂν διεξίῃ. οἷον· ἐγὼ πλέων ἐθελοντὴς πάσχειν ὁτιοῦν ἕτοιμος.

— 14. παρ' ὑμῶν] deest aut πορίζεσθαι, aut ὑπάρχειν, quod Wolfio visum est.

— 16. ἃ μὲν ἡμεῖς] Sunt qui novam hinc orationem ordiantur, quos Monntencyus bene refutat. v. Schott. v. Demosth. p. 81. et Fabricii B. G. T. I. p. 924.

— 18. χειροτονήσατε] quamquam χειροτονήσαντες ex auctoritate codicum consentientium ad χειροτονήσατε reformavi, nullus tamen dubito, dedisse oratorem ποιεῖτε χειροτονήσαντες. ubi ea, quæ vobis arriserint, suffragiis vestris rata jusseritis esse, curate quoque ea factis exsequi.

49. 3. τῇ δυνάμει] hibernis, quibus hic exercitus utatur, Lemno licet uti, — cur expungi par sit hæc duo vocabula, non item mihi liquet, atque Valkenario ad Herodotum p. 673. ult.

— 4. Σκίαθῳ] meminit h. l. Harpocr. v. Σκίαθος.

— 6. τὴν δὲ ὥραν τοῦ ἔτους] cohæret cum insequente ῥᾳδίως ἔσται versu 9. unde constat deesse sive τηρεῖν vel ἐπιτηρεῖν, sive διαγῶναι. facile factu vobis erit, ut tempestatem anni opportunam exsequendæ huic expeditioni observetis, vel discernatis.

— 8. πρὸς - - - χώρᾳ] f. πρὸς αὐτῆ τε τῇ χώρᾳ.

— 10. τῇ δυνάμει] corrige interpunctionem ad hunc modum. τῇ δυνάμει, quas ad res et quando uti copiis his se deceat, παρὰ τὸν καιρὸν ὁ τούτων — de eo decernet is, quem vos imperatorem iis summa cum potestate præfeceritis.

— 13. πορίσητε] malim πορίσαντες, et versu 17. ταμίαι τε καὶ πορισταί.

— 25. οὐχ] subaudi ex insequentibus sublegenda: οὐ κοἰχήσεται αἰχμαλώτους τοὺς ὑμετέρους πολίτας, οὐδ' ἐκλέξει χρήματα, quemadmodum antehac fecit, in posterum non facturus.

50. 9. ὄχλον] videtur ἔχετε deesse.

— 10. ἔχει] videtur ἐπιδείκνυσθαι desse. fortasse quoque pone ἁπάντων deest Ἑλλήνων.

— 15. φυλῆς, πότε] f. καὶ πότε. nam alias nominativi χορηγὸς et γυμνασίαρχος non possunt constare cum τί δεῖ λαβόντα ποιεῖν, sed debebat dictum esse τί ποιήσει λαβών. Ad χορηγὸς et γυμν. subauditur ἔσται τότε.

— 16. ποιεῖν, οὐδὲν] f. καὶ οὐδὲν ἀνεξέτασταν, aut οὐδὲν γὰρ ἀνεξ., aut οὐδὲν δ' ἀνεξ.

— 17. περὶ τοῦ πολέμου] subaudi νόμοις.

— ibid. καὶ τῆς τούτου παρ.] malim καὶ ταῖς τούτου παρασκευαῖς. vulgatum si servamus, item hic subaudiendum erit νόμοις. in legibus de bello latis, item in legibus de apparatu bellorum.

— 22. μετοίκους] Citat h. l. Harpocr. v. μέτοικοι et τοὺς χωρὶς οἰκοῦντας. multa et varia hoc super loco viri docti disputant. Mihi videntur *seorsim habitantes* appellati fuisse fratres familias, qui suas sibi res familiares separatas a re paterna caterorumque fratrum haberent, patribus adhuc superstitibus, ab iisque seorsim habitarent. Conf. p. 1149. 23. 1161. 15.

— 10. αἰσχρόν ἐστιν] Citat h. l. Stobæus p. 365. 9.

— 23. οὐδενὸς δ' ἀπολείπεσθε] non intelligo hanc dictionem. Quid enim sibi vult οὐδενός? quid subauditur. videtur Wolf existimasse, subaudiendum esse πολεμίου. nullum non hostem assectamini. ubicunque videtis concurri, illuc accurritis. Mihi videtur Demosthenes, id significare si voluisset, aliter sententiam expressurus fuisse. Num οὐδενὸς δ' οὐ καιροῦ ἀπολείπεσθε. nusquam non sero venitis, opportunitatibus rerum bene gerendarum dudum praeterlapsis.

52. 7. ἐγχωρεῖ] scil. ταῦτα ποιεῖν καὶ ἐς ὕστερον.

— pen. πλευσούμεθα] Citat h. l. Hermog. p. 347. et Longinus p. 82. ed. Wetsten.

53. 10. διὰ] vulgo abest, quod visum fuit e duobus codd. adsciscere, quia sic planissima redditur dictio Demosthenis, quæ alias semper tamen dura manet atque scabra, tametsi hyperbaton admittas, quod Demosthenes non repudiat, ut scilicet τοὺς τοιούτους ἀποστόλους copuletur cum οἱ ἐχθροὶ καταγελῶσι, interjectorum vero nulla habeatur ratio. qui est modus interpretandi Wolfianus, isque admodum probabilis. nam alter ille, quem Abreschius ad Æschylum p. 57. et 631. proposuit, ab ingenio Dem. abhorret atque nimis contortus est. citat h. l. Thomas M. v. ἀπόστολος.

— 15. ἠττῆται] videtur exquisita dictio esse, nulloque modo sollicitanda. ἠττᾶσθαι τῶν στρατιωτῶν dicitur imperator ille, qui in potestate militum est, qui militibus negare quicquam nequit, quamvis insolens et indignum, qui facere nequit, quominus omnes eorum injurias toleret, ad omnia scelera et flagitia conniveat. quia non habet, unde aut debita stipendia his solvat, aut meliores conducat.

54. 7. ἕκαστος] alii ἑκάστοτε. perinde est. sed videtur post hanc vocem deesse ὡς θέλει, vel ὡς θέλουσι, vel οὓς βούλεται, vel οἷς βούλονται. comminiscentes quos quisque velit rumores.

— 9. μεθύειν] Citat h. l. Hermogenes p. 198. et Thomas M. v. μεθύση.

— 15. ἐκεῖνο] ἐκεῖνα prætuli, quia complura enumerat molesta, diligenter spectanda et ad animum revocanda. sequitur etiam ταῦτα versu 21.

— 19. εὕρηται] post εὕρηται videtur πράξας deesse. ea deprehendatur Philippus adversus nos omnia egisse et machinatus esse.

## AD ORATIONEM DE PACE.

Wolf in annot. ad or. de falsa legatione (p. 375. 20.) suspicatur, hanc de pace orationem, quæ Demostheni abjudicatur, esse Æschinis, nil moratus dictionis disparitatem, neque testimonium veterum, præter tres illas, quæ hodie prostant, orationes, ab Æschine literis consignatum quicquam esse, negantium. Sed obstant hæc duo. 1. quod orator p. 59. se legatis reliquis e Macedonia domum reversis obloculum ait, eos malæ fraudis atque erga patriam malevolentiæ et erga Philippum studii coarguisse. 2. quod orator ibidem sibi quandam arrogat εὐτυχίαν, cujus jactantiæ pœnas Æschini dedit acerbissimas.

57. 3. μηδὲν εἶναι] f. μηδὲν ἔτ' εἶναι.

— 5. κατὰ ταὐτὰ] num μὴ κατὰ ταὐτὰ, ut ista duo μὴ κατὰ ταὐτὰ, *non pari pacto*, et μηδὲ καθ' ἕν, *neque uno tenore*, sint e parallelo dicta, ut vulgo usurpant. Constructio tum erit haec: μὴ πάντας ἡγεῖσθαι τὸ συμφέρειν κατὰ ταὐτὰ [scil. ἐννοήματα], μηδὲ καθ' ἕν [subaudi διάγραμμα].

58. 18. τὰ παῦ ὑμῖν] alias subaudiri possit διάφορα, negotia, vel συμβόλαια. hic vero malim subaudiri κακουργήματα. ne-

quitias. citat h. l. Scholiastes Aristophan. ad Acharn. 60.

— 19. εἶπον] subaudi τοῦτο. indicavi hoc, Neoptolemum esse Philippi emissarium.

— 23. εἰ γὰρ ἐν Διονύσου] Citat h. l. Herodianus in Philetaero pone Piersoni Mœrin. p. 438.

— ult. ὀφειλόμενα] subaudi ἑαυτῷ.

59. 5. ἀφανὴς οὐσία] citat h. l. Harpocration v. ἀφανὴς οὐσία.

— 8. δύο μὲν δὴ ταῦτα —] idem est ac si dixisset ad hunc modum: δύο ταῦτα, ὑπ' ἐμοῦ τοιαῦτα ἀποφανθέντα, οἷάπερ ἦν ἀληθῶς, μαρτυρεῖ τοῖς ἐμοῖς τότε λόγοις, ὅτι ὀρθῶς καὶ δικαίως ἐγένετο.

— 14. κύριος] scil. τῶν πραγμάτων.

— 17. τοιαύτας ἐλπίδας καὶ φενακισμοὺς] videtur hic aliquid deesse. durum enim est hæc pertrahere e præmissis ὑπισχνουμένων. nisi si aias, φενακισμὸν ὑπισχνεῖσθαι idem esse, atque promittere rem vanam, mimicam. Num ergo addendum est προτεινόντων, aut ὑποδεικνύντων.

— 19. οὔτε ἴσως, οὔτε καλῶς] hæc lectio si servatur, erit ἴσως non pro *fortassis*, sed pro *ex æquo, juste, salva justitia*, accipiendum. quo significatu interdum reperitur usurpatum. visum tamen fuit etiam h. l. ἴσως vulgari sensu esse accipiendum. quapropter ex οὔτε postremo effeci οὐδὲ *ne quidem*: et nescio, an ne honeste quidem prodidistis Phoceuses. non modo cum damno vestro, sed ne salvo quidem pudore vestro, ne salva quidem existimatione vestra.

— 20. οὐδὲν — φανήσομαι] idem est ac si dixisset: οὔτ' αὐτὸς λέγων ἐξηπάτησα, οὔτε λεγόντων ἄλλων ἐσίγησα, καὶ οὕτως εἴασα ὑμᾶς ἐξαπατηθῆναι.

— 27. πλὴν δι' ἃ ἄν] num πλὴν δι' ἃ νῦν ὑμῖν ἐρῶ δύο.

60. 7. εἰς τρυτάνην] id est, ἐν τρυτάνῃ. alterutram in lancem veluti trutinæ.

— ibid. φέρον] subaudi ex insequentibus τὸν λογισμόν. bonam mentem secum auffert.

— 9. ὁ τοῦτο ποιήσας] id est, ὁ προσενέγκας ἀρχύριον πρὸς τὸν τῶν πραγμάτων λογισμὸν καὶ διαχειρισμόν.

— antep. citat h. l. Alexander rhetor de figuris sententiæ atque elocutionis p. 6. ed. Norm.

61. 9. βοηθεῖν] videtur, ob præmissum βοηθήσοντας, rectum esse, tametsi συνεπιστρατεύσειν insequatur. dubito enim, num satis Græcum sit, aut exemplis approbari possit, βοηθήσοντας βοηθήσειν. verum de hoc quidem cum nemine contendam.

— 13. ὥστε εἶναι] dedi de meo, σῶς τ' εἶναι, id est, σώους. idem est ac si dixisset: οὐδείς ἐστι τῶν ἡμῖν συμμαχούντων, ὅστις ὑπ' εὐνοίας πρὸς ἡμᾶς, βούλοιτο ἡμᾶς οὐ μόνον σώους εἶναι, καὶ σώους ἀπελθεῖν ἐκ τοῦ πρὸς Θηβαίους πολέμου, ἀλλὰ καὶ κρατεῖν αὐτῶν. καὶ οὕτως αὖ πάλιν οὐδεὶς τῶν Θηβαίοις συμμαχούντων βούλοιτο ἂν αὐτοὺς κρατεῖν ἡμῶν, ὡς βούλεται σώους τοὺς Θηβαίους περιεῖναι. nostri quidem socii nos salvos superesse volunt, at non item victores abire. pari modo socii Thebanorum cum vita fortunisque salvis discedere hos volunt, at non item bello superiores.

— 15. βούλοιντο] subaudi τοὺς ἑαυτῶν φίλους καὶ συμμάχους.

— 23. ἡμῖν] ad ἡμῖν subauditur οὖσαν, vel ὑπάρχουσαν.

— ibid. ἐχθεῶς σχήσουσιν] subaudi ἡμῖν, quod e proximo tacite huc quoque est pertrahendum.

— 24. ἐκδέχεσθαι] citat h. l. Harpocr. v. ἐκδεξάμενος, quærendum aiens esse, quid sibi velit hoc verbum h. l. sive, quæ sit ejus vis atque significatio. ἐπισκεπτέον δὲ, πῶς ἔχει τὸ ἐν πέμπτῳ φιλιππικῶν λεχθὲν ὑπὸ τοῦ ῥήτορος. καὶ τὸ δοκεῖν ἐκδέξασθαί τι τῶν ἐκείναις [lege ἐκείνοις] πεπραγμένων. Idem nempe significat atque τοῖς ἀγαθοῖς ἐφεδρεύειν, ut paulo ante, versu 3. dixerat, sublegere ab altero omissa, aut abjecta, aut si quæ ipsi imprudenti et invito exciderint, sibique vindicare; vel illo defatigato et despondente ex arena excedente, in vices ejus recentem succedere; vel insidiari fructui laborum ab aliis exantlatorum; quem fructum cum perceptum veniat labore defunctus, tum veniat insidiator eumque præripiat, ipse nil operatus.

— 25. ὡς λέγουσιν] malim ὡς αὐτοὶ λέγουσιν. aut ὡς καὶ αὐτοὶ λέγουσιν. ut ipsi adeo palam præ se ferunt.

62. 6. περὶ Φωκέας] scil. γέγονε, vel συνέβη.

— 15. ἐδόκει εἶναι] videtur πλέον esse interponendum.

— 22. ἔμελλεν] correxi ἔμελεν. minus huic rei studuisse Philippum, quam ut Phocidis aditus occuparet.

— 23. τοῦ δοκεῖν —] est expositio dictionis τὴν δόξαν τοῦ πολέμου, ab oratore ipso adjuncta, quasi dixisset: ὥστε δοκεῖν τὸν πόλεμον δι' αὐτὸν κρίσιν εἰληφέναι. gloriam belli, id est, ut nempe bellum hoc videretur per ipsum [Philippum] debellatum et amputatum esse.

— ult. καὶ τῶν ἐν Δελφοῖς πλεονεκτημάτων, δυοῖν κύριοι] malui sic distinguere: καὶ τῶν ἐν Δελφοῖς [subaudi δικαίων], πλεονεκτημάτων δυοῖν [id est, ἃ ἐστι δύο πλεονεκτήματα], κύριοι. Geminum consectabantur emolumentum; alterum, communionem concilii Amphictyonici; alterum jus ludos Pythicos participandi.

63. 3. εἰς τὰ πολλὰ] prima duo vocabula uncis inclusi, non quo prorsus damnem, sed quod absunt a quibusdam codicibus, et constructio sine iis bene sibi constat; quæ hæc est: προηγμένον εὑρήσετε

πρᾶξαι πολλὰ, ἂν οὐδὲν ἐβούλετο [scil. πρᾶξαι. quod tacite potest repeti].

— 8. ἡμῶν αὐτῶν] post ἡμῶν αὐτῶν videtur deesse sive τῇ εἰρήνῃ ἐμμένοντες, sive ἃ κελεύω, ποιοῦντες. scil. perseverantes in pace, neque facile eam nisi gravissimis de causis moventes. Sed ecce, hæc commentans, incido in schedas Taylori, ubi ex Harleyano hæc est lectio annotata: ἡμῶν αὐτῶν εἰ οὐκ οὖτ' ἔσται πόλεμος. tolle οὔτε, et babebis, ni fallor, manum oratoris. videor mihi docuisse, neque rem nos esse facturos nobis indignam, εἰ οὐκ ἔσται πόλεμος, si operam demus, ut bellum sopitum maneat.

— 9. δείξειν] malim δεῖξαι, in aor. 1. hoc videor mihi mea hac oratione docuisse, vel planum fecisse.

— 10. ὑπομένειν] h. l. est non tolerare, sustinere; sed audere, subire, conari, suscipere, aggredi.

— 18. καταλαμβάνειν] annon potius κατέχειν. nam jam dudum ante occupaverat.

## AD PHILIPPICAM SECUNDAM.

66. 6. αἴτιον δὲ τούτων] citat h. l. Stobæus p. 270. 30.

— 23. μηδ' ἐπιστήσεται] f. μηδὲ περιστήσεται. sibi circumponat amplitudinem. sese quasi vallet ea opum magnitudine.

67. 26. ὅπερ συνέβη] malim ὅπερ καὶ συνέβη. id quod etiam evenit.

68. 2. ταὐτὰ ὑπειληφὼς] subaudi περὶ αὐτῶν. nam alias leg. sit: ταὐτὰ ποιήσειν, ταὐτὰ γνώσκειν, ὑπειληφώς.

— 14. τούτου] prætuli τούτων. hujus universi generis, puta regum Macedonicorum, Philippi, Alexandri, et reliquorum cognatorum. et sic quoque dat Harpocr. laudans h. l. v. 'Αλέξανδρος, ubi, qui foerit, docet.

— 21. προγόνους] scil. εὑρίσκει καὶ ἀκούει. id quod e versu 11. huc tacite est pertrahendum. comperit legens in annalibus, et accipit ab hominum fama.

— 23. ἰδίᾳ τὸ λυσιτελοῦν] probarem magis τὸ ἰδίᾳ λυσιτ. transposito articulo.

— pen. καὶ τότε] scil. ἠρεῖτο.

69. 2. ἐπὶ τῇ θαλάττῃ] malim ἐπὶ τῆς θαλάττης (in genitivo) ob insequens τῶν ἐμπορίων. sed video nunc in appendice Francfurtana hoc jam a nescio quo occupatum.

— 9. νῦν] postquam Lacedæmoniis imperavit, ut Messeniam remittant. Citat hunc locum Hermog. p. 310. τοῦ δ' αὖ κατὰ συστροφὴν σχήματος ἐν τούτῳ τῷ εἴδει παράδειγμα τόδε· ὁ γὰρ Μεσσήνην — et Scholiastes Hermog. ad h. l. πολλὰ μὲν πράγματα ἔχει ἐνταῦθα, συνεσφιγμένα δὲ καὶ σύντομα, ὡς μὴ δοκεῖν εἶναι πολλά. rursus Hermog. p. 366. μάλιστα δὲ τῆς ἰδέας ταύτης καὶ τὸ κατὰ συστροφὴν σχῆμα οἰκεῖον. δυνάμει γὰρ μεγάλη φύσει τε κέχρηται, καὶ φαίνεται χρώμενον. οἷον· ὁ γὰρ Μεσ.

— 11. νομίζειν] dedi de meo νομίζων. Constructio nempe hæc est: σκήψαιτο πεποιηκέναι νομίζων [id est, διὰ τὸ νομίζειν] ταῦτα εἶναι δίκαια. qui prætendat se ista ideo fecisse, quod arbitratus esset æqua et justa esse.

— 21. ἀλλὰ καὶ] idem est ac si dixisset: ἀλλ' ἤδη καὶ ξένους — non parat facere, non minatur facturum — sed jam facit.

— 26. οὐδ' ἂν ἡγοῦμαι] prætuli οὐκ ἂν ἡγ. Sententia hæc est: Sive coactum et invitum Philippum illud prius ais fecisse, ut scil. Thebanis Orchomenum et Coroneam condonaret, sive nunc de constantia et fide Thebanorum desperare: non potest exputari causa ulla probabilis, cur Thebanorum inimicos, Lacedæmonios atque Phocenses, odiis tam implacabilibus insectetur; id quod facit. Ergo neque olim coactus indulsit Thebanis, quæ indulsit, neque nunc malevolo erga eos est animo, suspectosve habet. Falsa ergo sunt ea, quæ nostrates de Philippi cum Thebanis rationibus suspicantur et jactant.

70. 2. ὅτι] uncis inclusi, quod e postremis literis voc. θεωρίοις natum esse, ultro paret. πραγματεύεται idem est atque φωρᾶται πραγματευόμενος, vel δῆλός ἐστι πραγματευόμενος. deprehenditur, aut constat, si quis recte reputet, enm omnia machinari, quæcunque machinatur, in fraudem reip. συντάττειν de callidis, fraudulentis machinationibus usurpatur, simili ducto de opere tessellato, vermiculato, musivo, ubi tessellæ innumeræ et multifariæ multifariam sunt arte mirifica compositæ.

— 6. ὑπείληφεν] de meo dedi ὑπειληφώς. quia sibi persuasit.

— 8. ἔχει χρῆσθαι] num ἔχων χρῆται. aut ἔχει καὶ χρῆται. quas urbes et quos locos, per vim et nefas vobis ereptos, tenet, iisque contra vos utitur.

— 10. πρόοιτο] malim πρόοιτο in optativo.

— 14. νομίζοι] correxi νομίζει. nam ἂν neque ad istud, neque ad hoc refertur, sed ad μισεῖν. existimat, vos, se si exosi sitis, meritum odisse.

— 16. διὰ ταῦτ' ἐγερήγορεν] citat h. l. Minucianus περὶ ἐπιχειρημάτων, p. 146. de enthymemate ἀπ' αἰτίας. ubi sic ait: σύνοιδεν ἑαυτῷ φίλιππος πολλὰ ἠδικηκότι, καὶ διὰ τοῦτο μισοῦντας ὑμᾶς ἑαυτὸν, καὶ, εἰ καιροῦ λάβωσθε, τιμωρησομένους. διὰ ταῦτ'

ἐγρήγορεν, ἐφέστηκεν ἐπὶ τῇ πόλει. Sic ille, ut apparet, l. h. distinguebat. sed rectius in libris nostris distinctus cernitur. in ἐφέστηκεν subauditur τοῖς πράγμασιν, aut τοῖς κατὰ τῆς πόλεως καιροῖς, aut ταῖς κατὰ τῆς πόλεως ἀφορμαῖς, aut simile quid. ἐπὶ τῇ πόλει θεραπεύει. alios colit, ambit, promeretur, officiis sibi obstringit, quo reip. nostræ noceant.

— 27. Ἀνθεμοῦντα] citat h. l. Harpocrat. v. Ἀνθεμοῦς.

71. 1. ὑμᾶς] quamquam alias de hac, quæ est perpetua, pronominum primæ et secundæ personæ in plur. permutatione tacere soleo, quod putidum et tædii plenum foret de eodem tribus quibusque verbis interjectis admonere, hic tamen facere non possum, quin admoneam, a me ἡμᾶς hic prælatum esse. id quod factu erat necessarium. non enim hic alloquitur Athenienses Demosthenes, sed Messenios, referens in Atheniensium concione particulam alicujus orationis, quam ad Messenios a se ait habitam esse. Ad eos itaque de Atheniensibus prædicans, inconsentaneum sit *vos* usurpare; ubi res *nos* requirit.

— 3. ἆρα προσδοκᾶν] subaudi οἴεσθε, e p. 70. 24.

— 9. αὗται λίαν] malim αἱ interponi. duo vocabula λίαν ὁμιλίαι pro uno copulato per signum ὑφ' ἓν dictum accipienda sunt.

— 12. δεκαδαρχίαν] alii δεκαρχίαν dant, et nescio an analogiæ convenientius. citans h. l. Harpocratio reprehendit oratorem de memoriæ lapsu, affirmans τετραρχίαν esse exarandum. Potest fieri, ut criminatio hæc librarios magis percellat. Finge Δαρχίαν exaratum esse. rectissime legatur id τετραρχίαν. neque culpa penes oratorem fuit, si posteri in more veterum numeros scribendi interpretando errarunt. sed rursus pro vulgata dici possunt hæc. Thessaliam jam dudum ante Philippum in quatuor principatus divisam fuisse. Nil ergo Philippus in forma Thessaliæ regundæ novavit vetustam restituens. sed novasse dicitur, et vetusta quidem multo iniquiorem formam commentus.

— 18. ἀπεύχεσθε] aliis in libris est ἀπεύξασθε. num ita dedit orator ἀπεύξαισθ' ἄν, (in optativo) εἰ ἐσωφρονεῖτε. si sapiatis, sitis abominaturi.

— 19. παντοδαπὰ] citat h. l. Stobæus p. 244. 10.

— 22. χειροποίητα] citat Pollux 2. 121. v. χειροποίητος. Imitatus est h. l. Philostratus p. 282. 26.

— 23. ἓν δέ τι] Aristides de D. C. p. 188. σεμνότητα δὲ ἔχει, ὅταν μὴ εὐθὺς ἐπιτρέχῃς τῷ εἰσαγομένῳ, ἀλλὰ προλαμβάνῃς τὰς δυνάμεις αὐτοῦ, καὶ προαναρτᾷς τὸν λόγον. ἓν δέ τι κοινὸν — καὶ οὐκ εὐθὺς ἐπῆγαγε καὶ εἶπεν· ἀπιστίαν· ἀλλὰ προλαβὼν τούτου τὰς δυνάμεις, καὶ ἐναρτήσας [num ἐναρθρίσας] ἢ πᾶσι μέν ἐστιν ἀγαθὸν — καὶ ἄλλη ἐπανάληψις· τί οὖν ἐστὶ τοῦτο; εἶτα τὸ εἰσαγόμενον. ἀπιστία. Harpocration in v. ἀπιστεῖν num ad h. l. respexerit, in dubio relinquam.

— pen. οὐδὲν δεινὸν μὴ πάθητε] Stobæus sic recitat: οὐδὲν μὴ δεινὸν πάθητε. unde suspiceris leg. esse: οὐ δέος, μὴ δεινὸν πάθητε. verendum non est, ne malum accipiatis. verum sic potius videtur emendandum esse: οὐδὲν δεινόν, (nil est verendum) μή τι πάθητε. facile τι in concursu cum π potuit excidere, id quod sæpissime factum observavi.

72. 1. καὶ τὰς προσηγορίας] idem est ac si dixisset: καὶ αὐτὰς τὰς προσηγορίας. aut sic: οὐ μόνον τὰς γνώμας, ἀλλὰ καὶ τὰς προσηγορίας.

— 6. πολλοὺς ἑτέρους] addi velim τοιούτους. aliasque multas ejusmodi orationes, seu cohortationes.

— 7. πρέσβεων] malim συμπρέσβεων. a collegis hujus meæ in Messeniam legationis. Ad καὶ πάλιν ὕστερον subaudi ἀπόντος ἐμοῦ, me absente, cum rursus illinc discessissem.

— 14. περιτειχίζεσθε] prætuli περιστοιχίζεσθε. v. p. 43. 1. vulgata videtur e gemina lectione, olim in libris Demosthenicis versata, nata esse, ex altera περιστοιχίζεσθε, quam probavi, et altera ἐπιτειχίζεσθε, quam in Aug. secundo solo reperi. quarum illa significat, committitis, ut velut indagine claudamini; hæc patimini vobis arces imponi, quæ vos in officio contineant.

— ibid. πάντα ταῦθ' ὑπομείναντες] id est, πράξαντες παρ' ἃ λογισμῷ βέλτιστα ὁρᾶτε, aut πάντα ὅσα οἱ ἄλλοι δεινὰ ὑπέμειναν ὑπὸ Φιλίππου.

— 22. τοὺς ἐνεγκόντας] significat legatos Atheniensium, prima legatione ad Philippum functos constituendæ pacis ergo.

— 27. ἑτέρους] socios legationis posterioris, cui Demosthenes ipse interfuit, illuc missæ, ut a Philippo jusjurandum de pace servanda exigeret.

73. 13. πρὸς τὰς ἐλπίδας] accipio pro πρὸς τὸ χρηστὰς εἶναι τὰς ἐλπίδας. ad bene sperandum, ut posteris quoque bonæ spei nonnihil superesset. quamquam utique planius foret, si sic dedisset. Ironica est dictio.

— 18. ἐμαυτῷ μὲν ἐξ ἴσου λόγον παρ' ὑμῖν ποιήσω] quid hæc verba significare possint aliud, meditans haud reperio, quam hoc: Nullum aliud inde referam emolumentum, quam ut mihi liceat vobiscum in concione libere agere; in quo nihil amplum atque splendidum adeptus fuero; licet enim hoc civi cuique Atheniensi perinde facere. non meliore loco sic ero, quam infimus quisque vestrorum civium.

— 23. τὰ γὰρ πράγματα ὁρῶ προβαίνον-

τα] prætuli τὸ γὰρ πρᾶγμα ὀρᾶν προβαῖνον. nam video rem gliscere, serpere, increbrescere. studium puta nostratium erga Philippum, et contentionem largitiones ejus merendi, patriæque fortunas ei vendendi.

74. 24. μάλιστ'] voc. μάλιστα malim pone ἀκριβῶς poni, ut sit, ὡς δ' ἂν ἐξετασθεῖη ἀκριβῶς, ut autem ad vivum resecetur, et persentiscatur penitius, μάλιστα μὴ γένοιτο, ὦ θεοί, o dii, ante alia omnia nolite committere, vel, id vero omnium minime fiat.

— ult. τῆς ζημίας] malim τῆς πάντων ζημίας.

## AD ORATIONEM DE HALONESO.

76. ult. δεινὸν γὰς] Citat h. l. Aristides de Dict. simplici p. 422.

77. 4. περὶ ὧν Φίλιππος —] concinnius videtur oratio sic ordinari, si duo vocabula περὶ τούτων in versum quintum deducantur, ad hunc modum: περὶ ὧν Φίλιππος ἐπέσταλκε, διεξελθεῖν. ὕστερον δὲ, περὶ ὧν οἱ πρέσβεις λέγουσι, καὶ ἡμεῖς περὶ τούτων λέξομεν.

— 6. ὅσχεται] Citat h. l. Hermogenes.

— 8. οὔτε τότε λαβεῖν] mediam vocem de meo addidi. cæterum locus ita videtur reformandus esse: ὑμᾶς δ' οὐ φησὶ δικαίως αὐτὸν ἀπαιτεῖν οὐχ ὑμετέραν οὖσαν. vos autem negat recte et ex æquo facere, insulam a se repetentes, quæ vestra nulla sit. οὐ γὰρ τότε λαβεῖν [subaudi δικαίως]. nam neque jure vos eam tum occupasse, cum occuparetis, neque nunc eam tenere, sed ejus possessione excidisse.

— 13. οὐ χαλεπὸν —] idem est ac si dixisset: οὐ χαλεπόν ἐστιν αὐτοῦ ἀφελέσθαι τοῦτον τὸν λόγον, δεικνύντα, ὡς ἔστιν ἄδικος. non est difficile hanc ipsi causationem eripere, docendo, injustam esse.

— 27. ταναῦθα διοικήσειν] subaudi ὑπὲρ αὐτοῦ πράγματα.

— pen. μελλόντων] uncis inclusi, ut molestum et superfluum, orationemque impediens. sublato enim eo nil decst, quia διοικήσειν coliæret cum ὑπεσχημένων, qui receperunt Philippo, se negotiorum et studiorum ejus fore administros atque procuratores; idque etiam reapse agont.

78. 1. ὅτι δι' ἀμφοτέρων] f. ὅτι νὴ Δι' ἀμφοτέρων.

— 3. ἄν τε λάβητε, ἄν τ' ἀπολάβητε] citat et paraphrasi explanat h. l. (et p. 162. 16.) Eustathius ad Odyss. p. 62. 5. ed. Rom.

— 12. πρῶτον μὲν γὰρ] desideratur, quod insequi atque respondere debebat, colon ἔπειτα δὲ — aut ergo suspicandum est, oratorem oblitum sui supplere deficientia non meminisse, aut adsciscenda est e Felicianea hæc lectio ἔπειτα δὲ, εἴ γε ἡ δύναμις, pro illis, quæ versu 15. leguntur, ὁπότε γὰρ ἡ μὲν δύναμις. Modo, quod de auctoritate hujus lectionis haud constet, quam in librorum meorum nullo repererim.

79. 12. ξεβαιώσασθαι] post βεβαιώσασθαι addi malim ὁμολογοῦσιν.

— 13. ἐπεὶ ὅτι γε συμβόλων] citant h. l. Harpocr. et Thomas M. in v. σύμβολα.

80. 1. ὑποδοχὴν] id est, ὑπόληψιν. ad impetrandum, ut homines opinentur vos —.

— 13. τοὺς παρ' ἑαυτοῦ] malim τοὺς παρ' ἑαυτὸν, in accusativo. exsules, qui e Thaso ad se perfugissent. διακεκομικέναι compositum prætuli simplici κεκομικέναι, quod est in vulgatis. verumtamen infinitivum hunc quo referemus? unde aptus erit? non poterit aliunde, quam ex ἀξιῶν versu 5. unde insequentes infinitivi quoque apti sunt. Atqui quæ crit sententia ἀξιῶν διακεκομικέναι? aut, si cum Wolfio, διακεκομικέναι ajas ex ἄδειαν versu 9. aptum esse, non convenit infinitivus perfecti, sed præsentis διακομίζειν et οἰκειοῦσθαι. Brevis ut sim, constructio h. l. prorsus est inextricabilis. Suspicor itaque pro infinitivo sufficiendum esse indicativum διακεκόμικε, et versu 14. addendum ad νήσους esse ἐλπίζει. ut hæc sit sententia, neque solum exsules Thasios, qui ad se perfugissent, per imperatores vestros domum reportavit, [h. e. reportandos curavit] sed futurum quoque sperat, ut reliquas quoque insulas suas In partes pertrahat, si nempe suorum amicorum nonnullos classi nostræ imponat, una cum nostris imperatoribus circumnavigare jussos, tanquam socios in tutela maris gerenda futuros.

— 15. συμπέμπων] malim simplex πέμπων.

— 19. κατασκευάζεται] Citat h. l. Thomas M. v. κατασκευάζω pag. 509. et Minucianus p. 156. ubi sub enthymemate ἀπ' ἀφορμῶν cum locum hunc recitasset, hæc addit: ἐκ γὰρ τούτων τὸ ἐπιβουλεύειν τῇ θαλάττῃ τὸν Φίλιππον συνέστηκεν (id est, συνέστησεν). collegit, vel argumentis demonstravit, orator puta.

— pen. οἴκαδε λαμβάνειν] dicitur is dona, qui ab amico, foris vel peregre agente, missa accipit ultro delata, ex insperato, nullo suo promerito, et citra obligationem referendæ gratiæ. Sententia est: illi autumant, Philippum dona ad se Athenas mittentem, mittere dona in Macedonia nata; at ille nihil aliud ipsis mittit, quam exiguam particulam fortunarum patriæ,

quas ipsi antea Philippo vendiderunt. Conf. p. 157. 6.

81. 1. πεμφθέντες] post πεμφθέντες aut deest, aut subaudiendum certe est, quod creberrime solet reticeri, λέγοντες. Ad ἐπανορθώσασθαι subauditur Φίλιππον. Recte habet aoristus, neque de futuro sufficiendo cogitandum est. Vis futuri aoristo quoque inest, sed paulum diversa. Futurum destricte certoque futurum indicat; aoristos autem id, quod secundum omnem probabilitatem eventurum videatur. Sententia igitur hæc est. Ad veniam quod attinet, a legatis Philippi nobis datam, in formula pacis aliquam clausulam reformandi, qui legati nobis auctores facti sunt, Philippi sibi videri certius clausulam a nobis immissam admissurum sibique passurum approbari: ut scilicet uterque nostrum nostra habeamus teneamus, nos Athenienses ea, quæ ante bellum habuissemus, et Philippus item, quæ habuisset; quæ est postulatio juris irrefragabilis et apud cunctum genus humanum confessi: negat jam Philippus, neque se veniam hanc legatis suis dedisse, neque legatos suos tale quicquam affirmasse.

— 7. ἐν τῷ δήμῳ] coram tot hominum millibus palam et clare dicta, quorum si qui dictorum sint obliti, tot tamen alios superesse necesse sit eorum adhuc memores. arguit et ridet cum impudentiam adulatorum Philippi, tum absurditatem commentorum, quibus eum ductent.

— 11. παραχρῆμα —] in continenti, e vestigio, statim secum illa a legatis Philippi in concione dicta.

— 13. τὴν καταψευδομένην] plebiscitum, quod ait Philippus de legatis suis falsa comminisci, mendacia perhibere.

— 18. ὅτε ἀπεκρίνασθε αὐτοῖς ἀναγινώσκοντες] id est, ὅτε ἀπεγινώσκετε αὐτοῖς τὴν ὑμετέραν ἀπόκρισιν.

84. 2. σφόδρα] post σφόδρα Morellus, sive Lambinus is est, addi vult ὑμῶν, quod libri si addant, cupidus amplectar. sic autem subaudiri solummodo debet.

— 5. περὶ δὲ τοῦ] apodosis, seu restauratio et completio sententiæ hic cœptæ habetur versu 17. in illis τοῦτο δὲ τὸ ἐπανόρθωμα, ubi fallitur, quisquis fuit, sive Morellus, sive Lambinus, in locum δὲ sufficiens δή. Qua particula sive μέν, sive δὲ periodos tales exordiuntur, eadem quoque resumunt illas longius circumductas in ordinem revocantes. Cujus moris sive ignoratio, sive oblivio, eundem Lambinum p. 90. ult. eundem in errorem implicuit.

— 14. οὐκ ἐν μέσῳ κεῖσθαι] non in medio jacere, patentes omnium injuriis et insidiis. particulam infitiantem de meo addidi.

— 22. Βούχεταν] locum hunc citat Harpocrat sæpius, v. Βούχετα, quod ait plurale esse. v. etiam Vales. p. 38. allegantem exempla veterum, pro Elatea Ἐλάτρειαν appellantium. item v. Παυδοσία et Ἀλέξανδρος.

85. 3. ἢ ἐστι νῦν] id est, ἢ ἐστιν ἔτι νῦν. quæ adhuc superest.

— 15. ἐυεργετήσειν] postremam literam detraxi, non item ausus, etiam οὐκ εἰδέναι addere post τιμωρήσησθε. quo addito hæc exsistet sententia. se nescire, quantis vos beneficiis sit ornaturus.

86. 5. ὃς] constructio hic labat, cui gemino modo succurri possit, sive ὃς hic loci omittendo, et pro φησὶ versu 3. φήσας legendo, sive servando φησὶ, et pro ὃς sic legendo: ψευδόμενος. τὸν γὰρ Καρύστιον.

— 10. ἃ τ' ἐπιστέλλει] possit stare, si sequeretur καὶ ἃ πράττει, sine ἔτι δὲ. Hoc autem insequente, videtur potius leg. esse ἃ μὲν ἐπιστέλλει.

— 15. καίτοι Χερρονήσου—] Scholiastes ad Hermog. p. 401. Τιβέριός φησιν, ὅτι ἐνάεγεια γίνεται κατὰ μὲν ἔννοιαν, ὅταν μὴ μόνον λέγῃς τόπον, ἀλλὰ καὶ τὰ παρακολουθοῦντα τῷ τόπῳ σημεῖα. οἷον ἐν τῷ τῆς Ἀλονήσου· καίτοι τῆς Χερρονήσου οἱ ὅροι εἰσὶν οὐκ ἀγορὰ, ἀλλὰ βωμὸς Διὸς τοῦ Ὁρίου. καὶ ποῦ ὁ βωμός; ὃς ἐστι μεταξὺ Πτελεοῦ καὶ Λευκῆς ἀκτῆς. εἶτα πάλιν ἄλλο σημαντικόν· οὗ ἡ διωρυχὴ Χερρονήσου ἔμελλε ἔσεσθαι.

— 16. Πτελεοῦ] Eustathius ad Homerum p. 324. antep. μέμνηται δὲ Πτελεοῦ καὶ Δημοσθένης, καὶ ζήτει ποίου.

87. 1. πρὸς Καρδιανοὺς] non cohæret cum ἐπιστέλλει, sed cum διαδικάζεσθαι. Constructio paulo intricatior ita est expedienda: ἐν τῇ νῦν πρὸς ὑμᾶς πεμφθείσῃ ἐπιστολῇ ἐπιστέλλει ὑμῖν, ὅτι δεῖ ὑμᾶς διαδικάζεσθαι πρὸς Καρδιανούς. vobis in jure agendum esse cum Cardianis. tum rursus veluti anspirans et indignans atque fremens, iterat πρὸς Καρδιανοὺς, cum Cardianis! me miserum.

— 20. οὐδ' ἀναγκάσαι Καρδιανοὺς] cohæret οὐδὲ, non cum ἀναγκάσαι, sed cum Καρδιανούς. ne Cardianos quidem, civitatem tam debilem.

88. 1. προτάφοις] Citat h. l. Hermogenes p. 250. Eustathius ad Iliad. p. 1015. 44.

## AD ORATIONEM DE REBUS CHERRHONESI.

90. 1. ἔδει μὲν —] Hermogenes p. 234. locum hunc allegat in exemplum εὐκρινείας seu perspicuitatis orationis. Titulo orationis adjunxi vocabula ἢ ὑπὲρ Διοπείθους.

— 17. ἐπίσχωσι] prætuli ἐπισχοῦσι, subaudi ὑμῖν. aptus est hic dativus ab

ἐγχωρεῖν. existimo licere vobis, sive jam nunc statim punire visum fuerit, sive pœnam paulisper inhibentibus [id est inhibueritis].

— 20. καὶ δυνάμει] non ignoro vim usumque dativi. videtur tamen convenientius καὶ σὺν δυνάμει, vel καὶ ἐν δυνάμει.

91. 1. τοῖς περὶ τῶν ἄλλων] malim τοῖς παρὰ τῶν ἄλλων [id est, τῶν ἀντιλεγόντων ἐμοὶ ἅπαντᾶσι] Θορύβοις, fremitibus mihi occurrentibus ab aliis, h. e. ab adversariis meis, qui mihi obloquuntur.

— 7. ἔστι δὲ] post ἐστὶ δὲ videtur τἀληθὲς οὕτως, aut tale quid deesse. verum res sic se habet.

— 10. λέγειν] accipi debet pro ἀμφισβητεῖν vel διστάζειν. aut alias sic est legendum : οὐδὲν δεῖ λέγειν ἄλλ' [id est, ἄλλο], nihil aliud dicendum est, quam hoc simplex, pacem esse agendam, tuendam, ἢ ἁπλῶς εἰρήνην ἀκτέον, subaudi εἶναι. Sed præstat nihil hic moveri, et priorem interpretandi rationem præferri. Si δεῖ planc tollas, cohærebunt ista inter se, ἐστὶ δὲ - - - οὐδὲν λέγειν: et tum plana atque integra erit hæc oratio.

— 20. λαμβάνων] malim προλαμβάνων. nisi duo hæc vocabula λαμβάνων καὶ malis induci. Et facile λαμβάνων e proximo βαρβάρων exsistere potuit.

92. 9. ἐξελέγχονται] post ἐξελέγχονται videtur φλυαροῦντες vel tale quid deesse. in his quidem ineptientes vel nugantes arguuntur. verumtamen mercenarii modis infandis insolescunt, id est, verumtamen de hoc certe gravi de causa queruntur, quod mercenarii —.

— 11. κατάγων] Citat h. l. Harpocr. v. κατάγειν τὰ πλοῖα.

— 16. οὕτω τὴν Φ.] malim οὕτω καὶ τὴν Φιλίππου.

— 19. παρελθόντα] neque παρελθόντα, satis placet, quamvis ferri possit, neque παρόντα, quod plane vitiosum est. videtur h. l. vetustis in libris gemina versata lectio, in aliis παραδέντα (a παρεῖν), et profecto inter hoc vocabulum et παρελθόντα quam parum discriminis est in literarum ductibus; in aliis, eodem significatu, παρεθέντα (a παρίεναι) transmissa, neglecta. quam posteriorem lectionem reliquis equidem præferam.

93. 4. τἄλλα] id est, πάντα. vim vocabuli sic ferme sentias, si Latine sic reddas, reapse quod agunt, hoc est, ut Philippum secundent et amplificent. Cæterum, in Diopithem quæ crimiuantur, eæ meræ sunt offuciæ. fumum vobis vendunt. veram quam designationem atque contentionem his nugis obscuratum eunt atque celatum.

— 12. ἀπὸ Μακεδονίας] vocabula ἀπὸ Μακεδονίας καὶ Θεσσαλίας ita stant in bivio, ut tam ad μεταπέμπεται sint legenda, quam ad παρόντες. hoc volo. Philippus adhuc plures arcessit copias e Macedonia Thessaliaque, cujus rei auctores nobis sunt, quicunque illinc, e Macedonia Thessaliaque, huc adveniunt.

— 15. ὥσπερ] prætuli ἥσπερ, id est, ἐφ' ἥσπερ νῦν εἰσίν.

— 17. ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα —] Citat h. l. Thomas M. p. 214. v. διάγω.

— 18. εἰσφήσεσθαι] Citat h. l. Harpocr. v. εἰσφήσειν.

— 20. οἰκοῦν ἡμῶν μὲν —] Aristides de D. C. p. 234. τοῦτο μὲν οὖν εἰς πρόσωπα ἐστὶ μερίσαι τὸ νόημα. ἕτερον δὲ μερισθὲν εἰς πρόσωπον καὶ τόπον. οἷον· οὐκοῦν ὑμῶν μὲν μὴ δυναμένων — βοηθείας.

— 23. κακοδαιμονοῦσι] Citat h. l. Hermogenes p. 306. Schol. ejusdem p. 406. 27. hæc habet. τὸ δὲ περὶ Βυζαντίων παράδειγμα, ὃ τέθεικεν ἐν τῷ περὶ μεθόδου γοργότητος [locum designat, modo indicatum] διῳκλὴν ἔχει τὴν ταχεῖαν ἀπάντησιν. πρὸς μὲν γὰρ τό· κακοδαιμονοῦσι Βυζάντιοι, ὡς παρ' ἑτέρου εἰρημένον, ἀπήντησεν ὀξέως κατ' ἐπίκρισιν εἰπών· σφόδρα γε. πρὸς δὲ τό· ἀλλ' ὅμως δεῖ σῶς αὐτοὺς εἶναι· παρὰ τοῦ ῥήτορος αὐτοῦ τεθὲν, ἄλλη ταχεῖα ἀπάντησις γέγονεν, κατασκευαστικὴ τοῦ λεχθέντος. συμφέρει γὰρ τῇ πόλει. Idem Scholiastes p. 404. 12. v. κακοδαιμονοῦσι interpretatur per ἀχάριστοί εἰσι. quam interpretationem nescio an paucis sit interpretaturus.

94. 6. ἆρ' ὁρᾶτε] Aristides de D. C. p. 260. κατὰ σχῆμα γίνεται ἀξιοπιστία οὕτως· ὅταν τις τοῖς ὁμολογουμένοις ἀντὶ τῶν ζητουμένων σχήμασι χρῆται. ὡς ἐκεῖ· ἆρ' ὁρᾶτε καὶ λογίζεσθε — ὑμῶν ποιῆσαι.

— 19. ταύτην ἔασκαίνειν] Citat h. l. Thomas M. v. ἔασκαίνειν. nec non vetus Lexicon apud Montfaucon. Bibl. Coisl. p. 496. nec non locum p. 95. 10.

— ult. εἶθ' ἃ Φίλιππος —] Sopater ad Hermogen. p. 310. 25. καὶ πάλιν ἡμεῖς ἐροῦμεν, ὅτι κἀκείνοις [adversariis] δοκεῖ βέλτιστον εἶναι τοῦτο εἰ ποιήσαιμεν. ὡς Δημοσθένης ἐχρήσατο εἰπών· σκεψώμεθα δὲ, τί ἂν εὔξαιτο Φίλιππος τοῦτο γενέσθαι τὸ στρατόπεδον. ἆρ' οὐ διασπασθῆναι καὶ λυθῆναι; ἔπειτα συναγαγὼν τὸ νόημα φησίν· εἶθ' ἃ ἂν Φίλιππος εὔξαιτο τοῖς θεοῖς. καὶ ἑξῆς.

95. 6. αὐτοῖς] vulgari lectioni αὐτοῖς per lenem, prætuli αὐτοῖς cum aspero. id est ἡμῖν αὐτοῖς. quomodo nos nobismet ipsis utamur, h. e. consiliis, animis, corporibus, copiis et opibus nostris.

— 10. πόθεν] post πόθεν videtur desiderari ἔχει. unde habeat Diopithes illas copias.

— pen. καὶ γὰρ οὐδ' ἂν ἄλλως δ.] Aristides de D. C. p. 176. καὶ ἑτέρωθι δὲ ἐπαγγελίᾳ χρησάμενος· λέξω δὲ μετὰ παῤῥησίας· καὶ γὰρ οὐδ' ἂν ἄλλως δυναίμην. εἶτα ἀποστήσας ἐπάγει· πάντες ὅσοι πώποτε —.

— ult. ἅπαντες ὅσοι πώποτε —] Citat h. l. Hermog. p. 414.

96. 1. ἢ] id est, aut alias, si mendax deprehendar. citat h. l. Thomas M. cum aliquo assumento suo v. τιμῶ.

— 10. τὰ τοιαῦτα] *et cætera*, h. e. ut mittam reliquos, si qui sunt, harum largitionum fines atque prætextus.

— 17. ἀγείρει] Syrianus ad Hermog. p. 211. 13. κατηγοροῦντας μὲν ἢ αὐταῖς ταῖς λέξεσι τῶν ἐγκλημάτων δεῖ χρῆσθαι, οἷον ἱεροσυλίᾳ, καὶ τῷ δημοσίῳ ἀδικήματι, ἢ καὶ σικροτέραις, ἐὰν δυνώμεθα. ἀπολογουμένους δὲ συστέλλειν τὰ ὀνόματα, καὶ κλοπὴν μὲν τὴν ἱεροσυλίαν ὀνομάζειν, ἀδίκημα δὲ [videtur hic ἰδιωτικὸν deesse] τὸν δημοσίαν ὁρίζεσθαι βλάβην. οὕτω καὶ Δημοσθένης τῶν ἐγκλημάτων τὰ μέγιστα μετριωτέροις ὀνόμασι συνεσκίασε περὶ τοῦ Διοπείθους λέγων, ἢ [id est ὀγδόῳ] τῶν φιλιππικῶν. τὸ μὲν λῃστεύειν ἀπείργειν [lege ἀγείρειν] προσειπὼν, τὸ δὲ ἁρπάζειν προσαιτεῖν καὶ δανείζεσθαι.

— 20. δώσοντι — ποιήσαντι — συγκαταπεπραξαμένῳ] vereor, ne isti tres dativi, qui non possunt alio, quam ad Diopithen, referri, vitiosi sint, et ne in eorum locum sint, aut dativi plurales, aut accusativi plurales, ut nempe dativi referantur ad ἅπασι, accusativi autem sint absoluti. Possit locus diversis modis constitui. sive: ὡς τοῦ μελλῆσαι δώσουσι [daturis] δίκην, μή τι ποιῆσαί [in infinitivo, ob μελλῆσαι] γε, καὶ συγκαταπράξασθαι. sive sic: ὡς τοῦ μελλῆσαι δώσουσι δίκην, μὴ ποιήσασί γε, καὶ συγκαταπραξαμένοις. sive denique: ὡς τοῦ μελλῆσαι δώσοντας δίκην, μὴ ποιησαντάς γε, καὶ συγκαταπεπραξαμένους. quasi futurum sit, ut, qui contribuere quicquam Diopithi modo velit, et paret, hujus suæ voluntatis sit pœnas daturus, nedum, [h. e. multo magis] si fecerit, h. e. si stipem Diopithi contulerit, aut operam ei gnavam præstiterit in nescio quo ejus emolumento adipiscendo, aut in facinore quopiam bellico exsequendo.

— 22. τοῦτ' εἰσὶν οἱ λόγοι] id est, ταῦτα λέγουσιν οἱ κατήγοροι. hæc jactant Diopithis inimici. aut ταῦτα δύνανται αὐτοῖς οἱ ἐκείνων λόγοι. hæc sibi volunt, huc spectant et tendunt sermones ab illis jactati ad hunc modum. Verumtamen Diopithes parat hoc vel illud oppidum obsidione premere? Verumtamen Græcos [Asiaticos] prodit [regi Persarum puta]? — Quippe bis hominibus, qui ejusmodi sermones jactant, curæ cordique sit Græcorum in Asia salus. [est hæc subsannantis oratoris responsio.] Melius quippe hi homines de alienis, quam de patria, studeant mereri.

— 23. μέλει] quamquam certus sum Demostheni nunquam in mentem venisse tam frigidæ et umbratilis puerilitatis, ut in vocabulis μέλλει et μέλει luderet, Hermogenes tamen docet fuisse in vetustis technicis, qui sibi visi fuissent in hoc commento acrimoniam, δριμύτητα, nescio quam reperisse. Verba sunt p. 333. τὸ καθ' ὁμοιότητα λέξεως ἐμφαίνει τινὲς δριμύτητα. οἷον· μέλλει πολιορκεῖν. τοὺς Ἕλληνας ἐκδίδωσι. μέλει γάρ τινι τούτων τῶν τὴν Ασίαν οἰκούντων Ἑλλήνων; ἐγὼ μὲν σφόδρα εὐλαβῶς εἶχον θεῖναι ὡς παράδειγμά τινος δριμύτητος. ἐπεὶ δὲ τῶν σφόδρα εὐδοκιμησάντων τινὲς κατὰ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἀνδρώπους, καὶ νῦν δ' εὐδοκιμούντων ἐπὶ θεωρίᾳ λόγων, ἐν οἷς ἀπολελοίπασι βιβλίοις, οὕτως τεθεωρήκασι καὶ τοῦτο, καὶ τεθείκασί γε ὡς παράδειγμα δριμύτητος τοιαύτης, εἰρήσθω καὶ ἡμῖν. καίτοι τάχ' ἴσως οὐδ' ἡ τοιαύτη δριμύτης, εἴπερ οὕτω γένοιτο, ἐκφεύγει τὴν ψυχρότητα.

— 26. τοῦτ' ἐστὶν] hoc volunt, hæc tendunt adversariorum criminationes. submoto Diopithe, suffectum eunt alium imperatorem, sive ignavum et imbellem tardumque strenuo et acri, sive eadem cum Diopithe factitaturum, et vestigia ejus pressurum. Hic erit fructus tantorum sumtuum, in novam classem expediendam faciundorum. Nihil hic deest. subaudi modo: Stultus et vanus foret ejusmodi conatus; eodem enim, quo illi tendunt, multo minore contentione pervenire licet.

— 27. δεινὰ ποιεῖ Δ. καὶ κατάγει τὰ πλοῖα] idem est ac si dixisset: δεινὰ ποιεῖ κατάγων [vel ἐν τῷ κατάγειν] τὰ πλοῖα.

— pen. μικρὸν πινάκιον] interpretor de epistola a S. P. Q. A. ad Diopithen missa, qua successori dato decedere de imperio jubeatur, et in urbem redire ad causam capitis dicendum. Aliter accepit Harpocrat. v. πινάκιον, scil. de libello accusatorio, quo Diopithes ad populum de majestate appellaretur. verba ejus hæc sunt: ἐν δὲ τοῖς φιλιππικοῖς ὅταν λέγῃ· μικρὸν, ὦ ἄ. Α. μικρὸν πινάκιον πάντα ταῦτα [sic enim leg. et distinguendum est], ἐνταῦθα τυχὸν πινάκιον λέγεται, εἰς ὃ ἐγγράφεται τὰ ἐγκλήματα κατὰ τῶν εἰσαγγελλομένων etc.

97. 1. ταῦτα, τοὺς ἀδικοῦντας] emenda distinctionem ad hunc modum: λέγουσιν οἱ νόμοι, præcipiunt leges, ταῦτα τοὺς ἀδικοῦντας [vocabulis oratorio more transpositis, pro vulgari loqnendi more τοὺς ταῦτα ἀδικοῦντας] εἰσαγγέλλειν, deferre horum criminum reos. Verum vidit ex parte Wolfius quoque.

— 20. οὐκ ἔχετε ἀντιλέγειν] idem est ac si dixisset: οὐκ ἔχετε τούτοις ἀντιλέγειν, οὔτε φάσκειν, ὡς οὐκ ἔστιν ἀληθῆ.

— pen. φατὲ] scil. τοῦτον εἶναι τὸν αἴτιον, καὶ βούλεσθε αὐτὸν λαμβάνειν, h. e. κολάζειν. vel φατὲ λήψεσθε, aitis vos eum ad pœnas dandas esse retracturos, καὶ ζούλεσθε, et parati estis hoc facere.

98. 3. ἢ νῦν] subaudi γίγνεται.

— 15. εἰ λόγον —] apodosis hujus sententiæ est in illis p. 99. 7. ἂν ταῦτα λέγωσι, τί ἐροῦμεν;

— 17. καὶ ἔροιντ' ἂν ὑμᾶς· Ἄνδρες] malui sic exarare atque distinguere: καὶ ἔροιντ'

[id est, ἔχουτο. atque vos interrogent. nam ὑμᾶς facillime omittatur.] Ὑμεῖς, ἄνδρες — Vos, o Athenienses —. Satius enim est, nominativum, cui πέμπετε innitatur, expressum, quam repressum esse, quamquam vis ejus in πέμπετε utique inest.

— 21. καὶ ἅπαντα ad ποιοῦμεν γὰρ ταῦτα] hæc verba signis parentheseos incluseram; sed operarum festinatio prætervidit. Adde itaque tu, quisquis es, lector, ista signa sententiæ necessaria: orator enim hanc sententiolam, vel potius notam atque reprehensionem de suo ingessit in orationem a se confictam Græcorum. Deinde post τὰ τοιαῦτα de meo addidi ἄ. et reliqua talia, quæ necesse est nos fateri vera esse. factitamus enim.

99. 2. ἐπιτειχίσας] audacule dictum, τύραννον ἐπιτειχίζειν. verum, si metonymiam assumens aias tyrannum usurpatum esse, pro potestate tyranni, evanescit omnis illa, quæ videtur, durities dictionis. populo cuidam ad latus apponere, velut arcem quandam, tyrannum, h. e. in mandatis ei dare, ut populum vicinum armorum suorum terrore atque aculeo reprimat, molitiones atque excursiones ejus observet atque coerceat, invitum cogat, rebellantem domet.

— 3. ἀπελύσασθε] malim sic legi: οὐδὲ ταῦτ' ἀπολύσασθαι (in infinitivo aor. 1.), εἰ μηδὲν ἄλλο, ἐβούλεσθε. Sententia hæc est: decebat vos alia plura dedecora eluisse. vos vero noluistis. saltim hæc duo debebatis. at ne hæc quidem juvit vos eluere.

— 6. πρεσβεύετε] prætuli πρεσβεύεσθε in medio. legati, legatione ad exteros fungentes, dicuntur πρεσβεύειν. a quibus autem civitatibus mittuntur, hæ, non ipsæ πρεσβεύουσι, sed πρεσβεύονται, delegant legatos suo nomine, quibus mandata a se committant.

— 8. τί ἐροῦμεν; ἢ τί φήσομεν;] qua oratione utemur? quæ prætexemus?

— 22. εἰ δὲ μὴ] scil. πιστεύουσιν ἐμοὶ ταῦτα φάσκοντι. vel, εἰ δὲ μὴ φασὶν ἀληθῆ ταῦτ' εἶναι.

100. 3. ἥξει] scil. πρὸς ὑμᾶς. ex insequentibus.

— ibid. ξεβιασμένα] prætuli compositum συμξεβ. vi et necessitatis quasi coagulo invita unita, ceu torculari quodam compressa, aut destina ferrea connexa.

— 10. οὐδὲ πολλοῦ δεῖ —] idem est ac si sic struxisset orationem: οὐ κακῶς οὐδ' ἀργῶς ταῦτα λογιζόμενος. οὐ τοῦ πολλοῦ δεῖ πρὸς τὸ ταῦτα ὑπολαμβάνειν, ἀλλὰ τοῦ παντός. non male sic autumans, neque segniter, degenereinque in modum. quod qui de Philippo suspicetur, (cum sc. istas rationes malas ducere, aut motum segnitie et ignavia) næ is non parum, sed toto cœlo sit aberraturus a vero. quare non male feceris sic distinguens: οὐδὲ (πολλοῦ δεῖ) οὐ κακῶς. ubi οὐδὲ possit pro simplici οὐ accipi, et insequens οὐ pro supervacaneo haberi.

— 22. Δρογγίλον] citat h. l. Harpocr. in voce. Δρογγίλον, Καβύλη, Μάστειρα. ubi suspicatur leg. esse Βάστειρα.

— 23. ἐξαιρεῖ] malim in medio ἐξαιρεῖται.

— ult. μελινᾶν] citat h. l. Harpocr. v. μελίνη. item Etymol. M. eadem voce p. 577. 49.

101. 1. βαράθρῳ] citat h. l. Harpocr. v. βάραθρον.

— 7. ἀξιοῦν] scil. χρήματα εἰσφέρειν.

— ibid. στράτευμα] Diopithis copias designat.

— 14. καὶ δημοσίους] rursus addidi καί. item p. 137. 9. ubi locus hic iteratur. vulgata copulam omittens. quæstores cum diribitoribus [juvat ita appellare, seu lictoribus, convenientiore appellatione statim non succurrente] miscet, honoratos magistratu fungentes publice demandato cum servis publicis. citat h. l. Harpocr. v. δημόσιος.

— 21. εἰ δέ τῳ δοκεῖ —] Aristides de C. D. p. 262. ἀξιοπιστίας δὲ [scil. ἐργαστικόν ἐστι] καὶ ὅταν τις συνδρομαῖς χρῆται [provocationibus ad consensum auditorum secum, aut concessione argumenti, quo adversus nos premat.] ὡς ἐν τοῖς φιλιππικοῖς. οἷον· εἰ δέ τῳ δοκεῖ ταῦτα καὶ δαπάνης πολλῆς καὶ πραγματείας εἶναι. νῦν ἡ συνδρομή [assensus oratoris ipsius]. καὶ μάλα ὀρθῶς δοκεῖ. τὸ γὰρ καθ' ἑαυτοῦ δοκοῦν τὴν πρώτην, συγχωρεῖ, ἵνα τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ εἰσάγῃ. Sopater ad Hermog. p. 312. 3. πρῶτον μέν, ἐὰν ἐγχωρῇ, τῷ μὴ χαλεπὸν εἶναι [utendum est argumento], ἔπειτα τῷ, εἰ καὶ χαλεπὸν εἴη, ἀλλ' οὖν ἀναγκαῖον, καὶ ὅτι δεῖ ὑπὲρ τῶν χρημάτων καὶ πόνους καὶ κινδύνους ὑπομένειν, καὶ ὅτι ὑπὲρ τοῦ μὴ περιπεσεῖν χαλεπωτέροις, ἀντιληπτέον τῶν πραγμάτων. ὡς Δημοσθένης ἐν φιλιππικοῖς· εἰ δέ τῳ δοκεῖ ταῦτα — εὑρήσει λυσιτελοῦν τὸ ἐκόντι [sic.] ποιεῖν τὰ δέοντα. καὶ ἑξῆς. et Marcellinus p. 313. ἐδίδαξε δὲ ἡμᾶς Δημοσθένης αὐτίκα τὴν πλατύτητα [id est, τὴν πλάτυνσιν, amplificationem, diductionem argumenti] τοῦ κατὰ ἀντιπαράστασιν, οὕτως αὐτὸ ἐργασάμενος, ὡς εἰ καὶ χαλεπὸν, ἀλλ' ἀναγκαῖον, εἶπε γάρ· εἰ δέ τῳ δοκεῖ —.

102. 5. τεθνάναι —] Aristides de D. C. p. 198. βαρύτης γίνεται καὶ ὅταν ἀτοπόν τι σεαυτῷ ἐπαράσῃ. οἷον· τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ταῦτ' εἰρηκέναι βούλομαι.

— 6. ταῦτ' εἰρηκέναι] hujus sententiæ auctor factus esse.

— 8. τοὐναντίον δὲ πρῴῖσμεν] suspicatus aliquando sum leg. esse, τοὐναντίον δὲ [scil. δοκεῖ] πᾶσι, contrarium vero ejus ab omnibus probatur, Philippo puto concedendum non esse, ut universam Græciam sub-

juget, καὶ περίεσμεν ἅπαντες, omnesque nos in antecessum hoc tenemus — quæ lectio ut videri possit non inscita, neque oratore indigna, nego tamen ideo ei obtrudendam esse. possint tales multæ sententiæ haud inconcinnæ e parva literularum mutatione excudi, de inventoris subtilitate ingenii testantes, quas non ideo tamen par sit fidem vulgatæ ab antiquitate traditæ labefactare.

— 11. ποῖ ἀναδυόμεθα;] Sopater loco paulo ante recitari cœpto sic pergit: εἶτα, ἐπειδὴ ἀντέπιπτεν αὐτῷ, ὅτι, εἰ καὶ χρήσιμον τὸ πολεμεῖν, ἀλλ' οὐκ ἀναγκαῖον, ἐπήνεγκεν εὐθὺς τὴν τοῦ ἀναγκαίου κατασκευήν, λέγων· τί οὖν ἀναδυόμεθα; ἢ τί μέλλομεν; ἢ πότε σὺν Θεῷ (sic) τὰ δέοντα ποιεῖν ἐξελήσομεν; ὅταν ἤδη ἀνάγκη τις ἦν; [sic] et cætera ad δήπου μὴ γενέσθαι. [sic, sine δεῖ.]

— 23. ἀλλ' ἐπειδάν] idem est ac si dixisset. ἀλλ' ἓν τοῦτο μόνον ἐρῶ. Sed hoc unum modo dicam. tum incipit nova sententia. ἐπειδάν —.

— 27. ἀναβάλλουσι] citant h. l. Harpocr. v. ἀναβάλλει. et Pollux 9. 136.

103. 9. διαρπασθήσεσθαι] prætuli διαρπασθήσεται. quod est materialiter accipiendum. clamores nunc obstrepentes, vociferantium: Opes nostræ vobis differentur, dissipabuntur: sistentur, sapienter constituenda custodia —.

— 10. εἰπεῖν] num ἀνειπεῖν. nuncupando, h. e. creando novum magistratum cum potestate ærarii tuendi. an potius præstat εὑρεῖν, quæ est lectio p. 146. 13. ubi locus hic iisdem verbis iteratur.

— 16. ἐφ' ὑμᾶς] quo his universæ Græciæ copiis, quas latro hic deprædatus sibi vindicavit, ad postremum vos obruat atque deleat.

— 19. τούτων] prætuli τοῦτον, quod, cum olim inter inventa mea retulissem, video nunc a Wolfio jam dudum id esse exhibitum. Infra quoque p. 146. 22. in hujus loci iterato exemplo legitur τοῦτον. unde facile nobis ambobus fuit emendare vulgatam, quæ tamen etiam defensione non caret. qui fit, ut nemo aiat ab eo injuriam vobis fieri atque bellum concitari, qui ita palam exercitus conscribat educatque, qui jura et emolumenta decoraque vestra, possessionesque ita perspicuis vexationibus carpat, qui civitates Græcas armorum vi tam aperta occupet.

— 22. αἰτιᾶσθαι] malim πάντας αἰτιᾶσθαι. ut inter se respondeant ex opposito μηδένα versu 19. et hoc πάντας.

104. 7. οὐδὲ Φεραίοις —] Sopater ad Hermog. pag. 312. εἶτα τῇ εἰς ἄτοπον ἀπαγωγῇ κατεσκεύασεν οὕτως. οὐδὲ γὰρ Φεραίοις πρότερον πρὸς τὰ τείχη προσβάλλων etc. Ad ὥσπερ subaudi ἔφησεν.

— 17. βούλεται Φίλιππος] non de nihilo est, quod Alexander de figuris sententiæ



p. 36. 1. admonet, οὐ, tanquam sententiam integram, per se stantem, ad instar insulæ, ad v. Φίλιππος esse addendum. verba ejus hæc sunt: ἐπαναλέγεται [repetuntur] τὰ ὀνόματα, οἷον· ἦν ποτὲ, ἦν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐν τῇ πολλῶν ψυχῇ. κἀκεῖνο· οὐ γὰρ ὑφ' αὑτῷ ποιήσασθαι τὴν πόλιν βούλεται Φίλιππος. οὐ. nequaquam.

— pen. προσδόλοις] Citat h. l. Harpocr. v. πρόβολοι, Pollux 5. 134.

105. 23. μὴ συνευπεπονθότων τῶν πολλῶν Ὀλ.] cum vulgus Olynthiorum nondum accepisset beneficium omnibus commune, eoque exæquatum esset cum paucis, seu optimatibus hujus civitatis, qui dudum antea Philippo sua studia venidissent. illud συν (in συνευπεπ.) redit ad τοὺς ὀλίγους τῶν Ὀλυνθίων, quibus οἱ πολλοὶ opponuntur.

106. 9. πόλεως γὰρ ἔγωγε —] Aristides de D. C. p. 190. καὶ οἱ ἀφορισμοὶ δὲ ἐν τῷ καθόλου σεμνότητα ἔχουσιν· οἷον· πόλεως γὰρ ἔγωγε πλοῦτον ἡγοῦμαι συμμάχους, πίστιν, εὔνοιαν.

— 12. εὐδαίμων καὶ μέγας] Aristides l. c. p. 192. καὶ τὸ κατὰ πλῆθος λέγειν καὶ τὰ ὀνόματα ἐφεξῆς παρατιθέναι, σεμνότητός ἐστιν. οἷον· εὐδαίμων, καὶ μέγας, καὶ φοβερὸς ἅπασιν Ἕλλησι καὶ βαρβάροις.

— 23. μήτε γενοίμην] οὔτε γεν. Harl. id est, *neque fiam*, h. e. *neque verendum est ne fiam*: sed in vulgata inest diversa sententia, detestationis puta, atque voti, ne unquam homo impurus fiat. οὔτε negat factum; μήτε abominatur futurum.

— 27. κρίνει, δημεύει, δίδωσι, κατηγορεῖ,] miratus aliquando sum perturbationem ordinis. nam prima loco est accusatio, tum condemnatio, tum denique confiscatio. visum quoque fuit δίδωσι supervacaneum post δημεύει. sed in hoc falsus fui, et ordinis subtilitatem, quem scholæ tradunt et exigunt, ab oratore ne poscito: umbram ludi rhetorici ad lucem fori ne afferto. Et aliud est δημεύειν, aliud διδόναι. illud est confiscare, bona proscripta ærario addicere, hoc idem est atque καταχαρίζεσθαι, quo noster utitur in loco simili, qui hujus velut interpres est, p. 107. 18. amicis aliena bona condonare, quo eos tibi devincias.

107. 8. τῆς παρ' ἡμέραν χάριτος] pro diaria gratia, quæ, cum hodie floret speciosissima, cras, si fortuna volet, concidet, nulla erit. Ita vis illius gratiæ in unius diei momento et fortuna stat caditve.

— 9. ἀπολωλεκότες] Th. Canterus Nov. Lect. 8. 2. auctor est, ut ἀποδεδοικότες legatur; quasi voc. hoc significet, *qui vendiderunt*. immemor, in eo significatu ἀποδεδομένοι dicendum fuisse. nam vendere est ἀποδίδοσθαι in medio. in activo autem significat ἀποδιδόναι debitum reddere.

— 18. καὶ χαρίζεσθαι] malim καὶ καταr

χαρίζεσθαι. bona aliena proscripta, eorumve partem, amicorum, quos obstringendos mihi duco, huic illive adjudicare, condonare, dilargiri, connivere rapientibus.

107. 23. μείζους ἀν] post μείζους ἀν videtur ἀπάντων, aut τῶν ἐχθρῶν deesse.

— 24. οὐδέ γ' ἐμοὶ δοκεῖ — ] locum h. citat Stobæus p. 246. 18.

108. 14. εἰπέ μοι, βουλεύεσθε] Citat h. l. Hermogenes p. 253. et 346. ad priorem locum Scholiastes p. 395. hæc annotat. τοῦτο οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ φησὶ Δημοσθένης, ἀλλὰ Τιμοθέῳ τῷ στρατηγῷ περιτιθησι τὴν ἐρώτησιν. δι καὶ ὡς παράδειγμα ληφθὲν οὐκ ἔστι τεχνικόν. ἢν δ' ἀν τεχνῇ, εἰ ἐν ὑποθέσει τῇ παρούσῃ Δημοσθένης ἤ τις ἄλλος ἀφ' ἑαυτοῦ τοῦτο ἔλεγεν.

— 17. πορεύεσθε] præferrem utique πορεύεσθε, quod bonæ notæ codices dant, si iidem quoque καθέλκετε in præsenti darent. citat h. l. Thomas M. v. ἕλκω.

109. 1. οἷς] id est, ἐφ' οἷς, vel ἐπὶ τούτοις, ἃ — ob ea, quæ quis incuset —.

— 2. καταλύοντας] aut καταλύειν in infinitivo leg. est, aut, servato participio, deest aliquis infinitivus. nam qui secum coustare poterunt συνέχειν τὴν δύναμιν καταλύοντας? qui continet atque tuetur aliquid, qui potest idem ille id ipsum destruere?

## AD PHILIPPICAM TERTIAM.

110. 1. Πολλῶν, ὦ ἄ. Ἀ., λόγων] Hermogenes p. 281. ἀλλ' οὖν ὅ γε πλαγιασμὸς πλεῖστον ἔχει περιβολῆς. ὥσπερ κἀν τῷδε· πολλῶν, ὦ ἄ. Ἀθ. λόγων γινομένων etc. Idem p. 310. παραδείγματα δ' αὐτῶν θήσομεν ἑκάστου, ἵνα καὶ σαφὴς ὁ λόγος ᾖ. τοῦ μὲν οὖν τέμνοντος τὰ πράγματα λόγου, οὐ μὴν δοκοῦντος τέμνειν, παράδειγμα. οἷον· πολλῶν — τοῦτο μὲν οὖν ἐκ πλαγιασμοῦ ποιοῦσιν ἐγένετο. Aristides de D. C. p. 184. item h. l. pro exemplo obliquæ orationis cum proposuisset, pergit: καὶ ἄλλο τι πεπλαγιασμένον ἐπὶ τούτοις· καὶ πάντων εὖ οἶδ' ὅτι φησάντων γ' ἄν. citat etiam Dionys. Halicarn. h. l. T. II. p. 163. et 167.

— 8. ὑπωγμένα] Citat h. l. Harpocr. v. ὑπάγειν.

— 10. ᾗ· εἰ] videtur ὅτι interponendum esse.

112. 24. εἰ δ' ἕτερος τὰ ὅπλα] in v. ἕτερος Aristides de D. C. p. 194. sibi visus est exquisiti quid et venerabilis, σεμνότητα, reperisse. καὶ πάλιν ἑτέρωθι βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι Φίλιππός ἐστιν ὁ τὸν πόλεμον ποιῶν, ἀντὶ τοῦ οὔτας εἰπεῖν· εἰ δὲ Φίλιππος τὰ ὅπλα ἐν ταῖς χερσὶν ἔχων, καὶ δύναμιν πολλὴν περὶ αὐτόν· ὁ δὲ ἕτερος εἶπεν.

113. 4. εἰρήνην ἄγειν λέγει] Satius fuerat ἄγειν prorsus tolli, quod procul dubio sive ex oscitantia librarii, cui dictio creberrime hic usurpata εἰρήνην ἄγειν obversaretur, sive e similitudine literarum cum λέγει natum est. Idem est ac si dixisset: Is loquitur [h. e. crepat, jactat] pacem, τὴν ἐκείνῳ παρ' ἡμῶν οὖσαν, a parte nostra, a nobis ad illum proficiscentem, h. e. quam observantes nos, quieti sedemus, cauti eum vexationibus lacessere, οὐχὶ τὴν ἡμῖν παρ' ἐκείνου οὖσαν, non pacem ab ejus parte erga nos. h. e. quamquam ille interim, paeem insuper habens, hostilia plurima, in nos audet.

— 14. ἢ αὐτὸν ἐν M.] malim ἢ μηδ' αὐτὸν ἐν Μακεδονίᾳ.

— 17. τοῦτο δ' εἰς Φ.] malim τοῦτο δὲ ὅτ' [id est ὅτε] εἰς Φωκέας. cum ad Phocenses proficisceretur.

— 20. ἤριζον] sponsione certabant.

114. 8. παρ' ἑαυτῷ] prætuli παρ' ἑαυτοῦ. differunt istæc inter se haud parum. οἱ παρ' αὐτῷ μισθοφόροι sunt, aut milites mercenarii in castris ejus merentes, aut parasiti in comitatu ejus agentes. οἱ παρ' αὐτοῦ μισθοφοροῦντες autem sunt, cives Athenienses, rem ejus in Urbe factitantes, mercede conducti.

— 20. τί ἐπείσει] subandi εἰ μὴ ἐπολέμει, aut ἄλλο ἢ ἐπολέμει. quid aliud faciebat, si non bellabat? nam pace quidem posteriora sunt illa eventa, ab ipso jurejurando sancita, qua pace ista facta omnia illegitima, paciqne adversa declarantur, et in facinoribus hostilibus numerantur.

— 26. φέρε δὴ νῦν —] Nam si hoc quæreretur, num minuta illa et vilia oppidula sint, et num vos nullam eorum habeatis rationem, agitaretur alia quæstio, diversa ab hac, quæ nunc agitur. Nunc nempe quæritur, justa an injusta sint illa facinora Philippi. de natura dispntatur, seu de qualitate, quæ nunc est extra controversiam. Violationem hanc esse jurisjurandi constat; quanta sit, nil ad rem attinet quærere. Religio deorum semper violatur a jus juratum infringente, sive in re minuta, sive in magna faciat.

115. 3. τυραννίδα] malim in plurali τυραννίδας. plures enim numero tyrannos Eubœæ Philippus imposuerat.

— 10. ὃ γὰρ οἷς ἂν ἐγὼ —] celebris sententia a multis celebrata, ut Hermogene p. 178. et 180. item p. 287. ubi ait: τὸ κατὰ συστροφὴν λεγόμενον σχῆμα σφόδρα ἐμπερίβολον. οἷον· ὁ γὰρ οἷς ἂν ἐγὼ —. Minuc. p. 144. οἱ μὲν τὰ συμπεράσματα ἐπάγουσιν, οἱ δὲ τὸ συμπεραινόμενον ἐκ τῶν προτάσεων τῷ δικαστῇ προσενθυμηθῆναι καταλείπουσιν, οἷον· ὁ γὰρ οἷς — ἡ ἐπαγωγὴ λείπει εἰς τὸ τέ-

λειον συλλογισμὸν εἶναι. ἀλλὰ Φίλιππος ταῦτα πράττει ἐξ ὧν ἀλωσόμεθα ἡμεῖς. Φίλιππος ἄρα ἡμῖν πολεμεῖ. item Apsines p. 703. cfin.

— 12. τίσιν οὖν ὑ. κ. ἂν εἴ τι γένοιτο] dedi de meo sensu τ. οὖν ὑ. κ. ἂν εἰ γίγνοιτο, id est, εἰ ταῦτα γίγνοιτο. quænam igitur illa sunt, quorum eventus vos in discrimen conjiciat?

— 16. εἶτα τὸν τοῦτο τὸ μηχάνημα] Citat h. l. Hermogenes p. 334. Aristides p. 192.

— 22. δυνήσεσθε] dedi de meo sensu δυνήσεσθαι in infinitivo, apto e præmisso φημί. aio, negatum vobis tum fore, ut faciatis.

116. 6. τετυφῶσθαι] Citat h. l. Thomas M. v. τετυφωμένος.

— ibid. μήτε νῦν —] Citat h. l. Aristides de D. C. pag. 252.

117. 17. οὐδὲ πολλοστὸν πέμπτον μέρος] expunxi voc. tertium, natum e varia lectione, libris aliis πολλοστὸν, aliis ejus loco πέμπτον exhibentibus. quæ ambæ lectiones postmodum errore coaluerunt, vel debetur scholio nescio cujus sciti et subtilis hominis, dignum habentis, de quo admoneret, tredecim annos nondum esse quintam partem annorum 73. Verum hic non temporum spatia, sed injuriarum modi inter se comparantur. Potest quoque fieri, ut sciolo illi, cui vitiosa lectio h. l. debetur, illa Demosthenis crebro usurpata versaretur in memoria dictio: οὐδὲ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων λαβεῖν.

— 19. Ὀλυνθον μὲν δὴ — ] Hermogenes p. 342. τῇ μεθόδῳ χρῆται τῇ παραλειπτικῇ, καὶ οὐδὲν ἧττον λέγει τὰ πράγματα. οἷον· — Ὀλυνθον μὲν δὴ etc. Aristides de D. C. περιβολὴν οὖν ποιοῦσιν αἱ τοιαῦται [scil. παραλείψεις] ἐν τῷ ἀορίστῳ. αἱ δὲ κατ' εἶδος παραλείψεις· οἷον· Ὀλυνθον μὲν δὴ καὶ Ἀπ. citat item Dionys. Halic. T. II. p. 195. ult. et Stephanus Byz. p. 119. edit. Berkel. v. Ἀπολλωνία. et Strabo p. 182. 10. ἃς οὕτως ἠφανίσθαι φησὶν, ὥστε μηδ' εἰ πώποτ' ᾠκίσθησαν, γνῶναι ἄν τινα ἐπελθόντα.

— 25. τὰς πόλεις καὶ τὰς πολιτείας] nullus equidem dubito, καὶ tollendum hinc esse. nonne civitatibus Græcis eripuit τὰς πολιτείας civilia cujusque jura formasque gubernationis et convictus, quibus earum quæque solebant antehac uti. nec male Dionysius Halic. T. II. p. 194. 10. hæc tria vocabula τὰς πόλεις καὶ omittit, quo sententia ad solam Thessaliam restringatur.

— 26. αὐτῶν ἁρπάζηται] Harpocrat. h. l. citans τὰς πολιτείας αὐτῶν ἁρπάζηται exhibet.

— ibid. κατέστησε] prætuli e Dionysio καθέστακε. nam persæpe perfectum quoque verbi καθίστημι reperitur pro transitivo usurpatum, h. e. ut significet, non *steti*, quæ significatio ei est propria et usitata, sed etiam *collocavi*.

— pen. αἱ δ' ἐν Εὐβοίᾳ —] citat h. l. Aristides p. 174.

118. 4. ἀλλ' ἐφ' Ἑλλήσποντον] Alexander de figuris p. 42. Ἐπιτροχασμὸς — τὰ πολὺ διεστηκότα συνάγει, καὶ ἀζιοπιστίας ἕνεκα λέγεται. ὡς ἔχει τὸ Δημοσθενικὸν. ἀλλ' ἐφ' Ἑλλήσπ. — πρώην. Aristides de D. C. p. 190. σχῆμα δὲ καὶ τοῦτο τῆς σεμνότητος, καὶ τὸ ἀσύνδετα παρατιθέναι τὰ νοήματα, ἐφεξῆς ἐπιτιθέντα ἀλλήλοις. οἷον· ἐφ' Ἑλλήσπ. — χωρεῖ τοῦ ἀνθρώπου. item p. 270. Schol. Hermog. p. 399. τὸ ἐπιτρέχον [v. Hermog. p. 283. 16.] καλεῖται καὶ κατ' ἐπιδρομὴν, ἀπ' ἐννοίας μεταπηδῶν εἰς ἔννοιαν. οἷον· ἀλλ' ἐφ' Ἑλλήσπ —.

— 13. δυνάμεθα] num ἐδυνάμεθα in imperf.

— 18. σκοπῶν et πράττων] imo vero σκοπεῖν et πράττειν. qui infinitivi apti sunt ex ἐγνωκώς. fixo hoc penes unumquemque sedente, ut neque consulat, neque agat hoc, ut Græcia salva sit.

— 19. περίοδος ἡ καταβολὴ] non inusitata quidem bonis auctoribus est verborum copia, ut vocabula concumulent finitimæ et pæne ejusdem significationis. possit tamen rursus etiam fieri, ut duo illa vocabula περίοδος ἡ non oratori, sed scholiastæ debeantur. citant h. l. Harpocrat. v. καταβολὴ et περίοδος, item Aristides de D. C. p. 186. cujus hæc sunt verba: ἔτι δὲ καὶ τὸ εἰκόσι χρῆσθαι σεμνότητα καὶ ἀξίωμα ἔχοντα τὸν λόγον ἐργάζεται. οἷον· ἐπεὶ ὅτι γε ὥσπερ περίοδος — οὐδεὶς ἀγνοεῖ.

— pen. ἄξιος] dedi de meo sensu ἄξιον in accusativo, qui aptus est ex ὑπέλαβεν. nam alias constructio labat, quæ hæc est: ὥσπερ ἄν τις ὑπέλαβεν — ἄξιον μὲν εἶναι τὸν τοιοῦτον υἱὸν μέμψεως — οὐ μέντοι ἐνεῖναι λέγειν, ὡς οὐκ ἔστι προσήκων. perinde quis hoc de negotio statuat, ac si de filio familias — statuat, eum in hoc quidem esse reprehendendum — verumtamen ideo non licere negare ipsum eorum esse cognatum —.

— ult. προσήκων] subaudi, ὧν εἰς τὰ κτήματα τοιούτως ἠδίκει.

— ibid. τούτων] id est, τούτων τῶν κτημάτων, περὶ ἃ ταῦτα ἐποίει. negare eum cognatum eorum esse, quorum rem familiarem ita laceret, neque hæredem esse ejus patrimonii, in quod ita grassetur. vulgatæ sic l. h. exhibent: τούτων ἂν, ταῦτα ἐποίει. ego aliter distinxi, et e participio ἄν effeci articulum ὧν. quod ob diversas rationes modo masculini generis est, modo neutrius. nam quatenus ad προσήκων refertur, explicari debet per περὶ οὕς. quatenus autem refertur ad κληρονόμος, accipitur pro περὶ ἅ. quia τούτων τῶν χρημάτων subauditur.

— 119. 19. ὅθεν οὐδ' ἀνδράποδον —] Citat h. l. Scholiastes Aphthonii p. XVIII

14. Scytha, Cappadox, Thrax, Phryx, Ægyptius servus qui esset, is honeste saltim serviebat. nam ex his populis mancipia sua petebant Athenienses. E Macedonia autem nulla exportabantur. Hoc nequius interpretatus Demosthenes, colligit, tam improbos esse natura Macedonas, ut nemo Athenis illinc habere velit servum; et Macedonici generis servos omnium servorum esse nequissimos et teterrimos.

— 10. τῆς ἐσχάτης ὕβρεως] Aristides p. 966. σφοδρότητός ἐστιν, ὅταν τις ὑπεραγανακτῇ. οἷον τοῦτο μὲν γὰρ οὐκ ἔχον ἐστὶν ὑπερβολὴν ἀκαθαρσίας. καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· τοῦτο γὰρ ἤδη τοῦσχατίν ἐστι. [v. p. 119. ult.] καὶ πάλιν· τῆς ἐσχάτης ὕβρεως οὐδὲν ἐλλείπει.

— 11. πόλεις] addidi Ἑλλανίδας, non quo necesse id esset, nam πόλεις nullæ aliæ sunt, quam Græcæ civitates, legibus constitutæ aliisque humanitatis artibus excultæ. Proprie barbaris πόλεις nullæ sunt. Sed ob consensum librorum.

120. 1. Λευκάδα] Citat h. l. Harpocr. v. Λευκάς. et v. 3. voc. Ἐχῖνος.

— 4. συμμάχους ὄντας] subaudi ἑαυτοῦ. quamvis socii sibi essent. In vulgatis hæc misere confusa leguntur: συμμάχους ὄντας οὐχ ὑμᾶν; quasi hoc diceret orator: cum socii essent, nonne vestri? deinde ἐῶ τἄλλα. ἀλλὰ Χερρόνησον —. sed, sepositis tantisper et pro parenthetis habitis, quæ sunt, verbis illis (ἐῶ τἄλλα. ἀλλὰ) constructio hæc est: οὐχὶ Καρδίαν ἔχει, ὑμᾶν οὖσαν, id est, ὑμετέραν οὖσαν — nonne Cardiam, vestri juris oppidum, nunc tenet, oppidorum Cherrhonesi amplissimum? nam reliquas injurias, quibus vos affecit, nunc silens præteribo. verum tamen, ut hoc uno mihi liceat exemplo uti, non Cardiam habet, quæ vestra est de jure?

— 7. μαλακιζόμεθα] celebrem hunc in scholis grammaticorum locum citat Harpocr. v. μαλακίζομεν, aiens aliam quoque in libris Dem. versari lectionem, μαλακίομεν puta. v. Vales. et Gronov. ad locum. citat item Aristides p. 176.

— 9. ἀδικοῦντος] non de nihilo videtur esse, bonos libros in ἀδικοῦντι consentire. quamquam non video, qui locus hic esse possit dativo, nisi statuamus, pone ἀποστεῖλαι deesse πιστεύοντες. diffidentes mutuo, alii aliis; at Philippo fidentes, communi omnium hoste et vexatore.

— ibid. τί οὖν αἴτιον τούτων] Aristides p. 176. εἶτα ἡ αἰτιολογία ἐπὶ πᾶσι. τί οὖν τὸ αἴτιον τούτων; ἐνταῦθα πρόσεχε ἤδη τῇ τῆς ἀποστάσεως σχήματι. σαφηνείας γὰρ εἵνικά σοι πάντα πρότερον ἐπεξῆλθον. εἰ μὲν συμπλέξας τὸ κατασκευαστικὸν νόημα ἐβούλετο ἐξενεγκεῖν, οὕτως ἂν ἐποίησεν· ὅτι ἐκεῖνοι μὲν τοὺς παρὰ τῶν ἀρχειν βουλομένων, ἡ διαφθείρειν τὴν Ἑλλάδα χρήματα λαμβάνοντας ἅπαντες ἐμίσουν. οὗτος δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ διακόψας τὸν συμπλοκὴν τῶν νοημάτων καὶ ἀποστήσας ἀπὸ τοῦ συνῆφθαι αὐτὸν αὐτῷ, εἰς ἀρχὴν ἀναγαγὼν λέγει· ἦν τι τότε, ἦν, ὦ ἄνδρες Ἀθ. ἐν ταῖς τῶν πολλῶν διανοίαις. τί οὖν ἦν τοῦτο; τοὺς παρὰ τῶν ἄρχειν βουλ. —.

— 12. ἄνευ λόγου] post λόγου videtur γε deesse.

— 16. ὃ καὶ τοῦ Περσῶν] Aristides p. 188. l. b. cum altero, qui est p. 71. circa finem, comparans sic ait: ὅμοιον δὲ τούτῳ κἀκεῖνο· ὃ καὶ τοῦ Περσῶν ἐκράτησε πλούτου — ad πράγματα. καὶ τοσούτων προεκκειμένων οὔπω εἴρηται τὸ τί· ἀλλ' ἐπαναλήψει χρησάμενος νῦν εἰσάξει· τί οὖν ἦν τοῦτο; εἶτα τὸ εἰσαγόμενον καθ' ἑαυτό, ὡς ἐκεῖ ἀπιστία, οὕτως ἐνθάδε· τοὺς παρὰ τῶν ἄρχειν βουλομένων — ἅπαντες ἐμίσουν.

121. 20. ἀλλὰ γράμματα] Citat h. l. Aristides p. 190.

122. 2. εἰς Πελοπόννησον ἤγαγεν] tangit h. l. Aristides p. 194. ὁ Δημοσθένης ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ὁ Ἄρθμιος ἐκολάσθη, ἐπειδὴ διέφθειρέ τινας χρήμασιν ἐν Πελοποννήσῳ· ὁ δ' ἐν γένει εἰπὼν, ὅτι χρυσίον ἐκόμισε παρὰ βασιλέως, σεμνότητα εἰργάσατο.

— ibid. οὐκ Ἀθήναζε] non in ipsa stela fuerunt hæc verba exarata, sed ab oratore, interpretationis gratia, et quo rei vim adderet, addita. Arthmium, qui non Athenienses ipsos, sed solummodo Peloponnesios quosdam, hoc est extraneos, largitionibus, tam severa animadversione prosecuti. Quid hos putas in eum fuisse decreturos, aliumve similem, si quis Atheniensium ipsorum quemquam hac fraude aggressus esset? Nam si verba οὐκ Ἀθήναζε partem stelæ facis, exsistet criminatio Atheniensium, qua non alia possit excogitari invidisior, neque atrocior. Diceret enim sic: Aurum Persicum non Athenas attulit, sed in Peloponnesum. ideo ulciscendus est; quod si nobis detulisset, honoribus cum summis fuissemus prosecuturi. Quæquæ alia possit dici fœdior et impudentior cupiditas!

— 11. φήσειεν ἀτιμίαν] Citat h. l. Harpocr. v. ἄτιμος p. 32. 1. ed. Gronov. Idem est ac si dixisset: αὕτη δὲ, ἡ ἐνταῦθα λεγομένη ἀτιμία, οὐκ ἔστιν ἡ ἁπλῶς καὶ κοινῶς οὕτως λεγομένη ἀτιμία.

— 14. ἀλλ' οὐ τοῦτο λέγει] id est, ἀλλ' ἡ στήλη οὐ λέγει τὸ δεῖν τὸν Ἄρθμιον μηδενὸς τῶν κοινῶν Ἀθήνησι δικαίων μετέχειν, ἀλλὰ τοδὶ λέγει. hic tacite penes se lector quisque insistet paulisper, et velut a novo exorsus sic tum perget: ἐν τοῖς φονικοῖς νόμοις.

— 15. διδῷ] scil. ὁ νομοθέτης. legislator, Draco. δίκας uncis inclusi, quoniam cum δικάσασθαι constare nequit, sed alterutrum certe tollendum est. videtur in aliis δίκας φόνου fuisse, sine δικάσασθαι, in aliis φόνου δικάσασθαι, sine δίκας. deinde ambæ lectiones colliquatæ esse. iis de homicidis, quorum causa, aut quorum in gratiam legislator actiones cædis nullas dat.

— 16. ἀλλ' εὐαγὲς ἦ τὸ ἀποκτεῖναι] subaudi τὸν τοιοῦτον φονέα. tum καὶ non est copula, sed pars legis, cum formula legis recitata, tametsi καὶ h. l. in constructione redundat. In contexto legis, cum integram formulam coram oculis habes, καὶ non redundat. at hic, in particula legis excerpta, redundat. Et hoc pacto aliena verba recitare penes nullos non, nusquam non in usu fuit. In vulgatis legitur εὐαγὲς ἦν. ego imperfecto subjunctivum suffeci, ob præmissum διδῷ.

— 21. ὠνεῖται ἢ διαφθείρει] suntne hæc duo diversa, an posterius prioris scholium est? Si differunt, videtur prius rem perfectam indicare, posterius solummodo tentatam et inchoatam. Sed vereor, ne videar quibusdam nimis subtiliter argutari. An ἢν διὰ δυοῖν est et nihil aliud significat, quam largitionibus ad perfidiam patriæque proditionem corrumpere. præferam posterius.

— pen. περὶ πάντων] non admodum placet περὶ, in quo aut περιφανῶς latere videtur, palam, aut παριόντα, progressum ad vos in concionem et agentem vobiscum. h. e. vos aperte in os objurgare.

— ult. παραπλησίως] scil. ὑμῖν ἔχουσιν. pari pacto sese habent reliqui quoque Græci, atque vos habetis.

123. 3. τίνος εἶπω;] malim sic discerni. τίνος; sed ecquod est illud salutare consilium? εἶπω; dicamne?

— 4. ἐκ τοῦ γραμματείου ἀναγίνωσκε] imo vero ἀναγινώσκει, in indicativo. nam hic est titulus. Orator scribæ si hic imperaret formulam recitare, nil uteretur illis ἐκ τοῦ γραμματείου, sed nude, et destricte diceret ἀναγίνωσκε. Manifestum est, illa ἐκ τοῦ γραμματείου esse partem tituli. qui sic est concipiendus. ἐκ τοῦ γραμματείου. de schedio vel pittacio recitantur insequentia. ἀναγινώσκει. Scriba jam recitat. recitata autem formula ipsa, pro more, deest. post hæc vocabula addunt vulgatæ adhuc Ἀνάγνωσις γραμματείου. quasi hic verus titulus esset. verum absunt illa a plurimis et optimis libris. quapropter delevi. Universe mirifice me perturbat hic titulus, qui ab hoc loco est alienissimus. Rationes pecuniariæ, plebiscita, testimonia, leges, et alia talia documenta causæ, solent ab oratoribus recitanda tradi scribis, et ab his recitari. Ecqui autem unquam fuit unus orator omnium, qui, quoniam auctor populo fieri vellet, ea non ipse ore suo inculcaret, sed de scripto recitanda scribæ traderet. Ejusmodi auctoritatum ea est natura, ut ore alieno prolatæ, præterquam ejus, a quo proficiscantur, prorsus exspirent, atque irritæ occidant.

— 14. ὑποδεδωκέναι] *decrevisse*. imo vero *increvisse*, ἐπιδεδωκέναι. quod prætuli. artes enim omnes quo diutius et crebrius et diligentius exercentur, hoc propius ad fastigium perfectionis adscendunt. Et adversatora foret oratoris sententiæ vulgata. Hortaturus ad assiduitatem et vigilantiam et contentionem nervorum omnium Athenienses, ipse sese subverteret, atque rideretur, si sic argueret. olim difficile majoribus vestris erat cum Lacedæmoniis bella gerere. quia ratio bellandi, qua Lacedæmonii utebantur, multo erat et callidior, et rebus omnibus formidolosior, quam qua nunc Philippus vos impugnat. Artes bellicæ hodie decreverunt, in desuetudinem venerunt, frigent, jacent. Imo vero: ratio vestusta bellandi ad novam se habet, ut ludicræ pucrorum dimicationes ad virorum acria certamina, artes belli ad summam subtilitatis perductæ sunt, quæ olim agrestes et prorsus caseæ, ἀρχαῖαι, erant.

— 16. τὴν ὡραίαν αὐτὴν] ipsam solam æstivam tempestatem, qua cœli clementia sinit homines sub dio versari. ἡ ὡραία, scil. ὥρα τοῦ ἔτους, bellissima et maturrima anni tempestas, quæ profert omnia ad τὴν ὥραν, perfectionem, percocta et maturata. Destituebat h. l. bonum Wolfium memoria.

— 18. ὁπλίταις] sola pedestri militia, quæ, quod gravis et lenta est, late excurrere, incendiaque stragesque late circumferre nequit, ideo minus est metuenda, quam equestris. deinde nil utebantur Lacedæmonii mercenariis militibus, sed solis civibus, quibus diu domo abesse soloque hostili continenter incumbere non liceret. præterea tantus esse numerus civium in castris agentium esse non poterat, quantum mercenariorum contrahere potest, si cui nummorum satis suppetat; præsertim cum parti civium alteri domi remanendum sit, ad patriam tuendam, altera in aciem exeunte.

124. 8. ἐκτραχηλισθῆναι] Citat h. l. Etymolog. M. v. ἐκτραχηλισθῆναι.

— 10. οὐχὶ συμπλακέντας —] idem est ac si plenius dixisset: οὐχὶ δεῖ συμπλακέντας ὑμᾶς φιλίππῳ, διαγωνίζεσθαι αὐτῷ. cavere oportet, atque hoc macbinari, ut domi eum soæ retineatis constrictum, atque prodire impeditum, nequaquam vero cum eo acie congredi, qua salutem vestram in discrimen sitis daturi.

125. 9. τινὲς δὲ τοῦ βελτίστου] subaudi μέρους κοινωνοί. nonnulli parte cum meliore facientes. Felicianea dat τινὲς δὲ ὑπὲρ τοῦ βελτίστου, subaudi μέρους μαχόμενοι. quod nihilo vulgata neque melius, neque deterius est.

126. 6. Εὐφραῖος] Citat h. l. Harpocr. v. Εὐφραῖος. post ἄνθρωπος ad sensum nil deest. Suspicor tamen nihilo minus, μέτριος, vel ἐπιεικὴς, vel tale quid deesse.

— 7. ἐνθάδε οἰκήσας] dicitur enim aliquamdiu Platonem frequentasse.

— 14. πρυτανευόμενοι] Citat h. l. Harpocr. v. πρυτανεύοντα. ubi πρυτανευόμενοι interpretatur per διοικούμενοι καὶ διατρεφόμενοι. nam sic ibi leg. est, non ut vitiose ibi vulgo circumfertur διατρεφ. alimentis aliisque vitæ quotidianis necessitatibus instructi a Philippo.

— 18. ὠργίζετο] Citat. h. l. Alexander de figuris p. 66. ubi pro verbis τοῖς μὲν οὐκ ὠργίζετο dat editio Aldina καὶ τοῖς μὲν ὤμως ὠργ. unde suspiceris, in libris quibusdam Dem. olim fuisse τοῖς μὲν οὐδαμῶς [vel οὐδ' ὅλως] ὠργίζετο.

127. 25. δυσωποῦμαι] Citat h. l. Harpocr. v. δυσωποῦμαι. interpretans per φοβοῦμαι. atqui sic discriminis nil video inter ὀρρωδῶ et δυσωποῦμαι. sententia est: non metuo quidem illos, verumtamen reverentia et pudore eorum comprimor, conticesco.

— 27. ὑπάγουσι] Citat h. l. Harpocr. v. ὑπάγειν.

— ibid. καίτοι μὲ γένοιτο] Aristides de D. C. p. 200. βαρύτητος δὲ καὶ τὸ ἀπεύχεσθαι τὰ ἄτοπα. καίτοι μὴ γένοιτο — ad ποιῆσαι Φιλίππῳ, subaudi πρὸς χάριν.

128. 2. καλήν γ' οἱ πολλοί —] Aristides de D. C. p. 200. pen. κατὰ δὲ σχῆμα οὕτω βαρύτης γίνεται, ὅταν τις τῷ τῆς διανοίας σχήματι χρῆται. οἷον· ὅμοιός γε, οὐ γὰρ Σόλων νομοθέτης καὶ Τιμοκράτης. καὶ πάλιν· καλήν γέ οἱ πολλοὶ ἀπειλήφασιν Ὠρειτῶν χάριν etc.

— 16. νὴ τὸν Δία, ἔδει γὰρ —] Citat h. l. Hermogenes p. 264. et 348. ubi sic ait: καθόλου τὸ χωρὶς καταστάσεως εἰς ἀρχὴν ἀσυνδέτως ἀνάγειν τὸν λόγον, ἐνδιάθετον καὶ ἀληθινόν. οἷον· νὴ τὸν Δία, ἔδει γὰρ τὸ καὶ τὸ ποιῆσαι, καὶ τὸ μὴ ποιῆσαι. εἶτα ἐξ ἐπεμβολῆς, οὐ καταστήσας, ἐπήγαγεν ἀσυνδέτως καὶ σφόδρα ἐνδιαθέτως· πολλὰ ἂν ἔχοιεν εἰπεῖν Ὀλύνθιοι· — καὶ τὸ ἐφεξῆς δὲ τοιοῦτόν ἐστιν· ἀλλὰ τί τούτων ὄφελος; εἶτ' ἐπήγαγεν ὁμοίως ἐξ ἀσυνδέτου, μὴ καταστήσας, σφόδρα ἐνδιαθέτως· ἕως ἂν σώζηται τὸ σκάφος — ad μάταιος ἡ σπουδή. Citat item Stobæus p. 377. 48.

129. 18. Ἡγήσιππος] Citat. h. l. Harpocrat. v. Ἡγήσιππος.

130. 6. ἀγαπητὸν] imo vero οὐκ ἀγαπητόν. non decet vos hoc satis habere, in eoque gratanter acquiescere, si hi populi ipsi suo Marte salvi sospitesque evadant, nullis alienis opibus adjuti; sed hoc vobis agendum est, hoc vestram personam decet, ut eos periculo eripiatis vestris armis et opibus studiisque.

— 11. οὐδὲ μή ποθ'] prætuli οὐ μή ποθ'. nescio, an nunquam inventurus sit eum, qui vices ejus obire, ejus partibus defungi haud recuset.

## AD PHILIPPICAM QUARTAM.

131. 1. καὶ σπουδαῖα —] Hermogenes p. 309. α' ταχεῖαι καὶ δι' ἐλαχίστου συμπλοκαί. οἷον· καὶ σπουδαῖα νομίζων — Aristides de D. C. p. 310. ἡ δὲ κατὰ περίοδον [scil. σύνθεσις] ἥτις ἐστὶ συντάξει κώλων καὶ κομμάτων εἰς διάνοιαν ἀπηρτισμένη φράσις. οἷον· καὶ σπουδαῖα νομίζων — Schol. Hermog. p. 384. ποιότητα πράγματος. οἷον ἐν ἐκείνῳ· καὶ σπουδαῖα v. et paulo post συμπλέξας δέ. εἶον· Καὶ σπ. v. etc.

132. 4. μετὰ ταῦτα] nescio, qui fit, ut placere nolit. num μέγα φρονῶν. an μεγαλαυχῶν. an μετὰ χαρᾶς. an μετὰ γαυρότητος. an μετὰ τάχους.

— 7. τὰ ἔργα] Philippi facinora.

— ibid. τοὺς λόγους] titulos juris a nobis jactatos.

— 11. οὐδὲν γὰρ δεῖ —] juvat enim atrocitati orationis temperare. quamquam gravius et vehementius vos increpare licebat.

— 12. τοιγάρτοι διεστηκότων] citat h. l. Stobæus p. 244. 10.

— 18. οἱ τῶν τυραννίδων καὶ δυναστειῶν ἐπιθυμοῦντες] sintne hæc verba pro epexegesi seu supercenarratione ab ipso oratore addita, an e scholiis in textum irrepserint, in dubio relinquam.

133. 1. ἀλλὰ μανθάνομεν —] citat. h. l. Hermog. p. 250. 9. referens ad τὰς τραχείας ἐννοίας. et Aristides ad τοὺς ἀτόπους εἰκασμούς, p. 266. orationem reddentes vehementem et concitatam.

— 11. ἀλλ' ἵν' ὑμῶν ἕκαστος —] citat h. l. Stobæus p. 246. 26.

— 14. τὴν αἴσθησιν] scil. τῆς ἀμελείας, vel potius τῆς ζημίας.

— 16. Δορίσκον] citat h. l. Harpocr. v. Δορίσκος, et versu 26. v. Ἀντῆνας.

134. 4. ὅτι οὐ στήσεται] non ideo, quod hæc rapiat, a nobis conniventibus prætervisa et dissimulata, insistet, neque modum ponet cupiditati suæ, universum genus humanum vexanti.

— 22. οἷς γὰρ οὗσιν ὑμετέροις —] citat h. l. Hermog. p. 179. 3. de ἔχει χρῆσθαι suspicionem jam supra proposui ad p. 70. 8. Jam succurrit alia planior et mollior explicandi ratio. potest ἔχειν χρῆσθαι exponi: licet ei per vos iis uti, ἔᾶτε αὐτὸν ταῦτα ἔχειν, sinitis eum ista tenere.

135. ult. τούτων] id est, τῶν ἐνθάδε, potentiæ et opum reip. Athen. redit ad enumerata versu 22. et 23.

136. 4. ὅτῳ μὴ πολεμήσετε λαβεῖν οὐ βουλομένῳ] expunxi ambas particulas infitiantes. nam hoc hominum foret quæreu-

tium aliquem, in quem arma sua convertant.

— 26. *ποιεῖτε*] post *ποιεῖτε* videtur deesse *ποιεῖτε δὲ τί*; ecquid autem agitis, paratis? qui mores sunt vestri? tum in continenti respondens subjicit: nempe *ὑστερίζετε*.

— 27. *ὑστερίζετε, ἀναλίσκετε*] num leg. est *ὑστερίζετε ἀναλίσκοντες*. tametsi magnos facitis sumtus, in cassum tamen effunduntur et sero venitis, opportunitatibus temporum jam amissis. an transponenda sunt vocabula. *ἀναλίσκετε. ὑστερίζετε*.

— pen. *ζητεῖτε*] quod omnino expungendum videtur, uncis inclusi. sententia hæc est: cuicunque remp. vestram commiseritis, is vobis parum satisfacit, de eo querimini.

137. 6. *τὸ δ' οὐχ οὕτως ἔχει*] prava et perversa hæc est agendi ratio. subauditur *τὸ πρᾶγμα. τὸ πρᾶγμα οὐχ οὕτως ἔχει, ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε*. res ita non habet, ut vos opinamini.

138. ult. *ἀκούειν*] nescio, an pone *ἀκούειν* desint hæc pauca *μηδὲ βουλεύεσθαι*. ob præmissa in continenti.

139. 5. *ποιεῖν τοῦτο*] post *ποιεῖν τοῦτο* videtur *ἐπ' αὐτὸν* deesse.

— 6. *ἐάν τι λέγῃ τις*] subaudi *ἐπιτήδειον*, vel *χρήσιμον*, vel tale quid.

— 17. *διαφέρει*] correxi *διαφεύγει*. ne nunc quidem effugit, h. e. ne nunc quidem fieri negatum, neque serum est.

— 21. *οἷς*] videtur Thracas designare.

— ult. *διοικοῦντος*] num *διοικήσαντος*, ob præmissum *πράξαντος*.

140. 5. *πρότερος*] prætuli *προτέροις*, subaudi *ἢ αὐτῷ*. prius nobis, quam sibi, regi Persarum.

— 10. *καὶ δὴ*] prætuli *ὁ δὴ*, ob consensum librorum. nam illo non obstante maluissem dare *ὁ δὲ Πάρθαρος*. sic loqui solent stomachantes, non *ὁ δὴ β*. Hæc materialiter accipienda sunt, conviciorum exempla, quæ Athenienses in Philippum jactabant.

— 12. *τινα*] addidi. ubi video aliquem, regem Persarum reformidantem, cui sedes sunt tam procul a nostris dissitæ.

— 24. *παρὰ τοῦτο*] nisi hoc obstaret.

141. 4. *οὖ*] si ad proximum *φόβον* redit, necesse erit, ut ad *οὐδὲν* subaudiatur *κακόν*. quo metu majus aliud malum facile non afferamus ad remp. sin autem, id quod probabilius multo est, *οὗ* ad universam rem, de qua agitur, refertur, scil. ad *τὸ ἀνελεῖν τὰς ὕβρεις καὶ τὸν φόβον*, tum ad *οὐδὲν* subaudietur *ἀγαθόν*. Et posteriorem interpretandi modum h. l. solum obtinere posse, et de priori cogitare non licere, liquet ex additis, *οὐδ' ὅτι κοινῇ μᾶλλον ὅλην ἐπιῤῥώσειε τὴν πόλιν*.

— 11. *τὰ καθήκοντα*] Citat h. l. Harpocration v. *καθήκοντα*, e cujus interpretatione constat, ipsum legisse nobiscum *ἀφ' ἑαυτοῦ*, ultro, suo marte, sed *ἐφ' ἑαυτὸν*, in semet, in partem suam venientia.

— 17. *προσλαμβανόντων*] scil. *τῶν τὰς οὐσίας ἐχόντων*, quod modo præcessit. postulat tamen solita loquendi ratio *ἀλλὰ πάντων καὶ προσλαμβανόντων*. et videtur utique *πάντων* deesse.

— 19. *τούτου*] scil. *τοῦ θεωρικοῦ ἀργυρίου*. vel *τοῦ περιόντος*, vel *τοῦ κέρδους*, vel *τοῦ φθονουμένου καὶ ὀνειδιζομένου κέρματος*.

— 24. *οὔτ' ἀξιῶ*] scil. *ἄλλον τινὰ αἰτιᾶσθαι αὐτοὺς καὶ φθονεῖν αὐτοῖς ἐπὶ τῇ γεγονυίᾳ βοηθείᾳ*. et nefas arbitror, quemquam esse, qui pauperes ob hoc genus emolumenti incuset, iisve invidcat.

— ibid. *τὸν ἐν*] dedi me meo sensu *τῶν ἐν* — regitur hic genitivus ab insequente *οὐδένα* versu 26.

142. 5. *τοὺς σύμπαντας*] correxi de meo sensu *τοὺς πένητας*. comparans inter se rem privatam cujusque suam domesticam cum rep. seu civitate, comparat juvenilem ætatem domuum privatarum, ut valentem viribus, vigentem robore, acrem, strenuam, cum opulentis civibus, qui amplissimis facultatibus subnixi res ingentes peragere, et sumtuosis muniis fungi possunt; senilem contra ætatem privatarum domuum, ut marcidam, effœtam, decrepitam, invalidam, ad omnia torpentem, ne minimis quidem efficiendis parem, e re nostra alendam, quiete et otio recreandam, comparat cum pauperibus, quibus quod in fortunis prorsus nihil est, ideo quoque nihil ab iis exigi potest. Ut locupletes universæ civitatis veluti filii familias sunt, ita rursus pauperes civitatis communes quidam habendi sunt quasi patres familias.

— 14. *τὸ πρᾶγμα*] id est, *τὴν διανομὴν τῶν θεωρικῶν*. Rursus, ex altera parte, pauperibus auctor ego fiam, ut rem illam de medio tollant, ob quam fortunati jure merito distributionem pecuniarum moleste ferunt, atque reprehendunt.

— 16. *ὥσπερ ἄρτι*] scil. *διήειν*, aut *ἐποίουν*.

— 23. *ὅταν τὸ ἀπὸ τῶν κοινῶν ἔθος*] visum fuit vocabula ad hunc modum trajicere: *ὅταν ἀπὸ τῶν κοινῶν τὸ ἔθος*. cum consuetudinem, pecunias publicas diribendi, et pro communibus atque ad omnes pertinentibus habendi, usurpandique, a publicis ad privatas cujusque suas fortunas transferunt, existimantes, eas perinde juris publici esse, civium nemini non in eas jus esse, dividi eas inter omnes oportere, rapere eas atque discerpere nemini non licere.

— 25. *καὶ μέγαν μὲν ὄντα*—] aut non intelligo locum hunc, aut sic duco interpretandum, ut Wolfius fecit; ut hæc sit sententia: Paupere causam injustam adversus locupletem in foro agente, cum orator palam divitis causam adjuvat, acclamante tota corona, constat tamen testu-

lis effusis et dinumeratis, divitem, ex invidia opum, a judicibus esse condemnatum, quamvis bona causa nitentem; pauperem contra, utut iniquissima causa gravatum, tamen a judicum iniquitate absolutum, sorti tenuiori contra editiorem faventium. ad φαιερᾶς subauditur γιγνομένου, vel συμβαίνοντος.

143. 10. διορθώσασθαι δ.] Etiam h. l. non satis intelligo, et suspicor, aut hiare, aut superesse e lituris Demosthenis. Neque enim inter se cohærent. Pro διορθώσασθαι videtur Wolf διορίσασθαι conjectasse. In Latinis saltim id subjecit, reddens: *distinctius est explicandum.*

— 13. ἐξέστητε—] Hermogenes p. 264. καὶ μὴν καὶ σχήματα ἀκμαστικὰ, ὅσα καὶ ἐν λαμπρότητι καὶ σφοδρότητι. κατὰ μὲν γὰρ λαμπρότητος σχῆμα ἀκμὴ γέγονεν, ὡς ἐν τῷ· Ἐξέστητε, ὦ ἄ. Ἀ. τῆς τάξεως — Aristides p. 264. σφοδρότης γίνεται, ὅταν τις προσώποις ἐνδίξοις ἐπιτιμᾷ. οἷον· ἐξέστητε —.

144. 6. ὄντων δ', ὦ ἄ. Ἀδ. —] Citat h. l. Aristides p. 184.

— 17. βούλεται] majoris hic feci festinans auctoritatem Augustani, quam vulgatæ; quod nunc nollem factum. qua de civitate insidiator libertatis Græcæ, quicunque is identidem est, ita opinetur, ut persuasum habeat, eam solam suis machinationibus obstituram esse. Ad ἐναντιοῦσθαι subaudi ἑαυτῷ.

— 20. τοῖς ὅπλοις] suspicabar aliquando, leg. esse τοῖς ὅλοις, litera minus. rebus omnibus pollet, recip. nervos contendentibus atque formidandam ad alios reddentibus. nunc vero nil causæ videtur, cur vulgatæ controversia moveatur.

— 21. ὑπὲρ τῆς πόλεως] aut tollendus est articulus, (et mallem nunc me in auctoritate Augustani hic fuisse) aut cum τοιαύτης est mutandus.

— 24. πράγματα] post πράγματα, quo in vocabulo interrogatio desinit, videtur οὖν, quæ est responsio, deesse. quo addito, bene tum convenit γάρ.

145. 6. οἰκείως] imo vero ἀνοικείως, vel potius οὐκ οἰκείως. quo insequens ἥκιστα melius quadret. animus ei non est benevolus erga cunctos Græcos; omnium vero minime est erga vos.

— ibid. ἄν τι μὴ νῦν ἐπανορθωσώμεθα] num leg. est: ἄν τι μὴ τῶν νῦν [scil. γιγνομέναν ὑφ' ἡμῶν] ἐπανορθωσώμεθα. nisi nonnulla corrigamus eorum, quæ nunc a nobis factitantur.

— 20. μεταθεῖναι] subaudi εἰ ἓν μόνον ἦν τὸ ἁμάρτημα.

146. 14. κωλύσειν] prætuli κωλύειν in præsenti, e p. 103. 10. unde locus huc translatus est. ad quam paginam a nobis annotatorum huc a lectore quoque transferri poterit, ut ea repeti h. l. necesse nihil sit.

— pen. λέγειν οἰομένοις] id est, οἰομένοις δεῖν ἑαυτοὺς λέγειν. existimantibus se oportere dicere. Aliis in libris fuit λ. εἰσιομένοις. quæ lectio item non est contemnenda.

147. 2. οὐκ ἔσεσθαι] prætuli οὐκέτ' ἔσεσθαι. non amplius in posteram, ut adhuc fuisset, copiam fore.

— 5. τούτων] scil. τῶν οἰομέναν, δεῖν ἑαυτοὺς τὰ βέλτιστα λέγειν ὑπὲρ ὑμῶν. v. penult. p. 246. amicos patriæ designat, inimicos Philippi.

— 7. τούτων] scil. τῶν κατηγορούντων. v. versu 5. ab his, qui illos bonos et frugi cives, vestri amantes, accusant et insectantur.

— 10. τῶν αἰτιῶν] τῶν αἰτιωμένων. causantium, incusantium, querentium.

— 17. προσήκει] videri possit ὁμολογεῖν, vel tale quid deesse. et cur hostis ipse id ultro fateatur. Sed licet vulgatam alia quoque ratione vindicare, aiendo, projectam et veluti suspensam esse interrogatione, sine responsione, quo lector vel auditor quisque tacite eam subjiciat. quo nil est factu facilius, re ipsa coique non tardissimo subjiciente, καὶ αὐτῷ ἀρνεῖσθαι, vel καὶ αὐτὸν ταὐτὸ ποιεῖν.

— 19. οὐ πολεμεῖν] malim οὐ φήσει πολεμεῖν. negabit se bellare. nam ut φήσει subaudiatur, nego licere per naturam loci.

— 20. πρότερον] scil. ἔφη πολεμεῖν.

150. ult. σοὶ μὲν γὰρ ἦν κλέπτης—] Hermogenes p. 194. κύκλος γίνεται, ὅταν ἀφ' οὗ τις ἄρξηται ὀνόματος ἢ ῥήματος, εἰς τὸ αὐτὸ καταλήξῃ πάλιν, μήτε πτῶσιν ἀλλάξας — οἷον· σοὶ μὲν γὰρ ἦν κλέπτης ὁ πατὴρ, εἴπερ ἦν ὅμοιος σοί. ἀπὸ γὰρ οὗ ἤρξατο μορίου, τῆς ἀντωνυμίας, εἰς ταὐτὸ ἔληξεν. p. 255. idem dictionem hanc in exemplis σφοδρότητος enumerat.

## AD ORATIONEM ADVERSUS PHILIPPI EPISTOLAM.

152. 9. ὀρρωδεῖν] Citat h. l. Harpocr. v. ὀρρωδεῖν.

153. 7. καὶ γινάσκεται —] Alexander de figuris p. 64. συνκυμία ἐστὶν, ὅταν τῷ χαρακτῆρι διαφόροις ὀνόμασι, τῇ δυνάμει δὲ τὸ αὐτὸ δηλοῦσι χρήμεθα πλείστοις, ἵν μέντοι καὶ ταὐτὸ βουλόμενοι δηλοῦν. ὡς καὶ Δημοσθένης· καὶ γινώσκεται μὲν ὑπὸ τῶν Περιθίων — ὑποπτεύεται δὲ ὑπὸ Θηβαίων.

— 15. ἐκείνων] Peloponnesiorum cum Thebanis, seu quod idem est, Thebanorum cum Peloponnesiis. Construo sic: Ἅγων

δὲ [id est, διὰ τὸ ἄγειν, vel διότι ἄγει] τὰς ἐκ Πελοποννήσου πρεσβείας πρὸς αὐτὸν, ὑποπτεύεται ὑπὸ τῶν Θηβαίων Φίλιππος καὶ τὴν ἐκείνων συμμαχίαν παραιρούμενος [id est, πειρᾶσθαι αὐτοὺς ἀφαιρεῖσθαι]. quod Philippus legatos e Peloponneso invitat, etiam ex hoc suspectus fit Thebanis, quasi hoc agat, ut illam quoque societatem Peloponnesiacam a se abalienet.

— 20. οὐδὲ γὰρ τοῦτ'] in Aldina et Felicianea est οὐ γὰρ τοῦτο. unde equidem effecerim οὐ γὰρ οὐδὲ τοῦτο. neque enim minutum est, ne hoc quidem.

— 22. εἰσωθέμψαντες] in Perinthum puta.

— ibid. ἐκπολιορκηθῆναι] a nobis, Atheniensibus, puta.

— 26. τῶν Περσῶν] malim τὸν Περσῶν.

154. 14. πρὸς ὑποψίαν ἥκοντα καὶ δυσμένειαν] quæro, num πρὸς h. l. vices gerat præpositionis μετὰ, eoque idem sit sic dictum, atque si dixisset μεθ' ὑποψίας καὶ δυσμενείας. convenire quidem ad Philippum copias ejus auxiliares, at animo infesto, suspicionumque pleno.

— 26. ταύτης] scil. τῆς δόξης. (non item τῆς ἀσφαλείας.)

155. 25. εἴ δέ τι πταίσει] locum hunc, sed aliter, citat Seneca Controv. 24. teste Schotto Observ. Hum. p. 214.

— 26. ταῦτα] quæ modo de clandestinis adversus Philippum simultatibus sociorum, ipsorumque Macedonum, tam gregariorum militum, quam ducum et amicorum, nec non qui mercenario militi præessent, disputavi. v. p. 23. ult. sqq. ubi locus hic jam præcessit, hic iteratus.

156. 14. τῶν προγόνων] ex hoc aptum est non solum τούτου, versu 15. sed etiam πάντων τῶν ἐν τῇ Μ. βασιλευσάντων. ab iis, qui majores fuerunt, non hujus Philippi solummodo, sed universe, regum quotquot in Macedonia unquam fuerunt, omnium. Nam paulo durior hæc videtur constructio: οὐ παρὰ τῶν τούτου προγόνων μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ πάντων τῶν ἐν Μ. βασιλευσάντων.

157. 11. ξενοτροφεῖν] Citat h. l. Pollux 3. 58. v. ξενοτροφεῖν.

## AD EPISTOLAM PHILIPPI.

159. 2. ἁρπασθέντος] num ἀναρπασθέντος?

— 3. δίκην] vocabula ὅτι τὴν δίκην, ut amputanda, uncis inclusi, cum quia plerisque absunt a codicibus, tum quia sententiam interturbant. videtur olim iis in libris, unde tradita nobis sunt, ita fuisse exaratum: ἐπετιμήσατε ὅ,τι ἦν δίκαιον. non increpastis, non animadvertistis, prout jus et fas erat.

— 7. τοὺς βουλομένους] scil. ἐκεῖσε καταφεύγειν. illuc confugientes, illuc receptum habentes.

— 24. φαίνεσθαι] post φαίνεσθαι subaudi ταῦτα, quamquam addi utique præstet.

160. 2. ἔσται καινότερον] id est, γενήσεται vel ὑπάρξει παρ' ὑμῶν καινὴν εἶδος ἀδικίας, οὔπω πρότερον ὑφ' ὑμῶν κατ' ἐμοῦ πεπραγματευμένον. ecquod exsistere possit novum injuriarum genus, bello adversus me palam a vobis declarato, quod a vobis antea nondum fuisset exercitatum, pacem sublestam mala fide agentibus.

— 5. ὡς ἡμᾶς] ad me, Macedonasque meos.

— 8. πείσοντας] mallem cum articulo τοὺς πείσοντας.

— 14. ἐπισυμμαχίας] ἐπισυμμαχία est fœdus, par fœderatorum inter sese obligans ad ferendum in bello mutuum auxilium, ut si e. c. Persæ a Philippo armis appeterentur, necesse Atheniensibus esset succurrere. et rursus, Philippo Atheniensibus aggrediente, Persæ tenerentur Atheniensibus opem ferre. Lectio Wolfianæ editionis τῆς ἐπ' ἐμὲ συμμαχίας commentum est ipsius Wolfii, auctoritate nullius codicum omnium subnixum. Est utique fœda illius editionis macula, quod Wolfius, sive ipse, sive operæ Basileenses, ejus auctoritate gratiave ducti, conjecturas ejus omnes, tacite, clam, lectoribus ignaris, neque admonitis, in textum immiserunt, vetustis probis primigeniisque lectionibus ejectis et suppressis. Quod est ingens et inexpiabile facinus prorsus furiosæ arrogantiæ atque intemperantiæ.

— 23. ἐν ταῖς στήλαις] quibus inscolpta nimirum erat formula pacis Philippo cum Athen. initæ, quæ stelæ, aliæ in confiniis agri Attici, aliæ in finibus Macedoniæ fixæ erant, quo pacis conclusæ conditiones neminem fugerent.

— 26. τοῖς π. ἐ. πρεσβευταῖς] id est, πρὸς τοὺς παρ' ἐμοῦ πρεσβευτὰς ἰδίᾳ, οὐ κοινῇ καὶ πρὸς τοὺς παρ' Ἀθηναίων. privatim erga meos legatos, non item publice, seu communiter, etiam erga legatos Atheniensium.

161. 3. ὑφ' ὑμῶν] præpositionem uncis inclusi, verbum ἀποδείκνυσθαι pro medio accipiens et interpretans, vos eum civem vestrum declarare. vulgatam qui tuebitur, is pro infinitivo passivi habebit. quamquam hoc sit orationem conturbare, si tenens eandem constructionem, infinitivis activæ et mediæ formæ φάσκειν, ποιήσασθαι, ἀναιρεῖσθαι infinit. passivum immisceas, cum consentaneum sit, omnia illa potius media esse.

— 6. πόλεμον αἱρεῖσθαι] deligere, præferre bellum, melius hic conveniat, an ἀναιρεῖσθαι, suscipere, quærant alii.

— 16. εἰ δὲ τοῖς μὲν—] Citat h. l. vetus Lexicon in Montfauc. Bibl. Coisl. p. 496.

162. 8. οὐδεὶ] οὐδενὶ (in dativo) malim. nam ἐπισκήπτεσθαί τινι usurpator, non τι. queri, expostulare aliqua de re, ut de facinore iniquo et injusto, item de testimonio falso, commentitio, exceptionem imposturæ obmovere.

— ibid. τὴν δὲ τιμαρίαν] aut deest hic verbum accusativum adsciscens, e. c. μέμφεσθε, vel προφέρετε, exprobratis, caussamini, profertis per obtrectationem; aut si nihil deest, in locum accusativi suffici debet dativus, τῇ δὲ τιμαρίᾳ, scil. ἐπισκήπτεσθε. questi nil estis, neque succensuistis injuriis, quas a Peparethiis tuli; at multum expostulastis de pœnis, quas ego ab illis repetii. Et pæne consentanea his etiam Wolf in annotationibus et in farragine scripta reliquit.

— ibid. ἀκριβῶς εἰδότες· καίτοι, τὴν νῆσον] distinxi et correxi ad hunc modum, ἀκριβῶς εἰδότες, ὅτι τὴν νῆσον — probe tenentes, insulam neque iis, neque vobis a me ereptam esse.

— 20. γοῦς ἐγὼ] interpone copulam, sive δὲ, sive οὖν.

163. 2. προβεβήκαμεν] malim προβεβήκατε in secunda persona. nam si crimen hoc secum quoque communicaret, decebat eum non injurias solummodo ab Atheniensibus acceptas commemorare, sed etiam, id quod insuper habuit facere, ut rem sibi parum decoram, injurias a se rursus Atheniensibus oblatas.

— 5. κληρούχων] Citat h. l. Harpocrat. v. κληρεῦχοι.

— 15. et 19. διακρίνεσθαι — διακριθῆναι] Citat vetus Lexicon apud Montfauc. B. Coisl. p. 496.

— 20. ἀμφισβητοῦσι] prætuli ἀμφισβητοῦμεν. vocabula τὸν τρόπον τοῦτον, pari pacto, non ad hoc v. ἀμφ. sed ad διαλύσασθαι adstringenda sunt.

164. 6. ἀντιλαμβάνειν] correxi ἀεί τι λαμβ. semper aliquid lucelli ab imperatoribus emungere, sive reis patrocinentur, sive ipsi eos iniquis et ementitis criminationibus urgeant.

— 9. περιποιεῖσθε] correxi περιποιεῖσθαι, qui infinitivus aptus est e φασὶ versu 3. vulgata si probetur, accusativus λοιδορουμένους cum nominativo foret mutandus. atqui sic conversa foret hæc accusatio ad universum populum Athen. ad quem nil pertinet, sed ad solos oratores Philippo infestos. quibuscum Philippus hic non agit, sed de iis ad S. P. Q. A. queritur.

— 13. τὴν πρὸς ὑμᾶς εὔνοιαν] possit sententiam satis commodam ferre, nimirum hanc: Auctoritate meorum ære meo redimens, qua vos ducti credatis ipsis aientibus, me vobis bene velle. Visum tamen fuit, nescio an non satis quidem gravi de causa, at non improbabili tamen, ὑμᾶς cum ἡμᾶς mutare, ut hæc exsisteret sententia: τὴν ὑμετέραν πρὸς ἐμὲ εὔνοιαν. vestram erga me benevolentiam ære meo ab ipsis redimens. Utrum præstet in ejusmodi causis, neque ciccum interest, neque disceptari ab idoneo arbitro potest.

165. 5. τότε μὲν] non insequente νῦν δὲ, prodit defectum, quem Wolfius quoque subodoratus videtur. Suspicor, librarium, e cujus calamo vulgata manavit, oculo a superiori v. πόλιν ad inferius idem vocabulum delapso, interjecta prætervidisse. videantur autem hæc ferme deficere:— ἔχοντος ἐμοῦ τὴν πόλιν, ἐπὶ τῷ [vel, quod idem est, ἐφ' ᾧ] τὰ ἑαυτῶν ἑκάστους ἔχειν. νῦν δὲ καὶ τῇ στήλῃ προσεγγράψαντες τὴν πόλιν. qui non solum tum temporis, me Amphipolim tenente, pacem mecum ea lege contraxeritis, ut, quæ quisque cum maxime teneret, ea sibi haberet atque servaret; sed etiam nunc nomen Amphipoleos insculpseritis tabulis fœderis. ut civitatis mecumque vobiscumque fœderatæ, conditionibus iisdem, quibus reliquas.

— 13. προϋπαρχόντων] subaudi ὑμῶν χειρῶν ἀδίκων. His itaque sumtis, vos inimicitiarum ultro fecisse initium, a me nil provocatos, tum, hanc maxime ob causam impetum in me fecisse, quod ego ultra, quam par esset, cavissem vos lacessere; denique vos nullum injuriarum genos, quod in potestate vestra sit, reliquum vobis faciatis ad me vexandum —.

— 15. κακοποιούντων] ad hæc tria participia, προϋπαρχόντων, et ἐπιτιθεμένων et κακοποιούντων, addet lector attentus tacita cogitatione ὑμῶν. nam alias prædicata hæc subjecto carerent.

# I. I. REISKII

ANNOTATA

AD ORATIONES CONSULTORIAS

VEL

SUASORIAS.

# AD ORATIONEM DE CONTRIBUTIONE.

Titulus in editione Morellana huic orationi præfixus hic est: *Δημοσθένους συμβουλευτικὸς ἤτοι ὁ περὶ συντάξεως λόγος.* unde secundum et tertium vocabulum expunxi. non enim unam solummodo consultoriam, vel suasoriam scripsit orator, sed plures. neque hæc de contributione sola ex hoc genere superest, sed quinque insequentes orationes, usque ad illam pro corona, sunt suasoriæ, vetustisque in libris Demosthenis *οἱ συμβουλευτικοὶ* appellantur. cujus de nominis convenientia nunc non disputabo. *σύνταξις* universe census omnis est, seu imperatus, seu condictus, sive numarius, sive etiam modus operæ in corpore præstandæ in functione munerum pro salute patriæ obeundorum. Hic loci usurpatur pro pecuniaria contributione, seu censu collatitio, civi cuique pro modo fortunarum indicto, quæ pecunia militi conscripto, aut conscribendo, in manus daretur, unde sibi vestem, arma, commeatum compararet.

166. 1. *παρόντος*] non improbo. suspicor tamen de *περιόντος*. de pecunia redundante, quæ cum redisset reip. post detracta necessaria impendia supermanet.

— 15. *τὸ δ' ἔθος μέγα*] post vocabula *τὸ δ' ἔθος μέγα*, videntur deesse hæc, *διὰ τὸ βλάβος*. at consuetudo est res gravis, magni momenti, serio pensitanda, propter noxiam cum ista consuetudine conjunctam.

— ult. *ἡ ἑορτὴ*] articulum addidi. non enim ludi, seu dies festi, quicunque, sed peculiariter Liberalia, *τὰ Διονύσια*, designantur.

167. 2. *τοὺς λόγους*] id est, *τὰς παραινέσεις*. ne adhortationes quidem, faciendi ea, quæ præterea fieri par est, meris verbis conceptas, neque ultra verba procedentes, nullamque vim, nullam necessitatem admoventes, auribus accipere sustinetis.

— 4. *νομίσητε*] id est, *ὕστερον νομ.* postmodum vobis videamini.

— 14. *προσαναλίσκετε*] prætuli *παραναλ.* insumitis in res frivolas, in nugas.

— 15. *ὑμᾶς*] post *ὑμᾶς*, aut *φημὶ*, aut *χρῆναι*, videtur deesse *τούτων*.

— 16. *στρατιωτικὸν*] scil. *ἀργύριον*. velut in mercedem operæ militaris, quam corpore quisque suo in castris præstat.

— 17. *ἐξεταστικὸν*] proponit hoc nomen, ut, si placeat, non male conveniens pecuniæ illi, quam auctor est dari civibus stipendia emeritis, quibus per ætatem venia est munium castrensium, *ὑπὲρ τοῦ ἐξετάζειν*, pro opera ab ipsis navanda, ut videant et quærant, num juniores, quorum sors est in castra exeundi, aut in urbe vigilias et stationes obeundi, fungantur muniis competentibus; num vices exeuntium in castra et illinc in urbem redeuntium rite alternent. num, quorum nomina in codicillis scripta sunt, ut actu militantium, omnes reapse militent, an sint, qui gratia, precibus, pecunia subterfugerint molestias laborum castrensium, domi latitantes; num militantes idonei sint arma ferre, num armis, iisque idoneis instructi, aliisque rebus ad agendum sub pellibus necessariis. Hæc enim agebant, hæc curabant, de his ad S. P. Q. referebant sic dicti ἐξεταστᾶι, seu exploratores, revisores.

— 20. *ἀπὸ τούτων*] scil. *τῶν χρημάτων*. ab hac pecunia collatitia, ab hac contributione, quam ut vobis ipsi imponatis, auctor ego vobis sum.

— 23. *κρίνητε*] prætuli *κρίνετε*, in indicativo. videtur olim in libris fuisse ad hunc modum *ἅπερ νυνὶ συμβαίνῃ. τί δὲ συμβαίνει*; ecquid autem evenit? Nempe (respondet ipse sibi) *τοὺς στρατηγοὺς κρίνετε*. imperatores vestros, e castris revocatos, successoribus ante tempus missis, aut expeditione finita, domum reversos, ad judicium vocatis.

— 24. *ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος τὸν δεῖνα*] locum hunc citat Thomas M. v. *ὁ δεῖνα*. p. 644.

168. 6. *παρουσίαν*] Citat h. l. Harpocration: sed is aut errore oculi memoriæve deceptus *παρουσίαν* eum *περιουσίαν* commiscuit, aut alias locum secius interpretatus est. de quo jam Valesius suspicatus est.

— 11. *οὗτος*] addidi. *ἄλλος ἂν ἦν λόγος οὗτος* significat hoc: adversariorum oratio, hortantium vos, desidiæ indulgere, nil agere, otiari, esset tum alia futura, quam nunc est. Foret tum haud contemnenda, rebus aliter sese habentibus. jam vero, rebus sic se habentibus, ut reapse habent, oratio istæc levis et explodenda est.

— 13. *ἐποπτεύουσαν*] prætuli *ἐποπτεύσουσαν* (in futuro) inspecturam, h. e. gubernaturam. licet quoque *ἐφοδεύσουσαν* probare. partes veloti circitorum acturas copias, obituras vigilias omnes.

— 15. *ἐρημίας*] in solitudine, utpote a vobis, qui socii eorum vultis haberi, deserti. Dorville ad Charitom. p. 348. le-

etionem ἡμίμας præfert, quæ etiam in libris reperitur. Uti cuique suo sensu licet. Vulgatam equidem cur asperner, causam nullam video.

— 19. τῆς προαιρέσεως] subaudi αὐτῶν. illam ipsam ob metam, ad quam principatus paucorum contendunt.

— 22. τὴν αὐτὴν] post τὴν αὐτὴν videtur πάντων deesse, id est, πάντας δεῖν κατὰ σύνταξιν λαμβάνειν τε τὰ προσήκοντα, καὶ αὖ πάλιν ποιεῖν τὰ προσήκοντα. omnes oportere, pro rata quemque, convenientia pensa et mercedum aufferre, et operarum conferre. ex condicto, seu formula, normave imperata, et publico consensu probata.

— 24. καὶ πρότερον] Philippica prima puta.

— 25. καὶ εὐπορία] pone καὶ videtur colon deesse ad hanc ferme sententiam: καὶ πάντα τὰ δέοντα ἐν καιρῷ καὶ μετὰ ῥᾳστώνης (vel ταχέως καὶ ῥᾳδίως) γενήσεται. tum non solum agenda omnia tempori et per otium (celeriter atque faciliter) agentur, sed etiam communis ad singulos quosque accedet opulentia. Sic membra sectum bene respondebunt. nam in ἔξω ἐστὶ desinit protasis. docui, taxari, censeri (vulgo quotisari) si vos patiamini — tum non solum agenda omnia. nam ὡς versu 24. æquipollet τῷ ὅτι, quod, et ἂν æquipollet h. l. τῷ ἐὰν, si.

168. ult. τούτων ἁπάντων] scil. studium principatus et imperii, τοῦ πρωτεύειν καὶ ὁρίζειν τοῖς ἄλλοις τὰ δίκαια (v. versu 12.) et quæ ex iis apta sunt emolumenta atque decora.

169. 2. τοὺς μὲν] scil. τοὺς δύο ὀβολούς. binos illos obolos, in quos tota civitas furiosa cum contentione fertur, neque nunc sunt plus, neque in æternum fient unquam plus, quam bini oboli. hoc est vile, contemnendum, pudendum lucellum, de quo non nisi mendicissimi quique inter se contendant.

— 3. τὰ δ' ἄλλα —] quæ autem adhuc alia agenda et præstanda et providenda tum aiebam, cum negarem me intercedere, quominus sportulam binorum obolorum ferretis: ex iis emolumenta referetis, magni regis opibus æquiparanda. Quænam illa sunt, quæ orator agi et præstari flagitaret? Ipse in continenti exponit, πόλιν τεσσάρων etc. In vulgatis sic circumfertur h. l. τὰ δ' ἄλλα, ἃ μετὰ τούτων, ὧν εἶπον. ego vero, videns postremum articulum, ὧν, orationem perturbare, meo usus arbitrio, expunxi, vel, ut, si non verius, minore certe cum invidia dicam, auctore Wolfio, qui non pauca recte vidit in Demosthene.

— 7. τί οὖν, φαίη τις ἄν, ταῦτα νῦν λέγω; ὅτι φημὶ δεῖν ὑμᾶς] sic secundum antecessores meos omnes reddidi. Sed Phryx fui, ut sæpe sum, cujus me majorem in modum piget pudetque. Vix absoluta prelo plagula erat, cum in mentem veniret, sic distinguendum et corrigendum esse: τί οὖν, φαίη τις ἄν, ταῦτα νῦν; hic desinit hypophora, seu ficta nescio cujus reprehensio, habitu interrogationis convestita. Subauditur λέγεις. Ecquid autem tu nunc hæc crepas? (dicat, vel sic occurrat mihi aliquis). respondet orator: hæc ille dicit pro sensu suo, et per me dicat licet. ἐγὼ δὲ τί; ego vero quid? scil. λέγω, aio, suadeo, inculco. hæc est sententia per se. pergit: φημὶ δεῖν ὑμᾶς — aio nempe vos oportere. Sic fit oratio strenua, acris, contentiosa, ἐναγώνιος. Nempe non satis tempori inciderat in locum, qui hujus meæ correctionis fundus est, neque satis ad eum attenderam, qui paginæ proximæ 170. versu 13. legitur.

— 13. ὡς οὕτως ἔχει] idem est ac si dixisset: οὕτω γὰρ ἔχει. nam sic se res habet.

— 14. καιρὸν] ad καιρὸν adde νῦν tacita cogitatione e versu 13. iterandum. nam si nunc obsecundetis, arbitrati, rerum harum, quarum auctor sum, agendarum tempus oportunum cum maxime esse.

— 18. που [enclitice] λέγων] usquam locorum temporumve præ se ferens. h. e. nescio, quo loco, aut quo tempore.

— 23. ἐπαινέσας] prætuli ἐπῄνεσε. nam alias ἐμπλήσας quoque dicendum fuisset atque διασύρας.

170. 6. τὸν ὀπισθόδομον] citat h. l. Harpocr. v. ὀπισθόδομος.

— 15. ὥσπερ ἐκεῖνοι] scil. ἔλεγον. ut illi dicebant, qui hunc hominem flagellis cædendum, torquendum, necandum clamabant. nisi si ἐκεῖνοι referas ad eos, qui Opisthodomum expilarant. quemadmodum illi priores digni erant, qui extremo supplicio tollerentur. subaudi ὥσπερ ἐκεῖνοι θανάτου ἄξια ἐποίουν.

— 20. ἦτε] scil. ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. una sitis in concione. quamquam in dubio relinquam, sitne potius ἦκητε aut συνίητε leg. scil. εἰς τὴν ἐκκλησίαν.

— 24. ὁ νυνὶ συμβαίνει] videtur sic leg. ὁ νυνὶ θρυλλεῖται, συμβαίνει, id est, τότε συμβαίνει τοῦτο, ὃ νῦν θρυλλεῖται. tum contingit id, quod vulgi sermonibus in triviis conteritur, scil. ὁ δῆμος καταλύεται, libertas plebis, et forma gubernationis popularis, majestas populi, convellitur.

171. 1. ἐστὶ κοινὰ] videtur φυλακτήρια, vel tale quid interponendum esse. novi, hæc judicia jurium civilium vestrorum esse munimenta, propugnacula publica nulli non civium vestrorum communia.

— 3. τοὺς ἐν τοῖς ὅπλοις ποιήσει νικᾶν] prætuli τοῖς ἐν τοῖς ὅπλοις [subaudi στρεφομένοις] ποιήσει [id est, προσποιήσει, παρασκευάσει] τὸ νικᾶν. versantibus in armis non consciscet suffragium [seu suffragandi potestas, seu quicquid per plebiscita

decretum et jussum fuerit] victoriam. hoc videbatur melius cum insequentibus ὑμῖν παρασκευάσουσι convenire. nam alias vulgata h. l. vitio caret.

— 10. αὐτὸ τοῦτο ὀρθῶς —] num leg. est: καὶ αὐτὸς [subaudi ἐγὼ], etiam ego ipsemet, τοῦτο ὀρθῶς ἔχειν αὐτῷ συνδοκῶ, recte eum in hoc opinari, assentior.

— 12. παντὸς ἑνὸς τοῦ λέγοντος] legi possit πάντως ἑνὸς τοῦ λ. utique, quovis pacto, omnino debet exsuperare videri fortunam et dignitatem oratoris, quippe qui solummodo unus sit homo privatus. Sed causæ nil est, cur a παντὸς discedatur, cujus hæc possit esse sententia: τῶν λεγόντων ἑκάστου, ἅτε ἑνὸς ὄντος. dicentium uniuscujusque sortem. Haud dissimulabo tamen, mihi non displicere hanc sententiam: παντὸς ἑνὸς, excedere debere uniuscujusque hominis singularis, quisquis is est, καὶ μάλιστα τοῦ λέγοντος, et inprimis oratoris sortem.

— 15. τιμωμένων ταύτας λέγει τὰς προφάσεις, ἐγὼ διέξειμι] distinxi et correxi ad mentem Wolfii: τιμωμένων λέγει, [scil. ὑμῖν, ἃ ἐγὼ νῦν ὑμῖν εἴρηκα περὶ τοῦ ἀληθινοῦ τρόπου τοῦ καταλύεσθαι τὴν δημοκρατίαν] quod autem hæc nemo vos docet, quæ ego vos modo docui, τὰς προφάσεις [subaudi τούτου] ἐγὼ διέξειμι, causas ejus rei nunc coram vobis exsequar.

— 17. καὶ ταύτην τὴν τάξιν] scil. de qua modo dicebam, τῶν ὑφ' ὑμῶν τιμωμένων, hunc ordinem hominum penes vos honoratorum.

— 18. ἐπὶ τὸ χειροτονεῖσθαι] prætuli de meo sensu, ἐπὶ τῷ χ. in dativo. χάρις ἡ ἐπὶ τῷ χειρ. est ea gratia activa, ea contentio alii gratificandi, studium placendi alii, penes quem sit potestas tibi honorem, quem ambis, suffragio suo addicendi. Servire huic generi gratiæ, est, nihil non venari et observare, nihil non agere, quo tu speres futurum, ut proberis iis, penes quos sit in comitiis te magistratum creare; ut nihil audeas neque dicere, neque agere, quo metuas opifices tuæ fortunæ atque amplitudinis offendere.

— 23. ἀπολαύων] dedi de meo ἀπολαύσειν, ut respondeat insequenti κληρονομήσειν et ἕξειν, quæ tria apta sunt ex ἠγεῖται. sperat futurum, ut gloria urbis præfulgens nominisque vestri terrore formidabilis in hostium solo strages edat, sed per ipsorum absentiam, nemine obstante.

— 25. ὅπερ ἐστὶ] idem est ac si dixisset: ὅπερ καὶ ὡς ἀληθῶς ὑπάρχει vel συμβαίνει.

— 27. αὐτῶν] correxi de meo sensu αὐτόν. quod cohæret cum ἕξειν. *sese habiturum.*

— ibid. οὕτω καὶ τοῖς ἐκ τούτων] in locum tertii vocabuli τοῖς suffeci τῶν. subaudi γιγνομένων ἀφελειῶν. sperat se participaturum cum aliis æqualem portionem, ut laborum, ita emolumentorum quoque iis e laboribus exsistentium.

— pen. οἱ δὲ πολιτευόμενοι] opponuntur hi supra versu 16. dictis honorum et imperiorum candidatis. Alias Demosthenes illos στρατηγοὺς, hos ῥήτορας appellat. ῥήτωρ ἡγεμὼν, καὶ στρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ, καὶ οἱ βουλευόμενοι τριακόσιοι. illi sunt magistratus, honoribus fungentes, hi syndici et Icti, et consiliarii senatus atque plebis in curia atque in concionibus.

— ult. ὑμῖν] correxi de meo judicio ἡμῖν, h. e. mihi meique similibus, exiguo gregi oratorum vestri studiosorum, suique dissimilibus.

172. 16. τὸν ἡγούμενον ἐν Μαραθῶνι] non improbo. recte dictum fateor, neque sine exemplo. quod non longe hinc occurrit, hac ipsa pagina, versu 23. mori loquendi tamen convenientius præpositio omittitur in hac formula. quare eam sustuli.

— 17. οὐκ ἴσα] non obtrectandi, neque detrahendi studio sic dicit, sed exaggerandi, subaudi ἀλλὰ πολλῷ μείζω. non dicam paria factis nostrorum imperatorum, sed dicam potius multis etiam modis majora.

— 26. τὴν μόραν] Citat h. l. Harpocrat. v. μόρα.

173. 1. τούτων] scil. τῶν ἀνδρῶν.

— 8. Περδίκκᾳ] atqui alias Alexandrum appellat.

— 15. πάσης μείζονα εὐεργεσιάς] quod jus civitatis Atticæ nullum emereri posset quantumvis magnum in remp. collatum beneficium.

— 16. ἀνθρώπους οἰκοτρίβων οἰκότριβας, τιμὴν] distinxi et ordinavi verba sic: ἀνθρώπους οἰκότριβας, homines vernas civitate donatis Attica, οἰκοτρίβων τιμὴν, ὥσπερ ἄλλου του τῶν ὠνίων, λαμβάνοντες, vendentes eam ipsi ac pretio prorsus eodem, quo soletis in foro venales vernas emere, vel vendere. ita vendentes jus civitatis vestræ, quasi esset hoc jus simile ulli alii cuipiam rei in foro vestro venali.

174. 4. συνήγαγον] alibi maluit ἀνήγαγον usurpare. neutrum male, quamquam prius vulgatius, posterius videri possit quodammodo exquisitius et convenientius, quia ἄνω in arcem comportabantur.

— 13. ἀπόρους] non hoc magis intelligo, quam ἀποστόλους, quod est in cd. Feliciani. cur Athenienses egenas civitates Græcas opibus suis sublevarint, non video. nisi si forte rem sic concipias. caritates annonariæ cum sæpius inciderent, Athenienses civitatibus pauperioribus de frumento prospexerunt, aut gratuito donato, aut vilissimi vendito.

— 18. ἀλλὰ τί; βούλεσθε ἐξετάσωμεν] prætuli ἀλλ', ὅ,τι βούλεσθε [scil. ἐξετάζειν], ἐξετάσωμεν. sed age, examinemus, quamcunque partem vultis.

— 19. οἰκοδομήματα] Aristides de D. C. καὶ πάλιν ἐν γένει [præfatus de generalibus.] οἰκοδομήματα μέν γε καὶ κόσμον τῆς πόλεως — ὑπερβολὴν λελεῖφθαι. εἶτα κατ' εἴδος· προπύλαια ταῦτα, ὁ παρθενὼν etc.

— 20. πόλεως] h. l. significat ædificia profana, sive publica, sive privata, cum fanis deorum et navalibus, quæ sunt extra urbem, opponantur.

— 23. προπύλαια] Citat h. l. Harpocr. v. προπύλαια ταῦτα. et Scholiastes Hermog. p. 400. κατὰ δὲ ἄλλους καὶ τὰ δεικτικὰ σχήματα ἐναργῆ. οἷον· προπύλαια ταῦτα.

175. 10. ὑπερηφανωτέρας] Citat h. l. Thomas M. v. ὑπερήφανος.

— 19. αὐτοὶ] ipsi, ultro, sponte sua, pro arbitratu suo. in aliis est οὗτοι. quod tantum abest, ut asperner, ut auctor potius sim utrumque copulandi. ut sit οὗτοι αὐτοί. Ad μεταδιδῶσι subauditur ὑμῖν.

— 25. τὴν ὀργάδα] Citat h. l. Harpocrat. v. ὀργάς.

— pen. τοὺς βουλομένους] scil. βοηθεῖν, vel μετέχειν τῆς βοηθείας. Decreverant Athenienses plebiscito, Phliasiis urbe patria expulsis succurrere, eosque domum reducere, non permittere sicariis, qui cædibus Phliuntem, patriam suam, desolassent (nam Phliasii ipsi videntur hi fuisse, per cædes civium ad tyrannidem grassantes), ut impune tantam immanitatem diutius exercerent, denique ad expeditionis hujus societatem Peloponnesiorum invitare, quotquot eam participare vellent.

176. 1. τὰ ἔργα δ' ἀπὸ τούτων] prætuli τὰ ἔργα δὲ τὰ ἀπὸ τούτων. Licet, si juvabit, ad τούτων signum interrogandi addere, ut ipse sese interroget orator, sibique respondeat. At effectus horum? ab his profecta? scil. ποῦ ἐστι. ubi sunt? Respondet οὐδαμοῦ. nusquam locorum.

— 10. Κυθνίοις] Citat h. l. Harpocr. v. Κύθνος. Marcellinus ad Hermogenem p. 516. ἰστέον δὲ κἀκεῖνο περὶ τοῦ ἐνδόξου, ὅτι τῆς ποιότητος μάλιστα τῆς τῶν ἀκουόντων ἤρτηται. διὸ καὶ ποτὲ μὲν πλείστην, ποτὲ δ' ἐλαχίστην παρέξεται τῷ λέγοντι χορηγίαν. οὐ γὰρ ὁμοίως ὁ παρ' Ἀθηναίοις τε καὶ Λακεδαιμονίοις λέγων, καὶ παρὰ Μεγαρεῦσι καὶ Σιφνίοις. ἀλλὰ παρ' Ἀθηναίοις μὲν καὶ Λακεδαιμονίοις, ἅτε τῆς ποιότητος τῶν προσώπων στοχαζόμενος, πλείστην τὴν χορηγίαν ἕξει, παρὰ δὲ τοῖς ἄλλοις ὀλίγην. τὸ γὰρ Σιφνίων ἦθος καὶ Μεγαρέων παρειλήφαμεν ἐκ τῆς ἱστορίας, εὐκλείας οὐδένα λόγον ποιούμενον.

— 12. τὸ τὴν δύναμιν] Wolf de suo dedit μείζω τὴν δ. ad sententiam utique recte. sed auctoritati, non malæ illi quidem, neque recusandæ, at minus tamen gravi, deerat pondus. num ab oratore sic profectum est: πρὸς τὸ τῆς πόλεως ὄνομα καὶ τὴν δύναμιν ϖ. copias comparare, pares, consentaneas famæ civitatis.

— 21. οἷς] de meo addidi. quibus non licet, ipsis, h. e. ultro, sponte sua, volentibus do rep. decedere.

## AD ORATIONEM DE CLASSIBUS VEL COLLEGIIS.

178. 1. In Bavarico reperi οἱ μὲν οὖν ἐπαινοῦντες. quod nescio an minus sit damnandum. quamquam non ideo vulgatam exterminandam censeo. fieri potest, ut hæc oratio fragmentum, et absolutio seu peroratio alterius cujusdam sit. quamquam οὖν ne integræ quidem orationis principio parum convenit. fingi enim potest orator, assurgens secundum alium aliosve, sic ordiri: *vestros itaque majores qui laudant* — unde colligatur, antecessoris, aut antecessorum orationes in laudibus majorum celebrandis versatas esse. Aristides de D. C. p. 310. locum hunc in exemplum periodi proponit pluribus o colis compositæ. Sed fructuosior est alter ejusdem locus p. 264. σφοδρότητα δὲ ποιεῖς καὶ ὅταν πράγματα ἢ πρόσωπα ἔνδοξα μὴ ὀκνῇς διαβάλλειν. οἷον τὸ μὲν ἐπαινεῖν τοὺς προγόνους περᾶγμα ἐνδοξότατον· ὁ δὲ Δημοσθένης πῶς εὐθὺς ἐν ἀρχῇ διέβαλεν; οἱ μὲν ἐπαινοῦντες —.

— 6. τοῦ δοκεῖν] miror insolentiam dictionis τοῦ δοκεῖν δόξαν ἐκφέρηται. poterat, ni fallor, alterum, sive δοκεῖν, sive δόξαν sufficere. an hæc est sententia, in Latinis quidem non intolerabilis: Hanc referre gloriam, ut vulgus eos habeat in oratoribus haud contemnendis.

— 11. παραδέξασθαι] correxi παραδείξασθαι. alii nulli exempla domestica vel documenta rerum splendidius atque præclarius gestarum domi suæ nata, proferre, vel edere potuerunt.

— 13. δύνασθαι] uncis inclusi. conveniret ejus loco melius δεόντως vel ὀρθῶς. quomodo mihi videmini recte et qua par est instructi atque parati esse, [subaudi ἂν οὕτω παρασκευασθῆτε, si sic, ut præcipio, instructi fueritis].

— 15. οἱ μέλλοντες] cancellavi. melius conveniret οἱ λέγοντες. nos, qui cum plebe agere in concione solemus, si videamur subtiliter dicere. φανείημεν ὄντες idem est, atque οὐ μόνον φανείημεν εἶναι, ἀλλὰ καὶ ὡς ἀληθῶς ὦμεν. neque videamur modo eloquentia pollere, sed reapse quoque polleamus. Verum abest aliquid, cujus defectum ægre fero; neque tamen illa eloquentia nostra ad curam rei p. et ad satisfaciendum ejus necessitatibus confe-

ratur; nihilo ideo melius resp. vestra habebit.

— 22. *πρὸς βασιλέα*] Citat h. l. Aristides de D. C. p. 254. *ἀξιόπιστον δὲ καὶ ὅ τ' ἂν ἄλλος εἴποι σοι ἐναντιούμενος, σὲ τοῦτο αὐτὸν προλαβόντα εἰπεῖν. οἷον ἐν τῷ περὶ Συμμοριῶν. ὃ μὲν διοικεῖται, ἐστὶν ὅτι δεῖ ἐναντιωθῆναι τοῖς βασιλεῖ πολεμεῖν συμβουλεύουσιν. ἐπεὶ δ' ἐκεῖθεν αὐτῷ ἀντέπιπτεν· μὴ πολεμῶμεν οὖν τῷ κοινῷ ἐχθρῷ καὶ βαρβάρῳ; διὰ τοῦτο ἀξιοπίστως προλαβὼν, ἃ εἶπεν ἂν τις ἐκεῖθεν κατὰ βασιλέως, ταῦτ' αὐτὸς λέγει. ἐγὼ νομίζω κοινὸν ἐχθρὸν ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων βασιλέα. εἶτα ἃ νῦν αὐτὸς εἰσηγεῖται· οὐ μὴν διὰ τοῦτο παραινέσαιμ' ἂν τοῖς ἄλλοις πόλεμον πρὸς αὐτὸν ἄρασθαι.* 179. 14. *ἐπισχὼν ἄν, ὧν*] particulam addidi. lectio bene si habet, ita est interpretanda: *ἐπισχὼν ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων, ἐφ' ἃ ὥρμηκε.*

— 17. *καὶ τοῦτον τὸν νοῦν*] num leg. *καὶ πρὸς τοῦτο* [vel *πρὸς τοῦτο*, nam perinde est, dummodo neutrum sit,] *τὸν νοῦν*. mentemque habentes huic rei intentam.

— 21. *ἐπ' ἴσης*] prætuli *ἀπ' ἴσης*, scil. *γνώμης ὁρμωμένοις*, vel *σκοπουμένοις*. Vobis, cæterisque Græcis proposita cum sit de bello Persico deliberatio, nos ambos video non ab iisdem principiis proficisci, neque easdem ad metas contendere, sed Græcorum singulos quosque privata sua commoda sequi, nos communem omnium salutem spectare.

— 26. *ἐᾶσαι*] id est, *ὥστ' ἐᾶσαι*.

— ult. *ἐν τῷ πολέμῳ γενησόμεθα οὐκ ἴσοι*] prætuli *ἐν πολέμῳ γεν. οὐκ ἴσῳ*. Bellum æquum, *πόλεμος ἴσος*, h. l. videtur non tam illud significare, ubi copiæ ambarum partium pares sint, quam, quod justitia fundatum, justis de causis susceptum sit.

180. 5. *φαίνηται δὲ δίκαια φρονεῖν ἐπὶ ταύτῃ τῇ προαιρέσει*] prætuli *φαίνηται δὲ δίκαια ἐπὶ ταύτῃ* [scil. *τῇ δυνάμει καὶ παρασκευῇ*] *φρονεῖν αἱρουμένη*, scil. *ἡ πόλις*. et resp. ita se gerat, ut inter omnes constet, in tantis copiis, tantoque apparatu, eam tamen æquare censere, atque postulare. *ἐπὶ ταύτῃ τῇ δυνάμει*. quamvis jam conscriptas et in parato habeant has copias, tamen iis nihil usuros, si possint æqua impetrare. *αἰρουμένη* h. l. idem est atque *περιαιρουμένη*.

— 14. *τὸν δ' ἀγῶνα τὸν ἐκ τοῦ πολέμου*] Bellum est, quicquid fit, paratur, geritur, ad inimicitias cum hoste exercendum. ut cum agri rapinis, igni, ferro desolantur et oppida obsidentur. Sed *ἀγὼν* est, *certamen* belli, conflictus ille, a quo belli fortuna *certatur*, h. e. decernitur, penes quem victoria sit, quis imposterum sit dominus futurus et leges daturus. momentum Martis, hora pugnæ, qua aut cita mors venit, aut victoria læta.

181. 10. *ὦ πρὸς τοῦ Διός*] id est, *ὦ μῶροι, ὦ ἀνόητοι ὑμεῖς*. cogitabit hoc lectorum quisque secum. orator autem haud audebat plane proloqui.

— 11. *οἴεσθε τοῦτο*] post *οἴεσθε τοῦτο* proculdubio deest *πίσειν*. speratisne vos ea Græcis esse persuasuros?

— ibid. *οὐκ οἶμαι*] particulam infitiantem de meo addidi. mihi vero non videntur vestri legati hoc effecturi, ut Græcis istæc persuadeant.

— 12. *ἀλλ' οὔπω μείζων*] comminiscere tibi, oratorem hac brevitate, quæ contentioni debetur, hoc voluisse dicere, quod his ferme verbis dixisset, si voluisset latius et plenius loqui: *ἀλλὰ γὰρ πεισάντων γε* [id est, *πεισάτωσαν*] *οἱ ὑμέτεροι πρέσβεις ταῦτα τοὺς Ἕλληνας*. Sed fac legatos vestros fidem penes Græcos invenire. quid tum? *ἀλλ' οὔπω μείζων* — at nondum obruit hic a rege Persarum metus vehementiam simultatis, qua et in vos, et in sese mutuo Græci exarserunt, h. e. semper tamen pergunt vos acrius odisse, quam regis Persarum insidias reformidare.

— 15. *οἰόμεθα ὑμεῖς πράττητε*] prætuli, partim de meo sensu, *οἰόμεθ' ἡμεῖς* (in prima persona), *πράττηται* (in passivo). hæc ubi fiant, vel eveniant, quæ nunc suspicamur. posterius hoc, passivum, judicium meum, prius, *ἡμεῖς*, codices administrabant.

— 17. *ἱππέας*] post *ἱππέας*, aut certe hac in regione, deesse videtur *ὑπάρχοντας*.

— 19. *δεήσεται*] ad *δεήσεται* subaudi, vel adde potius, *σωθῆναι*, scil. *ὑφ' ὑμῶν*. orabit, ut vos se velitis salvum et sospitem conservare.

— 21. *τὸ δεῖσθαι*] subaudi *ὑμᾶς τῶν Ἑλλήνων*. vobis ope Græcorum opus esse, eamque vos implorare.

— 23. *δεομένους σώζειν*] duo hæc adipiscemini, ut et sospitatores atque vindices fiatis eorum, qui tum ad tutelam vestram perfugient, rogantes a vobis protegi et conservari, et ut certi sitis, hoc eventurum esse, ut Græci omnes, ultro, ipsismet auctoribus atque impulsoribus, ad vos confluant, vobisque adjungi studeant.

— 27. *εὐρεῖν*] non satis placet. num *εὐρύνειν*, dilatare, diducere? an *ἀρεῖν* (in futuro 2. verbi *αἴρειν* tollere)? sed mallem potius *συνείρειν*, conserere.

182. 3. *οὕτω διακεῖσθαι τὰς γνώμας ὑμᾶς*] locum hunc citat Dionys. Halic. T. II. p. 610. ut et paulo superiorem p. 181. 22.

— 12. *τοὺς διακοσίους καὶ χιλίους*] subaudi *στρατιώτας*. Negat orator se in numero militum esse quicquam novaturum. revera se illi vetusto numero 1200 capitum acquiescere; sed hoc studere et quærere, ut ille numerus plenus sit, eique nihil desit. Hucusque quidem in classes connumeratos esse millenos ducentenos

homines, arma gesturos, quia vero illum in numerum incurrerint multi, quibus, sive per sexum sive per ætatis teneritudinem, sive per corporis imbecillitatem aut debilitatem (ut cœcitatem, claudicationem, et similia vitia,) sive per fortunarum exiguitatem, sive ob absentiam ab urbe, sive aliis de causis sonticis, negatum esset arma gerere; eo factum esse, ut numerus ille nunquam plenus esset, sed ut vix septingenti, aut octingenti essent. Quo itaque numerus ille MCC. semper certissime plenus esset, auctorem se fert orator, ut, verbotenus, in classem quamque bina millia capitum connumerentur. Nam si ab his MM. deinceps deducantur omnes illi, quibus causæ legitimæ veniam militiæ dent, tamen certo certius, illis deductis, reliquos manere MCC. aut plures etiam.

— 15. τῶν ἐπικλήρων] scil. σωμάτων. (non παρθένων) quia ad insequentia adjectiva omnia subaudiri debet σωμάτων. Sed nescio an tum satius sit etiam hoc nomen reliquis accommodare, h. e. ἐπικληρικῶν legere. pari modo ὀρφανικῶν prætuli vulgatæ ὀρφάνων. celebris in scholis grammaticorum h. l. est. citant cum Harpocr. in κληροῦχοι et κοινωνικά. (v. Vales. p. 111. ed. Gron.) et Pollux 8. 134. et 136. in κοινωνικὰ χρήματα et κληρουχικὰ χρήματα. cur virgines nubiles, cum patrimoniis relictæ, cur orbi nondum puberes facti, cur cives extra urbem in coloniis agentes, fungi in urbe muniis militaribus, et arma gerere corporibus suis nequeant, interprete non eget, per se planum est. at cur exemti sint σώματα κοινωνικά, non perinde paret. hoc est fratres, patrimonium relictum inter se commune habentes, et communiter administrantes, hæreditate nondum creta, h. e. in particulas convenientes concerpta. Causa, si satis acutum cerno, hæc fuit. Pater adhuc superstes, universæ rei dominus, si bellica tempora incidissent, sine recusatione militiam obisset. Jam vero duobus tribusve, eandem rem familiarem tuentibus, non auctiorem factam, quam ante fuit, dubitatur, tribusne fratribus una eundum in castra sit, an uni solummodo. Æquum est utique unum militare. Tum vero uter binorum, aut ecquis ternorum fratrum delegetur ad operas castrenses? Sorti, aies, permittatur. Recte ais, verumtamen res molestiis et pæne dixerim iniquitate non caret.

— pen. τῶν πρώτων ἑκατὸν (scil. ναῶν) πέντε (scil. ναῦς)] Wolfius hic semet, lectoresque implicuit. Non præcipitur, ad vetustas trecentas naves, quindecim novas addi, sed solummodo de distributione agitur, et præcipitur, sic naves distribui. De prima centuria navium sumuntur primæ quinque naves, et attribuantur primæ classi navium, quarum unaquæque classis decies quinis navibus constat, tum primæ quinque naves secundæ centuriæ attribuantur secundæ classi, et primæ quinque naves tertiæ centuriæ attribuantur tertiæ classi navium denarum quinarum. tum rursus, reditu ad principium facto, quarta, quinta, et sexta, navis primæ centuriæ navium attribuetur classi quartæ, et sic porro, donec cunctæ naves trecentæ per viginti classes, quarum unaquæque XV. navibus constat, distributæ fuerint.

183. 5. τίμημα] Citat h. l. Harpocr. v. ὅτι ἑξακισχίλια et v. τίμημα.

184. 8. φυλὴ μία] post φυλὴ μία videtur τριήραρχος εἷς deesse.

— 20. μέρους] post μέρους deest ἑκάστου.

— 21. λόγον, ὃν μέλλω λέγειν] prætuli de meo judicio λόγον μέλλων λέγειν. tantundem est, ac si dixisset: οἶδα, ὅτι μέλλω λέγειν λόγον παράδοξον.

— 25. εἶναι γὰρ πόρον] Citat h. l. Hermogenes de methodo, capite περὶ τοῦ κατὰ πεῦσιν σχήματος, in fine, p. 416.

185. 1. ὁρᾶτε —] Aristides de D. C. p. 274. ἔμφασις γίνεται, ὅταν τις δεικτικοῖς χρῆται. οὗτος, ὦ ἄνδρες, καὶ παλαιὸς ἐσθ' ὁ νόμος, καὶ καλῶς ἔχων. καὶ πάλιν ἐν συμβουλευτικοῖς· ὁρᾶτε ταύτην τὴν πόλιν. ἐν ταύτῃ τηλικαύτη τὸ πλῆθος οὖση.

— 5. ἐνταυθοῖ] prætuli ἐνταυθί. non *huc*, sed *hic loci*.

— 8. χρησμῳδεῖεν] dedi de meo, quamquam ab aliis prætum quodammodo erat, χρησμῳδοῖ, scil. φοβοῖεν ὑμᾶς. quæ sunt e præmissis tacite iteranda.

— ibid. οὐκ ἂν εἰσενέγκαιεν, ἀλλ' οὐδ' ἂν δείξαιεν, οὐδ' ἂν ὁμολογήσαιεν] opera, quam hic dedi, vercor ne multis supervacanea videatur. Scilicet ἀλλὰ a priore οὐδ' ἂν avulsum, retraxi ad posterius. non videntur collaturi; ne proferent quidem in medium (aut ostendent cuiquam, nemini reserabunt arcam suam nummariam, neminem ad eam adducent), at ne fatebuntur quidem, sibi in penu esse. aut possit ἀλλὰ geminari, ad hunc modum: οὐκ ἂν εἰσενέγκαιεν· ἀλλ' οὐδ' ἂν δείξαιεν. non conferent; ne proferent quidem. ἀλλ' οὐδ' ἂν ὁμολογήσαιεν. quid? quod ne fatebuntur quidem —.

— 18. τοῦ μηδενὸς] id est, ἡ γέλως εἴη (vel ἢ κατεγέλων ἂν ὑμᾶς οἱ ἄνθρωποι) quam deridiculo sitis futuri, εἰ καθόλου μηδὲν πορίζεσθε. Si prorsus nihil extunderetis. nam a mendico nihil exigi, risus id argumentum nullum est, sed commiserationis. Minus autem centenis partibus conferens, quam postularetur, aut exspectaretur, risum ciet, quia plus dare potuisse videtur, sed data opera tam parum dedisse, quo exigentem ludificaretur.

— 12. εἰσφέρειν] ad εἰσφέρειν subauditur, quod ad quamplurimos fit infinitivos, δεῖν.

— 24. εἰσοίσειν] post εἰσοίσειν videtur οὐκοῦν deesse. conf. v. 21.

186. 6. ἑκατὸν] Wesseling ad Diodor. Sic. T. I. p. 413. b. auctor fit, ut διακοσίας legatur. cujus lectionis ipse Demosthenes aliis locis factus est. Verum in ejusmodi locis, non fides rerum gestarum severe ad auctoritates memoriarum est exigenda, sed oratorum, quæ sit identidem, spectanda intentio. Intererat oratoris, copias Atheniensium navales, quæ tum fuissent, elevari et imminui, Persarum augeri. Nam sic concludit: Si Atheniensium classis, quam centum modo navibus conclusa tum erat, Xerxis tam numerosam classem vicit; quanto credibilius est futurum esse, ut classis Atheniensium, quæ nunc triplo est auctior, classem Persarum vincat, quæ nunc est duplo minor, quam olim erat.

— 15. τὰς κρήνας] prætuli αἱ κρῆναι. non quo vulgata rationibus linguæ Græcæ adversetur, nam convenit et cum usu, ut πέφυκεν absolute et impersonaliter usurpetur ad significandum, natura rerum ita comparatum est, et tum recte sequetur accusativus cum infinitivo, ut fontes et putei exarescant, vel deficiant — verumtamen altera lectio mihi tum, nescio qui, magis probabatur.

— 18. ἀκούσετε] correxi ἀκούσεται. redit enim ad regem Persarum.

187. 1. ἄλλην] si servatur, accipi debet pro ὅλην, vel πᾶσαν. contra totam reliquam Græciam, excepta patria sua.

— ibid. ἐλθεῖν] scil. sive πολεμήσοντα, sive μισθοφορήσοντα. Aliis in libris est ἐθέλειν. quod si probatur, tacite iterandum est μισθοφορεῖν e p. 186. 27.

— 10. ἂν] de meo addidi, nam habet quidem Felicianea hanc particulam, non tamen hoc loco, sed alieno, et importuno, sic dans: ἡμῶν κρατήσαντες, ἐκείνου γε πάλιν ἂν κρείττους ἦσαν. sententia loci est: Novit se a vobis victum, eoque inferiorem. quod si ergo mercenarii vos vincerent (si modo fieri hoc potest, quamquam non videtur posse) multo potius vereretur, ne mercenarii in se impetum faciant, locupletiorem et infirmiorem, et profecto jamdudum eum essent adorti mercenarii, si tantum valerent. aut ergo Persa ipsos reformidans nil iis utetur, aut nil vobis est cur eos metuatis, qui ne eum quidem vincere possint, quam vos sæpius vicistis.

188. 2. μετὰ αὐτῆς, ὄντας τ. π. κρείττους,] comma prius addidi, quod hic quia vi non caret, ideo duxi de eo admonendum, qui alias ad ejusmodi minutias haud soleam descendere. προδότας appellat Thebanos, qui decus et salutem Græciæ Xerxi olim dicuntur prodidisse. Hos proditores vicerunt, qui tum erant, eorum adversarii, Lacedæmonii, Platæenses, nos Athenienses, quicunque nobiscum et cum justo honestoque faciebant. Qui ergo Græci Persam tum cum Thebanis stantem vicerunt, eundem Persam nunc quoque vincent, quibuscunque tandem sociis fretum. Argumentum haud satis stringens.

— 11. διαφορῶν] correxi διαφόρων. nam est a nominativo, non ἡ διαφορὰ discordia, sed a nom. τὰ διάφορα, *das Interesse* [*the interests*]. de quo agitur, vel contenditur, quæ te sive obtinere, sive amittere, ad lucrum damnumve, tua multum interest.

— ibid. ὅσ' ἂν οὐδὲ καταρώμενος] quæ ne diuturna quidem sedulaque meditatione excogitasset, si quis iis mala imprecari voluisset.

— 18. ἡμᾶς ἔθηκα ἐκεῖνον. ἐπειδὴ] sarsi locum hunc sic: ἡμεῖς ἐκεῖνον, ἀδίκημ' ἂν ἔθηκα. in facinoribus injustis et nefandis equidem haud habeam, ne si vos quidem primi injurias ei offeratis.

— 23. πράττων] prætuli πράττειν. ὕποπτος πράττειν, id est, ὕποπτος τοῦ πράττειν, vel ὅτι πράττει.

— 27. πείσονται] id est, πεισθήσονται. cum non obsecundabunt. prætuli tamen πείσετε.

189. 7. ad 9. εὔχεσθε ad αὐτοῦ] si plena est, dura hæc est dictio, sic accipienda, tanquam si dixisset: εὔχεσθε δὲ πᾶσι τοῖς θεοῖς, ποιεῖν, ὥστε καταλαμβάνεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῆς αὐτῆς παρανοίας, ὑφ' ἧς ἐποίησάν ποτε τοὺς αὐτοῦ προγόνους καταλαμβάνεσθαι. Non enim Persa corripit amentiam, sed amentia corripit Persam.

— 12. σύνιδε] subandi σὺν ἅπασι τοῖς ἄλλοις τοῖς τοῦτο εἰδόσι. una cum aliis omnibus hoc novit, qui idem norunt. constat enim inter omnes.

— 16. ἢ ἀκουσίου] prætuli ἢ καὶ ἀκουσίου. quem Græci ultro volent atque probabunt, aut etiam, si necesse sit, quem inviti et coacti tolerabunt.

— ult. νῦν ἁμαρτόντες] interposui de meo οὐχ. nunc enim si minus erretis, ab his decepti, postmodum iisdem non succensebitis.

— 20. μακρὰ λέγειν λίαν] μακρολογίαν λέγων Aug. primus, ubi S. Fabricius, seu potius H. Wolfius, adscripsit hæc, quæ non intelligo satis, [F. aut διὰ, aut μακρολογῶν]. videtur ille suspicatus esse, e lectione Augustani primi, aut hanc effici posse lectionem μὴ διὰ μακρολογίαν ἐνοχλῶ, aut istam μὴ μακρολογῶν ἐνοχλῶ. sed etiam effici poterat ad vestigia literarum pressius μὴ μακρολογίᾳ λέγων ἐνοχλῶ. quod nescio an a Demosthene sit profectum. non quidem eum dedecet. ν illud in fine vocis μακρολογ. potest e iota natum esse, ut sæpe usu venit; quod iota cum nos puncto subscripto exprimamus, ille, quod sæpe jam commemoro, semper ad latus appictum ostendit.

## AD ORATIONEM DE RHODIORUM LIBERTATE.

191. 4. δεῖν] perspicuitatis ergo consultum fuerit, post δεῖν comma poni, et ad δεῖν subaudiri aut γίγνεσθαι, aut ποιεῖν. Eorum, quæ ego arbitror fieri oportere, unum hoc est, χάριν [id est, τὸ χάριν] ut diis gratiam referatis —.

— 5. ὀφείλειν] præmisso δεῖν conveniret utique melius ἀποδιδόναι.

— 14. πρυτανεύσας] Citat h. l. Harpocr. v. πρυτανεύοντα, et Scholiastes Aristophanis ad Acharn. versum 60.

192. 1. μεμεριδμένους] id est, μέρος ὄντας τῆς ἐκείνου ἀρχῆς.

— 4. εἰωθεῖν] facit id in oratione superiori de collegiis. v. versu 11.

— 12. παρ' αὐτὸν] non pravum est, attamen usitatius est παρ' αὐτῷ.

— 22. ἧττον] subaudi τοσούτῳ. hoc minus. ob insequens ὅσῳ. quamquam additum utique planius foret.

— 27. τῶν συνεννοχότων] articulum tolli velim. non enim diversa sunt τὰ γεγενημένα et τὰ συνεννοχότα, sed eadem. in memoriam vobis unum aliquid eorum revocabo, quæ facta [cum gesta et peracta essent,] vobis profuerunt.

— ult. Ἀριοβαρζανη] Citat h. l. Harpocr. v. Ἀριοβαρζάνης.

193. 4. Κυπροθέμιδος] Citat h. l. Harpocr. v. Κυπρόθεμις.

— 5. τῷ μὲν] Ariobarzani puta.

— 6. καὶ πολεμήσας [subaudi Cyprothemidi] ἠλευθέρωτε] ego vero pro media voce subjeci βοηθήσας. Samiis puta. opitulatus Samiis, eos in libertatem vindicavit.

— 8. οὐ γὰρ ὁμοίως —] Citat h. l. Stobæus p. 364. 27.

— 13. αὐτοῖς] præferam equidem αὐτοὺς in accus. a Stobæo traditum. ut alter accusativus, τοὺς ἐναντιωθέντας, [subaudi ἑαυτοῖς] indicet agentem, h. e. n quo injuria proveniat, alter, scil. αὐτοὺς, patientem, h. e. eum, cui injuria offeratur. quasi si huno ad modum dixisset: ἡγοῦνται ἑαυτοὺς οὐδὲν ἠδικῆσθαι ὑπὸ τῶν ἐναντιωθέντων.

— 15. Ἀρτεμισία] Citat h. l. Harpocr. v. Ἀρτεμισία.

— ibid. τῆς πόλεως [subaudi τῆς ἡμετέρας] οὔσης ἐπὶ τῶν πραγμάτων] τούτων puta. civitate nostra rebus hisce, Rhodiis nimirum, sese ingerente.

— 18. πάνθ' ὅσ' ἄρμηκε] prætuli ὡς pro media voce. rege Persarum in Ægypto res omnes ex animi sui sententia gerente.

194. 1. βοηθήσειν] regi Persarum Rhodum oppugnanti.

— 3. γε] addidi, ποτε si servatur, cohæret cum ὅ τι quicquid, vel ecquid tandem, Persarum rex sit instituturus, profecto non ausim affirmare, me id scire. Atticisimus hic est, sic in planiorem Græcismum convertendus: οὐκ ἂν τολμῶμι εἰπεῖν, ὡς οἶδα, ὅ τι ποτὲ ποιήσει ὁ βασιλεύς.

— 7. ἀντιποιῶνται] scil. nostra civitas.

— 18. πρόξενος] scil. εἰμὶ, e proximo versu. sed prætuli verbum προξενῶ gero personam Proxeni, seu procuratoris et advocati publici universæ civitatis Rhodiorum, in Urbe, seu Athenis.

— ult. ταῦτα] servitus puta, quam militibus Persicis, vel barbaris, arci suæ incubantibus, serviunt.

195. 10. δίκαιον] prætuli de meo sensu δίκαιοι. (in nominat. plur.) quorum pœnas vos dare negetis par esse.

— 17. δυνηθέντων] scil. ὑμῶν τε καὶ αὐτῶν.

— pen. καὶ ζητοῦντες] scilicet ἄνθρωποι. homines quærentes. recte sic babebit vulgata, quia tamen τοῖς insequitur, pæne suspicor leg. esse καὶ οἱ ζητοῦντες. aut alias τοῖς sit item tollendum. verum vereor, ne nasutiores sæpe nos simus, Græcos indiligentiæ in dicendo notantes, qui melius nossent, quomodo se loqui deceret, quam nobis scire datum est.

196. 4. τι τὴν] interponi velim καὶ. in discrimen venire nostram formam gerendæ reip.

— 6. ἴσασι γὰρ] his subjice tacita cogitatione, τούτου γενομένου, hoc facto, id est, ὑμῶν ἐκ μέσου ἀναιρεθέντων, ἢ καταδουλωθέντων.

— 9. τούτους] alii τοῦτο. nil interest, uam ὅθεν, *unde*, tam ἀφ' ὧν, *a quibus*, significat, quam *a quo*, ἀφ' οὗ.

— 19. τοιοῦτό τι] subaudi καὶ ὑμῖν αὐτοῖς συμβαίη, οἷον τοῖς Ῥοδίοις ἄρτι συμβέβηκεν. ut nempe in dominatum paucorum veniatis.

197. 13. οἱ μὲν] Argivi quidem, si exsules vestros Lacedæmoniis deposcentibus tradidissent, hoc potuissent excusare.

— 21. τήν τε πόλιν Λακεδαιμονίων] debilitavit utique rex Persarum Lacedæmonios assiduitate bellorum in Asia, ut Thebanis succumberent. Sed prætuli lectionem Felicianeæ τήν τε πόλιν, civitatem nostram, Athenas, διὰ Λακεδαιμονίων, per Lacedæmonios debilitavit, et pæne exstirpavit. id quod oratoris ratiocinio melius convenit.

— 27. οἷς ἂν προέληται] subaudi e præmissis ἐχθρὸς εἶναι. Wolf de suo πολεμεῖν addidit, quo nil opus erat.

198. 5. αὐτοὶ] illi extranei puta, a quibus vexamini.

— 7. αὐτὸν οὐ δίκαια ποιοῦντα] bene habet. subauditur τινα, quod millies omittitur.

— 15. Βυζαντίους ὁρίζειν] prætuli Βυζάντιον ὁρ. nemo est, qui Byzantinos dehortetur, ut Selymbrianorum agrum finibus ngri Byzantini ne accenseant, in iisque ne comprehendant. ὁρίζειν Βυζάντιον, idem est atque, ὅροις Βυζαντίου προσνέμειν, τοῖς Βυζαντίου ὅροις ἐκπεριμετρεῖν.

— 17. τὰς πόλεις] hæc duo vocabula addidi. civitates Græcas oportere liberas esse.

— 18. οὐδὲ Μαυσώλου ζῶντος] non laudo istam breviloquentiam, tametsi Atticis usitatam, quippe neque sanæ rationi, neque mori loquendi aliorum populorum congruentem. Plenius et planius locutus esset sic: οὐδὲ Μαυσώλου ζῶντος ἦν ὁ τούτων διδάξας.

199. 5. μηδενὸς ἀντιλαμβανομένους] subaudi ἔργου, vel τῶν δεόντων. verbis modo jactare, et præmonstrare, atque inculcare, item postulare, flagitare, rebus ipsis autem nil agendorum ad se putare pertinere. nulli rei earum omnium, quas fieri oportebat, manum operamque admovere.

— 11. ἃς] de meo addidi. quam pacem longo tempore post Lacedæmonii contraxerunt.

— 13. ἀμφοτέρως] correxi ἀμφοτέραις. scil. συνθήκαις. ambobus istis in pactis non eadem jura scripta sunt.

— 18. τὰ δίκαια καὶ ποιεῖν] sustuli copulam. constructio hæc est: ἐπειδὴ ὑπάρχει ὑμῖν τὸ ἐγνωκέναι ποιεῖν τὰ δίκαια. quandoquidem vobis non nunc demum quærendum et comparandum, sed jam paratum et præsto est hoc, ut decreveritis justa facere, h. e. jam penes vos est promta voluntas jus et fas exsequendi.

— 25. ἔσται] addidi, quamquam utique melius sic videtur legi, si libri dent: οὐδὲν ἐμποδὼν αὐτοῖς πρὸς τὸ κυρίους τ. ἀ. ε.

— 27. τοῖς ἄλλοις] subaudi ἐστὶν e præmissis. Suspicabar aliquando, h. l. κοινὸς deesse.

— ibid. πρόσεσθ'] prætuli, quamquam parum interest, πρόσθ', id est, προσέτι. *adhuc præterea.*

200. 6. ὑμᾶς ἄν τις] ad ὑμᾶς addi αὐτοὺς esset non vi cariturum.

— 15. ἀτίμους τοῦ συμβουλεύειν] id est, τιμῆς καὶ ἐξουσίας τοῦ συμβ. ἐστερημένους.

— 27. καθ' ἓν ἂν ᾖ βέλτιον] pro tertio vocabulo dedi ἀεί. indies magis magisque.

## AD ORATIONEM PRO MEGALOPOLITANIS.

202. 1. ἀμφότεροι] Citat h. l. Aristides de D. C. p. 264. hoc ἀμφότεροι significat Atheniensium eos, quorum alii Arcadibus, alii Lacedæmoniis studebant. alterum vero ἀμφότεροι, paulo post insequens versu 5. redit ad Arcadas ipsos, ipsosque Lacedæmonios.

— 13. ἐγὼ δ' ὁρῶ —] Aristides p. 254. ἀξιοπιστίας καὶ τὸ ἐνδείκνυσθαι, ὡς χαλεπὰ μὲν ὄντα περὶ ὧν ἐγχειρεῖ, διὰ δὲ τὸ λυσιτελεῖν τῇ πόλει, ῥηθῆναι, αὐτὰ λέγειν, κἂν αὐτός τι κινδυνεύσειεν, ὡς ἐπὶ κοινῷ συμφέροντι, ἂν δέῃ τι καὶ παθεῖν, προῃρημένος. παράδειγμα δὲ τούτου ἐν τοῖς συμβουλευτικοῖς. ἐγὼ δὲ ὁρῶ μέν, ὡς χαλεπὸν τὸ τὰ βέλτιστα λέγειν ἐστὶν - - - ad ὑμᾶς ἐξαπατῆσαι (versu 20.).

— 17. διαβεβλήσεται] Citat h. l. Thomas M. v. διαβάλλειν.

— 21. βουλομένους] subaudi ἐμὲ λέγειν ὑμῖν. alias admitti potest sine dubitatione ἀκούειν ex Augustano supplementum.

203. 19. ἐκείνους] prætuli ἐκείνων. non quo illud improbem, sed quo confusio evitetur cum præmisso τούτοις, et quo clarius appareret horum differentia. τούτοις ad Thebanos refertur, ἐκείνων ad Lacedæmonios.

— 20. καί μοι] prætuli κἄμοί, et versu proximo δ' ἔτι, pro vulgari δέ τι. sed non sine hac clausula: alteris officio suo satisfacere studentibus.

— 25. συμπαραταξαμένους] subaudi ἡμῖν τότε. adversus eos, [Lacedæmonios puta,] qui tum temporis nobiscum in acie stabant, apud Mantineam adversus Thebanos et Arcadas.

— ibid. οἱ μὲν] Lacedæmonii.

— 26. οἱ δὲ] Thebani.

204. 12. τοῦ μὴ ἐπιτρέπειν ἡμᾶς ἀδικεῖν Λακεδαιμονίους] sustuli ἡμᾶς. initium prohibendi Lacedæmonios ab exercitatione injuriarum; universe, non erga nos solum, sed quoscunque tandem.

— 23. βοηθήσοντας] alii dant βοηθήσαντας. perinde est, ob additum ἄν. designat Lacedæmonios, a quibus adjutum se iri sperabant Athenienses in recuperanda a Thebanis Oropo. Morelliana sic locum exhibet: τοὺς βοηθήσοντας ἡμῖν, ἐχθροὺς ἐπ' αὐτὸν νῦν κτησόμεθα. ego vero transposui vocabula ad hunc modum: τοὺς βοηθήσοντας ἂν ἡμῖν ἐπ' αὐτὸν ἐχθροὺς νῦν κτησόμεθα. Græci dicunt βοηθεῖν τινὶ ἐπί τι, alicui adjutor esse, operam navare, ad id, quod quærit, consequendum. Est ergo sententia hæc: si nunc offendamus eos, per quos speremus Oropum recuperare, nobis tum fore eorum societate carendum.

205. 4. τοὺς μὲν] prætuli τούτους μέν. Lacedæmonios puta.

— 20. καὶ ταῦτα πράξομεν] subaudi ἃ ἐγὼ κελεύω. et hæc si agamus, quæ ego fieri volo.

206. 3. δοκοῦσι —] Hermogenes p. 340. ὁ δ' ἐπιεικῶς σφόδρα καὶ ἠθικῶς ἔφη· — τοιοῦτο δ' ἐστὶ καὶ τὸ ἐν συμβουλευτικοῖς. δοκοῦσι δέ μοι Λακεδαιμόνιοι — τό τε γὰρ ἐνδοιάσαι καὶ μὴ ἀποφήνασθαι, ὅτι δεινοὶ Λακεδαιμόνιοι, ἀλλὰ δοκοῦσί μοι εἰπεῖν, τό τε μὴ καθάπαξ δοκεῖν αὐτοὺς εἶναι δεινοὺς εἰπεῖν αὐτόν, ἀλλὰ μηδὲ δεινοῖς ἐοικότας ἁπλῶς, ἔργον δέ τι δεινῶν ἀνθρώπων διαπράττεσθαι, σφόδρα ὑφιέντος ἦν τὸ ἐπιφορικὸν καὶ σφοδρὸν, ἠθικὸν δὲ καὶ ἐπιεικῆ λόγον παρεχομένου. Alio modo, ad alium finem, usurpavit h. l. Aristides de D. C. pag. 220. περιβολῆς δὲ καὶ τὸ μὴ ψιλὰ τὰ νοήματα εἰσάγειν, τουτέστι τὰ πράγματα, ἀλλὰ προσλαμβάνειν αὐτῶν τὴν γνάμην τῶν ποιούντων, ἢ τὴν ποιότητα τῆς γνάμης. οὕτω περιβολὴν εἰργάσατο. δοκοῦσι δέ μοι Λακεδαιμόνιοι μάλα δεινῶν ἔργον ἀνθρώπων ποιεῖν. εἶτα τὸ γιγνόμενον ὑπ' αὐτῶν, νυνὶ γὰρ φασὶν ἐκεῖνοι ad κομίσασθαι.

— 6. Τρικάρανον] Citat h. l. Harpocrat. v. Τρικάρανον.

— 12. ἐπειδὰν ἴωσιν ἐπὶ Μεσσήνην, καὶ αὐτοὶ συστρατεύωνται] delevi καὶ, et sic interpunxi, ἐπειδὰν ἴωσιν ἐπὶ Μεσσήνην αὐτοὶ, quo, si *ipsi*, Lacedæmonii, adversus Messeniam suscipiant expeditionem, hi omnes ipsis sociam præstent operam. adhuc enumeraverat exempla operæ a Lacedæmoniis præstandæ aliis, ubi servisset, non suæ causæ, sed causis alienis. Jam si tempus veniat, quo ipsi quoque suam propriam causam exsecutum eant, h. e. Messeniæ recuperationem.

— 13. ἣ δοκῶσιν —] resolves hæc in istam planiorem, tametsi pinguiorem, Græcitatem, perspicuitatis gratia: ἣ δοκῶσιν ἀχαριστεῖν ἐν τῷ μὴ ἀποδιδόναι τὴν ὁμοίαν αὐτοῖς χάριν, μετὰ τὸ λαμβάνειν αὐτοὺς [Lacedæmonios puta] συμψήφους ἑαυτοῖς ἐν τούτοις, ἃ ἕκαστοι ἔφασαν εἶναι σφῶν αὐτῶν.

— 18. ἐκείνων] redit ad Lacedæmonios.

— 26. οὐ γὰρ ἂν ἡγοῦμαι —] Citat hunc locum, sed e memoria, nonnihil aberrante, Hermogenes p. 352. cujus hæc sunt verba: καὶ ἡ ἀποσιώπησις δὲ ἐνδιαθέτου λόγου καὶ ὡς ἀληθῶς οἷον ἐμψύχου. παράδειγμα ταύτης. ἀλλ' ἐμοὶ μέν· οὐ βούλομαι δὲ δυσχερὲς οὐδὲν εἰπεῖν ἀρχόμενος τοῦ λέγειν. καὶ ἐν τῷ ὑπὲρ Μεγαλοπολιτῶν. οὐ γὰρ περὶ τούτων· (sic) ἀλλ' ἐάσω τό γ' ἐπελθὸν εἰπεῖν μοι.

207. 10. ταῦτα μέν ἐστι —] verba sic accipienda sunt, ac si structa essent hoc ordine: ταῦτα μέν ἐστιν [scil. ἔργα] ἀνθρώπων, βουλομένων δεύτερον [id est, τὸ δεύτερον] ποιῆσαι τούτους συμμάχους ἐτέρων. hæc esse instituta hominum, conantium iterum, denuo [ut jam antea semel fecerunt], hos Arcadas a societate vestra avertere, eoque cogere, ut alios sibi socios quærant; Thebanos puta.

— 11. οἶδα] addidi. cohæret cum ὅτι versu 13. ὅσα hic loci, non adjectivum, sed adverbiale est, *quatenus*.

— ult. πυθόμην τῶν λεγόντων καὶ τοὺς Θηβαίους] correxi de meo sensu: πυθοίμην τῶνδ' ἐγὼ τῶν καὶ τ. Θ. libenter hos equidem interrogem, qui par et erga Thebanos et erga Lacedæmonios præ se ferunt. facile e τῶν λεγόντων efficiatur τῶνδ' ἐγὼ τῶν, magna literarum intercedente similitudine.

208. 9. ῥᾷον] imo vero ῥᾴδιον, in positivo.

— 11. μέχρι τούτου γε] prætuli μέχρι τοῦ γε. Saltim quadamtenus, saltim quodammodo, ut *tou* sit encliticum.

— 16. ἁπλῶς] nescio an convenientius situm sit sive post πάνθ' versu 14. sive post ἁπάντων versu 15.

— ibid. τοῦτο] significat τὸ μὴ φάσκειν δεῖν κατοικίζεσθαι etc. Sententia hæc est: quod si negemus, oportere urbes illas Bœotiæ, Thebanis adeo infestas, ab iisque desolatas, rursus restaurari, id quod contendebant Lacedæmonii oportere fieri, erunt statim, qui nos criminentur impedimento esse, quo minus Thebani deprimantur. Criminationem igitur hanc quo tollamus, age, restauranda illa oppida esse, assentiamur nos quoque Athenienses —.

— 17. τὸ] correxi τῷ. nam cohæret cum ἐμποδὼν εἶναι.

— 18. τὰς μὲν Θεσπιὰς —] locum hunc citat Scholiastes Thucydidis p. 72. ult.

— 19. αὐτοῖς] prætuli αὐτοὶ (in nominativo). oppositur enim insequenti καὶ τοὺς ἄλλους. nosmet ipsi quoque corporibus copiisque nostris operam navemus, aliosque ad idem faciendum adhortemur.

— 23. ἐπὶ τῇ προφάσει] ob caussationem, verendum esse, ne oppida hæc Phocica sinantur in ruinis jacere et perire, si Lacedæmoniis obstemus, quominus Megalopolin rapiant.

— pen. πρὸς ἐκεῖνα] ad restaurationem oppidorum Phocidis a Thebanis eversorum.

— ibid. τούτους] hos Arcadas puta.

209. 5. αὐτοὺς] addidi, quod item ad eosdem Arcadas redit.

— 10. ὠδί πως ἔχω] subaudi γνώμης. Si vel maxime, fidem illis habentes, persuadeamus nobis, Arcadas tam simplicis esse naturæ, tam fraudis vacuæ, atque se ferunt, sic tamen arbitror, aioque, sic esse agendum nobis, ut una, Arcadasque rogemus, ut stelam tollant eam, qua perscripta est formula fœderis atque societatis in bellis ab ipsis cum Thebanis contractæ; Lacedæmoniosque rogemus, ut pacatos se atque quietos tenere velint.

— 26. τούτους αὐτοὺς, μηδὲν] malim sic distingui et exarari: τούτους, αὐτοῖς [id est, ἑαυτοῖς] μηδὲν ἡγοῦνται φοβερὸν [subaudi

τοῦτ' εἶναι]. hoc metu sibi carere autumant, seu nil esse, cur ipsi propterea metuant, aut hoc sibi non esse formidabile.

210. 3. ἤδη] quæ vis h. l. particulæ ἤδη, non satis percipio. Sententia postulare videtur δοκεῖν. ὑπάρξει δοκεῖν σωθῆναι. videbuntur per vos exitio esse erepti.

— 9. συμβησόμενον καὶ τὸν τ. κ. λ.] pro conjunctione καὶ suffeci de meo sensu præpositionem κατά. id quod exit, exsistit e calculo, si magnitudines discriminum ac caloulos et comparationes inter se revocemus.

— 10. μετενεγκόντες] idem est ac si dixisset: μετενεγκόντες ἀπὸ τῶν Ἀρκάδων [in quibus utramvis in partem eventura modo proposuimus] ἐπὶ τοὺς Θηβαίους, καὶ ἐπὶ τοὺς Λακεδαιμονίους, σκοπῶμεν καὶ τούτων. etiam in his.

— 17. τῶνδε, καὶ δι' ἡμᾶς] dedi de meo τῶνδε, τῶν καὶ δι' ἡμᾶς. etiam his fœderi nostro aggregatis, quippe qui per nos servati essent. postremis his inest causa, cur Arcades ad fœdus Atheniensium accessissent.

— 18. ὥστε πανταχῆ συμφέρει —] loci hujus sententiam retulit adumbratam, non verba recitavit, Hermogenes p. 90.

## AD ORAT. DE FŒDERE CUM ALEXANDRO.

211. 1. ἄξιον ἀποδέχεσθαι —] Citat h. l. Thomas M. v. ἀποδέχομαι.

212. 7. ἢ προελόμενοι] Sententia videtur potius ἢ μὴ προελόμενοι flagitare, aut, non prætendentes jus et fas rebus omnibus anteferre [sed sæpe quoque emolumentum sequi, eique jus æquum postponere], utimini jam eo, quod expedit, sine cujusquam reprehensione. Ubi enim semel inter omnes constiterit, vos commodum honestati antehabere, nemo jam mirabitur, neque queretur, vos commoda vestra sectantes, jus æquum flocci fecisse.

— 8. ἀνεγκλήτως] aut h. l. aut alium similem, ubi v. ἀνεγκλήτως occurrit, citavit Pollux 8. 69.

— 12. ἔξεστιν ἰδεῖν ἤδη] docebo vos breviter, ut de rebus magnis, h. e. ea brevitate, quæ locum habet in tanta argumenti amplitudine et ubertate, atque gravitate. respective breviter, etsi non per se, neque destricte.

— 15. ἀναγκάζοι] post verba εἴ τις ἀναγκάζοι ἂν deest procul dubio infinitivus παραδέχεσθαι, aut καταδέχεσθαι, recipere, scil. Pisistratidas, qui statim in continenti nominantur.

— 18. ἁρπάσαντας ἂν ὑμᾶς] subaudi e præmissis οἶομαι. et [hinc incipit alterum colum hujus periodi], si quis eos per vim et violentiam reducere in urbem conetur, videmini mihi, raptis armis, nullum non discrimen toleraturi.

— 20. καὶ τοσούτῳ μᾶλλον] scilicet spero vos id facturos, seu nullum periculum pro libertate vestra recusaturos esse.

213. 1. οὐ δὴ δεῖ] correxi de meo, οὐ δὴ δεινόν. non igitur est res atrox et indigna —? Si quis audeat vos quidem ad has indignitates perferendas adigere, h. e. invitis vobis tyrannum vestrum exsulem reducat vestrisque cervicibus imponant; tum vos id ægerrime ferre; aliis autem eadem oblata injuria, lente et æquo animo vos id ferre, atque ignoratione dissimulare, — et nonne res gravis et fœda est, esse hic, qui cum nos ad permanendum in fide hortentur, tum aliis veniam pactorum violandorum dent.

— 7. ἐξουσίαν] Ad ταύτην τὴν ἐξουσίαν adde tacita cogitatione τοῦ τοὺς ὅρκους ἀναιρεῖν.

— 22. μηδὲν] videtur tollendum esse. apud Messeniam vero aliam esse rei naturam, existimare, difficultate eadem utrinque rem premente. Nefas si non fuit, tyrannidem in oppido exercere, cur tyranni ex Antissa et Ereso ejecti sunt ab Alexandro? Nefas si est, civitatem Græcam a tyrannis opprimi, cur Philiadæ liberi in Messeniam reducti sunt? At hi ante fœdus conditum ibi regnabant? occurrit—. Num Antissani et Eresii minus? Eadem difficultas utrinque occurrit; quæ documento est iniquitatis, qua Alexander in tuenda pace utitur. vulgatam defendere si juvet, dicendum erit, μηδὲν διαφέρειν significare, rem esse indifferentem, non magni momenti, cujus neque commodum neque damnum sit ingens, sive fiat, sive omittatur, eoque reprehensionis vacuam.

214. 5. ποτ' ἰσχύειν] brevius sic dictum est, quod plenius et planius ad hunc modum dixisset: οὕτως ἰσχύειν, tantum valere, ὥστε βιάζεσθαι ἡμᾶς, ut cogat nos, καὶ ἄνευ τοῦ δικαίου etc.

— 6. νυνὶ δ' ὅτ' εἰς ταὐτὸ] dedi de meo sensu νυνὶ δ' οὐ, nunc autem non — h. e. num putabitis, opportunitatis tantam vim hoc tempore non esse, quo tempore in idem concurrunt jus et fas, et opportunitas, et utilitas nostra.

215. 12. ἀτόπου] non memini Græcum esse ἄτοπος μέγας, pro incredibiliter magnus. quare μεγάλης notandum duxi, veluti tollendum, aut si servetur, legendum arbitror ἀτόπου ὡς μεγάλης. nam, si bene memini, ἄτοπον ὡς μέγα usurpatur. incredibile est, quam magnum hoc sit.

— 15. μὲν] malim abesse.

— 16. μηδὲν] malim μηδένα μηδέν. hactenus aio necessitatem in pactis perseverandi inculcantibus obsecundandum esse, quatenus eam urgentes non captiose loquuntur, hoc est non excludunt a cogitationibus suis eam pactorum clausulam, quæ vetat ulli injuriam ullam offerri.

216. 2. περιορᾶν] subaudi προσιούσας, vel ἐπερχομένας, vel tale quid. redit enim ad calamitates.

— ibid. ἐπέταξεν] prætuli ἐπέταξαν. in plurali. ipsi hi, prædicatores servandæ pacis.

— 23. τὰ δὲ πράττουσιν] poteram τὰ δὲ προστάττουσιν emendare. nam sæpissime in libris πράττειν reperitur, sive perperam, sive per compendium librariis usitatum, pro προστάττειν exaratum. cujus rei exempla complura postmodum nobis occurrent. Visum tamen h. l. fuit παράττουσιν exhibere, scil. pacem communem.

— 25. οὕτως] ut ego aio, scil. hos turbatores pacis esse; has violationes pactorum, et armis universæ Græciæ communibus ulciscendas.

— 27. συγχωρήσουσιν] scil. βεβαίαν εἶναι. Hoc prætuli vulgari συγχωρῶσιν. item pro vulgari δοκεῖ δίκαια γίγνεσθαι, dedi δοκεῖ δίκαια ταῦτα γίγν. æquumne videtur esse, ista fieri.

217. 2. πρὸς τοῦτο δὲ διαμαχ.] hoc δὲ item addidi, non quo sine eo hiet sententia; redundat enim, sed eleganter, et mirifice adamatus est Atticis hic pleonasmus, iterans et veluti confirmans præmissum δὲ, et æquipollens quodammodo Latino *inquam. adversus hoc, inquain, dimicuntes.*

— 7. μικρὰ] vim hic obtinet vocabuli ὀλίγα. non enim hic de quantitate, sed de numero agitur.

— 10. μηδένα τούτων] num interponendum est μηδενός.

— 26. τηλικοῦτον] subaudi κεφάλαιον.

218. 1. πράττειν] navi, strenui, acres, fortes esse, audere, conari.

— 5. οὐδὲν τῶν] prætuli οὐδὲ τῶν. qui ne jurium quidem urbis debitorum fructum peroipere audetis, nedum ut non permissa vobis arrogare audeatis. Ante καὶ in fine versus præposui ὅ. *id quod etiam.*

— 15. τὸ δίκαιον] ut τὸ δίκαιον, pacta conventa, cum Macedonibus tueamur modo οὐ δικαίᾳ, non justo, h. e. non eo, qui in formula fœderis præscriptus est, ut nempe transgredientem capita fœderis reliqui fœderati prohibeant; sed alio iniquo, ut nempe illis liceat pacta violare, nobis minus.

— 21. προβολὰς] Citat hunc locum Harpocr. v. προβολάς. nam hac ille lectione utitur, egoque vulgari προσβολὰς eam prætuli. voc. ἰσχυροτέρας addidi. donec nobis liceat maris, vel solius [etiamsi non una continentis quoque], potiri, penes nos erit, præter illas copias, quæ jam præsto nobis sunt, adhuc alia comminisci et comparare munimenta, tuendis nostris possessionibus in terra continente paria.

— 27. τηλικοῦτον παρέβη] placeret magis τηλικοῦτον ὂν παρέβη. articulum, tametsi tam ponderosum.

219. 3. ἀλλ' ὅτι] videtur ἀγαναικτητέον, aut simile quid interponendum. non est hæc res parvi faciencla, sed vos decet succensere, quod —.

— 5. καὶ ὅτι οὐκ ἐφρόντισαν] Sententia postulat καὶ [est hoc quoque vestra dignum iracundia] ὅτι οὐκ ἐφρόντισαν οὐδὲ τούτου μέρους τῶν κ. δογμάτων. quod ne ad hanc quidem partem pactorum ad omnes communiter pertinentium attenderunt, pari modo, atque supra commemoratas partes neglexerunt.

— 13. ἦν] prætuli ποιεῖ. mallem tamen in imperfecto ἐποίει.

— 21. ναυπηγηθήσεσθαι] correxi ναυπηγήσεσθαι (in fut. 1. medii) se navigia sua hic esse fabricaturos.

— 22. τῷ προειρημένῳ] videntur esse delenda, ut perperam e versu 6. iterata.

— 25. πάντοθεν] Citat h. l. Thomas M. v. πανταχόθεν. nam hac lectione ille utitur.

220. 10. τοὐναντίον] post τοὐναντίον est lacuna, quæ fuit olim eo in codice, unde Demosthenis exemplaria reliqua omnia promanarunt, ad nos delata. Quare stultum sit conjecturam hic exercere velle, qui locus hic sit integrandus, qui relinquendus est sinistræ suæ sorti.

— 13. πλείστων] refertur ad ἀνθρώπων.

Hic desinunt οἱ Συμβουλευτικοί. jam incipiunt οἱ Δημόσιοι, quem titulum orationi pro Corona p. 225. præfixi e Bavarico, quamquam hic quidem publicas non ab hac or. pro Cor. auspicabatur, sed ab oratione in Androtionem.

# I. I. REISKII

## ANNOTATA

AD

# ORATIONES PUBLICAS.

# AD ORATIONEM PRO CORONA.

ΛΟΓΟΣ] Orationem hanc Aristides T. II. p. 382. ed. Iebb. hoc citat elogio: τὸν ὑπὲρ τῆς ἀναῤῥήσεως [subaudi τοῦ Στεφάνου] λόγον. Photius p. 800. hanc ipsam titulo κατ' Αἰσχίνου laudat, qui titulus alias vulgo orationi de falsa legatione tribui solet. nam p. 801. hanc κατ' Αἰσχίνου orationem ab oratione de F. L. planis verbis discernit. citant hoc procœmium, quod fuit antiquitati celeberrimum, Hermogen. p. 113. 283. et p. 344. ubi sic ait: ἀλλ' ἔστι ταῦτα μὲν ἁπλῶς κατ' ἀφέλειαν ἠθικά. ἕτερα δὲ παρὰ ταῦτά ἐστιν οἶμαι τὰ ποιοῦντα οἷον ἐμψυχον εἶναι δοκεῖν τὸν λόγον. αὐτίκα τό· πρῶτον μὲν — εὔχομαι τοῖς θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις. εὐχή τις ἐστὶ δήπουθεν. ἀλλά τι παραπλήσιον ἔχει τῷ· ἀλλὰ γὰρ ἐνταῦθα τῶν φόβων εἴημεν, ἐν Σικελικῷ ὑπ' Ἀριστείδου εἰρημένῳ etc. porro Aristophanis Scholiastes Equit. p. 762. Thomas M. v. βούλομαι. Aristides de D. C. p. 248. ἀξιοπιστίας δὲ αἴτιον καὶ τὸ τοῖς ὅρκοις καὶ ταῖς ἀραῖς χρῆσθαι. οἷον· — καὶ πάλιν· πρῶτον μὲν, ὦ ἄ. Ἀ. τοῖς θεοῖς εὔχομαι — Scholiastæ Hermogenis Aldini p. 72. ἀμέλει ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Στεφάνου (sic Sopater ait) τὸ μὲν εἶδος δικανικόν ἐστιν, ἡ δ' ἰδέα πανηγυρική, ἐπειδὴ περὶ εὐνοίας ὁ ἀγών. τινὲς δὲ καὶ συμβουλευτικὴν τὴν ἰδέαν φασί· ψεῦδος δέ. p. 74. Syrianus ad locum Hermogenis, qui p. 54. ed. Crisp. versu 18. legitur, hæc affert: ἐπισημαίνονται [notant cum reprehensionis significatione] τινες τῷ χωρίῳ, ὡς οὐκ ὀρθῶς ἔχοντι. οὐ γὰρ πάντως τὸ δικανικὸν εἶδος τοῦ λόγου καὶ δικανικῶς ἐξενεχθήσεται· ὁ γοῦν Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ Στεφάνου δικανικωτάτῳ τῶν λόγων ὄντι παινηγυρίζει τῇ λαμπρότητι τῶν οἰκείων ἐναβρυνόμενος πολιτευμάτων. et Sopater. δικανικὸς ὁ περὶ Στεφάνου. καὶ γὰρ ζητεῖται καὶ ἀμφισβητεῖται, εἰ ἄξιος Στεφάνου ὁ Δημοσθένης, ἢ μή. Marcellinus p. 173. 1. sic dicit: ὁ μὲν κατήγορος ἐμποιεῖν σπουδάζει τὸ πάθος, ὁ δὲ φεύγων καταστέλλειν. ὡς Δημοσθένης. Αἰσχίνου γὰρ διαβαλόντος ὡς δεινὸν, εὐθὺς ὁ ῥήτωρ ἐκ προοιμίων καταστέλλει τὴν διαβολὴν διὰ τῆς εὐχῆς [designat votum, quod orationem hanc orditur] θραύων τὸ πάθος, καὶ ἐκβάλλειν ἐπειγόμενος. — καὶ ὁ μὲν Αἰσχίνης οὕτως. ὁ δὲ Δημοσθένης εὐθὺς ἐν ἀρχῇ καταστέλλει ὁρῶν φλεγμαίνουσαν τῶν δικαστῶν τὴν ὀργήν. πρῶτον μὲν, ὦ Ἀθηναῖοι — καὶ πᾶσιν ὑμῖν. καὶ τὴν ἑαυτοῦ συστᾶσας προαίρεσιν ἐν τῷ προοιμίῳ, ἐν τοῖς ἐπιλόγοις καθάπαξ ἀναιρεῖ τὴν ὀργὴν, καὶ τοὐναντίον εἰς εὔνοιαν μεταβάλλει. καὶ τοσοῦτον ἴσχυσεν, ὥστε καὶ ἐκόμπασε περὶ τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν. (sic) λέγει γὰρ [p. 327. 2.] εἰ, οἷος ἐγὼ παρ' ὑμῖν, εἷς ἐν ἑκάστῃ etc. ad παροῦσιν ἐχρήσατο κακοῖς.

226. 5. περὶ τοῦ πῶς —] Hermogenes p. 292. πλεῖον δὲ τὸ τῆς ἐπιμιλείας καὶ τοῦ κάλλους ἔχουσιν αἱ μικραὶ τῶν λέξεων καὶ δι' ὀλίγων συγκείμεναι συλλαβῶν. οἷον· περὶ τοῦ πῶς ἀκούειν ὑμᾶς ἐμοῦ δεῖ.

— 8. τοῦτο δ' ἐστὶν —] Minucianus p. 158. locum hunc citans, enthymema ἀπὸ τοῦ καθόλου appellat. Inter προκατεγνωκέναι et μηδὲν v. 9. velim μηδενὸς interponi.

— 11. τῇ τάξει καὶ τῇ ἀπολογίᾳ] non hæc illa exagitata figura hendiadycōn, neque æquipollet dictioni τῇ τάξει τῆς ἀπολογίας. sed parum quid deest. desunt ὥσπερ ἐν τῇ κατηγορίᾳ, οὕτω καὶ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ. sed etiam, ut in accusatione, ita in defensione quoque litigantium quemque eo sinere rerum ordine causam exsequi, quem pro arbitrio suo delegerit. Nam si defensionis solummodo facta hic esset mentio, qui conveniret deinceps ἕκαστος τῶν ἀγωνιζομένων?

— 13. πολλὰ μὲν οὖν —] Interpretatur rhetorico modo h. l. Aristides de D. C. p. 204. initio capitis περὶ περιβολῆς, seu de amplificatione. πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγε ἐλαττοῦμαι κατὰ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα Αἰσχίνου. τοῦτο ἀόριστον. νῦν τὸ ὡρισμένον, ἐν ἀθροίσματι προσληφθέν. δύο δὲ, ὦ ἄ. Ἀ. καὶ μεγάλα. εἶτα ταῦτα κατ' εἶδος ἐμέρισεν. ἓν μὲν — ἄχθεσθαι. ἅπαντα γὰρ ταῦτα περιβολῆς ἐστί. ἡ πρόληψις τοῦ ἀορίστου. — τὸ ἐν ἀθροίσματι συλλαβεῖν. — τὸ κατ' εἶδος μερίσαι —.

— 19. ἐκ περιουσίας] Laborasse jam veteres in hujus loci recta perceptione et interpretatione, constat ex Harpocratione, qui in v. Ἐκ περιουσίας prodit interpretationem ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος sibi magis probari, quam eorum, qui v. περιουσίαν de opulentia accipiant. Et profecto haud leve quoque est hanc dictionem ἐκ περιουσίας Latine reddere, si presse quidem et concinne reddere velis, unaque significationes, quæ in ea insunt, adumbræ. Insunt autem ei hæ tres præcipuæ notiones, quas vernacule mihi liceat primum exprimere, deinde latius Latinis verbis declarabo. 1. *für lieber langer Weile* [*for dear tediousness*], fallendi otii ergo, quia quod agat melius nil est, me vexat. 2. *aus blossem Vebermuthe und Muthwillen* [*out of mere arrogance and wantonness*], ex mero

fastu, insolentia, protervia, petulantia. 3. sed hoc in primis, *weil er allemal nichts dabey verliehrt, der Austrag der Sache sey für ihn, wie er auch immer wolle* [*because he loses at all times nothing by it, the issue of the thing is for him whether he will or not*], quia, quicunque erit causæ exitus, sive secundos sibi, sive adversus, res suæ, Æschinis puta, post causam dictam (etiamsi amissam) nihilo meliore loco erunt, quam fuerunt ante causæ dictionem. Si nihil lucretur, nihil tamen rursus multabitur. *Er wagts verlohrner Weise. gewinnt er, ist es desto besser, verliehrt er, so ist er darum nicht schlimmer dran, als vorhin* [*if he wins, it is the better, if he loses, so is he for that reason not the worse off, as before*]. Ingenio si natus essem eo, ut studio delectarer, quod ego miserum ducens nunquam non refugi, sed alii quamplurimi totas ætates in eo conterunt, neque satiari possunt, ut similes dictiones ex auctoribus in adversaria, aut in commentarios suos comportent, nullus dubito, multo altiorem exstiturum fuisse acervum locorum ex omni ætate et ordine auctorum constructum, ubi dictio ἐκ περιουσίας occurrit. Multo plures mihi loci similes occurrerent Græcos legenti, sed transmisi plerosque, cum adversaria ad manum non essent, pigeretque quærendorum ergo surgere. Annotavi tamen hos paucos, quos hic proponam, unde constabit, hanc dictionem ita esse a vetustis usurpatam, ut illarum trium, quas paulo ante enumerabam, significationum vestigia satis insignia in iis appareant. non tamen omnibus omnino locis illæ tres significationes simul insunt, sed alii loco hæc, alii alia, quarum quæ cuique conveniat, e loci cujusque natura colligendum est. Primus igitur esto locus ille, omnium κορυφαιότατος, fons reliquorum, Thucydidis V. 103. ubi præcipit χρῆσθαι τῇ ἐλπίδι ἐκ περιουσίας. uti quidem spe, verumtamen non ut præsidio palmario, sed *ex supervacaneo, ex abundanti*, velut adminiculo secundario, quod non tu quidem asperneris, attamen illi minimum omnium tribuas. sic ea fidas, ut sine ulla fraude tua prorsus æquissimo animo carcas hac anchora, quia multo pluribus multoque firmioribus aliis niteris. ut si prosper exitus spei tuæ respondeat, læteris. sin te fallat, nil ideo deteriore loco sis. Dio Chrysostomus p. 423. 29. queritur, Tarsensium quosdam πολιτεύεσθαι ἐκ περιουσίας. remp. attingere obiter, subsecivis horis, fallendi otii ergo, cujus cum nonnihil supersit a negotiis domesticis peractis, in curiam, in forum provolant, quod melius agant, non habentes. Philostratus p. 520. 22. ἐκ περιουσίας ἐκράτει τὴν πρεσβείαν. obtinebat legationem e superabundantia, h. e. non solummodo causam vincebat, ob quam missus in Urbem fuerat, sed etiam *insuper* multas impetrabat largitiones et gratias, neque rogatas, neque speratas, item p. 534. 19. Julianus in Misopogone (citatus a Valesio ad Harpocr. p. 46.) ὅστις ἄρχοντα ὕβρισεν, οὗτος ἐκ περιουσίας τοὺς νόμους κατεπάτησε. non ipsum solummodo magistratum dehonestat, sed *insuper* quoque leges ipsas proculcat. Libanius T. I. p. 714. 10. οἱ ἐκ περιουσίας τῷ πολέμῳ χρώμενοι sunt, qui bella gerunt mera ex libidine et petulantia, otii fallendi causa, non quo rem suam faciant, sed quia nihil amittunt. Apud Hermogenem p. 110. ed. Crisp. caput est περὶ τῶν ἐκ περιουσίας προοιμίων, de proloquiis accessoriis, quæ veluti mantissæ loco addantur, tametsi sine iis quoque oratio sibi constet.

— 20. ὃ φύσει] correxi de meo sensu ἃ (in neutro plurali) φ. *quæ* natura (non *quod* natura.) non enim cohæret ὃ cum ἕτερον. *aliud, quod.* nequaquam. Sed ἕτερον aptum est ex ἐλαττοῦμαι. alterum eorum, quibus inferior sum Æschini, hoc est. tum enarrat illud. ἃ in neutro plurali refertur ad insequens τούτων τοίνυν versu 23. quæ natura hominibus omnibus insunt, ut — eorum igitur, alterum quidem — alterum vero —.

— pen. ἐὰν δ' ἐφ' ἃ —] Hermogen. p. 429. ὁ δὲ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ Στεφάνου μέλλων ἑαυτὸν ἐπαινεῖν καὶ τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν, πολλάκις χρῆται τῇ ἀνάγκῃ λέγων· ἐὰν δὲ ἐφ' ἃ καὶ πεποίηκα —.

— 10. τούτων μέγιστόν ἐστι] f. τούτων, ἐν τῶν μεγίστων ἐστίν.

— 12. ὁμοίως] non cohæret cum ἀκοῦσαι, sed cum ὑμᾶν. a vobis cunctis pariter, excepto nemine, nobili ignobilive, potente an infirmo, sene an juvene, peto atque contendo.

227. 18. διαβολὰς] Scholiastes Hermogenis: διττὸν τὸ τῆς διαβολῆς ὄνομα. ἐπί τε γὰρ τῆς διαβολῆς αὐτῆς (calumniatione, ut in vulgari sermone accipitur) τάττεται, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ· οὐκ ἔστιν οὐδὲ διάβολος γραῦς ἔνδον. καὶ ἐπὶ τῆς κατηγορίας, ὡς Δημ. ἐν τῷ περὶ Στεφάνου φησίν· ὁρῶ γάρ, ὅτι τὰς αἰτίας καὶ τὰς διαβολὰς —.

— 20. παρελθεῖν] Citat h. l. Harpocr. v. παρελθεῖν, interpretans ἀντὶ τοῦ νικῆσαι. Simile ductum a certantibus cursu seu equestri, seu curuli, et contendentibus inter sese prævertere.

— 25. μέλλων —] Hermogenes p. 352. αἱ δ' ἐνδοιαστικαὶ ἐκπλήξεις ἧττον ἔχουσι τὸ ἐνδιάθετον, ἠθικαὶ μέντοι οὐδὲν ἧττον εἰσὶ, καὶ μᾶλλον προσήκουσι τῷ βαύτητι. οἷον· μέλλων δὲ τοῦτ' ἰδίου εἶου παντὸς etc.

228. 5. εἰ μὲν οὖν περὶ —] Syrianus p. 79. ad Hermogen. μάλιστα μὲν οὖν δεῖ περὶ τὸ κρινόμενον ἵστασθαι πᾶσαν τὴν δικαιολογίαν. εἰ δ' ἄρα τι κατεπείγει ἐξαθέν τινα πραγ-

εἰσάγειν, μιᾷ τῶν τριῶν μεθόδων χρησόμεθα τῶν τεχνικῶν, αἷς ὅτε Θουκυδίδης κέχρηται καὶ ὁ Δημοσθένης παρ' αὐτοῦ. [hic videtur labὼν vel tale quid deesse.] ἡ γὰρ ἐπὶ τὰ πράγματα ἀνοίσομεν τὴν αἰτίαν, ἢ ἐπὶ τὰ πρόσωπα τὰ ἔξωθεν, ἢ τὸ βιαιότερον, εἰς αὐτὸν τὸν ἀντίδικον. ἐπὶ μὲν τὰ πράγματα, ὡς ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας [hic error est memoriæ, nam locus legitur in or. pro corona p. 230. 24.]· ἔστι δ' ἀναγκαῖον, ὦ ἄνδρες, καὶ προσῆκον ἴσως, ὡς κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους εἶχε τὰ πράγματα, ὑμᾶς ἀναμνῆσαι, ἵνα πρὸς τὸν ὑπάρχοντα καιρὸν ἕκαστα θεωρῆτε. ἐπὶ δὲ τὰ ἔξωθεν πρόσωπα, ὡς ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους· ἀναγκαῖον δ' ὑπολαμβάνω καὶ δίκαιον ἅμα περὶ τούτων πρῶτον εἰπεῖν [fieri potest, ut hæc verba in oratione in Aristocratem legantur, insequentia certe leguntur in or. pro corona p. 228. 11.] ἵνα μηδεὶς ὑμῶν τοῖς ἔξωθεν λόγοις ἠμμένος, ἀλλοτριώτερον τῶν ὑπὲρ τῆς γραφῆς δικαίων ἀκούῃ μόνου [lege μου]. ἐπὶ δὲ τὸν ἀντίδικον αὐτὸν, ὡς ἐν τῷ περὶ τοῦ Στεφάνου· ἀξιῶ δὲ, ὦ ἄ. Α. [p. 236. 26.] καὶ δέομαι τοῦτο μεμνῆσθαι παρ' ὅλον τὸν ἀγῶνα, ὅτι μὴ κατηγορήσαντος Αἰσχίνου μηδὲν ἔξω τῆς γραφῆς, οὐδ' ἂν ἐγὼ λόγον ἐποιούμην —. καὶ πάλιν· εἰ μὲν οὖν, περὶ ὧν ἐδίωκε μόνον [p. 288. 5.] κατηγόρησεν Αἰσχίνης, κἀγὼ περὶ αὐτοῦ τοῦ προβλήματος [technici menti problemata obversari, nil mirum est. lege προβουλεύματος.] εὐθὺς ἂν ἀπελογούμην. — ἐπισημαίνεσθαι δ' ἄξιον, ὡς οὐκ ἀρκεῖ μόνον μιᾷ χρῆσθαι τῶν τριῶν μεθόδων βουλομένους τὸ παρὰ τὸ κρινόμενον εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐνδείκνυσθαι, ὅτι διὰ βραχέων λέξει τὰ παρὰ τὸ κρινόμενον, καὶ εὐθὺς ἐπὶ τὸ κρινόμενον ἥξει. πανταχοῦ γοῦν καὶ Δημοσθένης τό γε πρῶτον προστίθησι [malim τόδε πρῶτον προτίθησι], τὸ μικρὰ ἢ βραχέα περὶ τῶν ἐξαγωγίων ἐρεῖν.

— 15. εἰ μὲν ἦστε —] Aristides p. 248. ἀξιοπιστίας δὲ καὶ ὅταν τις τὰς κρίσεις τῶν ταῦτα ἀκουόντων ἐφ' οἷς ἂν λέγῃ, προσλαμβάνῃ, ὡς καὶ παρ' ἐκείνοις ὁμολογουμένων τῶν πραγμάτων. — οἷον· εἰ μὲν ἦστε με τοιοῦτον· οὐ γὰρ ἄλλοθί που βεβίωκα.

— 16. οὐ γάρ] sentit unusquisque legentium, hiare sententiam, et saltim tacite post ἠτιᾶτο subjicienda esse hæc (nam ut addantur, necesse non est. neque tam sum hospes in antiquis auctoribus, ut tales hiatus ratiociniorum mirer, ut potius bene mihi constet, in Ciceronis philosophicis et aliis quibusdam talibus, item oratoribus, eos singulis pene paginis occurrere, ubi lectorum solertia defectus sarcire debet)· εἶος δ' ἐγώ εἰμι, ῥᾴδιον ὑμῖν γνῶναι, vel δύνασθε δὲ ἐμὲ, ὁποῖός εἰμι, εἰδέναι. facile enim vobis est me nosse, quippe qui totam ætatem meam inter vos exigerim.

— 17. ἀνάσχησθε] scil. ἐμοῦ γρύξαντος. Aristides de D. C. p. 194. ὅτε δὲ καθ' ὑπερβολὴν δύνασαι ἀποδεῖξαι μὴ ἀδικοῦντα σεαυτὸν, ἐκεῖ δὲ θρασύτητι χρῆσθαι τοιαύτῃ, ἀφαιρεῖν σεαυτὸν συγγνώμης ἡ φιλανθρωπίας τῆς παρὰ τῶν δικαστῶν. ὡς ὅταν λέγῃς· μηδὲ φωνὴν ἀνέχεσθε ad καταφηφίσασθε.

— 22. δὴ] addidi. quod h. l. idem est atque ἤδη. *a jam nunc.*

229. 7. τοῦ δὲ παρόντος —] refert Hermogenes h. l. ad περιττότητα κατὰ πλῆθος p. 408. ubi sic ait: πλῆθος δέ ἐστι ποικίλων ὀνομάτων ἰσοτίμων ἐπίχυσις, εἰς κίνησιν ἦθους. οἷον· τοῦ δὲ παρόντος ἀγῶνος ἡ προαίρεσις αὐτὴ ἐχθροῦ μὲν ἐπήρειαν ἔχει καὶ ὕβριν καὶ πεπηλακισμὸν καὶ λοιδορίαν ὁμοῦ, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. ὅπου καὶ τὸ πλῆθος ἐδείχθη εἰπὼν ὁμοῦ.

— 8. αὕτη] prætuli αὐτή. ipsum consilium propositumque, ad quod actor spectavit et contendit causam capessens, sepositis et secretis criminibus.

— 9. ὁμοῦ] damnat itaque Hermogenes meam, quæ mihi visa fuit, emendationem, ἐμοῦ sullicientis in locum vulgatæ ὁμοῦ, eamque pro corruptela proscribit. refragatorem habeo quoque Augustanum. Servandum si sit ὁμοῦ, convenientius, ad meum quidem sensum, stet pone καὶ ad hunc modum: πεσπηλακισμὸν, καὶ ὁμοῦ πάντα τὰ τοιαῦτα.

— 14. οὐδ'] malim: ἀλλ' οὐδ' ἐν ἐπηρείας τάξει καὶ φθόνου, id est, μετ' ἐπηρείας καὶ φθόνου, vel, πρὸς ἀναπλήρωσιν τῆς ἑαυτοῦ ἐπηρείας καὶ φθόνου. quamquam utique par est atrocia scelera accusari, neminique via occludenda est ad populum ea delaturo, verumtamen fieri huc debet honestis de causis, studioque pestem a patria avertendi, non autem solummodo ex mera libidine inimico insultandi et nocendi, atque livori tuo satisfaciendi.

— 19. τἀδικήματα χρῆσθαι] malim τἀδικήματα ἔδει χρῆσθαι.

— 23. οὐ γὰρ δήπου κ. —] Hermogenes p. 296. ἡ ἐπαναστροφὴ, τὸ σχῆμα, τῶν καλλωπιζόντων· γίνεται δὲ, ὅταν τὸ τέλος τοῦ κώλου ἑτέρου ἀρχήν τις ποιήσηται. οἷον· οὐ γὰρ δήπου Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν δ' ἐμὲ, ἐμὲ δὲ εἴπερ ἐξελέγχειν ἐνόμιζεν αὐτὸν, οὐκ ἂν ἐγράψατο. Sopater ad Hermogenem p. 128. ὁ Δημοσθένης θείᾳ τινὶ μεθόδῳ κεχρημένος κἂν τοῦτο τὸ ἀξίωμα φυλάττει λαμπρῶς, καὶ — ἐξαίρει τὸ φρόνημα. ὥσπερ ἐν τῷ περὶ Στεφάνου τοὺς μὲν παραγραφικοὺς λόγους τῷ ἀντιδίκῳ συνέπλεξε πρὸς αὐτὸν ἀποτεινόμενος, ὡς διὰ τοῦτο ἐφ' ὅσον βούλεται χώραν παρέχων τῷ παραγραφικῷ· τοὺς δὲ τῆς ἀπολογίας τοῖς παροῦσι τὴν ἑαυτοῦ παῤῥησίαν οὐδὲν ἧττον ἐξαίρων. προὔταξε δὲ τὴν ἀπολογίαν τοῦ παραγραφικοῦ πάνυ τεχνικῶς, τοῦ μὲν δίξαι ἀσφαλῶς ἔχειν περὶ τὴν ἀπολογίαν. ἔπειτα ἐπάγων τὸ παραγραφικὸν οὕτω πως λέγει· ἐστὶ δὲ ταυτὶ πάντα μοι πρὸς ὑμᾶς [p. 293. 22.] ἅμα καὶ τοὺς περιεστηκότας ἕξωθεν καὶ ἀκροωμένους. ἐπεὶ πρός γε τοῦτον αὐτὸν τὸν κατάπτυστον βραχὺς καὶ σαφὴς ἐξῆρκει μοι λόγος. εἰ μὲν γὰρ ἦν πρόδηλα τὰ μέλλοντα, καὶ ἐξῆς. καὶ ἡ μὲν τῆς μεταχειρί-

σεως τοῦ παραγραφικοῦ μεθόδου τοιαύτη. περὶ δὲ τῆς τάξεως φαμὲν, ὅτι Δημοσθένης συνιδὼν τὴν τοῦ κεφαλαίου δύναμιν, καὶ πρώτην αὐτῷ καὶ μέσην χάραν ἀπένειμε καὶ τελευταίαν, καὶ πάντα ταῦτα ἐν τῷ περὶ Στεφάνου εὑρήσεις. καὶ κατὰ μὲν τὴν ἀρχὴν, μετὰ τὰς προοιμικὰς ἐννοίας οὕτω· [p. 229. 5.] τὰ μὲν οὖν κατηγορήματα πολλάκις περὶ ὧν ἔνιοι τὰς ἐσχάτας τάττουσι τιμωρίας, καὶ ἐξῆς. κατὰ δὲ μέσον, οἷον· ἔστιν οὖν [p. 232. 21.] ὅπου σὺ παρὼν τοιαύτην πρᾶξιν ἡ συμμαχίαν, ἡλίκην νῦν διεξῆεις, ὁρᾶν ἀφαιρούμενον τῆς πόλεως, καὶ ἐξῆς. κατὰ δὲ τὸ τέλος· ἦν μέντοι τοῦ δικαίου πολίτου τότε λέγειν, μὴ νῦν ἐπιτιμᾶν. ὁ γὰρ συμβουλεύων, καὶ ἐξῆς. — περὶ δὲ τῆς ἐργασίας τοῦτο φαμέν. δύο τινὰ περὶ αὐτὸ θεωρεῖται, ῥᾳστώνη μὲν ἐκ τοῦ παρόντος χρόνου, δυσχέρεια δὲ ἐκ τοῦ παρελθόντος. οἷον, εἰ παρ' αὐτὰ τἀδικήματα ἠλέγχθη [f. 229. 19.] ῥᾳστώνη εἶχε ἡ κατηγορία [sic], χαλεπότης δέ ἐστιν ἐκ τῶν [f. τοῦ] μετὰ χρόνον ῥηθῆναι. ἅσπερ ὁ Δημοσθένης [p. 230. 1.] καὶ ὀπηνίκα ἐφαίνετο ταῦτα ποιῶν καὶ τοῦτον τὸν τρόπον κεχρημένος τοῖς πρὸς ἐμὲ, ὡμολογεῖτο ἂν ἡ κατηγορία τοῖς ἔργοις αὐτοῦ· νῦν δ' ἐκστὰς τῆς ὀρθῆς καὶ δικαίας ὁδοῦ — [p. 230. 3.] καὶ τὰ λοιπὰ. 129. 1. δεῖ δ' ἐν τούτοις καὶ τὰ ἀντιπίπτοντα λύειν, ἅσπερ ὁ αὐτός. ἵνα γὰρ μή τις λέγῃ, ὅτι ἡ δι' ἐπιείκειαν οὐ κατηγόρησεν, ἡ δι' ἀπραγμοσύνην, ἢ ὅτι οὐκ ἔτυχε παρὼν, ἢ ὅτι περὶ μικρῶν, ἢ ὅτι οὐκ ἐνόησε. λύει πάντα ταῦτα Δημοσθένης, οὕτως εἰπὼν, τὴν μὲν ἐπιείκειαν οὕτως· [p. 229. 23.] οὐ γὰρ δὴ Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν, ἐμὲ δ' εἴπερ ἠδύνατο, οὐκ ἂν ἐγράψατο. [hic videtur aliquid decsse] πῶς γὰρ ἀπράγμων ἂν δόξειεν εἶναι, ὃς καὶ δι' ἐμὲ πράγματα παρέχον [l. παρέχει] ἑτέροις. τὰ δὲ λοιπὰ πάντα δι' ἑνὸς οὕτως· [p. 232. 21.] ἔστιν ὅπου καὶ σὺ παρὼν τηλικαύτην τάξιν [sic] ἠλίκην νῦν ἐτραγῴδεις. διὰ μὲν γὰρ τοῦ παρὼν λύει τὸ οὐ παρῆν. διὰ δὲ τοῦ τηλικαύτην, ὅτι οὐ μικρὰ ἡ φαύλη. διὰ δὲ τοῦ νῦν ἐτραγῴδεις, τὸ ὅτι οὐκ ἐνόησας, ὃ πεποίηκας. adde reliqua ad finem annotationis, quæ nunc piget transcribere.

— pen. καὶ τιμωρίαι] hæc duo vocabula, ad exponendum non profecto hic loci facillima, omittit Hermogenes h. l. citans p. 278. ad hunc modum: εἰσὶ κρίσεις καὶ ἀγῶνες, πικρὰ καὶ μεγάλα ἔχουσαι τὰ ἐπιτίμια. quæ lectio utique est planissima. potest tamen, ni fallor, hoc quoque modo vulgatæ molliri durities, si legatur κρίσεις, καὶ τιμωρίας πικρὰς (in accusativo) καὶ μεγάλα ἔχουσαι τὰ ἐπιτίμια. judicia habent et supplicia acerba, vel pœnas amaras. hoc est sententias judicum in causis pronuntiatis consequuntur acerbi cruciatus a damnatis tolerandi; manent item judicia, seu exitus et finitiones judiciorum mulctæ ingentes a legibus præscriptæ. quæ mulctæ sunt τὰ ἐπιτίμια. Vulgatis in libris vocabula sic inter se trajecta jacent: εἰσὶ νόμοι περὶ πάντων καὶ τιμωρίαι καὶ ἀγῶνες καὶ κρίσεις πικρὰ καὶ μεγάλα ἔχουσαι τὰ ἐπιτίμια. Ego ordinem Augustani assectatus sum.

230. 6. ὑποκρίνεται] histrionem agit, qui quæstus ei olim familiaris erat; h. e. alienam personam induit, non bona fide, sed mala fraude agit. Ctesiphontem accusat, quem lædere nullo modo vult; sed per latus ejus me petit, quamquam videri vult nullas simultates adversus me exercere. Citat h. l. Hermogenes p. 284.

— 8. πως] encliticam, *quodammodo*, ex Aldina addidi.

— 24. ἔστι δ' ἀναγκαῖον —] Hermogenes p. 232. καὶ εἰσὶν ἔννοιαι μὲν εὐκρινεῖς αἱ καταστατικαὶ πᾶσαι καὶ εἰς ἀρχὴν ἀνάγουσαι τὸν λόγον. οἷον· ἔστι δ' ἀναγκαῖον, ὦ ἄ. Α. καὶ προσῆκον ἴσως etc. conf. loc. Syriani paulo ante ad p. 228. 5. recitatum.

— 27. τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου] nobile exordium in scholis technicorum [nam hic ingreditur Dem. tractationem]. Citant Hermogenes p. 281. et 286. Alexander de figuris p. 54. his verbis: μετάστασίς ἐστιν, ὅταν ἀπ' αὐτῶν [subaudi ἡμῶν] μεθιστῶμεν τὴν αἰτίαν ἐφ' ἕτερον ἔξω τοῦ πράγματος ὄντα. ὡς Δημοσθένης· τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου, οὐδὲ ἐμὲ· οὐ γὰρ δὴ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πω τότε. Schol. anonym. ad Hermog. p. 380. cujus hæc sunt verba: ἐπεμβολή ἐστιν ἡ μεταξυλογία, ὅταν μεταξὺ τῆς ἀκολουθίας ἔξωθέν τι ἐπεμβάλλῃ, οἷον· τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου. εἶτα ἡ ἐπεμβολή· οὐ δ' ἐμέ· οὐ γὰρ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πω τότε. ἡ γὰρ ἀκολουθία ἦν· πρῶτον μὲν ὑμεῖς οὕτω διέκεισθε. item p. 392. ἡ δὲ ὑποστροφὴ ὑπ' ἐνίων καλεῖται καὶ ἐπεμβολή. οἷον· ἅπας ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος [p. 774. 5. Demosth.] καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ τό· τοῦ γὰρ Φωκικοῦ σ. π. τό γε μὴν τῆς ὑποστροφῆς σχῆμα καὶ ὑπέρβατον λέγεται.

231. 5. ἡ Πελοποννησος ἅπασα] hujus dictionis ergo citat h. l. Alexander de figuris p. 74.

— 16. ἀτυχεῖς] Citat h. l. Phœbammon p. 134. ed. Norm.

232. 5. τινα] num τινων.

— 7. τούτων] addidi. redit sive ad τῶν ἀδικημάτων, sive ad τῶν ἀδικησάντων.

— 14. Εὔβουλος] Citat h. l. Harpocr. v. Εὔβουλος.

— 20. εἶτα ὦ —] celeberrimus est h. l. in scholis technicorum. Hermog. p. 179. τὸ κλητικὸν σχῆμα [oratio per vocativum prolata] πνεύματός ἐστι μέρος, ἀποστροφὴν ἐξαζόμενον καὶ καταφορὰν· εἶτα, ὦ τί ἂν εἴποῦν σε etc.

— 21. ἔστιν ὅπου —] Alexander de figuris p. 54. tertium genus τῆς μεταστάσεως seu translationis facit: ὅταν τὸν ἀντίδικον εἰς αἰτίαν καθιστῶμεν, ἐξ ὧν αὐτὸς ἡμῖν ἐγκαλεῖ. ὡς πάλιν Δημοσθένης· εἶτα, τί ἂν εἴποῦν σέ τις ὀρθῶς περσείποι, ἐστὶν ὅπου σὺ παρὼν τηλικαύτην —.

— 22. πρᾶξιν] ita verum est, ut aliud

nullum voc. ei suffici queat. πρᾶξις, ut alias multas h. v. notiones taceam, has tres habet ab h. l. non alienas, 1) callidam, versutam quamque machinationem, quæ peragitur oratione insidiosa, captiosa, blanda, lenociniorum plena, obtestationibus, promissionibus, minis, omni genere adminiculorum ad persuadendum valentium mista. 2) negotium quodcunque ingens, arduum, ubi ingenio, solertia, usu rerum, industria, celeritate opus est. 3) comparationem amicitiarum,pertractionem civitatis alicujus tuas in partes, cui persuasum esset, ut sponte se dederet. v. a me ad Polybii p. 135. 21. dicta.

— 26. εἰ τὸ κωλῦσαι] Citat Hermogenes p. 281. h. l. hoc pacto, non parum illo a vulgata lectione discrepante : εἰ γὰρ τὸ κωλῦσαι τὴν πόλιν μετὰ τοῦ κοινοῦ συνεδρίου τῶν Ἑλλήνων ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην ἐπεπεράκειν ἐγὼ Φιλίππῳ. aut ergo locum prorsus alium in mente habuit Hermogenes, aut e memoria recitavit.

233. 5. διαβάλλει] Citat h. l. Hermog. p. 423. ult.

— 13. ἐβουλεύεσθε] Laudatur hoc totum comma ab Hermogene p. 424. ubi vulgata lectio constantissime ubique retinetur.

234. 2. ἐξελύσατε] prætuli ἐξελύσασθε in medio. non belli cujusque, sed belli vestri, a vobis gerendi, apparatum intermisistis, abrupistis.

— 3. τοῦτο] id, de quo dixerat p. 233. 27. ὡς πλεῖστον τὸν μεταξὺ χρόνον ἐγγενέσθαι.

— 18. εἶτα τοῦτο —] locum h. citat Minucianus p. 152. ult. ed. Norm.

— 24. δυοῖν ὀβολοῖν] Citat h. l. Pollux 9. 63.

235. 7. δεδόχθαι] aptus est hic infinitivus, ut in talibus formulis plerumque solet esse, ex εἶπεν versu 4. ille — auctor fuit senatui populoque, ut scisceret —. Locum hunc vulgata sic exhibet: ἀποστείλας πρέσβεις περὶ τῆς εἰρήνης πρὸς Ἀθηναίους ὁμολογουμένας πεποίηται συνθήκας δεδέχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων.

236. 2. κλέμμα] Citat h. l. Hermog. p. 293. et de collocatione verborum subtilia, umbra et otio grammatici digna, argutatur.

237. 11. ὀνομάζων] Citant Harpocr. v. ὀνομάζων. Hermogenes p. 245. τοιοῦτόν τι [durum puta asperumque] καὶ τὸ παρὰ Δημοσθένει ῥηθέν τε ὁμοῦ, καὶ θεωρηθὲν ὑπ' αὐτοῦ. λέγω τό· οὐ γὰρ τὰ ῥήματα τὰς οἰκειότητας ἔφε βεβαιοῦν. εἶτα ἡ θεωρία· μάλα σεμνῶς ὀνομάζων. locum hunc Hermogenis cum jam recitasset Taylor, tamen nil ideo minus recitandum ego quoque duxi, sed integrum et plenum. Taylor enim mutilatum attulerat, ut intelligi nequiret.

238. 12. περὶ δὲ τῶν ἀδυνάτων] militat Taylor pro περὶ δὲ τοῦ ἀδυνάτου. cujos utique auctores sunt multi et boni, et in his Aug. pr.: nolim tamen ideo vulgatam damnare, cujus quæ sit labes, equidem haud intelligo, sive ἀδυνάτων pro masculino, sive pro neutro accipiatur. dixerat modo ἀδύνατόν τι. sunt ergo plura ἀδύνατα, quorum de singulis quibusque judicare, utique est περὶ τῶν ἀδυνάτων indicare. Pari modo p. 262. 23. legitur: πολλὰ δὴ τὰ ἀδύνατα συνέβαινεν. Sunt autem τὰ ἀδύνατα causæ improvisæ, aut humanæ voluntati non obnoxiæ, cœptis suis peragendis, aut muniis obeundis intercedentes. breviter, excusationes legitimæ et honestæ. Possit περὶ τοῦ ἀδυνάτου etiam in genere masculino acceptum sic reddi : de eo, qui invalidus, impar gerendo muneri sit, nec ne sit. Strategus ὁ ἐπὶ τῶν ὅπλων commoratur, quia alius adhuc strategus erat ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως. prætor ille castrensis erat, in causis militaribus. hic prætor ærarii.

— 14. ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς] Citat h. l. Harpocr. v. γραμματεύς. Scriba senatus nominatur, quia populo quoque suus erat.

— 21. ἐπηγγείλαθ'] prætuli ἐπηγγέλεθ' in imperfecto, quia tempus idem modo præcessit. Sed αὖ τὴν ἐπιστολὴν servavi, tametsi Marklandi conjecturam αὐτὴν τὴν ἐπιστολὴν ab Aug. confirmatam reperirem. nam vulgata bene habet. αὖ h. l. est *etiam, ex altera parte, contra.* ut auctoritatem Callisthenis modo recitasti, scriba, ita jam Philippi *quoque* literas recita. Est etiam αὖ pene idem atque μετὰ ταῦτα. et sæpe ista αὖ μετὰ ταῦτα, ut finitima inter se atque consentanea, copulantur.

239. 4. μὴ πλεῖον] interposui ἐπί. plus, quam par est, vel expedit. nam idem est atque si dixisset : ἐπὶ πλεῖον, ἢ προσήκει, vel ἢ συμφέρει.

— 6. ὁμοίως] ὅμως Marklandi blanditur quidem prima specie, verumtamen vulgata nihilominus bene habet, et eodem tendit. pace mecum contracta, copiis infestis contra me in aciem eductis proceditis, et castra mea, quoquo eunt, vestris e regione prosequimini, non secius, atque faciebatis bella aperta mecum gerentes. similis est locus p. 263. 18. ubi miror Marklandum non item ὅμως suasisse.

— 10. ἀκούετε, ὡς σαφῶς —] Marcellinus ad Hermog. p. 212. εἰ δὲ μηδ' αὕτη ἡ ἐξέτασις ἡμῖν συμβάλληται, ἡ τῆς διανοίας, ἐπὶ τὴν διαλογὴν τῆς γνώμης, ἐπειδὰν καιρὸν ἔχωμεν, τρεψόμεθα. καθάπερ ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ Στεφάνου, παρεχόμενος Φιλίππου ἐπιστολὴν ἔφη· ἀκούσατε, ὦ ἄνδρες, ὡς σαφῶς δηλοῖ καὶ διορίζεται — Scholiastes anonymus ad Hermog. p. 402. κατὰ λέξιν ποιεῖ ἐνάργειαν τὰ πληκτικὰ τῶν ὀνομάτων καὶ τὰ σημαντικά. οἷον· ὁρᾶτε, ὡς σαφῶς διορίζεται καὶ δηλοῖ.

— 16. ἄχετο] Dictio ὤχετο αὐτοὺς λαβὰν tam crebro legitur apud Demosthenem aliosque, ut mirum sit, potuisse viros doctos in ea errare. Sententia ejus hæc est: Progressus est Philippus ulterius. Thebanos Thessalosque, velut turbo omnia coram se agens, propellens, ruens et rotans, egit, quo voluit, obtorto collo, præcipites, occæcatos, dementatos, ut malorum sibi imminentium nil præviderient, v. p. 347. 10. aut est simile ductum de eo, qui subito, per vim correptum, sublatumque in humeros auffert, quo vult, invitum et vociferantem.

— 26. δῆλον γὰρ, ὅτι —] Citat h. l. Alexander de figuris, capite de ironia p. 44.

240. 2. οὓς αὐτίκα μᾶλλον ἁρμόσει λέγειν ἴσως] prætuli hunc ordinem: οὓς αὐτίκα μάλα ἴσως ἁρμόσει λέγειν. mallem tamen nunc μᾶλλον a me non esse repudiatum. poteram sic dare: οὓς αὐτίκα μάλα ἴσως μᾶλλον ἁρμ. λ.

— 10. φίλον, εὐεργέτην, σωτῆρα] Citat h. l. Alexander Rhetor p. 28. in capite περὶ ἐπιμονῆς. et Phœbammon p. 132. qui genus tautologiæ facit: διάφορα ὀνόματα σημαίνοντα τὴν αὐτὴν διάνοιαν, ὑπὸ δὲ τὴν αὐτὴν πτῶσιν, ὡς τὸ· φίλον, εὐεργέτην, σωτῆρα ἠγοῦντο.

— 27. αἱ δὲ πόλεις ἐνόσουν] Hermogenes p. 243. αἱ μετρίως μὲν οὖν ἔχουσαι τροπαὶ τοιαῦταί εἰσιν· εἰ δ' ὑπερβαΐεν τι τοῦ μετρίου, τραχύνουσι τὸν λόγον. οἷον· αἱ δὲ πόλεις ἐνόσουν. διὸ καὶ ἐξηγήσεως αὐτῷ ἐδέησε, τὸ γάρ· τῶν μὲν ἐν τῷ πολιτεύεσθαι καὶ πράττειν, δωροδοκούντων, καὶ τὰ ἐξῆς· τοῦ ἐνόσουν ἐστὶν ἐξηγητικά.

241. 1. τῶν δ' ἰδιωτῶν καὶ πολλῶν] diversi sunt οἱ ἰδιῶται et οἱ πολλοί. Magistratus qui gesserunt, etiam multos, aut gerent, nunc tamen, cum extra functionem, hoc est, privati sunt, et otiantur, ἰδιῶται sunt, tametsi non propterea τοῖς πολλοῖς, plebi, miscellaneæ, inconditæ multitudini, popello accensendi sunt. οἱ πολλοὶ autem numquam sunt ἰδιῶται, neque erunt, neque possunt esse, quia nullos honores gerunt, nullamque partem reip. attingunt, nisi in concione, ferendis suffragiis.

— 20. ἀποδομένων] prætuli ἀποδεδομένων, existimans, ἀποδέδομαι significare *venditi*. quod rectumne sit, an falsus memoriæ fuerim, haud licet definire. fieri possit, ut Græci aoristum secundum medium ἀπεδόμην et ἀποδόμενος aliquando ad significandum *vendidi*, et is, *qui vendidit*. ἀποδέδομαι autem et ἀποδεδόμενος ad significandum *venditus sum*, et *homo venditus*. Retractans nunc longo tempore post illa mea ausa Demosthenica, incipio nonnumquam vereri, ne festinatio me passim locorum præcipitem egerit.

— 24. μίχρι τούτου λασθ.] Hermogenes p. 266. 3. citat h. l. et p. 295. ubi de discrimine τῆς παρισώσεως et τῆς ἐπαναφορᾶς loquitur, αἵ τε οὖν παρισώσεις καλλωπίζουσιν, ὥσπερ ἐλέγομεν, καὶ αἱ κατὰ κῶλον ἐπαναφοραί. οἷον· μέχρι τούτου λασθένης — μέχρι τούτου τιμόλαος—. Ponam hic locum e scholiasta ad Hermogenis librum περὶ ἰδεῶν, non quo lectores ex eo scitu digna discant, sed quo intelligant hoc e specimine, quam miseris et quam difficilibus nugis bonus Hermogenes oneratus sit. quamquam hic anonymus in hunc de formis librum scholiastes sequioris et generis et ætatis est, nulloque modo cum Marcellino cæterisque vetustioribus et melioribus commentatoribus comparandus. p. 397. ergo cum multis, et ultra, quam par esset, subtiliter disputasset, ad rem obscurandam, quam ad illuminandam accommodatius, in illo Demosthenico μέχρι τούτου λασθένης obtinere ἀκμὴν, compositam ex ἀκμῆς καὶ λαμπρότητος, tandem subjicit hæc: φησὶν οὖν, ὅτι οὐ τοῦτο λέγω, ὅτι λαμπρότης καὶ ἀκμὴ συνελθοῦσαι ποιοῦσιν ἀκμήν· (ἡ γὰρ ἀκμὴ καθ' αὑτὴν οὐ συνέστηκεν.) ἀλλ' ἐκ σφοδρότητος καὶ λαμπρότητος, καὶ τραχύτητος σύγκειται. ὥστε οὐκ ἀπλῶς δεῖ λέγειν, ἐκ λαμπρότητος καὶ ἀκμῆς τὴν ἀκμὴν συνεστᾶναι, ἀλλὰ λαμπρὸν ἐν ταὐτῷ καὶ ἀκμαῖον εἶναι τὸ μέχρι τούτου λασθένης. λαμπρὸν μὲν διὰ τὴν λαμπρὰν ἔννοιαν, ἀκμαῖον δὲ διὰ τὰς τῆς σφοδρότητος καὶ τραχύτητος ἐννοίας, καὶ τῆς λαμπρότητος τὴν μακροκωλίαν. ἐξ ὧν ἡ ἀκμὴ — εἰ γὰρ ἀπλῆ οὖσα ἡ ἐπαναφορὰ κάλλος ποιεῖ τῷ λόγῳ [pulcritudinem orationi per se conciliat epanaphora, etiamsi aliud nihil ad eam accessisset; est autem epanaphora, particula μέχρι ter iterata], πολλῷ μᾶλλον διπλῆ κατὰ συζυγίαν γενομένη [quanto majorem addet pulcritudinem duplicata per syzygiam, seu conjugationem, hæc epanaphora; hoc est μέχρι toties cum ἕως copulatum]. τὸ γὰρ μέχρι καὶ μέχρι, καὶ ἕως καὶ ἕως κατὰ συζυγίαν τὴν ἐπαναφορὰν ἔχει. ejusmodi dispotationes, tenebris seculorum scholastieorum dignæ, captum meum superant. Alexander Rhetor p. 62. πεποίηκε δὲ δημοσθένης καὶ διπλῆν ἐπαναφορὰν, ἔωσί τε τῶν προηγουμένων κώλων τὸ αὐτὸ μόριον λαμβάνων, καὶ ἐπὶ τῶν ἑπομένων· μέχρι τούτου etc. τῶν μὲν γὰρ πρώτων κώλων τὸ ΜΕΧΡΙ ἄρχει μόριον, τῶν δὲ δευτέρων τὸ ΕΩΣ.

— 27. εὔδικος] Citat h. l. Harpocrat. v. εὔδικος et Σιμὸς et Περίλλος. (v. p. 242. 2.) nam sic exaratum ibi legitur.

242. 7. τούτων] prætuli τούτους. per, vel propter hos, quos per contemtum τοὺς πολλοὺς, *plebem*, appellitatis, salvi estis, per plebem Atticam, et per nos, oratores, vestris machinationibus obstantes.

— 13. ἐωλοκρασίαν] Citat h. l. Harpocrat. v. ἐωλοκρασία.

— 18. τε] prætuli γε. citat h. l. Alexander Rhetor p. 36. in cap. περὶ ἐπαναλήψεως, his verbis: πολλάκις δὲ καὶ ταὐτὰ [eadem vocabula] καὶ πολλάκις ἐπαναλαμβάνεται. ὡς Δημοσθένης· καίτοι φιλίαν τε καὶ ξενίαν — ad πόθεν λαβόντι;

— 20. ἐγώ σοι ξενίαν] Hermogenes p. 347. Θαυμασμοῦ δὲ παράδειγμα. οἷον· ἐγώ σοι ξενίαν Ἀλεξάνδρου καὶ τὰ ἑξῆς.

— 23. εἰ μὴ καὶ τοὺς Θεριστὰς] Rursus Hermogenes p. 319. 1. μέθοδός τις αὕτη ἀφελείας τὸ πλεονάζειν τοῖς κατὰ μέρος ἐπεξιόντας. ἐπεὶ καὶ τὸ, εἰ μὴ καὶ τοὺς Θεριστὰς καὶ τοὺς ἄλλο τι μισθοῦ πράττοντας, εἰ ἀφέλοι τις τὸ ἀόριστον [aliud quodcunque], ἐπιμείναι δὲ τοῖς κατὰ μέρος, ἀφελῆ ποιήσει τὸν λόγον. οἷον, εἰ οὕτω λέγοι· εἰ μὴ καὶ τοὺς Θεριστὰς, καὶ τοὺς σκαπανέας, καὶ τοὺς ἁμαλλοδέτας, καὶ τοὺς ποιμένας, καὶ τοὺς νομέας. εἰ γὰρ οὕτως ἐπιμείνει τις τοῖς κατὰ μέρος, πάνυ ἂν ἐργάσαιτο ἀφελῆ τὸν λόγον.

— 26. μισθωτὸν] in Aug. primo vocabulum hoc hic loci accentu prorsus carebat, quod videtur de consilio deliberato factum. versu 1. autem p. 243. superscriptus erat secundæ literæ, τῷ ι, ut reddidi.

— pen. εἰ δ' ἀπιστεῖς] Aristides de C. D. ἔμφασιν δέ σοι καὶ ἐρωτήσεις ποιήσουσιν. ὡς ἐν τῷ περὶ Στεφάνου· εἰ δ' ἀπιστεῖς, ἐρώτησον αὐτοὺς etc. ad ἢ ξένος εἶναι Ἀλεξάνδρου.

243. 6. δίκαιος εἶναι] Construenda sunt vocabula sic, ac si hoc modo starent: δίκαιός εἰμι τυγχάνειν καὶ τούτων τῶν δωρεῶν, τῶν προβεβουλευμένων, καὶ ἄλλων, ἔτι μειζόνων, ἢ αὖται εἰσίν.

— 10. Χαιρώνδου] Charon nomen est notum, minus notum Chæron. at fuit tamen. ergo, ut a Charone Charonides profectum est nomen, quod, syncope Dorica utentes, Charondas pronunciarunt, ita a Chærone quoque Chæronidem, et porro Chærondam effecerunt.

— 17. καινοῖς] subaudi εἰς τὴν σκηνὴν εἰσιοῦσιν.

— 23. ψευδῆ] quæ Ctesiphon de laudibus Demosthenis prædicarat. Syrianus ad Hermogen. p. 79. 29. χρὴ δὲ τοὺς μετὰ τέχνης ἐργάζεσθαι τοὺς λόγους ἐπιχειροῦντας ταῖς ἀποδείξεσι συμπλέκειν τὰς ἐπιφορὰς, ἀλλὰ μὴ ἔξω τοῦ προκειμένου δικάζειν. [πππ ἀλυσκάζειν, errare, vagari.] εἴπερ μὴ μέλλοιμεν τὸ τοῦ Αἰσχίνου παθεῖν, καθ' ἑαυτῶν, φασὶν [ut est in proverbio], ἁλάμενοι κόνιν. [fort. ἀμώμενοι, congerentes, coacervantes.] καὶ γὰρ Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος, οὐκ ἀρκεσθεὶς παράνομον δεῖξαι τὸ γραφὲν κατὰ [non adversus, sed simpliciter de] Δημοσθένους ψήφισμα [tametsi utique τὸ γραφὲν ὑπὲρ Δημ. mallem, perspicuitatis saltim gratia, et ne dubium supersit], ἀλλὰ προσθεὶς, ὡς οὐδὲ ἄξιος στεφάνου ὁ Δημοσθένης, πρόφασιν τῷ ἀντιδίκῳ τῆς τῶν οἰκείων πολιτευμάτων διεξόδου κεχορήγηκεν ἄφθονον. εἰ δὲ περὶ μόνου ἔστη τὸ κρινόμενον [id quod fuit hoc, num Ctesiphontis auctoritas juri civili repugnet], θᾶττον ἂν εἶλε Δημοσθένην Τιμάρχου.

— 25. γραφὰς] vocabulum hoc in sensu, minus quidem usitato, verum ad originem et naturam verbi γράφειν propius accedente, accipiendum est, pro scripto quocunque, cujuscunque generis, vel argumenti, non eo sensu, quo pæne solo vocabulum hoc in oratoribus Atticis usurpatum occurrit, quasi alium ullum sensum capere nequiret, scil. pro accusatione.

— ibid. Syrianus ad Hermogen. p. 302. τὸ νόμιμον πλατύνεται τῇ τε γνώμῃ τοῦ νομοθέτου, καὶ τοῖς περιστατικοῖς μορίοις, καὶ ἑτέροις νόμοις. ὥσπερ καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ Στεφάνου τὸ νόμιμον διὰ νόμων ἑτέρων ἐπλάτυνεν. ἔθηκε δὲ τὸ νόμιμον ἐξ ἀρχῆς, [in principio.] οὐ γὰρ, ὡς ἕτεροί φασιν, ἐν μέσῳ τοῦ λόγου. ἀφ' οὗ γὰρ τὴν πολιτείαν τὴν ἑαυτοῦ καὶ τὴν πρὸς τὸν δῆμον εὔνοιαν ἐξετάζει, οὐδὲν ἄλλο ποιεῖ, ἢ τὸ νόμιμον κατασκευάζει. τοῦ γὰρ Αἰσχίνου τὸ Κτησιφῶντος ψήφισμα παρὰ τρεῖς γεγράφθαι λέγοντος νόμους, πρῶτον μὲν, ὅτι ψευδῆ γέγραφε περὶ Δημοσθένους γράμματα, γράψας, ὅτι εὔνους. νόμος δ' ἐστὶν ὁ κωλύων ψευδῆ εἰσφέρειν γράμματα. δεύτερον δὲ, μὴ ἐξεῖναι στεφανοῦσθαι ἐν θεάτρῳ, ἀλλ' ἐν Πνυκί. τρίτον, τὸν ὑπεύθυνον μὴ στεφανοῦσθαι. πρῶτον ἐξετάζει Δημοσθένης περὶ τοῦ μὴ ψευδῆ γράφειν νόμον, καὶ δείκνυσι διὰ τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας, τήν τ' εὔνοιαν, καὶ ὡς οὐ ψευδῆ γέγραφε Κτησιφῶν, ἀλλ' ὅτι μάλιστα ἀληθῆ. ἀφ' οὗ γοῦν τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας ἄρχεται τόπου, καὶ τῆς εὐνοίας ἀπ' ἐκείνου τὴν ἐξέτασιν ποιεῖται· ἐπιδείκνυσι γὰρ, ὡς οὐ παράνομον τὸ ψήφισμα τοῦ Κτησιφῶντος, μὴ περιέχον ψευδῆ γράμματα περὶ Δημοσθένους, ὡς εὔνους [scil. ἐστὶ] τῇ πόλει, ἀλλ' ἀληθῆ. ζηλώσωμεν οὖν τὸν Δημοσθένην τὸ νόμιμον πλατύνοντες, καθάπερ ἐκεῖνος ἐν τῷ περὶ Στεφάνου, καὶ ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους, καὶ πρὸς Λεπτίνην.

— 26. τειχοποιὸς] Citat h. l. Pollux 1. 161. v. τειχοποιός.

— pen. ἔτι δὲ] adde e præmissis tacita cogitatione οὐκ ἐόντων τῶν νόμων.

244. 1. τραγῳδῶν τῇ καινῇ] scil. ἐπιδείξει, vel ἀγωνίᾳ, aut εἰσόδῳ εἰς τὴν σκηνὴν, aut εἰσαγωγῇ, aut διδασκαλίᾳ. In Aug. pr. est τραγῳδῶν καινῶν. ubi ἐπιδεικνυμένων, aut ἀγωνιζομένων subauditur. alii dant τραγῳδοῖς καινοῖς, quod idem est, atque cum genitivo. nam dativus quoque Græcis in usu perinde, atque Latinis, ablativus, consequentiæ, vel absolutus dictus.

— ibid. ἀλλ', ἐὰν μὲν] id est, ἀλλὰ κελεύόντων τῶν νόμων, ἐὰν μέν —.

— 3. ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ] in concione, plebe congressa. Non possunt hæc tria vocabula omitti. non enim sufficit a lege locum coronationis indicari; necesse quoque erat, ut tempus definiretur. num in foro vacuo hominibus? nequaquam, sed tum,

cum forum refertissimum est, ut res promulganda ad notitiam quam plurimorum perveniat.

— 11. τοῦ μὲν οὖν] constructio hæc cum genitivo plana vix et inoffenso pede ad metam periodi decurrit, eoque servanda videtur. qui codices autem τὸ (in nominativo) dant, hi necesse faciunt, ut suspicemur, vetustis in libris pone ἐπὶ τούτοις, adhuc exhibuisse hæc duo vocabula, quibus libri nostri carent, ὁποῖόν ἐστι. *quale sit.*

— 15. εἶναί μοι νομίζω] subaudi περὶ τούτων.

— 20. καὶ τοῦτο] malim καὶ κατὰ τοῦτο. *etiam hactenus.* idem esse mihi comminiscor, ac si dixisset: ἡγοῦμαι καὶ κατὰ τοῦτο κοινωνεῖν τοῖς πεπολιτευμένοις τὴν ἐξέτασιν, εἴτε ἄξιός εἰμι τοῦ στεφάνου, εἴτε καὶ μή. cum discussione vitæ a me in republica gestæ autumo etiam hac ex parte connexam esse inquisitionem, dignus corona sim, nec ne. Planius utique dixisset: Quæstionem, dignus, an indignus corona sim, si exhaurire et penitus definire velimus, necesse autumo esse, ut hac quoque ex parte vita mea publice acta spectetur.

— 22. ἐν τούτοις] *in concione.* οὗτοι Demostheni sæpe sunt plebeii, populares. honore in horum congressu, in Pnyce, plena concione, in me conferendo. magnum erat in oculis universæ civitatis Athen. honorari. Hoc tam parvi faceret Demosthenes, ut præteriret?

— 23. ἔτι μέντοι καὶ —] Hermogenes p. 430. ὅταν δὲ τοὺς νόμους κλέπτῃ [veras, ab adversario oppositas, judicibus et coronæ creptum it, falsas autem, commentitias subjectum], ἀπλότητα προσποιεῖται, λέγων οὕτως· ἔτι μέντοι καὶ τοὺς νόμους δεικτέον εἶναί μοι δοκεῖ. ὡς παρέργου μνημονεύων τοῦ ἰσχυροῦ τῷ ἀντιδίκῳ.

— 26. βαδιοῦμαι δ' ἐπ' αὐτὰ] Alexander Rhetor p. 20. προδιόρθωσίς ἐστιν, ὅταν μέλλωμέν τι τοιοῦτον λέγειν, ὃ δεῖταί τινος θεραπείας, ὥστε μὴ χαλεπῶς αὐτὸ προσδεξασθαι τὸν ἀκροατήν, καὶ προθεραπεύομεν αὐτὸν, ὡς ἔχει τὸ Δημοσθενικόν· βαδιοῦμαι δ' ἐπ' αὐτὰ — ad καὶ λόγους ἐμπέσω.

245. 4. τῇ γραφῇ] id est, τῇ ἐξετάσει καὶ ἐξελέγχει τῆς σῆς γραφῆς.

— 5. εἶτα καὶ πολλῶν —] interpretem hujus loci velut aget initium epistolæ tertiæ.

— 8. ἃ μὲν οὖν —] Citat h. l. Dionys. Halic. p. 172. Hermogenes p. 283. ἔτι ἐφίλκυσται νοήματα καὶ εἰ μερισμοί. οἷον· ἃ μὲν οὖν πρὸ τοῦ πολιτεύεσθαι — διεκωλύθη, ταῦτα ἐρῶ.

— 13. μέγα ὑπῆρξε] Hermogenes p. 260. τοιοῦτόν ἐστι [splendidum quidem, at fracti tamen et interrupti splendoris] καὶ τό· Πλεονέκτημα, ὦ ἄ. Ἀ. μέγα ὑπῆρξε Φιλιππος παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, οὐ τισὶν, ἀλλὰ πᾶσιν. διέκοψε γὰρ καὶ οὐκ εἴασε φανῆναι τοῦ λόγου τὸ ἄγαν λαμπρὸν, τῇ διακοπῇ καὶ ὑποστροφῇ. Aristides de D. C. p. 190. κατὰ δὲ ἀπαγγελίαν γίνεται σεμνότης, ὅταν τις ὀνοματικαῖς χρῆται ταῖς λέξεσιν ἀντὶ ῥηματικῶν. οἷον· πλεονέκτημα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μέγα ὑπῆρξε Φιλίππῳ. Scholiastes ad Hermogenis superiorem locum: παρὰ γὰρ τοῖς Ἕλλησιν, τὸ οὐ τισίν, ἐστὶ διακοπὴ, τὸ δὲ ἀλλὰ πᾶσιν ἐστὶν ὑποστροφή. σημείωσαι δὲ, ὅτι πάντα τὰ ἀξίωμα ἔχοντα πράγματα, ἱκανὰ μέντοι ἀνθρώπῳ πραχθῆναι, ἢ κατ' ἀναίρεσιν εἰσαγόμενα, ἢ κατ' ἀποστάσεις, ἢ ἀσυνδέτως, καὶ μὴ διακοπτόμενα, ἀλλὰ καθόλου διὰ μακρῶν προφερόμενα κώλων, τὴν λαμπρότητα μάλιστα ἀπεργάζεται.

246. 1. πότερον ἐχρῆν —] Hermogenes p. 256. διὸ καὶ τὰ τοιαῦτα σχήματα ἐπὶ τῶν οὐκ ἐπιδεχομένων ἀντιῤῥησιν παραλαμβάνεται. οἷον· ἀλλὰ τί ἐχρῆν, Αἰσχίνη, τὴν πόλιν ποιεῖν, ἀρχὴν καὶ τυραννίδα τῶν Ἑλλήνων ὁρῶσαν ἑαυτῷ κατασκευαζόμενον Φίλιππον. πότερον ἐχρῆν αὐτὸν, Αἰσχίνη, τὸ φρόνημα ἀφεῖσαν — Δολόπων τάξει. καὶ τὰ ἑξῆς. Constat, Hermogenem, e memoria recitantem, duos diversos locos consarcinasse. hunc puta, cum eo, qui hujus paginæ in fine legitur. Item p. 267. κατὰ δ' αὖ σφοδρότητα αἱ ἀποστροφαὶ δηλονότι καὶ οἱ ἔλεγχοι ποιοῖεν ἂν τὴν ἀκμήν. οἷον· πότερον ἐχρῆν αὐτὴν, Αἰσχίνη, τὸ φρόνημα ἀφεῖσαν etc.

— 21. κατὰ τῶν οὐκ ἐναντιωθέντων] addidi particulam initiantem. quamquam non miror, eam a vulgata multisque codicum abesse. Nam e vulgata quoque sententia exsistit, tametsi minus bona, tolerabilis tamen, præsertim si ὅμως omittatur, quod codices nonnulli omittunt, aut si sic distinguatur, ut est in Bavarico distinctum: λυπήσας ὅμως· ἦν ἄν. unde suspicor, quibusdam in libris ὅμως fuisse exaratum, quod sine οὐκ esse nequit, in aliis ὅλως, quo admisso, facile οὐκ abesse potest. Qui codices ὅλως, *prorsus, omnino*, darent, hi videntur sic interpunxisse: λυπήσας ὅλως, ἦν ἄν. unde hæc exit sententia: Si Philippus, semel victor factus, Græcorum prorsus neminem posthac læsisset, justa fuisset eos reprehendendi causa, qui ei adversati essent, eumque armis infestis insectati, virum tam bonum, tam juris æqui pacisque amantem, cujus facinora superiora omnia soli gloriæ atque principatus studio deberentur. Sed facile paret, hanc sententiam, a qua οὐκ abest, multum cedere alteri, quæ οὐκ habet; et hanc posteriorem ita cum oratoris mente convenire, ut illa prior abhorret. Quanto planior hæc est sententia: Etiamsi Philippus postmodum paci justitiæque servisset, tamen culpa ideo non vacarent, qui ambitioni et cupiditati ejus haud obstitissent.

247. 1. ἔδει] Sopater ad Hermogen. p.

310. τέταρτον [scil. ἐγχείρημα, argumentum ad fortitudinem bellicam adhortandi] ἀφ' ὧν οἱ πολέμιοι ὑπέμειναν, καὶ ἃ θαυμάζουσι, καὶ δι' ἃ πολλοὺς πόνους ὑφίστανται, ὑπὲρ τούτων καὶ ἡμᾶς ἀγωνίζεσθαι συμφέρει. ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ Στεφάνου· τί ἔδει με τῇ πόλει συμβουλεύειν κινδύνων περιστάντων; καὶ τοῦτο κατασκευάζων, ἐκ τοῦ Φιλίππου τὰς ἀφορμὰς ἔλαβεν, εἰπών· ἐώρων δὲ τὸν Φίλιππον [v. versu 9].

— 3. ἀφ' ἧς] a qua die cœpi in hunc suggestum adscendere. ἐφ' ἧς, quod Taylor præfert, hanc subjiceret notionem: qua die in suggestum adscendi, ad quem nunquam deinceps redii.

— 11. κλεῖν] locus celeberrimus et citationibus contritus. κλεῖν h. l. usurpasse Demosthenem, non κλεῖδα, admonet Herodianus post Phrynichum Pauwii p. 204. et post Mœrin Piersoni p. 467. Plutarch. Moral. p. 739. 12.

— 14. τῷ λοιπῷ] id est, ἐν τῷ λοιπῷ, aut μετὰ τοῦ λοιποῦ σώματος. in corpore, quod reliquum sibi esset ab illorum membrorum jactura.

— 20. τοῦτο] redit ad τὸ ἄρχειν Ἑλλήνων.

— 97. δικαίως] opponit hoc v. ἀδικῶν.

— pen. τοῦτ' ἐποιεῖτε] malim καὶ τοῦτ' ἐποιεῖτε. et hoc faciebatis vos quidem.

248. 3. τὰ ἄλλα ἀφεὶς] bis citat h. l. Alexander Rhetor, semel p. 44. in capite περὶ παραλείψεως, de ficta vel simulata omissione, tum p. 72. in cap. de asyndeto.

— 5. Πεπαρήθου] Citat h. l. Harpocr. v. Πεπάρηθος.

— 7. εἰς ἔχθραν] Philippi puta, quod nomen ægre videtur posse omitti.

— 8. τουτουσὶ] hos, cives Athenienses, plebem.

— 12. ἀλλ' ὁ τὴν Εὔβοιαν] Hermogenes p. 184. ταῦτα μὲν οὖν κῶλα ἐστίν· ἀλλ' ὁ τὴν Εὔβοιαν ἐκείνος σφετεριζόμενος, καὶ κατασκευάζων ἐπιτείχισμα ἐπὶ τὴν Ἀττικήν. εἶτα ἐπιφέρει κόμματα. καὶ καταλαμβάνων Ὠρεὸν, καὶ κατασκάπτων Πορθμόν. εἶτα διαδέχεται κῶλον πάλιν· καὶ καθιστὰς ἐν μὲν Ὠρεῷ Φιλιστίδην τύραννον. εἶτα κόμμα πάλιν· ἐν δ' Ἐρετρίᾳ Κλείταρχον. ἡ κῶλον ἐπῳδῷ ἴσον· καὶ καθόλου τὸ πνεῦμα τούτοις συνέχεται. Idem p. 266. ἀποῤῥήσειε δ' ἄν τις ἐκ τούτων εἰκότως, ποιῖόν ἐστι — τό· ἀλλ' ὁ τὴν Εὔβοιαν ἐκεῖνος σφετεριζόμενος — καὶ ὅσα τοιαῦτα, πότερον ἀκμαιστικὰ, ἢ λαμπρᾷ ἐστιν, ἢ τὸ συναμφότερον. ὃ καὶ μᾶλλον. Denique p. 309. περιβολὴ δὲ μᾶλλον γενήσεται, ἢ γοργότης. οἷον· ἀλλ' ὁ τὴν Εὔβοιαν — Alexander Rhetor p. 28. συναθροισμὸς ἐστι συναγωγὴ τῶν πεπραγμένων, ἢ πραχθήναι δυναμένων, εἰς ἓν κεφάλαιον. ὡς φησι Δημοσθένης· ἀλλ' ὁ τὴν Εὔβοιαν — ad ἔλυε τὴν εἰρήνην, ἢ οὔ; Scholiastes Hermogenis p. 404. ἐνταῦθα γένος μὲν ἡ ἀδικία, εἶδη δὲ ταύτης, ἡ παρασπόνδησις· καὶ λύσις τῆς εἰρήνης. καὶ ὅλον μὲν ἡ Εὔβοια, μέρη δὲ ὁ Ὠρεὸς, ὁ Πορθμός. καὶ ἀόριστον μὲν αἱ Ἑλληνίδες πόλεις, ὡρισμένον δὲ Βυζάντιον, Ὠρεὸς, Ἐρετρία. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα περιβλητικὰ ἑαυτῷ, οἱ δύο μερισμοὶ, καὶ ἡ διὰ μακρῶν ἀπόδοσις.

— 13. ἐπιτείχισμα] Citat h. l. Harpocr. v. Ἐπιτείχισμα.

— 24. ζώντων Ἀθηναίων καὶ ὄντων] tametsi non solum in vivis adhuc supersint Athenienses, sed etiam adhuc ii sint, qui sunt. potest quis adhuc vivere, qui tamen tibi succurrere, aut suas ipsius injurias ulcisci nequeat, seu quod procul abest, seu quod nexus vinculis, aliisve necessitatibus constrictus et impeditus est.

— 25. περιείργασμαι —] Aristides de D. C. p. 196. βαρύτης γίνεται οὕτως, ὅταν ἡ κατηγορεῖν τις προάγηται αὐτὸς ἑαυτοῦ, ἢ τῶν οἰκείων τινὸς, ἢ φίλων (βαρὺ γὰρ τὸ τοιοῦτον ἂν εἴη, ἐξὸν ἐπαινεῖν). ἢ ὅλως τούτων, ὑπὲρ ὧν λέγει, ἢ περὶ οὓς λέγει. ὡς Δημοσθένης· περιείργασμαι μὲν ἐγὼ —.

249. 4. ταῦτα] scil. τὰ ἡμέτερα κτήματα, καὶ δίκαια, καὶ καυχήματα. hæc nostra bona, copias, possessiones, jura, decora. Ut Demosthenes v. ταῦτα cunctas opes, totam remp., universum imperium Atheniensium, ita Tullius quoque vocabulo *hæc* rem omnem Romanam complectitur.

— 12. συγκλήτου] Citat h. l. Harpocr. v. σύγκλητος ἐκκλησία.

— 13. Κύπριος] sine controversia rectum, et immerita censura conjecturisque supervacaneis vexatur. Apud Isæum Xenocles Cyprius, p. 38. 7. et p. 54. 29. Cleonymus Cretensis commemorantur, qui procul dubio cives Athenienses, Athenis nati et educati, et cives erant, quo quis optimo jure, sed ideo sic vulgo dicti, quod alter in Cypro, alter in Creta, plurimum ætatis egissent.

— 17. εἰς Ἑλλήσποντον] non cum ἀποσταλέντα copulanda sunt, sed cum τὴν τοῦ σίτου παραπομπήν. naves bellicas, cum Leodamante missas, quo naves onerarias, frumenta vehentes, tuto e Ponto per Hellespontum in mare Ægeum deducerent. Classi Atheniensium frumentariæ, quæ quotannis in Pontum mitti solebat, periculi summa erat in trajectu per Propontidem et Hellespontum, h. e. præter Thraciam et Macedoniam. Non in Hellesponto erant emporia frumentaria, sed in Ponto et ad paludem Mœotidem.

— 20. ὅπως ἡ βουλὴ συναχθῶσι] si nullus alius hic subesset scrupulus, momentum non dubitassem συναχθῇ sufficere, non quo nesciam, cum singularibus substantivorum, multitudinem significantibus, et licere, et solere plurales verborum componi; verum deest aliquid. leg. nempe sic videtur: ὅπως ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος συναχθῶσι. prytanes in curiam cogebant senatores, strategi autem plebem in Pnycen, aut in theatrum, in concionem. Cur alias strategi hic

loci commemorarentur. et a quo legendi erant legati? a senatu, an a plebe? a plebe utique. ergo plebs quoque concienda erat. v. p. 250. 10. πρυτάνεις καὶ στρατηγοὶ ἐχρημάτισαν [acta in concione, quibus ipsi interfuissent, ad senatum, qui in curia remansisset, retulerunt] τὰ ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀνενεγκόντες, ὅτι ἔδοξε τῷ δήμῳ [populo, non senatui] πρέσβεις ἐλέσθαι πρὸς Φίλιππον. visum fuisse populo, ut legati ad Philippum mittendi deligerentur [a senatu puta, auctoritate ipsi a populo delegata].

— 24. ὅτι] id est, ἐροῦσιν, ὅτι — certiores faciant Philippum, populum Ath. nil esse incusaturum, si errore hæc sint admissa. v. Krebsii V. C. Decreta Flaviana Romanorum pro Judæis.

— 26. εἴ δέ τι πλημμελοῦντα] idem est atque si plene sic dixisset: εἰ δὲ Ἀμύντας ταῦτα πεποίηκε τὸν Λεωδάμαντα λαβὼν πλημμελοῦντά τι etc. ἐροῦσι τῷ Φιλίππῳ, ὅτι ἐπισκεψ. —.

250. 1. καὶ τοῦτο γράψαι λέγειν] plana hæc et sana sunt, modo teneatur, apta esse ex ἔδοξε τῷ δήμῳ, visum fuit plebi, λέγειν, ut aut ipsa, aut ex ipsius delegatione senatus, legatis profecturis inter alia mandata etiam hoc mandaret, καὶ τοῦτο γράψαι, ut legati, quemadmodum aliis de rebus, ita inprimis de hac quoque S. P. Q. A. per literas e Macedonia certiorem facerent.

— 5. Ἀριστοφῶν — εἶτ' Ἀριστοφῶν πάλιν] scil. alter erat Azaniensis, alter Colyttensis. v. ad vs. 18.

— 7. ψήφισμα] multa cum sint, quæ vocabuli ψήφισμα h. l. tueantur auctoritatem, non immorabor iis proferendis, neque enim hoc nunc ago, ut Taylori lapsus notem (erunt post me non pauci, qui invidiam hujus operæ haud reformident, et cum cernant eos, tum reprehendant), aut, ubi fecero, velut pudibundus, tribus verbis, obiter, viri nomen celans, faciam: hoc unum attingam, βούλευμα nunquam eo sensu in curia Attica fuisse usurpatum, quem sensum Taylor ipsi affingit, scil. ut sit decretum senatus, factum secundum rogatam concionem plebis ejusque collecta suffragia, ad exsequendum id, quod populus voluisset atque jussisset.

— 10. βουλῆς γνώμῃ] id est, σὺν τῇ γνώμῃ τῆς βουλῆς. cum venia et pace senatus, assentiente et volente senatu.

— 12. ἔδοξε τῷ δήμῳ πρέσβεις ἐλέσθαι] id est, ἔδοξε τῷ δήμῳ, ἐπιτρέπειν τῇ βουλῇ τὸ πρέσβεις ἐλέσθαι, καὶ τὸ δοῦναι αὐτοῖς ἐντολάς.

— 14. τὰ ἐκ τῆς ἐκκλ. ψηφίσματα] scil. ἀνενηνεγμένα. sed quorsum addi legatis illa volunt plebiscita, si in illis neque ipsi legati nuncupati erant, neque mandata ad Philippum referenda continebantur. quapropter etiam vices literarum credentium gerere non poterant. Hunc nodum non resolvo.

— 17. πρυτανεία] id est, ἐπράχθη ταῦτα ἐν τῇ πρυτανείᾳ.

— 18. Ἀριστοφῶν Κολυττεὺς πρόεδρος εἶπεν] non videntur hæc bene inter se convenire. In tribu Hippothoontide, non Colyttus est, sed Azania. Error ergo est in Κολυττεὺς, quod cum Ἀζανιεὺς est mutandum nam profecto prohedro tribus alicujus non licebat e demo esse, ab illa tribu prorsus alieno.

— ibid. εἶπεν] post εἶπεν addit Aug. 1. ψήφισμα pro titulo. recte vero, ni fallor. designatur illud ψήφισμα, quo populus senatui de se potestatem delegabat, seu facultatem dabat, legatos ad Philippum mittendos deligendi mandatisque necessariis instruendi.

251. 4. φαίνεσθε —] malim: φαίνεσθε μεγάλην εἰνθεία συνέχεσθαι, aut ἐνέχεσθαι.

— 5. εἶτ' οἴεσθε] correxi εἰ οἴεσθε. quanquam maluissem mihi licere edere εἴ γ' οἴεσθε. Particulam μὲν in fine versus addidi. respondet huic μὲν insequens δὲ versu 8.

— 8. βοηθήσοντα δὲ] post βοηθήσοντα δὲ ægro fero ἔρχῳ abesse, conveniens præmisso πρόφασιν μέν.

— 16. συντετάχθαι] prætuli συντετελέσθαι e Bavarico. poteram quoque συντελεῖσθαι e Felicianea præferre. E vulgata lectione συντετάχθαι colligo, in vetustorum librorum quibusdam exaratum fuisse συντετεῦχθαι, a verbo συντεύχειν, condere, construere, commachinari. Similitudo, quæ in Mstis Græcis inter α et ευ est, creberrimos errores hujusmodi peperit.

— ibid. ἢ τοῖς] id est, ἢ τὸ τοῖς Σηλ. βοηθῆσαι, subaudi ἑαυτοὺς, aut ὑμᾶς.

— 17. καὶ ὑπολαμβάνουσιν] cohærens et pari secum filo decurrens oratio postulabat ὑπολαμβανόντων. quare suspicor, γὰρ deesse. καὶ γὰρ ὑπολ. etenim autumant.

— 20. πρὸς ἡμᾶς] correxi πρὸς ὑμᾶς. ad me, Philippum, meosque amicos, et portus etc. erant enim ab Amynta in Macedoniam deducta.

252. 19. ταῦθ' ὑπάρχειν] malim ταῦτά θ' ὑπάρχειν.

— 22. ἐξετάζειν πανταχοῦ, οὐδεὶς ἀγνοεῖ] malim sic exarari atque interpungi: ἐξετάζειν, τῶν πανταχοῦ οὐδεὶς ἀγνοεῖ. hominum, quotquot usquam terrarum sunt, nemo ignorat.

— 24. παρὰ σοὶ κατέλυον] Hermogenes p. 256. σχῆμα σφοδρὸν τὸ κατὰ ἀποστροφήν. οἷον· παρὰ σοὶ κατέλυον, Αἰσχίνη, καὶ σὺ προὐξένεις αὐτῶν. item p. 306. ubi quærit, sitne ἀποστροφὴ methodus, an schema. quodcunque est, ait, τῶν ποιούντων ἐστὶ καὶ αὐτὴ γοργὸν τὸν λόγον, καὶ μάλιστα, εἰ συνεχῶς γένοιτο. ἡ γὰρ μετάβασις, ἡ νῦν μὲν ἐπὶ τοὺς δικαστὰς, νῦν δ' ἐπὶ τὸν ἀντίδικον, ἢ ὀντιν-

οὖν, κινεῖ πως καὶ γοργὸν ποιεῖ τὸν λόγον. Ob vocabulum προξενεῖν oitat h. l. Thomas M.

— pen. οὐ τοίνυν —] idem est, ac si dixisset: οὐ τοίνυν τούτων [τῶν τοῖς τυράννοις πεπραγματευμένων] ἐπράχθη οὐδέν, eorum omnium nihil confiebat, οὐ διὰ σέ, non quo tu obstitisses, ἀλλὰ δι' ἐμέ, sed quod ego obstiti, περὶ οὗ σὺ βλασφημῶν λέγεις, ὅτι —.

253. 1. ἀλλ' οὐ σύ γε] scil. σιωπᾶς λαβών, βοᾶς δ' ἀναλώσας. quomodo tu me ais facere.

— 3. τήμερον] περὶ τὸ βῆμα [quod negat Taylorus se intelligere], quod codex unus, neque is optimæ notæ, ad τήμερον addit, dubium est, oratoris, an scholiastæ sit. Cujuscunque est, voluit is, qui scripsit, ita dare: τήμερον, περιϋλακτοῦντα τὸ βῆμα. quæ sint verba Demosthene utique non indigna futura. nisi hi judices te, infamia notatum, hodie cogant [id est, cogant a jam nunc imposterum], omittere quæstum, quem adhuc factitasti, scil. suggestum oratorium circumlatrandi.

— 4. ἐπὶ τούτοις] quod ego Clitarchi et Philistidæ fraudes elusissem, irritas fecissem. v. versu 19.

— 7. τούτου] procul dubio ad præconium hoc, de quo nunc certatur, Ctesiphonteum referendum. Quia jam antea semel, auctore Aristonico facto, populus coronam auream mihi decretam in theatro per præconem promulgandam curavit, ex eo fit, ut hæc Ctesiphontea auctoritas mihi præconium alterum, cum altera corona, pepererit.

254. 2. αἰσχύνην] Marcellinus ad Hermog. p. 316. κράτιστον μὲν οὖν καὶ τὸ, δόξαν τινὰ χρηστὴν ἀποδεικνῦναι περιποιεῖν τόδε τὸ πρᾶγμα πραχθέν. εἰ δὲ μὴ τοῦτο δυνάμεθα, ἐπ' ἐκεῖνο τρεπτέον, ὅτι ἀλλ' οὐδ' αἰσχύνην περιποιήσει τῇ πόλει. ῥᾳμυτάτη γὰρ ἡ τοιαύτη μέθοδος, ᾗ καὶ Δημοσθένης ἐχρήσατο. ἀναγνοὺς γὰρ ἐν τῷ περὶ Στεφάνου τὸ γραφὲν αὐτῷ κατὰ τοὺς ἔμπροσθεν χρόνους περὶ τοῦ Στεφάνου ψήφισμα, ἐπειδὴ φανερᾶς οὐκ εἶχεν ἀποδεῖξαι, ὅτι καὶ δόξαν τινὰ τῇ πόλει περιεποίηκεν, ἐπὶ τὸ ἕτερον μετῆλθεν. τίς οὖν ὑμῶν οἶδεν γέλωτα ἢ χλευασμὸν διὰ τοῦτο συμβάντα τῇ πόλει.

— 9,10. χρόνων] licet vocabulum χρόνος, hic bis iteratum, si volumus, gemino modo accipere, ut nempe versu 9. mensuram spatiorum designet, quæ humana ætas, per dies, menses, annos procedens emetitur. versu 10. autem fortunarum vicissitudines, secundarum adversarumque.

— 20. ὁρᾶν δέ] sententia postulat ὁρᾶν γάρ. nam interceptio erat alter modus urbem Athen. velut apposito quodam ad latus castello compescendi et in officio continendi.

255. 3. ἀπαλλοτριωθῆναι] scil. τῆς ὑμετέρας τε καὶ τῆς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων πολιτείας καὶ κοινωνίας. prætuli hanc lectionem vulgari ἀλλοτριωθῆναι.

— 18. ἐκ τούτων] secundum, post, vel ob hæc ingentia vestra de ipsis merita.

— 19. ΨΗΦΙΣΜΑ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ] decretum hoc Byzantiorum a tot viris doctis, tanta cum diligentia tractatum est, ut spicilegium exiguum mihi relinquerent; Valesius, Van Dalen, vir doctus Britannus, qui sub siglis T. R. latere voluit in Miscellaneis Amstelodam. Vol. II. a p. 354. ad 357. Dorvillius, et Taylorus. nam Dorvillii nomen, non Burmanni, litera B. indicatur in illis Miscellaneis. Burmannus senior additamenta sua litera A. distinxit. Præterea succurrebant quoque codices Msti Demosth. ut satis facile esset, maculas, quæ in Lutetiana sunt multæ fœdæque, eluere.

— 20. ἐντεαλίᾳ] correxi ἐν τᾷ ἀλίᾳ in concione. ἀλία est congregatio multitudinis, multitudo congregata, et locus atque tempus congregationis. Multa sunt, quæ ab ἀλὴς confertus, densus, derivantur. ἄλις, ἀλίζειν, et alia talia. Error scribarum sic natus est. In illis vetustioribus libris, qui literis exarati erant uncialibus dictis, omnia verba inter se continue scripta erant, ut peritia et usu multo ei opus esset, qui legere vellet. deinde literam iota, quum additur ad indicandum dativum, quam nos hodie in libris nostris non adscribimus, sed subscribimus puncto assimulatam, ad latus illi adscribebant; qui mos usque ad secula recentiora perduravit. In codice Demosthenis Augustano primo, illo bono, semper ι erat adscriptum, ut τῶι ἀνθρώπωι. pro quo nos hodie scribimus τῷ ἀνθρώπῳ. Dativum ergo Doricum expressuri scribebant τᾶι pro τᾷ. Tria ergo illa vocabula ἐν τᾷ ἀλίᾳ *in concione* scribebant sic ΕΝΤΑΙΑΛΙΑΙ. jam qui nescirent, quid hoc vocabuli esset, opinabantur, ΤΑΙ etiam posse scribi ΤΕ. quia αι et ε penes librarios Græcos prorsus promiscue habentur. Scribebant ergo ἐντεαλία. Sic nata est lectio vulgata. Quæ Doribus ἀλία erat, ea erat Atheniensibus ἡ ἡλιαία, non a sale, sed ab ἀλεῖσθαι, ἀλίζεσθαι, *coeundo*, sic dicta. ἐν τᾷ ἀλίᾳ correxit etiam h. l. Scipio Maffeus in Musæo Veronensi p. CCCXXXI. Citat h. l. Harpocration v. Ἱερομνήμονες.

— 21. ἐκ τᾶς βωλᾶς λαβὼν ῥήτραν] posteaquam a senatu veniam hac de re cum populo agendi accepisset. ῥήτραν h. l. est τὴν ἐξουσίαν τοῦ εἰπεῖν. non male interpretatur scholiastes Meermannianus hoc vocabulum per γνώμην ἐνδόσιμον, *sententiam concessivam.*

— 23. καὶ τοῖς συμμάχοις] subaudi αὐτῶν.

256. 5. δεδόχθω] prætuli δεδόχθαι. qui infinitivus aptus erit ex ἔλεξεν initio decreti. Damaget. in concione auctor fa-

etus est, δεδόχθαι, ut juvaret populum Byz. decernere.

— 7. ἐκ τᾶς γᾶς καὶ οἰκείαν] correxi ἔγκτασιν γᾶς καὶ οἰκίᾶν. jus emendi et possidendi villas et agros domosque in urbe ipsorum, Byzantio puta.

— ibid. περὶ τοῖς παρὰ τὰ ἱερὰ] correxi ad mentem Valesii, item T. R. Brittanni, πράτοις [quod Dorice idem est atque πρώτοις] μετὰ τὰ ἱερά. post facta sacra, vel auspicia, in senatu, aut in concione, primis liceto ante omnes alios populos Atheniensibus ad senatum accedere, aut cum populo agere.

— 10. πᾶσαν πρὸς τὰν λειτουργίαν] facile erat difficultatem loci mollire πρὸς omittendo, quod sunt codices, qui omittant: sed videbatur aliquid abstrusius et exquisitius in illo πρὸς τὰν latere, quod meditationem intendens tandem visus sum mihi invenisse. Non invidiosum solummodo ipsis Atheniensibus, neque incivile factum senatus Byzantini erga cives suos, sed etiam plane noxium, et illicitum, omnique pacto negatum, Athenienses, ut Byzantium habitatum commigrent, hac conditione proposita illicere, ut liberi sint ab omni contributione, quo ab onere reliquorum Byzantinorum nullus esset exemtus. Necesse ergo est, novos Byzantii cives, Athenis oriundos, non ab omni genere contributionum civilium, sed ab uno certo quodam solummodo relevatos fuisse; nempe a liturgiis, seu functionibus, vel præstationibus imperatis, h. e. non ordinariis, encycliis, ritu vetusto et patrio dudum sancitis, quæ nulli non dudum essent notæ, sed extraordinariis, quarum si necessitates inciderent, per quæstorem accensumve cuique de eo significandum identidem esset. Erant ergo λειτουργίαι geminæ: aliæ τακταὶ, ratæ statæ, quarum veniam leges civium nulli, quocunque pacto, facerent; aliæ προστακταὶ, aut πρόστακτοι, quæ extra ordinem pro re nata indicerentur.

— 12. Βοσπορίχᾳ] in obscuritate rei et dissensu codicum reliqui nomen hoc, quale inveneram.

— 14. δωρεὰς] conspicitur quidem hodie δωρεὰ; in Bavarico, sed erasa vetusta primigenia lectione, cujus cum nihil præter tres primas literas supersit, non constat, quis olim fuerit exitus vocabuli. inepta illa et flagitiosa manus, quæ allinendis calamo perquam pingui et atramento diluto, et ductibus inscitis et inamœnis, Moschopuli absurdis scholiis codicem hunc pulcherrimum inquinavit, ultimas tres literas εἰς adscripsit. Ego de meo judicio θεωρίας suffeci. præterea quoque, ut nomine S. P. Q. Byzantinorum legati sacri, θεωροὶ dicti, mittantur ad ludos sacros, qui —.

— 16. τῷ στεφάνῳ, ᾧ συστεφάνωται] correxi de meo sensu τὼς στεφάνως, ὥς ἐστεφάνωται, id est, τοὺς στεφάνους, οὓς ἐστεφ. nam isti sunt accusativi Dorici. coronas, quibus populus Atheniensis coronatus est.

— 23. Ἀλωπεκόννησον] Citat h. l. Harpocr. v. ἀλωπεκόννησος.

— 26. ὅτι πάντων μέγιστον ἀγαθῶν πράττειν γέγονε] correxi de meo sensu, ὅτι πάντων μεγίστου ἀγαθῶν παραίτιος γέγονε. [quamquam adhuc rectius foret ὅτι τοῦ πάντων cum articulo.] quod Cherrhonesitis bonum, bonorum omnium summum, conscivisset, vel peperisset, libertatem puta. E lectione quorundam codicum, πράττειν αἴτιος γέγονεν, effeci παραίτιος γέγονεν. Hæc est formula titularis, seu in ejusmodi titulis et decretis usitata. Ne longe eamus, inspice modo inscriptionem Agrigentinam, e Gruteri Corpore a Taylori Apparatus critici volumine secundo p. 76. iteratam. ubi hæc leguntur: Δημήτριον πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας παρεσχῆσθαι τῷ ἁμῷ [id est, ἡμετέρῳ] δάμῳ καὶ μεγάλαν ἀγαθῶν παραίτιος γεγόνειν [id est, γεγονέναι]. item p. 77. aliam e Gruteri p. CCCC. repetitam: ὑπάρχων τοῖς τε δημοσίοις ἡμῶν πράγμασι καὶ ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν πολιτῶν παραίτιος ἀγαθοῦ πολλάκι γεγένηται. et infinitum numerum similium locorum aliunde comportet, si quem ea opera delectet.

— pen. ἐκ τῆς Φιλίππου] scil. χειρὸς, quod vocabulum solet omitti. δουλείας et τυραννίδος etiam convenirent. verum hæc ad subaudiendum non solent omitti.

257. 2. ἐλλείψει εὐχαριστῶν καὶ ποιῶν, ὅ τι ἂν δύνηται ἀγαθὸν] cum de δήμῳ τῶν Χερρονησιτῶν nulla mentio præcesserit, necesse foret, hos singulares numeros omnes pluralibus mutare, id quod Lambinus quoque jam ausus est, si hæc verba de Cherrhonesitis essent accipienda. Quod nego. Redeunt ad δῆμον τῶν Ἀθηναίων. idemque est, ac si sic dixisset: et certa quoque fiducia freti sunt incolæ Cherrhonesi, fore, ut populus imposterum quoque mentem hanc erga se servet, memor honoris sibi oblati, neque finem unquam faciat, quoad possit, de Cherrhonesitis bene merendi. Recte igitur habent h. l. numeri singulares.

— 15. τοὺς ἀδικουμένους] malim τοὺς ἀδικοῦντας ἀδικουμένους. vos non prodidisse hosti vestro, a quo læderemini, quamvis a vobis injurias accepissent.

— pen. χρήσασθαι] malim abesse.

258. 4. ὑμεῖς τοίνυν —] Citat h. l. Hermogenes p. 173. 174. et pæne toto illo capite super eo disputat, cur ἁπλώσει malnerit orator, quam στρογγυλώσει uti, et de arte, qua hanc simplificationem occultaverit, et de ordine narrationis, et de immistione enthymematum, quæ ibi legat, si quem ista juvabunt.

— 17. ἀλλ' ὑπὲρ εὐδοξίας —] locum hunc citat Stobæus p. 90. 5.

— 19. πέρας μὲν γὰρ —] celeber locus communis, usurpatus Hermogeni p. 240. pen. et Aristidi de D. C. p. 168. cujus hæc sunt verba: καὶ τὰ τοιαῦτα σεμνότητος μετέχει, ὅταν περὶ βίου καὶ θανάτου διεξέρχῃ. οἷον· πέρας μὲν γὰρ —.

— 23. προβαλλομένους] rursus citat h. l. Harpocrat. v. προβαλλομένους, et Hermog. p. 243. cujus hæc sunt verba: αἱ μὲν γὰρ μετρίως ἔχουσαι [τροπικαὶ λέξεις καὶ διωγκωμέναι] ποιοῦσι τὸν λόγον σεμνόν. οἷον· τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένους ἐλπίδα, ἀντὶ τοῦ τὰ ἀγαθὰ ἐλπίζοντας.

— 25. Λακεδαιμονίους] cohæret cum ἀνελεῖν versu penultimo. et constructio hæc est: οἳ διεκωλύσατε Θηβαίους, ἐπιχειροῦντας ἀνελεῖν τοὺς Λακεδαιμονίους. intercessistis Thebanis, funditus exterminare Lacedæmonios conantibus.

— pen. Λεύκτροις] Citat h. l. Harpocrat. v. Λεῦκτρα.

259. 2. πεποιηκότων] subaudi ὑμᾶς. quatuqnam utique plauius erat hoc addi. quibus pro hominibus, quam infesta et quam nefanda in vosmet ausis, caput sitis objecturi periculis.

— 10. Θεμίσωνος] locum h. citat Harpocrat v. Θεμίσων.

— 18. ἐν οἷς ἐπιστεύθητε] quo tempore, aut quamdiu in potestate vestra erant oppida corporaque Euboœensium, fidei tutelæque vestræ credita.

— 20. ναυμαχίας, ἐξόδους, πεζὰς στρατείας] tria ergo sunt, sed scire velim, quam diversa. qui differunt αἱ ἔξοδοι, *egressus*, a prœliis navalibus, et a terrestribus expeditionibus? procul dubio male in vulgatis interpunctum est. distinxi sic: *ναυμαχίας*, bella maritima, ἐξόδους πεζὰς, expeditiones terrestres, denique, ut omnia uno verbo complectar, στρατείας, militias, sive illas antiquas, sive has recentissimas.

— 26. συμβολῆς] correxi συμξουλῆς. ipsius reipublicæ nostræ salus in deliberationem cum veniret.

260. 1. καὶ τίς οὐκ ἂν ἀπέκτεινε —] Citat h. l. Plutarchus in Moral. p. 542. 3.

— 9. ὁρῶν γὰρ, ὦ ἄ. Ἀ.—] Citat h. l. et artificium ejus rhetoricum more suo demonstrat Hermogenes p. 276. 277. Marcellinus ad Hermog. p. 343. ἔστι δὲ καὶ ἕτερος τρόπος [τῆς συγκρίσεως, res inter se comparandi] ἀπὸ τῶν κυρωσάντων [scil. τὸν νόμον] ὡς ὁ Δημοσθένης· ὡς οἱ πρόγονοι ἔθεντο — καὶ ἀπὸ τῆς αἰτίας, δι' ἣν ἐτέθη. ὡς παρὰ τῷ Δημοσθένει ἐπορίσμεν· [p. 644. 24.] λογιζόμενοί τε, ὅτι μητέρα Ὀρέστης ἀπεκτονὼς, θεῶν δικαστῶν τυχὼν, ἀποφυγγάνει. καὶ πάλιν· [p. 260. 9.] ὁρῶν γὰρ ἐγὼ τὸ ναυτικὸν ὑμῶν καταλυόμενον. Horum inter se nexum ego equidem non intelligo.

— 17. ναυτικὰς] addidi. constabat quidem satis per se, quod genus apparatuum hic designaretur. non ideo tamen contemnendum visum fuit additamentum codicis Bavarici.

— 18. εἰς] addidi. reus factus, in hoc quidem certamine, vel pro hoc cert., παρανόμων, seu latæ legis vetustis legibus repugnantis. Quo enim sciretur, cujus generis esset objectum crimen, super quo judicandum esset, adscribi ad formulam accusationis necesse erat, quo titulo reus citaretur, num φόνου, an ἀσεβείας, an παρανόμων etc. Actor in hac causa fuit Patrocles. v. p. 261. 18.

261. 1. τοῦ ἐμοῦ νόμου] subandi τοῦ λέγοντος, vel τοῦ κελεύοντος. secundum meam vero legem, quæ lex præcipit, unumquemque pro modo facultatum contribuere.

— 2. καὶ δυοῖν] scil. τριήρεων. vel duarum. ad duas haud raro triremes. *ie wohl gar zween Schiffe zu beschicken, nicht nur ein ganzes [yes even to send two ships at a time, not only one].*

— 4. τριηράρχους ἐπωνόμαζον] prætuli τρ. ἔτ' ἀνόμαζον. non jam se trierarchos, ut olim fecerant, appellitabant, sed contributores. citat h. l. Harpocrat. v. συντελεῖς.

— 6. οὐκ ἐδίδοσαν] Markland ἂν intergerit, quod ferri possit, si certum sit, significare *non dedissent*. sed διδόναι saepenumero nihilo plus significat, quam *offerre*. nihil ergo causæ est, cur ἂν hic intrudatur. qua in particula Marklandus cornicum oculos configere voluisse videtur. *quantas æris summas non obtulerunt.* Si sic accipias, ἂν locum non habebit.

— 16. καθ' ὃ] correxi καθ' ὅν, et in τριηραρχῶν mutavi accentum. potest utique illud probari, ut a nominativo singulari τριηράρχης, primæ declinationis, ductum; verumtamen quia τριήραρχος, e secunda declinatione, Demostheni multo est usitatius, ideo conformavi accentuationem genitivi pluralis huic modulo secundæ declin. et scripsi τριηράρχων, penacute.

— 19. τὸ μέρος] interposui quidem πέμπτον, ut satis munitum auctoritatibus librorum, inclusi tamen idem uncis, ad indicandum, a libris excusis plerisque id abesse, et abesse salva sententia posse. nam τὸ μέρος sic nude positum tantondem valet, atque τὸ τακτὸν μέρος. Dorvillius quoque ad Chariton. p. 488. τέμπτον pro scholio proscribit.

262. 2. τοὺς τριηράρχους —] Sententia hæc est: Triremi cuique instruendæ atque sustentandæ in unam æstivam expeditionem maritimam decem talenta imputantur. Cui ergo decem talenta in bonis sunt, sic censo in tabulis publicis, illi sua navis instruenda et sustentanda soli est. Viginti talenta si cui sunt, ei par triremium curandum est. Triginta si cui sunt, ei obtingunt

tres triremes. Sed ultra tres non proceditur, tametsi quis quinquaginta centumve talenta possideat. Ergo aio, inquit auctor legis, trierarchos ad hunc modum deligi. Verum est alius minus locuples. hic cum alio, aliisve copulctur, ut contribuant, ad eum modum, ut primi et secundi, aut primi cum secundo tertioque bona summam decem talentorum conficiant. Hi bini, ternive singulas triremes habento sibi curandas. Ad αἱρεῖσθαι, uti ad καλεῖσθαι, subauditur δεῖ, vel κελεύω.

— 7. ἔστω] scil. ἡ λειτουργία.

— 10. ὑμῖν] prætuli ὑμῶν. parti vestrum egentiori. flagitiosum enim fuisset, neque ferendum, et judices profecto euncti consurrexissent, atque in os oratoris inspuissent, si judices suos omnes pauperes, vel mendicos, appellasset. id quod in vulgata facit.

— ibid. τοῦ] id est, χάριν τοῦ, ὑπὲρ τοῦ, ἕνεκα τοῦ. illas particulas eleganter omitti solere ante infinitivos, vel tirones norunt: quanquam, ut verum fatear, si ὑπὲρ τοῦ b. l. reperirem, multo minore cum offensione eum sim lecturus.

— 14. πεῖραν] periculum, documentum, subaudi τούτου. hujus rei, quod ego nempe legem hanc e re vestra publica tulissem. ἔργῳ idem est atque ἐν ἔργῳ, διὰ τῶν ἔργων. πάντα idem est atque παρὰ πάντα, non κατὰ πάντα. quod κατὰ schedæ Scrimgeri importune hic ingerunt.

— 19. καταλειφθεῖσα] prætuli καταληφθεῖσα. deprehensa ab hostibus [quoniam celeritate pari reliquam classem assequi non potuit] periit. diu cum dubitassem, εἰ relinquerem, an ἡ ei sufficerem, delegi tandem posterius (quamquam difficile in permagna momentorum paritate decernere, utram in partem propendeas), hac potissimum de causa, quod, ni memoria fallit, non καταλείπεσθαι, sed ἀπολ. aut ὑπολ. usurpatur de nave retromanente.

— 22. τὸ λειτουργεῖν] correxi τῷ λ. id est, ἐν τῷ. λ. aut διὰ τὸ λ.

263. 8. συμφερόντων] adde tacita cogitatione, quorum ego mercedem a nemine referebam, sed illa opera gratuita defungebar.

— 18. παρ' ἑκάστου] prætuli παρ' ἑκάστῳ. penes quemcunque sepositam veluti atque reservatam jacere conscientiam ejus a me gestarum in rep. rerum, haud minus certam et usibus futuris paratam, atque penes me jacet; quemque illas perinde nosse, atque me.

— pen. ἐπαγγειλάμενος] Hermogenes hunc locum p. 430. citans, omisso ἐπαγγειλάμενος, dat ἐπέδωκα. amplector hoc ἐπέδωκα, aut ἐπιδέδωκα. nam est in hac re proprium. cum quis sponte sua se offert ad contributionem gratuitam reip. faciendam, hoc non διδόναι, sed ἐπιδιδόναι dicitur. verum ἐπαγγειλάμενος nullo pacto patiar eripi. *sponte mea pollicitus.*

— ult. ἀκούεις, Αἰσχίνη, —] Sententia subjicit, ut potius sic legatur: (ἀκούεις, Αἰσχίνη) οὐδὲ σοὶ, οὐδὲ ἄλλῳ οὐδενὶ — audis, Æschine, harum rerum rationes neque tibi debeo, neque alii cuiquam, quicunque is est, etiamsi unus de numero IX. Archontum sit.

264. 2. τίς γάρ ἐστι νόμος —] Syrianus ad Hermogen. p. 211. ὁ Δημοσθένης ἀποῤῥῶν νόμου, πρὸς τὰς εὐλόγους μεταβαίνει, καὶ φησί· τίς γὰρ νόμος τοσαύτης ἀδικίας καὶ μισανθρωπίας μεστὸς, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ πάλιν· [p. 267. 5.] τὸ λαβεῖν οὖν τὰ διδόμενα ἔννομον εἶναι ὁμολογῶν, τὸ χάριν τούτων ἀποδοῦναι παρανόμων γράφῃ; Idem Syrianus p. 212. ad illa Hermogenis p. 74. 22. verba ἡ γνώμη etc. καὶ ἅμα τῷ ῥητῷ καὶ τὴν διάνοιαν ἐξετάσει τοῦ νομοθέτου. ἐὰν δὲ μὴ συμβάλληται ἡμῖν τὸ ῥητὸν [*wenn uns der Buchstabe des Gesetzes nicht heystimt—when the letter of the law does not coincide with us*] σιωπήσαντες τὸ ῥητὸν, ταῖς διανοίαις χρησόμεθα. ὡς καὶ Δημοσθένης ἐποίησεν ἐν τῷ περὶ Στεφάνου. νόμου γὰρ ὄντος, τὸν ὑπεύθυνον μὴ στεφανοῦν, καὶ ἑτέρου νόμου, μὴ ἐν τῷ θεάτρῳ στεφανοῦσθαι τὸν ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανούμενον, ἀλλ' ἐν τῇ Πνυκὶ, ὁ μὲν Αἰσχίνης καὶ τὸ ῥητὸν καὶ τὴν γνώμην [intentionem] καὶ τὴν διάνοιαν [significationem verborum] ἐξήτασεν. ἵνα, φησὶ, μὴ ψευδῆ φιλοτιμίαν κτᾶται ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανούμενος, τούτου χάριν ἐκώλυσεν ἐν τῷ θεάτρῳ, φησὶν, ὁ νομοθέτης τὴν ἀνάῤῥησιν. ὁ μέντοι Δημοσθένης τὴν γνώμην ἔδηκε, λέγων, ὅτι τὸν αὐτὸν ζῆλον ἔχει ὁ στεφανούμενος, ὅπου ἂν ἀναῤῥηθῇ, τοῦ δὲ τῶν στεφανούντων συμφέροντος ἕνεκα ἐν τῷ θεάτρῳ γίνεται τὸ κήρυγμα. περὶ δὲ τοῦ μὴ στεφανοῦσθαι τὸν ὑπεύθυνον, ὁ μὲν Αἰσχίνης τὸ ῥητὸν προσήνεγκεν, ὁ δὲ Δημοσθένης τὸ μὲν ῥητὸν ἐσιώπησεν παντελῶς, τῇ δὲ τοῦ ῥητοῦ διανοίᾳ κέχρηται, φάσκων [p. 263. 25.], οὐ περὶ ὧν ἐπέδωκα, ὑπεύθυνος εἰμὶ, ἀλλὰ περὶ ὧν ἦρξα καὶ πεπολίτευμαι, πάντα τὸν βίον· περὶ δὲ ὧν ἐπέδωκα, οὐδὲ μίαν. Locum hunc Marcellinus, multo ille, mea quidem sententia, elegantior atque literatior Hermogenis interpres, quam reliqui esse videntur, copiosius atque dilucidius p. 213. tota, et parte magna p. 214. quæ necesse ut cuique legere volenti ipsi permittam.

— 11. ἐπήνεσεν] huc pertinet totum caput XIV. libelli Maximi Sophistæ de insolubilibus objectionibus (apud Fabric. T. IX. Bibl. Græcæ p. 582), cujus capitis initium hic referre satis habebo. ὄνομα δὲ ἀντ' ὀνόματος μεταθεὶς, τὴν ἄλυτον μεθοδεύσεις ἀντίθεσιν. ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ Στεφάνου πεποίηκεν. οὐ δυνάμενος γὰρ ἀντιστῆναι πρὸς τὸ, ὅτι οὐχ ὑπεύθυνον ὄντα αὐτὸν ὁ Κτησιφῶν ἀνηγόρευσεν, ὅπερ ἀντικρυς καὶ διαῤῥήδην ὁ νόμος ἀπαγορεύει — ὀνόματος μεταθέσει τὴν μέθοδον παρέσχετο, ἀντὶ τοῦ

ἀνηγόρευσεν, ἐπήνεσεν εἰπών· οἱ δὲ νόμοι οὐ κωλύουσιν ἐπαινεῖσθαι, ἀλλ' ἀναγορεύεσθαι. reliqua ipse quisque legito, qui volet, l. c.

— 16. εὐθυντῶν] malim εὐθυντῶν, a nominat. εὐθυντής.

— 19. δδι] Ctesipho puta.

— 20. οὐ μόνον ἐν τοῖς νόμοις] Marcellinus ad Hermog. p. 213. cfin. πῶς οὖν, καίπερ ἐξετάζοντες τὴν γνώμην τοῦ νομοθέτου τὸ τοιοῦτο διαφευξόμεθα; [ut nempe videamur verbisque legis mentique repugnare.] ὅταν αὐτὴν τὴν ἔξετασιν [correctionem] ἔθει παραδεδομένην δείξομεν, καὶ οὐκ οἰκοθεν, οὐδ' ἀπ' ἰδίας κρίσεως, ἀλλ' ἀπὸ παραδείγματος αὐτὴν εἰσάγομεν. ὡς ἐν τῷ περὶ Στεφάνου ἔδειξεν ἡμῖν τὴν ταυτην μέθοδον ὁ Δημοσθένης. μετὰ γὰρ τὸ ἐξετάσαι τὴν γνώμην [sententiam legis correxit, aut interpretatus est] πρὸς τὸ ἑαυτοῦ χρήσιμον, φεύγων τὴν αἰτίαν ταύτην [quasi legis sententiam ad rem suam depravaret, atque detorqueret], ἐκ τῶν παραδειγμάτων εἰσήνεγκεν [scil. τὴν ἐξέτασιν, interpretationem, vel correctionem legis]. ὅτι δὲ οὕτως ταῦτα οὐ μόνον ἐν τοῖς νόμοις — καὶ οὐ μόνον ἐκ τοῦ ἔθους καὶ παραδείγματος συνέστηκεν, ἀλλὰ καὶ ἐνθυμήματος, εἰπών· σχέτλιον γὰρ ἂν εἴη τοῦτό γε. Conf. Sopatr. p. 304.

— 21. ἤθεσιν] malim ἔθεσιν. quod, præter Marcellinum et Sopatrum, res ipsa jubet.

— 25. καὶ πάλιν Χαρίδημος] scil. τὰς ἀσπίδας ἐπέδωκε. nam sic versu 24. leg. est, in composito.

— ibid. ἐστεφανοῦτο] prætuli ἐστεφανοῦντο in plurali. nam Diotimus et Charidemus designantur. v. p. 265. circa finem decreti, quo his duobus una, coronæ aureæ decernuntur, ob præclarum meritum una partum.

265. 3. τούτοις] Nausicli, Charidemo, Diotimo. nam decretum, in honorem Neoptolemi conscriptum, hic non comparet.

— 11. Φιάλωνος] correxi Φίλωνος. deinde malim legi τοῦ ἐπὶ τὴν διοίκησιν κεχ. Strategi nuper delecti, sed ad curam ærarii, non militum. duo enim erant στρατηγοὶ Athenis, ὁ ἐπὶ τῶν ὁπλιτῶν, Strategus castrensis, cujus paulo ante facta fuit mentio, et ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως, prætor œconomicus, seu ærarii.

— 13. ἔδωκε] scil. τὸν μισθόν. quod vocabulum latet in v. μισθοδοτῆσαι.

— 14. ἀναγορεῦσαι] aptus est hic infinitivus ἀναγορεῦσαι, a v. δοκεῖ versu 7.

— 17. Καλλίας] Callias auctor factus est sententiæ, fretus auctoritate Prytanum, ipsi confirmantium, senatus hanc esse voluntatem.

— 20. τοῦ ποταμοῦ] Flavios Salamina, oppidum Cypri, præterfluens, hic designatur. conf. Diodor. Sic. T. II. p. 114. 39. Pugna hæc diversa est ab alia pugna, eodem nomine a Nostro appellata, hac ipsa in oratione pro corona, p. 300. 16.

diligenterque sunt ambæ discernendæ. hic dicta in Cypro accidit, ibi, in Bœotia. circa Cephissum. qua de re suo loco subtilius dicetur.

266. 8. ἀλλ' ἀδίκως ἦρξα] Hermogenes p. 140. πολλάκις καὶ χωρὶς προτάσεως καὶ ἀντιπροτάσεως εὑρίσκομεν [scil. τὴν ὑποφορὰν καὶ τὴν λύσιν] παρὰ τοῖς ἀρχαίοις. οἷον· ἀλλ' ἀδίκως, φησὶν, ἦρξα. ἡ ὑποφορὰ χωρὶς προτάσεως. εἶτα παρὼν, ὅτε με εἰσῆγον οἱ λογισταὶ, διὰ τί οὐ κατηγόρεις; ἡ λύσις χωρὶς προτάσεως.

— 9. οἱ λογισταὶ —] In Parisina sic vulgatum est: οἱ λογισταί· διὰ τί οὐ κατηγόρεις; omnisi διὰ τί. quia rotundius, et fortius, atque Atticismo convenientius videbatur εἶτα — οὐ κατηγόρεις. et nihilominus tamen non accusabas, tametsi coram adesses et interesses actis. διὰ τί videtur scholium esse a nescio quo particulæ εἶτα superscriptum.

— 13. τούτοις] subaudi ἐξελεγχόμενος. quas enim partes proconsulti, hoc est auctoritatis senatus, non accusasti, per eas ipsas constabit, te in reliquis partibus, quas vellicasti et carpsisti, Sycophantam, quadruplatorem egisse.

— 23. τοῖς θεωρικοῖς] utrius generis est, masculini, an neutrius? Masculini si est, non video, qui alii possint esse οἱ θεωρικοὶ, quam præfecti pecuniæ et disciplinæ scenicæ, illius colligendæ atque dispensandæ, hujus tuendæ. nam hi θεωρικοὶ, si qui fuerunt, iidem fuerunt cum τοῖς ἐπὶ τοῦ θεωρικοῦ καταστᾶσι, quorum, cum aliis, hæ quoque fuisse partes videntur, ut aliorum populorum legatos, ad ludos suos spectandum missos, θεωροὺς dictos hospitiis et lautiis exciperent. Sin autem θεωρικοῖς h. l. generis neutrius est, quod magis verosimile est, sententia hæc est. ad universam pecuniæ scenicæ summam, ex universis tribubus redactam, adjeci centum minas gratuitas.

267. 3. οἰκοῦν, ἃ μὲν —] Citat h. l. Hermogenes p. 364. fin. in exemplis τῶν περιενενοημένως, acute, solerter, subtiliter dictorum, ex alio hinc citato loco subjicit: πάνυ γὰρ περιενενοημένως διόλου τῷ λόγῳ κέχρηται. Minucianus p. 144. ait, h. l. a ταῦτ' ἐστὶν ad παρανόμων γράφη, a quibusdam ad enthymemata referri, sed dubitans iis accedere. item Apsines p. 703. circa fin. rursus citat Hermogenes p. 294. ταῖς μέντοι καθ' ὅλον κάλλον παρισώσεσι καὶ πάνυ χρῆται ὁ Δημοσθένης. τὰ γὰρ τοιαῦτα τοῦ κάλλους οὐκ ἀπηλλαγμένα, τὸ γοργὸν οὐδὲν ἧττον ἔχει, καὶ ἀληθές. οἷον· τὸ λαβεῖν οὖν τὰ διδόμενα ὁμολογῶν ἔννομον εἶναι, τὸ χάριν τούτων ἀποδοῦναι παρανόμων γράφη. τρισὶ γὰρ κώλοις, καὶ δι' ὅλων ἴσοις, κομμάτιον ἓν ἐπήγαγε, τὸ παρανόμων γράφη. καὶ πεποίηκε κάλλος δαιμόνιον. ἑμοῦ τῷ γοργῷ καὶ σφοδρῷ κατὰ τὴν ἀποστροφήν. citat item Thomas M. v. παρανόμων.

— 9. εἰ] de meo addidi. vulgo sic usurpatus παμπόνηρος modis omnibus nequam aequalis erit, si non talis erit. *wie soll er denn sonst aussehen, wenn er nicht so aussieht, der Erzschelm?* [*how shall he appear, when he does not appear so, that arrant knave?*]

— 10. τὸ μὲν μυριάκις —] Citat h. l. Maximus Sophista de insolubilibus cap. 15. p. 583.

— 24. ἑκάστους] scil. τῶν στεφανούντων, sive τῶν στεφανουμένων. nam perinde est. sive coronant aliqui, sive coronantur, eos operam dare oportere, ut coronantes, qua e tribu sunt, una cum coronando, ea quoque in tribu coronationem hanc renuntient, seu promulgent.

268. 1. ψηφίσηται] citant h. l. Alexander de figuris p. 38. et Hermogenes p. 255. pro στεφανώσηται dedi ψηφίσηται, scil. στεφανοῦν. videtur in quibusdam codd. utrumque fuisse στεφανοῦν ψηφίσηται. Ad ἀναγορεύετω subaudi ὁ βουλὴ, aut ὁ δῆμος. nam ut ὁ κήρυξ etiam hic subaudiatur, ut alias ad ἀναγώσεται ὑμῖν subauditur ὁ γραμματεὺς, haud convenit.

— 4. λαβεῖν τιμωρίαν] haec duo vocabulo addidi. bene vidit Simon Fabricius, sed ille potius Wolfius fuit, qui observatiunculas collationi codicis Augustani a Wolfio proditae interspersit, ab illa accessiuncula tamen orationem haud integrari. quare suppletum ivit σπουδάζων. mihi videtur potius, post ἀδικήματος οὐδενὸς addendum esse οὖ χρὴ, vel οὗ χρεὼν. Invidentiae certamen in forum inducens, non ullius criminis, cujus repetere poenas jus et fas est. Illa dictio φθόνου δίκην hoc vult dicere; causam in forum inducis, in qua certamen est invidentiae cum simplicitate et probitate, quo certamine decidendum est, probitas et innocentia vincat invidentiam, an ei succumbat.

— 11. λόγῳ] [f. ὡς λόγῳ. Puto aliquid deesse. I. Toup.] subaudi μόνῳ. aut quasi sulis verbis, non autem factis, noscitentur viri civiles. sunt h. l. accusativi absoluti.

— 13. ἁμάξης] Citat h. l. Scholiastes ad Aristophanis Equit. versum 544. Sextus Empiricus p. 229. 6.

— 14. τοῦτο] aut post τοῦτο, aut post Ἀθηναῖοι, deest σκοπεῖτε, aut simile quid.

— 18. κατὰ τὴν αὐτῶν φύσιν] prout cuique naturalis indoles obtigit, seu lenis, mitis, sedata, seu atrox, vehemens, cita, impetuosa, saeva, ita probra sunt, quae adversario ingerit, sive molliora, remissiora, minus acria, minus virulenta, sive intolerabilem in modum intemperantia, acerba, cruenta.

— 21. εἰς ταῦτα ἀπὸ τῶν ἰδίων, κακῶς τὰ ἀπόῤῥητα λ.] correxi et distinxi sic, εἰς ταῦτα, ut, posteaquam ad illa tribunalia vos, o judices, contraxissemus (curassemus vos coire, is caussa fuissemus, ut coiretis), ad sedendum et judicandum in causis nostris, tum ἀπὸ τῶν ἰδίων κακῶν τὰ ἀπ. λ. ἀλλ. vobis coram, nos litigantes alternis probra nobismet mutuo ingeremus infanda, sumta e domesticis cujusque malis, publice propalantes occulta cujusque dedecora, quae inprimis clam manere vellet.

269. 1. [ὑπὲρ τούτων] pro his civibus Atheniensibus, hoc judicium circumstantibus, quo jura eorum salva tuereris.

— 2. ἠδίκουν] scil. αὐτούς. si qua in re eos, hanc coronam, laesissem.

— 4. τῷ χρόνῳ] tollendum videtur, ut scholium vocabuli τῇ προθεσμίᾳ. Sententia haec est: vexas me ejusmodi causam forensem mihi ciens, cujus omni prorsus ex parte sum insons; verum existimatio, dignitas, fama reip. ab ea in discrimen venit. quia quaeritur, rectene factum in eo sit, quod civitas me jusserit coronaudum. qua quaestione discussa si patescit, indignum eo honore me fuisse, una civitas ipsa quoque in pudorem datur, et coarguitur judicium praecipitasse, et indignos praeferre. Est ergo haec causa ejusmodi, ut me prorsus non tangat, civitas autem effugere nequeat, quominus existimationem de me vel super me actorum, utramvis in partem plus minusve participet, apud alios benignius, et rursus apud alios iniquius judicantes. Ergo inimicus es civitatis; magis, quam meus.

— 9. ἐμοὶ] correxi ἐμός. sed velim εἶναι quoque adesse, sine quo oratio manca est. ἐμὸς δ' εἶναι προσποιῇ.

— 10. δέδεικται] hic procul dubio deest πρὸς ἐμοῦ οὕτω. planum jam cum factum sit omnibus, sententiam hujus causae veram et justam a parte mea stare, h. e. posteaquam docui, judices, si veritati atque justitiae, suaeque religioni servire velint, non aliter, quam secundum me, dare sententiam posse.

— 11. δεῖ δέ με] non potest hoc δὲ neque omitti, neque cum καὶ commutari, ob praemissum versu 10. μὲν cui respondet. sed protasis finitur in istis versu 14. εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ, et tum incipit apodosis καὶ δὴ βούλομαι δεῖξαι. nam sic mihi legendum videtur. quia me decet dedecorum ejus vel ipsa sola capitalia, quae sine nequeam, dicere: fraude mea praeterire silentio ago ergo, decrevi docere, vel propterea proposui mihi nunc docere, qui cum ipse esset, et e quibus natus — sic nodus resolutus est, quem nexuit Hermogenes pag. 348. et paene tota 349. et tota ejus disputatio concidit, aientis Demosthenem ab impetu iracundiae abreptum, in aestu debacchationis, coeptam orationis telam detexere oblitum esse. Locus Hermogenis hic est: ἔστι δὲ παρὰ τὰς περειρημένας ἐτέ-

ρα τις μέθοδος ἐνδιαθέτου λόγου, καὶ μάλιστα τοῦ δοκοῦντος σὺν ὀργῇ προϊέναι, τὸ μηδὲ τὰς ἀκολουθίας σώζειν τῶν τοῦ λόγου σχημάτων, ἀλλ' οἷον ἐξίστασθαι δοκεῖν ὑπὸ τοῦ πάθους. οἷόν ἐστι καὶ τό· ἐπειδὴ τοίνυν ἡ μὲν εὐσεβὴς καὶ δικαία ψῆφος ἅ. δ. — οὐδαμοῦ γὰρ ἀποδέδεικται τῷ σχήματι τὸ ἀκόλουθον, ἀλλ' ἐπιπολὺ τὸ οἷον ἀκρόχολον. [lege, aut ἐστὶ πολὺ, aut ἐπὶ πολὺ διατείνει, aut ἐπιπολάζει.] Idem p. 245. verba δεῖ δέ με, ὡς ἔοικεν, etc. ob hoc ὡς ἔοικεν ad orationis genus ἐνδοιαστικὸν retulit.

— 13. ψευδῶν] quæ scil. de me criminatus est.

— 14. καὶ δεῖξαι] dixi modo hoc de loco sententiam meam.

— 15. λόγους] scil. ἐμούς. meæque orationes, quas ille traducit, quales sint, quam sanctæ, quam pudicæ, quam honestæ.

— 17. εἰ γὰρ Αἰακὸς] sententia est: nam si homo frugi, vir bonus et honestus foret Æschines, quem se simulat esse, similem Æaco alicui, aut Minoi, tum a te certe non profecta essent tam immania probra, quæ in me conjecisti. Ergo non es ille sanctus et severus, qui esse vis, sed impurus rabula, qui cum sis, mirum non est te tam impudenter probra jactare.

— 19. σπερμολόγος] Citat h. l. Hermogenes p. 255. Phœbammon p. 100. ubi tropicæ dictionis exempla hæc Demosthenica proponit: ὑποσκελίζειν ἀντὶ τοῦ ἀνατρέπειν, καὶ τὸ σπερμολόγος ἀντὶ τοῦ εὐτελὴς, καὶ τὸ εὐπροσώπους λόγους ἀντὶ τοῦ πιθανούς.

— 21. πορίσασθαι] de suo expromisisse. suspicabar aliquando ποιήσασθαι. Koenius in præf. ad Gregor. Corinth. de dialectis demonstratum dedit, multo sæpissime in Mstis Græcis ρ et ι inter se permutari, unde errores nati sint quamplurimi. et η atque ι promiscue item ab imperitis librariis haberi, notissimum est. sed rem in medio relinquo.

— ult. ἧς τῶν μὲν ὡς ἀληθῶς —] locum hunc citat Stobæus p. 189. 17. sed nonnulla mutans et proposito sua accommodans. Sed deest editioni Trincavelli.

270. 1. τοιοῦτον οὐδέν] qualia nempe Æschines de se prædicavit ipse ore suo. sed etiam si alius quisquam talia de ipso diceret, offenderetur et erubesceret ob impudentiam adulatoris in os se laudantis.

— 4. ὅταν λέγωσιν] scil. ἑαυτοὺς εὐσαιδεύτους καὶ συνετοὺς εἶναι.

— ibid. τοιούτους εἶναι] scil. οἵους ἑαυτοὺς λέγουσιν.

— 5. οὐκ ἀπορῶν δ' —] Syrianus ad Hermog. p. 43. τὰ πρὸς σύστασιν ἐροῦμεν, τὰ βλάπτοντα σιωπῶντες. ὡς καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ Στεφάνου πεποίηκε. Γέλωνα μὲν τὸν πρὸς μητρὸς αὐτοῦ πάππον, ὡς φυγάδα, καὶ πρὸς τοῦ δήμου θανάτῳ καταγνωσθέντα, διὰ τὴν προδοσίαν Νυμφαίου τοῦ ἐν Πόντῳ, καὶ τὴν μητέρα, ὡς Σκυθίδα τὸ γένος, ἃ δὴ πάντα Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος παρέθηκε, σιωπήσας ἐπὶ τὴν αὐτοῦ ἀνατροφὴν ὡς χρηστὴν οὖσαν ἐχώρησεν. ἐν μέντοι τοῖς κατ' Αἰσχίνου [in ea parte orationis pro corona, quæ pars peculiariter Æschinem insectatur] πρὸ παντὸς ἄλλου ἐπὶ τοὺς προγόνους [subaudi αὐτοῦ] ἐχώρησεν, ὡς ἀδόξους. φάσκων· οὐκ ἀπορῶν δ', ὅ τι χρὴ περὶ σοῦ καὶ τῶν σῶν εἰπεῖν etc. — εἰ δέ τι χρηστὸν ἐκ τῆς ἀγωγῆς εἶχε, καὶ τῆς περὶ λόγους ἀσκήσεως, παραλέλοιπεν.

— 7. Τρόμης] Marcellinus ad Hermog. p. 141. ὥσπερ δὲ ἐγκωμιάζομεν ἀπὸ γένους, οὕτω καὶ διαβοῦμεν [sic Aldina, sed Fabricius, Hamburgensis, ibi adscripsit διαβάλλομεν. nam Fabricii olim fuit exemplum, quo utor, et postmodum in potestatem Ernestii nostri pervenit, cujus indulgentia mihi usuram ejus concessit]. ὡς Δημοσθένης· πότερα, ὡς ὁ πατήρ σου Τρόμης ἐδούλευσε παρ' Ἐλπίᾳ — κατασκευάζων, ὅτι εἰκὸς τὸν ἐκ τοιούτων γεγονότα προδοῦναι καὶ ἀπὸ ἀγωγῆς [educatione puerili] διέβαλε, τὸ μέλαν τρίβων, καὶ τὰ ζάδρα σπογγίζων, καὶ τὸ παιδαγωγεῖον κορῶν. Vere si nomen patri Æschini fuit Τρόμης, non per tau, sed per delta id melius exaretur, quia a δέδρομα et δρόμος repetendum est, non a τρέμειν. a currendo, non a tremendo, vel trepidando.

— 8. Θησεῖφ] Citat h. l. Harpocr. v. Θησεῖον.

— 9. ξύλον] est collare ligneum, in medio perforatum, in quod servi nequam puniendi cervices immittebant, ut ne manus ori admoverent. citat h. l. Hermogenes p. 317. μεθημερινοὶ γάμοι sunt coitus, qui de die fiunt. qui sunt inprimis flagitiosi. nam qui pudoris sui non omnem prorsus curam abjecerunt, bi spurcitiem suam noctis tenebris occultare conantur, non radiis solis exponunt. v. Gesneri Thes. L. L. v. *Nonaria*. χρῆσθαι μεθημερινοῖς γάμοις est de die in fornice prostare. v. ad h. l. Wesseling ad Petiti Leges Atticas p. 575. et Pierson. ad Mœrin p. 229.

— 11. ἀνδριάντα] Citat h. l. Hermog. p. 265.

— 12. ἀλλὰ πάντες] malim γὰρ interponi. nam ipse sese objurgat, quod res tam in vulgum notas proferat. Dubitat orator secum, quæ dedecora Æschinis, et quæ primo loco enumeret. Hæccine? at nota sunt omnibus. Num ista —? Ego vero, ita me dii ament —.

— 18. προρρῆσθαι λόγους] hic videtur λέγειν deesse.

— 19. οὐδὲ γὰρ ἂν ἔτυχεν ἦν] id est, οὐκ ἦν εἷς τις τῶν τυχόντων. non enim est Æschines de genere hominum triviali, vulgari, sed unus illorum inventu rarorum hominum, quos populus per præconem publice devovet, h. e. parricida et proditor patriæ, eoque dignus, cujus in mores et cursum universæ vitæ inquiratur. Her-

mogenes p. 458. τούτοις δὲ πᾶσι χρῆται Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ Στεφάνου. ἔνθεν δηλοῦται, ὅτι καμακδεῖν ἐπίσταται. τῇ μὲν παιδιᾷ οὕτως· τὸν μὲν πατέρα ἀντὶ Τρόμητος ἐποίησεν Ἀτρόμητον. τῷ δὲ παρὰ προσδοκίαν οὕτω περὶ τοῦ Αἰσχίνου λέγων· οὐδὲ γὰρ ὧν ἔτυχεν ἦν, ἀλλ' εἰς ἡ πόλις καταῤῥᾶται. τῇ δ' ἐναντιώσει τῶν εἰκόνων οὕτως· αὐτοτράγικος πίθηκος. ἀρουραῖος Οἰνόμαος.

— 20. ὀψὲ γάρ ποτε —] Hermogenes p. 352. ἔτι ἐνδιάθετον σχῆμα καὶ ἡ τοιαύτη ἐπανόρθωσις, ἡ αἰῤῥήσεως ἕνεκα παραλαμβανομένη. οἷον· ὀψὲ γάρ ποτε — ὀψὲ λέγω; χθὲς μὲν οὖν καὶ πρώην. Alexander Rhetor p. 94. capite περὶ τῆς ἐπιτιμήσεως, ἣν καὶ ὑπαλλαγήν τινες καλοῦσιν. τοῦτο τὸ σχῆμα γίνεται καὶ αὐτὸ κατά τινας· ἢ γὰρ ἐπιτιμήσαντες τῇ πρώτῃ λέξει ἑτέραν ἐλάβομεν. οἷον· ὀψὲ γάρ ποτε — ὀψὲ λέγω; χθὲς μὲν οὖν καὶ πρώην. item Phœbammon p. 132. Aristides de D. C. ἀξιοπιστίας δὲ καὶ τὸ ἐπικαταψεύδεσθαι. οἷον ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Στεφάνου, ἐν οἷς λέγει τὸν Αἰσχίνην ὀψὲ Ἀθηναῖον γεγενημένον· ὀψὲ γάρ ποτε —. Ego vero aut non intelligo vim vocabuli ὀψέ, aut non perspicio acumen dictionis. sero factus est Atheniensis, et rhetor. me miserum, qui sero dicam! debebam dicere heri, et nuper admodum. Qui hæc inter se concinunt? Intelligerem, si dixisset dudum ante, olim, multis annis ante. Nequaquam. Nuper admodum.

— 22. καὶ δύο — Τρόμητος] melior utique foret ordo, planiorque dictio, si sic legeretur: καὶ τὸν μὲν πατέρα δύο συλλαβὰς προσθεὶς ἀντὶ Τρόμητος. nam ut nunc jacent verba, colligas ex iis, Æschinem ad nomen patrisque duas syllabas apposuisse, ad matrisque totidem, quod secus est. Matris nomini nihil filius addidit, sed prorsus id cum alio honestiore commutavit. Et nescio profecto, an orator sic dederit.

— pen. ἄλλοθεν] post ἄλλοθεν videtur inserendum esse, quod olim suspicor in libris in hac regione lectum esse, sed critici exterminarunt, Hermogene teste, cujus hæc sunt verba: ἐκεῖνα μέντοι, διὰ τὸ ἄγαν εὐτελὲς καὶ ὀβελίσαντες ὑπεξείλοντο, ἴσως ὀρθῶς ποιοῦντες. λέγω, τὸ κυάμους ἑφθοὺς ζωῦσα, καὶ [forte copula hæc tollenda est] κατὰ πᾶν τὸ θέρος ἐπλανᾶτο. καὶ τὰ ἑξῆς. fabas coctas proclamans circitabat per totam urbem tota æstate. id est, vociferans se circumferre ollas plenas fabis coctis; si quem juvet emere, ut is veniat atque sumat.

271. 15. ἄγνοιαν ἐν οὐ δέοντι] inscitiam, ignorantiam nostram, aut, si sic reddere mavis, errorem, lapsum, in loco vel tempore non opportuno factum. potest enim aliquis aliquid ignorare, ἐν δέοντι, vel errare, labi, cum expedit nobis nos id ignorare, aut cum scientes dissimulamus et connivemus, aut cum error noster nobis fortuito casu sit salutaris.

— 25. προείλεσθε] jussu et decreto vestro delegistis hunc senatum eique rem vestro nomine deputastis. quasi dixisset: εἵλεσθε αὐτὴν πρὸ ὑμῶν αὐτῶν. fidem sapientiamque ejus vestromet judicio præstulistis. προαιρεῖσθαί τινα πρός τινα, est, deligere, creare, nuncupare, delegare ad honorem quendam, aut functionem quandam. Est ergo h. l. deputastis eam huic negotio cum plena potestate.

— pen. Ὑπερίδην δὲ λέγειν προσέταξεν] possit accusativus ferri. præstat tamen dativus, quem prætuli. orationis Hyperideæ in hac causa Deliaca fragmenta duo vel tria supersunt adhuc conservata a Scholiastis Hermogenis.

272. 4. ὑπὲρ ἁπάντων] scil. τῶν ἄλλων ἀρχόντων ἐκ τοῦ Ἀρείου πάγου. Ex universo senatu Areopagitico delecti hi quatuor pro se pro suisque collegis reliquis omnibus hæc testati sunt.

— 11. τούτου μέλλοντος λέγειν, ἀπήλασεν αὐτὸν ἡ βουλή] cur non brevius et simplicius τοῦτον μέλλοντα λέγειν ἀπήλασεν ἡ βουλὴ dixit? ratio reddi nulla potest, nisi forte numeri gratia, aut fortuito. nam utraque dicendi ratio est probata.

— 12. προδότην εἶναι καὶ κακόνουν ὑμῖν] Sopater ad Hermog. p. 166. ἀλλ' οὐ πάντως ὁ τοιοῦτος [reprobatus et exclusus ab ejusmodi functione] καὶ προδότης. οὐ γὰρ ἀντιστρέφει. [converti propositio nequit. omnis proditor reprobatur. ergo reprobatus omnis proditor est.] οὐ μὴν πᾶς ὁ ἀπελαυνόμενος διὰ προδοσίαν [scil. ἐστὶν ἀπελαυνόμενος] ἐστὶ γὰρ καὶ δι' ἄλλην αἰτίαν ἀπελαύνεσθαι.

— 13. ἐν μὲν τοίνυν —] Hermogenes p. 233. καὶ αἱ συμπληρώσεις ταῖς ἐννοίαις καὶ ταῖς μεθόδοις εὐκρινῆ ποιοῦσι τὸν λόγον, τὰ μὲν ἀναπαύουσαι τὰ παρελθόντα, τῶν δὲ ῥηθησομένων πάντως ἔχουσαι παρασκευάς τινας, ἀφ' ὧν εἰς ἀρχὴν ὁ λόγος ἀνάγεται. οἷον· ἓν μὲν τοίνυν πολίτευμα τοῦτο τοιοῦτον τοῦ νεανίου τούτου, ἕτερον δὲ ἀναμιμνήσκεσθε. εἶτα ἀρχὴν ἔλαβεν ὁ λόγος. οἷον· ὅτε γὰρ Πύθωνα etc.

— 24. ὁμολογεῖν] scil. Philippum jus violasse, injuriarum dandarum auctor et princeps factus sit.

273. 16. δεῖξαι] recte vidit Marklandus, neque dubitari de eo potest, ἔτι τούτων δεινότερα δεῖξαι legi oportere. nam sine comparativo tali, δεινότερα, aut αἰσχίω, aut simili, non habes quo ἔτι τούτων referas. verum etiam pro ὧν leg. videtur δι' ὧν.

— 21. ὑποσκελίζειν] Phœbammon p. 100. ad h. l. respicit, verbum ὑποσκελίζειν commemorans in numero tropicorum, pro ἀνατρέπειν.

274. 4. οὐκέτι κἂν ἐν ἀμφισβητησίμῳ] sustuli κἄν. cui si locus sit dandus, mutandum sit cum καὶ, et hoc καὶ ante οὐκέτι collocandum. ut sit ἄνθρωπος, καὶ οὐκέτ' ἐν ἀμφ.

— 7. Ἰαμβειογράφος] prætuli Ἰαμβειοφάγος. quam terminationem φάγος addunt vocabulis, significare volentes eum, qui rem assidue tractat, eaque exsatiari nequit. Hermogenes pag. 350. λέξις δὲ πᾶσα μὲν ἡ τραχεῖα καὶ σφοδρὰ καὶ πεποιημένη, διάθεσιν ἔχει τὴν μετ' ὀργῆς καὶ μάλιστα ἐν ταῖς ἐπιφοραῖς, ἐν αἷς καὶ αἱ μὴ συνήθεις, αὐτόθεν δὲ πεποιημέναι καιρὸν ἔχουσιν, ὥσπερ τὸ Ἰαμβειογράφος, καὶ τὸ γραμματοκύφων, καὶ πᾶσαι αἱ τοιαῦται καιρὸν ἔσχον, αὐτόθεν δόξασαι ἀπό τινας διαθέσεως λέγεσθαι. item p. 256. Scholiastes Hermogen. γραμματοκύφων οἱονεὶ νοτάριος· καὶ γὰρ Αἰσχίνης γραμματεὺς ἦν τοῦ δήμου. τὸ δὲ Ἰαμβιοφάγος ἀντὶ τοῦ ὑβριστής· ἰαμβίζειν γὰρ τὸ σκάπτειν ἐστίν.

— 10. δυοῖν αὐτὸν ἀνάγκη θάτερον] subaudi ποιεῖν.

— 14. ἆρ' οὖν οὐδ' ἔλεγεν] foret utique dictio planior, si sic dixisset: ἆρα οὖν, ὥσπερ οὐδὲν ἔγραφεν, ἵνικα ἐγράσασθαί τι ὑμᾶς ἔδει καλὸν καὶ συμφέρον, οὕτω καὶ πάλιν οὐδὲν ἔλεγεν, ἀλλ' ἐσιώπησεν, ἵνικα ἔδει ἐγράσασθαί τι κακὸν καὶ ἀσύμφορον ὑμᾶς. Num, quemadmodum sententiæ nullius scriptæ auctor factus est, tum, cum bonestam rem atque salutarem essetis suscepturi; ita rursus quoque tacuit, cum agitarentur turpia et damnosa? Et hæc fuit utique sententia oratoris. verum nimium ejus studium brevitatis atque concinnitatis implicuit et in contrarium plane invertit orationem.

— 24. καλῶ δ' ἐναντίον] Aristides de D. C. p. 246. ἀξιοπιστίας δὲ καὶ τὸ τοῖς ὅρκοις καὶ ταῖς ἀραῖς χρῆσθαι. οἷον· καλῶ δ' ἐναντίον ὑμῶν τοὺς θεούς —. Hermogenes p. 319. ἔτι ἀφελές τε καὶ ἠθικὸν κατ' ἔνιαν, καὶ τὸ δι' ὅρκων πιστοῦσθαι ὁτιοῦν, ἀλλὰ μὴ διὰ τῶν πραγμάτων. οἷον· καλῶ δὲ τοὺς θεούς — item p. 345.

275. 14. ὃς] prætuli ὃ καί. nam non bellum Amphissense Græcos pessumdedit; sed hoc, quod Græci Philippum in concilium Amphictyonicum admiserunt, eique belli sacri summum imperium permiserunt.

— 27. πρὸς ἱστορίαν τῶν κακῶν] Alii πρὸς σωτηρίαν τ. κ. dant. ad restaurationem in meliorem statum, retractionem in salvum. Dubitarem, utra lectio sit præferenda, nisi vulgatam fulcirent illa pag. 286. 6. μικρὸν ἀναλώσαντες χρόνον, πολλῷ πρὸς τὰ λοιπὰ τῆς πολιτείας ἔσεσθ' ἐμπειρότεροι.

276. 6. αὐτῷ] ab ἐδεῖτο interjecto commate dispescui, quia pronomen non cum verbo hoc, sed cum ἐξήγετο et εἰσήγετο cohæret. quia ipsi neque exportabatur, neque importabatur quicquam, b. e. ex ejus emporiis nihil exportabatur eorum, quæ in finibus ejus provenissent, neque rursus ad ejus emporia advehebatur eorum quicquam, quibus ipse opus haberet.

— 21. τοῦτον] scil. τὸν Ἀμφικτυονικὸν πόλεμον.

277. 1. προσληθεὶς] Citat h. l. Harpocrat v. προσαλλομένους. qui Harpocr. ex hoc Dem. loco est emendandus.

— 4. ἀφεὶς καὶ παριδὼν] Citat h. l. Hermogenes p. 275.

— 5. καὶ λόγους —] Citat Phœbammon p. 100.

16. ἀπὸ ποίας ἀρχῆς] correxi ἐπὶ π. ἀ. quo Archonte? hoc est, quo anno?

— 23. αὐτῶν] ubi soli et meri essent Amphictyones, nulli intermixti Macedones. ergo tum Philippus aberat.

— 26. ἦγον] ad Philippum ducebant, h. e. ablegabant, clamantes ad eum esse redeundum. ad eum confugerent. eum imperatorem belli sibi deligerent.

278. 18. ἱερέως] pro ἱερέως videtur aut Ἱέρωνος, aut Ἱερoκλέους esse amplectendum.

— 20. καὶ τῶ κοινῶ τῶν Ἀμφικτυόνων] hæc verba addidi. Erant ergo tres ordines. οἱ Πυλαγόραι, magistratus quasi. οἱ σύνεδροι assessores, quasi consiliarii Pylagorarum, aut senatores, nullo munere fungentes. denique τὸ κοινὸν plebs. Neutri soli per se sine alteris quicquam valebant, neque optimates sine plebe, neque plebs sine illis.

— 23. τοὺς ὅρκους] correxi τοὺς ὄρους. videtur olim in libris h. l. gemina esse versata lectio, ὅρους et ὅρκους. quæ quamquam et ipsa vitiosa, vitiosiorem ex se peperit. Sunt ὅρκοι series satorum, arborum, vitium.

279. 3. ἐοσκήματα νέμουσι] possit ferri subaudiendo ἐν αὐτῇ. Satius tamen visum est conformare h. l. superiori p. 278. 22.

— 6. καὶ τὸν στρατηγὸν] verum hic viderat Wolfius, indignus iniqua et temeraria reprehensione, quæ facile possit in objurgatorem retorqueri. modo locum tam diligenter, atque Wolf fecerat, inspexisset, sententiamque Wolfii melius percipere studuisset, non erat dubitaturus, quid Wolfio in mentem venisset, cui vera et recta hæc in mentem venerant; καὶ si servetur, sententiam loci esse hanc: Cottyphum ipsum in vulneratis fuisse. sin autem deleatur, istam: Cottypho mandatam esse legationem ad Philippum. Prius si malumus, tum legatorum nullus erit nominatim appellatus, sed universe declaratum, esse decretum, ut legati ad Phil. mittantur, sine nomine cujusquam sigillatim. Quid si sic legatur? τετραυματίσασι καὶ κατηκοντίσασι, nonnullos vulneraruntque, alios plane jaculis peremerunt, Κόττυφον — ideo decretum est, ut Cottyphus legationem ad Philippum obeat.

— 10. ὅπως] non bene convenit ὅπως cum ἴνα. planius utique fuisset sic dictu-

rus: ἵνα ἐοηθήσῃ τῷ τε Ἀπόλλωνι καὶ τοῖς Ἀμφικτυόσι παντὶ τρόπῳ, καὶ μὴ περιίδῃ—.

280. 14. τοῖς δὲ μὴ συναιτήσασι — ad ἐπιζημίοις] locum hunc prorsus desperatum, quem sanare cum non possem, reliqui, qualem inveni.

281. 19. ταύτην τὴν φιλίαν] Atheniensium cum Thebanis.

— pen. τὴν] malim διὰ τήν. nescio quoque, an ἡμετέραν addendum sit, ut sit διὰ τὴν ἡμετέραν πρὸς τοὺς Θηβαίους ἔχθραν. nam alias pendent bi accusativi, quoniam συμπεραναμέναν ad πόλεμον refertur.

— ult. συνέδη τὸν Φ.] f. συνέβη ἂν τὸν Φίλιππον. evenisset, vel videtur eventurum fuisse, ut Philippus, ob nostrum erga Thebanos odium, in agrum nostrum invaderet.

282. 4. τὸ πρᾶγμα] omittunt aliqui. sed tum προάγειν h. l. non significabit producere, promovere, sed procedere, progredi.

— 10. βουλῆς καὶ στρατηγῶν γνώμῃ] subaud. ἀνηνέχθη πρὸς τὸν δῆμον. durum aliquando mihi visum fuit et abhorrens, sic dici: ex auctoritate senatus — relatum est ad plebem, aut rogatio facta est — ut placeret senatui atque populo jubere —. quapropter suspicabar, duo vocabula βουλῆς καὶ delenda esse, ut esset solummodo *ex auctoritate strategorum*. verumtamen re melius pensitata censeo, non incommodam hanc esse sententiam: auctoritate senatus et strategorum rogationem esse latam ad populum qua populus rogaretur, ut vellet atque juberet, exarari plebiscitum in hanc formulam: Placuisse senatui atque populo—.

283. 6. οὐ κέκρικε βοηθεῖν ἐν οὐδενὶ τῶν μετρίων] ad verbum sonat. P. A. decrevit non succurrere, in re id quidem nulla de tolerabilibus. βοηθεῖν est Demosthenis, copias aliquo mittere hosti obstituras. Est ergo sententia: decrevisse P. A. adhuc quidem, quicquid agat instituatque Philippus, quod quidem tolerabile sit, in eo non adversari, neque id, missis copiis, disturbare. vel potest quoque sic accipi: decrevisse P. A. nullum capere consilium, quo suæ saluti tutelæque finium suorum provideat, dummodo tolerabiles sint, quas Philippus ferat, conditiones.

— 9. ἐκ τοῦ δήμου] Solus a parte plebis pro legato missus fuit præco. qui, senatorii ordinis cum non esset, necessario plebeii erat.

— 10. ἀποκρίσεις] sic vulgata dat hic, et versu 26. in titulo. sed utroque loco correxi ἀπόκρισις in singulari. Sunt enim ambo responsa regis, alterum legatis Atheniensium additum, alterum Thebanorum.

— 19. κήρυκας] detraxi postremam literam. nam unus tantum præco missus fuerat. v. p. 282. 17. et 283. 3.

284. 17. οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο] nunquam, nullo tempore, nullo pacto, quicquid tamen novum et insperatum incideret, fore, ut vos rursus cum Thebanis conspiretis, et causam communem faciatis. Certus ergo fidei Thebanorum erga se securus ibat ad Elateam occupandum, bene gnarus, nullum fore casum fortunæ, nullam superbiam et injuriam erga Thebanos suam, quamvis duriter et serviliter eos tractaret, quæ posset eorum animos a se abalienare, atque ad Athenienses reflectere. *es möchte nun kommen, wie es auch immer wollte* [*it may come just as it will*].

— 24. τὰ γέρρα] tabernæ erant in foro sitæ, in quibus sedentes opifices sellularii scruta et supellectilem domesticam a se domi fabricatam vendebant. hæ σκηναὶ appellabantur. constructæ bæ erant, seu tribus e lateribus et desuper tectæ cratibus vimineis, quæ γέρρα appellantur. quoniam igitur illæ tabernæ cum suis quæque craticulis tam cito aufferri non poterat, necesse tamen erat, ut protinus populus in foro conveniret, utpote illa nocte ibi in armis excubaturus, imperarunt prytanes, ut tabernis ignes injicerentur, qui tabernas momento citius absumerent, et laborem crates aufferendi bajulis compendifacerent.

285. 3. εἰσῆλθεν] alii simpliciter ἦλθεν. perinde est. subauditur e curia in concionem.

— 9. καλούσης δὲ τῆς κοινῆς τῆς πατρίδος φωνῆς] prætuli κ. δ. τῇ κοινῇ τ. π. φ.: καλούσης coliæret cum τῆς πατρίδος. patria vocante dicturum. idem est ac si dixisset: καλούσης τὸν ἐροῦντα τῆς πατρίδος τῇ κοινῇ ἑαυτῆς φωνῇ. per eam vocem, quæ patriæ communis est.

— 10. ὑπὲρ σωτηρίας] malim ὑπὲρ τῆς σωτ. citat h. l. Alexander Rhetor p. 60.

— 13. παρελθεῖν] scil. εἰς τὸ μέσον πρὸς τὸ εἰπεῖν.

— 20. ἐκεῖνος ὁ καιρὸς] Citat h. l. Hermogenes p. 422.

286. 13. ἴν'] malim ἤν, *si*, vel *ubi*.

— 21. θρασεῖς ποιῆσαι καὶ ἐπᾶραι] inverti sic: ἐπᾶραι καὶ θρ. π. quia ἐπαίρειν debilius, alterum fortius est, et infirmiora præmitti, robustiora submitti solent.

287. 1. αὐτῷ] malim αὐτόν. quia προσδεξαμένων magis αὐτὸν additum flagitat, quam ἀνθεστηκότων flagitat αὐτῷ.

— 3. σκοπεῖν] adde tacite ex insequentibus, περὶ ὧν ἂν λέγω. a me disputata consideretis.

— 21. βαδίζειν] quando legatos illuc oporteat proficisci.

— 22. ἐξόδου] de tempore modoque expeditionis, quando, et quantas numero copias exire oporteat in castra versus Thebas. Moschopulus etiam reddidit ἐκστρατείας.

— 23. *χρήσεσθε*] correxi *χρήσασθαι*. quomodo tractare negotium præcipio?

— 24. *τούτῳ σάνυ μοι προσέχετε τὸν νοῦν*] non redundat *μοι*, neque solummodo, ut alias sæpe, *velim*, *quæso*, significat, sed hoc: *τούτῳ τῷ μέρει τοῦ ἐμοῦ λόγου*. huic parti meæ disputationis attendite.

288. 2. *κατατυχεῖν*] est speratis et quæsitis potiri. videtur tamen lectio *κατὰ τύχην*, *nescio quo casu fortuito*, præstare.

— 7. *οὐκ εἶπον μέν —*] celebrem h. l. citat Alexander Rhetor, p. 68. Phœbammon p. 132.

— 17. *σὲ δὲ μηδ' ἥξω*] Citat h. l. Hermogen. p. 339.

— 21. *κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν*] hæc verba, tanquam scholium adverbii *τότε*, citans h. l. omittit Hermogenes p. 356.

— 24. *προσῆκε*] ad *προσῆκε* adde *πράττειν*, ob insequentem accusativum, quod insequente dativo necesse non foret.

— ult. *ἐπειδὴ —*] Est anacoluthum. Apodosis incipit p. 289. 25. a verbis *διὸ δέδοκται*.

289. 19. *καὶ ἰδίας*] quid sibi velint oppida *propria*, non intelligo. cui propria? non certe Philippo. cur enim raperet ipse sua? suspicatus aliquando fui, leg. esse *καὶ οὐ φιλίας*. oppida barbarorum populorum, nobiscum societate nulla copulata, aut *καὶ οὐκ ἰδίας*, neque proprias Atheniensium, in jure atque potestate eorum sit. *die nicht ihre Unterthanen sind* [*they which are not your subjects*].

— 20. *ἔλαττον*] subaudi *τοῦ ἐγκαλεῖν καὶ τιμωρεῖσθαι*.

290. 21. *συγγενείᾳ*] bene habet. neque quoad cognationem, neque quatenus ejusdem nationis ambo populi sunt. Germani omnes, quatenus Germani sunt, *ὁμόφυλοι* sunt, consortes ejusdem nationis, at non item *συγγενεῖς*, inter se cognati. Verum Thebani dicuntur h. l. cum Atheniensibus non modo *ὁμόφυλοι*, id quod inter omnes constat, ambo enim Græcæ stirpis erant, sed etiam sanguine inter se cognati esse; de quo mihi non constat; fortasse mythologicis in labyrinthis versati certiora nos de Thebanorum cum Atheniensibus per heroas mythicos cognatione docebunt.

— 25. *κατήγαγον*] malim *κατηγάγομεν*, ob insequens *ὑπεδεξάμεθα*.

— 27. *Οἰδίπουν*] Œdipum Athenienses tanti fecerunt, ut pæne in numero numinum, certe heroum, vel Semonum habuerint. et Thebani, ossa ejus ab Atheniensibus repetentes, testati sunt, non tam parvi Œdipum a se fieri, neque tam abhorreri, atque Wolf voluit persuadere.

291. 14. *ἦ μὲν τοίνυν —*] Marcellinus ad Hermog. p. 205. *ἐδίδαξε δὲ καὶ ὁ ῥήτωρ τὸν τοῦ ὁρίζεσθαι τρόπον. καθόλου γὰρ οὐκ ἐν ὅρῳ μόνον, ἀλλ' ἐν πᾶσι τοῖς ἀμφισβητησίμοις ἑξ ἑκατέρων ὁρίζεται πρός τε τὸ ἑαυτὸν συστῆσαι καὶ τὸν ἀντίδικον διαβαλεῖν. ὡς ἐν τῷ περὶ Στεφάνου. ὁριζόμενος γὰρ, τίς τε ὁ σύμβουλος καὶ τίς ὁ συκοφάντης, καὶ τίνι διαφέρουσιν ἀλλήλων, τὰς εἰς ἑκάτερον παρασκευὰς ἐκ τῶν πεπραγμένων ἐπήγαγεν, ἀποδεικνὺς ἑξ αὐτῶν, ἑαυτὸν μὲν εἶναι τὸν ἄριστον σύμβουλον, Αἰσχίνην δὲ συκοφάντην, ἐν οἷς φησὶν ἦν μὲν οὖν τοῦτο τοῦ δικαίου πολίτου —.*

— 22. *ἦν μὲν οὖν, ὅπερ εἶπον —*] idem Marcell. p. 265. *τούτῳ μάλιστα Δημοσθένης ἐκράτησεν Αἰσχίνου, ἐξ οὗ καὶ εἰς ἀξίωμα μέγιστον ὁ λόγος* [pro corona puta] *προῆλθε, τῷ λέγειν μὴ παρελθεῖν τι αὐτὸν ὧν ὀφειλόντων πραχθῆναι, καὶ οὐ τότε μόνον, ἀλλ' οὐδὲ νῦν εἰπεῖν ἐστί τι τῶν συμβουλευθέντων ἂν ἄμεινον. ἦν μὲν οὖν, ὅπερ εἶπον, ἐκεῖνος ὁ καιρὸς — ad ἡ καιρὸς συμφέρων παρ' ἐμοῦ παρελείφθη τῇ πόλει. παραλαμβάνομεν δὲ τὸ ἀξίωμα τοῦτο ἐν ταῖς συμβουλαῖς, οὐ πάντοτε ἁπλῶς, ἀλλὰ τότε χρησόμεθα, ὅταν ἀκριβῶς πεπιστευκότες ὦμεν μηδένα ἕτερον δύνασθαι παραλελειμμένον τι δεῖξαι τῶν δεόντων πραχθῆναι. ἅσπερ ὁ ῥήτωρ πεποίηκε.*

292. 7. *ἐπειδὴ δ' οὐ τότε*] subaudi *ἔδειξας*.

— 8. *λόγος*] h. l. est ratio, via, modus agendi, institutum, acri et subtili meditatione excogitatum.

— 27. *καὶ τότ' ἤδη κατηγόρει μου*] et tum demum me accusa. posteaquam scil. ea demonstraveris, quæ abs te mihi potulo demonstrari.

— pen. *ὁ συμβὰς σκηπτὸς, ἢ χειμὼν*] duo postrema vocabula videntur aut scholium v. *σκηπτὸς*, aut ejus varians lectio esse.

293. 15. *πλησίον*] addidi. potest tamen etiam vulgata defendi et bene reddi: nusquam locorum in hac nostra regione.

— 16. *ἀρ' οἴεσθε ὅτι νῦν μὲν στῆναι*] correxi de meo, *ἆρ' οἴεσθε ἔτι νῦν ἂν στῆναι*. quamquam nunc mallem *συστῆναι* a me prælatum fuisse. Sed tum nondum noram, Marcellinum hujus lectionis auctorem esse. putatisne adhuc futurum, aut licitum vel datum vobis a diis esse, ut unis locis consistatis, quomodo nunc adhuc facitis.

— 19. *τότε δὲ οὐκ ἄξιον*] prætuli de meo, *τότε δέ*. interrogatio hæc est mirabundi et suspensi. tunc autem —! scil. dic mihi, quid futurum fuisset, quid evenisset. Est aposiopesis. Ipse orator se comprimit, dicens *ἀλλ' οὐκ ἄξιον*, verum piget pudetque ea commemorare, quorum ne gustu quidem nos imbuit numinis benevolentia. Nam pro *ἄ γε μηδὲ πεῖραν* dedi rursus de meo *ἄ γε μηδ' εἰς πεῖραν*. ne periculi vel experimenti quidem ergo, ne gustandi quidem atque delibandi. Poterat item *μηδ' ἐπὶ πείρᾳ* (in dativo) corrigi, et facile est intellectu, *ἐπὶ* potuisse elidi in medio situm inter *μηδὲ* et *πείρα*. quippe cujus prima litera ε cum postrema in *μηδὲ* et reliquæ duæ *πὶ* cum initio v. *πείρα* essent eædem. Potest quoque cum Aug. quarto legi: *ἄν γε μηδὲ πεῖραν*.

— 22. ἔστι δὲ ταυτὶ —] Citat h. l. Sopater ad Hermog. p. 128. ubi τὰ πολλὰ omittit, ut e memoria recitans, sed vi sua non caret. idem est ac si dixisset: ταῦτα πάντα, καίτοι πολλὰ ὄντα, πρὸς ὑμᾶς ἐστί μοι εἰρημένα. hæc omnia, tam verbosa, ad vos pertinent. hæc tota, quamvis tam copiosa, oratio ad vos directa est.

— ult. ταῦτα] scil. τὸ ἀγνοῆσαι τὰ μέλλοντα καὶ διὰ τοῦτο τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ ἁφαμαρτῆσαι ἐν τῷ συμβουλεύειν.

294. 6. τούτοις] id est, ταῖς ἐμαῖς συμβουλίαις.

— 10. καὶ ἅμα Ἀρίστρατος] Minutianus p. 156. ἀπὸ τοῦ ἅμα. argumentum ab eo, quod simul est. καὶ ἅμα Ἀρίστρατος ἐν Νάξῳ — κατηγορεῖ. τεκμήριον γάρ ἐστι τοῦ καὶ τοῦτον ἐχθρὸν [scil. Atheniensium] εἶναι, τὸ ἐν τῷ αὐτῷ καιρῷ τὰ αὐτὰ τοῖς ὁμολογημένοις ἐχθροῖς πράττειν [subaudi etiam hunc Æschinem].

— 19. πράττεταί τι—] Citat h. l. Hermogen. p. 296. et Alexander de figuris p. 64. ubi affert pro exemplo ἀντιστροφῆς.

— 26. εἰ γὰρ ἦν ἅπασι —] Marcellinus p. 316. ἔτι δὲ καὶ κατὰ βίαν εἰσήγαγε τὸ ἔνδοξον ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ· εἰ γὰρ ἦν ἅπασι πρόδηλα τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι —.

295. 1. τούτων] quorum ego tum patriæ sum auctor factus. ἡ δόξης ἡ προγόνων bene si habet, accipi sic debet: sive gloriam patriæ, quæ nunc est (civium, qui nunc sunt), sive gloriam majorum — ullo in loco habebas.

— 7. ὁντινοῦν οὐχ] prætuli ὅντιν' οὐχ. nullum est discrimen, quod majores non libenter subissent.

— 20. παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως] prætuli παρ' αὐτοῦ τοῦ Π. β. gradatim procedit a Thebanis vi pollentibus, ad Lacedæmonios multo potentiores, ab his ad ipsum regem Persarum multo potentissimum atque ferocissimum.

— 21. ἐδόξη τῇ πόλει] dura utique et inconsentanea est sententia: datum hoc citaviti fuisset in gratiæ et beneficii loco, ut regi Persarum, aut cuicunque alii serviret. Serviendi necessitas profecto nulla est gratla, neque indulgetur roganti. nemo enim eam rogat. Sed sic debuisset dictum esse: Civitas si voluisset imperata facere, aliique principatum Græciæ permittere, licuisset ei, datumque et concessum fuisset, ut non modo sua pristina bona salva retineret, sed insuper etiam nova, quæcunque modo vellet, ad delectum suum, adipisceretur. Verum illa participiorum consectatio Græcos haud raro in manifestas et ridiculas absurditates implicat imprudentes.

— 27. πράττουσι] malim προστάττουσι.

296. 5. τῶν ἀνδρῶν — τῆς ἀρετῆς] vix videtor hæc dictio Græca esse. nam aut τοὺς ἀνδρας ἐκείνους τῆς ἀρετῆς leg. est (subaudi χάριν vel ἕνεκα), aut τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τὴν ἀρετὴν, aut τὰς ἀρετάς.

— 7. ταῦτα] emigrationem puta e solo patrio, exsilium ultroneum.

— 10. οὐ μόνον αὐτὸν] Sententia postulat, ut οὐ μόνον αὐτοὶ [scil. ὑμεῖς] αὐτὸν legatur. non vos ipsi solum eum, sed etiam mulieres vestræ uxorem ejus lapidibus obrutam confecerunt.

— 17. διαφέρει δὲ τί; ὅτι ὁ μὲν] omisi ὅτι. videbatur oratio ita fortior atque nervosior futura.

— 18. τὸν τῆς εἱμαρμ.] malim τὸν ἀπὸ τῆς εἱμαρμένης. mortem cuique e fatali quadam necessitate, ut vulnere, morbo, submersione in undis, a fulminis ictu, et quæcunque alia fatalia sunt, obvenientem. καὶ τὸν αὐτόματον. et mortem eam, quæ sponte sua, necessario tandem aliquando senio exinanitis venit, per leges naturæ, tametsi neque morbus, neque ulla alia vis externa accedat.

— 23. τοῦ θανάτου] duo hæc vocabula addidi. ipsa morte horribiliores.

— pen. τῆς μέντοι διακονίας—] Hermogen. p. 338. μέθοδος δ' ἐπιεικείας — τὸ ἐκόντα ἐλαττοῦν τὰ ἑαυτοῦ χρηστὰ, ἢ ὅσα ἔχει κατὰ τοῦ ἐχθροῦ σφοδρὰ, ταῦτα ἐκόντα μειοῦν, καὶ μὴ λέγειν σφοδρῶς. καὶ τὰ μὲν ἑαυτοῦ ἐλαττοῖ ὁ Δημοσθένης κατὰ μέθοδον οὕτως, εἰ, παρὸν αὐτῷ λέγειν ἀξιωματικῶς, οἷον· μετὰ ταῦτα δὲ τοὺς ἀποστόλους ἀπέστειλα ἅπαντας, καθ' οὓς Χερρόνησος ἐσώθη, καὶ τὸ Βυζάντιον καὶ πάντες οἱ σύμμαχοι· ὁ δὲ εἶπεν ὡς ἑτέρως. οἷον· τῆς μέντοι διακονίας τῆς ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πεπραγμένων καὶ ἐμαυτῷ μετεῖναι φημι. ὁρᾷς, ὡς ἐν ἀμφοτέροις μὲν τὸ αὐτὸ πρᾶγμα δηλούμενόν ἐστιν· ὅτι ἐγὼ συνεζούλευσα καὶ ἐγὼ ἔγραψα. ὅσον δὲ τοῦτο ἐκείνου ἐπιεικέστερον εἴρηται καὶ ταπεινότερον. ἀλλ' οὗτος μὲν εἰς δέον ἑκατέρῳ χρῆται.

297. 5. εἰ γὰρ, ὡς οὐ τὰ βέλτιστα] dedi auctius de meo sensu: εἰ γὰρ οὐχ, ὡς οὐ τὰ β. nam si hunc condemnare omittetis, ideo quod consilia mea non videantur vobis fuisse auspicatissima.

— 7. ἡμαρτηκ. δόξετε] post ἡμαρτηκέναι δόξετε. videtur deesse τῇ γνώμῃ, voluntate, intelligentia, prudentia, aut inferenda sententia quasi judiciali, in decernendo et deligendo.

— 11. οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι —] celeberrimum h. l. citat Hermogen. p. 260. ἔτι μεθόδου λαμπρᾶς καὶ τὸ τὰ ἔνδοξα ἐνδοξοτέρως λέγειν. ὥσπερ ἐκεῖνος τό· οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι. τοῦτο γὰρ παράδειγμα μὲν ἔνδοξον. οἷον· ὀρθῶς οὖν ἐβούλευσα [lege συνεβούλευσα] ὑπὲρ ἐλευθερίας κινδυνεύειν. οὕτω γὰρ ἐποίουν καὶ οἱ ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντες. ὁ δὲ εἰς ὅρκον αὐτὸ ἀναγαγὼν, ἐνδοξότερον αὐτὸ ἐποίησε καὶ λαμπρόν. οὐχ ἥμαρτον ταῦτα συμβουλεύσας, οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαρ. Eadem hoc de loco Aristides quoque p. 170. observat. citat item Clemens Alex. p. 748. ed. Potteri.

Plutarchus Moral. p. 350. et rursus Hermog. p. 424. Schol. Apollonii Rhodii p. 169. edit. Hoelzlin.

— 14. Ἀρτεμισίῳ] Citat Harpocr. v. Ἀρτεμίσιον.

— 16. οὓς ἅπαντας —] Scholiastes Hermog. p. 392. ἀποστροφή ἐστιν, ὅταν ἀπὸ τῶν δικαστῶν πρὸς τὸν ἀντίδικον ἀποστρέφῃ τις τὸν λόγον. οἷον· μηδὲν οὖν φιλονείκει, Λεπτίνη. καὶ πάλιν· οὓς ἅπαντας ἡ πόλις τῆς αὐτῆς τιμῆς ἀξιώσασα ἔθαψεν, Αἰσχίνη· κινήσας γὰρ τῇ δόξῃ τῶν παραδειγμάτων τοὺς ἀκούοντας, τότε καὶ τὸν ἀντίδικον κέκληκε. [num κεκίνηκε.]

— 22. γραμματοκύφων] Schol. Hermog. p. 395. γραμματοκύφων, οἱονεὶ νοτάριος. καὶ γὰρ Αἰσχίνης γραμματεὺς ἦν τοῦ δημοσίου.

— 26. ἐμὲ δ', ὦ τριταγωνιστὰ —] Alexander de figuris p. 50. πύσμα ἐστὶ, πρὸς ὃ διεξοδικῶς ἀπαντῆσαι δεῖ καὶ διὰ πλειόνων· ὡς ἔχει τὸ τοιοῦτον· ἐμὲ δὲ, ὦ τριταγωνιστὰ — τούτοις συμβουλεύειν ἔδει· ἐνταῦθα γὰρ οὐκ ἔστιν ἀποκρίνασθαι ναὶ ἢ οὔ, ἀλλὰ διὰ πλειόνων ἀνάγκη ἀπαντᾶν τῷ τοιαῦτα ἐρωτῶντι.

— ult. ἔπειτ' οὐδ' ὑμᾶς] malim aut cum Marklando ἐπεὶ οὐδ' ὑμᾶς, aut ἐπεί γε οὐδ' ὑμᾶς. me non decebat, remp. gerentem, abjecte de ea sentire. nata ne vos quidem pari cum animo causas privatas atque publicas dijudicatis: illas quidem civiliter, has autem cum sensu nobilis et excelsi animi, quem fama majestasque majorum haud fugiat.

298. 3. τὰ μὲν τοῦ — σκοπούντας] negotia vitæ civilis quotidianæ spectatis ad normam privati juris vestri civilis, et ex ratione cœptorum, morum, actorum actoris cujusque; ut aiatis negotisve factum aliquod cum jure vestro civili consentire, aut actorem defensoremve videri virum bonum et honestum esse.

— 14. καταλαμβάνομεν] in præsenti. probarem, si etiam ἀφικνούμεθα præcessisset. sed præmisso ἀφικόμεθα, videbatur melius imperfectum κατελαμβ. convenire. quare hoc prætuli.

299. 3. ἐκείνους] Thebani primos adducebant ad concionem, cum eaque agendi veniam primis dabant, Philippi legatis, sociorumque.

— 9. αὐτοῖς] prætuli αὐτούς. nam ad ἀποδοῦναι facile e nexu sententiæ subauditur αὐτῷ. æquum censebant, eos, Thebanos puta, gratiam [Philippo] reddere.

— 10. αὐτοὺς] ipsos, Macedonas puta, Thessalos, cæterosque Philippi satellites. Minucianus p. 164. ὁ δὲ ὕστερος τοῦ πράγματος τόπος. locus ab iis rebus, quæ postea evenerunt, aut eventura sunt. ὡς ὁ Δημοσθένης· [rem refert, non verba remetitur] ἐκ μὲν ὧν οἱ παρὰ Φιλίππου πρέσβεις ἔλεγον, ἐδήλουν τὰ ἐκ τῆς Ἀττικῆς εἰς τὴν Βοιωτίαν κομισθησόμενα. ἐκ δὲ ἂν ἡμᾶς ἐρεῖν ἔφασαν, τὰ ἐκ τῆς Βοιωτίας διαρπασθησόμενα. δηλοῦται γὰρ ἐκ τῶν ἐπιγενησομένων, ὅτι οἱ παρὰ Φιλίππου πρέσβεις ἀπεδείκνυσαν συμφορώτερον εἶναι Θηβαίοις, Φιλίππῳ βοηθεῖν, ἢ Ἀθηναίοις.

— pen. οὕτως οἰκείως ὑμᾶς ἐδέχοντο] sententia hæc est: ut Thebani locum vobis facerent, hospitioque liberali vos excipierent, ablegabant copias suas cunctas, pedestresque atque equestres, extra mœnia, in castra, ubi ipsis sub dio metandum erat, cum vos interim in tectis requiesceretis, in commoditate et otio, lautia et hilaria agentes. Thebani vos suis civibus præhabebant.

300. 8. καὶ τὰ παρ' αὐτοῖς, καὶ τὰ παρὰ πᾶσι δὲ ἐν πλ. φ.] fortasse præstiterat hunc ordinem relinquere, quem transponendo δὲ turbavi. sed posterius τὰ necessario delendum est. Illud δὲ, in παρὰ πᾶσι δὲ, significat *quid? quod* apud omnes. *imo potius, ut rectius dicam*, apud omnes. ad φυλακῇ subauditur ὄντα, vel εἰωθότα εἶναι.

— 12. κατά γε ὑμᾶς] correxi de meo sensu κατά γε ὑμῶν. de vobis judicarunt. κατὰ cum genitivo non semper est *adversus*, in fraudem alicujus. sed etiam universe, *de* aliquo, etiam ad laudem, ut h. l.

— 13. τοῦ στρατοπέδου] subaudi τοῦ ὑμετέρου, copiarum vestrarum, quas Thebanis auxilio miseratis.

— 14. οὐδὲ ἀδίκως] ne per nefas quidem, ne falsa quidem criminatione, nedum vera.

— 16. τὴν ἐπὶ] interposui τ'. Pugna ad Potamum (nam sic est reddendum, quia nomen tractus est proprium, non ad fluvium) accidit apud Cephissum. unde etiam totus ille tractus circa Elateam et Chæroneam appellata fuit ἡ παραποταμία, teste Strabone p. 649. cujus hæc sunt verba expositioni de Elatea protinus subjecta: παραποτάμιοι δέ εἰσι κατοικία τις ἐπὶ Κηφισσῷ ἱδρυμένη πλησίον Φανοτεῦσι, καὶ Χαιρωνεῦσι καὶ Ἐλατείᾳ. v. ibi annot. Holsten. Altera pugna cur hyberna, vel procellosa potius appellata fuerit, tanti non est quærere. Quod sciri nequit, de eo ne quærendum quidem est. Multa sunt in vetustis auctoribus obscura, quæ nulla vis ingenii, nulla investigandi industria, nullus casus, nulla dies unquam aperiet. In his ingenioque tuo quiescendo, lectorisque patientiæ tacendo recte feceris otium. Et cur tandem e longinquo arcessemus in pedibus posita? Quid naturæ rerum convenientius, quam pugnam eam χειμερινὴν, procellosam, tempestuosam appellare, quæ a procella esset interpellata et diremta?

— 22. ἐπράττετο] prætuli ἐπράττετε. hæc cum gereretis, his in rebus cum versaremini. tam secundis successibus cum gauderetis.

— 23. ζήλου —] Citat h. l. Thomas M. v. ζηλῶ.

— ult. ταῦθ' ὡς οὐκ ἄριστα νῦν ὑμᾶς ἀξιοῖ ψηφίσασθαι] Pro ἄριστα malui ἄξια (subaudi λόγου) dare, quia luculentior est oppositio inter τὰ ἄριστα et τὰ οὐκ ἄξια λόγου. Dictio ψηφίζεσθαί τι si bene Græca est, significabit, pronunciare esse sic vel aliter. postulat nunc vos de iis rebus gestis pronunciare, flocci non esse faciendas. Alias consueta loquendi ratio ferebat, ut sic diceret: τούτων ὡς οὐκ ἀξίων νῦν ὑμᾶς ἀξιοῖ καταψηφίσασθαι. Denique νῦν movet suspicionem, τότε in superiori colo desse. ὧν ὡς ἀρίστων ὄντων αὐτὸς τότε τοὺς θεοὺς ἐ. μ.

301. 9. οὗτοι] missi a vobis ad ferendum Thebanis auxilium.

— 18. Καλλίστρατος] Alexander de figuris p. 72. Καλλίστρατος ἐκεῖνος. τὸ γὰρ ἐκεῖνος προσκείμενον ἔμφασίν τινα μεγέθους περὶ τὸν ἄνδρα δηλοῖ.

— pen. πρόνοιαν] prætuli de meo sensu προνοίας, in genitivo. idem est ac si dixisset: οὐδὲ τῇ προνοίᾳ τῆς ἰδίας ἀσφαλείας διδόναι χώραν. ne providentiæ quidem salutis propriæ locum dare; nedum salutis ipsius. tempus ejusmodi erat, ut privato nemini concederet, non modo tuto et securo esse, sed ne saluti quidem suæ prospicere.

302. 17. τούτου οὐδὲ] δὲ addidi. ab hoc, Æschine vero, ne inousata quidem, nedum ut me reum peregerit.

— 27. ἢ τόνδε] Ctesiphontem puta.

303. 5. προλαβεῖν] idem est atque φθάνειν. evenire, quod deinceps in fraudem tuam interpretetur alter.

— 11. ἐπ' αὐτῆς ἀληθείας ἐγγὺς οὔσης, τῶν ἔργων ἔτι μεμνημένων ὑμῶν] Addidi τῆς et detraxi οὔσης, et locum sic discrevi: ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας, coram veritate ipsa, ἐγγὺς τῶν ἔργων, prope eventa, ἔτι μεμνημένων ὑμῶν [scil. αὐτῶν] vobis ea adhuc recenti memoria continentibus.

304. 1. τῆς ὑπαρχούσης] subaudi ὑμῖν, aut παρ' ὑμῖν.

— 2. περὶ ἑκατέρου] scil. ἡμῶν.

— 5. πραγμάτων] tuebor. rerum gestarum rationes ita subduci non solent. οὗτος λογισμὸς, hic modus calculandi, qui fit per dispositionem calculorum, de quo nunc agitur.

— 10. μεθ' ἡμῶν παρατεταγμένους] correxi μεθ' ὑμῶν συμπαραταξ. in causa fuit, ut Thebani, vobiscum in acie stantes, eum prohiberetis, id nempe facere, quod eum facturum nemo non opinabatur, ut scil. in fines vestros irromperet.

— 18. ἐποίησιν] addidi, non quo necessarium esset id verbi, quod sufficere poterat semel jam versu 11. positum, sed perspicuitatis ergo.

— 19. ἀντανελεῖν] proprie locum in calculis habet, cum rationes accepti et expensi inter se constant. tum usurpatur, cum damna et clades quæstibus et victoriis, delicta benefactis compensantur. Est itaque sententia: Existimasne, res has præclare a me gestas ex hominum memoriis tolli debere, propter ingentes clades, quas passi sumus, mea nempe, id quod tu ais, culpa, quia decora, si quæ Græciæ opera mea parta sunt, cladibus compensentur et obruantur, imperitia et infelicitate mea contractis.

— 22. ἐν οἷς] idem est atque ἔνθα, vel ὅπου. ubi. quam ibi cernere est, ubi quorundam politus est Philippus. h. e. quam Ph. exercuit tum, quum politus est quorundam. vel quam, ut cernere est, in eorum quibusdam exercuit, quos in potestatem suam redegit.

— 24. τὰ λοιπὰ τ. πρ. περιβαλλόμενος] reliqua, seu Thraciæ, seu Græciæ, nondum a se subacta, conans ad se rapere, sibique veluti amiculum circumjicere. Melius Harpocrationem percepit Valesius, quam Taylorus, et sedem interpretationis melius noscitavit.

— 27. κεκόμισθε] ad κεκόμισθε addendum videtur δι' ἐμέ. mihi debetis, quod fructus humanitatis Philippi percepistis, in quo laudandi estis, egoque vobis id congratulor.

305. 2. πάνυ γὰρ κατὰ —] Alexander Rhetor p. 54. in capite περὶ διασυρμοῦ. καὶ ὡς Δημοσθένης πρὸς αὐτὰ ταῦτα· πάνυ γὰρ κατὰ τοῦτο χείρω γέγενε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα, εἰ τουτὶ τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ μὴ τουτί, διεξῆλθον ἐγὼ, εἰ δευρὶ τὴν χεῖρα, ἀλλὰ μὴ δευρὶ μετήγαγον. Posterius εἰ Normannus addidit, haud constat unde. in Aldina non est, sed ejus loco vacuum spatiolum. Pro παρὰ τοῦτο dat ille, o memoria recitans, κατὰ τοῦτο, quod ad sententiam perinde est. nam παρὰ τοῦτο est ob hoc, vel huctenus. Si hoc fuisset, evenisset etiam alterum. verum quia prius desideratum est, παρὰ τοῦτο ideo eventus quoque speratus insecutus non est. οὐχ ὁρᾷς non vides? est formula excitandi ad attentionem, et ad so vultum adversarii contorquendi. en. vides. huc specta.

— 8. εἰσῄειν] correxi εἰσῄειν. cum ingrederer in res, h. e. cum ad rempublicam tractandam accederem.

— 11. ἐδείκνυες et ἐσυκοφάντεις] correxi ἐδείκνυεν et ἐσυκοφάντει in tertia persona. redit enim ad ὁ βουλόμενος ἐξετάζειν τὸν ῥήτορα, versu penult. p. 304.

— 18. προεξηλεγμένα] correxi προεξειλεγμ. non enim est a προεξελέγχειν, sed a προεκλέγειν. jamdudum ante exacta et collecta, antequam bellum cum Philippo susciperemus, aut ego ad remp. accederem.

306. 13. συμμάχους μὲν ὑμῖν ἐποίησα] Schol. Hermog. p. 139. οὕτω καὶ Δημοσθένης, ζητουμένου, εἰ εὖνους ἐστὶ τῇ πόλει,

ἀπὸ τῶν πράξεων συνέστησε τὴν ἑαυτοῦ εὐνοιαν οὕτως εἰπὰν· ὅπου [leg. οὕτως εἰπών που, nescio ubi locorum] Βυζαντίους, Περινθίους, Εὐβοέας, Ἀχαιοὺς συμμάχους ἐποίησα τῇ πόλει. fortasse hunc locum designans.

— ult. κενὰς — χάριτας] κεναὶ χάριτες sunt officia, studia vana, incassum navata, sive illo, cui navantur, haud desiderante, et vel aspernante etiam, sive quod sero veniunt, sive quod rem malam et corruptam haud corrigunt.

307. 2. ὢν ἐν τῇ πόλει] agens, habens in urbe, non peregrinans.

— ibid. παρὼν] scil. τοῖς γιγνομένοις. præsens rebus illis, cum gererentur, in iis mediis versans.

— 4. οὐχ ὅσα ἂν ἐβουλώμεθα] prætuli οὐχ ὅσα ἐβουλόμεθα. præterea verba ἐξῆν αἱρεῖσθαι, aut similia, addenda videntur. non ea licebat optare, quæ vellemus, sed ea necesse erat acceptare, quæ res et tempora darent.

— 8. τοῖς πεπραγμένοις] malim οὕτω aut οὕτως εὖ interponi.

— 9. τί ἂν οἴεσθε] Citat h. l. aliosque e vicinia Apsines p. 699.

— 21. πονηρὸν, ὦ ἄ. Ἀ. —] Sopater ad Hermog. p. 37. δεῖ δὲ τὸν μελετῶντα τὰ πρός τι, ἢ διαβεβλημένα, καθολικοῖς χρῆσθαι ἐπιχειρήμασιν, ὡς καὶ ὁ Δημοσθένης· πονηρὸν, ὦ Ἀθ. πονηρὸν ὁ συκοφάντης. v. etiam Schol. Aristoph. ad Nubes versu 447.

— 25. αὐτοτραγικος πίθηκος] *ein leibhafter tragischer Affe* [*a downright tragick ape*]. hæc inest notio huic compositioni cum αὐτο. placuit tamen magis ad augendum vocabuli ridiculum, et portentosum, duo istæc in unum contrahere, ad Aristophaneam formulam procusum αὐτοτραγικοπίθηκος. purus putus tragicus simia. ἀρουραῖος Œnomaus appellatur, quoniam non in urbe, sed ruri, hanc fabulam agebat, et Œnomaus, διὰ τὸ ὑποκρίνεσθαι τὸν Οἰνόμαον καὶ πεσεῖν ἀπὸ τοῦ ἅρματος, ut vult Schol. Hermog. p. 410.

308. 3. εἰ τὸ καὶ τὸ —] Alexander de figuris p. 72. cap. περὶ ἐλλείψεως citat h. l.

— 6. αὐτὴν] addidi. non supervacaneum est hoc vocab. *cladem ipsam*. vult dicere: delicta imperatorum et militum, quæ cladem hanc conciverunt, in semet spectata et a meis politiciis institutis secreta, mihi par non est imputari.

— ult. ἃ πολιτικὰ] correxi de meo ἃ συγήλικα. quæ vitia civitatibus omnibus cognata sunt, cum ipsis nata, durantque, donec ipsæ permanent.

309. 3. φιλίαν] malit Taylor ad φιλίαν addi ἀγαγεῖν, non animadvertens, eo facto etiam insequentia sic debere corrigi: καὶ εἰς τὴν τοῦ τὰ δ.

— 9. καὶ τῷ διαφθείρειν] delevi articulum. non enim nisi duæ sunt machinæ, quibus Philippus omnia percutit. 1. Exercitus, et 2. τὸ διδόναι καὶ διαφθείρειν, id est, διὰ τῶν δωρεῶν διαφθείρειν. corruptelæ largitionibus effectæ.

— 17. ἃ μὲν τοίνυν —] Aristides de D. C. p. 240. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι συμπληρώσεις — ἅμα τε τὸ προειρημένον συμπληροῦσαι καὶ ἀπαρτίζουσαι, καὶ μετάβασιν ἐπὶ τὸ ἑξῆς εἰσαγόμενον παρέχουσαι, ὡς ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Στεφάνου· ἃ μὲν τοίνυν ἐγὼ παρεσχόμην —.

— 19. τουτονὶ] hunc Ctesiphontem.

— 21. ἴστε] ergo illa superiora non perinde norant, eoque demonstranda ipsis fuerant.

— 24. ἐμβεβηκὼς] dubium est, quo referatur, num ad δῆμος, an ad ἐγώ. Insequentia tamen sic satis certo definiunt, atque restringunt ad δῆμος. mirum non fuisset, si populus, utpote in ipsos ingressus deterrimos turbarum bellicarum horrores, iisque septus et pæne dementatus, inclementius aliquid in me statuisset.

310. 10. Μελάνου] nomen Græcum nullum est Μέλανος, Μελάνου. In libris est Μελάντου. Sed Μέλαντος quoque perinde extra usum est, quare ex eo effeci Μελανίου, a nom. Μελανίας.

— 16. εἰσηγγελλόμην] erant actiones εἰσαγγελίας in eos, si qui cum hostibus patriæ consilia perniciosa contulisseut, eorum legatos vel emissarios clam domi suæ accepissent, aut tenuissent occultos, belli instrumenta copiasque exportari vetitas clam ipsis submisissent, aliisque quibusque modis in remp. armassent.

— 19. τὰ ἄριστά με πράττειν] instituta mea esse omnium optima et saluberrima, et quæ agerem, ea me agere fido integerrima sanctissimaque erga remp. pietate.

— ibid. γραφὰς] actiones, quibus reus incusatur, leges rogasse noxias patriæ, ejusque vetustæ constitutioni et juri civili adversantes.

— pen. Κεφάλου] Citat h. l. Hermog. p. 306. Syrianus p. 237. ὡς ἐπὶ τοῦ Κεφάλου καὶ Ἀριστοφάντος τῶν ἀμφισβητούντων περὶ τοῦ καλοῦ βίου. — τοῦ κατὰ τὸν Κέφαλον μέρους, τῷ μηδεμίαν γραφὴν φυγεῖν, — τοῦ κατ' Ἀριστοφάντα, τῷ πολλὰς φυγεῖν γραφὰς καὶ μηδεμίαν ἁλῶναι. item p. 404.

— ult. καὶ νὴ Δία γε] non id modo concedo, quod tu postulas, præclarum esse, sed insuper hoc quoque largior, beatum esse.

311. 5. οὐδεὶς ἐγράψατο] videntur hæ duæ dictiones, οὐδεὶς ἐγράψατό με πώποτε, et οὐδεὶς ἐδίωξε γραφὴν, nil inter se differre, sed idem significare. differunt tamen. Deferebant multi alios criminum, sed litem coeptam haud prosequebantur. Demosthenes hic ab Æschine dicamque sibi scriptam negat unquam fuisse, neque semel in forum delatam ab eodem esse constanter peractam. Nunquam me accusavit Æschines, ait, nunquam litem inditam persecutus est.

— 7. πολλαχόθεν μὲν —] Citat h. l. Aristides p. 204. ubi sententiam hanc in exemplum περιβολῆς proponit.

— 11. παντελῶς] V. Stobæi Serm. cxi. p. 583.

— 13. μέχρι καὶ τῆς ἐσπέρας] addidi καὶ, cujus est non exigua vis. non tantum usque ad finem anni, sed vel ad finem præsentis diei modo.

— 18. τούτου] h. l. idem est atque ἢ οὗτος. multo verius, æquius et humanius de forte fortuna disseram, quam hic fecit.

312. 16. εἴ τις] malim εἴ τινί τις.

— pen. ἐπειδὴ δὲ πρὸς τὰ κοινὰ προσῆλθον, ἐδοξέ μοι τοιαῦτα πολιτεύματα ἐλέσθαι] malim sic exarare atque distinguere: ἐπειδὴ δὲ πρὸς τὰ κοινὰ προσελθεῖν ἔδοξέ μοι, ut autem visum mihi fuit ad remp. accedere, τοιαῦτα πολιτεύματα ἑλέσθαι, scil. ὑπῆρχέ μοι. quod e præmissis tacite est repetendum. licuit mihi vias eas inire, et instituta sequi ea —.

313. 3. τοὺς ἐχθροὺς ὑμᾶς] te, Æschinem, cum tuis sodalibus, qui omnes mei estis inimici. suspicatus tamen aliquando sum, orationem non ad globum Æschinis, sed ad judices coronamque circumstantem esse directum. quod si est, leg. erit: τοὺς ἐχθροὺς πρὸς ὑμᾶς. neque hostes vestros, o cives, unquam vobis objectasse, instituta mea turpia fuisse.

— 8. διαπτύων —] Citat h. l. Alexander Rhetor p. 16.

— 17. ἀπομάττων] scil. τοὺς τελουμένους. detergens initiatos argilla. Loti fricabantur creta, ochra, argilla, et furfuribus, quæ sunt res abstergendis sordibus oleosis, sudori, squalori, seu squamis cutis, perquam accommodatæ. Saponem illi veteres ignorabant, aut rarius eo utebantur.

— 18. ἀναστὰς] correxi ἀνιστάς. perfecta lustratione, jubebas lustratos surgere, humo sellave. Quæ modo enumeravit orator, omnia sunt σκευωρήματα Æschini cum matre communia, in quibus eam adjuvit. ut τὸ νεβρίζειν, quod est initiandos pelle maculosa hinnuli induere: nam deponendæ ipsis erant suæ vestes, quo nudi baptizarentur. τὸ κρατηρίζειν fuit aut immersio initiandi in labrum aqua plenum, aut effusio labri super caput ejus stantis, aut in genubus sedentis. Ritus hic aliquem per ejusmodi immersionem in aquam, perfusionemve in collegium suum adsciscendi, penes multos adhuc obtinet opifices, qui hoc ritu tirones, tirocinio posito, jam cœtui suo adscribi declarant. Superiori seculo albo academico adscribendi quoque hujusmodi ineptiis a Depositoribus sic dictis vexabantur. Perquam vetustos hic mos fuit, novos advenas scholarum publicarum baptizandi, id quod e Libanii Vita paret, hac de vexa, etiam sibi Athenis oblata, quærentis. Mitto reliqua σκευωρήματα persequi, quod vocabulum significat minutas et laboriosas, cum sedulitate, trepidatione atque discursatione conjunctas, sed contemnendas, vanas, aniles et ridiculas molitiones.

— 20. καὶ ἔγωγε νομίζω] nullus dubito leg. esse: καὶ δικαίως, ὡς ἔγωγε νομίζω. et id recte quidem, ut ego equidem opinor, facit, se jactans scilicet hoc inprimis, quod tam clarum, acutum et sonorum ὀλολύζειν, non ululare, sed jubilare potius, valeat. Quid sit ὀλολύζειν, dixi ad Callimachum, quamquam res nota est.

— pen. κιττοφόρος καὶ λικνοφόρος] sic correxi pro vulgari vitioso κιττοφόρος καὶ λιχνοφόρος. Veritas emendationis confirmatur a MStis, tametsi nullis Demosthenicis. e. c. Photii lexico rhetorico inedito, item a consensu virorum doctorum, ut Valesii, et Spanhemius ad Callimach. Hymn. in Cererem versu 127. provocat ad codices vetustos Demosthenicos. Quos autem ille codices viderit, me fugit. nam neque Taylorus in ullo suorum κιστοφ. reperit, neque ego in ullo meorum reperi. Confirmatur item a Scholiasta codicis Bavarici, qui, quamquam in texto exaratum est κιττοφ. tamen eam vocem sic exponit ὁ φέρων τὰς κίστας. Atqui κίστη et κίστη idem significat. In texto Meermanniani codicis tametsi κλινοφόρος est pro λικνοφόρος, tamen scholiastes ejus hoc posterius interpretatur his verbis: κίσκιον λίκνον λέγεται. Photius in lexico sic ait: λίκνον κίσκινον, ἤτοι πτύον. Λικνοφόρος ὁ φέρων τὸν λίκνον (sic). καὶ γὰρ μυστικόν τι σημεῖον τῆς Δημητρείου τροφῆς ἐπετίθετο ἐπὶ τῶν λίκνων. et tum addit verba Harpocrationis. Quod ænigma Taylor ex Ulpiano h. l. refert, requirens et quasi provocans interpretem, facile est Œdipum hic agere. Nodum enodavit mihi codex Bavaricus, in quo verba portentosa ὁ παρὰ φύλαξι τιμώμενος ad v. Ἄττης adscripta sunt. unde paret, pro φύλαξι leg. esse Φρυξί. apud Phrygas. Vulgata apud Aristidem est p. 442.

314. 1. ἐνθρυπτα —] imitatus est h. l. Julianus Aug. epist. 24. p. 393. 11.

— 2. εὐδαιμονήσειε] correxi εὐδαιμονίσειε. nam non est ab εὐδαιμονεῖν, beatus esse, sed ab εὐδαιμονίζειν, beatum prædicare.

— 11. ἀλλὰ μισθώσας —] Harpocrat. h. l. v. Σιμύλος citans omittit v. ἐπικαλουμένοις, me quidem non ægre ferente.

— 12. ὀπωρώνης] Citat Athenæus p. 653. E. et Phrynichus p. 88. v. ὀπωρώνης. Pro vulgari ἐλαίας dedi ἐλάας. nam ἐλάα est fructus oleæ, oliva. ἐλαία vero est olea, arbor, fructum ferens. ad ὀπωρώνης addidi ἐκεῖνος. ille, proverbio, aut e fabula scenica vulgo notus.

— 15. ὑμεῖς] vos, judices, et circumstans corona.

— 17. πρὸς τοὺς θεατὰς] articulum addidi. contra a proximo ὑφ' ὧν τὰ πολλὰ

articulum amovi. non enim videbatur τὰ hic magnam vim habere. *illa* multa vulnera, quæ nemo non novit.

— 26. οἱ ἄλλοι] præter Æschinem, reliqui omnes cives Athenienses. iidemque sunt, qui versu proximo ἅπαντες appellantur.

315. 7. ἐδίδασκες γράμματα] locum hunc ad ἐπαναφορὰν refert Alexander Rhetor. p. 62. et p. 84. ad ἀντίθεσιν.

— 23. κακ' ἀγγελεῖν] contraxi sponte mea in unum vocabulum, κακαγγελεῖν, a κακαγγελέω. quod formatur a substantivo κακάγγελος. quod est idem atque κακὸς ἄγγελος. ad formam εὐάγγελος.

— 24. κακὸν —] ridiculum in modum commiscitur par scuariorum. parum enim e metro discedunt:

> κακὸν κακῶς σε μάλιστα μὲν οἱ θεοί,
> ἔπειτα δ' οὗτοι πάντες ἀπολέσειαν.

quorum versuum prior perfectus et vitio carens est senarius, posteriori autem ad plenitudinem nihil deest, præterquam in calce unica syllaba.

316. 5. οὐδὲν] scil. εἴποιμι e versu 2.

— 8. αὐτῶν] addidi. quod redit aut ad subaudiendum τῶν γεγενημένων, oblivisci-tur id, quod evenit, quod actum est, aut τῶν εὐεργεσιῶν, quod possit in εὖ παθόντα et εὖ ποιήσαντα videri latere. Sed satius fuerat pro αὐτῶν exhibere αὐτόν. ipse benefactor debet oblivisci, non item beneficio ornatus.

— 14. ἀρκεῖ μοι] scil. ἡ ἐμὴ ὑπόληψις. statuat quisque hoc de meo sensu, prout vult. probet eum damnetve per me licet. Sinat modo me sensu meo frui. Sufficit mihi me sic sentire, cujus me non pœnitet, neque pœnitebit. Satis ex eo fructuum ad tranquillitatem et oblectationem animi mei percepi.

— 21. πάντων] scil. τούτων τῶν κακῶν.

— pen. παρὰ τουτουσὶ πολιτευόμενον] correxi παρὰ τουτοισὶ πεπολιτευμένον. qui totam meam ætatem in tractatione reip. peractam, apud hos, inter hos, coram his, nusquam alibi peregerim. designat, pro more, judices civesque Athen.

317. 16. ὀργὴ] scil. ἐστὶ τεταγμένη.

— 22. οὐ μόνον] post οὐ μόνον videtur ὁ λόγος deesse, *ratio*, ne desit, quod τῇ φύσει opponatur.

— 23. νομίμοις] prætuli νόμοις. non enim ἄγραφα νόμιμα usurpatur. Sed οἱ ἄγραφοι νόμοι, qui sunt τὰ νόμιμα, instituta civilia sine legum præcepto sancita tacito omnium consensu. deinde pro ἤθεσι, hoc versu malim ἔθεσι.

— 24. διώρικεν] dedi de meo διωρικέναι. facile potuit αι, postrema litera, in concursu cum Αἰσχίνης elidi. aptus est hic infinitivus a φανήσεται. Si quæretur, constabit, non rationem solum, sed naturam quoque — sic distinxisse res atque disterminasse.

318. 4. οὕτως ἔχοντα] dedecora puta, quæ ipso in accusante insunt, esse penes accusatum, cui ille ea attribuit, vel affingit potius.

— 14. πάντες] num πάντως. omnino, plane.

— 16. οὐ μόνον] scil. εὑρήσετε ἐξεταζομένην. præpositionem ἐν de meo addidi. quam fateor non prorsus esse necessariam, sed subaudiri potuisse. verum tamen addita planiorem reddebat orationem.

— 17. εἴ τις ἐλύπησε] Sententia est: In causis privatis, si læsus a quopiam fuit, aut multa ictus, iracundiam suam et malevolentiam in hos, cives, coronam circumstantem, effundit.

— 18. αὐτῇ] scil. τῇ δεινότητι, vel τῇ τοῦ λέγειν ἐμπειρίᾳ.

— 22. ὑπὲρ τούτων] hujus rei causa, quo ipse id consequatur, h. e. ut ipsius ambitioni, cupiditati, simultati, libidini satisfiat. ut judices privatis suis erga inimicos odiis exsequendis inserviant.

— 23. ταῦτα] hos animi morbos.

— 24. διακείμενον] correxi διακείμενα, id est, ἔχοντα. Sin autem tamen prorsus necesse sit, ut tu ista vitia in tua indole habeas, si fatale tibi sit istis gravari, convenit tamen, ut habeas lenta, remissa, placida, mediocria, non immania, non atrocia.

— 27. ἔστι τι] scil. πρᾶγμα, vel ἔγκλημα. et si qua est populo causa, vel querela, expostulatio cum adversariis suis.

319. 5. ἰδίας ἔχθρας, καὶ φθόνου] correxi de meo ἰδίας ἔχθρας ἕνεκα. meram ob privatam simultatem, non studio, neque amore reip. φθόνου — ea vero nota est invidentiæ, minutique animi.

— 7. τόνδε] hunc Ctesiphontem, aggredi. καὶ πᾶσαν, id vero prorsus omnem improbitatem in se complectitur. καὶ hoc, quod vulgatis deest, addidi. ante πᾶς aut redundat, aut, ut hic, intendit et confirmat dictionem.

— 19. ἀλλ' ὁρᾷς ἐγὼ] vocem mediam signis parentheseos inclusi. at ego, scil. eadem mitor ancora cum patria. Spes mihi cum reliquis civibus communes sunt eædem. me vide. aut num vides, Æschine, quam fidente cum vultu et voce secura hæc pronuntiem?

— 21. ἴδιον] subaudi συμφέρον.

— 23. τᾶν] subaudi συμβασᾶν.

320. 5. ἔχειν] id est, κατέχειν. putasne, tantum veternum, tantam rerum oblivionem omnium omnes constrictos tenere.

— 22. πολλὰ] hic videtur oratio hiare. transitus nimis abruptus est, vinculum laxius. quare vereor, ne quid desit.

321. 3. ἄμεινον] luculentius, studiosius, certius.

— 5. αὐτοὶ] prætuli οὗτοι. hi, cives Athen.

— 7. ὑμετέραν] correxi ὑμετ. alloquitur Æschinem ejusque sodales. multitudo librorum vel optimæ notæ, εὐθενούντων, per ε in secunda syllaba, exhibentium, et obscuritas etymologiæ, grammaticis de origine verbi incerta omnia tradentibus, deduxit me a persuasione, qua olim tenebar, in secunda syllaba η obtinere. quapropter reliqui ε h. l. immotum, tametsi Taylor id expulisset. v. Alberti ad Hesych. v. εἰθηνεῖν.

— 10. ἂν ἐφρόνουν] brevius utique, quam par erat, et imperfectius expressit cogitata. ἄδεια ἂν φρονεῖ τις, est, facultas internos animi sensus libere et sine metu verbis factisve aperiendi. verum satis non est, te cepisse ejusmodi facultatem, hoc agitur, quomodo ea utaris. num ergo deest ταύτῃ ἀποχρησαμένους. eos, qui oblata opportunitate libere dicendi ageudique, quæ vellent, abusi essent.

— 15. γεγενημένον εἶναι] rarior dictio. existimabant, oratorem oportere esse, non eum, qui factus aliquando esset, h. e. qui aliquando fuisset cum hostibus defunctorum sub eodem tecto versatus; neque eum, qui cum iisdem hostibus aliquando ex eadem patera libasset.

— 16. παιανίζειν] num per α, an per ω exarandum sit, quærit Alberti ad Hesych. παίαν et παιωνισμός.

— 18. τιμᾶσθαι, καὶ μηδὲ] delevi copulam. non enim hæc est sententia: et ne voce quidem tenus simulare ploraotem. sed hæc: neque oportere dicturum solummodo voce ploratus simulare.

— 24. τότε αἱρεθέντες] delevi adverbium. contra malim articulum οἱ præponi. οἱ αἱρεθέντες. qui ad funera curanda delecti fuissent.

322. 3. αὐτῷ] Æschini puta, ne nesciat, sed ut argumentum ejus ipsum angat et cruciet.

— 10. μαγνάμενοι δ' ἀρετῆς καὶ δείματος] subaudi ἕνεκα.

— 17. ἔποξεν] correxi de meo sensu ἕτερον. Constructio hæc est: οὐκ ἔστι, id est, οὐκ ἔξεστι, οὐκ ἐνδέχεται, non licet, datum non est, ἕτερόν τι φυγεῖν τὴν μοῖραν. ut aliud quid effugiat fatalem necessitatem.

323. 1. λαγχγγίζκν] meminit hujus loci Pollox 2, 207. v. λαγχγγίζειν.

— 13. τοσαῦτα] post τοσαῦτα videtur ἔτη deesse, tot annos.

— 27. ἀνατετροφότες] adumbravit h. l. Aristides de D. C. p. 166. pen.

325. 4. εἶτά μ' ἐρωτᾷς] Marcellinus p. 105. 1. — ἢ κατ' ἐρώτησιν, ἣν καὶ δαιμονίαν ὁ ῥήτωρ παρέσχετο ἐν τῷ ὑπὲρ Στεφάνου. βουληθεὶς γὰρ πάντα ἐν κεφαλαίῳ διεξελθεῖν τὰ ἑαυτοῦ ἐγκώμια, ἐσκεῖδη ἐπαχθὲς ἦν τοῦτο τοῖς ἀκούουσι, τὴν τῆς ἐρωτήσεως ἐξεῦρε μέθοδον, καθ' ἣν πομπικῶς ἅμα καὶ μετ' ἐργασίας, ἄνευ τοῦ ἐπαχθοῦς, ἔμελλε τὴν ἑαυτῷ προσοῦσαν ἀρετὴν διεξιέναι, καὶ κατ' ἀνάγκην λέγων φαίνεσθαι. ὡς ἐρωτῶντα γὰρ πεποίηκε τὸν Αἰσχίνην εἰσάγων οὕτως· εἶτά μ' ἐρωτᾷς, ἀντὶ ποίας ἀρετῆς — ἐμὲ οὔτε καιρὸς, οὔτ' ἀλλοτιοῦν ἔπεισεν.

— 15. τὰ πάντα] articulum addidi. verba hæc τὰ πάντα μοι πέπρακται cum haud difficile facile et sine damno sententiæ abesse posse, tum cur damnem, causæ nil video.

— 20. ἄξια μὲν — κρίνω] malim ἄξια μὲν χάριτος καὶ ἐπαίνου καὶ αὐτὰ κρίνω. hæc ipsa quoque digna judico gratiarum actione et præconio, quemadmodum reliqua mea de rep. merita.

— 22. οὐ γὰρ λίθοις —] nobilis sententia, multorum laudibus, quas meretur, celebrata. Hermog. p. 258. ὅλως τε ἐπὶ τοῖς διαπρεπέσι τῶν ἔργων, καὶ ἐφ' οἷς ἐστὶ λαμπρύνεσθαι ὡς ἀληθῶς — ἐπὶ τούτοις ἐστὶν ἡ λαμπρότης. οἷον· οὐ λίθοις ἐτείχισα τὴν πόλιν. item p. 430. 1. pertinet huc annotatio Scholiastæ ad Hermog. p. 396. ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι ὁ περὶ τοῦ Στεφάνου λόγος, εἰ καὶ τοῦ δικανικοῦ εἴδους ἐστὶν, ἀλλ' οὖν πολὺ μετέχει τὸ πανηγυρικόν. ἴδιον δὲ τοῦ ἐγκωμίου τὸ ἀξίωμα καὶ ἡ λαμπρότης. Aristides de D. C. p. 186. καὶ τὸ τὰ ἥττον ἐκτετιμημένα περιβάλλοντα καὶ ἀναιροῦντα, ἀντεισάγειν τὰ μᾶλλον προτετιμημένα τῆς σεμνότητός ἐστιν. οὐ λίθοις ἐτείχισα τὴν πόλιν, οὔτε πλούτοις ἐγώ. ἀλλ' ἐὰν τὸν ἐμὸν τειχισμὸν θέλῃς μαθεῖν· ἰῶν τὰ μᾶλλον προτετιμημένα· εὑρήσεις ὅπλα, καὶ πόλεις etc.

— 27. ἀμυνομένους] correxi ἀμυνουμένους in futuro. τούτων procul dubio h. l. generis neutrius est, non masculini. Ego certe cum Wolfio hic malo stare, quam cum Tayloro et Marklando.

326. 17. Εὔβοιαν] est prava scriptio v. Ἄξυδον. quod facile perspiciet is, qui recogitet, α et ευ in Græcis MStis ita cerni inter se similiter scripta, ut persæpe negatum prorsus sit ea discernere. tum οι et υ a librariis Græcis promiscue haberi, denique Α et Δ pariter prono errore secum permutari.

— 22. βεβουλευμένα] cohæret cum ὀρθῶς in versu proximo.

— 27. [ἡ τύχης τινὸς]] tolle uncos, perperam a me festinante ingestos. diversa sunt *mmen* et *sors*. verum ad δαίμονός τινος addendum videtur φθόνος, aut δυσμένεια.

327. 2. εἰ δ', οἷος ἦν —] Citat h. l. Alexander Rh. p. 24. Marcellinus ad Hermog. p. 173.

— 6. οὔτε τῶν εἴσω] locum h. citat Thomas M. v. εἴσω.

— 13. λαβὼν] malunt alii λάζε, hic et p. 363. 10. credo, quia λέγε καὶ ἀνάγνωθι,

*dic et recita*, concoquere nequeunt. Utique recitatio sine pronunciatione fieri nequit. verum non omne, quod pronunciatur, id idem quoque recitatur, sed multa possunt memoriter dici. quare bene inter se constare possunt λέγε καὶ ἀνάγνωθι, dummodo sic accipias atque interpreteris: pronuncia istæc de scripto recitanda.

— 18. *ὦ γῆ καὶ θεοί*] exclamatio non supervacanea, quæ visa fuit Obsopœo esse, sed imprimis gravis et affectuosa. Sic exclamat dolens et quiritans et indignans, tam egregia cœpta tam sinistrum exitum sortita esse, optansque, aliter evenisse, atque evenit.

— 25. *τῶν τῆς πατρίδος*] cum aut versu superiori 24. *ὑπὲρ* esset delendum, aut idem hic loci addendum, prætuli posterius, codicibus ita præcipientibus, tametsi utroque loco præpositio recte abesse possit.

328. 10. *ἐφάνη*] correxi *ἀνεφάνη*. Toup quoque Emendat. ad Suidam T. III. p. 105. sic corrigit.

— 24. *ἐν οἷς*] scil. *ἀνδράσι καλοῖς κἀγαθοῖς*. id quod e proximo *ἀνδρὶ καλῷ τε κἀγαθῷ* tacite excipiendum.

— 26. *οὔκουν ἔπεί γε καὶ ἡ πατρὶς νὴξάνετο*] correxi *οὔκουν ἐπί γε οἷς ἡ π. νὴξ.* Saltim non illis in rebus, ubi salus et decus patriæ amplificabatur. quamquam ubi res agebantur, unde potentia hostium patriæ cresceret, ibi primus semper et in primis visus es negotiosus et clamosus. citat h. l. Thomas M. v. *αὔξειν*.

— 27. *τίς γὰρ συμμαχία*] citans h. l. Alexander Rhetor p. 78. 16. lectionem hanc, non malam profecto, dat, et quam quod prius non compererim, et in textum receperim, me nunc piget tædetque: *τίς δὲ βοήθεια ἐκ τῆς σῆς εὐνοίας καὶ δόξης*; eoquæ copiæ sociorum civitati succurrerunt, ductæ tua sive gratia, sive gloria? idem p. 329. 1. *ἐνδοξοτέρα*, et *τί τῶν Ἑλληνικῶν, ἢ τῶν οἰκείων, ἁπλῶς ἐπηνώρθωται διά σε*. versu 4. *τειχῶν. ἢ ποῖον ἱππικόν. ἢ τῶν ἁπάντων τί χρήσιμον. ἢ τοῖς ἀπόροις πολιτικὴ βοήθεια, ἢ χρημάτων εὐπορία*. Sic Aldina. nam Normannus, hanc lectionem e vulgata interpolans, neutram exhibuit, neque Aldinam, neque vulgatam, sed mixtam nescio quam de suo commentus. quemadmodum Portus quoque sæpe locorum in Hermogene fecit, malo et metuendo exemplo.

329. 6. *τίς τοῖς ἀπόροις*] lege imposterum ex Alexandro, pudetque me nunc, non jam dudum sensisse, verba *τοῖς ἐυπόροις ἢ* meram esse vitiosam scriptionem veræ lectionis *τοῖς ἀπόροις*. Extermina ergo imposterum illa inportuna.

— 13. *οὐδὲ τότε οὔτε παρῆλθες*] delevi posterius *οὔτε*, ne tot negativæ tædium crearent. Sed nollem nunc factum, non ea erat sat gravis causa. *ne tum quidem*, neque prodisti, neque largitus es quicquam.

— 15. *πλειόνων ἢ πέντε ταλάντων*] vitiosam hanc esse lectionem paret. aut *πλεῖον ἢ πέντε ταλάντων* leg. est, plus quam 5. talentorum, aut duo vocabula *πέντε ταλάντων* in unum sunt contrahenda *πεντεταλάντων*. quod tum erit adjectivum. *χρήματα πεντετάλαντα* sunt facultates, valore quinque talentis æquiparandæ. ut statim in continenti legitur *διτάλαντον ἔρανον*.

— 23. *ἐν τίσιν οὖν σὺ* —] locum hunc citat Herodianus p. 438. in calce Mœridis a Piersono editi.

— 25. *λαμπροφωνότατος*] Citat Pollux 3, 111. v. *λαμπροφωνότατος*.

— ult. *προσλαβόντα*] detraxi *σ*, abusum callide in rem suam, vestro quodam velut prædicio.

330. 4. *τοὺς δὲ τεθνεῶτας* —] Citat h. l. Stobæus p. 603. 32. cujus vitiosa lectio *οὐδεὶς ἀτιμήσει* e nostris libris Demosth. est corrigenda.

— 7. *κρίνομαι καὶ θεωροῦμαι*] prætuli in conjunctivo *κρίνωμαι καὶ θεωρῶμαι*. egone committam, ut explorer, ut specter?

— 15. *μετ' εὐνοίας*] Citat h. l. Aristides Opp. T. II. p. 267. 14.

— 22. *οἳ διαπύροντες τοὺς ὄντας τότε, τοὺς δὲ πρότερον γεγενημένους ἐπῄνουν*] possit hæc lectio ferri, dummodo *δὲ* tollatur. verum prætuli lectionem Augustani.

— 25. *σὺ δ' ὅμοιος*] Citat h. l. referens inter *σφοδρῶς* dicta Hermogenes p. 265. et p. 351.

— ult. *ὥσπερ τἄλλα πάντα*] scil. *εἰώθαμεν ἐξετάζειν*.

331. 1. *ἀγωνισταὶ*] Citat h. l. Pollux 3, 141. v. *ἀγωνισταὶ*, et Harpocr. v. *Φιλάμμων*.

— 8. *οὐδενὶ ἐξίσταμαι*] fortius utique et nervosius est sine *γὰρ*, asyndetos. molliorem tamen reddas orationem legens: *οὐδενὶ γὰρ ἐξίσταμαι*.

— 24. *τοῦ γενναίου*] id est, *τῆς γενναιότητος*.

— 25. *διαφυλάττειν*] malim *δεῖ διαφυλάττειν*. nam si *δεῖ* omittatur, hoc est, si sententia *ἐν μὲν ταῖς ἐξουσίαις* cum præmissis *ἔχειν δεῖ* copuletur, neque ab *ἐν μὲν* nova sententia incboetur, supervacaneum quoque erit atque tollendum *διαφυλάττειν*, cum *ἔχειν* sufficere possit.

— 27. *ἑτέρᾳ*] prætuli *ἕτερα*, in neutro plurali. alia sunt, quæ potentiam et vim tribuant. *ταύτην* redit ad *προαίρεσιν*.

332. 1. *ἀπαγγελλομένων*] correxi *ἐπαγγ.* me ad supplicium deposcentibns.

— 6. *αὔξειν*] Citat Thomas M. v. *αὔξειν*.

## AD ORATIONEM DE FALSA LEGATIONE.

341. 1. ὅτι μὲν—] Citat hoc initium Clemens Alexandrinus p. 748. 24. Quod ad titulum Taylor admonet, in Augustano sic exaratum esse, περὶ παραπρεσβείας κατ' Αἰσχίνου, id sic se habet. Tituli orationum in illo codice et præscripti sunt orationibus ordientibus et subscripti exeuntibus. Est itaque huic orationi præscriptum aliud nihil, præterquam περὶ τῆς παραπρεσβείας λόγος ις'. In fine autem hoc est schema: primum, ipso illo in versu postremo, ubi Ἑλλησιν exit, ab eadem manu adscriptum est ΚΑΤΑΙΣΧΙΝΟΥ: tum interjecto versu uno, obsito nugis ornamentorum, quas membranis suis illinere solent librarii, legitur, ut initio, παρὰ τῆς παραπρεσβείας. Est autem παραπρεσβεία, cum legationem suam legatus mala fide peragit, ut prosit hostibus, obsit amicis. v. Harpocr. v. παραφευκτωρεῖν. Taylor hanc orationem scholiis et quisquiliis (ut ejus vocabulum referam) scatere contendit, ultra modum et præter rem ei infestus.

— 9. ἐνθυμούμενος] correxi ἐνθυμουμένους, scil. ὑμᾶς. aptus est hic accusativus ex infinitivo ποιεῖσθαι versu 7.

— 15. τὴν ἀειλογίαν] locum h. citat Apsines p. 704. 34.

— 16. τούτων] post τούτων ægre desidero ποιουῦντα.

— 18. τὸν μὲν ἀνῆρηκε —] Aristides de D. C. p. 256. ἀξιοπιστίας δὲ καὶ ἐπιψεύδεσθαι. οἷον — ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου, τὸ μὲν ἀληθὲς· καὶ τὸν μὲν ἀνῆρηκε τῶν ἐπὶ τὰς εὐθύνας ἐλθόντων. τὸ δὲ ἑξῆς κατεψεύσατο· τοῖς δ' ἀπειλεῖ. Scholiastes Hermogenis p. 114. 32. ὅτι μὲν Τίμαρχος κατηγόρησεν [Æschinem puta], παντὶ τῳ δῆλον ἔκ τε τῶν ἱστοριῶν, καὶ ἐξ ὧν Δημοσθένης φησί· τὸν μὲν ἀνῆρηκε τῶν ἐλθόντων ἐπὶ τὰς εὐθύνας.

— 20. ἀσυμφορώτατον] spernendum in se non sit vocab. βαρυσυμφορώτατον, sed est tragico, quam oratore, dignius.

342. 2. τὸ μὲν οὖν ἐλέγχειν] Citat Aristides p. 250.

— 8. τῶν καιρῶν, ἢ τῶν πραγμάτων εἶναι] scil. ἐν κράτει εἶναι. vel sic: ἀγωνίζονται παρ' ὑμῖν, οὐ μόνον τὰ πράγματα, ἀλλὰ καὶ οἱ καιροί. vos non hoc spectatis modo, quæ sit causa, quæ natura, et quæ rationes rei gestæ, sed non minus quoque tempora, quando quidque actum sit.

— 11. δοκεῖτ'] correxi δοκεῖτ' in indicativo. imposuit librariis et editoribus additum ἄν. sed hoc non ad δοκεῖτε pertinet, sed ad γνῶναι et δικάσαι. dictio ἐκ τούτων significat in tanta iniquitate loci vestri, causæque tam a parte mea, accusatoris, quam a parte rei, et circumstantiarum, quo pertinet diuturnitas temporis inter rem gestam et accusationem elapsi. Nunc aperiam vobis, quomodo mihi videamini, rebus sic se habentibus [h. e. tametsi soletis vetustate obliterata oblivisci, aut a crebritate et assuetudine flagitiorum ad torporem quendam remitti], nihilominus tamen et veritatem hujus causæ perspecturi esse, et æquam veramque dicturi sententiam.

— 13. τίνων προσήκει—] locum h. citat Hermog. p. 132. et 230. ibi in capite περὶ προκατασκευῆς, hic in cap. περὶ εὐκρινείας. item Aristides p. 228. cujus hæc sunt verba: περιβολῆς δὲ σχῆμα καὶ τὸ κατ' ἀπαρίθμησιν, παράδειγμα δὲ τούτου ἐν τῷ τῆς παραπρεσβείας, ὅπου λέγει· τίνα οὖν χρὴ παρὰ πρεσβευτοῦ λόγον λαβεῖν etc.

— 15. πρῶτον μὲν—] forte sit, cui elegantius videatur dictum in genitivo plurali, πρώτων et δευτέρων et τρίτων. ego vero vulgatam haud reprehendo. Scholiastes Hermog. p. 388. 6. ad ista Herm. καὶ ἀναστρέφει τὴν τάξιν hæc habet: ἔδει γὰρ εἰπεῖν, πρῶτον μὲν ὧν προσετάξατε, εἶτα ὧν ἔπεισεν, εἶτα ὧν ἀπήγγειλεν. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο μέγιστον ποιεῖται τοῦ ἐγκλήματος σημεῖον, τὸ τὰ ψευδῆ ἀπαγγεῖλαι τοῖς Ἀθηναίοις, ὅτι σωθήσονται Φωκεῖς, ἀπολοῦνται δὲ Θηβαῖοι, διὰ τοῦτο, τοῦ χρησίμου ἕνεκεν, προέταξεν αὐτὸ, καὶ τῇ ἀταξίᾳ τάξει ἐχρήσατο.

— 19. ἑκάστου addidi. subaudi προσήκει λόγον ὑμᾶς λαβεῖν.

— 24. ἐπέμφθησαν] correxi ἐξεπέμφθ. malim tamen, id quod sententia postulat, ὡς ἀκριβέστερον [vel σαφέστερον] εἰδότων [subaudi τούτους] πρὸς οὓς ἐξεπέμφθησαν. auditis disputantes, rati, melius eos habere perspectos populos istos, ad quos essent ablegati. cæterum haud placet in hoc loco nimis argutari. nam alias nimis multa essent supplenda, de causis, cur necesse sit, horum capitum uniuscujusque seorsim rationem a legato repetere. non constat, num voluerit Demosthenes ista subtilitate academica disputare. et orator aliter dividit, aliterque demonstrat, quam philosophus, populari quodam modo. nam plebi subtilitas et morosa diligentia in accommodandis scito cuique suis demonstrationibus, non placet, neque ad captum ejus est. præterea tradunt veteres, hanc orationem ab oratore illaboratam et affectam esse relictam. quo minus est mirandum, multa inesse hiulca et male tornata. si insunt, quod equidem affirmare haud ausim.

— 26. συμξεβουλευκὼς] civibusne, an hostibus?

— pen. ἐψηφίσασθε] in mandatis vestris legato facienda disertis verbis in-

junxeratis. deinde legi velim, sententia id postulante, ὅτι ἐποίησε, προσήκει δεικνύναι. oportet docere, ista omnia se esse exsecutum.

343. 5. ὑπέρ γε τοῦ προῖκα ἢ μὴ] ad verbum, de gratuito, aut mercenario. h. e. quod attinet ad caput hoc —. Plene dixisset: ὑπέρ γε τοῦ προῖκα πρεσβεῦσαι τὸν πρεσβευτὴν, ἢ μὴ, εἰ δεῖ λέγειν — si quæritur, si agitur hoc, num par sit legatum operam gratuitam navare, au vendere, nemo non novit —.

— 13. ἐξελέγξω] Citat h. l. Hermogenes p. 418. in cap. περὶ τῶν ἴσων σχημάτων.

— 22. ἀν δὲ μὴ δείξω ταῦτα ἢ μὴ πάντα] ubi non hæc omnia demonstrata dedero, aut saltim non omnia. quæro, num ταῦτα non idem sit cum πάντα. mera hæc est infantia loquendi. Homo humane loqui doctus sic diceret: εἰ μὴ ταῦτα δείξω, ἢ, εἰ μὴ πάντα, τά γε πλεῖστα καὶ κεφαλαιώτατα. nisi hæc omnia plana reddidero, aut, si minus omnia liceat, pleraque certe et palmaria — quæ ἢ μὴ uncis inclusi.

— 27. τοὺς πολλοὺς] detraxi articulum. nam alias τοὺς πλείστους dicendum fuisset. *Vestrum plerosque.*

344. 4. ἔστι τοίνυν οὗτος —] Citat h. l. Hermog. p. 287. et Minucianus p. 164.

— 7. καὶ ἔχων Ἰσχανδρον —] Aristides de D. C. p. 242. καὶ τὸ πλαγιάζειν τὰ νοήματα μάλιστα περιβολῆς ἐστίν. ὥστε καὶ ἐν ταῖς ἀφηγήσεσιν εἰ πλαγιασθείη τὰ νοήματα, θαυμαστὴν περιβολὴν ἐργάζεται. ὡς καὶ ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου· καὶ ἔχων Ἰσχανδρον τὸν Νεοπτολέμου δευτεραγωνιστὴν, οὐκ ὤρθωσεν εἰπάν· προσήει τῇ βουλῇ· ἀλλὰ πάλιν ἐπλαγίασε· καὶ προσιὼν μὲν τῇ βουλῇ, προσιὰν δὲ τῷ δήμῳ περὶ τούτων· καὶ ἄλλο πεπλαγιασμένον· καὶ πείσας ὑμᾶς πανταχοῦ πρέσβεις ἐπὶ τούτων πέμπειν, etc. ubi Normann. nulla de causa correctum it περὶ τούτων quod pro scholio possit haberi.

— 11. καὶ] quod uncis inclusi, delendum videtur, id quod patet e constructione: οὗτός ἐστιν ὁ πρῶτος αἰσθόμενος — καὶ [οὗτός ἐστιν ὁ] πείσας ὑμᾶς πρέσβεις πέμπειν, διὰ τοῦ προσιέναι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ μετὰ τοῦ Ἰσχάνδρου. hic est ille, qui primus Philippum Græcis insidiari sensit — hic est, qui auctor vobis legationum quacunque mittendarum factus, eo quod, una cum Ischandro, hac de re cum senatuque et cum plebe egit. postmodum, ex Arcadia reversus, orationes renunciavit, a se in Decem mille viris habitas —.

— 15. ἔφη] nemo enim nostrum omnium interfuit auditor; ut facillimum ei sit nobis imponere.

— 19. δεῖγμα] non movebo controversiam dictioni δεῖγμα περὶ ἑαυτοῦ ἐκφέρειν, cum δεῖγμα ἑαυτοῦ sufficere possit, aliasque, ni fallor, soleat. Interim cum περὶ statim recurrat, auctor sim, hoc prius περὶ cum παρὰ mutandi, atque legendi δεῖγμα ἐξεννενοχότος παρ' ἑαυτοῦ.

— 24. τῶν ἀποδοσομένων] Hermog. p. 286. τό τε οὖν κατ' ἄρσιν καὶ θέσιν περιβάλλει, τέλειον ποιοῦν τὸν λόγον. οἷον· οὐχ ὡς τῶν ἀποδωσομένων τὰ ὑμέτερα. εἶτα ἡ θέσις. ἀλλ' ὡς τῶν φυλαξόντων τοὺς ἄλλους. Aristides de D. C. p. 216. περιβολὴν δὲ ποιεῖ καὶ ὅταν τις μὴ τἀκόλουθα ἐξετάζῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ τἀναντία προσλαμβάνῃ. ὡς ἐν τῷ τῆς παραπρεσβείας. τὸ μὲν ἁπλοῦν ἦν καὶ τὸ ἀκόλουθον οὕτως· ἐπεὶ γὰρ ἐχειροτονήσατε τοῦτον πρεσβευτὴν, ὡς φυλάξοντα τοὺς ἄλλους. ἐνταῦθα τὸ ἐναντίον περολαβὼν, οὕτως ἐπάγει τὸ ἀκόλουθον· ἐχειροτονήσατε τοῦτον, πρότερον τὸ τί μὴ ποιήσοντα, εἶτα τὸ τί ποιήσοντα (sic locus hic emendatius legetur). οὐχ ὡς τῶν ἀποδωσομένων τὰ ὑμέτερα, οὐδ' ὡς τῶν πεπιστευκότων τῷ Φιλίππῳ. εἶτα οὖν τὸ ἀκόλουθον. ἀλλὰ ὡς φυλάξοντα τοὺς ἄλλους. In editione Upsaliensi operæ verba τὸ τί μὴ ποιήσοντα omiserant, quæ sunt quodammodo in Aldina, et illinc restitui. Quodammodo dico, quia μὴ exemplo Aldino deest. Sed sententia docet eo careri non posse. Ex illo errore, cum Aldinarum operarum, tum Upsaliensium, nata labes, quæ Latinæ Normanni interpretationi adhæsit. Sententia hæc est: hunc Æschinem legatum creastis — secundum hæc verba universalia, εἶπε, significavit orator, quid facturum, quid non. et primum quidem, quid non facturum. non quo venderet bona vestra mercede Philippo. non quo videretur vobis Philippo fidere. jam subjicit, quid facturum. Sed quo reliquos legatos, fraudulentiæ et proditionis suspectos, observaret.

345. 5. πεπρακὼς ἑαυτὸν] Hermogenes p. 243. ult. dictionem πεπρακὼς ἑαυτὸν in duris et asperis numerat. est nempe grave probrum. repetit idem p. 291.

— 11. ἐσκόπει Φιλοκράτης] locus hic bene habet, planus et apertus est, Jurinus veram ejus vidit sententiam, quæ hæc est: Philocrates si dudum meditatus esset, quonam pacto hanc pacem, cujus ipse auctor vobis est, impediret atque repelleret, non videtur mihi aliter citius atque certius hoc fuisse consecuturus, quam si eas scriberet pacis conditiones, quas scripsit. tam enim duræ sunt atque iniquæ conditiones, et denique inhonestæ, hæ conditiones ab eo scriptæ, ut nullo modo vos ad eas sitis descensuri.

— 17. τῇ πρωτεραίᾳ] supra τῇ πρωτέρᾳ dixerat. utrumque recte fecit. ἡ πρότερα ἐκκλησία et ἡ ὑστέρα sunt concio prior et posterior; quas duas conciones complures dies potuerunt intercedere. verum ἡ πρωτεραία ἡμέρα proxime contingit et præcedit τὴν ὑστεραίαν ἡμέραν, ut nullus alius dies intercedat.

346. 10. ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν —] Hermo-

genes p. 275. Μέθοδοι δὲ περιβολὴν ποιοῦσιν αἵδε. τὸ ἀναστρέφειν τὰ πράγματα καὶ τὰ δεύτερα πρῶτα λέγειν, εἶτα ἀναγκάζεσθαι ἐπιβάλλειν τὰ πρῶτα, καὶ τῷ σχήματι χρῆσθαι τῷ κατ' ἐπεμβολήν. οἷον· ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν ἥκομεν ἐκ τῆς πρεσβείας ταύτης τῆς ἐπὶ τοὺς ὅρκους, ὥσπερ εἰσὶν αἱ νῦν εὐθῦναι. εἶτ' ἐπενέβαλε τὰ πρῶτα· οὔτε μικρὸν, οὔτε μέγα οὐδοτιοῦν εὐρημένοι τῶν ὑπὸ τούτου, ὅτε τὴν εἰρήνην ἐποιεῖσθε, λεχθέντων καὶ προσδοκηθέντων. καὶ τὰ ἑξῆς. μέχρι τοῦ· προσῆμεν τῇ βουλῇ.

— 15. καὶ τούτων ἕ. α. αὖ π. καὶ παρ'—] καὶ prius videtur prorsus tollendum, et posterius aliam in sedem, convenientiorem illam quidem transferendum, ut sic legatur locus: ἐξηπατημένοι, τούτων ἕτερ' αὖθις αὖ πεπραχότων παρ' αὐτὸ τὸ ψήφισμα [adversus diserta et clara verba decreti legatis additi, in legationem proficiscentibus, cujus præscriptum sequerentur] καὶ πεπρεσβευκότων. Sed nescio, quomodo καὶ πεπρεσβευκότων post πεπραχότων non placet. ut pæne suspicer etiam hæc duo vocabula esse tollenda, quorum posterius πεπρεσβευκότων facile potuit varians lectio in quibusdam codicibus fuisse. pro πεπραχότων, aut ut in aliis est, πεπρακότων.

— 25. περὶ τῶν ὑπολοίπων] subaudi λέγων.

— 26. μὴ προέσθαι] ταῦτα subaudi. hæc loca, Phocenses et Pylas.

— ibid. ταῦτα] prætuli ταὐτά. sed tum deest ἃ πρότερον, scil. ἐπάθετε. neque rursus in idem malum incidere, in quod antea incideratis, ut scil. sineretis Philippum multos socios vestros, multaque loca vobis amica, aut vestræ ditionis, rapere.

— 27. καὶ ὑποσχέσεσιν] nescio, an ἐξ ὑποσχέσεων addendum sit. aliis ex aliis promissis.

— ult. ἐπειδὴ δὲ ἦκεν] Aristides de D. C. pag. 218. καὶ πάλιν ἐν τῷ τῆς παραπρεσβείας. ἐπειδὴ δὲ ἦκεν ἡ ἐκκλησία, παρελθὼν Αἰσχίνης πρῶτος ἡμῶν ἁπάντων. καὶ οὐκ εὐθὺς τὸ ἀκόλουθον ἐπήνεγκεν. τάδε ἀπήγγειλεν. ἀλλὰ πρότερον κατὰ ἐναντίον τοῦ ἀκολούθως· ἃ δέον ἀπαγγέλλειν, οὐκ ἀπήγγειλε. τίνα δ' ἦν ταῦτα; πρῶτον τοῦ μὲν ἀπαγγέλλειν τι περὶ τῶν πεπρεσβευμένων, ἢ, περὶ τῶν ἐν τῇ βουλῇ ῥηθέντων, εἰ ἄρα ἠμφισβήτει μὴ τἀληθῆ λέγειν ἐμὲ, μνησθῆναι, πάμπαν ἀπέσχεν. εἶτα νῦν κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἃ ἐποίει καὶ ἐδημήγορει. καὶ τοιούτους εἶπε λόγους.

347. 3. τὰ] posterius addidi. τὰ prius est nominativus, posterius accusativus. In Aldina legitur τὰ γὰρ πράγματα πάντα. quæ lectio etiam non mala est. ubi τὰ cohæret cum λυμηνάμενα, qui sunt nominativi. πράγματα πάντα autem sunt accusativi.

— 5. ταῦτ' ἐστὶν ἤδη] scil. ἃ νῦν ἐρῶ.

— 10. ὑμᾶς λαθὼν ᾤχετο] vos, id est mentes vestras, delusas a se atque occœcatas, secum abstulit, quasi vobis ereptas, et secum illuc rapuit, quo voluit.

— 15. ἀπελογίζετο] calculum subducebat, enumerabat e digitis, futurum, ex iis certe, quæ sibi cum Philippo convenissent, ut intra biduum triduumve. Necesse est, dicebat, ex iis, quæ cum Philippo mihi constituta sunt, ut Philippus, si mentem non mutavit, sed verbis fidem rebus fecit, jam hodie Thebas oppugnare cœperit. Jam cum bidui triduive itinere Thebæ Athenis absint, intra breve tempus istæc audietis.

— 17. μένοντας οἴκοι] sine ullo vestro labore. videtur esse proverbialis locutio.

348. 5. που] *quodammodo*, aut *procul omni dubio*. ὑπηνίττετο perinde atque παρεδήλου pertinet ad Ὠρωπόν. orator si dicere voluisset, verbis longe circumductis et obscuris eminus me subindicabat, non μου dixisset, quod linguæ Græcæ ratio non fert, sed με in accusativo.

— 10. οὐκ ἔφην εἰδέναι] bene Græcum est, negabam me scire. solœcismum foret committere atque με addere.

— 15. καὶ οὐδ' ἀκούειν] ne audire quidem vocem meam volebatis, nedum assentiri.

— 17. ἔμοιγ' ἐδοκεῖτε] malui ἔμοιγε δοκεῖτε. rem memoria et mente repetenti mihi videmini nunc, consentanee tunc et more humano egisse, prout ab hominibus in ejusmodi loco constitutis exspectari poterat.

— 22. ὑποκειμένων] prorsus idem est, atque προκειμ. propositarum. quæ profertur lectio, ὑποκρινομένων, tametsi aperte prava est, sententia tamen tolerabili non caret, scil. assimulatarum, ementitarum.

— 23. ὄχλος ἄλλως καὶ βασκανία κατεφαίνετο] nodus perquam durus. Sunt qui κατεφαίνοντο in plurali subjiciant. Sed Dorvillius ad Charitonem p. 595. vulgatam tuetur, negans causam esse, cur ab ea discedatur, et afferens exempla verbi in singulari positi, cum pluralis exspectaretur, secundum pluralem substantivi. ut illud Herodoteum αἱ Θῆβαι Αἴγυπτος ἐκαλέετο, pro ἐκαλοῦντο. Ego vero admodum vereor, ne Demosthenes ejusmodi archaismos, ut suo nitore indignos, diligenter devitarit. Equidem nullus dubito ad ὄχλος ἄλλως non debere κατεφαίνετο referri, sed illud per se stare, et subaudiri a callido lectore debere ἦσαν, quod hic idem valet atque ἐδόκουν, vel ἐλέγοντο. et cæteroquin erant, h. e. audiebant, appellabantur, declarabantur obloquentes esse, popellus, et præterea quoque ipsorum invidentia atque simultas apparebat, h. e. plebs clamabat, et præterea quoque ipsorum invidentiam elucescere. Hoc si admittas, quod dare facillimum sit, quoties enim verbum substantivum subaudiendum

omittitur, et porro si detur, quod item facillime dari potest, articulum præfigendum esse vocabulo *βασκανία*, ut sit *καὶ ἡ βασκανία κατεφαίνετο*, plana et expedita sunt h. l. omnia. Sententia atque hæc erit: explodebat eos obloqui conantes concio, dictitans audientia nos indignos esse, cum quod cæteroquin vilis et contemnendus popellus essemus, tum quod, quæ opponeremus omnia, merus essent livor, quem nimis quam perspicuum esse.

— 24. *ταῦτα δὲ*] ab Æschine cum consortibus acta et relata.

— 25. *τοῦ χάριν δὴ* —] Hermogenes p. 235. *καὶ μὴν καὶ αἱ ἐπαναλήψεις μάλα χρήσιμοι πρὸς εὐκρίνειαν καὶ σαφήνειαν. ἐπειδὰν γάρ τι πρόσθῃς σχῆμα τῶν ἐφελκομέναν ἕτερον νόημα, εἶτ' ἀναγκασθῆς ἐπεμβαλεῖν ἄλλα τινὰ νοήματα, πρὶν ἀποδοῦναι τὸ ἀκόλουθον, ἀνάγκη ἐπαναλαβεῖν καὶ διευκρινῆσαι, ἵνα μή σοι ἀσαφὴς καὶ συγκεχυμένος γένηται ὁ λόγος. ὥσπερ εἴωθε ποιεῖν ὁ Δημοσθένης, οἷον· — καὶ πάλιν ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου· τοῦ χάριν δὴ ταῦθ' ὑπόμνησα πρῶτα νῦν ὑμᾶς — λέγοντος ἀκούῃ μου, θαυμάζει. εἶτα πολλὰ ἐπεμβαλὼν καὶ μεστώσας τὸν λόγον, ἀναγκαίως τῇ ἐπαναλήψει κέχρηται, ἵνα διευκρινήσῃ. πρῶτου μὲν οὖν τούτου* [p. 349. 11.], *καὶ μάλιστα, οὗπερ εἶπον, εἵνεκα ταῦτα διεξῆλθον. δευτέρου δὲ τίνος*; item p. 280. et Aristides de D. C. p. 228.

— 26. *πρῶτα νῦν*] eorum, quæ ad vos nunc commemorabo, prima hæc ordine feci, et enumerandi initium illinc feci.

349. 1. *δεινὸν* et *ὑπερβάλλον*] scil. *τὸ πρᾶγμα, ὃ ἀκούει παρ' ἐμοῦ*. vel *τὸ πεπρᾶχθαι ταῦτα, ὧν ἐγὼ κατηγορῶ*. vel significat *τὸ ἐμὲ νῦν κατηγορεῖν τότε σιωπήσαντα*.

— 2. *εἶτα* —] hæc est oratio assimulata judicis aut auditoris de corona, stomachantis his verbis: *εἶτα* —. Et tu tamen (vel Itane vero tamen), scelerate, rem tam flagitiosam, tam exitiosam, tam immanem ausus es silentio dissimulare? Constructio hæc est: *ἵνα μηδεὶς ὑμῶν* — *θαυμάζῃ* (subaudi *λέγων*) *εἶτα τότε οὐκ ἔλεγες*. Verbum *θαυμάζειν* h. l. significat, cum admiratione, stomachabundum exclamare.

— 5. *ἐξέκλειον λόγου τυγχάνειν*] malim *ἐξέκλειον τοῦ λόγου τυγχ.* sed hac cautione, ut *τοῦ* ne ad *λόγου* referatur, sed cum *τυγχάνειν* copuletur. *ἐξέκλειον τοὺς ἄλλους* excludebant alios *τοῦ τυγχάνειν* ab adipiscendo *λόγου* facultatem dicendi.

— 6. *ἐπαγγελίαν*] correxi *ἀπαγγελίαν*, renuntiationem ejus, id est, quæ de successu legationis suæ ad vos renuntiavit. *ἐπαγγελίαν* huc non convenit, primum, quod de promissionibus jam præcessit, eademque vitiose orator esset iteraturus. tum, quod numerus pluralis requireretur, non una sola re promissa, sed compluribus. Accusativus hic aptus est, non ex *εἰδῆτε* (nam Atticismo hic non est locus, et *εἰδῆτε* cohæret cum *ὅτι*, *teneatis hoc, quod* —), sed aptus est e *μεμνημένοι* præmisso, tenentes in memoria renuntiationem ejus.

— 11. *οὗπερ εἶπον*] propter illam præcipue causam, quam dixi, bene habet, vitioque caret; aliudque nihil si cogitarunt atque voluerunt, quam ut hoc significaret *οὗπερ*, quod suggerunt in locum *οὗπερ*, Ignotus, qui codicem Italicum in Wolfii gratiam contulit, ejusque suffragator Taylor, utique erraverunt. Sin autem significare voluerunt alteram sententiam, quæ etiam in *ὅπερ εἶπον* inesse potest, hanc puta, *id quod modo dicebam*, sententia hæc bona est, neque admodum sunt reprehendendi, tametsi nil ideo nos movebit, ut a vulgata discedamus.

— 12. *δευτέρου δέ τινος καὶ οὐδὲν ἐλάττονος*] distinxi sic, ut dialogismus melius appareat: *δευτέρου δὲ τίνος*; ecquodnam vero est alterum illud, ob quod hæc vobis ad animum revoco? respondet *καὶ οὐδὲν ἐλάττονος*. est hoc nempe, et id quidem nulla in re minus aut levius, quam fuit prius. Nescio, an ad elegantiam accedat, si ad *ἐλάττονος* addatur *γε*, *profecto, certe*.

— 15. *προβαλλομένους*] recte locum hunc interpretatur Harpocrat. v. *προβαλλομένους*, cujus hæc sunt verba: *Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου τὴν προαίρεσιν τῆς πολιτείας προβεβλημένην καὶ ἄπιστον εἶπεν, ἀντὶ τοῦ εὐλαβῶς ἔχουσαν καὶ φυλαττομένην*. nam ita leg. est, ita dat non modo codex Mediceus, sed etiam editio Aldina. a qua ut hic discederet Maussacus, profecto nihil eum impulit, quam subitanea quædam et fortuita vertigo, atque momentanea cœcitas mentis, a qua labe nostrum nemo satis tutus est. Gronovius, qui vitiosam lectionem *ἐλαφρῶς* in texto servavit, in annotatione pœnitentiam contestatur, quod veterem probam lectionem *εὐλαβῶς* non revocasset. Est ergo *προβεβλημένην* cautam et circumspectam; ex effectu, vel consequentia. nam proprie *προεσβλημένος* non est cautus, sed is, qui sese undique munit et vallat, projecta ante se habet propugnacula, scutum, hastam, aggeres, mœnia, alia instrumenta hostis arcendi. Sed hoc non facit nisi cautus et providus. Ergo per consequens significat *προβεβλημένος* cautum quoque. *ἄπιστος* h. l. est active sumendum, *qui non fidit*, non autem passive, quo sensu frequentius solet usurpari, *infidus, cui non fiditur*. Sin autem pro *ἄπιστος* malis *ἀσπειστος implacabilis*, quod mihi visum aliquando fuit præstare (nunc enim dilligens ipse mihimet in medio ponam), tum vocabulo *προβεβλημένην* aliam tribuere potes significationem, hanc nempe, *odio flagrans*. quasi foriosa et desperata cum audacia et pertinacia ultro

ruens in hostem, protensa et porrecta adversus Philippum, procurrens extra aciem quasi, atque solum se ei objiciens, ut antesignanus, aut ut anteres parieti objectus, aut ut moles ponti objecta, ad undarum vim frangendam.

— 19. εἶχε] cum alii darent ἔχει, cœpi de ἔχειν suspicari, idque de meo sensu prætuli. Constructio hæc est: Quæ Æschines ad vos renunciavit, si omnia ab eventu confirmata sunt, *νομίσητε*, arbitramini, aut velim vos pro certis habere hæc duo, καὶ ἔχειν καλῶς τὰ πεπραγμένα, et res gestas bene habere [id est acta ab eo in legatione, et postmodum ad vos renuntiata] quia a veritate eventus comprobata sunt, καὶ τὸ συμφ., et in his actis atque eventis reip. commoda et decora aucta esse.

350. 2. τὰς αἰτίας] majora, atrociora, enormiora crimina, quam ut eorum suspicionem capiat vir (vel quam quæ cadant in virum, quam quæ sperentur proficisci potuisse ab eo viro,) qui tam sit, atque Æsch. est, ignobilis atque contemtus. Marcellinus ad Hermog. p. 140. 37. δεῖ δ' ἀεὶ σκοπεῖν, μὴ μεῖζόν ἐστι τοῦ προσώπου τὸ ἐπιφερόμενον ἔγκλημα, ἵνα μὴ ἀπίθανος ὁ λόγος γένηται. διὰ τοῦτο καὶ Δημοσθένης συνεφρακὰς, ὅτι τὸ κατὰ τοὺς Φωκέας ἔγκλημα μεῖζον ἦν Αἰσχίνου, προσέθηκεν [350. 16.] οὐχ ὡς ὅδε Φωκέας ἀπώλεσεν ἀν καθ' ἑαυτόν. φοβηθεὶς γὰρ τοῦ ἐγκλήματος τὸ ἀπίθανον, συνέζευξε τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως. Sic correxi de meo sensu postrema hujus loci, quæ in Aldina mendosa leguntur.

— 5. εἶθ' οὗτος εἶπερ] Haud equidem repugnem contendentibus εἶπερ tollendum esse. fecerit, qui volet, per me licebit. Sat gravem tamen causam nollam cerno. caussantur εἰ præcessisse. Sic hoc supervacaneum fieri, quasi non Tullius quoque pari modo *si* iteraret. *Eodem in gradu si quem vos collocaveritis — is animum si induxerit* —. Equis est, qui hanc Latinitatem culpet? cujus exempla sexcentena penes Tullium prostant; quamquam planius utique sic dicatur: Eodem in gradu a vobis collocatus — si quis animum induxerit. οὗτος primum ad illum commentitium, hypotheticum hominem refertur, posterius ad Æschinem. Verumtamen ne quid dissimulem, durum utique, ut auribus insuave sonans εἶπερ οὗτος, ὥσπερ οὗτος, ita menti accidit hoc ambiguum et fallax, ut οὗτος in tanta propinquitate de aliis atque aliis usurpetur. Suavius utique sonaret, molliusque procederet oratio sic: εἶθ' οὗτος ἐβουλήθη. omissis illis tribus supervacaneis vocabulis εἶπερ, ὥσπερ οὗτος.

— 8. οὐ γὰρ, εἰ φαύλοις —] Eustath. ad Homer. p. 1356. τὸ φαῦλον οὐ μόνον τὸ κακόηθες, ὡς παρὰ Δημοσθένῃ· οὐ γὰρ, εἰ φαύλοις ὑμεῖς χρῆσθε τοῖς συμμάχοις· [sic] ἀλλὰ καὶ τὸ ἀγαθὸν, ὡς Εὐριπίδης. Locus hic ex Hermogene, si bene memini, sed sine judicio, transcriptus est. Apud Demosthenem non *συμμάχοις*, sed *συμβούλοις* legitur, p. 350. 8. ad quem locum procul dubio respexit quicunque hujus observationis auctor est, neque verissimæ, neque sapientissimæ.

— 11. οὐδὲ πολλοῦ δεῖ] subaudi ἀλλὰ τοῦ παντός.

— 14. εἰ, ὅτα —] pro εἰ initio hujus versus malim ὡς, ut respondeat insequenti οὐχ ὡς versu 16. deinde si Philippus, horum usus opera, Phocenses perdidit, oportet hoc spectare, corrupta et abjecta ab his ea omnia esse, quæ ad Phocensium salutem conferre legati, qua legati, potuissent, sed istud, hunc Æschinem Phocenses perdidisse. Qui enim is faceret hoc?

— 17. προβούλευμα] Citat h. l. Harpocrat. v. *προβούλευμα*.

— 18. ἐπαγγελίαν] correxi rursus ἀπαγγελίαν. renuntiationem meam de legatione.

— 20. ἐγὼ μὲν οὐδὲ τότε σιγήσας, οὐδὲ νῦν ἀφίσταμαι] restitui lectionem Augustani. Jurini conjectura menti oratoris repugnat. quæ hæc est: me, qui tam tacuissem, nunc caput e laqueo extrahere, atque negare, mihi cum istis rebus commune quicquam esse (vel negare, res illas ad me pertinere). vel non me, tam quidem tacuisse, cum loqui debuissem, utpote versus in mediis rebus gerendis, jam vero dedicere et ejurare omnem rei hujus participationem, cum videam nequitiam proditam, et rem secus evenisse, quam sperassem. Jurinus autem hanc ei imputat sententiam alienissimam: me neque tunc tacuisse, neque nunc renunciare huic negotio.

351. 1. μαρτυρία] testium puta confirmantium, Demosthenem in curia de legatione renunciantem placide et cum assensu auditum atque laudatum esse, quod visus esset vera retulisse, diversa Æschini cæterisque legatis referens.

— 7. πᾶσιν] post πᾶσιν addendum videtur ἀν ἦν. nam omnes pariter nefanda perpetrassent.

— 17. τῷ δὲ μηδὲν αὐτῷ —] vulgaris lectio hujus loci hæc est: τῷ δὲ μηδὲν αὐτῷ συνειδότι δεινὸν, εἰ σιγήν, πονηρῶν καὶ δεινῶν ἔργων δόξα κοινωνεῖν τῷ σιωπῆσαι. quæ poterat probari, dummodo exigua mutatione δόξα in δόξαι infinitivum aor. primi mutaretur. mihi placuit aliam viam ire. E σιγήν optativo effici σιγᾶν participium, et e δόξα effici δόξει. viro autem bono et honesto, qui nullius mali sibi sit conscius, utique grave sit et acerbum, si tacendo sibi suspicionem communionis contraxerit fœdorum atque scelestorum facinorum. Hoc unum, fateor, meam premit rationem, quamquam et vulgatam perinde premit,

quod post σιγᾶν (vel si mavis εἰ σιγᾴη), semper redundabit τῷ σιωπῆσαι ut vitiosa tautologia. δεινὸν non cohæret cum συνειδότι, quamquam illud vocabulum utique ad hoc subaudiri potest (vel etiam κακὸν), sed stat per se, δεινὸν, scil. ἐστί. viro, nullius facinoris sibi conscio, est grave.

— 24. τούτοις. καὶ δέον] correxi de meo sensu τούτους) δέον. cohæret τούτους cum ἐπιστῆσαι. hos, Æschinem reliquosque proditores, duxisse Philippum velut in rem præsentem, monstrasse ei prædam paratam ejusque copiam ei fecisse, eum in capite rerum constituisse. Ab ἣν ad τούτους signis parentheseos inclusi.

— 26. ἅμα ἀκούειν] συνέβη addidi. ad ἀκούειν subaudi e præmissis περὶ Φιλίππου παρόντος ἤδη ἐν Πύλαις. eveniebat una, et vos audire famam de adventu Philippi ad Pylas jam facto, et illum reapse adesse. nam interdum rumores falsi sparguntur.

352. 8. πραοτέρους γενέσθαι τινός] deserunt nos h. l. cum codicibus conjecturæ virorum doctorum. neque ego comminiscor conveniens, quod in locum τινὸς sufficiam. Num ἀχνὸς, *agno placidiores*. An non satis intelligo popularem Atticismum, cujus color necesse est ut insit in τινὸς, si recte habeat. pæne ut nos usurpamus vulgo, *geschmeidiger, als was, als irgend etwas, das sich zur Vergleichung schickte* [*mild beyond the bounds of comparison*].

— 19. ἁμαρτήματά ἐστιν] num οὗτος interponendum est, hic, non Æschines, sed Philippus.

— 21. μικρὸν] subaudi γράμμα ἔνεστι γεγραμμένον.

— 25. ἐνδέχεται] correxi ἐκδέχεται e libris, sine quibus ἀναδέχεται maluissem.

353. 2. τοῖς παρ' ἐκείνου τούτων ὄντων] correxi τῶν παρ' ἐκείνου τούτων ἐνόντων. utpote quæ nusquam insint scripta, neque in ulla quadam Philippi epistola scriptove alio, dictove per ejus legatos. τούτων redit ad τὰ ἀπηγγελμένα ψευδῶς ὑπ' Αἰσχίνου. τῶν autem aptum est e μηδαμοῦ, et subauditur γραφέντων, ἢ λεχθέντων. aut si τοῖς servatur, subauditur παρ' ἐκείνου γραφεῖσιν, ἢ λεχθεῖσιν. Nam locum utique tueri potest τοῖς ob insequens ἐνόντων.

— 27. ὃ αὐτὸς] correxi ἃ αὐτός. Ante ὑπέσχετο deest procul dubio γράψειν. ne illa ipsa quidem, quæ se vobis per literas significaturum recipiebat. Post ὑπέσχετο subaudiendum videtur esse ψευδόμενος.

— ult. ἀλλὰ μὴν] adde tacite ἴνα εἰδῆτε.

— ibid. οὗτος] correxi οὕτως. sic nempe, ut ego refero, testorque eum ita scripsisse.

354. 2. αὐτὸ τοῦτο] scil. τὸ μέρος. hanc ipsam solam epistolæ particulam, nil aliud. Hinc incipe recitare. præmonstrat orator scribæ, quid eum prælegere oporteat, et unde ordiri.

— 8. ποιήσειν] scil. φησίν.

— 9. εἰς ταύτας τὰς προφάσεις καταφεύγων, ἵνα — ἀναχάρησιν ἑαυτῷ καταλείπῃ] ad ejusmodi prætextus confugiens, quo — sibi receptum relinquat. Foret utique planius: εἰς τοιαύτας προφάσεις καταφεύγων, καὶ τοιαύτας ἀναχωρήσεις ἑαυτῷ καταλείπων. ad ejusmodi prætextus perfugiens, et ejusmodi receptus sibi relinquens. Aut sic — φέρει, εἰς τοιαύτας προφάσεις καταφεύγων, κἂν ἄρα — ἀναχώρησιν ἑαυτῷ καταλείπων. Bene habent verba κἂν ἄρα εἴπητέ τι. et tum, si quid vos cives, nominatim indicetis, quod cupiatis, atque ab ejusmodi illecebris verborum impellamini ad postulandum aliquid.

— 11. ἐπαγγείλασθαι] locum hunc citat Harpocr. v. ἐπαγγελία.

— 13. ἐνῆν] scil. ἐμοὶ, licebat mihi.

— 15. ἐᾶν] subaudi ὑμᾶς. neque committere, ut vos hoc tantum negotium, in quo tota vestra salus libraretur, perire sineretis. quibus codicibus εἰ proximum deest, hi pro ἐᾶν procul dubio dabant ἐὰν, et καὶ post διδάσκειν ὑμᾶς omittebant. quos non probo.

— ibid. εἰ μὴ Θεσπιαὶ] Citat h. l. Aristides T. p. 192.

— 20. εἰ μὲν γαρ —] Hermogenes p. 280. ἐφέλκεται ἐνοίας καὶ τὰ καθ' ὑπόθεσιν σχήματα, καὶ μάλιστα εἰ μετὰ μερισμοῦ ὑποτιθοῖτο. οἷον· εἰ μὲν γὰρ ἐνταῦθ' ἦν ἤδη τὰ πράγματα, Αἰσχίνη, ὥστε μηδ' αἰσθανομένοις τοῖς Θηβαίοις πλέον εἶναι μηδὲν, τί οὐ γέγονεν. εἶτ' ἐξ ἀνάγκης ἐπικολούθησε τό· εἰ δὲ παρὰ τὸ προαισθέσθαι κεκώλυται, τίς ὁ ἐκλαλήσας; οὐχ οὗτος.

— 23. ἔμελλεν] prætuli ἔμελλον in plurali, scil. οἱ Θηβαῖοι παρὰ τὸ προαισθέσθαι ταῦτα κωλύειν. neque futurum erat, ut Thebani malum imminens, præsensu ejus incitati, averterent. mallem tamen nunc vulgatam a me servatam esse: ἔμελλε ταῦτα κωλυθῆναι παρὰ τὸ προαισθέσθαι. futurum non erat, ut malum hoc, si revera Thebanis tam prope incubuisset, ab iis averteretur et repelleretur, propterea quod id tempori adhuc præsensissent; hoc unum me male habebat, quod ἔμελλεν, in singulari, ad ταῦτα τὰ πράγματα rediret, ἠβουλήθη autem et ἤλπισεν ad Æschinem, neque volebat Æschines id evenire, neque sperabat eventurum.

— 26. λόγοις τούτοις] interponunt codices aliquot bonæ notæ καί. qui sitne calami lapsus, an defectus indicium, dubito. Si quid deest, suspiceris λήροις deesse: τοῖς λόγοις καὶ λήροις τούτοις.

— ult. ἐσπαθᾶτο] effutiebantur hæc temere, sine reputatione metuque rerum futurarum. quicquid præcipitanter, cum socordia, pingui, ut aiunt, Minerva, laxe, crude, ruditer, sine arte, sine metu fraudis postmodum detegendæ, ad brevis tempo-

ris usuram contexeretur, aut confieret, id σπαθᾶσθαι dicebatur. facile sit hæc ad commentum quodque leve, tenue, rarum, per quod lux veritatis undique dilucescat, ad præsentis modo temporis procusum, diuturnitatem et severitatem examinis haud ferens, accommodare.

355. 1. ἀκούων] cobæret cum ἐπειρώμην versu 11.

— 3. καὶ ὅσον] scil. τοῦτ' οἶδα.

— 6. ὦ] malim οὗς. quos Phocenses plane præterire tacitos.

— 14. ταῦτα] quæ nempe Æschines blaterat.

— 16. καὶ ὅπως] id est, καὶ ὁρᾶτε, ὅπως— etiam, videte quæso, inquam, cives, et operam date, ut —.

— 19. τι τῶν ἐναντίων] scil. γίγνηται.

— 21. μὴ νῦν ἀφίστασο] Sententia est: haud equidem veto, te Demosthene nunc dedicere et ejurare communionem et conscientiam harum rerum. Sed rursus nolim tunc te tibi earum participationem arrogare, cum exitum sortita erunt. quasi si sic dixisset: μὴ, νῦν μὲν ἀφίστασο, τότε δὲ προσποιοῦ. quod idem est, atque: νῦν μὲν ἀφίστασο, τότε δ' αὖ μὴ προσποιοῦ. sic.

— 24. ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ ταῦτα ἐμοὶ καὶ Δημοσθένει δοκεῖν] Ut ταῦτα cum ταὐτὰ mutaretur, prorsus necessarium factu erat. ut bona et proba constructio accusativi cum infinitivo mutaretur, nulla gravior mihi fuit causa, quam auctoritas probati codicis, unde dedi εἰ μὴ et δοκεῖ.

— 27. δίδωσι] scil. τῷ γραμματεῖ πρὸς τὸ δημοσίᾳ ἀναγινώσκειν. scribæ in manus dat, ad recitandum in concione, rogationem a se conscriptam.

356. 7. ἐπαίνων] quibus nempe Philippus a nobis extollitur.

— ib. καὶ τὴν εἰρήνην] id est, ὁρᾶτε ὅτι τὸ ψήφισμα λέγει τὴν εἰρήνην — videtis, cives, etiam hoc, Philocratis rogationem sancire, ut quam pacem Philippus vobiscum contraxerit, eadem nepotibus quoque, cum vestris, tum ipsius, rata stabilisque sit. Rursus ad proximum ἐπαινέσαι subaudiendum est hoc λέγει, vel φησὶ τὸ ψήφισμα. etiam istud videtis, præcipi ab illa rogatione, ut vos Philippum laudetis.

— 21. καὶ προσθημένων] hoc est, sive, *quamvis præsensissent*, sive, *quoniam præsensissent*. sed sunt in libris qui dent, καὶ οὐ προσθημ. neutra lectio specie caret. verumtamen orator ipse priori, particulam infitiantem omittenti, calculum addit ipse suum infra p. 365. 12. ubi disertis verbis ait: ἐπειδὴ δὲ ἦκεν εἰς Πύλας, οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, αἰσθόμενοι τὴν ἐνέδραν, ὑπεχώρησαν.

— 23. εὐφημότατ' ἀνθρώπων] bene habet. sententia est: tam honesta, tam præclara, tam fucata et ad fallendum scite probabiliterque composita, ut alius hominum omnium nullus comminisci possit orationem magis omni ex parte reprehensionis vacuam, magis comitatis et honestatis plenam; quamquam reapse mera fuit impostura, nitore verborum scelus occultans deterrimum.

— 26. ἔδει] addidi. Philocratis rogatio nullam imponebat necessitatem convocandi Amphictyonas, vel potius, interdicebat ea providentia, vetabat illam cautionem. ut οὐκ ἔδει idem sit atque οὐκ ἐξῆν. qui ἔδει omittunt, hi e præmissis γέγραφε repetunt. Philocrates in rogatione sua nullam fecit mentionem convocationis Amphictyonum.

— ult. καίτοι καὶ — ad καλούσας ὑμᾶς] Est hypophora, ficta oppositio. Atqui vos tamen Philippus binis literis evocavit? occurrit orator οὐχ ἵν' ἐξέλθητε — atqui non eo profecto scriptis, quo vos exiretis. Nequaquam. non enim vos hoc temporis articulo vocasset, nisi jam dudum ante vobis præripuisset opportunitates exeundi. b. c. nisi nosset, in potestate vestra non esse, in castra exire, cum ipse vobis potestatem ejus rei tum eripuisset, cum pestiferas illas fraudes cum legatis vestris composuisset. opponit iuter se τότε et τηνικαῦτα, *tum temporis*, cum vobis adhuc liceret exire, et *nunc*, cum negatum id vobis est.

357. 2. οὐ γὰρ ἂν ποτε τοὺς χρόνους ἀνελὼν] refinxi ad mentem meam: οὐ γὰρ ἂν τότε τ. χ. οὐκ ἀνελών. particulam infitiantem addi necessarium erat, quia alia sententia exsisteret inconsentanea et sibi repugnans.

— 6. προσέτατταν] subandi, si bona fide vos ad se invitasset, aut expeditionem castrensem hortatus esset. Sed merus hic erat mimus, meræ præstigiæ, subsannatio vestri.

— 7. ἀλλ' ἵνα] id est, imo vero binas illas inimicas literas Philippus eo ad vos misit, quo —.

— 9. τι] de meo addidi. ἐπί τι, subandi μέρος vel μῆκος τοῦ χρόνου. aliquatenus, aliquantisper. ἐπανέχειν ἐλπίσιν. commorari in spe sua, nec ab ea discedere, sed in ea velut æstuare, fluctuare, ut navis intra breve spatium loci iisdem in undis discursitans, neque multum proficiens, aut ad ancoram stans et secundum ventum, aliudve aliquid exspectans.

— 11. ἅπαντες] confirmatur p. 360. 11.

— 15. τούτοις] Æschini, Philocrati, et consortibus.

— ibid. τούτων] scil. scriptorum his in literis.

— 16. ἐπεξέλθοιτε] primam syllabam detraxi. exiretis in castra. nam ἐπεξέρχεσθαι est injuriam oblatam, scelus ulcisci, persequi.

— 18. γράφειν] decebat eos rogationem a se conscriptam ad vos ferre, qua Pro-

xenus juberetur Phocensibus succurrere.

— 23. καὶ τὸ ψήφισμα] interposui τε.

— pen. οὗτοι] stat in bivio, ut antrorsum retrorsumque vergat. tu finge tibi, lector, sic esse exaratum : καὶ νοῦν ἔχοντες οὗτοι, et hi quidem sapientes, οὗτοι πιστεύειν ὑπήχθησαν, hi ad credendum adducebantur. non ideo tamen auctor sim literis expressis idem vocabulum exarandi.

358. 4. ὅλεθρον] malim cum articulo τὸν ὅλεθρον.

— 7. ὑπάρχειν αὐτοῖς] subaudi εὔνουν vel φίλον, ne adde. sufficit enim merum verbum. reddidit hoc eos molles et torpidos, quod persuasum ipsis esset, Philippum ipsis amicum et propitium esse.

— 10. ἀλλὰ] est objectio, quæ in continenti removetur in istis : τούτοις ὅτι — atqui tamen erant penes Phocenses, quibus videretur futurum, ut pœnitentia vestræ imprudentiæ vos aliquando incesseret. malim itaque μεταμελήσειν in futuro.

— 13. ἐπέδειξαν] alii, quicunque id fecerunt, quod istis essent sapientiores. non nominatur qui fecerit.

— 16. τὸ γὰρ πρὸς ἄνδρα —] Aristides de D. C. p. 214. ἵνα δ' ἔτι σαφέστερόν σοι γένηται, ὁποῖόν τί ἐστι τὸ διὰ μέσου ἐμβαλεῖν πλείω νοήματα, ἐκεῖνο σαφέστατον παράδειγμα ἐν τῷ τῆς παραπρεσβείας. τὸ γὰρ πρὸς ἄνδρα θνητόν· ἓν νόημα ἐκ προσώπου. καὶ διὰ καιρούς τινας ἰσχύοντα, γράφοντα εἰρήνην ἀθάνατον, συνθέσθαι τὴν κατὰ τῆς πόλεως αἰσχύνην· τὸ πρᾶγμα τὸ γινόμενον. τὸ δ' ἐπ' αὐτῷ, καὶ οὔπω ἀπήρτισται, ἀλλ' ἐπεμβάλλει πάλιν· πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν — sed hic rursus locus aliunde petitus est, sc. e p. 381. 23. quare suspicor, post ἐπεμβάλλει deesse νῦν τὸ πέρας. πῶς οὖχὶ πάνδεινον. tum sequitur novum exemplum : καὶ πάλιν —.

— 17. γράφοντας] suspicatus aliquando sum leg. esse γράφοντας εἰρήνην ἀθάνατον, condentes pacem æternam, nunquam desituram, ἀθάνατον συνθέσθαι immortale civitati dedecus condere.

— 19. τῶν παρὰ τῶν ἄλλων] beneficiis et ornamentis, ab aliis, diis hominibusque, in eam collatis. sic dant vulgatæ. prætuli tum τῶν ἄλλων. omissis duobus vocabulis intermediis, nunc non facturus. nam vulgata vitio carebat. in hac nova lectione subaudiri debet γερῶν vel κλεῶν. laudibus, decoribus.

— 25. ὕστερον] postmodum, temporibus insecutis; post eos Phocidis cæteræque Græciæ casus, qui post conditam et signatam a Philocrate pacem evenerunt.

359. 5. τούτων] designat Æschinis sodalitium.

— 12. ἐπηγγέλλετο] num ἀπηγγέλλετο. nunciabantur.

— 27. τῇ τετράδι φθίνοντος ἐκκλησιάζετε μὲν ὑμεῖς τότ' ἐν Πειραιεῖ] Sic distinctus prostat hic locus in vulgatis. quam distinctionem qui sequuntur, ii utique recte τότε omittunt. ego vero post φθίνοντος punctum posui. subaudi τοῦτο δῆλον. e die XXVII. mensis nempe hoc constat. tum τότε servavi, sed γὰρ de meo addidi. tunc enim concionem habebatis in Piræeo.

360. 5. αὐτὸ] malim τοῦτ' αὐτό. id ipsum, quod aio. συμβαίνει congruit cum dicto Proxeni, diem hunc XXVIII. esse quintum ab — Attica dictio. τοῦτ' αὐτό, scil. ἐστὶ τὸ πρᾶγμα, ὅπερ ἔλεγες. *Just so. recht so. vollkommen so. da haben wir es. Es fällt, es trift pünctlich auf den fünften Tag* [*just so. rightly so. precisely so. there we have it. it falls, it happens punctually on the fifth day*].

— 6. οἷς] utrumque non est masculini generis, neque cohæret cum χρόνοις, sed neutrius, idemque valet atque τούτοις, ἃ —.

— 19. συμμαχία Ἀθηναίων καὶ Φωκέων] duo media vocabula, ut non admodum necessaria, uncis inclusi. Satis enim e superioribus constat, societatem belli designari Phocensibus cum Atheniensibus initam. Verum Taylor omissionem horum verborum Ἀθηναίων καὶ *inhonestum factum* appellat, homo non raro subcerebrosus et præter rationem calidus. Ergo factum id quoque inhonestum est, cum orator ipse paulo ante, versu 15, τὴν συμμαχίαν τῶν Φωκέων dixit. Ergo perinde inhonestum erit factum versu 16. τὰ δόγματα sic nude appellari, sine τῶν Ἀμφικτυόνων. verbum καθεῖλεν redit ad Philippum. decreta Amphictyonum, per quæ, vel vi quorum, Philippus mœnia dejecit.

— ult. φησὶ] scil. ἡ ὁμολογία, illa formula pacti conventi.

361. 3. πάντ' ἐπίστευον] prætuli πάντες ἐπ. crebro Demosthenes hoc urget, Phocenses *omnes* pessum isse, ad conflandam crimini hoc majorem invidiam. Constabat nempe resp. Phocensium compluribus minutis civitatibus, quas complectens orator *omnes* appellat.

— 4. καὶ πρὸς τοῦτον πάντ' ἐσκόπουν, πρὸς τοῦτον ἐποιοῦντο] pleraque horum uncis inclusi, ut amputanda, cum manifesto constet ἐσκόπουν ex ἐποίουν perperam esse effictum. Arbitror itaque locum sic esse continuo tractu legendum : πάντες ἐπίστευον καὶ πρὸς τοῦτον πάντες ἐποιοῦντο τὴν εἰρήνην.

— 6. σκοπεῖτε τί πιστεύσαντες] prætuli σκοπ. οἷα πιστ. spectate, secundum quantam fiduciam [id est, e quanta fiducia] Phocenses quanta in mala inciderint. h. e. quantas in clades eos conjecerit nimia ipsorum et incauta fiducia. οἷα melius, quam τί, cum ὅμοια et παραπλήσια concordat.

— 19. θέαμα δεινὸν] Hermogenes p. 129. ἐνδιάσκευον δ' ἐκεῖνο τὸ μέρος τῆς διηγήσεως ἐν

τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας παρὰ τῷ Δημοσθένει. θέαμα δεινὸν, ὦ ἄ. Ἀ. καὶ ἐλεεινόν. et p. 457. τὰ σμικρὰ καὶ φαῦλα τῇ περιβολῇ τῶν λόγων μέγεθος προσλαμβάνει. ταῦτα ποιεῖ Δημοσθένης καὶ οὕτω τραγῳδεῖ τὴν Φωκέων ἅλωσιν, ἔθνους ὅλου ἐν ὀλίγοις ῥήμασι λεγων. ἣν ἰδεῖν οἰκίας κατεσκαμμένας — μονονουχὶ παρέφρασε τὸ Ὁμηρικόν. (Iliad. 1.) Citat item h. l. Alexander Rhetor p. 50. et Aristides de D. C. p. 274. cujus hæc sunt verba: ἔμφασιν δὲ ποιεῖ καὶ τὸ ἐπισημαίνεσθαι ταῖς ποιήτησιν. Si qualitates rerum nota quadam, præsertim displicentiæ atque reprehensionis, insignias. ὅπου λέγει· θέαμα δεινὸν. καὶ πάλιν· νόσημα δεινὸν καὶ χαλεπὸν, καὶ φυλακῆς πολλῆς — δεόμενον. citat item Scholiastes ad Aristotelis Rhetorica, edita Parisiis apud Conradum Neobarium, Parisiis 1539. in folio minori, p. 14. a. 38. Apsines p. 726. πάθος ποιοῦσι καὶ οἱ ἀναδιπλασιασμοί· Θῆβαι δὲ, Θῆβαι. καὶ αἱ δεινώσεις· θέαμα δεινόν. πάθος ποιεῖ καὶ τὰ ἀνακλητικά· θέαμα δεινὸν, ὦ γῆ καὶ θεοί. ἐν τοῖς πάθεσιν οὐ πολὺν δὲ εἶναι δεῖ τὸν κόσμον, οὐδ' ἐπεμβάλλεσθαι τὰς ἐνοίας, ἀλλὰ κομματικὰ τὰ πλείω. ἐὰν μὲν βουληθῇς συνέχειαν ποιῆσαι ἐν τῷ πάθει, κατὰ τὸ ἀσύνδετον εἰσάξεις· οἰκίας κατεσκαμμένας, τείχη περιῃρημένα, etc.

— 20. νῦν] id est, ἐναγχος. nuper in novissima legatione nostra ad Delphos, cum dignitate theororum a vobis illuc publice missorum.

— ult. τίνα ἂν οὖν οἴεσθε —] Aristides de D. C. p. 200. καὶ ὅταν εἰς κρίσιν ἀνάγῃς [scil. τὸ πρᾶγμα] τεθνηκότων ἐνδείξων, βαρὺ δοκεῖ τὸ τοιοῦτον εἶναι. οἷον· καίτοι πηλίκον ἂν στενάξειαν οἱ πρόγονοι. καὶ πάλιν· καίτοι τίνα ποτ' οἴεσθε, etc.

362. 1. ψῆφον ἡ γνώμην θέσθαι] Aristides T. p. 200. sic recitat: ὀργὴν ἢ ψῆφον θέσθαι κατὰ τῶν αἰτίων τούτων τοῦ ὀλέθρου. f. τούτοις voluit, aut τοῦ τούτων ὀλέθρου.

— 4. καθαροὺς] subaudi ἑαυτούς. se (majores nostros miraculo divinitus in vitam revocatos), esse a scelere homicidii puros et intactos, etiamsi suis ipsimet manibus imbre saxeo ejusmodi proditores contumulassent.

— 5. μᾶλλον δὲ, εἴ τις ἐστὶν ὑπερβολὴ τούτου] subaudi τοῦτο λεκτέον. ecquid sit turpius, aut si quod vocabulum adhuc gravius et atrocius sit, quam v. *turpe*, (scil. hoc graviori vocabulo rem appellabimus). formula hæc est Demosthenica.

— 12. τοῦτο] correxi de meo sensu τούτου, subaudi ἕνεκα. Constructio hæc est: ἵνὸς τούτου χάριν μάλιστα ἐξ ἁπάντων εὐδαιμονίσειεν ἄν τις Φίλιππον. nam non res εὐδαιμονίζεται, sed homo re gaudens. hanc unam omnium imprimis ob causam beatum quis Philippum prædicet.

— 15. τὸ μὲν γὰρ πόλεις —] locum hunc, hinc ad versum 22. refert, verum non verbatim, sed e memoria, et per compendium, atque more suo, Minucianos p. 148.

— 19. ἐκεῖνό γ'] addidi γε. verum pœnitet nunc, quod non eadem opera ἐκείνῳ (in dativo) restituerim, pro vulgari ἐκεῖνο. illi vero, Philippo puta, propria est felicitas, quæ cui contigerit alii quoque, dictu facile non est. non modo res ipsa illuc ducebat, sed etiam Minucianus. verum tum temporis, quum oratio Demosthenica typis Lipsiensibus recuderetur, technicum hunc nondum tractaveram. præterea in tanta festinatione, qua tunc ferebar incitatus, in haud paucis hallucinatus sum, temerans sana, et intacta prætermittens vitiosa; quorum de utroque genere nonnulla mihi nunc, secundis curis editionem meam retractanti, sponte se ingerunt.

— 23. εἴγε] alii libri dant οἴγε, postmodum versu 27. οὗτοι omittentes. non mala est ista lectio.

— ibid. ἃ ὑπὲρ ὧν αὐτὸς Φίλιππος] correxi: ἃ ὑπὲρ αὐτοῦ Φίλ. quæ mentiri Philippus emolumenti sui causa non audebat, tametsi tantum ejus interesset. h. e. propositis tot et tantis emolumentis, quæ parere sibi mendacio potuisset — ad ea vobis fraudulenter persuadenda cum illi mercede suam operam elocassent, vos circumvenerunt.

— 25. ψεύσασθαι, οὔτ' εἰς ἐπιστολὴν γράψαι οὐδεμίαν] lectio hæc vulgata probabilis est. Verumtamen Augustanus dubitationis nonnihil injiciebat, in quo sic legitur: οὔτε γράψαι, οὔτ' εἰς ἐπιστ. unde posterius οὔτε in αὐτὸς mutavi de meo sensu. non inconcinna utique antithesis inter *ipsum* dominum, et legatum ejus. verum ipsi mihi nunc displicet iste pruritus ubique scitas, argutas, subtiles sententias ingerendi. possunt utique auctores ab acumine conjecturæ haud paulo concinniores atque comtiores fieri, quam sunt. Verumtamen sic facile inducimur, ut inscii et nolentes longius procedamus, quam par est, et ut sive aliena, quæ illis nunquam in mentem venerunt, subjiciamus, sive etiam palam ipsorum sententiis repugnantia.

363. 10. λέγε] [prætulerim λάβε codd. præstantiorum, propter ἀνάγνωδι, quod est tantundem. Sed sequitur etiam λαβών. Quis hæc expediet? TAYLOR.] Facile nemo non faciat, qui discrimen inter λέγειν et ἀναγινώσκειν teneat, illud est *pronuntiare*, hoc *de scripto recitare*. multa pronuntientur, quæ de scripto non ideo recitentur.

— 11. τὴν ἐκ τοῦ νόμου] scil. τεταγμένην.

364. 5. τοῦ Ἡγησίππου, ἢ ὡς πε. οὐχ ὑπεδ. ἢ ὡς ἀσεβεῖς εἰσὶν, ἢ ὡς ὅ,τι ἂν —] illud ter iteratum ἢ sustuli, ut spiritum orationis reprimens et sufflaminans.

— 6. ὡς] conveniret huic particulæ adjungi illam virgulam transversam, quam nostrates *einen Gedankenstrich* [*a mark of*

*suspensionem*] appellant, indicantem aposiopesin, seu auctorem plura cogitasse, quam prolocutum esse, eosque suos sensus lectori vestigandos atque supplendos reliquisse. In usum hujus virgulæ Britanni, gens acris, ætate nostra ita furiose exarsit, ut loco verborum excusorum totas sæpe paginas in eorum libris videas his virgulis obsitas. quibus profunditatem et ubertatem cogitationum ementientes, jejunitatem et paupertatem ingenii produnt.

— 9. ὡς τις φησὶν Αἰσχίνης αὐτός] sic distinctum est in vulgatis h. l.; ego jacentem sententiam erexi interponendo signo interrogationis. ὡς τίς φησίν; ut dicit — ecquisnam? respondet ipse sibi. Æschines ipse. verum haud diffitebor figuram hanc, alias fortem et efficacem, hic loco alieno mihi videri usurpatam esse, cum affectatione quadam puerili. ut suspicer oratorem dedisse: ὥς που φησὶν Αἰσχίνης — ut loco nescio quo, usquam, dicit ipse Æschines.

— 10. εἰ μὴ διὰ Λακεδαιμονίους] Construes orationem hanc hoc modo, atque deficientia tacitus addes: οὐ γὰρ ἀπήγγειλεν οὕτω τότε, scil. Æschines, ὡς ἐσώθησαν ἂν οἱ Φωκεῖς, εἰ μὴ διὰ Λακεδαιμονίους τοῦτο ἀδύνατον ἦν, aut ἐκωλύθησαν σώζεσθαι, aut τοῦτο οὐκ ἐγένετο. non enim tum renunciavit, futurum fuisse, ut Phocenses servarentur, nisi ob Lacedæmonios hoc negatum, aut arduum factu fuisset, aut nisi Lacedæmonii rem morati essent. et sic in reliquis quoque.

— 11. οὐχ ὑπεδέξαντο] id est, ἀπέπεμψαν ἄπρακτον. nisi Proxenum rejecissent, ipsum sese iis offerentem.

— 16. τὰ πράγματα] id est, τὰ ἐκεῖ πράγμ. statum omnem Bœotiæ vestram ad amicitiam adducere. aut universe principatum Græciæ designat.

— 22. οὐδὲ γὰρ τοὺς Λακ. —] Maximus de insolubilibus p. 574. συνδραμὰν δὲ πάλιν οἷς ὁ ἀντίδικος λέγει δικαίοις οὖσι, τὸ συμφέρον ἀντιτίθησιν οὕτως, ὡς ὁ Δημοσθένης πάλιν ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. λέγοντος γὰρ Αἰσχίνου, ὅτι ποιηροὶ Φωκεῖς ἦσαν καὶ ἐχρῆν αὐτοὺς ἀπολωλέναι, οὐκ ἀντέστη μὲν, συνδραμὰν δ' ἔφη· ἀλλὰ συνέφερεν αὐτοὺς σώους εἶναι τῇ πόλει. οὐδὲ γὰρ τοὺς Λακεδαιμονίους διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν ποτὲ ἐσώσατε, οὐδὲ τοὺς καταράτους Εὐβοέας, ἀλλ' ὅτι συνέφερε τοῦτο τῇ πόλει.

365. 6. τοῦ] imo vero ὑπὲρ τοῦ. quo pestis Phocensibus consciscetur.

— 9. πάντα τὰ πράγματα ἐκείνοις ὑποσχόμενος πράξειν] subaudi sive κατὰ νοῦν, sive οἰκεῖα καὶ ὑπήκοα. dictio πράττειν τινὶ πράγματα significat, officere, ut cuicunque res tecum sint communes, is tibi sit propitius atque deditus. v. versu 14.

— 21. ἀν τοίνυν ἀντὶ Φωκέων —] Hermogenes p. 151. in aliis modis, τῆς τῶν κεφαλαίων λύσεως κατὰ βίαιον ὅρον etiam hunc refert. ἢ ὅταν ἐναντία δείξῃ (orator) ποιοῦντα τὸν ἀντίδικον ὧν φησὶν εἰργάσθαι, ὡς ἐπ' ἐκείνης τῆς ὑποφορᾶς. ἂν τοίνυν, ἀντὶ Πυλῶν καὶ Φωκέων, ὡς Χερρόνησος τῇ πόλει περίεστι, λέγῃ, μὴ ἀποδέξησθε — καὶ γὰρ ἐκεῖ κεχρημένος τῇ ἐνστάσει φανερῶς, ὅτι μὴ διὰ Φωκέας Χερρόνησος σώζεται ἡ πρὸ τεσσάρων μηνῶν σωζομένη, μέτεισιν ἐπὶ τὸ βίαιον, δεικνὺς τὸ ἐναντίον, οὗ φησὶν ὁ ἀντίδικος. ὅτι μὴ μόνον αὐτὴν οὐκ ἔσωσε διὰ Φωκέας, ἀλλ' ὅτι καὶ κινδυνεύειν αὐτὴν ἐποίησε διὰ Φωκέας ἀπολωλότας. εἶτα καὶ νῦν ἐν μείζονι κινδύνῳ τὴν Χερρόνησον εὑρήσετε ἢ τότε, etc. Tractat h. l. Maximus Sophista quoque de insolubilibus p. 575. sqq. §. 7.

— 22. Χερρόνησος] in nominativo. quid in hac lectione culparem nil habens, tamen prætuli accusativum, ut magis Atticum.

— 27. ὑπεξαιρούμενοι] depeciscentes vobis et reservantes in conditionibus pacis cum Philippo, excipientes id, ut salvum vobis atque intactum relinquat.

366. 2. ὕστερον] iterat ὕστερον, quod supervacaneum videri queat, consulto, sedulo inculcaturus, qua pace Cherrhonesus Atheniensibus a Philippo, velut peculium ipsorum, remissa atque reservata, eam pacem exitio Phocensium aliquot mensibus esse vetustiorem. verum, si quid cerno, argumentum hoc, cui tantum tribuit Demosthenes, parum aut nil valet. ecquis enim non videt in arcanis Philippo cum Atheniensibus condictis, quæ non fuerunt publicata, hoc fuisse, ut Athenienses pro Cherrhoneso Phocidem Philippo permitterent. Et renuntiatio legationis falsa ab Æschine ad populum Ath. potuerunt esse meræ præstigiæ, ad oculos Græciæ occœcandos, et invidiam ab Atheniensibus avertendam commissæ erga socios proditionis. tales mimi aguntur inter optimates. quæ intra siparium fiunt, multum ab iis diversa sunt, quæ foris.

— 6. τούτων] Pylas et Phocenses designat. antequam Philippus horum quicquam præriperet, quæ sunt vicina nobis, et velut in Græciæ visceribus.

— 8. τίς οὖν ἡ ταύτης περιουσία] id est, τί ὠφελεῖ ἡμᾶς, quid prodest nobis, τὸ περιεῖναι τὴν Χερρόνησον ἡμῖν, Cherrhonesum nobis superesse?

— 9. τῶν] posterius uncis inclusi, ut tollendum. constructio enim hæc est: τῶν φόβων καὶ τῶν κινδύνων ἀφαιρεθέντων ἀπὸ τοῦ βουληθέντος ἀν αὐτὴν ἀδικῆσαι. metu atque periculis ab eo detractis, si quis esset, quem juvaret illam insulam vexare.

— 12. Φωκέων δ' οὐδεὶς] Sopater ad Hermog. p. 133. τοὺς δὲ πολίτας πάλιν ἐξεταστέον [in æstimatione testium]. ἢ γὰρ πέντε ἐισιν, ἢ πλούσιοι. τοὺς μὲν οὖν πέντε ἐκβαλοῦμεν, φάσκοντες, ὡς ῥᾳδίως ἐπὶ τῷ λήμματι μαρτυροῦσιν. ὥσπερ καὶ Δημοσθένης. τοῦ γὰρ Αἰσχίνου παρενεγκόντος μάρτυρας

τοὺς Φωκεῖς, ἃς οὐκ αὐτὸς εἶη ὁ τὴν πόλιν αὐτῶν ἀποκαλέκας, φησὶν, ὅτι εἰσὶν ἐν αὐτοῖς τινὲς ἐπὶ χρήμασι πάντα ποιοῦντες. εἰ δὲ πλούσιοι, πάλιν οὗτοι ἢ πονηροὶ, ἢ ἐπιεικεῖς. Marcellinus ibidem, μέγιστον γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἡ ἀντεξέτασις δύναται. — ὁ κατήγορος ἀποδείξει τὸν διὰ τῶν πραγμάτων ἔλεγχον ἀκριβέστερον τοῦ διὰ τῶν προσώπων. ὃ καὶ Δημοσθένης ἐποίησεν ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. ἀπορίᾳ γὰρ μαρτύρων τεχνικῶς ἐπὶ τὰ πράγματα κατέφυγεν. — ὁ δὲ Δημοσθένης καὶ τὴν ἀπὸ τῶν πεποιθότων μαρτυρίαν ζητοῦντα ποιεῖ τὸν Αἰσχίνην, διὰ τί μὴ καταμαρτυροῦσι. τῶν ἐκπεπτωκότων οἱ μὲν, οἶμαι, βέλτιστοι καὶ δικαιότατοι —. Sed omnium planissime locum hunc exposuit, et artificium ejus oratorium enucleavit Maxim. quem locum, tametsi paulo longiorem, haud pigebit adscribere, qui promiserim, demonstrationum me rationem esse habiturum earum, quibus veteres technici oratorum vetustorum usus veluti palæstricas, nexusque atque conversiones tradidissent. quamquam spissum id est negotium. juvit tamen insecuturis exemplum ejus rei proponere. Sunt igitur hæc Maximi verba p. 581. §. 13. μὴ τιθεὶς δὲ τὴν ἀντίθεσιν, λήσεις προσρίπτων τὴν λύσιν, καὶ σπουδὴν ἕξεις, ἵνα μὴ περὶ τοῦτο, ὡς κρινόμενον, ἵστηται ὁ δικαστής. ὡς ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου ὁ ῥήτωρ ἐποίησεν. οὐ δυνάμενος γὰρ ἐξαρνηθῆναι, ὅτι οὐκ ἔδωκε χρήματα Ὀλυνθίοις καὶ Φωκεῦσι, ἵνα Αἰσχίνου καταμαρτυρήσωσιν. ἐλέγχει γὰρ ταῦτα Αἰσχίνης, αὐτῶν Ὀλυνθίων παρεχόμενος μαρτυρίας, οἷς περὶ τούτου διαλεχθεὶς ἐφαίνετο Δημοσθένης. μὴ θεὶς τὴν ἀντίθεσιν ταύτην προηγουμένως ὁ ῥήτωρ, πειρᾶται λύειν, προσρίπτων τὴν λύσιν, καὶ λέγων· Φωκέων τῶν ἐκπεπτωκότων οἱ μὲν οἶμαι βέλτιστοι καὶ μετριώτατοι, φυγάδες γεγενημένοι, καὶ τοιαῦτα πεπονθότες, ἡσυχίαν ἄγουσιν. οἱ δὲ μηδοτιοῦν ἄνευ ἀργυρίου ποιήσοντες, τὸν δώσοντα οὐκ ἔχουσιν αὐτοῖς. οὐ γὰρ ἔγωγε ἔδωκα ἂν οὐδενὶ οὐδὲν, ὥστε μοι παραστάντας ἐνταυθοῖ βοᾶν οἷα πεπόνθασιν. ἡ γὰρ ἀληθεια καὶ τὰ πέπραγμένα αὐτὰ βοᾷ. οὔτε γὰρ ἔθηκεν αὐτῷ τὴν ἀνθυποφορὰν, αὐτὸς γὰρ ἦγε Φωκέων αὐτῶν καταμαρτυρούντων αὐτοῦ. καὶ δόξας παρέχεσθαι τὴν λύσιν, ἣν προσέρριψεν, οὐκ ἐποίησε περὶ αὐτὸ ἵστασθαι τὸν δικαστὴν, εἰπὼν αὐτὸ ἐν ἀφηγήσεως τρόπῳ.

— 13. βέλτιον προακοῦσαι] scil. ὑμᾶς.

— 18. οἱ δὲ μηδοτιοῦν ἄνευ ἀργυρίου ποιήσοντες] prætuli οἱ δ' ὁτιοῦν ἂν ἀργυρίου ποιήσαντες. leves autem atque impuri, ad scelera quæcunque venales. ἀργυρίου tantundem valet atque ἀντὶ ἀργυρίου.

— 21. πεπόνθασιν] ad πεπόνθασιν subaudi οὐδὲ γὰρ ἔχρῆν, vel οὐδὲ γὰρ ἀνάγκη ὑπῆν. nam ne oportebat quidem. nam ne necesse quidem erat. nil erat, quod eo me impelleret.

— 22. αὐτοῖς] codicibus inter αὐτοῖς et αὐτὰ ambigentibus, utrumque copulandum duxi ad hunc modum: τὰ πεπραγμένα αὐτοῖς, res adversæ quibus sunt usi, αὐτὰ ζοᾷ, ipsæ per se clamant.

— 24. ὥστε μὴ περὶ τοῦ κατηγορεῖν ἑκάστῳ τὰς Ἀθήνησιν εὐθύνας εἶναι τὸν λόγον] ad vocab. ἑκάστῳ subaudi τῶν Φωκέων. unicuique Phocensium non est ratio — hoc est, Phocensium nemo cogitat (in mentem sibi venire non patitur), accusatorem agere εἰς τὰς Ἀθ. εὐθ. in judiciis peculatus, aut repetundarum, quæ Athenis habentur; sed hoc animum ejus (vel cujusque) sollicitat, quod serviendum sibi sit, et præ formidine emoriendum. *das geht ihm im Kopfe herum* [*that broods on his mind*].

— 26. καὶ τοὺς Θηβαίους καὶ τοὺς Φιλίππου ξένους] muta hos accusativos dativis. serviendum Thebanis atque Philippi mercenariis, quos alere coguntur. hi dativi cohærent cum δουλεύειν: et verba καὶ τεθνᾶναι τῷ φόβῳ per parenthesin interjecta sunt ad indicandam superbiam et immanitatem imperiorum, et duritiem servitutis.

— 27. οὓς] detrahe rursus uncos, quibus οὓς inclusi. quod vocabulum non modo non superfluum, sed vel imprimis necessarium est, ut sine eo neque oratio, neque sententia constet. Error hic me circumvenerat, non recogitantem, tametsi recte dicantur Phocenses cogi Philippi mercenarios alere, tamen non item recte dici posse, Phocensibus necesse esse Thebanos quoque alere. Et hoc ipso quoque transmisso, tamen oratio non satis bene secum constat: ὥστε τὸν λόγον ἑκάστῳ εἶναι περὶ τοῦ — ἀλλὰ ἀναγκάζονται [saltim ἀναγκάζεσθαι dixisset, ut cum ὥστε congrueret] δουλεύειν, καὶ τεθνᾶναι φόβῳ καὶ τρέφειν Θηβαίους καὶ τοὺς ξένους.

367. 1. δεικνύναι] ad δεικνύναι addendum est κελεύετε. nam quæ sententia? ἀλλὰ ἔᾶτε αὐτὸν δεικνύναι. non *sinite*, sed *jubete*, illum docere.

— ibid. ἢ ὡς οὐχ ὑπέσχετο] velim οὐχ detrahi, jubete eum planum facere, Philippum promisisse, Phocenses a se servatum iri.

— 10. τίς γὰρ οὐκ —] Aristides de D. S. p. 324. καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων ἐπιπλέξαι [vocabula eadem mox repeti] δοκεῖ μὲν τοῦ ἀφελοῦς εἶναι λόγου, ἐκλύει δὲ τὸν τόνον τοῦ πολιτικοῦ λόγου. ὡς καὶ ἐν τῷ τῆς παραπρ. ὁ Δημοσθένης. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὅτι τῷ τῶν Φωκέων πολέμῳ καὶ τῷ κυρίους εἶναι Πυλῶν Φωκέας. hactenus simplicitas orationis tenuis. jam redit contentio nervorum orationis civilis. ταύτην μέντοι τὴν ἀπὸ τοῦ τόπου καὶ τῶν πραγμάτων αὐτῶν ἀσφάλειαν. hic addit Aristides judicium suum. ἐπιφορικῶς ὡς ἐν συμπληρώσει ἐπήνεγκε. quod posterius acriore quadam vi, velut in clausula sententiæ, orator adjecit.

— 18. τετειχισμένην] regio πολέμῳ συν-

ἐκεῖ τετειχισμένη videtur esse, ab insultu hostium tuta et munita per exercitationem armorum assiduam contractam bello diuturno, quo illa regio exercita fuit.

— 19. *συμμάχων ἀνδρῶν, καὶ χώρα πολλῆ*] correxi ad meo sensu *συμ. ἀνδρῶν χώραν πολλήν*. ingentem, amplissimam regionem virorum societate belli vobis conjunctorum, munitam armis, id est juventute armata, et assiduitate armorum tractandorum perita, et oppidis multis. vel si mavis *ἀνδρῶν συμμάχων* ad *πόλεσι* referre, nil interest. — hanc devastari passi estis æquo animo.

— ult. *περοἱρητο*] correxi de meo *προἱρηντο*. quæcunque Thebani voluissent, appetissent.

368. 2. *οὐχὶ βουλομένους*] imo vero *τουτὶ* vel *ταυτὶ ἔουλομ.* vel *οὕτω βουλομ.* cum, renunciando contraria omnia, effecisset, ut vos palam declararetis vos hæc velle, aut vos sic velle fieri.

— 14. *λέγ. τὰ ψήφισμα*] malim *λέγε τὰ ψηφίσματα*. nam sunt duo numero. primum a Diophanto, alterum a Callisthene, scriptum de Heracliis in urbe agendis.

— 15. ΨΗΦΙΣΜΑ] est lætum illud atque gloriosum urbi, Diophanteum. sed 18. est Callisthenicum, triste, luctuosum et ignominiosum.

— 22. *αὐτὴν*] correxi *αὐτῇ*, scil. *τῇ εἰρήνῃ*.

— 26. *ὡς*] addidi. idem est ac si dixisset: *ἐπίστασθε, ὡς ἐθορυβεῖσθε, καὶ ὁσάκις ἐθορυβεῖσθε, ἀκούοντες*.

369. 2. *οἶδα τοίνυν* —] locum h. citat et explicat Maximus Sophista de insolubilibus p. 576.

— 3. *αὐτῷ*] correxi *αὐτοῦ*. non male id quidem; at præstabat tamen, et subjicerem, si liceret, *αὐτῶν*. Æschines defugiet purgationem criminum *ipsorum*. hic *ipsa* crimina opponuntur alienis, ad quæ Æschines evagabitur.

— 5. *πραγμάτων*] prætuli *πεπραγμένων*. diversa enim sunt istæc. *πράγματα* sunt res, quorum, si ita fert, tu partem nullam habes communem, quæ te inscio et absente sunt vel fiunt. *πεπραγμένα* sunt res a te gestæ, quæ tu participas.

— 8. *ἔστι δὲ καὶ ταῦτα πάντα κατηγ.*] mihi magis arridet lectio Maximi: *ἔστι δὲ καὶ αὐτὰ ταῦτα κατηγορήματα*.

— 11. *εἶναι*] dicere, indicare, significare, prodere.

— 15. *καὶ περιέσται*] hæc duo vocabula, ab oratore Æschinis orationi, boni ominis gratia interjecta, parentheseos signis separavi. et velim quoque, diique annuant ea bona vobis semper superesse, semper esse perpetua, speroque ita futurum.

— 16. *ἐκεῖνο*] non malum, et plurimorum codicum auctoritate munitum. quare non debebat unius incerta fides, in quo mendosum *ἐκεῖνος* erat, me movere, ut *ἐκείνως* prō eo reponerem. ne hoc ipsum quidem male, at præter necessitatem tamen.

— 21. *πραγμάτων κατασκευὴ*] apparatus, copiæ rerum ad principatum obtinendum idonearum. nam *πράγματα* sunt Demostheni facultates, potentia, principatus, imperium.

— ult. *ταῦτα*] vectigalia, prosperitatem negotiationis per mare, affluentiam rerum in foro venalium.

— ibid. *ὧν*] prō iis, quæ hi Philippo vendiderunt, scil. sociis nostris.

370. 1. *ταῦτα*] copiæ annonariæ et similes opes atque fortunæ. item accessio Cherrhonesi.

— ibid. *ἀντ' ἐκείνων*] pro istis, sociis puta, quibus muletati sumus atque denudati.

— 3. *εἰ μὴ διὰ τούτους*] scil. *ἐκωλύθη προσεῖναι*. v. p. 364. 10.

— 8. *σῶσαι τουτονὶ*] subaudi *αἴτιον ὄντα*.

— 10. *τοιαῦτα*] scil. *ὀργῆς ἄξια*. sed proxima haud parum impedita sunt. offendit Marklandum quoque insolentia et durities dictionum *ποιεῖσθαι χάριν, ποιεῖσθαι ὀργήν*. etiam codices dissentiunt, alii *πεποιηκὼς* omittentes, alii pro *ποιεῖσθε* in imperativo *ποιεῖσθαι* dantes in infinitivo. qui modus etiam profecto requiritur, si referimus ad præmissum *οὐ δὴ δίκαιον*. Sin autem *ποιεῖσθαι* assumas, necesse quoque erit, ut *σκεψαμένους* in accusativo, scil. *ὑμᾶς*, legatur. ut brevis sim, dicam paucis, qua mihi videatur optima ratione locus hic reformari posse. hac nimirum, si legatur: *σκεψαμένους, καὶ χάριν, ἂν ταύτης ἄξιος ᾖ, ἀποδιδόναι, καὶ τοὐναντίον δι' ὀργῆς, ἂν τοιαῦτα φαίνηται πεποιηκὼς, ποιεῖσθαι*, subaudi *αὐτόν*. dictio *ποιεῖσθαί τινα δι' ὀργῆς* est nota, et crebro usitata. gratiam retribuere, si meruerit, et rursus eum punire, si constiterit eum talia patrasse.

— 24. *μετὰ ταῦτα εἰρήνην*] Citat h. l. Aristides p. 424. in exemplum orationis simplicis.

— 27. *φήσει*] correxi *φησὶ* de meo sensu. præcedunt enim mera præsentia. *ἐγκαλεῖ τις Αἰσχίνῃ; βούλεταί τις τούτου κατηγορεῖν; — μέμφεταί τις Αἰσχίνῃ;*

371. 4. *ὅθεν*] id est, *ἐντεῦθεν, ὅπου*, illinc, ubi —.

— 8. *ἐπὶ τοὺς ὅρκους*] id est, *ἐπὶ τὴν πρεσβείαν τὴν ἐπὶ τοὺς ὅρκους*.

— 15. *τὴν ἀρχὴν τὴν πρώτην*] est bona et usu contrita dictio, similis alteri contrariæ *τὸ ἔσχατον τέλος. primum exordium*, et *extremus finis*, quis neget Latinum esse? et aliæ quoque nullæ non linguæ talia ferunt. quare incassum in talibus laboratur.

— 17. *ἦκε*] correxi *ἦκον*. Ctesiphon puta et Aristodemus. non enim *τὰ πράγματα* sunt nominativi, sed accusativi.

non, *ut venerunt res ad executionem*, sed, *ut hi homines*, quos dicebam, *ad executionem fraudium suarum devenichant.*

372. 1. ἐπὶ πολλῷ] scil. τόκῳ. Veteres Scholiastæ ad h. l. admonebant oportere κακῷ subaudiri. ad sententiam non male. In Augustani primi margine adscriptum legitur λείπει κακῷ. id quod falsum est. non id posuit orator, et ne voluit quidem quemquam id subaudire. Hodie tamen nemini vetitum est in mente sua pro metaphorica voce τόκῳ hanc simpliciorem et planiorem κακῷ subjicere.

— 11. εἴργετ' οὖν —] Aristides de D. C. p. 268. καὶ σχῆμα δὲ οὕτω γίνεται σφοδρότης, ὅταν τις ἐπιφορικοῖς χρῆται τοῖς σχήμασιν. οἷον· εἴργετε οὖν, εἴργετε αὐτὸν τῶν ὑπὲρ τῆς εἰρήνης λόγων.

— 15. ἀλλ' ἡ εἰρήνη, δι' Αἰσχίνην ἡ διαβέβληται] sustuli ἡ posterius, ad exemplum aliarum editionum. Sed vera hæc non erat emendandi ratio. debueram sic corrigere: ἀλλ' ἡ εἰρήνη δι' Αἰσχίνην εἰ διαβέβληται. hoc agitur, hoc certatur, istam pacem num Æschinis flagitium in invidiam adduxerit.

— 21. πολλῶν ἄλλων] aut καὶ est interponendum, aut sic legendum: νῦν δ', οἶμαι, καὶ ἄλλων πολλῶν ἐστὶ κ.

— 26. ἡ ὑμᾶς ἀξιοῦν] scil. προσάγειν, vel τοῦτο ποιεῖν.

373. 5. ἀνθρώπων] uncis inclusi, non quo vitiosum sit, sed quod nescio quid absurdiusculum sonet ἀνθρώπων — φιλανθρώπων.

— 6. φθονερῶς] suspicabar aliquando post φθονερῶς deesse verbum ἀπελαύνετε, abigitis, repellitis modo invidentiam prodente. id quod nunc in medio positum relinquo.

— 7. τὰ ὑμέτερα αὐτῶν] est bona dictio et oratoribus adamata. verumtamen pœnitet nunc a me tum non esse prælatum αὐτῷ in dativo singulari, quo nullo modo hic careri potest. res vestras ei dutis in manus, ejusque fidei committitis.

— 23. μιᾷ' ὑμῶν] rarior, et nescio an minus probanda dictio, pro vulgatiore ἑφ' ὑμῶν αὐτῶν, *vobiscum*, plane ut Latini, penes vos, tacite, secreto.

— 26. δυοῖν θάτερον] id est, δι' ἕτερον ἐκ δυοῖν.

374. 2. χαρὶς] subaudi εἰπεῖν. non licet Æschini horum unum, utrumvis, seorsim affirmare. Ante οὐκ ἔνιστι deesse suspicor ἀλλά. ut: ἀλλ' οὐκ ἔνεστι τούτων —. Sed ratiocinium oratoris mihi non satis est perspicuum. Philippus si aperto mendacio Æschini imposuit, gravissima utique huic erat causa illum acerbissimo odio prosequendi. Sin autem Philippus tale quicquam ad Æschinem prædicavit, odium debebat in Æschinem solum recidere. hunc decebat simplicitatem atque tarditatem suam odisse atque locusare, non Philippum, culpa hac quidem in causa vacantem.

— 4. προσήκει] malim προσῆκε, decebat, vel decuisset.

— 6. δικαίως] putest utique vulgata defendi et explicari: existimatur jure merito perire, si pereat. nam subauditur ἐὰν ἀπόληται. Sed præfero Wolfii præclaram conjecturam δίκαιος ἀπ. κρ. nisi si suspicabimur oratorem sic dedisse: ἀδοξεῖ δικαίως, merita laborat infamia; δίκαιος ἀπολωλέναι κρίνεται, dignus exitio censetur.

— 12. τοῦτον] necesse est ut h. l. non ad Æschinem, sed ad Philippum referatur. ecquis unquam vidit audivitve Æschinem, cum argueret mendacii et impostura Philippum, aut probrorum quicquam in eum conjiceret? εἰπεῖν τι εἴς τινα est obtrectare alicui, probris eum insectari. subauditur κακὸν, vel ἐπονείδιστον, vel tale quid.

— 21. τούτων οὐδένα ἀκούω] Scholiastæ Hermogenis p. 148. 8. ὁ μέντοι Δημοσθένης καὶ τὰ ἐν λόγοις κατὰ τὰς ἀντιζητικὰς ἔλυσεν, ὡς ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου λέγων· ὅτι Φακεῖς αἴτιοι τοῦ ἀπολέσθαι. ὅπερ ἐστὶν ἀντεγκληματικόν. καὶ Λακεδαιμόνιοι. ὅπερ ἐστὶ μεταστατικόν. καὶ Χερρόνησος σώζεται. ὅπερ ἐστὶν ἀντιστατικόν. καὶ ἐξηπατήθην. ὅπερ ἐστὶ συγγνωμονικόν. et p. 163. 11. Porphyrius. Δημοσθένης ἐν τῷ παραπρεσβείας, λέγοντος Αἰσχίνου περὶ Φακέων, ὅτι ἠπατήθην. ὅρα, πῶς ἐκβολὴν ἐποιήσατο τοῦ χρώματος. ἔδει τοίνυν μισεῖν τὸν ἀπατήσαντα. ἀλλὰ μὴν οὐ μισεῖς. οὐκ ἄρα ἠπατήθης. — καὶ ὁ Δημοσθένης ἐξ ἀναιρέσεως· τούτων οὐδένα ἀκούω τῶν λόγων, οὐδὲ ὑμεῖς.

— 27. καὶ τρὶς] copula h. l. non est καὶ, sed respondet Latino *vel. vel ter*, si fieri possit.

— ult. ἀλλ' ἦκον] est affectatio brevitatis in dicendo nescio an parum probanda. bene si habet, est pro eo, quod plene sic dictum foret: ἀλλὰ καὶ ἐν τῳδὶ, non ex illis solum, sed etiam ex his, ἦκον etc. Venerat idem Lambino jam dudum in mentem; neque merebatur bonus Lambinus ideo sannam Taylori.

375. 5. τὰ ἐναντία] num in superlativo τὰ ἐναντιώτατα.

— 8. ὑμῖν] ferri potest. vestram in gratiam, quo vobis gratificetur. sed vereor, ne reduudet, et tollendum sit, ut e proximo assito ὕβρει natum.

— 15. καὶ οὐχὶ τοῦτό πω δεινὸν, τηλικοῦτον ὄν] præter hanc lectionem adhuc alia versata foit olim in libris, καὶ οὐχὶ τοῦτό πω δεινὸν, καίπερ ὂν δεινόν. non placet, id quod Wolfio placuit, ambas lectiones copulari, sed alterutra sola obtineto.

— 26. μηδ' ἦν ὥστε ἰδεῖν ἅπαντας] ferri potest, et debet, ut omnia dura et coacta. verumtamen videtur omnino aliquid parum deesse. e. c. μηδ' ἦν ἡ μισθαρνία οὕτω

φανερὰ, ὥστε ἰδεῖν ἅπαντας. vel sic: μηδ' ἣν ὁ ἐκ Μακεδονίας χρυσὸς οὕτω φανερὸς, ὥστε ἰδεῖν ἅπαντας.

— peu. ἀμολόγει] se aurum Macedonicum habere.

— ult. ἐδείκνυεν] hoc aurum ostentavit.

376. 1. πυροπωλῶν] Minucianus p. 164. εἰ Φιλοκράτης πέφηνε πυρπολῶν, ξυλλέγων (sic), τὸ χρυσίον ἐκ τῶν τραπεζῶν καταλλαττόμενος, καὶ τούτων κοινωνῶν τῶν πραγμάτων Αἰσχίνης, εὔδηλον, ὅτι καὶ οὗτος δεδωροδόκηκεν. ἀπὸ τοῦ μέρους ἐπὶ τὸ ὅλον. Constat, technicum e memoria recitantem, rem referre, non verba.

— 3. καταλλαττόμενος] Toup. ad Suidam T. I. p. 45. nulla de causa malit ἀντικαταλλαττόμενος.

— 4. τοῦτον] redit ad Philocratem.

— 22. μηδαμοῦ γὰρ ἂν φανῆναι] nusquam conspici, nusquam sui copiam dare, est otiari, nil agere, domi sedere, a rep. abstinere, ab actu rerum se continere. Sententia est: Philocrates si a consortibus prorsus desertus fuisset, pedem manumve non fuisse moturum, non ausurum tanto scelere committendo se luci publicæ famæque exponere, sed in tenebris ignobilis otii latitaturum.

377. 6. ἐκεῖ] ibi, in Macedonia puta. ἐκεῖνος, quod certatim probant, ego nullo modo probo. at recte Taylor de Phrynone, socero Philippi, interpretatur. virulentum hoc est in ambos scomma.

— 10. μηδὲ ῥῆμα] ne verbum quidem. nihil hic deest. idem est ac si dixisset: μηδὲ μέχρι ῥήματος.

— 18. ἀμολόγει, τοῦτό γ' αὐτὸ φυγεῖν] correxi et lectionem et interpunctionem sic: ὁμολογεῖ τοῦτό γ' αὐτός. quemadmodum fatetur ipse, hanc certe partem suorum criminum.

— pen. πεπεισμένα, ἢ χαριζόμενά τῳ (enclitice) ἐστὶ τοιαῦτα] statum Græciæ talem esse, qualis nunc est, sive ideo, quod populorum Græcorum aliis oratione blanda aut idoneis argumentis esset persuasum, ut vetustam sententiam suam mutarent, et pro libertate Philippi susciperent imperium, sive quod alii hoc gratuito, nescio cujus ducti gratia fecissent, sed eo sunt in loco, in quem tua proditio ea perduxit.

378. 4. ἀπειρίαν] infantiam, infacundiam, imperitiam in foro dicendi et agendi.

— 5. οὐ φήσεις ἔχειν] Atticum est, pro φήσεις οὐκ ἔχειν. negabis tibi esse, quæ dicas.

— 20. ἐκεχειροτόνητο] delectus jam fuerat, vel passus fuerat se deligi, nil recusaverat, quominus deligeretur. Senior enim Æschines erat oratore nostro.

— 24. σύλλογοι καὶ λόγοι] σύλλογοι πολλοὶ καὶ λόγοι citat Alexander p. 32. (quæ verborum structura meis quidem auribus accidit suavior. Sed bene tenendum, ita legi in Ald. non in Upsal. quam Normann. ad vulgatam composuit) in exemplum παρονομασίας, ob alliterationem, eamque tam in vicino positam, inter σύλλογοι et λόγοι.

— 27. ψηφίσησθε] prætuli ἐπιψηφίσαισθε, optativo præcedente et insequente. eodem ducit quoque ψηφίσεσθε, quod est in Aug. ἐπὶ in hac compositione signoficat *insuper*. ad priora illius ejusdem concionis decreta novum adhuc aliud addatis.

379. 3. ὑμᾶν] ὑμῶν an αὐτῶν præstet, ipsemet ambigo.

— ibid. μεῖναί τι Φιλίππῳ] potest hæc lectio ferri. manere quicquam certum et firmum τῶν πεπραγμένων, gestorum, peractorum, vel τῶν συντεταγμένων, compositorum cum Æschine. sed prætuli ἔτι. negatum erat Philippo, diutius in Phocide manere. nam Φιλίππῳ cohæret non cum μεῖναι, sed cum ἐνῆν.

— 6. ἐκεῖ] circa Macedoniam et Thraciam, aut in sinu Pylaico.

— 8. μὴ οὐ χρόνῳ] non beneficio temporis. h. e. alia quadam via conanti, non diuturnitate temporis, neque obsidione.

— 16. ἀδελφὸς] Eunomus, qui etiam in continenti versu 18. v. αὐτὸς designatur. v. Schott. Vit. compar. p. 82.

— pen. ἐπειδὴ τοιαύτη ἦν] prætuli ἐπ. ταῦτ' ἦν. hæc ubi evenerant, quæ modo indicavi.

380. 14. λήμματι καὶ τῷ δωροδοκήματι] delevi tria posteriora vocabula, quæ sunt Scholium primi. pro ὥστε πάντα τὰ ἄλλα ἀνελὼν, dedi ὥσθ' ἅπαντα ταῦτα ἀνελών. hæc, modo dicta puta.

— 22. εἰστιᾶτο] Scholiastæ Hermogenis p. 144. οὕτω καὶ Δημοσθένης ἐχρήσατο ἐν τῷ παραπρεσβείας. τίς ὁ ἀδικήσας; Αἰσχίνης. πρεσβευτὴς ὢν τὰ πράγματα προδέδωκεν. εἶτα ὁ τόπος. ποῦ; ἐν Μακεδονία. ὁ τρόπος. ὅπως; ἀπαγγείλας τὰ ψευδῆ. εἶτα ὁ χρόνος. πότε; ὅτε ἐστράτευεν [Philippus puta] ἐπὶ Φωκέας. ὥστε ἅμα ἀκούειν ἐκεῖνον πλησίον ὄντα Πυλῶν, καὶ μηδ' ἔχειν ὑμᾶς τί δεῖ πρᾶξαι. καὶ πάλιν ἀπὸ χρόνου. τό· εἰστιᾶτο ἐλθών. οὐ γὰρ ἄτοπον πρεσβευτὴν ὄντα ἑστιᾶσθαι παρ' ᾧ πρεσβεύει. ἀλλ' ἡ προσθήκη πεποίηκεν ἔγκλημα, ὅτι μετὰ Φωκέων ἄλωσιν συνειστιᾶτο τῷ ταῦτα ποιήσαντι. ἔχει δὲ καὶ τὸν τρόπον [f. deest ἐγκαλεῖν] ὅτι καὶ συνηύχετο καὶ συνεπαιώνιζε Φιλίππῳ.

381. 3. ἀντικρυς] h. l. significat sigillatim, peculiariter hoc uno de titulo, scil. ejurationis. de probabilitate ejurationum, quæ sint legitimæ, quæ reprobandæ, et de pœnis in delinquentes. et hoc plebiscitum rursus versu 7. designatur.

— 9. γράμματα] literæ a sociorum legationis quibusdam huc, sive ad Demosthenem, sive ad alios amicos, e castris Philippi ad Thebas scriptæ, de intemperantia et insolentia gaudii, quo Æschines

casui Phocensium insultavit.

— ibid. *μάρτυρες*] alii ex iisdem sociis, istorum scriptas relationes ore confirmantes. vel etiam iidem socii legationis, jam illinc in urbem reversi, et a se tum literis consignata verbis suis pro testimonio confirmantes.

—17. *τούτων*] hujus ausi, hujus facinoris. sæpe *ταῦτα* usurpatur pro *τοῦτο*. vel subauditur *τῶν ἔργων*, vel *τῶν ἐπιχειρημάτων*.

— 20. *ὑπὲρ τούτων*] dubium est, ad quos referatur, Philippumne et Thebanos, pro *his*. an ad Athenienses, *horum nomine*.

— 23. *πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν*] Aristides p. 216. in exemplis *τῆς ἐπεμβολῆς* h. l. citans, sic recitat, omittens nonnulla: *πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν, δημοσίᾳ μὲν πάντας ὑμᾶς — εἰς δὲ τὸ δικαστήριον συνελθόντας· ὧν πρόσεχε τοῖς ἐπεμβεβλημένοις· τὰς ὑπὲρ τούτων εὐθύνας δικάσοντας· ἄλλο νόημα· ὅρκον ὑπὲρ τῆς πόλεως ὀμωμόκότας· ὃν εἰλήφατε ἐπ' αὐτοφώρῳ τοιαῦτα πεποιηκότα· νῦν τὸ συμπληροῦν· τοῦτον ἀφεῖναι*.

382. 9. *ὃς ἐκ τοῦ πολέμου*] citat h. l. Minucianus p. 154.

— 21. *τυχεῖν*] post *τυχεῖν* addunt quidam *αὐτῆς*. quod ut non improbo, ita necessarium haud duco addi. Constructio sibi vel sic bene constat, quæ hæc est: *ὁ γὰρ χρήματα ἀναλώσας, ὥστε τυχεῖν τῆς εἰρήνης*.

383. 5. *ὡς ὁ μὲν δῆμος*—] Scholiast. Hermog. p. 5. *σκωπτήσας δὲ* [Corax puta, inventor artis oratoriæ] *ὡς ὁ δῆμος ἀστάθμητον καὶ ἄτακτον πέφυκε πρᾶγμα, καὶ ἐνταῦθα, ὅτι λόγος ἐστὶν, ᾧ ῥυθμίζεται ἀνθρώπου βίος, ἐσκόπησε διὰ λόγου τὸν δῆμον ἐπὶ τὰ πρόσφορα καὶ προτρέπειν καὶ ἀποτρέπειν*.

— 6. *ἀσυνετώτατον*] prætuli *ἀσυνθετώτατον*. et sio citat Valkenaerius, V. C. ad Herodotum p. 239. ubi veterum quosdam nominat, qui l. l. imitatione expresserunt. Etiam *κῦμα* idem præfert, et *ἀκατάστατον* omittit. quorum neutrum probo. nam si vulgatæ *πνεῦμα* hoc licet opponere, quod ventus in continenti non minus, quam in æquore spiret, eoque ais supervacaneum esse *ἐν θαλάττῃ*: multo magis idem *ἐν θαλάττῃ* erit supervacaneum, si optetur. ubi enim *κῦμα* est alias, quam in mari?

—7. *ὥσπερ ἐν θαλάττῃ*] Aristides de D. C. p. 186. *ἔτι τὸ εἰκέναι χρῆσθαι, σεμνότητα καὶ ἀξίωμα ἔχοντα τὸν λόγον ἐργάζεται. ὥσπερ ἐν θαλάττῃ πνεῦμα ἀκατάστατον, ὡς ἂν τύχῃ κινούμενον*.

— 9. *ἀλλ' οὐδὲ μέμνηται*] locum hunc citans Alexander p. 72. observat hic deesse *οὐδεὶς*, quod sit subaudiendum.

— 11. *ὡς ἂν αὐτῷ δοκῇ*] videtur quidem illi *αὐτῷ* ter intra brevissimum spatium iterato aliquid insuavitatis inesse. verum nullum est illorum trium *αὐτῇ*, quo carere possit oratio. *πράττειν τινὶ* est penes Demosthenem, alicui studere, factum velle, studiis et commodis ejus inservire. post *δοκῇ* videtur *τρόπον* deesse.

— 19. *παρ' ὑμῖν*] non solummodo cum ad vos e legatione redisset, sed etiam, die dicta, in judicio vestro, jussu et sententia vestra, morti esse datum. v. p. 396. 20. *ἐπιορκοῦντας ἐξελέγξω παρ' ὑμῖν φανερᾶς*. perjurii manifesti coram vobis (in judicio vestro) eos convincam. et 397. ult. *ὅσοι ἀπολώλασι παρ' ὑμῖν*, qui judicio vestro condemnati mortis supplicium tolerarunt. Conf. p. 410. pen.

— 20. *τοῦ ζῆν ὄντα κύριον ἑαυτῷ βεβαιῶσαι*] pro *τοῦ* in libris est *τό*. copulavi utrumque, *τοῦ τὸ ζῆν*. ut hæc sit constructio: *οὐκ ὄντα κύριον τοῦ βεβαιῶσαι τὸ ζῆν ἑαυτῷ*, id est, *οὐ δυνάμενον οὐδὲ τὴν ζωὴν ἑαυτῷ βεβαιῶσαι*.

— 24. *δούλην*] scil. *ἑαυτῷ*. subjugavit, sibi arrogavit, præsidiis suis occupavit, urbem Græcam, et paulo ante ab semetipso liberam declaratam vobisque addictam, in pace cum Antalcida factam.

— pen. *λέγοντας, εὐδοκιμοῦντας*] sustuli comma. *λέγοντας εὐδοκιμοῦντας*, idem est atque, *εὐδοκιμοῦντας ἐν τῷ λέγειν*.

— ult. *τί καὶ ποιῆσαι ζητοίη. πολλὰ ἀναλίσκειν*] distinxi aliter. *τί καὶ ποιήσαι*; in optativo. quid faceret? *ζητοίη πολλὰ ἀναλίσκειν*. num contenderet multa impendere? et ideo quoque p. 384. 2. pro *βουλήσεται* dedi *βούλοιτο*. præsertim insequente *μαίνοιτο*.

384. 3. *εἵλετο*] subaudi *αὐτὸς*, ipse sponte sua, ultro.

— 9. *πολλὰ. οὐκ ἐδέξαντο*] interposui de meo *ὡς δ'*— quod autem discrimen sit inter *δέχεσθαι* et *λαμβάνειν*, haud dixerim.

— 11. *καὶ δείπνῳ*] si feremus, erit reddendum in convivio, sacrificium publicum insecuto. Omnia sacrificia exibant in convivium et compotationem: non autem omnia convivia præcedebat sacrificium.

— 12. *αἰχμάλωτα*] scil. *σώματα*, quamquam utique præstet hoc voc. addi, quia dubito, num usquam locorum *αἰχμάλωτον*, sic nude, pro *αἰχμ. σᾶμα* reperiatur.

— 17. *λόγον, ὃν οὐχ*] delevi articulum, ut *ἄξιον*, non neutrius, sed masculini generis sit.

— 18. *ὁρᾶν*] non improbo. quia tamen Philo, non suo solius, sed collegarum quoque nomine loquitur, malim *ὁρῶντες* in plurali.

— 26. *ἡμῖν*] addidi. quod addi oportuisse, docet p. 385. 12. *ἀντιθῶμεν δὴ* —. 385. 12. *οὗτοι*] Æschines puta, cum sodalibus.

— 25. *καὶ καλέσαι*] nisi infitiatione rectum est. cum vobis persuasissem, ut jam velletis Philippi quoque legatos in concionem invitare, quo ipsis declararetis, vos decrevisse socius quoque vestros hac

pacis formula complecti, neque passuros esse, ut ab ea arceantur.

— 26. ἐκκρούσας] scil. aut ὑμᾶς, aut τὸ πρᾶγμα.

386. 3. ὅσα ἑωράκατε ὑμεῖς] scil. ἐνταῦθα, παρ' ὑμῖν αὐτοῖς, προσγενόμενα. hic, in urbe.

— 4. ἀλλ' ἃ ἐν τῇ] expunxi articulum. subauditor τί συμβέβηκεν, aut προσγέγονεν αὐτοῖς.

— 22. ἂν δὴ ταῦτα — ] Maximus de insolubilibus c. I. p. 572. ἐν μὲν οὖν προσχήματι τοῦ δοκεῖν λύειν ἄλυτον οὖσαν τὴν ἀντίθεσιν, ἀντικατηγορεῖ ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. κακῶς οἱ στρατηγοὶ ἐχρῶντο τῷ πολέμῳ, καὶ διὰ τοῦτο εἰρήνην ἐπράξαμεν. οὐ δυνάμενος λύειν ταύτην ὁ ῥήτωρ ἀντικατηγορῶν φάσκει· ἂν δὴ ταῦτα λέγῃ, πρὸς Θεῶν, ἀντερωτήσατε αὐτὸν — ἐπὶ τούτοις οὕτος δῶρα προσλαβὼν φαίνεται. ἀδυνατῶν γὰρ δεῖξαι, ὡς οὐ κακῶς οἱ στρατηγοὶ ἐπολέμησαν, διὰ τοῦτο οὖν φησὶν ἀντικατηγορῶν, δῶρα εἴληφας.

— 25. τε] addidi. a qua et Philippum aiat bello devictum esse, et cui esse bonos imperatores aiat.

387. 10. αὐτῶν] mutavi spiritum, lenem cum aspero. potest lenis quoque probari, sed prout v. ἀπειλήφεσαν accipitur. Sententia nimirum si hæc est: Phocenses partem copiarum Thebanarum (ut αὐτῶν ad Thebanos redeat) apud Neonas interceperant, absciderant, circumvallaverant: recte habet lenis. Sin autem hæc obtinet sententia, quæ h. l. videtur obtinere debere: Phocenses juvenes suos recuperaverant, quos Thebani apud Neonas interceperant: præstat asper. quod porro ait, ducentos septuaginta viros a Phocensibus cæsos esse, sponte sua paret viros Thebanos intelligi.

— 11. τρόπαιον εἱστήκει] subaudi αὐτοῖς κατὰ τῶν Θηβαίων. Tropæum a Phocensibus erectum de Thebanis, stabat adhuc dum salvum, neque conciderat, neque a Thebanis revulsum fuerat.

— 13. μήτε γένοιτο] suffeci in locum vulgatæ οὔτε γένοιτο. nam conveniebat illud h. l. melius. cum in modo indicativo loquuntur Græci, infitiantes aliquid, negantes factum esse, tum οὔτε usurpant. volentes autem aliquid vetare, votis avertere, deprecari, detestari, tum μήτε usurpant, ut imperativo ita proprium et consecratum, quemadmodum οὔτε indicativo est.

— 17. ἔτι] tametsi perquam probabile est, τι correctius esse, tamen vel ipsum quoque specie non caret. tum temporis adhuc ἄδειαν ἦγετε, licebat vobis.

— 18. τοσούτῳ] non cohæret cum πολέμῳ, sed stat per se, velut adverbiale, pro κατὰ τοσοῦτον, adeo, tantopere.

— 22. ἀπολωλεκέναι] malim ἀπόλωλεν. nam profecto ἐγγέγονεν, datum fuit, licuit, quod fere non nisi de re læta et fausta et optabili dici potest, non convenit cum ἀπολωλεκέναι. quæ sententia! licuit reip. bona sua amittere. quasi ea magna sit felicitas. nequaquam. imo vero sententia hæc est: Atheniensibus autem per pacem vel ea quoque bona perierunt, quæ in ipso bello salva conservaverant.

— 24. ἀλλὰ νὴ Δία τοὺς συμμάχους ἀπειρηκέναι φήσει τῷ πολέμῳ] non mala sententia, objectio satis valida. nam objectionem Æschinis hanc esse, præter ipsam rem, etiam formula νὴ Δία indicat. cohæret quoque apte cum præmissis. Ego vero nego, aiet, me socios ab Atheniensibus abalienasse. ipsi sponte sua desciverunt, quia belli molestiis et sumtibus exinaniti, diutius societatem sustinere non poterant. ideo ei renunciarunt. hactenus recte omnia. verum non refutatur hæc objectio. insequentia non ad eam respiciunt. aut ergo ipse orator locum hunc inchoatum in lituris reliquit, aut refutatio hujus occursionis e libris nostris nescio quo casu excidit; aut si usquam exstat, avulsa est hypophora ab ejus responsione. Interim ut lectorem saltim de labe commonefacerem, hæc verba uncis inclusi. Etiam in margine Meerm. adscriptum hic reperi λείπει.

— 26. πέπρακται] tuebor et servabo. hæc ita, ut aio, acta esse, vel evenisse — id est, socios vestros ab Æschine et Philocrate cum reliquis conspiratis Philippo proditos et venditos esse, id, præter jam dicta, melius adhuc e mox dicendis discetis.

— 27. ἡ εἰρήνη τέλος εἶχε] negotium condendæ pacis Athenis cum legatis Philippi illuc missis, et conscribendarum conditionum, et, brevis ut sim, quæcunque Athenis condici et peragi hoc in negotio poterant, omnia peracta et finita cum essent, ut nihil restaret, præter ipsius Philippi testificationem sui assensus, seu ratihabitionem, et legati Philippi cum ab urbe jam profecti essent, cum exemplo formulæ pacis, a nobis juratis fide atque religione nostra confirmato. τοὺς ὅρκους λαζόντες. scil. παρ' ἡμᾶν.

388. 5. ὑμᾶς] prætuli ἡμᾶς. prodebam ad vos verbis, me æquum censere, ut nos, legati, quam primum per mare proficiscemur in Macedoniam, et hos quoque, Æschinem, cæterosque conscios, hortabar, ut id amputata omni mora facerent. cohærent inter se, non ἠξίουν ἡμᾶς, sed ἡμᾶς πλεῖν. id est, ἔλεγον ἐγὼ, φαίνεσθαι ἐμοὶ ἄξιον, ἡμᾶς (τοὺς ἠρημένους πρέσβεις) πλεῖν—.

— 8. τι] non redundat, sed cohæret cum μηδέν. creberrime usurpatur hæc dictio μηδέν τι, pro ἁπλῶς μηδέν. per tmesin solummodo ista h. l. a se avulsa sunt.

— 10. τοῖς ἀμελήσασιν] prætuli τοῖς μελλήσασι. iis si qui cunctati essent, neque

satis festinassent tabulas fœderis obsignandas et religione jurisjurandi confirmandas curare.

— 12. ἐγκαταλειφθέντων] correxi ἐγκαταληφθ. quæ, interea dum de pace agitur, et pax coalescit, occupantur ab altera parte contrahentium.

— 17. ἀποδώσειν] subaudi αὐτὸν, Philippum.

— 18. τούτου] prætuli ἐκείνου. quod idem ad Philippum redit.

— 23. πρεσβεύσεσθαι] h. l. accipi debet pro ἀμελήσειν. subauditur aut τοὺς καιρούς, aut τὰ ὑμέτερα συμφέροντα.

— pen. εἰ γὰρ ἦσαν] malim εἰ γὰρ νῦν ἦσαν. nam oppositum adverbium insequens τότε postulat.

389. 4. ὑμεῖς δὲ] scil. ἐμέλλετε, quod e proximo ἐμέλλεν est tacite iterandum.

— 6. ἐν πολιορκίᾳ] mirifica dictio, et nescio an alii nemini usurpata, verumtamen nil ideo minus elegantiæ, ni fallor, exquisitæ. dicitur ille in obsidionem rerum suarum adductus, eaque septus esse, cui neque foras prodire, neque emittere quicquam, neque ad se admittere licet; ut e. c. imperator ab hoste ita circumsessus, ut neque progredi, neque se in priorem sedem tutam recipere, neque novas contrahere copias, neque submissa auxilia castris recipere, neque paratas copias suas explicare, neque hostiles perrumpere et dissipare possit. Sed necesse habeat deses et mortuus jacere, repentinumque fortunæ cujusdam insperatæ interventum, quæ se angustiis illis extrahat, opperiri. quæ sors eadem est civitatis obsidione cinctæ.

— 13. προκατακεχρῆσθαι] bene si habet, neutram enim in partem decernam, re non liquida, significabit: propterea quod omnia huc facientia peracta et absoluta essent. quæ si est verbi sententia, et si scriptura menda caret, tantundem valebit, atque προκατακεχρηματίσθαι. Hermogenes p. 283. ἐφέλκεται νοήματα καὶ τὸ ἐπιτερέχον σχῆμα ἐκ τοῦ προσυναπτικοῦ. οἷον· ἐπειδὴ γὰρ ἐκκλησία μὲν οὐκέτ' ἦν ὑπόλοιπος οὐδεμία —.

— 23. οὕτως] hoc pacto, hoc agendi modo, per hoc decretum, invitos illos hinc, ex urbe, extraxi, coegi exire. quod autem invitissimi se in iter dederint, id perspicue ex iis, quæ postmodum instituerunt, intelligetis. hæc est sententia loci planissimi.

390. 3. Θράκην, τὰ ἐπὶ τῶν τειχῶν] suspicari si licet in re perobscura et nobis ignorata, malim legi Θράκης τὰ ἐπὶ τῶν τ. (in genitivo et commate sublato). Thraciæ partem eam, quæ τὰ ἐπὶ τῶν τειχῶν, regio versus castella, appellatur. fuisse tractum Thraciæ τὰ τείχη dictum (ut in Belgio sunt *les Barrieres*), e p. 297. pen. constat.

— 6. τὸ μὲν πρῶτον—] initio quidem, ut si quis locum communem sic projiciat, in medium proferat, ut qui velit, eum arripiat, sibi accommodet, sibi dictum putet, si cui ad se pertinere videatur.

— 15. ἀναγκασθέντι] sententia est: nos hodie stare coram eo judicio, quod eorum neminem bonum et honestum habeat ideo, quod coactus probum se gesserit; sed eum, qui ultro, ab animo suo impulsus, honeste se gesserit, et flagitiorum atque nequitiarum exsortem se conservarit.

— 24. ἄλλης] addidi, sed et adhuc addendum aliquid, quo deficiente hiat oratio. scil. plena hæc erit: ὅσα οὐδένες ἄλλοι πρέσβεις παρ' οὐδεμιᾶς ἄλλης πόλεως ἔλαβον. tam luculentum viaticum, quam alia nulla civitas suis legatis addidit. Æstimare hinc licet divitias, quæ tum fuere, Græciæ, et pretia rerum, et magnitudinem sumtuum in victum quotidianum faciendorum. Tam splendidum fuit viaticum, ut exemplo careret, atque liberale viaticum ab Athen. legatis suis additum; quibus, numero decem viris, ipsorumque comitatui, in itum reditumque, et absentiam trimestrem, universe mille drachmas dederant; ad æris nostri rationem circiter 150. thaleros, et ne hos quidem totos.

— 26. ἀλλ' ἐν τῷ πανδοκείῳ] Citat h. l. Hermogenes p. 276. et Theodoretus curat. Græc. affect. p. 115. 10. ed. Sylburg.

— pen. ὅτε δεῦρ' ἤδη —] Schol. Hermog. p. 384. ποιότητα δὲ πράγματος, ὡς ἐπ' ἐκείνῳ· καὶ σπουδαῖα νομίζων; ὦ ἄνδρες Ἀθ. [v. p. 131. 1. Dem.] καὶ ἀναγκαῖα τῇ πόλει, περὶ ὧν βουλεύεσθε. ἢ ὡς ἐν τῷ περὶ παραπρ. ὅτε δεῦρο ἤδη τὸ στράτευμα ἄγων ἐβάδιζεν ὁ Φίλιππος. εἶτα ἡ ποιότης. αἰσχρῶς, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ ἀναξίως ὑμῶν.

391. 17. αὐτοὺς] prætuli τούτους. hos legatos vestros.

— 18. ἐνδεικνύμενοι] ostentantes sese jactantesque Philippo, venditantes ei, ut Tullius loquitur, sua studia, h. e. vernili quadam atque adulatoria sedulitate non solum gratificantes ei, sed etiam officia hæc sua ipsi velut imputantes, et ingerentes, ut qui in oculos eorum, a quibus spectari, et quibus placere volunt, sese ingerunt.

— 25. τούτοις] bene habet, cohærens cum πῶς ἔνεστι versu 23.

— 27. ὑμῖν] correxi ἡμῖν. decretum, quo præscriptus nobis legatis modus esset, secundum quem Philippum jurejurando adigeremus.

— pen. τὸ τοῦ Φιλοκράτους] in quo legebatur formula: πλὴν τῶν Ἁλέων καὶ Φωκέων. v. supra versu 5.

— ult. τὸ τοῦ δήμου] in quo correctum sic erat, Ἀθηναίους καὶ τοὺς Ἀθηναίων συμμάχους. v. versu 7.

392. 5. *τοὺς ἐκεῖ παρόντας*] homines de comitatu nostro, qui nobiscum illuc ierunt, atque redierunt. vel etiam mercatores, qui tum temporis in Macedonia agebant.

— 14. *τὴν προτέραν*] imo vero *ἐπὶ τὴν πρ.*

— 16. *ὑμῖν*] correxi *ἡμῖν*. qui nobis, legatis vestris, ad Philippum proficiscentibus, itineris securitatem adoundique veniam ab eo depeciscerentur.

— 18. *οὐδ' ἐποίησαν τὸν χρόνον*] sustuli articulum. Ergo non contemnenda, neque tam novi commatis est dictio, *ποιεῖν χρόνον*, commorari, conterere tempus, tametsi in N. T. et scriptoribus sequioris Græcitatis occurrit.

— 19. *εἰς τοῦτον*] scil. *τὸν Ἄλον*. ergo patebat urbs a Parmenione obsessa, a parte maris.

— 27. *ἐπήει*] Ald. *ἐτοίει*. Videtur in aliis libris h. l. fuisse *ἐπήει*, in aliis *ἐξεποίει*. *consultum fuit visum*. unde supersunt istæ corruptæ reliquiæ.

393. 8. *οὐ βαδίζειν*] prætuli *οὐδὲ βαδίζειν*. ne lento quidem et composito gradu incedere, nedum currere; sed plane desidere et quiescere.

— 13. *ξενίων*] Citat h. l. Pollux 3. 59. ob voc. *ξένια*.

— 14. *τούτους*] malim *τούτων* in genitivo, *pro his xeniis. für diese Auslösung* [*for these redemptions*]. nam accusativus per se intelligitur. *λύσασθαι* significat, rogabam Philippum veniam redimendi ære meo captivos.

— ibid. *αὐτὸς*] correxi *οὗτος*. hic Æschines.

— 16. *διδόναι*] pone *διδόαι* videtur *ἐσπούδαζε*, vel *ἠξίου*, vel tale quid deesse. quidnam vero id erat, quod Æschines agere non desiit? scilicet contendebat, vel rogabat Philippum, ut xenia, non viritim, sed universo collegio nostro in una massa, ut vulgo usurpant, daret.

— 17. *ἅπαντας, ἑκάστῳ τρόπον τινὰ προσπέμπων*] struxi verba sic: *ἅπαντας τρόπον τινὰ, ἑκάστῳ προσπ.* nos omnes tintinnabuli pulsatu quasi, ut ita dicam [hoc enim, ni fallor, vult dictio *τρόπον τινὰ*], exploravit. verbo uteus *διακωδωνίζειν*, quod in ejusmodi re atque oratione insolentius, judicavit addendo *τρόπον τινὰ*, duritiem, novitatem et molestiam certe dictionis molliendam esse. velati, quasi, quodammodo, si fas est ita loqui.

— 26. *περσδιενείμαντο*] malim *πρὸς ἑαυτοὺς διενείμαντο*. inter sese clanculum diribebant.

— ult. *οὐδ' εἰπεῖν*] erratum utique hic fuit. servanda fuerat vetusta bona lectio *οὔτ' εἰπεῖν*.

— ibid. *ἔχουσι*] scil. *τὸ σὸν μέρος*.

394. 21. *καὶ τὰς μαρτυρίας ταύτας*] struxi verba sic, *καὶ ταύτας τὰς μαρτυρίας*. protulerat enim jam alia testimonia.

— 26. *τί δήποτε*] referam huc locum Aristidis, ubi totius hujus loci Demosthenici artificium oratorium velut enucleat, p. 280. et seqq. *δεινότης δ' ἐστὶ καὶ τὸ πρὶν θεῖναι, ἀνελεῖν τι πόῤῥωθεν ἀντιπίπτον αὐτῷ. πῶς οὖν, ἐκ τοῦ συνειπεῖν με Φιλοκράτει, ἡσθημένος με δῶρα εἰληφότα, ἐπὶ τὴν ἡμετέραν πρεσβείαν κεχειροτονημένος, σὺν ἡμῖν ὑπέμεινας πρεσβεύειν, καὶ οὐκ ἐξωμόσω; πρὸς τοῦτο ἀντιδεὶς ἄνευ προτάσεως τὴν ἀντίδεσιν, ταύτην τότε τὴν λύσιν ἐπήνεγκεν. ὡμολογήκειν γὰρ τοῖς αἰχμαλώτοις λύτρα κομιεῖν. καὶ διὰ τοῦτο τὸ δεύτερον ἐπρέσβευσα, ἵνα αὐτοὺς λύσωμαι καὶ σώσω εἰς δύναμιν. δεινὸν οὖν ψεύσασθαι καὶ προέσθαι ἀνθρώπους ἀτυχοῦντας πολίτας. πρόφασις ἂν ἔδοξεν εἶναι, καὶ πλάττεσθαι πρὸς τὸ συμβὰν μετατεθειμένος. νῦν δὲ πρὶν θεῖναι τὴν πρότασιν, προλαβὼν ἔθηκε τὸ κατὰ τοὺς αἰχμαλώτους τῇ ἀντεξετάσει τῶν χρόνων, ἐν ᾧ διετρίβομεν ἐν Μακεδονίᾳ, τί ἑκάτερος προεῖλετο πράττειν; ἐγὼ μὲν τοίνυν τοὺς αἰχμαλώτους ἀνασώζειν καὶ ἀναζητεῖν καὶ παρ' ἐμοῦ χρήματα ἀναλίσκειν. οὗτος δὲ αὐτίκα ἀκούσεσθε τί ποιῶν διετέλεσε. τοῦτον τὸν τρόπον προδιοικησάμενος τὰ περὶ τοὺς αἰχμαλώτους, νῦν προάγει καὶ αὐτὴν τὴν πρότασιν ἐπὶ προδιακριθεῖσαν τῇ λύσει. ὅταν δὲ οὗτος αὐτίκα δὴ λέγῃ πρὸς ὑμᾶς· τί δήποτε, ὡς φῄς, ὦ Δημόσθενες, ἀπὸ τοῦ συνειπεῖν με Φιλοκράτει, γνοὺς οὐδὲν ὑγιὲς πράττοντας ἡμᾶς, τὴν μετὰ ταῦτα πρεσβείαν, τὴν ἐπὶ τοὺς ὅρκους, συνεπρέσβευσας πάλιν καὶ οὐκ ἐξωμόσω; ταῦτα μέμνησθε, ὅτι τούτοις ὡμολογήκειν, οὓς αὐτὸς ἐλυσάμην, ἥξειν καὶ κομιεῖν λύτρα καὶ σώσειν εἰς δύναμιν. δεινὸν οὖν ἦν ψεύσασθαι καὶ προέσθαι δυστυχοῦντας ἀνθρώπους πολίτας.*

395. 4. *ἰδίᾳ*] non cohæret cum *ἐξομοσάμενον*, sed cum *ἐκεῖσε πλανᾶσθαι*, illuc evagari, ad incertum exitum, velut homo privatus, nulla dignitate publica munitus.

— 6. *εἰ μὴ*] subaudi *ἐπείσθην μετὰ τούτων πρεσβεύειν*. nisi hoc me impulisset, ut legationem una cum his collegis meis obirem, quod vellem hos, miseros captivos, de quibus prædico, redimere, nunquam id fecissem. citat h. l. Hermog. p. 345.

— 11. *καὶ παρὰ ταύτην τὴν ἀποδημίαν*] num *καὶ παρ' αὐτὴν ταύτην τὴν ἀποδημίαν*. et per hanc ipsam quoque totam peregrinationem. significat eam, quæ suscepta fuit secundæ legationis ergo obeundæ, qua Philippus ad pacem jurejurando sanciendam adactus est.

— 15. *ἀκολούθως ἂν τούτοις*] scil. *οἷς ἐγὼ ἔλεγον καὶ ἔπραττον*.

— 21. *ταῦτ' οὐκ ἠβουλόμην γίγνεσθαι*] ista egone noluissem fieri? mirabundus et stomachans ita loquitur. Sed deflexit a recta dicendi ratione, quæ postulabat *οὐ βούλεσθαι*. quia ex *ὥστε* versu 17. aptum est. verum contentiosam orationem ejusmodi subitæ conversiones ad commutatam dicendi formam decent. Et præterea bene

jam convenit καὶ σφόδρα γε, scil. ἠβουλόμην.

— 23. παρὰ ταῦτα] cohæret cum θεάσασθε, spectate atque comparate meis hisce cum moribus mores Æschinis atque Philocratis.

— 24. παράλληλα γὰρ] scil. τεθεαμένα τά τ' ἐμοὶ καὶ τὰ τούτοις πεπραγμένα.

— 26. καὶ παρὰ τὸ ψήφισμα καὶ παρὰ τὰ πρὸς ὑμᾶς εἰρημένα] prius καὶ et posterius παρὰ detraxi. quamquam utrumque sine necessitate, et nollem nunc factum. ψήφισμα significatur illud, quo P. A. sciverat, hac pace socios quoque suos omnes, nullo excepto, esse complectendos. v. initium p. 391. ad παρὰ τὰ πρὸς ὑμᾶς εἰρημένα subauditur, παρὰ τῶν τοῦ Φιλίππου πρέσβεων. ea contra, quæ legati Philippi, cum pence vos Athenis essent, nomine regis, receperant præstanda, vobis auctores cum fierent, etiam socios vestros pacem esse participaturos, nemine excluso.

— ult. ἀνέγραψαν] prætuli ἐνέγραψαν. inscripserunt in tabulas pacis.

396. 8. οὐδοτιοῦν] scil. μέρος τοῦ χρόνου, est h. l. adverbiale. nunquam non cum Philippo erat.

— 12. ἐπαγγέλλειν] correxi ἀπαγγέλλειν. mihi renunciare.

— ibid. αὐτὸν] redit ad τὸν παῖδα. mandabat puero meo, non solum ut nunc mihi factum hoc referret, sed ipse quoque, puer, meminisset, quo testari de eo posset, si fiat aliquando, ut testimonium ipsi hac de re dicendum sit.

— 26. συλλογίσασθαι —] Citant h. l. Hermogenes p. 68. et 417. Syrianus ad Hermogenem p. 169. 13. παράδειγμα δὲ τοῦ προτέρου [scil. τὴν δευτερολογίαν interdum esse brevem antedictorum recapitulationem] Δημοσθένης ἐν τῷ π. παραπρ. ἐν οἷ φησί· συλλογίσασθαι δὴ βούλομαι τὰ κατηγορημένα ἐξ ἀρχῆς. ἐπίδειξα οὐδὲν ἀληθὲς ἀπηγγελκότα, ἀλλὰ φενακίσαντα ὑμᾶς. ἕως οὖκοῦν ταῦτα ὑπεσχήμην ἐν ἀρχῇ [397. 12.] ταῦτα ἀπέδειξα. Marcellinus p. 174. διάφοροι δὲ αἱ τῶν ἀνακεφαλαιώσεων μέθοδοι παρὰ τοῖς ἀρχαίοις. καὶ γὰρ ἡ ἀπὸ πλάσματος κέχρηνται, ὡς Ὑπερίδης — ἡ ἀπὸ τῆς αἰτίας, ὡς παρὰ Πλάτωνι ἐν Φαίδρῳ — ἡ ἀπὸ τῆς ἐπαγγελίας, ὡς πρότερον ἐπαγγειλάμενοι ἐν κεφαλαίῳ τὰ ἐπαγγελθέντα πληροῦν ἐθέλομεν, ὡς ἔχομεν ἐν τῷ παραπρεσβείας· συλλογίσασθαι δὲ βούλομαι τὰ κατηγορηθέντα ἐξ ἀρχῆς· ἵνα ὅσα ὑπεσχήμην ἀεχόμενος τοῦ λόγου, δείξω πεποιηκώς, etc. Scholiastes ad Aristotelis Rhetorica p. 3. a verso 32. Apsines p. 706. fin. ζητεῖται δὲ, εἰ ἐπὶ τέλους τῇ ἀνακεφαλαιώσει δεῖ χρῆσθαι τῶν λόγων, ἢ χώραν οὐκ ἔχει μίαν, ἀλλὰ πολλαχῶς ἡ χρῆσις αὐτῆς γίνεται· ἔνιαι μὲν οὖν εἰσὶν ἐπὶ τέλους αὐτῇ κεχρημένοι, ὡς καὶ ἐν τῇ κατηγορίᾳ τῇ Δημάδου Ὑπερίδης, καὶ Δημοσθένης, ὡς ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους καὶ Τιμοκράτους. ἔνιοι δὲ καὶ κατὰ μίσον που τοῦ λόγου ἐχρήσαντο τῇ ἐπαναμνήσει, τουτέστι τῇ ἐπανακεφαλαιώσει. ὡς ἀμέλει καὶ αὐτὸς Δημοσθένης ἐν τῷ παραπρ. etc.

397. pen. μυρία] correxi μαρία de meo sensu. Supervacaneum sit eoque majorem in modum stultum, contendere in eo verbis operose docendo, quod nemo omnium ignorat, et quod nemo in dubium vocat.

— ult. καὶ] cohæret, non cum μαρία ἂν εἴη λέγειν, sed cum inscquentibus οὐ χαλεπὸν δεῖξαι, præterea quoque difficile non est docere, quot legatorum vestrorum ob similia crimina aut capite aut ære luerint.

398. 9. δὲ] ter iteratum magnam habet et vim et elegantiam. verba hæc, ut loci e psephismatibus excerpti, materialiter accipienda sunt, h. e. non ut oratoris ipsius oratio, sed tamquam ab ipso assimulatione repetita ex ore plebis ita stomachantis, atque frementis. ἀποδοῦναι δὲ — μὴ μετέχειν δὲ — ἐπανορθώσασθαι δὲ — vos vero, legati (vobis dicimus, attendite), ut Philippus Kersoblepten rursus societati nostræ adscribat, et ad jurisjurandi communionem admittat, vos vero cavete, ut Philippus a rebus Amphictyonicis excludatur. vos vero cavete, ut formula pacis corrigatur. mirifice locum hunc et usum particulæ δὲ illustrat alter adhuc clarior, atque festivior adeo p. 582. 1. οὐκ ἂν εὐδέως εἶποιεν· τὸν δὲ βάσκανον! τὸν δὲ ὀλεθρον! τοῦτον δὲ ὑβρίζειν; ἀναωνεῖν δέ;

— 14. νῦν δ' ἃ μὲν ἦν πλεύσασι —] Hermogenes p. 180. γίνεται δὲ [ἡ περίοδος] καὶ ἐκ συμπλοκῆς δύο ἀδικημάτων. οἷον· νῦν δὲ, ἃ μὲν πλεύσασιν ἦν σώζειν, βαδίζειν κελεύων ἀπολώλεκεν οὗτος. ἃ δ' εἰποῦσι τἀληθῆ, ψευδόμενος.

— 16. ἀγανακτήσει τοίνυν —] idem p. 139. λείπει δὲ πολλάκις ἡ πρότασις οὐδὲν ἧλάττουσα τὴν ὑποφοράν. κόσμος γάρ ἐστι τοῦ λόγου, καὶ πλέον οὐδέν, πολλάκις. ἔσθ' ὅτε γὰρ καὶ θεωρίας ἐνδείγματα καλλίστης ἐμφανίζουσιν ἥ τε πρότασις καὶ ἡ ἀντιπρότασις, εἰ τῆς ἑρμηνείας τοῖς ὀνόμασι προσέχοιμεν, ἐξ ὧν τὸ εἶδος τῆς ὑποφορᾶς ὅπως διασύρεται καὶ δείκνυται θεωροῦμεν. οἷον· ἀγανακτήσει τοίνυν αὐτίκα δὴ μάλα, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, εἰ μόνος τῶν ἐν τῷ δήμῳ λεγόντων [in Aldina legitur τῶν ἐνταῦθα πολιτευομένων] λόγων εὐθύνας ὑφέξει. εἰ μὲν γὰρ ἔλεγε· πυνθάνομαι τοίνυν αὐτὸν, περιάγοντα κατὰ τὴν ἀγορὰν, λέγειν ἃ καὶ νῦν ἴσως πρὸς ὑμᾶς ἐρεῖ ἀγανακτῶν, εἰ μόνος τῶν ἐν τῷ δήμῳ λεγόντων λόγων εὐθύνας ὑφέξει, μετὰ πρεπτάσεως ἔκειτο. ἐν οἷς γὰρ λόγοις ἐλπίζεται ἡ ὑποφορὰ, τοῦτό ἐστιν ἡ πρότασις. τὸ δὲ λέγειν, ὅτι ἀγανακτήσει νῦν, εἰ μόνος τῶν ἐν τῷ δήμῳ λεγόντων λόγων εὐθύνας ὑφέξει, τοῦτό ἐστιν ἡ ὑποφορά.

— 18. ἐγὼ δ' ὅτι —] Scholiastes Hermogenis p. 154. 39. τεχνικὸν δὲ τὸ συμπλέκειν καὶ συνεισάγειν τὸ ἔγκλημα τῇ μεταλήψει. ὡς καὶ ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ παραπρεσβείας πεποίηκε. τοῦ γὰρ Αἰσχίνου λέγοντος·

ἔξεστι λέγειν, ἃ βούλεταί τις, καὶ ἃς οὐ δεῖ λόγων εὐθύνας ὑπέχειν· ἐπάγει τὴν μετάληψιν ὁ ῥήτωρ· ἐγὼ δὲ, ὅτι πάντες ἂν εἰκότως, ὧν λέγουσιν, ὑπέχοιεν εὐθύνας, εἴπερ ἐπ' ἀργυρίῳ τι λέγοιεν, ἐάσω.

— 21. ἀκριβολογήσησθε] bonum et probum duco, alterum, ἀκριβῶς λογίσασθε, scholium istius. Sæpissime oratores Attici conjunctivum pro imperativo usurpant, ambosque modos inter se alternis usurpant.

— 24. μηδ' ἀνάσχησθε] non addendum, sed solummodo subaudiendum est λέγοντος. v. indicem.

399. 5. οἷς γάρ ἐστιν ἐν λόγοις] Hermogenes p. 144. καὶ γὰρ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας· ἐνεύθυνός ἐστιν ὁ πρεσβευτὴς, φησὶν [recitavi verba, ut emendanda mihi videntur], ἐπεὶ λόγοις, ἀλλ' οὐκ ἀνεύθυνος. καὶ πρῶτον [scil. ἐγχείρημα, argumentum] ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ πράγματος. οὐδὲν γὰρ πρᾶγμα ἀνεύθυνον, ᾧ πρόσεστιν ἀδίκημα. εἶτα ἀπὸ τοῦ προσώπου· ὅτι καὶ ῥήτωρ ἀνεύθυνος ἐπὶ λόγοις οὐκ ἂν εἴη. ἕκαστος γὰρ ὧν ἐστὶ κύριος, τούτων τὰς εὐθύνας δίδωσιν. εἶτα ἀπὸ τοῦ τόπου· ὅτι καὶ ἐν δημοκρατίᾳ οὐδεὶς ἀνεύθυνος ἐν λόγοις. οἷς γάρ ἐστιν ἐν λόγοις ἡ πολιτεία, πᾶς, ἂν οὗτοι μὴ ὦσιν ἀληθεῖς, ἀσφαλῶς ἐστὶ πολιτεύεσθαι; καὶ καθάπαξ, ὡς ἔφημεν, πάντα τὰ κεφάλαια οὕτω καὶ ἀνασκευασθήσεται καὶ κατασκευασθήσεται.

— 8. κινδυνεύσετε] prætuli κινδυνεύσεται. scil. ἡ πολιτεία, quod præcessit. non in discrimen adducetur? non in periculo versabitur?

— 12. ὑμῖν] sic nudum et merum ferri utique atque defendi potest. malim tamen παρ' ὑμῖν δὲ, *apud vos vero.*

— 14. ὅταν ἡ κήρυξι—] sententia est: tum demum, cum tabula publice fixa ante denunciatum fuerit, eam concionem esse habendam in gratiam sive fecialium, sive legatorum, ad vos aliunde de pace concilianda aut de rebus repetendis missorum.

— 23. τῆς οἵας παρ' ἡμῖν ἐστὶ πολιτείας] correxi τῆς, οἵα (in nominativo) παρ' ὑμῖν ἐστὶ, πολιτείας. articulus τῆς non cohæret cum χρόνους, sed cum ἀναιρῶν. qui ejusmodi reip., qualis nostra est, tempora eripit opportuna. κύκλος [quid κύκλος sibi velit (inquit Taylorus), nescio. Tantundem intelligo, cum Wolfius annotavit, id esse scholium.] quod in quibusdam codicibus repertum est, non admodum arduum est explanatu. Supersunt codices Demosthenici, cujusmodi est Bavaricus, quorum margines conscripti sunt notulis rhetoricis figuram vel argumentum cujusque loci indicantibus. ut σημείωσαι, ὁρᾶτον, ἐπίκρισις, κατασκευὴ, τὸ σχῆμα ὑποσιώπησις, μετάβασις ἐπὶ τὸ ἀναγκαῖον, τὸ σχῆμα κατὰ παράληψιν, τὸ πρῶτον vel δεύτερον μέλος τοῦ δυνατοῦ, ἀντιστροφὴ, τὸ δυνατὸν κεφάλαιον, παραβολὴ, ἐντεῦθεν ὁ ἐπίλογος, τὸ δυνατὸν, τὸ συμφέρον, τὸ δίκαιον, μετάληψις—et alia ejusmodi centena. Ut neque dubito, in Paris. pr. quoque sæpius idem fuisse in margine annotatam. ut mirer, cur hic demum id censuerit Lambinus annotandum. Ejusmodi notula est quoque κύκλος. *hic est circulus.*

— 26. οἱ ταράττοντες — οἱ διακωλύοντες] hæc materialiter sunt accipienda; sunt enim verba ipsa adversariorum et malevolorum, sic vociferantium, relata.

400. 1. τὸ ψυχρὸν τοῦτο ὄνομα] Evergetæ puta, benefactoris, quo aut Æschines Philippum, aut Philippus ipse semet in suis ad S. P. Q. A. epistolis ornaverat multoties.

— 2. παρελήλυθεν] *præteriit*, de auriga, aut de telo, ultra metam evectis. id est, debilitavit, eo aut Æschines Philippum, aut Philippus sese, reddidit indignum. prout nempe v. ἐκεῖνος ad hunc illumve trahis. v. p. 401. 3. et ibi ad versum 7. a nobis scripta.

— 4. οὕτω τοίνυν αἰσχρὰ] Sententia loci hæc est: Quamquam itaque Æschines legatione sua res peregit, 1. turpes, easque tam turpes, atque demonstravi, 2. numero permultas, 3. earumque nullam, quæ e re vestra esset, sed cunctas in fraudem vestram; tamen dictitat. citat h. l. Apsines p. 700. ad finem. ἐνίοτε καὶ συνεισάγονται ταῖς ἀντιθέσεσιν αἱ λύσεις. οἷον ἐν τῷ τῆς παραπρεσβ. οὕτω τοίνυν πολλὰ καὶ δεινὰ [nota ordinem verborum] καὶ πάντα καθ' ὑμῶν πεπρεσβευκὼς, περιῶν λέγει· τί δ' ἂν εἴποις περὶ Δημοσθένους, ὃς τῶν συμπρέσβεων κατηγορεῖς τῶν συμπρέσβεων. ναί. πολλὰ γὰρ καὶ δεινὰ ἐπρέσβευσεν. Sic edidit Aldus. Sine dubio aut invenit Apsines in suo Demosthenis codice hanc lectionem, aut e memoria recitans, ei de suo largitus est, non inficetam illam quidem, neque cujus Demosthenem pudere debeat. ὃς τῶν συμπρέσβεων κατηγορεῖς; hic desinit hypophora seu objectio adversarii. de Demosthene autem, quid statuas, amice, qui collegas legationis accusat? Jam κατηγορεῖς τῶν συμπρέσβεων; hæc est prosopopœia ejus, ad quem ista interrogatio, respondentis, sed orationem dirigentis, non ad Æschinem, aliumve Demosthenis inimicum, sed ad Demosthenem ipsum. Quid audio? quid ais, Demosthene? tune tuos collegas accusas. ναί. accuso enimvero, respondet Demosthenes, et id merito quidem. multis enim et gravibus criminibus legationem suam corruperunt.

— 11. ἐγὼ δ' οὐδὲ συμπεπρεσβευκέναι] Hermogenes: καὶ πάλιν, ὃ δὴ καὶ βίαιόν ἐστι διαφερόντως ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβ. οἷον· ἐγὼ δὲ οὐδὲ συμπεπρεσβευκέναι φημί σοι. πρεσβεύειν μέντοι, σὲ μὲν πολλὰ καὶ δεινὰ, ἐμαυτὸν δὲ ὑπὲρ τούτων τὰ βέλτιστα. quod si par censebimus esse, ut cola inter se paria sint, et sententiæ utrinque plenæ atque

secum congruentes, post πολλὰ καὶ δεινὰ inseri debent aut ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν, aut κατὰ τούτων. contra hos Athenienses.

— 18. τούτων] salis puta communis mensæque convivalis, h. e. jurium convictus mutui.

— 24. τὰ αὐτὰ ταῦτα] subaudi εἴωθε ποιεῖν.

— 25. συνειστιάθη, σπονδῶν ἱερῶν ἐκοινώνησαν] in plurali. distinxi post σπονδῶν commate ponendo, et ἐκοινώνησεν in singulari dedi. redit enim ad βουλή. σπονδῶν, ἱερῶν est asyndetum, pro σπονδῶν καὶ ἱερῶν.

— 26. οἱ στρατηγοὶ — ἀρχαὶ πᾶσαι] ad hos nominativos subaudienda sunt præmissa omnia. συνθύουσι. συνδειπνοῦσι. συνεστιῶνται. κοινωνοῦσι σπονδῶν καὶ ἱερῶν.

401. 7. σπονδὰς] subaudi παραβαίνουσι. migrant sacra, h. e. vim et validitatem eorum frangunt, eorum communione semetipsi excludunt, jure fructum eorum percipiendi se defraudant. v. 400. 2. παρελήλυθεν.

— 10. καὶ πάντων] idem est atque ἅπαξ ἁπάντων. omnino omnium, qui unquam ad Philippum venere, sive publice, sive privatim.

— 13. Ὀλύμπια] non sunt h. l. illi celeberrimi Pisæ in Elide in honorem Jovis Olympii agitati ludi, sed alii Macedonici apud Pellam.

402. 3. οἵαν μοι δώσεις δωρεάν] quam mihi caram futuram, et quanti a me faciendam, et quem ad usum conversuro. conjectabam aliquando οἵαν οἵῳ μοι δ. δ. mihi quanto viro, quam probo, et pio et sancto, non sordido, non illiberali, non scelerato, qui non eas in lupanari prostituet, sed honeste dotatas dignis matrimoniis.

— 4. ἀφ' ἧς] in aliis libris est ἐφ' ἧς. unde colligo, præter vulgatam in libris vetustis olim fuisse hanc quoque lectionem ἐφ' ᾗ (in dativo).

— 13. τούτου συμπόσιον] malui τοῦτο σ. nam opponitur *hoc* convivium alii ab Æschine agitato.

— ibid. τὸ τούτων ἐν Μακεδ. γ.] pro secunda voce malim τούτῳ, huic Æschini, aut τούτοις; his, Æschini et ejus fraterculis.

— 21. μοι δοκεῖν] post μοι δοκεῖν videtur deesse ἔτι σωφρονοῦντες, vel tale quid. 1. quo sit, quod insequenti, ὡς δὲ διεθερμαίνοντο opponatur. 2. quia alias, sine tali supplemento, illa dictio μοι δοκεῖν, ut mihi videbatur, frigida et sensu cassa sit futura, ut nescias, quid illuc, in medium projecta, sibi velit.

— 27. ἐχθρῶν τε καὶ ἀλιτηρίων] prætuli ἐχθρῶν, τῶν ἀλιτης. tanquam fortius et ardentius atque cum istorum iracundia et stomacho convenientius.

— pen. κάλει παῖδα· καί· ἱμάντα τις φερέτω] scil. hæ voces tum resonabant. voca tu tortorem, clamabat alius, alius, scuticam afferto quis. μιμητικῶς hæc pronunciantur.

403. 1. εἰπούσης τι —] Sententia est: cum mulier hæc fortasse nonnulla liberius dixisset, quam ferre possent, quos, ut temulentos, minima quæque res, vel innocentissima, tamen exacerbaret, servumque a se repulisset, qui vim afferret, vestem destringeret, flagra expediret —.

— 2. διακρουσάσης] prætuli διακρουσάσης. nisi quod hoc uno offendor, quod Græci, quoad memini, malunt hujus verbi medium, quam activum usurpare. placeret utique magis διακρουσαμένης.

— 5. ὑπὸ τοῦ πράγματος] correxi ὑπὸ τοῦ τραύματος. e vulneratione, sauciatione, cruentatione sui corporis.

— 7. ἀφείλετο, ἀπώλετ' ἄν] prætuli ἀφείλετο αὐτὴν, καὶ ἀπώλετ' ἄν. addidi αὐτὴν, non quo sine eo non constaret oratio, quod facile subaudiatur, sed quod sic plenior atque planior fit. καὶ autem e Felicianea addidi, non quo copula esset, quæ esset importuna, sed quo significet *vel, adeo*, et significationem intenderet. Nisi eam Iatrocles eripuisset, vel perisset, aut, perisset utique. h. e. non solum contumelias illas corpore tolerasset, verum etiam animam ipsam quoque emisisset.

— 13. καὶ τοιαῦτα συνειδὼς —] Citat h. l. Hermog. p. 346.

— 17. οὐκ ἴσασιν—] Citat Minucianus p. 162.

— 18. τὰς βίβλους] in quibus formulæ perscriptæ essent initiationum, incantationum, exorcismorum, quibus valetudines e corporibus ægrorum expellerentur.

— 25. ἀλλὰ δὴ τὰ τῆς ἐξουσίας] subauditur ὁρᾶτε. et τὰ τῆς ἐξουσίας (scil. ἔργα) idem est atque τὴν ἐξουσίαν. idem est atque si dixisset: ἀλλὰ γὰρ ὁρᾶτε καὶ θαυμάζετε τὴν ἐξουσίαν τἀνθρώπου. sed spectate atque miramini mecum arrogantiam et confidentiam hominis, Timarchum pro impuro et flagitioso accusantis, quasi fiduciam hanc conscientia vitæ honeste sancteque actæ meruisset.

404. 4. ἔνι; δωροδόκος] nimis abrupta et hiulca hæc mihi videtur oratio. num sic leg. est: ἔνι, εἰ δωροδόκος — a quibus ecquod unum malum, vel probrum inest, si insunt istæc, munerum helluo, adulator etc.

— 5. πάντα ἔνεστι τὰ λεγόμενα] postremo vocabulo, in mendo cubanti, sufficit v. δεινότατα. Interim e prava scriptione colligo, loci hujus geminam lectionem olim in libris circumambulasse, alteram τὰ δεινότατα, alteram τὰ ψεγόμενα, *quæcunque vitio dantur*.

— 16. οὔτε δικαία, οὔτε —] Sententia est: æqua et legitima defensio ista non est; verum tamen est artificium, judicos

aliquantisper ludendi atque morandi, cum reus actoris personam sibi induit, h. e. crimina in se intorta in accusatorem retorquet.

— 18. *τὰ δὲ πράγματα*] scil. *τὰ ὑπὸ τούτου διεφθαρμένα*. nisi malis legere, *τὰ δὲ τούτου πράγματα*, aut *τὰ σὰ δὲ πράγματα*. tua vero causa nil eo fit melior.

— 21. *ἀπολογία*] nullus cum dubitarem post *ἀπολογία* e præmissis tacite repeti, seu subaudiri debere *ἐπιδεῖξαι*, ideo *φεύξεται* uncis inclusi. idem est ac si dixisset: *ἐπιδεῖξαι, ἥτις ἐστὶν ἡ δικαία ὁδὸς τῆς ἀπολογίας*. et docere, quæ sit vera atque legitima sui purgandi ratio.

— 25. *ποιῆσαι*] id est, *δεῖξαι*. gemina fuit olim in libris h. l. lectio, altera *ποιῆσαι*, altera *εἰπεῖν*.

405. 10. *ἐφ' ὑμῖν*] recte habet. in fraudem, in pestem vestram. vide indicem.

— 14. *ὑμᾶν*] arcte cohæret cum *ἄλλον*. idem est, ac si dixisset: *οὐδένα ἄλλον ἐκ τοῦ ὑμετέρου πλήθους*. nemo alium quempiam vestrum, id est, e vestro numero, appellet, quam Philocratem, ne si erret quidem, aliud agens, aliud cogitans, lingua mentem præcurrente hunc appellet, volens alium appellare. h. e. nemo unquam alium præter Philocratem edet, neque volet edere.

— 18. *δειλὸν πρὸς τοὺς ὄχλους*] id est, *δειλὸν προσιέναι πρὸς τοὺς ὄχλους*. timidum adire ad conciones plebis miscellaneæ, eosque expostulationibus, convicio, jurgio obtundere. servandum esse *ὄχλους* docent insequentia, *οὐδὲν γὰρ πώποτε* — ; alias per se bona est dictio, *δειλὸς πρὸς τοὺς ὄχλους*. nisi quod ab hoc loco est aliena, significans pudentem et religiosum, sanctumque virum, qui ad jurandum raro, et cunctabundus, et invitus, neque nisi a summa necessitate coactus, accedat, metu ne vel imprudens pejeret. Improbi autem et audaces, ad jurandum, vel mercede ducti, vel levitate impulsi, temere procurrunt, pensi non facientes, etiamsi caput suum atrocissimis diris innectant.

— 21. *περὶ τούτων*] sive his de rebus, sive potius, his de hominibus.

— 26. *ἀλλὰ*] de meo addidi, vel potius ex Harleyano adscitum, ad vulgatam applicui. non os modo non diduxit, sed ne prodiit quidem in conspectum, ne obtulit quidem se vobis.

406. 6. *δῆπου καὶ πρώην*] aut delendum est *καὶ*, quod plurimi codices omittunt, aut addendum est *αὐτοὶ*, vosmet ipsi nostis, perinde ut ego.

— 9. *μακρᾶν καὶ πολλῶν ἀγώνων*] *οἱ μακροὶ καὶ πολλοὶ ἀγῶνες καὶ λόγοι* respiciunt ad oppositum ei atque contrarium, tria verba, quæ heri emtum de catasta mancipium Thracicum, Græce loqui nondum doctum, facile pronunciet.

— 15. *ἢ μετειλημφὼς*] duo vocabula *ἢ μετειλημφὼς* ut tollenda uncis inclusi. *ἢ* statim indicat sive Variam Lectionem, sive scholium. Varie scriptum olim fuit in vetustis libris, in aliis simplex *εἰληφὼς*, in aliis *μετειλημφώς*. alii significabunt, solum Demosthenem largitione corruptum esse, de Æschine tacentes. alii cum illo hunc quoque corruptelæ communionem fatentem inducebant. illi, Demosthenes accepit munera, non ego. hi, accepi ego equidem munera, at non solus, sed iste quoque mecum una.

— 16. *εἶπεν*] non prædicabat de se planis disertis verbis. *ἐφθέγξατο*, neque mussabat.

— 18. *δοῦλος ἦν τῶν ῥημάτων τούτων*] servus erat horum verborum, vel probrorum et criminum. *χρήματα εἰληφας. προδότης εἶ*. hæc verba ei, velut dominus imperitabant, sævus et immitis, cui obloqui non licet. His verbis occurrere, audacter responsare, confutare, conscius sui flagitii Æschines reformidabat, ut servus asperum berum devitat, quem a se lævum novit.

— 20. *αὐτῆς*] scil. *τῆς διανοίας*. reprehendebat, castigabat, compescebat animum obloqui gestientem, neque hiscere sinebat conscientia culpæ contractæ.

— 24. *τὰ δίκαια*] potest h. l. adverbialiter accipi, pro *δικαίως* vel *κατὰ τὰ δίκαια*. prout jus et fas est. quamquam enim recte dicitur, *τὰ δίκαια πρεσβεύειν*, pro legatione recte sancteque defungi, tamen non item dici potest, *λόγον τῆς πρεσβείας διδόναι τὰ δίκαια*. sed dicendum est *δικαίως*. me gestiente, ut bis legationem obieram optima cum fide, ita bis quoque legationum istarum rationem, qua par erat, reddere.

407. 13. *μάρτυρες*] subaudi non *εἰσέρχονται*, neque *μαρτυροῦσι*, quod paulo post fiet, hujus pag. versu postremo ; sed solummodo *εἰσκαλοῦνται*. citantur. interea dum arcessuntur et conveniunt, orator pro more suo quædam interfatur, a re non aliena. Solebant enim illi oratores, interea dum lex recitanda quæreretur, testesve citarentur, ne oratio insisteret neque ipse conticesceret, et nil ageret, pauca quædam interfari, quæ viderentur a re præsente non aliena esse, quamquam interdum deprehenduntur cum reliquis non optime cohærere.

— 17. *μετὰ ταῦτα*] postea quam Æschines causam suam dixerit.

408. 9. *ὁμολογῶν ἀδικεῖν*] Sopater ad Hermogen. 91. fin. *ἐπιπλήξειέ τις ἂν τῷ Ἑρμογένει, ὅτι τὸν ἠδικηκότα ὁμολογεῖν λέγει ἀδικεῖν* [refert locum Hermogenis, qui p. 57. 2. edit. Crisp: legitur]. *οὐδεὶς γὰρ πώποτε, ὡς φησὶ Δημοσθένης, ὁμολογῶν ἀδικεῖν ἐάλω, ἀλλ' ἀναισχυντοῦσιν, ἀρνοῦνται* — *δῆλον γὰρ, ὡς, ἐὰν ὁμολογῇ ὁ φεύγων ἠδικηκέναι,*

λέγεται [imo vero λήγει] ἡ ἀμφισβήτησις, καὶ ἔπεται τῇ ὁμολογίᾳ ἡ τιμωρία.

— 15. προσέχειν] malim προσέχοντας, quod participium aptum erit e κρίναι versu 14.

— 21. ὑπὲρ] h. l. accipio pro ἀπό. nam constructio hæc est: ἀπώσασθαι τὴν αἰσχύνην τὴν ὑπάρχουσαν ὑπὲρ [propter, id est, ἀπὸ] τῶν πραγμάτων.

409. 9. προσκτήσησθε] videtur olim aliis in libris vulgata προσκτήσησθε, in aliis πεσήσησθε fuisse. ad vos admittatis. si per grammaticos licet προσησάμην probare, quod alias non est nisi προσηκάμην.

— ult. Αἰσχίνη] detrahendo iota subscripto, e dativo vocativum effeci, in constructione collocandum pone φής. tum ista τί οὖν ἐφοβοῦ usque ad σωτηρίαν, sunt assimulata Æschinis ad Demosthenem increpatio. cur itaque, o Demosthene, metuebas eoque metu impulsus ad hanc velut aram salutis confugiebas, ut alios accusares? cum nihil subesset formidabile, quamquam tu quidem, Æschine, id ais. Obscuritatis nonnihil offundit mixtura personarum loquentium, modo Æsch. modo Demosth.

410. 1. μηδενὸς ὄντος δεινοῦ, μηδὲ ἀδικήματος, ἃς σὺ φῄς] scil. εἶναι δεινὸν καὶ ἀδίκημα.

— 2. εἰ ἐφ' οἷς ὁ μηδοτιοῦν —] difficultas omnis evanescit, si comminiscaris ita scriptum esse: εἰ ἐφοβούμην ἐγὼ, μὴ ἀπόλωμαι διὰ τούτους, ἐπὶ τούτοις, ὧν μηδὲν ἠδίκουν. si ego metuebam, ne per hos perirem, ob ea, quorum nihil cum his communiter peccaveram.

— 5. οὐ διὰ ταῦτα] scil. accuso ego te tuosque consortes, Æschine.

— 14. ἐκ τῶν ἰδίων] subaudi κτημάτων. ex ipsius meis propriis bonis, pro tanta æris summa.

— 20. καὶ πλέον ἔξειν τῶν πολλῶν κατὰ τοῦτο] verba hæc, quæ multis libris desunt, desint an absint, ad sententiam parum interest, et videri possint a p. 373. 8. repetita esse.

411. 2. τότε] subaudi ὅτε κολάσετε τούτους, καὶ ἐπισπάσεσθε πρὸς τιμωρίαν.

— 5. παθεῖν ἀναμένειν τὰ δεινὰ] id est, ἀναμένειν τὸ παθεῖν, vel τὴν τοῦ τὰ δεινὰ παθεῖν ἀνάγκην. opperiri tolerationem malorum ipsam, vel necessitatem mala tolerandi.

— 6. οὐ φυλάττεσθε, οὐδὲ φροντίζετε] prætuli οὐ φυλάττεσθαι, οὐδὲ φροντίζειν. qui infinitivi apti sunt e δοκεῖτε versu 4. vel potius οὐκ οἴεσθε δεινὸν εἶναι versu 8. prius si volumus, figendum erit pone ἀδικουμένης versu 7. punctum et ad insequentia οὐκ οἴεσθε δεινὸν εἶναι subaudiendum τοῦτο, ὃ νῦν ἐρῶ, de Pythocle nempe. non hoc, quod nunc statim dicam de Pythocle, grave vobis infandumque videtur?

— 19. εὖτας ἀκριβῆ —] subobscurior dictio, τούτοις ὑπάρχει ἀκριβὴς παρ' ἐκείνου αἴσθησις πρὸς ἑκάτερα, illis, amicis Philippi puta, inest sensus ab eo, Philippo, tam acer et subtilis, ad utrumque, odium et amicitiam, videtur hoc significare: injecit illis (ut c. c. Æschini) sensum tam acrem affectuum cujusque civium Atheniensium, ut e. c. Philoclis, ut statim a cœcis quibusdam notis, quas in fronte quasi cujusque scriptas legunt, dignoscant, qui Philippo infestus, qui ejus studiosus sit. quo aut illum vitent, aut hunc consectentur. aut hoc: ita reverentur Philippum, ut persuasum sibi habeant, enm, absentem quamvis, perinde atque in urbe præsentem, coram cernere, si quis sibi clam malevolus, sive bona fide sibi deditus sit, animorumque cujusque sensus veluti rimari.

412. 1. μηδὲν] prætuli μηδέν' cum apostropho, pro μηδένα. quamquam vulgata quoque vitio caret. aut potest utrumque copulari μηδένα [scil. ὑμῶν] μηδὲν ἄχθ.

— 5. πρῶτον μὲν] non insequitur, quod exspectabas, ἔπειτα, vel δεύτερον δέ. quare uncis ista inclusi, saltim admonendi lectoris ergo de vitio vulgatæ. aut oblitus sui orator complere sententiam intermisit, aut illud colon nescio quo casu intercidit, quod isti πρῶτον μὲν olim respondebat. videtur autem deficiens illud colon post κακῶς posterius versu 7. inserendum esse, sententiaque ejus hæc ferme fuisse: ἔπειτα οὐ τὸ δίκαιον σκοπεῖ, καὶ τἀληθὲς καὶ τὸ τῇ πόλει συμφέρον. deinde non justum spectat, neque verum, neque id, quod e rep. est, sed sunt alia —.

— 11. τοιοῦτον] probum et cordatum civem, qualis ego sum, et qualem modo descripsi, amantem, non sui, non amicorum, sed patriam, eamque rebus omnibus præhabentem, existimantem prospera et adversa patriæ ad se quoque pertinere, spectantem verum et justum, et patriæ decus atque salutem, non privatas affectiones. Sententia universa hæc est: Etiamsi tu omnes reliquas in rep., quæ multæ atque multifariæ sunt, offensiones superes, devitesve, non tamen effugies malevolum, insidiosum, pestilens hominum, vel viperarum potius genus, quos ægre habet esse homines sui dissimiles, patriæ amantes.

— 17. Ἀθήνηθεν] est faceta colloquii inter par peregrinorum assimulatio. quorum alter, quem Chremetem appellare juvat, hino infit Ἀθήνηθεν. alter, Simon is esto, τί οὖν versu 19. Chremes versu 20. ὁ μὲν respondet. Simon pag. 413. versu 5. interrogat τί οὖν μετὰ ταῦτα; scil. γέγονε. Chremes respondet eodem ver. Ἀθηναῖοι λαβόντες (ἤδεσαν γὰρ —). interpellat Simon versu 6. τί δαί; cui Chremes satisfacit eodem ver. τοὺς μὲν χρήματα λαβόντας. rursus interrogat Chremes versu 10. τὸν

δὲ κατηγοροῦντα τί; cui Cbremes stomachans occurrit ἐμβεβροντῆσθαι. quomodo Latine reddendum sit, docere hujus loci non est. res per se haud ardua. Hunc locum adumbravit Sopater ad Hermogenem p. 170. (aut si alium quempiam locum retulit, ejus loci mihi nunc in mentem non venit) τῷ δ' ἐνδόξῳ argumento a fama et gloria et opinione publica desumta utitur Demosthenes, οὕτως, ὡς ἐν τῷ παραπρεσβείας εἰσῆξεν ἠθοποιΐαν, ἐν ᾗ πεποίηκε λογιζομένους τοὺς Ἕλληνας, Φιλοκράτην, Αἰσχίνην, καὶ ἑαυτόν. τί μὲν Αἰσχίνης καὶ Φιλοκράτης; ἐπρέσβευσαν. τί δὲ Δημοσθένης; καὶ τὴν πόλιν τὴν Ἀθηναίων ἐπὶ τούτοις κρίνουσαν. Sic omnia. Egregium documentum, qua arte et intelligentia, qua fide atque diligentia Scholiastæ veterum auctorum, ut e. c. Lyricorum fragmenta referant, et quam miserandi sint illi critici, qui in illis tam dilaniatis, tam imperite, tam supine, tam corrupte relatis fragmentis, veluti ossium quorundam, restaurandis ingenium rumpant incassum, nullaque cum gratia.

— 27. ταῦτα] designat ista, quæ statim nominat. λύεσθαι et περιορᾶν.

— pen. μηδένα] hic est asyndeton.

413. 1. αἰχμαλώτων] prætuli αἰχμαλώτων. quo admisso, exterminandum erit ὑπαρχόντων. quod si servetur, legendus sit locus sic: δεῖ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων τινὰ τῶν αἰχμαλώτων. nam vocabulum hoc articulo carere nequit. ὑπαρχόντων potest perperam e versu proximo 3. a supino iteratum esse.

— 9. εὐδηνεῖσθαι] videtur hic ποιεῖν vel πεποιηκέναι deesse. Athenienses opinabantur, Philocratem, Æschinemque cum consortibus sapere, urbemque opulentam et beatam reddidisse, aurum Macedonicum Athenas transferendo.

— 10. τὸν δὲ κατηγοροῦντα [scil. τούτων] τί;] subaudi λέγουσιν. de istorum accusatore vero [Demosthene Athenienses] quid prædicant? respondet ἐμβεβροντῆσθαι [scil. λέγουσιν αὐτὸν] cœlitus objecta menti cœcitate obstupefactum, dementatum esse, non nosse mores civium degeneres, inimicos suos ornantium, bene de se meritos abjicientium.

414. 1. περὶ τῆς ἐστιάσεως] de illo argumento, quo Æschines me oppugnabit, clamans, se una cum Philocrate, legatisque Philippi publicis epulis in Prytaneo esse acceptum, item in decreto, quod de legatorum Philippi hospitio scripsissem, se, Æschinem, sodalesque laudatos esse.

— 3. με δεῖ] correxi μ' ἔδει. παρῆλθον, non est tertia persona pluralis, sed prima singularis. pœne præterissem id, quod primo loco ad vos efferre me decuisset. omnia reliqua hujus loci recta et vera cum sint, sunt planissima, ut mirer Wolfium tam portentose hic omnia susque deque vertere. Aristides de D. C. p. 258. ἀξιοπιστίας δὲ καὶ τὸ ὡς ἀναμνησθέντα τι εἰπεῖν. οἷον· μικροῦ γε, ὃ μάλιστα μέλλει [l. μ' ἔδει] πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, παρῆλθον.

— 5. ταῖς ἐκκλησίαις] idem est, nihiloque deterius, quam quod in aliis est, ἐν ταῖς ἐκκλ.

— 7. οὔτε λόγου —] idem est ac si dixisset: οὔτε λόγου ἀδίκου, οὔτε ἔργου.

— 8. τὸν νόμον ἔθος ποιῶν] quid ex his efficiam, haud reperio, præterquam hoc, quod ipsi mihi haud satisfacit, τὸ ἔθος νόμον ποιῶν. morem communem usurpans pro lege, legis vim et potentiam ei tribuens eo, quod istum morem, veluti legitimum et ab omnibus probatum exercerem. vult dicere: tametsi lege præceptum non est, ut eorum, quibuscum agimus, nisi aperti inimici sint, auribus aliquid demus, laudemus eos, quatenus per veritatem licet, loco atque tempore ita suadente; tamen ita Philippi legatos ea comitate accepi, utpote qui pacis conciliandæ ergo venissent, ut si ista comitas et officiositas, non a more modo, quæ tacita est, non scripta lex naturæ, sed lex civilis, literis consignata. Simultates itaque quod mihi cum Æschine et factione tum nullæ essent, quippe quos nondum apertos patriæ inimicos noscitassem, ideo secutus communem civilitatis morem, tanquam ab omnibus agnitam atque probatam, in decreto meo honorificam eorum mentionem feci. Lectionem, seu conjecturam mavis, τὸ κοινὸν ἔθος ποιῶν, sequens morem communem, ideo non audeo probare, quia ἔθος ποιεῖν hoc significatu minus Græcum esse videtur. Græci tum usurpare malunt, τῷ ἔθει ἀκολουθεῖν, τοῦ ἔθους ἔχεσθαι. Locum hunc, aliumne Demosthenis in mente habuerit Scholiastes Hermogenis p. 28. 22. haud liquet, his verbis utens: πολλάκις οἱ ῥήτορες τὸ ἔθος ἀντὶ νομίμου παραλαμβάνουσιν, ὡς Δημοσθένης.

— 14. πρῶτος] malim utique πρώτοις. in his ipsis primis, hoc est, in nulla alia re citius, quam in hac, lautitia epularum puta, deliciis et raritate et prodigalitate dapum atque vinorum.

— 15. παρέξεται] non improbo, quod bonam reddit sententiam, neque loco incongruam. proponet in medio, proferet. est tamen non nihil languidum. quare malim παράξει. quo ducit etiam lectio multorum librorum πράξει. Hæc igitur [incondita et indigesta puta] certo certius commiscebit. aut si malis, ταῦτα δὴ ἂν παράξῃ νῦν οὗτος, (perinde est, sive ταῦτα cum παράξει, vel παράξῃ, in constructione copules, sive cum λέγων.) et profecto miscebat Æschines tempora, τὸ πότε, ut mox orator ait, οὐ προσδιορίζων. Addi ἂν et παράξῃ in conjunctivo præferri malim ideo, quod diductior hæc periodus per ambages,

versu 23. demum in vestigia sua se recipiat istis verbis ἂν δὴ ταῦτα λέγῃ. Æschines hæc si blaterans misceat — tum post plura interjecta restauratur oratio isto exordio: hæc igitur si dicat Æschines.

— 16. *αὐτὸς*] iteratum *αὐτὸς* redit ad Demosthenem.

— ibid. *ἡμᾶς*] nos sodales, me, Æschinem, et Philocratem, cæterosque. vitium typographicum, quibus vitiis pars Lutetianæ editionis a Lambino curata scatet, *ἐπήνεσαν*, in plurali, correxi per *ἐπήνεσεν*, in singulari. Demosthenes puta.

— 17. *αὐτοὺς*] correxi *αὐτός*. num etiam *εἰστίασε* leg. ut eum *ἐπήνεσεν ἡμᾶς* concinat? an ista conformitas necessaria non est?

415. 2. *ὑποκρινόμενον*] malim equidem *ὑποκρινομένους*, scil. *ὑμᾶς*. nam non *ἐμὲ* subauditur, sed vos, judices. vos decet, procul habita dissimulatione, cum Æschine cjusque necessariis libere agere ad hunc modum: Novimus vos fratres, et te quidem, — sed vide meliora in annotatione proxima.

— 4. *ἴσμεν*] procul omni dubio tollendum est. nam *σὲ μὲν* cum reliquis accusativis reguntur, non ab *ἴσμεν*, sed ab *ἠξιώσαμεν*, versu 8.

— ibid. *σὲ μὲν*] redit *σὲ* ad *Φιλοχάρην*. alterum vero, *τούτους δὲ*, v. 5. ad Æschinem et Aphobetum.

— 6. *οὐδεμιᾶς κακίας ταῦτα*] hoc est, non ideo meretur improbitatis nota inuri. tanti non est, ut ideo quis *κακὸς* appelletur, aut habeatur.

— 16. *συγγνώμην*] prætuli *συγγνώμη*, in nominativo, scil. *ὀφείλεται*, vel *δίδοται*. veniam debetur fratri, alteri fratri succurrenti. est dictio vel argumentum in foro ita tritum, ut in proverbium excesserit.

— 20. *αὐτοῖ*] num *αὐτοῖ*, *hic loci*. ut sit adverbium loci.

— 21. *τινῶν*] subaudi ordinis vestri, *τοῦ ὑμετέρου τέλους*.

— 22. *πότερα*] subaudi *δεδένται ὑμῶν σώζειν αὐτόν*.

— 23. *κἂν ἀδικῶν*] placebat aliquando *κἂν ὁτιοῦν ἀδικᾶν*, scil. *φαίνηται*. verum necessarium certe nullo pacto est.

— ibid. *εἰ μὲν γὰρ μὴ ἀδικῶν*] correxi, partim de meo, *εἰ μὲν γὰρ* [subaudi *δεδένηται ὑμῶν σώζειν αὐτὸν*] *ἀν μηδὲν ἀδικῶν* [subaudi *φαίνηται*] *κἀγὼ φημὶ δεῖν* [scil. *σώζειν αὐτόν*].

— 25. *κρύβδην*] Citat h. l. Thomas M. v. *κρύφα*.

— 26. *ἀλλὰ καὶ τοῦτο καὶ πάντων ἄριστα*] primum *καὶ* sustuli. Sed hoc hominum omnium vel optime novit is, qui legem tabellariam tulit. Sed ecquid is novit? hoc nempe, judices in ferenda per tabellas sententia mala fraude abutentes ad absolvendum sontes deprehensos et confessos, haud fallere deos.

— pen. *διὰ τί*] dele ista inepta, orationem conturbantia, et suspicionem defectus, sed illam inanem, moventia. videtur aliis in libris fuisse — *ψηφίζεσθαι· διότι τούτων μὲν* — in aliis *ψηφ.* *ὅτι* (syllaba minus) *τούτων μὲν* — quibus duabus lectionibus in unam conflatis, vulgatæ monstrum exstitit. Alterutram ergo, utram vis, illarum meliorum lectionum restitue.

— ibid. *τούτων*] quos, tametsi sontes, præter jus et fas, sancia conscientia, scientes absolveritis. ad hos eosdem nequiter absolutos etiam *τούτοις* versu 4. p. 416. redit.

416. 2. *ἑκάστῳ*] subaudi *ὑμῶν*, aut *τῶν δικαστῶν*.

— 13. *τοῦτο*] accusatio Timarchi.

— 15. *τῶν πεπρεσβευμένων*] videtur *κακῶς* vel *αἰσχρῶς σοι* interponendum.

— 16. *κατηγορῶν, ἐκείνους τοὺς λόγους*] correxi de meo, *κατηγορῶν ἐκείνου*, in accusatione ejus, Timarchi puta, sententias illas projecit, quæ nunc in eum insurgent, et tanquam arma inversa aut retorta ipsum ferient.

— 18. *δίκαια*] scil. *κατὰ Τιμάρχου*.

— 24. *πῶς, τί, τοὺς δικαστὰς*] eommata signis interrogandi mutavi. *πῶς*; quomodo existimatis? *πῶς οἴεσθε*; *τί*, scil. *ἐποίησα*; quid feci? hoc est, nostisne, quid egerim? aut sic: *τί*, scil. *νεώτερον γέγονε*; quid novi evenit? tenetisne hoc? dicam vobis. judices circumveni.

— 25. *ὑφελόμενος*] in *ὑφελόμενος* desinit assimulata oratio Demosthenis ad suos sodales. jam rursus orditur Æschinis ad Dem. oratio, ex ejus oratione, nescio qua, huc translata.

— 26. *μὴ σύγε*] scil. *ὑφελοῦ τῶν δικαστῶν τὸ πρᾶγμα* eripe et extorque judicibus occœcatis verum.

— 27. *τότε δ', ἡνίκα* —] non video, quæ tolerabilis sententia vulgatæ tribui possit, ut percipiendo sit. Comminiscamur interim oratorem sic reliquisse: *τότε δὲ, ἡνίκα ἐμὲ κρινεῖς, ἐξέσται σοι κατηγορεῖν καὶ λέγειν ὅτι βούλῃ*. tum temporis vero, ubi me in judicium vocabis, tum licebit tibi quascunque voles criminationes in me conferre.

— ult. *ἔχων*] cohæret cum *παρασχέσθαι* versu 1. p. 417. idem est atque si dixisset: *οὐδένα μάρτυρα τούτων, ἐφ' οἷς ἔκρινε τὸν ἀνθρωπον, δυνάμενος παρασχέσθαι*.

417. 3. *θεώρησον, ὡς ἔχει τὸ πρᾶγμα*] satius utique fuisset oratorem sic plene locutum esse: *θεώρησον, ὡς τοσούτῳ σοι τὸ σὸν πρᾶγμα* (vel *ἔγκλημα*) *κάκιον καὶ ἐπισφαλέστερον ἔχει*.

— 12. *ὡς, εἴπερ*] correxi *ὥστ' εἴπερ*. quapropter si alias semper vera est fama, nunquam fallit, etiam in vobis vera est.

— 14. *δεῖ*] post *δεῖ* videtur *ὑπολαμβά-*

νειν vel simile quid deesse. quam fidam et veracem videri vobis oportere —.

— 15. ὁ ταῦτα ποιήσας] consulto hæc vocabula orator ipse addidit, metuens, ne omittens ea, auditorum lectorumve quispiam, non de Hesiodo, qui nunquam sic destricte ὁ ποιητὴς audit, sed de Homero acciperet, cui proprium hoc est elogium.

— 16. δήπου] potest fieri, ut vim particulæ minus percipiam. verumtamen abest a multis bonæ notæ libris. quare aut prorsus sublatum, aut in hujus versus initium regestum malim, atque ante διωρίσω collocatum. Adscriptum hic erat in margine Bav. γνώμη Εὐριπίδου ἐκ Φοινίσσης. Volebat aut debebat certe dare Φοίνικος. v. Valcken. V. C. Diatrib. in Eurip. Fragg. p. 270. ubi exempla ejusdem erroris e Theodoreto et Stobæo affert.

— 20. τοιοῦτός ἐστιν οἷόπερ ἥδεται ξυνὼν] quam dictionem merito damnes, ea tamen nullo pacto est sollicitanda. est profecto saxea, neque in auctore prosaico ferenda. Verum tragicæ scenæ multa cruda sunt condonanda, quæ dudum jus ultro arrogatum saxa spargendi usurpavit. quid minus dura est altera illa hujus ipsius gnomæ dictio, οὐ πώποτ' ἠρώτησα, γινώσκων ὅτι — id est, οὐ πώποτ' ἠρώτησα, ὁποῖός τις ἐστὶ τὸν τρόπον, διότι ἔγνων —. Ita istæc quoque, de qua nunc agitur, sic est explicanda, τοιοῦτός ἐστιν, οἷοι οὗτοί εἰσιν, οἷς ἥδεται συνών. vocabulum ἕκαστος ad versum explendum addidi, quamquam alias parum necessarium.

— 26. οὐ πώποτ' ἠρώτησα —] Citat h. l. Hermogenes in exemplum parodiæ p. 434. in οὐ πώποτ' ἠρώτησα subaudi, εἰ ἀργύριον εἴληφεν. pro καὶ ταῦτὰ initio hujus versus, quod in vulgatis est, dedi καὶ ταῦτα, *et id quidem*.

418. 1. τούτοις] scil. τοῖς σκώμμασι, vel ὀνείδεσι. his ipsis probris, scil. τῷ εἶναι λογογράφος καὶ σοφιστής. colligit sic: solet Æschines alios subsannare, si qui oratores, id quod ego facio, locos auctorum lectiores, salesque ex antiquitate erudita, inprimis poetica, suis orationibus adspergant; ludimagistros eos appellitans, jejunosque atque famelicos, mercedula victitantes, ex orationibus collecta, quas alienis in causis a se conscriptas rogantibus vendunt; immemor nempe, culpæ hujus, si qua est, ipsummet se consortem esse. Ludimagistrorum enim si est, auctorum classicorum, quos pueris interpretantur, locos suis commentationibus intexere, ludimagister est ipse quoque Æschines, qui ex Euripidis Phœnice locum judicibus recitarit, fabula ita parum populari, ut vix doctissimo cuique nominetenus nota sit. quem locum cum e scenica quadam auditione non hauserit, necesse est, ut e lectione fabulæ illius, vetustate obsoletæ, et ex hominum memoria sublatæ, venatus sit. v. p. 420. 2.

— 10. παρέλιπεν] scholiumne sit hujus lectionis altera lectio ὑπερέβη, an solummodo varians lectio, haud dixerim; neque tanti est.

— 13. τὸ τοὺς τυράννους — εἰσιέναι] videtur dictio scenica fuisse, εἰσιέναι τύραννον, ἔμπορον, μαστροπὸν etc. pro in scenam prodire, personam gerens tyranni, mercatoris, lenonis. alias ita dura sit futura, ut ferri nequeat, sed ut necesse sit ad ἔχοντας addi ὑποκρινομένους. ut constructio hæc sit: τὸ εἰσιέναι ὑποκρινομένους τοὺς τυράννους καὶ τοὺς τὰ σκῆπτρα ἔχοντας. verum recte habere vulgatam, eamque sibi probari, testatus est Libanius eo, quod aliquoties imitatus est, ut in oratione pro templis p. 18. 7. ed. Gothofr. et in or. pro saltatoribus adversus Aristidem, T. II. p. 497. 30. ed. Morell.

— 14. ταῦτα] sunt iambi Sophoclei mox recitandi. Idem est ac si dixisset: σκέψασθε τοίνυν οἷα ἐστὶ ταῦτα. cogitate quæ sit hæc sententia, quæ a poeta Creontem repræsentanti Æschini in os inditur.

419. 5. χθονὸς] subaudi τῆσδε. at Attici solum Atticum, patriam, sic nude τὴν χώραν appellant.

— 13. σοφῷ Σοφοκλεῖ] Hermogenes p. 413. pen. h. l. citat ad exemplum τῶν παρίσων. Sunt enim πάρισα ista, σοφῷ et Σοφοκλεῖ. addens: Ὅμηρος δὲ καὶ Δημοσθένης καὶ τὰ τοιαῦτα ἐποίησαν ἀγωνιστικά.

— 14. ὁμοῦ] scil. ἑαυτῷ. ut Æschines, e Macedonia in Urbem rediens procedebat, ita Philippus cum copiis ad Phocidem succedebat, Æschine probe conscio.

— 15. προεξήγγειλεν] προεξαγγέλλειν dicitur is, qui sive missu alicno, sive sponte sua, e castris nuntium in urbem perfert, de adventu hostis e. c. priusquam hostis veniat, ut civitas sibi cavere possit.

— 20. τοσούτους] quo major est liberorum numerus, hoc difficilius atque ægrius a parentibus pauperibus aluntur. quatuor mares, cum filiabus aliquot, necesse erat ut gravarent parentes quæstus genere tam vili, tam parum lucroso, victitantes, atque Atrometus cum uxore, præsertim ad ætatem adultam nutriendi, et elocandi, et elocandi.

— 22. Ἥρωος] Heros medicus est Toxaris. id quod e loco Luciani constat, allegato a Corsinio in Fast. Attic. II. p. 372. in v. Τοξαρίδεια. qui festus erat dies Athenis celebrari solitus quotannis in honorem Herois medici peregrini.

— 23. ἐν ταύτῃ γε] scil. τῇ πόλει, vel τῇ πατρίδι.

— 27. ἐκ ταύτης αὐτῆς] scil. τῆς θόλου.

420. 3. λογογράφος] qui ad calamum dictata calamo excipit, non video, cur ei appellatio λογογράφου denegetur. quod si

tamen vitium ei vocabulo insit, ut ad correctionem confugere necesse sit, auctor sim, ut λογοστρόφος legatur. quia ejusmodi scribæ multa partim errore, partim mala fraude atque consulto, falsa subjicere veris solebant. Simile ductum de restionibus funem contorquentibus, eique quisquilias nescio quas intexentibus, ut oculos effugiant.

— ibid. καὶ θεοῖς ἐχθρὸς] malim καὶ θεοῖς γ' ἐχθρὸς, vel καὶ θεοῖς ἐχθρός γε. ut modo præcessit καὶ πονηρός γε.

— 10. ἀναβεβλημένον] id est, ἠμφιεσμένον τῇ ἀναβολῇ. qui est amictus corporis exterior, qui reliquis vestimentis superinjicitur. est igitur hæc sententia: amictus hoc habitu, manus intus habet sub pallio. verum.

— 14. τετταράκοντα] Corsinius 14. malit. verum diligentissimi in tradenda numerorum veritate non sunt veteres, sed rotundos edere numeros, tametsi paulo largius atque liberalius amant, prætereaque oratores tam arcti atque pusilli animis non sint, quo minus religioni sibi ducant, si quid expediat exaggerari, id scientes dataque opera exaggerare.

— 18. τοῦτο] hoc itaque, forsitan ignotum judicibus, de statua Solonis, enarravit habitum, manus sub pallio absconditæ, gestu demonstravit.

— 21. ταύτην οὐκ ἐμιμήσατο] malim ταύτην οὐκ εἶδεν, οὐδ' ἐμιμήσατο. quia modo dixerat, τὴν Σόλωνος ψυχὴν ἰδεῖν.

— ult. ἐξέδωκε] simile ductum de filia, aut sorore, consobrinave, si quam pater impius, aut frater sceleratus, mercede illectus, aut quo bonis ejus ipse potiatur, homini malo peregrino, pro pellice habituro, lenonive in lupanari exposituro, elocet, ea lege, ut procul a patria abductam in servitute habent, ut adhoc hodie ex Anglia multa libera corpora plagio surrepta in Americam transportantur, ibique vitam miseram in mancipatu finiunt.

421. 3. ἐκεῖσε] in Macedoniam.

— 4. ἐπρέσβευσε] prætuli imperfectum ἐπρέσβευε. Regio, pro qua mandatum ei fuerat ut verba faceret, atque deprecaretur, est Amphipolis.

— 6. ὅτι] redundat h. l. ut ubique locorum, ubi tu alterius orationem referre ordiris. Æschinis oratio proprie incipit a περὶ δ' Ἀμφιπόλεως.

— 8. παρελθὼν] progressus ad concionem hanc vestram, cum a legatione domum redissemus.

— 9. τοῦτον] correxi τοῦτον. negabam hunc, Æschinem, ad exsequendum orationem mihi reliquisse quicquam eorum, de quibus ipse cum Philippo agere constituisset.

— 11. μεταδοῦναί τινι] scil. ἔφην αὐτόν.

— 15. ὅτι καὶ ὁ Σόλων] detraxi articulum. Significat, etiam Solon oderat, non ego solus odi.

— 16. οὐ λέγειν εἶσω] Citat h. l. Hermogenes p. 265.

— 18. πρωτείνας] πρωτεῖναι τὴν χεῖρα dicitur is, qui manum suam planam et explosam versus largitorem porrigit, eoque gestu munus quasi provocat atque proritat. ὑποσχεῖν autem dicitur, qui manui datoris sibi occurrenti suam manum supponit, quo dandum munus excipiat.

— 22. κᾆν] *etiamsi.* correxi ἂν, *si.* Obscuri loci sententiam si satis percipio, videtur hæc esse: nullas te pœnas daturum speras, si circulos et cœtus *operto capite* perreptans me calumnieris, quo, quæ sic in me probra in vulgum spargis, ea auctore careant, ad primumque eorum auctorem nullo pacto perveniri possit. πιλίδιον est tale quid, atque *ein Pohlnischer Judenhut mit herabgelassenen Krempen. oder eine Wintermütze mit Klappen rundherum, die herabhengen, dass man einen nicht erkennen kann. als wenn ein ehrbarer Mann zur Hure, oder ins Brandeweinboutikgen ginge* [*a Polish Jew's hat with the flaps let down. or, a winter-cap with the flaps hanging down, so as to prevent a person from being recognized. just as when a man of character goes to a whore, or the brandy-bottle*]. v. interpretes Petronii, ad illud, *operto capite*, in ejusmodi minutiis operosos.

— ult. μεγάλην] malim μεγάλης (in dativo plur.) pro μεγάλαις, ut ad ἀφραδίησιν referatur.

422. 6. χρήματα δ'—] versus χρήματα — ad πεπ. multis a libris abest, rectene an secus, haud disceptabo. ego equidem ista omissione nil offendar. neque probo, quod multi tales lacunas areis vacuis relinquendis designarunt. quæ opera erat supervacanea. quapropter laudo factum Taylori, qui vacua illa spatia complendo, hiatus obliteravit, hoc est, hexametros hexametris, pentametros pentametris copulavit, ut ad obtutum nihil deesse appareat. Solebant enim veteres non solum versus incboatos, et ad dimidium perductos, destituere, sed etiam, hexametros, pentametrosve geminare, insuper habita alternatione, aut, pro re nata, syllabas contra naturam usumve, producere aut corripere. id quod ipsis vitio non dabatur. Exempla talis licentiæ ab illis usurpatæ complura apud Stobæum, Diogenemque Laertium prostant. Huc pertinent illa apud Julianum Aug. p. 199. et 213. ubi in Cratetis elegiaco carmine bini pentametri sese protinus insequentes leguntur.

— 13. ταῦτ' ἤδη] idem est atque si dixisset: διὰ ταῦτα δή. ob hæc ipsa igitur.

— 18. τρύχεται —] male interpunctum esse si cui minus videatur, is, per me li-

eet, comma retrahat ad τρύχεται. metri causa necesse habuit constructionem, seu casum mutare. nam rectam rationem tenere si voluisset, dicendum fuerat: τῶν ἀδικούντων τοὺς φίλους ἐν ταῖς συνόδοις. qui genitivus cohæreret cum ἐκ δυσμενέων. Jam vero, coactus a metro, dixit τοῖς ἀδικοῦσι, qui dativus tantundem valet, atque ὑπὸ τῶν ἀδικούντων. Injurias multifarias dare cives civibus in familiaribus congressibus possunt, inprimis vero rixas, verberationes, cædes. quæ sunt injuriarum atrocissimæ.

— 23. δέ τ' ἔχειν] in Wolfii ad h. l. annotationem si tempori inspexissem, conjecturam δ' ἔτ' ἔχειν in textum recepissem. Interpretatio ejus bona et proba est. ἔχειν h. l. tantundem valet, atque κατέχειν. continere, retinere. Sed sæpe mihi hoc evenit, ut Wolfium consulere aut obliviscerer, aut tæderet, ob molestum pondus editionis Basilecensis, et minutissimos typos, quibus annotationes Wolfianæ excusæ sunt. id quod mihi haud raro fraudi fuit.

— 24. πάντων] prætuli πάντως. omni modo, certo certius.

423. 17. ὑπακούσαντά τινα αὐτοῦ] aliquem, qui aure ad seras admota ausculatasset ignoratus, quid Æschines cum legatis Philippi clam ageret.

— ibid. κατήγορον] correxi κατηγορῶν de meo. per accusationem suam hoc effecit, ut is infamia notaretur.

— 19. ἀλλὰ καὶ] *quid? quod*, vel non solum autem hoc ausus est, sed etiam istud —.

— 25. διακρουόμενος] malim διακρουσάμενος.

424. 3. νόσημα γὰρ —] celeberrimus et a multis citatus locus, ut a Demetrio Phalereo p. 161. §. 296. Hermogene p. 263. Aristide de D. C. p. 192.

— 11. καὶ τὰ κύρια] subaudi τέλη. ordines, penes quos summa rerum est.

— 12. οὓς] quos reliquos cives, et magistratus oportebat in hos proditores patriæ animadvertere.

— 19. τὴν ἡγεμονίαν] Sententia est: hactenus quidem principatu solummodo privati fuerant Thessali, libertate tamen adhucdum gaudebant. Jam vero etiam hac spoliati sunt.

425. 4. Ἀργεῖοι] malim καὶ Ἀργεῖοι. etiam Argivi, scil. agitant.

— 5. ὡς] tantumdem valet h. l. atque γὰρ, vel ὅτι. *nam*, vel *quoniam*.

— 6. εἰσελήλυθεν] in urbem nostram quoque. modus verbi recte habet, et indicativus præstat participio, si ὡς eo sensu, quo dixi, et quo creberrime usurpatur, accipias.

— 10. οὐχ ὁρᾶτε —] Citat h. l. Hermogenes p. 253.

426. 7. ἐπειδὴ ταῦθ'] interposui δέ. num præstet in continenti πεποίηγε legi in activo, pro vulgari προήγετο, in medio relinquam.

— 11. τῶν πολιτῶν] subaudi τῶν ἡμετέρων. civium nostrorum Atheniensium.

— 15. Φίλιππος οὐκ ἔτ' εἶχεν] Sententia est: non jam sufficiebat Philippus proditoribus, tam dense crebriterque sese ingerentibus atque eum ad se vocantibus, ut, cui primo satisfaceret, nesciret, neque tam cito accurrere atque occupare oblata posset, atque illi offerrent.

427. 10. ταῦτα διαφθείρει] subaudi μόνα. nihil quidem aliud corrumpit, h. e. hosti prodit, præter illam copiarum et opum particulam, cui præfectus est. verum tamen nil ideo minus odio et abominatione dignus est, quam si totam remp. prodidisset. nam quem prodere partem haud pudet, is totum certo certius prodet, si possit.

— 21. ἐν ὅσῳ χρόνῳ] quo quis temporis spatio male consuleudo remp. perdat, eodem recte suadendo servet. bonis et salutaribus inveniendis consiliis nihilo plus temporis operæve opus est, quam pestiferis excogitandis.

428. 1. γράμματα ἐκλογῆς] in locum hujus tituli sufficit istum στήλη. videntur hic variæ in libris versatæ fuisse lectiones. e. c. λέγε ταῦτα τὰ γράμματα. recita has tabulas. jam titulus. ἐκ στήλης. aut istæc: λέγε ταῦτα τὰ γράμματα ἐκ στήλης. Στήλη.

— 8. μηδ' ἄλλος] id est, qui civis vester, qui Græcus non sit.

— 12. νὴ Δί', ἀλλ' ὅπως ἔτυχε —] Citant h. l. Hermogen. p. 272. Minucianus p. 150.

— ibid. ἔστηκεν] post ἔστηκεν addit ed. Lutetianæ margo οὐ μὰ Δία. supplementum non inutile, neque necessarium tamen. Sine illo nervosior est oratio, cum illo mollior atque planior.

— 17. τὰ χρήματα ταῦτα] æs, quanti vænibant æs, unde statua Minervæ facta, aurum, argentum, ebur, gemmæ, reliquus mundus, opera artificis.

— 21. τιμωρίαι] id est, tabula tenens literis consignatas minas pœnarumque denuntiationes adversus sceleratorum hoc genus.

— ibid. νῦν δὲ γέλως, ἀδεια, αἰσχύνη, εἰ μὴ] sic vulgatæ. correxi de meo sic: νῦν δὲ γέλως, jam vero res risu digna est, ὅση ἀδεια Αἰσχίνῃ, quantam licentiam largitiones accipiendi et corradendi bonaque vestra vendendi et intervertendi vos Æschini dederitis. id est, vos deridendi estis ob hanc tantam, tam turpem socordiam.

— 27. ταύτην] malim τὸν ταύτην.

429. 19. κτησαμένην] idem est ac si

dixisset : ἤλπισαν κτήσασθαι, διδοῦσαν, παρασκευάζουσαν.

430. 15. ἐπειδὴ παρὰ τὰ γράμματα —] Marcellinus ad Hermogenem p. 175. 34. εὗρε δὲ καὶ ἄλλην καινοτέραν Δημοσθένης ἀνακεφαλαίωσιν, τοῖς πρέσβεσιν [illis vetustissimis] ἀντιτάξας τοὺς πρέσβεις [hos novissimos], καὶ γράμμασι γράμματα [formulam Calliæ cum formula pacis ab Æschine et Philocrate Philippo mercede condonatæ]. ἐπειδὴ παρὰ τὰ γράμματα, φησὶν, ἐπρέσβευσαν. οὗτοι δὲ οὐ παρὰ τὰ γράμματα [scil. πεπρεσβεύκασι] ;

— ibid. φησὶν] formula condemnationis adversus Epicratem et complices pronuntiatæ, quam ad formulam etiam φησὶ p. 431. 1. redit.

— 16. καὶ τὸ ψήφισμα] prorsus delenda sunt. nam τὸ ψήφισμα et τὰ γράμματα, ni fallor, eandem rem designant, mandata legatis ab urbe discedentibus addita, quid eos in legatione peragere atque exsequi oporteret. nisi malis affirmare τὰ γράμματα esse *die Verhaltungsbefehle* [*secret instructions*], id quod modo dixi, τὸ ψήφισμα vero tabulas patentes publice exhibendas, quibus S. P. Q. A. testaretur, se hos, nominatos, legatos suos ad Philippum nuncupasse, iisque negotia hæc vel illa exsequenda suo nomine delegasse. verum hanc interpretationem palam evertunt insequentia, quæ docent γράμματα et ψήφισμα prorsus idem esse.

— 25. καὶ ἠλέγχθησαν τίνες αὐτῶν οὐ τἀληθῆ ἐν τῇ βουλῇ ἀπαγγέλλοντες] hæc verba materialiter sunt, ut sumta e formula illa, qua mortis sententia dicta fuit in Epicratem ejusque consortes.

431. 8. ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ὄντες] scil. υἱοί. filii qui estis illorum virorum, qui Epicratem, a quo e Piræeo cursus in urbem essent reducti, condemnarunt.

— 12. Θρασύβουλον ἐκεῖνον, τὸν Θρασυβούλου] prætuli de meo Θρασύβουλον, Thrasybulum juniorem atque ignobiliorem, ἐκείνου τοῦ Θρασυβούλου, illius senioris atque nobilioris Thrasybuli filium. nam ἐκεῖνος ferme soli celebratiori convenit.

— 15. τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου] correxi τὸν ἀφ' Ἁ. nam designat certum aliquem, a Thrasybulo diversum, cujus nomen seu reverentia reticet, seu quod nemini non vel sic notum esset.

— 22. ἔλεσν] post ἔλεσν videtur εὑρέσθαι, *invenisse*, deesse. nam μήτε συγγνώμην μήτ' ἔλεσν μηδὲν αὐτοὺς ὠφεληκέναι, videtur durum et inconcinnum, et pæne sententia vacuum esse.

— 26. λαβόντες] ad λαβόντες subauditur ἐπ' αὐτοφώρῳ.

— ult. ποῖος γὰς ἵππος] scil. ἐτράφη πώποτε παρὰ τούτων. ecquis unquam equus bellator et certator, palmas merere doctus, ab his unquam altus fuit.

— ibid. ποία τριήρης] scil. παρεσκευάσθη καὶ ἐχορηγήθη ὑπὸ τούτων.

— ibid. ποία στρατεία] scil. ἐστράτευται.

432. 1. ποία χορηγία] scil. γέγονε. non idem est χορὸς et χορηγία. Chorus est solummodo puerorum saltantium atque canentium in Liberalibus. χορηγεῖν vero potest aliquis etiam in gymnasia, item in classem. ad τίς χορὸς subauditur εἰσήχθη, inductus fuit in scenam.

— ibid. τίς λειτουργία] scil. λελειτούργηται.

— 2. τίς εἰσφορὰ] scil. εἰσενήνεκται.

— ibid. τίς εὔνοια] scil. ἐπεδείχθη.

— ibid. ποῖος κίνδυνος] scil. ἀνέῤῥιπται.

— ibid. τί τούτων ἁπάντων] correxi τί τῶν ἁπ. ecquid omnium, quicunque sunt modi, quibus cives patriam ornare possunt. τούτων sola contineret ea genera officiorum, quæ orator modo commemoraverat. τῶν adhuc alia plura præterea complectitur.

— 11. παραγγελία] advocatio, h. e. multitudo advocatorum undique corrogatorum, qui in judicium adducti precibus et gratia judices flectant, potentia minisque terreant, reum quibuscunque modis eripiant.

— 17. ἀδικοῦντα] miserat enim Æschines arma ad Philippum, idque deprehenderat Timarchus. v. p. 433. 4.

— 23. τοὺς ὀμωμοκότας καὶ δικάζοντας] tolle hoc inutile καὶ, ut sententia sit : quæ esse debet, qui non prius, quam dicto jurejurando, ad ferendam sententiam proceditis.

— 27. ἵνα δὴ] apodosis sententiæ est in istis p. 433. 11. λέγε δή.

433. 1. καὶ νῦν σώφρονες] subaudi ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ ἦσαν.

— 4. ἔγραψεν] Timarchus puta.

— 21. ὃς ἐν ταῖς πομπαῖς —] citant h. l. Hermogenes p. 317. Athenæus 242. D. 8.

— 22. ἄνευ τοῦ πρεσωπείου] correxi ἄ. τ. προσώπου, non ideo solum, quod ita scriptum in Aug. invenirem, sed etiam ob additam in margine ejusdem codicis annotationem, juniores πρεσωπεῖον usurpare maluisse, veteres πρόσωπον, et hoc in vetustis Demosthenis libris h. l. sic repertum esse.

— 23. τί ταῦτα] scil. λέγω. quid ego hæc minuta commemoro, cui ad graviora properandum sit?

— ibid. ὁρῶν] scil. κατηγόρει Τιμάρχου Αἰσχίνης καὶ ἔλεγε ταῦτα. at enimvero fidenter poterat Æschines Timarchum accusare, ad fratrem suum Aphobetum, hominem castissimum atque sanctissimum respiciens. est peramara subsannatio fratrum. tunc Timarchum audebas accusare impuritatis, immemor fratris, tanta famosi

impuritate, ut præ Aphobeti flagitiis Timarchea evauescant?

— 25. *πάντες ὅσοι οἱ περὶ π.*] aliis a libris ὅσοι abest, ab aliis οἱ. neutrum cum damno sententiæ. ὅσοι si servas, subaudiendum est a communi ἐῤῥύησαν. quasi sic dixisset: *πάντες οἱ λόγοι περὶ πορνείας, ὅσοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ Τίμαρχος ἐκρίνετο, ἐῤῥύησαν, ἄνω τῶν ποταμῶν ἐῤῥύησαν.* id est, dicebantur invita et repugnante veritate atque natura rerum, et erat ista oratio prorsus portentosa.

— 26. *τούτου*] prætuli *τούτων* horum, de quibus modo locutus fuerat, Æschinis puta fratrumque.

— ult. *τί παρ' ὑμῖν*] *τί* non inusitatum est pro *ὅ,τι*. num vero Demosthenes quoque sic eo sit usus, in dubio relinquam. equidem malim *ὅ τι παῤ ὑμῖν ἐψήφιστο*, decretum esset, in plusquam perfecto. aut *ἐψήφισται*, in paulo post futuro, a vobis decernendum sit.

434. 7. *οὐδὲ φοβεῖ με*] hic videtur deesse *ὑγιαίνων* vel *ἐῤῥωμένος*.

— 24. *δεξάμενος*] correxi *δεδιξάμενος*. terrore his Æschini et complicibus injecto. hi nominativi *δεδιξάμενος* et *φήσας* cohærent cum *διήλλαξαι* p. 435. 1. ubi est apodosis hujus distractæ periodi.

— ult. *ἐπειδὴ*] sunt qui omittant. nil refert. si servatur, est iteratio præmissi versu 23. et resumtio quasi fili sepositi, in commodum lectoris.

435. 3. *βούλησθε*] correxi *βούλεσθαι*. te velle, ut Philippus, si fieri possit, pereat.

— 6. *Μυροκλέα*] correxi *Μοιροκλέα*. nam ejusmodi nomina in *κλῆς* exeuntia pæne solummodo formantur a nominibus deorum, ut *Διοκλῆς*, *Ἡρακλῆς*, sic quoque *Μοιροκλῆς*, a deabus *Μοῖραις*, Parcis.

— 9. *τρισὶν*] triduo post illum diem, quo persolvere ex scripto vel condicto debuerant. non diutius triduo procrastinaverant perluitiouem, sed tertio die post diem peremtorium deposuerant in mensa argentaria, b. e. deponderant.

— 10. *τοὺς δὲ ἔχοντας* —] idem est ac si dixisset: *τοὺς δ' ἔχοντας τὸν μισθὸν τῆς προδοσίας, καὶ οὐ μόνον αὐτοὺς ὁμολογοῦντας ἔχειν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τούτῳ ἐξελεγχομένους*.

— 12. *τούτους οὐ κρίνεις* —] idem est ac si dixisset: *τούτους οὐ μόνον οὐ κρίνεις, ἀλλὰ καὶ σώζειν κελεύεις*.

— 17. *τούτων*] cohæret cum *ὅστις*. unus quisquam horum furum.

— 24. *οὐδὲ εἷς*] scil. *τούτων τῶν κοινὰ παρεκλεγόντων*.

— 25. *ἀδικοῦντες*] subaudi *οἷα νῦν ἐκεῖ ἀδικεῖται*.

436. 2. *Πτοιόδωρος*] rectius per *οι*, quam per *υ*, exaratur, quia ductum est a nomine Apollinis *Πτοΐου* vel *Πτῴου*, terrifici, terrorem injicientis.

— 5. *ὁ δ' ἔνδον*] Ptoiodorus intus in urbe clam, tecte conturbatis in negotiis rerum suarum satagebat, ad lubitum suum omnia conformabat. veluti si quis lac pinsendo butyrum inde efficiat. est utique comica et trivialis locutio, foro tamen non ideo indigna.

— ibid. *τοιαῦτα*] et quæ sunt alia talia exempla complura.

— 10. *τούτῳ*] non redit ad Æschinem, sed ad illum infinite adumbratum in *ὃν* versu 9. quicunque is est — hunc afficite pœna conveniente.

— 18. *ἐσπουδακότες*] scil. præpollere legibus et sanctitati atque severitati et majestati judiciorum et religioni jurisjurandi.

— 20. *μαντεῖαν*] recte habet, quamquam e versu 22, 23. leg. videatur *μαντεῖας*. non sunt istæ *μαντεῖαι* v. 23. dictæ nisi unum oraculum.

— 25. *εἰ μὲν τοίνυν* —] Schol. Hermogenis p. 110. 12. *τούτοις δὲ παραπλήσιον καὶ τὸ παρὰ Δημοσθένει ἐν τῷ περὶ παραπρ. ἐν οἷς, τοῦ Θεοῦ χρήσαντος τοὺς ἡγεμόνας φυλάττεσθαι, κατασκευάζει ὁ ῥήτωρ ἀπὸ τοῦ καιροῦ, ὅτι τοὺς ῥήτορας λέγει [scil. ὁ θεὸς, Apollo Pythius]. ἐν εἰρήνῃ γὰρ ἔχρησεν, οὐκ ἐν καιρῷ πολέμου.*

— ult. *οὗτοι γὰρ ἠγοῦνται*] Hermogen. p. 299. *κατὰ μέντοι κόμμα εἰ γένοιτο, πλέον ἔχει τὸ γοργὸν, οὐ μὴν οὐδ' οὕτως ἀπήλλακται τοῦ κάλλους. οἷον· οὗτοι γὰρ ἠγοῦνται. τούτοις πείθεσθε. ὑπὸ τούτων δέος ἐστὶ μὴ παρακουσθῆτε.* citat quoque Alexander Rhetor l. 2. cap. *περὶ πολυπτώτου*.

437. 2. *δεῖν*] abest a multis libris, et potest abesse sine damno sententiæ. si omittatur, saltim duæ primæ ejus literæ servandæ erunt. vel potius servandum *δεῖν*, sed primæ duæ ejus literæ sunt iterandæ ad hunc modum: *καὶ τὴν πόλιν δὲ δεῖν συνέχειν φησὶν ἡ μαντεία*.

— 7. *ἀεὶ δεῖν*] manifestum cum sit *ἀεὶ* pravam esse scriptionem insequentis v. *δεῖν*, tolli velim hoc vitium.

— 10. *Διώνη*] omuia h. l. recte habent. ne litera quidem est temeranda. Canterusque Lambinusque frustra conati sunt. *ἔξωθεν οἱ ἐπιξουλεύοντες, ἔνδοθεν δὲ οἱ συμπράττοντες*, sunt particula oraculi. Particulas ejusmodi oraculorum intexere suæ orationi solet orator, atque suis interpretationibus prosequi.

— 14. *ἐκσώζειν*] e discriminibus judiciorum eripere. *κἂν ἀπ' ἀνθρωπίνου λογισμοῦ* recte habet. vel mera meditatione atque contentione humanæ rationis, etiamsi divinitus id haud docearis.

— 22. *ἐπαίρειν τούτους*] correxi de meo sensu. *ἐπαίρειν*. hic finitur prior sententia. jam init nova, uno vocabulo *τούτοις* circumscripta. *his*, his, inquam, rebus Philippus dominatum adeptus est.

438. 3. *μεθ' ὧν ἢ καλῶς*] malim *μεθ' ὧν*,

ἢ ἄνευ ἂν [vel ἢ χωρὶς ὤν] καλῶς ἢ κακῶς. quibus suffultus quisque bene rem gerat, destitutus autem male.

— 13. *συσκευάζεσθαι*] convasare, compilare, in manticam infercire, tanquam fures solent, furta raptim aufferre festinantes. Sententia est: alia Peloponnesi oppida ex aliis sibi devincire, et in servitutem pertrahere.

— 15. *τοὺς πολλοὺς*] tolle rursus uncos, quibus vocabula καὶ *πολλοὺς* circumsepsi, existimans *πολλοὺς* aut scholium, aut Variantem Lectionem v. *μακροὺς* esse. in quo erravi. vehementer ista inter se differunt. *πολλοὶ λόγοι* sunt orationes sæpe, crebro habitæ, *μακροὶ* longæ, copiosæ. illud multitudinem universarum, hoc longitudinem cujusque indicat.

439. 20. *ἆρά γε ὅμοια*] scil. ἐδημηγόρει, quod a communi e versu 17. tacite et hic est iterandum, et ad *ἀλλὰ* versu 21.

440. 1. *ἔστιν οὖν ὅπως* —] idem est ac si dixisset: *ἐγχωρεῖ τὸν ἐκεῖνα πρωειρηκότα, νῦν, τὸν αὐτὸν τοῦτον, ταῦτα εἰπεῖν μὴ διεφθαρμένον.* possitne fieri, ut qui ista superius relata, dudum ante dixerit, nunc istæc, illis prorsus contraria, dicat, nisi corruptus largitionibus interim fuisset.

— 25. *καὶ τῶν ἐλπίδων*] scil. recuperandæ aliquando libertatis.

— 27. *ἔχετε*] repete tacite e versu 18. *ἐνθυμεῖσθε*. Ad *ἔχετε* subaudi *ὑποχείριον*. cogitate vos nunc in potestate vestra habere hominem impurum, conscleratum, sed versipellem, cujus orationi credere, ab ejusque lacrymis, crocodiliuis nempe illis, ad misericordiam flecti, nefas sit.

441. 6. *ἐν ἀρχῇ*] designat locum p. 438. 16. sqq.

— 14. *οὕτω σκαιὸς ἢ ἀνήκοος*] prætuli *οὕτω σφόδρα σκαιὸς καὶ ἀνήκοος*. ecquis tam scævus, tardus, crudus, stipes est, omnisque liberalis disciplinæ expers. nam ad *ἀνήκοος* subaudiendum est, *τῆς καλῆς παιδείας*, aut *τῆς δόξης τῆς ἡμετέρας πόλεως*.

— 16. *ὅστις*] adde necessario *φήσειεν ἄν*, sine quo sententia ruet. qui id, quod interrogetur, affirmet, assensuque suo verum id esse aiat.

422. 5. *συλήσας καὶ διασύρας τῷ λόγῳ*] transposui vocabula de meo sensu sic: *διασύρας καὶ συλήσας τῷ λογῳ*. quia, 1. *διασύρειν* simpliciter dicitur, sine *τῷ λόγῳ*. quod per se ad *διασύρειν* subauditur ab audiente quoque. verum 2. *συλᾶν τὰ τῶν πεγόνων ἔργα*, est dura, audax, inusitata, inaudita dictio, ubi necesse esset modum quoque spoliationis declarari, non *manibus* spoliare, sed *verbis*.

— 6. *εἶτα*] ideoque oratores. quare nil mirandum est te late arare.

— 7. *καὶ γὰρ αὖ τοῦτο*] scil. *τὸ καινὸν ἔγκλημα σκοπεῖτε*.

— 10. *χειροτονηθῆναι*] scil. *γραμματεὺς ἐν τῇ θόλῳ*.

— 15. *ἴσα βαίνων*] Citat h. l. Minucianus p. 152.

— 19. *ἔτι*] tolle rursus uncos.

— 20. *ἐπελθεῖν*] correxi *ἐπανελθεῖν*, repetere, recapitulare. recapessere a principio.

433. 6. *ἦν δ' οὐδὲν* —] constructio verborum hæc est: *ἦν δ' οὕτως, οὐδὲν διὰ τοῦτο μᾶλλον, αὐτῷ δυνατὸν, ἔχον τι μέγα καθ' ὑμῶν πρᾶξαι*. erat autem ei, Philippo, ne sic quidem, etiam hoc effecto, et nil ideo magis, datum atque licitum, contra vos magnum quid patrare, h. e. gravi et insigni clade vos debilitare. *οὐδ' οὕτως* post *οὐδὲν μᾶλλον* non est supervacaneum. nam idem est atque *διὰ τοῦτο*. jam comminiscere, sine *οὐδ' οὕτως*, sic scriptum esse: *οὐδὲν διὰ τοῦτο μᾶλλον. nil ideo magis.* et exsistet eadem prorsus sententia.

— 11. *εἶναι*] hoc posterius immerito accusatur, et eliminatur, ideo quod idem vocabulum modo præcessisset. quasi sat gravis hæc causa foret. ferrem, si *εἶναι* utroque loco idem significaret, sed prorsus aliud isto, aliud hoc loco significat; illo, datum esse, licere sibi, *ἐγχωρεῖν*. hoc autem simpliciter *esse*. nil aliud *ἀνάγκην εἶναι*, necesse esse.

— 18. *συγκαταστήσειν*] communi et conjuncta cum Thessalis opera efficere, ut his, Thessalis, locus inter Amphictyonas, quo adhuc caruerant, in locum exterminatorum Phocensium, daretur.

— 26. *ἡγούμενον καὶ στρατηγοῦντα*] duo hæc idem non significant. prius principem domi, seu in rebus civilibus, posterius principem foris, hoc est in castris, imperatorem rei bellicæ præfectum.

444. 7. *οὐδὲ ἂν ἐπιχειρῇ τοῖς ὅπλοις, δυνήσεται εἰ μή τις τέχνη*] distinxi et correxi, partim marte meo, sed ad ductum codicum, sic: *οὐδ', ἂν ἐπιχειρῇ, τοῖς ὅπλοις δυνήσεταί γε αἱρήσειν, εἰ μή τις τ.* etiamsi conetur, tamen ne sic quidem licitum sibi fore, non armis quidem profecto, capere et subjugare. nam *γ' αἱρήσειν* videbantur codices dare voluisse, alii *χαιρήσειν*, alii *χ' αἱρήσειν* dantes.

— 23. *εὗρον τοῦτο*] correxi *εὕρετο*. Philippus puta inveniebat, impetrabat.

— 26. *πορεύοιτο*] subaudi *περαιτέρω*.

— pen. *περὶ ταύτης*] scil. *τῆς βοηθείας*. deinde nil deest. nam vulgata idem dicit, atque si orator dixisset: *ἡ τέχνη τοῦ τοὺς χρόνους* —.

— ult. *ἀναγόντας*] est aut idem, quod *ἐπαγαγόντας τὸ στράτευμα*, aut eo modo usurpatum etiam hic est, quo sæpe occurrit usurpatum, ut videatur, et dicatur quoque a grammaticis, eleganter redundare, verum profecto non redundat, sed vehementiam impetus, incitationem in

cursus, contentionem, festinationem designat.

445. 5. κατεκωλύθην] prætuli κατακωλυθεὶς, qui nominativus aptus est e φαίνομαι versu 2. constat me fuisse impeditum, prohibitum cum navigio discedere. vulgata si servetur, etiam οὐχὶ δυνηθεὶς stare non possit, sed cum οὐκ ἐδυνήθην sit permutandum.

— 6. ἐκδοῦναι] prætuli ἐνδοῦναι. Philippo sese sponte sua dedere.

— 10. ἀπαγγελθήσεται] scil. αὐτοῖς, Phocensibus.

— 11. τούτοις πιστεύσας] malim γε interponi. his saltim, bis quidem, bis certe, procul dubio. legatis Athenienſium.

— 16. κινηθήσονται] scil. Athenienses.

— ult. προκατεσκευάζετο] correxi προσκατασκευάζεται. præter illa, quæ jam ibi sunt, adhuc alia nova comparat, condit.

446. 5. ἐν τῷ ἱερῷ] Apollinis Delphici puta. quod numen etiam versu 6. v. τῷ θεῷ designatur. jura ritusque patrios in templo Apollinis Delphici recte peragi et conservari in suo statu atque conditione primigenia. possit quoque eodem sensu καταστῆναι legi.

— 20. δεδωροδόκηται] prætuli δεδωροδόκηνται in plurali. quia, si vulgata, h. e. singularis numerus, servetur, simplex δεδωροδόκηται stare non possit, sed leg. sit καταδεδωροδόκηται. pro largitionibus hæc omnia prodita, vendita, projecta esse, decora et præsidia reip.; lectionis autem a me subjectæ sententia hæc est: hos furciferos ista omnia mercede prodegisse. rursus tamen, recte pensiculateque si rem meditor, ne Græcum quidem videtur esse δωροδοκεῖν τι, in eo, quem dixi, sensu, pro largitionibus aliquid prodere, vendere, sed dicendum etiam tum erit, καταδωροδοκεῖν. ergo quoquo te vertas, verbum compositum hic videtur requiri, loco simplicis.

— 24. σφόδρα] subaudi δηλονότι, σφόδρα — nam hæc expositio ejus, si quid ambigui possit in v. ποιήσω. ne contra quam volo efficiam, hoc est, ne vobis incommodem. ista, jamdudum scientibus, nimia diligentia demonstrare atque enucleare contendens.

447. 1. διὰ τί] post διὰ τί adde tacita cogitatione (id quod item in aliis infinitis numero locis similibus a lectore quoque non tardissimo fieri debet, ut aptos atque molles transitus, veluti pontes intersternat) hujusmodi quandam copulam: οὔτε δι' ἀχαριστίαν, οὔτε δι' ἀδικίαν, οὔτε διὰ κακίαν. et tum bene cohærebit, velut conglutinatum, οὔτε γὰρ ἀχάριστοι.

— 10. πρέσ̃εις] subaudi, id quod res ipsa subjicit, ἀληθῶς καὶ ἐλευθέρως καὶ δικαίως ὑπὲρ ὑμῶν πρὸς αὐτὸν πρεσβεύσαντας.

— ibid. ὅπως] subaudi ἀπηνῶς καὶ ὠμῶς.

— 14. τοῦτον τὸν τρόπον] quo Xenocli-dem, quo Hegesippum ejusque socios accepit.

— pen. ἐγὼ γὰρ Αἰσχίνην —] Marcellinus ad Hermogenem p. 175. 12. αὐτοὶ δὲ ὁριζόμεθα ἐφ' οἷς τὴν κατηγορίαν ποιούμεθα. ὡς ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου Δημοσθένης. Αἰσχίνου γὰρ ἄγοντος ἐπὶ τὸν Χάρητα τὴν αἰτίαν τῶν ἐγκλημάτων, ὡς στρατηγὸν, πρὶ μὲν τούτου οὐδὲν ἔφη (Demosthenes) ἰσχυρίζεσθαι, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα λελῃθότως ἀπολογεῖται ὑπὲρ Χάρητος, ὡς πάντα ὑπὲρ τῆς πόλεως πράξαντος. ᾠείσατο δ' ἐφ' οἷς Αἰσχίνου κατηγορεῖ, εἰπών· ἐγὼ γὰρ Αἰσχίνην οὐδὲν αἰτιῶμαι τούτων τῶν ἐν τῷ πολέμῳ πραχθέντων. τούτων γάρ εἰσιν οἱ στρατηγοὶ ὑπεύθυνοι. οὐδ' ὑπὲρ τοῦ τὴν πόλιν ποιήσασθαι εἰρήνην. ἀλλ' ἄχρι τούτου πάντ' ἀφίημι. εἶτα διορισμός· τί οὖν λέγω; καὶ πόθεν ἄρχομαι κατηγορεῖν; καὶ τὰ ἑξῆς.

448. 12. ἠδικηκότα] videtur Philocratem designare.

— 26. οὐδὲν τῇ εἰρήνῃ συγχωρηθὲν, οὐδὲ πεισθέντων ὑμῶν ἔχει Φίλιππος] correxi locum partim e libris, partim marte meo, sic: οὐδ' ἐν τῇ εἰρήνῃ (sic est in libris) συγχωρηθὲν οὐδὲν (hoc meum est) πεισθ. ὑ. ἔ. φ. neque habet Philippus quicquam a volentibus vobis in pace concessum.

— ult. φεύγῃ] φεύγειν est a loco quodam tractando, ut captioso, et discriminoso, a crimine purgando, quod ægre scias dilui posse, refugere. ad πάντα subauditur ἄλλα, sive ἢ ταῦτα, quam hæc.

449. 3. ὡς οὐ σὺ συναίτιος εἶ] detraxi de voce penultima primam syllabam, h. e. pro composito συναίτιος sufficit simplex αἴτιος. non enim quærebatur, essetne aliis culpæ consors, sed hoc, essetne culpæ reus. Convenientius utique legeretur totus locus sic: μὴ λέγε, εἴ τις συναίτιός ἐστι καὶ ἄλλος τοῦ φωκέων ὀλέθρου, ἀλλ', ὡς οὐ σὺ αἴτιος εἶ, δεῖξον. Transponenda modo fuerant ista vocabula. Et nunc demum videor idem Marklando quoque dudum ante me in mentem venisse.

— 4. τί οὖν, εἴ τι —] quæ de transpositione versus hujus Taylor comminiscitur, nemo facile probet. Sunt enim non validiora, quam quæ Wolf attingit, unde colligo, fuisse, quibus in mentem veniret, in locum Demosthenis nomen Charetis esse sufficiendum. id quod res statim refutat. Chares enim, legatione non functus, nullam quoque legationis rationem reddidit, sed Demosthenes suæ reddidit. Locus recte habet. tenendum modo, non hanc Demosthenis ipsius esse orationem, sed judicum, Æschinem objurgantium, eique occurrentium. Formulas orator hic judicibus administrat, tanquam tela, quibus Æschinem confodiant; aut subsidia, quibus perfugia ejus, frigidarumque excusationum latebras intercipiant et præcludant. Hæc formulæ procedunt usque ad ἐπαινεῖς hujus paginæ versu 12.

— 9. ἐπονείδιστον] sufferi fœmininum ἐπονείδιστος. redit enim ad εἰρήνη. pax pudenda, probrosa, ignominiosa.

— 10. πάντα] post πάντα deesse videtur διὰ σέ.

— 11. καὶ] subaudi καὶ τοῦτο λέγετε πρὸς αὐτὸν, ὦ δικασταί. etiam hoc ipsi occurrite. Eccur autem tantorum malorum, tantarumque injuriarum auctorem pergis laudare? Philippum puta.

— 12. φυλάττητε] acribus oculis motus et conversiones ejus omnes observetis, flexusque palæstricos, quibus conetur nodos vestros eludere atque effugere.

— 14. ἔσται] post ἔσται deest φανερός. constabit, aut plano et indubitato documento testatum dederit Æschines, se non hoc egisse, ut bona fide se purgaret, sed hoc solummodo, ut declamando specimen sonoræ vocis ederet.

— 16. καθυποκρινούμενον ὑμᾶς] se histrionica voce atque gesticulatione sua vos circumventurum, et tanquam præstigiis quibusdam occœcaturum atque dementaturum.

— 18. τῶν ἐπὶ Τροίᾳ] scil. πολεμησάντων, aut πεσόντων. alii dant ἐπὶ Τροίαν. ut οἱ ἐπὶ Θήβας. ubi στρατευσάντων vel simile quid subauditur.

— pen. δίκαιον] non jam σκοπεῖν, quærere, noscitare, circumspicere, sed δοκιμάζειν, deligere, probare. alias utique malim cum Augustano legi εὔφωνον, in accusativo, et sine εἰ. nam si dicere licet σκοπεῖν πρεσβευτὴν δίκαιον, explorare, num quis justi et recti tenax sit legatus; nil video, cur minus liceat dicere, σκοπεῖν κήρυκα εὔφωνον, num præco quis vocalis sit.

450. 1. Θαυμάσας] quod magni vos facere, in salute vestra magnum esse situm momentum, ideo vos redemi atque servavi, qui Philippum nihili facerem. Respondet ex opposito versu 3. ὑμᾶν δὲ ὑπερεώρα.

— 14. ἐπιεικῶς εἰσὶν αὐτάρκεις] *sic satis*, aut *sæpissime, plerumque*, ipsæ sibi sufficiunt ad usum fructumque sui, ut alieno suffragio nil indigeant.

— 20. εἰς ἀνάγκην τῶν —] malim εἰς ἀνάγκην τοῦ τῶν δικαίων τι ποιεῖν.

— 24. τὰ λοιπὰ ποιεῖν] reliqua facere. quæ reliqua? sententia hæc cassa sunt. legi malim: τοῦ λοιποῦ τὰ δίκαια ποιεῖν βουλήσεται. volet Philippus in posterum jus et fas sequi.

451. 4. ἀφορμὴν] titulum juris hospitalis cum Philippo contracti, fundum quæstus esse, sortem lucrosam, matricam divitiarum.

## AD ORATIONEM ADVERSUS LEPTINEM.

Hoc loco humanissime monendi sunt Lectores, huc usque curam b. Reiskii in examinandis et recognoscendis animadversionibus suis progressam esse. Quicquid enim notarum hactenus impressum est, eas omnes limavit ipse, et retractatos passim diligentissime prelo paravit. Sed quæ sequuntur, cæ manserunt integræ, quales fuerant a. 1769. scriptæ, cum morbus, qui medium hunc cursum interrupit, vires b. Viri ita debilitaverit, ut retractando impar esset. Quare ut in schedis ejus singula reperta sunt, ita nunc bona fide Lectoribus exhibentur.

ΠΡΟΣ ΛΕΠΤΙΝΗΝ] De ætate hujus orationis aliisque v. Photii Bibl. p. 802. Limatam hujus orationis dictionem laudat Hermog. p. 301. initio. De gallica hujus orationis interpretatione per Le Cointe judicium Valckenarii v. ad Herodot. p. 398.

ΠΡΟΣ ΛΕΠΤΙΝΗΝ] Sopater ad Hermogenem p. 74. 29. Δικανικὸς ὁ περὶ Στεφάνου. καὶ γὰρ ζητεῖται καὶ ἀμφισβητεῖται, εἰ ἄξιος Στεφάνου ὁ Δημοσθένης, ἢ μή. ἀλλὰ καὶ οἱ Φιλιππικοὶ, συμβουλευτικοὶ ὄντες, εἰ χρὴ Φίλιππον Ἀμφικτύονα ποιῆσαι πανηγυρικῶς μελετᾶται [sic]. καὶ γὰρ πολύς ἐστιν ἐνταῦθα Δημοσθένης κατὰ Φιλίππου δημηγορῶν. ἀλλὰ καὶ ὁ πρὸς Λεπτίνην, δικανικὸς ὢν τῷ εἶδει, μικτῶς μελετᾶται. συμβουλευτικῶς φησὶ καὶ πανηγυρικῶς.

457. 1. ἄνδρες δικασταὶ —] Initium orationis citat Hermog. p. 105. it. p. 280.

— 12. εἴρηται] scil. hæc est oratoris secunda actio hujus causæ. Phormio eam jam ante Ctesippum egerat. ut e p. 472. 12. constat.

— 18. ἐξεῖναι δοῦναι ὑμᾶς, τὸ δοῦναι ὑμῖν ἐξεῖναι] correxi distinctionem, comma collocando post primum ἐξεῖναι, et delevi primum δοῦναι. nam constructio hæc est: ἀφείλετο ὑμᾶς, τὸ ἐξεῖναι ὑμῖν δοῦναι. *abstulit vobis potestatem largiendi.* manifeste inter se opponuntur, τοὺς μὲν ἔχοντας ἀφείλετο — — ὑμᾶς δὲ ἀφείλετο —. Ad primum ἐξεῖναι subaudiendum est e superioribus ἀτελῆ εἶναι. Sententia igitur hæc est: *eo autem quod adscripsit* μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι (neque in posterum liceto cuiquam immuni esse), *abstulit vobis facultatem largiendi*, sc. *hanc immunitatem.*

— ibid. ὑμῖν] verum est. ἡμῖν, quod Aog. dat, tametsi blanditur, est tamen παραδιόρθωσις.

— 20. νομίζων] in aliis est ἐνόμιζεν. unde suspicor quibusdam libris olim ἀφείλετο plane abfuisse; eamque lectionem probo, sic ut sic legatur: ὄντες τοὺς ἔχον-

τας ἔχειν τὴν δωρεὰν ἀναξίους ἐνόμιζεν, οὕτω καὶ τ. δ. quemadmodum immunitate gaudentes indignos judicavit, qui ea gauderent, ita vos quoque indignos judicarit, qui eam daretis.

— pen. omittunt aliqui τὰ ἑαυτῶν. hi τὴν ἀτέλειαν relinquunt subaudiendum.

459. 7. τούτου] *Leptinis* puta. alii dant τούτων. quod perinde est. *Leptinis* et *sociorum* ejus.

— 14. ἧς] scil. ἀτελείας vel δωρεᾶς.

— 16. αὐτοῖς] correxi αὐτοὶ, *nos ipsimet*. Sive id ad προσταθείκαμεν referatur, sive ad ἀφελούμεθα.

— 19. ἀψευδῆ] potest quodammodo defendi, scil. μέτρα καὶ νομίσματα καὶ βάρη δεῖ ἔχειν προχειρῆ, vel tale quid subaudiendo. verumtamen præfero ἀψευδεῖν, scil. δεῖ. Constructio est: νόμον [hoc est, ἐν τοῖς νόμοις] γεγράφθαι τὸ ἀψευδεῖν. *abstinentiam a mendacio et fraude in legibus esse atque imperatam*. et sic quoque Valesius ad Harpocr. p. 105. Possit quoque ἀψεύδει, in imperativo verbi ἀψευδεῖν legi. abstine te a fraude et mendacio, in foro, h. e. in rebus ad emotiones atque venditiones, contractus et sponsiones, pertinentibus.

— 25. ἀπόλλυται] correxi ἀπόλλυτε. ob sequentem accusativum δόξαν χρηστήν. qui nominativo esset mutandus, si χρήματα haberetur pro nominativo, et ἀπόλλυται servaretur.

460. 1. οὐδένα] aut deest οὐ μόνον ante hoc vocabulum, aut certe subaudiendum est. omitti οὐ μόνον solere, alio quodam loco exemplis demonstravi. *non solum discrimen nullum defugerunt, sed etiam facultates ipsi suas impenderunt*.

— 7. ὅτι τοίνυν οὐδ' ἐστὶν ὅλως] locum hunc e memoria sic recitat Aristides p. 358. ἵνα τοίνυν γνῶτε, ὡς οὐδέ ἐστι τοῦ τῆς πόλεως ἤθους κύριον ποιῆσαι τοιοῦτον νόμον.

— 11. λέγονται] Citat h. l. Aristides τεχν. p. 184. et p. 121.

— 18. τοῦτο] id nempe quod statim versu 19. commemoratur, pecuniam in commune conferre, quo nomen contractum diluatur.

— 19. χρήματα] sustuli comma post χρήματα et post ἐλέσθαι distinxi, addidique καὶ, ut hæc sit sententia: *eos decrevisse pecunia collatitia debitum æs diluere, et contulisse quoque re vera*.

461. 2. ἀλλά τι] correxi mutato tantum accentu ἀλλὰ [σκοποῦν scilicet] τι [id est, ὅ,τι]. *sed hoc quoque considerans, quidnam sit actu gestuque honestum*. πρᾶξαι est idem atque ὥστε πρᾶξαι, *ad agendum*. Est idem ac si dixisset: ἀλλὰ καὶ τοῦτο σκοποῦν, εἴ τι, vel ὅ,τι καλὸν πρὸς τὸ πρᾶξαι.

— 3. οἶδα — οὐδὲ σύνιδα] prius ad famam, posterius ad conscientiam pertinet. multa quis οἶδεν ἂν de aliquo, fama ad se perlata, de quibus dubitet, aut non audeat pronunciare, certa sint et vera, an falsa, quæ ipse quidem illi haud σύνοιδεν. Verum ille σύνοιδεν alicui, conscius ei est, eorum, quæ certo novit, et testis oculatus sit, eum ista perpetrasse, tametsi eorum nihil per famam compererit. οἶδε qui audivit. σύνοιδε qui vidit.

— 5. σκοπῶν] scil. τὸ ἦθος τοῦ Λεπτίνου.

— ibid. τούτου] scilicet τοῦ ἤθους τῆς πόλεως.

— 7. δέσθαι, καὶ] correxi θέσθαι δοκεῖν, καὶ — contra versu 10. sustuli δοκεῖν post γενέσθαι, secutus auctoritatem Augustani, et hoc maxime, quod τὸ δοκεῖν melius cum κάλλιον, quam cum λυσιτελέστερον conveniat. decus et honestas continetur τῷ δοκεῖν, opinione hominum. verum τὸ λυσιτελὲς, emolumentum hominum, magis re, quam opinione. Sententia est hæc. *Præclarius aio esse, ad famam, si* (vel *ut*) *videatur Leptines vobis potius in lege abroganda obsecutus esse, quam ut vos videamini ei in roganda et accipienda obsecuti esse; vobisque pariter atque illi magis aio conducere, ut civitas Leptinem adducat, ad mores civitatis imitandum, quam ut Leptines mores civitatis ad suos transformet*.

— 19. τιμᾷν] Markland vult νικᾷν. ego vero vulgatam servo. Sententia est: nemo potest magis aliquem ornare, quam tyranni et optimates, usum solum et fructum si spectes, quem percipiunt hi, qui ab iis ornantur. τιμᾷν, est, aliquem ornare quocunque honoris, beneficii, muneris, officii genere. Affirmat orator penes regulos plura esse et splendidiora munera, quibus eos, quos velint, ornent, quam penes liberas civitates. cujusmodi sunt pecuniæ, et quicquid pecuniarum affatim et repente affert, prædia, munera in rep. fructuosa; quos autem civitates conferant honores, cujusmodi sunt statuæ, et hæ pæne solæ, honorificos quidem ait illos esse, sed steriles, speciem gloriæ habentes, sine veritate emolumentorum.

— 21. τιμῇ] significationem grati animi memorisque si spectes, qui, quem honoris signo aliquo externo afficiat, eum velit a se ornari, et inter omnes constare de suo erga eum studio.

— 27. ἐκείνοις] intellige apud capientes munera a tyrannis; vel et apud tyrannos ipsos.

462. 6. αὐτῶν] redit ad v. 5. τῶν καθεστώτων. *non mediocrem illi detrahit custodiam atque præsidium*, præsenti puta constitutioni reip.

— 21. ἐκείνας] eas puta contributiones, quibus inquilini civesque tenentur imperatis, in orbem redeuntibus, præter illas, quibus reip. salus continetur, quarum venia prorsus nemini datur.

— 22. ἀφήσει] scil. ἀτελείᾳ.

— 25. τὴν ἀναγκαίαν ἀτελείαν] *necessa-*

*riam immunitatem* appellat eam, qua fruuntur pauperes, qui cum nihil habeant, nihil possunt ad onera reip. sublevanda conferre. neque potest quicquam ab iis vel vi redigi. quare connivetur iis necessario. Marklandus temere hic argutatur.

465. 2. ἢ *τεσούτους*] malim ἢ δὶς *τοσούτους. bis quinque* sunt *decem*. et hoc recepi de meo arbitrio.

— 5. *σκεψώμεθα* —] Citat b. l. Aristides *τεχν.* p. 252.

— ibid. *τί τοῦτ' ἔσται τῇ πόλει*] scil. *μέγα κέρδος*.

— 7. δεῖ] malim δεῖν. Plena sententia hæc foret: *φανήσεται γὰρ τὸ κέρδος οὐκ ἄξιον τῆς γενησομένης αἰσχύνης, οὐδὲ πολλοῦ δεῖν* [id est, *οὐχ ὅστε πολλοῦ δεῖν*], *ἀλλὰ τοῦ παντός*. Constabit enim sic, lucrum inde proventurum cum turpitudine inde ad nos reditura non esse comparandum, non, aliqua, quamvis parva, ratione, sed plane nulla. Nos dicturi simus pro nostra, quæ hodie dominatur in scholis, Latinitate. emolumentum cum dedecore prorsus nullam proportionem habet. illud cum hoc plane comparari nequit. contentioni inter hæc duo locus plane nullus est.

— 16. *τριάκοντα ἀνθρωποι, ἢ πλείους*] malim et comma et ἢ tolli; ut hæc exsistat sententia: *ut itaque in posterum semper homines triginta conferant numero plures, quam nunc conferunt*. sic scripseram, antequam membranas Augustanas inspicerem, a quibus et distinctio (punctum puta, nam comma illis membranis ignotum est) et ἢ abest, quare sustuli utrumque.

— 18. *ἡμῖν*] malim ἢ *νῦν*, scil. *λειτουργοῦσιν*.

— pen. *λειτουργῇ*] necessariam puto emendationem in margine propositam, cujuscunque aut undecunque depromta est, *οὐ λειτουργῇ*. *non conferat*. ea nempe lege, ut *τούτων* et *αὐτοῖς* ad eosdem redeat. *δίδασι* redit ad legem Leptinis. *Solummodo id tempus cuique liberum relinquit lex Leptinis, quo vacat a collatione*, vel *functione oneris*. potest tamen vulgata, a qua negatio abest, defendi, si *τούτων* et *αὐτοῖς* non ad eosdem, sed ad diversos referas, et *τούτων* quidem, ad eos, qui, cum antea immunes a contributione per aliquod privilegium essent, nunc a lege Leptinea coguntur contribuere; *αὐτοῖς* autem ad eos, qui nonquam immunitate gavisi sunt, sed semper necesse habuerunt contribuere. Hæc olim. Bene habet vulgata. *ἀνάπαυσιν* redit ad *τῶν τριηραρχιῶν*. quo quisque anno *λειτουργεῖ*, eo liber est a trierarchia. Sed anno *τῆς λειτουργίας* peracto, redit ad solennia munia *τῆς τριηραρχίας*.

464. 12. *κεκτῆσθαι*] qui codices omittunt, illi subaudiendum e superioribus relinquunt, ἔχειν *πολλά*. Sed planior est vulgata.

— 20. *πλούτου*] non repugnat hic locus illi superiori, neganti pecuniam in ærario esse, nam tametsi fiscus pauper est, possunt tamen privati homines opibus abundare.

— 23. ἔχειν] idem est atque δεῖν ἔχειν, *oportere habere*.

— 27. *ἀναπαυομένους*] subaudi *ἀπὸ τῆς ἀτελείας*.

— pen. *εἰς μέσον γιγνομένας*] est, in commune pari et quæri conferrique. Sententia est: Emolumenta, quæ hi osores immunitatis aiunt ex aliquorum ab oneribus contributionis relevatione ad rem eorum familiarem accessura, bono publico cedere, omnium salutem confirmare, omnium opes augere.

— ult. *δήπου, ὅτι*] correxi *δήπου τοῦθ', ὅτι*. v. p. 466. 21.

465. 7. *τοῖς θεωμένοις ἡμῶν*] nam non omnes spectatum ibant.

— 9. *ἐνθάδε*] scil. *ἐν ταῖς χορηγίαις*.

— 10. *ἐκεῖ*] scil. *ἐν ταῖς τριηραρχίαις*. quod æs necesse non habent divites choris impendere, idem æs conferent ad remp. in obeundis trierarchatibus.

— 16. *τοῦτον*] dedi de meo *τοῦτο*, scil. *τὸ μέρος τοῦ νόμου*. hanc particulam legis, quam orator scribæ digito demonstrabat prælegendam.

— 22. ἔχειν] post ἔχειν suspicor desiderari δοκεῖν. *quam ut videantur, censeantur, possidere tantum, ut trierarchatus gerere debeant*.

— 26. *τίνα οὖν ῥαστώνην* —] videtur hæc esse sententia: *Non video*, quomodo tua lex, Leptine, *τοὺς πολλοὺς*, multitudinem popelli, sublevet, augendo numero ludos facientium, accessione perquam exigua. nam ab ista tua severitate non plures quotannis, quam quini, summum deni, contributione ad ludos facienda relevantur, quibus nunc illud onus incumbit, illorum loco, quibus resp. immunitatem concessit.

466. 3. *παρὰ τοῖσδε*] in hoc judicio, vel conventu, coram his judicibus, et ab illis.

— 7. διειρῆσθαι] correxi διηρῆσθαι a verbo διαιρέω. *quod non esset distinctum, definitum*.

— 20. *καὶ ταῦτα ὧν*] potest exponi, *καὶ ταῦτα ἐκ* [vel *ἀπὸ*] *τούτων, ὧν*. sed quia hoc paulo durius est, malim *καὶ ταῦτ' ἀφ' ὧν*, id est, *ἀπὸ τούτων, ὧν* — idque eo genere rerum, quo nostra civitas inprimis indiget.

— ult. *τὴν ἀτέλειαν, ἅπασι δέδωκεν ὑμῖν*] desidero hic aliquid. planius utique dicturus erat sic: *ἔχων γὰρ ἐκεῖνος καὶ τοῖς παισὶ τὴν ἀτέλειαν τὴν παρ' ὑμῖν, καὶ αὐτὸς τὴν παρ' ἑαυτῷ ἀτέλειαν ἅπασι δέδωκεν ὑμῖν. nam cum a vobis immunitatem vestram ade-*

*ptus esset sibique liberisque, et ipse rursus vobis omnibus suam largitus est immunitatem.*

467. 7. τρισχιλίους] ter mille et quod excurrit. ergo universe decies et ter mille medimnos, cum excessu.

— 9. προκατασκευάσας — Θευδασίαν] secutus hic Tayl. correxi προσκατασκ. — Θευδοσίαν. Quod Phil. Melanchthon fertur hoc de nomine in sermone familiari, aut in scholis ad coronam tironum ejecisse, lusus ille est ingenii. θευδ. potest cum *Teud*, h. e. Theotisco, et ος cum *Haus* conferri; sed per jocum. neque dignum id erat, quod in dedecus summi viri ad posteros traderetur. Sententia est: cum Leuco, præter Bosporum, antiquum emporium, quod et jam dudum in fancibus Ponti fuisset, novum aliquod apud Theodosiam condidisset.

— 16. ἀλλὰ τοσοῦτον] f. ἀλλὰ καὶ τοσοῦτον. et sic conjectavit quoque Markl. *copiam frumenti misit vobis, non modo sufficientem, sed tantam quoque, ut ex eo, quod post expletas vestras necessitates redunderet, vendito redigerentur XV. talenta.*

— 19. γεγενημένον] post γεγενημένον aut subaudiendum est, aut potius addendum ποιήσειν. *quid eum existimatis facturum.*

— 21. καὶ μηδ' ἂν] idem est, ac si dixisset: καὶ ψηφισαμένους μὴ ἐξεῖναι δοῦναι, μηδ' ἂν μεταδόξῃ ποτέ.

468. 17. ἔσεσθε] omittunt aliqui codices, illi puta, qui φανήσεσθε e superiori φανεῖται v. 15. subaudiendum relinquunt.

— 22. ἀφῃρήσθε] malim ἀφῃρήμεθα ob sequens ἐροῦμεν.

— 23. ποτε] *quid tandem.* malim tamen τότε. *tunc temporis*, si id fiat. ψήφισμα hic loci est responsum Leuconi dandum. ὑπὲρ ὑμῶν, *loco et nomine nostro.*

469. 4. ἀντιδώσει] non video, quomodo quis defugiat, si Leuco jure ἀντιδόσεως uti velit, quo minus facultates cum Leucone permutet.

— 9. ἐστὶ δὲ τοῦτο οὐ τῆς δαπάνης] correxi ἐστὶ δ' οὐ τὸ τῆς δαπάνης. *non impendio maxime angitur*, non dolet atque irascitur maxime ob sumtus, qui ei tum erunt faciendi.

— 11. οὐ τοίνυν, ὦ —] Citat h. l. Aristides τέχν. p. 208.

— 15. λαβεῖν τότε] Argutatur hic, ut alias quoque haud raro, Marklandus præter rem. Sententia est: *cui nunc peroportunum accidat, se olim impetrasse immunitatem.* quo quid esse potest planius.

— 16. Κερκυρεαῖος] alii Κυρηναῖος. Sed vulgatam præfero. frequentior enim usus Atheniensibus erat cum Corcyræis, quam cum Cyrenæis, utpote qui Spartanæ essent originis.

— 24. τοιαύτῃ] tanta calamitate, quantam scil. et vos nostis, et nemo est qui ignoret.

— 27. ἐν τῷ πολέμῳ τῷ περὶ τῶν τριάκοντα μικρὸν] videtur posterius τῷ delendum esse. *in bello, paullo ante XXXtyrannos.* ὁ πόλεμος, *bellum*, κατ' ἐξοχήν, per eminentiam, videri queat tum dictum esse bellum Peloponnesiacum.

470. 7. καὶ παρ' οἷς ἦν] erat enim Epikerdes tum in Sicilia.

— 9. σώσοι] correxi σώσει. non quo vulgata male habeat, sed quod ἕξει sequatur.

— 10. μηδὲν] mavult Marklandus μηδείς. Sed vulgata bene habet: *ne qua pars vestri, quod in se quidem esset, defectu quodam premeretur.*

— 16. ὑμῖν. οὖ] post ὑμῖν videtur excidisse ὑμᾶς. Sed ipsimet vobis detrahetis fidem erga vos aliorum, fiduciam publicam, in fide et constantia vestra nitentem.

— 23. ψηφίσματα] correxi ψήφισμα. est enim unum tantummodo decretum, de danda Epikerdi immunitate. de altero beneficio, quo Epikerdes populum promeruit, largiendo talento, nil decretum fuit. nullus ei alius honos habitus est, præterquam immunitatis. Ille vero honos ei jam ob illas centum minas fuerat datus. Aut si ψηφίσματα servamus, cui quantum sit in sequentibus ἐκ τῶν ψηφισμάτων præsidium, me non fugit, legendum sit paulo ante: τὰ τοίνυν ψηφίσματα αὐτὰ ὑμῖν ἀναγνώσεται τὰ τότε ψηφισθέντα τῷ ἀνδρί. Optet quod quisque volet. Pluralem si præferimus, altero decreto data fuit Epikerdi immunitas, altero gratiæ ei de talento donato actæ.

471. 3. τῷ ποιεῖν ὑμᾶς εὖ] delevi vocem penultimam. Sententia enim est ad universos pertinens homines, non ad solos Athenienses. quicunque bene de aliquo merentur, hoc suo beneficio id merentur, ut ornati illo beneficio rursus ei gratiam reddant.

— 11. ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ τὸ δεινόν ἐστι] bene habet. *hoc vel ipsum est inprimis grave et atrox.* Si quid aliud in hac re est grave et atrox, hoc est omnium pessimum, quod nos, qui auferamus honores datos, differamus ab iis, qui dederunt.

— 12. εἰδόντες] correxi εἰδότες. (sine ν) *qui norunt*, Epikerden puta. παθόντες quoque servo, subauditur εὖ.

— ibid. τούτων] redit ad immunitatem, et si qui fuerunt alii honores Epikerdi a populo Atheniensi collati. et in πάσχειν subauditur ἑαυτούς. Sententia est: *Quod si illi, qui nossent Epikerden*, et *fructum beneficiorum percepissent, quibus ab Epikerde essent ornati, existimarunt, honores, quos ipsi compensationis ergo Epikerdi deferrent, meritu ejus haud excedere.* Sed suspicor adhuc aliam in libris versatam esse lectionem, scil. τοῦτον. quam reperi

in libro Weimar. neque illam contemnendam. Quod si illi, qui τοῦτον, hunc Epikerden, *nossent et ejus liberalitate essent ornati, existimarunt, eum non nisi meritis quæsita suis ferre præmia a se, qui eum rursus ornarent honoribus.*

— 15. αὐτὸς] bene habet, idemque est atque ὁ αὐτός. Sic Attici sæpissime.

— 22. εὐχέσθω] post εὐχέσθω videtur deesse βέβαια μένειν.

472. 1. ὑπέρρει] hic loci est active accipiendum. Sæpe ῥέω, ut Latinum *fluere* et *ruere*, idem est atque *effundere, pervertere.* Sententia est: nisi rerum harum omnium contemtus atque neglectus florentissimas respublicas clam et sine sensu carpendis et labefactandis eorum fundamentis subruerent.

— 9. οὐ τοίνυν μόνον —] Citat h. l. Aristides τεχν. p. 236.

— 21. ἃ παρ' ὑμᾶν —] Citat h. l. Arist. T. p. 256.

— 26. τοὺς στρατιώτας] suos scil. Coriuthios vestrosque.

473. 13. πρῶτον] cum ἔπειτα non insequatur, videtur aliquid deesse, aut πρῶτον non *primum* hic loci significat, sed *statim, confestim.*

— 21. ἰδὼν] correxi εἰδώς. *Si quis, ista qui nosset tempora, sive eo quod ipse interfuisset rebus tum gestis, sive quod audisset ei alio earum gnaro, cum is eas enarraret.*

— 22. ἀκούσας, ἀκοῦσαι] displicet ista iteratio, et recte abest ab Aug. posterius vocabulum. quapropter etiam uncis inclusi, mutata solummodo interpunctione.

474. 11. ἑκάστου] id est, ἑαυτοῦ. quomodo legendum esse, fui aliquando opinatus; nunc tamen ab illa opinione discessi.

— 14. σάζῃ] post σάζῃ subauditur εἰ ἄξιόν ἐστι τοῦτον ἀντιτιμᾶν καὶ ἀντευποιεῖν. et vereor profecto, ne tale quid desideretur. privati considerant, num quis dignus sit, gener, ut hoc utar, aut suus, aut alius cujusquam, aut ejusmodi quid fieri. Civitas autem, dignus num quis sit, spectans, hoc spectat, num quis, a quo sit ornata et e periculo servata, dignus sit, quem honoribus et præmiis remuneretur. vel subauditur potius. τοῦτον ἄξιον ἑαυτῆς κρίνει. hunc se dignum censet; h. e. dignum, qui suus Evergeta, sospitator appelletur.

— 15. κρινόμενον] inclusi uncis. satius fuisset plane tolli. dictio ἰδεῖν τι ἔχειν, οὐ νόμως καὶ δίκῃ, significat, *spectare quid*, h. e. dijudicare, æstimare, *ex ipsa re et facto, non e legibus, neque ex opinione hominum.*

— 20. ποιοῦμαι τὸν λόγον] correxi τοσοῦτον λόγον. Pronomen οὗτοι redit ad supra dictos, Leuconem, Epikerden, Corinthios exsules, vel ad hos, quos modo dixi postremos, tantum.

475. 10. εὐεργεσίαν] margo Lutet. sine auctore dat ἐπιγαμίαν. quam lectionem neque ego in meorum librorum ullo reperi, neque Taylorus in suorum. quapropter ea lectio mihi valde est suspecta. ἐπιγαμία non solebat singularibus hominibus, sed tantummodo totis populis tribui. Singulares si qui cives fierent Athenienses, cum civitatis jure jus quoque cives Atticas in matrimonium ducendi impetrabant, ut nil opus esset illis hoc jus disertis verbis impertire. Toti autem populi si jure civitatis Atticæ donarentur, de jure ultro citroque communicandorum matrimoniorum disertis verbis commemorabatur in decreto; et id merito quidem. Servamus itaque, invito quamvis Tayloro, εὐεργεσίαν, vulgatam lectionem, quæ significat, Archebio et Heraclidæ, Byzantinis, una cum aliis honoribus, hunc quoque decretum esse, ut εὐεργέται, benefactores populi Atheniensis, appellarentur. qui honor olim non mediocris erat, neque mediocri contentione et ambitione quærebatur.

— 12. τὰ δοθέντα] cum pro verbis τὰ δοθέντα liber Augustanus exhibeat ταῦτα, veni in suspicionem aliquando, in libris quibusdam antiquis fuisse: ἀφαιρεθῆναι τὰ δοθέντα, καὶ ταῦτα μηδὲν — quod in medio relinquo.

— ult. ἀκούσεσθε] malim ἀκούσαισθε.

476. 17. ἔᾳν] post ἔᾳν aut χρόνον deesse videtur εἶναι.

— 19. τοῦ τῆς πόλεως ἤθους] locum hunc citat Thomas Mag. v. ἦθος.

— 27. καὶ δή] *jam dudum, jam pridem.* lectio vulgata præstat illi, quam margo dat.

477. 6. ὅτι πολλοὺς εὐεργέτας] correxi ὅτι πολλοὺς ξένους εὐεργέτας. tertia vox incuria operarum Parisiensium excciderat. verumtamen etiam ab ed. P. Manutii abest. paulo ante, hoc ipso versu, pro δίκαιον malim δικαίως. *egerrime sim laturus, si hoc solum legis Leptineæ possim jure merito reprehendere, quod multos peregrinos bene de rep. meritos immunitate privet.*

— 8. ἄξιον] subaudi ταύτης τῆς τιμῆς.

— ult. πρὸς ὑμᾶς αὐτούς] id est, solos. opponuntur hi soli Athenienses toti Græcorum populorum universitati.

478. 4. ὥσπερ Ἀρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος ἔστησαν πρώτου] alii μετὰ Ἀρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα ἔστησαν πρώτου. forte ambæ lectiones in hunc modum sunt copulandæ, ὥσπερ Ἀρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος ἔστησαν μετὰ τούτους πρώτῳ. ut referatur ad præcedens αὐτῷ. erexerunt ei statuam, primo post Harmodium et Aristogitonem, ad exemplum eorum. h. e. quasi paribus ille factis pares quoque honores meritus esset. Sed nil opus est mutatione, modo interpungatur, ut feci, Ἀριστογείτονος, ἔστησαν πρώτου [subaudi αὐτοῦ, vel τοῦ Κόνωνος].

— 11. οὐ τοίνυν ὑφ' ὑμῶν —] Citat h. l. Aristides p. 238.

— 16. τοῦτο] partem illam designat decreti, qua concessa Cononi fuisset immunitas a contributionibus. Nam reliquos honores intactos relinquebat lex Cononis. V. v. 23. p. 479. 11. ult. 482. 16.

479. 15. ὑμᾶς] quod ab Aug. abest, facile patiar abesse. tangit hunc locum Athenæus p. 166. observante Casaubono.

— 21. ἴστε μὲν οὖν] Citat h. l. Aristides T. p. 260.

— 24. ὑμᾶς ἔχων] quomodo vos habentes, quomodo comparatos, in quanta rerum omnium inopia, quanta infirmitate, et animorum dejectione.

480. 7. τούτων] bene habet. harum, de quibus commemoro, et quas vos omnes nostis, insularum. Nominaverat paulo ante Æginam et Cyprum.

— pen. καὶ τριήρεις] malim καὶ τοσαύτας τριήρεις.

481. 4. ἄλογον εἴη· μίαν] videtur hic aliquid deesse; et sic statuit Marklandus. sed contra est. nil deest. Similes locos haud paucos ad Lysiam annotavi. v. etiam infra ad p. 742. 12.

— 10. τηνικαῦτα δὲ] volunt δή. noli audire. verum est δέ. mos ille est Homeri, Herodoti, optimi cujusque scriptoris, post δὲ præmissum, idem δὲ repetere, cum respondet Latino *itaque. posteaquam vero* — ἐπειδὴ δὲ — *tunc ergo* — τηνικαῦτα δέ.

— 23. κοινῶν] correxi καινῶν. opponuntur enim inter se *veteres*que *novæque* gratiæ.

482. 7. τούτῳ] scil. τῷ ἔθει. hoc more suo, caute agendi, utebatur, aut τῷ ἀσφαλεῖ. quod idem est.

— 8. τὸ καθ' αὑτὸν] subaudi ἴδιον μέρος.

— pen. αὐτὸς] ipse solus, nullo cum socio. pro μόνος.

483. 8. οὐδὲ γὰρ ὑμῖν ἁρμόττει] citat Aristides p. 272.

— 12. αὐτοῖς] vestris Evergetis, benefactoribus, non ipsorum amicis.

— 14. ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ] videtur ψήφισμα τῶν Χαβρίου τιμῶν leg. esse, quo ducit lectio Augustani ψηφίσματα Χαβρίου. in terminatione τα latet sine dubio τῶν. et sic conjecit quoque Markland, atque confirmatur a Bav. quare sic correxi. v. p. 482. 21.

— ibid. οἷς ἀκηκόατε] imo vero οἷς οὐκ ἀκηκόατε. *præter alios multos, de quibus me nil audivistis commemorantem.* aut alias amplectenda lectio codicis Augustani: πρὸς πολλοῖς ἄλλοις, οὓς ἀκηκόατε, εἰσίν. *præter alios multos* [a me tacitos præteritos] *sunt illi, quos audivistis.* spernit hanc lectionem Taylor, sed immerito.

484. 13. αὐτὸν] malim αὐτός. et hoc recepi meo periculo, ob sequens λύων, quod videtur huc potius, quam ad τιθῇ, referendum esse.

— ibid. ὃν ἂν τιθῇ] F. ὃν ἀντιτιθῇ. *quam opponat ei legi, cui obroget.*

— 23. ἐνομοθέτουν] malim ἐνομοθετοῦντο. *donec operam dabant, ut ad hunc modum leges sibi ferrentur.* verum tunc etiam v. 24. ἐτίθεντο sit leg.

485. 2. ψηφισμάτων δ' οὐδοτιοῦν —] Sententia est: tam crebras ferri leges, rogari et rursus abrogari, aliasque aliis debilitari, ut earum legum non major sit, quam plebiscitorum, auctoritas. valebant autem plebiscita ad annum ferme, nisi inter leges reciperentur; leges autem vim perpetuam habebant. non video, cur optima sententia juguletur.

— 7. οἱ πρότερον νομοθέται] malim αἱ πρότερον νομοθεσίαι. *rationes antiquæ legum ferendarum.* aut καθ' ὃν ἐνομοθέτησαν οἱ πρότερον νομοθέται. et hoc recepi de meo.

— 16. ταῦτ' ἀναγνῶναι] malim ταὐτὰ ἀναγνῶναι. *eadem legere.* præsertim cum in Aug. pr. sit ταῦτα iotegre sine apostropho. et sic correxi.

— 27. τούτου νόμου] malim τοῦ τούτου *quam lex est hujus Leptinis.* et recepi τοῦ meo periculo. et sic quoque p. 486. 1.

486. 18. ᾗ] scil. *nova lex.*

— 23. ἔδωκε] scil. τὸ εἶναι ἀτελεῖς.

— 24. ὅδε] Ctesippus, ni fallor, actor hujus causæ contra Leptinem, aut aliquis ejus advocatus, aut Apbepsion. v. p. 501. Non idem, sed multi eandem, præsertim si qua esset paulo longior, orationem recitabant. alio decedente, respirandi ergo, alios succedebat, dicendi partes suscipiens, donec hoc defatigato, vel, qui prior dixisset, ad dicendum rediret, vel alius aliquis ejusdem causæ socius, actionem continuaret. Sententia est: in hac autem lege, qua Ctesippus, vel alius, quisquis est, Leptinis legi obrogat, nihil inest vetustis legibus contrarium.

487. 9. ὑμᾶς] f. καὶ ὑμᾶς. *vos quoque*, eadem ad vos quoque commemorans.

— 10. παραγεγράφθαι] promulgatam, publico in loco propositam, et fixam, et in tabula perscriptam esse, ut ad cognitionem omnium veniret.

— 11. τοῦτον] hanc nostram legem, qua legi Leptinis obrogamus. At versu 16. τούτου redit ad legem Leptinis.

— 15. ὑμῖν παρέγῃ.] ὑμῖν an ἡμῖν legatur, perinde est. illud est, *vobis*, in *vestram gratiam*, ut videretis atque judicaretis. hoc, *nostram in gratiam, nostro rogatu.* παραγράφειν est, ut modo dixi, publico in loco, in tabula publice proposita, aliquid scribere, ut possint omnes legere. Sententia est: cujus legis ex præscripto Thesmothetæ novam nostram legem ad Eponymos fixerunt, et spectandam omnibus judicandamque proposuerunt.

— ibid. ἵνα μὴ —] videntur hæc inter se pugnare. dixerat modo claris et disertis

verbis legem hoc pronunciare. jam, ego vero hoc, ait, omittam, ne quis super eo mecum contendat. qui poterat contendere, si lex claris verbis pronuncians controversiam omnem amputaret.

— 19. πᾶς] sententia postulat εἰ, vel πότερον. *futurumne sit, ut ea lex rogetur.*

— 21. ἂν μὴ βούληται] scil. θεῖναι τὸν νόμον. codex Augustanus omittit μή. potest et hoc probari, sed hactenus, ut ἀναγκάζειν subaudiatur. sed præstat vulgata.

— 22. ἐγὼ Φορμίων] haud constat, quis ille ἐγὼ fuerit. nec multum id ad nos ignoremus nec ne. Augustanus distinctione hic caret. erit ergo Phormio is idem, qui se ἐγὼ appellat. *ego Phormio.*

— 23. ἄλλον] quotquot vidi libros, etiam editio Wolfiana, quam Taylor recudi curavit, sic dant omnes. quare mirer, qui Anglicana det ἄλλων. bene habet vulgata. est idem ac si dixisset: καὶ ἄλλος, εἰ ἄλλον τινὰ βούλεσθε ἐγγυᾶσθαι, τὸν νόμον θήσειν.

— 26. ἐγγυάμεθα, ὑπισχνούμεθα] scil. ἡμᾶς τοῦτον.

488. 19. ποιοῦσιν] post ποιοῦσιν videtur αὐτὸν deesse.

— 22. ἀκούῃ] subaudi κακῶς.

— 24. φάσκων] post φάσκων deesse videtur κατηγορῶν, aut ejusmodi quod participium. *vitio ipsis dans ea*, vel *incusans eos eorum, quorum nihil in ipsos cadit.* κατηγορῶν ὤν, est idem atque, κατηγορῶν ταῦτα, ὧν —.

489. 6. οὐ γὰρ ἀγνοῶ] sententia postulat οὐ γὰρ ἀγνοεῖτε, *non enim ignoratis*, aut οὐδεὶς γὰρ ἀγνοεῖ, *nemo enim ignorat.*

— 11. ἢ ἐπαινεῖν] ἢ delendum esse, ut natum e proximo v. dudum ante fueram suspicatus, quam ab Augustano id abesse reperirem. hujus itaque codicis auctoritate fretus, et re ipsa sic exigente, delevi. Sententia est: apud Lacedæmonios id facere non licet, quod hi facient, cum hac oratione utentur. scil. non licet Atheniensium instituta apud Lacedæmonios laudare, aut quorumcunque tandem. Marklandus hic, ut sæpe alias, nimium argutatur.

— 12. ἀλλ' ἃ] suspicor Demosthenem sic reliquisse: ἀλλὰ τῇ παρ' ἐκείνοις πολιτεία συμφέρει ταῦτ' ἐπαινεῖν, ἃ ἀνάγκη καὶ πιεῖν. *sed receptæ apud eos formæ gubernationis civilis convenit, ut ea laudentur, quæ ut fiant prorsus necesse est, atque inevitabile.*

— 14. τοιούτων ἐῶν] quibus nos scil. utimur in ornandis viris bene de rep. meritis. A codice Aug. abest ἐῶν. neque hoc male. Subauditur tum τιμῶν e proximo.

— 16. ἅπαξ] bene habet. *ne semel quidem. nullo unquam tempore.*

— 23. ἀρχαὶ] correxi ἀφαὶ, nil territus ab illis veluti diris, quibus Simon Fabricius (aut Wolfius) et Taylorus hanc lectionem quasi devoverunt; quorum hic *inscite*, ille *apage* inscripsit. ego vero *Bene veneris* adscribam. Demosthenes ἀφαὶ, *diræ*, dedit. ἀρχαὶ inepti et tardi grammaticastri, mentem oratoris non assequentes. Quavis in concione diris devovebantur insidiatores libertatis popularis.

— ibid. καὶ φυλακαὶ] id est, magistratus, quibus injunctum esset, ut videant, ne quid detrimenti libertas civilis caperet.

490. 23. παρὰ πάντα] aut potest esse, tacitis, præteritis, omissis his omnibus, etiamsi illa omnia taceantur. aut, ad hæc omnia, in his omnibus. ut sit sententia: *Si me oportet, quid his in rebus omnibus justum et æquum esse censeam, proloqui.* malim tamen παραλιπόντα ταῦτα. in quam conjecturam Wolfii me ad h. l. non contemnenda induxit annotatio.

— 27. μεγάλοι τῆς ὀλιγαρχίας καὶ δεσποτείας] bene habet, tametsi a Lambino et Tayloro improbatum. idem est atque κατὰ τὴν ὀλιγαρχίαν καὶ δυναστείαν. Subauditur aliqua seu præpositio, seu alia vox, genitivum regens, e. c. ἐπὶ, *magni in principatu suo.* vel λόγῳ, vel κατὰ λόγον, *per quæ magni illi sunt ratione oligarchiæ* — id est, quas per artes illorum potentia crescit atque confirmatur. Latini pariter *magnus dominationis.* Sententia hæc est: *neque item hoc æquum censeo, ut, cum vos, ex hac parte, vel occidere eum nil sitis dubitaturi, si quis apud vos eorum quid paret atque moliatur, per quæ illorum potentia, atque imperium paucorum in multos, tam attollitur atque invalescit, tum ex altera rursus parte, nil recusetis aures dare vestras illis, si qui auctores vobis sint, ut ea tollatis, per quæ libertas populi vestri efflorescit.*

491. 3. τοιούτου] qualia nempe virtutis præmia hodie usurpantur, ut immunitates, statuæ, etc.

— 5. ἐπίγραμμα] non dubito inscriptionem designari illam, quam Æschines p. 80. attulit, qui locus nostri hujus velut interpres est. ἀναγνώσεται redit ad Leptinem. Marklandi ad h. l. conjecturam haud probo.

— 8. κἀκείνους] scil. τοὺς ἐπὶ τῶν προγόνων. illos fortes viros, qui majorum memoria bene de rep. meriti sunt.

— 10. μηδεὶς] scil. ἄξιός ἐστι. demonstrare vult mentiri Leptinem, eos affirmantem nullo dignos honore a rep. habitos esse. Concludit sic: aut digni honore fuerunt illi veteres viri fortes, aut indigni. Si indigni, nemo unquam penes nos fuit honore dignus. negas enim tu diserte, illos quidem honore fuisse dignos, qui nuper essent honorati. sed infelix et misera est resp. quæ caret viris honore di-

gnis. nostra autem resp. est, ipso te teste, beata. necesse igitur est, ut ea viris honore dignis haud caruerit. Sed negas honorem, qui meritis eorum deberetur, a rep. habitum esse. fuit ergo resp. immemor et ingrata. Sed nefas est tanta contumelia remp. adspergere. fuit ergo memor et grata, et gratiam retulit bene de se meritis, parem quidem illam ad mores illorum temporum, tametsi mediocrem ad nostros.

— 14. *μηδενὸς*] scil. *ἀγαθοῦ καὶ καλοῦ, καὶ τιμὴν προσήκουσαν ἐπιφέροντος.*

— 16. *κακουργῶν*] oratione nequam, captiosa et insidiosa utens.

— 17. *τοὺς λόγους*] si quis literas suas, subtilitatem suam dicendi, facultatemque ad flagitia fraudesque conferat, necesse est ut conclusiunculæ ejus abnormes sint, a quibus auresque et mentes refugiant.

— ult. *καὶ τούτων*] probo Wolfii conjecturam *καὶ περὶ τούτων*. tametsi in vulgata libri mei omnes consentiant.

492. 16. *οὐδὲν*] adsit, absit, nil refert. Sententia, utrumvis optabis, manet eadem. Si servatur, redundabit Attice, post negationem, et reddendum erit per *τι. nil enim quicquam peccant, qui negant ea, quæ danda haud putant.*

— 20. *τό γ' αἰσχρὸν*] id est, *ἡ αἰσχύνη καὶ τὸ ὄνειδος*, subaudi *ἀμφοτέροις πάρεστιν*. tametsi turpitudo utique exemplo adhærescit, tam vestro, quam majorum, quod imitaremini. tametsi haud infitior, orationem paulo fore luculentiorem, si vocabulum *αἰσχρὸν* iteretur, ad hunc modum, *τό γε αἰσχρὸν αἰσχρὸν ὁμοίως. quod natura sua turpe est, id ubique locorum pariter turpe est.*

— pen. *ἔλαβον τὰς ἀτελείας*] subaudi *οὗτοι*, vel *ἐκεῖνοι*.

— ibid. *τῷ νόμῳ*] subaudi *τῷ ἑαυτοῦ*.

— ult. *καὶ*] subaudi repetitum a communi e v. 24. *ὁμωμοκότες*. et vos huc convenisse juratos in hanc formulam: *Περὶ ὧν ἂν νόμοι μὴ ὦσι, γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ κρίνειν. vos oportet meminisse, religione jurisjurandi vosmet vos obligasse, in hanc formulam, vos mente æqui studiosissima rem esse judicaturos, ubi leges taceant.* erat enim hæc jurisjurandi formula, qua adstringebantur judices, antequam ad judicandum admitterentur.

493. 1. *κρίνειν*] prætuli *κρινεῖν* ob præmissum *δικάσειν*. sed post hunc infinitivum, sive præsentis, sive futuri temporis, punctum erat ponendum, quod feci, ad exemplum editionis P. Manutii. Est enim hæc oratoris *ἐπίκρισις*. Recte quidem id a vobis factum. recte enimvero vos in hanc formulam jurastis. v. p. 496. et 506.

— 2. *ἆρ' οὖν δίκαιον*] pro *οὖν* dat Augustanus *οὐ*. non male, non sic tamen, ut ideo vulgatam mutari necesse sit. Sententia erit illa lectione admissa: *negatisne vos æquum esse, ut benefactores nostros honoremus? Nos vero æquum et justum aimus esse.* miror tamen, cur non idem codex ante *δίκαιον* v. 4. hanc inficiandi particulam pariter iterarit; quod utique consentaneum erat fieri. Sed vulgata bene habet.

— 7. *παραδείγματα*] scil. *τοῦ διδάσκειν* vel tale quid. *exempla, argumenta, unde constet.*

— 18. *πλὴν τούτου*] scil. *τοῦ διδόναι τὴν ἀτέλειαν.*

— 19. *ὧν ἐδώκατε*] non culpabo vulgatam. hoc tantum monebo, *ἄν*, quod ab Aldina abest, si omittatur, necesse fore, ut post *τι* v. 20. addatur *εἰ* vel *εἴτα*.

— 22. *ἢ τῆς σιτήσεως, ἢ*] *ἢ* bis hoc versu iteratum non idem videtur significare, sed primo quidem loco *aut*, altero vero *quam*. propterea etiam *τὸ* primum, auctore codice Augustano, delevi, tametsi ipsemet ultro suspicatus ante essem, delendum. Statuæ honos, aut, si mavultis, ille, qui jus epulandi in prytaneo impertit, videturne is vobis certior, atque stabilior, quam honos immunitatis? existimatisne vos illi magis, quam huic, posse confidere? Si (nam pro *ἢν* legi malim *ἂν*, id est, *ἐὰν*) Si itaque constiterit, vos immunitatem, quam antea dedissetis, deinde rursus eripuisse? Post *δόντες* v. 23. subaudiendum erit *αὐτὴν*, si scil. *ἢν* pro *ἢν* admittatur.

— 25. *ἐκεῖνο*] post *ἐκεῖνο* addi velim *γε*. vel potius totum locum ita malim conceptum: *εἰ μηδὲν ἔμελλεν ἐκ* [vel *ἀπὸ*] *τούτων ἔσεσθαι δυσχερὲς, ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνό γε καλῶς* —.

494. 1. *ῥᾴδιον αἰτίῳ*] malim *ῥᾴδιον οὐδενὶ πολλάκις αἰτίῳ, neque facile cuiquam est, sæpe magnis meritis remp. promereri.* non tamen ideo vulgatam culpabo, in quo *τινι* debet tacite addi, et *πολλάκις* e superioribus repeti.

— 5. *τὰς τιμὰς*] post *τὰς* videtur deesse *καθηκούσας* vel tale quid.

— ibid. *καὶ*] etiam honores et præmia dividi, et alia aliis dari, pro magnitudine meritorum debent, prout merita alia aliis pariter majora et minora sunt.

— 8. *ὑπὲρ ὧν γε*] id est, *εἰ χρὴ λέγειν ὑπὲρ τούτου, ὅταν φήσει. quod ad illum locum attinet, cique si occurrendum est, cum dicet* —.

— 10. *τῶν αὐτῶν*] Sententia est: fac aliquem magno quodam beneficio patriam ornasse; præmiumque illius triplex abstulisse, tametsi unum modo et simplex esset beneficium. Ille jam negabit æquum esse partem aliquam detrahi illi triplici præmio, quod velut æquale et par simplici beneficio redhostimentum a rep. abstulis-

set; minuique præmium, beneficio nil minuto, sed eodem manente.

495. 1. γυμνασιαρχίαι] Immunes qui essent, triplici illi onere erant relevati, conferendarum scilicet pecuniarum ad choros publicos, tum ad gymnasia, denique ad epulas solemnes. videtur itaque post voc. γυμνασιαρχίαι deesse αἱ ἑστιατορίαι, vel tale quid. Duo tantum genera contributionum non videntur satis implere amplitudinem vocabuli ἅπαντα ταῦτα. quare tertium adhuc accedat velim.

— 3. εἶναι τούτων] malim καὶ τούτων, *etiam horum*, sacrorum puta.

— 13. ἐπὶ τὸ τῶν ἱερῶν] videtur hic τέλος deesse. traducunt λειτουργιῶν nomen ad pensiones vel contributiones, quæ sacrorum causa fiunt. v. 496. 5.

— 15. γράφων γὰρ ἀρχὴν τοῦ νόμου] videtur articulus τὴν deesse. γράφων γὰρ τὴν ἀρχὴν τ. ν. v. v. 23. et ult. quare ausus sum eum sponte mea addere.

— 19. τί τοῦτο μαθὼν] pro τί μαθών, τοῦτο προσέγραψε. qua motus re hanc adscripsit clausulam, qua mente, quo consilio. vitiosa hæc est trajectio.

496. 5. τέλος ἐστὶ] post τέλος videtur τελεῖν deesse. *Si pensionem sacris consecratam pendere, tantundem est atque* λειτουργεῖν. τέλος est præstatio æris debiti, præscripta et sancita, qua præstatione redimitur jus et fas rei alicujus aut tenendæ et possidendæ, aut faciendæ, aut fruendæ atque participandæ. Est itaque τὸ τῶν ἱερῶν τέλος illa pensio æris, qua acquiritur jus et potestas cum aliis consortibus sacra participandi. Sed locus hic mihi, ut verum fatear, obscurus et vexatus est.

— 8. ἔγωγε ἐρείμην Λεπτίνην] cum Wolfius suo jure usus vocativum hic substituisset accusativo, quod factum laudo, necesse judicavi, me ulterius procedere, atque perficere, quod ille inchoatum reliquisset. Itaque ἔγωγέ σ' ἐρείμην, Λεπτίνη. *libenter equidem te, Leptine, interrogem.*

— 13. ἔχουσιν] post ἔχουσιν videtur ἀτέλειαν deesse.

— 20. ἀπ' ἐκείνων] ἀπ' ἐκείνου dat Augustanus, qui etiam sæpe ab illa formula τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος postremum nomen arcet. ideo fortasse quia Aristogiton improles decessit. ideoque ἀπ' ἐκείνου dedit, ab Harmodio puta, qui solus posteros reliquit.

— 21. οἷς] cohæret cum ἐναντία, post quod vocabulum additum malim οὗτος.

— 23. ἐπισύροντες] bene habet. ἐπισύρειν, est, festinanter, temere, tumultuario aliquid agere aut dicere, sive præ ignoratione veri, sive dissimulatione, quo auditores urgendo excludas a sedata rei consideratione. Qui sic loquitur, et ipse super re proposita, non incedit, sed quasi volutatur, et coronam circumstantem insistere disputationi non patitur, sed agit ruitque, quo errorem injiciat.

— 24. εἶναι φάσκοντες] subaudi αὐτοί. *ipsi affirmantes*, neque inficiantes, *se Megarenses et Messenios esse.* exspectabam tamen Μεσσήνιοί τινες ὄντες, πολῖται ὑμέτεροι εἶναι φάσκοντες. *quidam, qui, cum sint Megarenses et Messenii, tamen se pro civibus Atheniensibus ferant.*

— 27. ἐξειλεγμένοι] si ἐξειλεγμένοι ab ἐκλέγω repetitur, tum necesse erit Λυκίδας pro accusativo plurali accipere, ideoque etiam Διονυσίους in eodem casu legere, quo pacto erit sententia : *posteaquam assertionis suæ comprobandæ ergo delegerint Lycidas quosdam et Dionysios et alios ejusdem farinæ.* Nam potest utique participium hoc perfecti passivi vim activi obtinere, quod frustra negatur. Quod si autem repetatur ab ἐξελέγχειν, tum erunt *Lycidas* et *Dionysius* nominativi singulares, et præterea τοιοῦτοί τινες leg. hac sententia: *et alii quidam servi, iique mastigiæ, ut Lycidas, et Dionysius, et alii quidam, qui essent convicti ex eodem genere, ex eadem fæce plebis, esse.* ἐξελεγμένοι ὅτι εἰσὶ τοιοῦτοι, δοῦλοι δηλονότι καὶ μαστιγίαι.

— ult. ἐν οἷς ἀτελεῖς εἰσὶν οὗτοι] scil. ἐψηφισμένοι vel γεγενημένοι vel γεγραμμένοι. sed malim hoc additum.

497. 8. γράφοντας, ἑτοίμως πρόξενοι] distinxi aliter. comma a prima voce ablatum pone secundam posui. *propter eos, qui promte alacriterque talia decreta pro mercede scribunt.*

— 10. πολλῶν ἀγαθῶν αἰτίους] malim πολλῶν ἀγαθῶν ὑμῖν αἰτίους.

— 14. ἐξαρκέσειε] *Si licuerit, si datum ipsis fuerit, si potuerint perficere.* ἐξαρκεῖν non solum significat *sufficere*, sed etiam satis magnum valere ad consequendum, perficiendum aliquid. quare Wolfio utique vitio dandum est, quod μόνον eliminavit.

— 19. ἀτελὴς] post ἀτελὴς videntur hæc pauca verba excidisse: οὐδεὶς γὰρ ἀτελής.

— 21. οὐχὶ καλῶς ποιήσουσι] est formula creberrimi usus apud oratores, ideoque non damnanda, neque frigoris alicujus accusanda. lenis et civilis est increpatio, in qua vis inest eadem atque in illa acerbiore, *factum improbe, flagitium teterrimum!*

— 26. οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο] recte sententiam hujus dictionis exposuit Markland. quod autem emendare conatur, in eo operam ludit.

— ult. ποιήσαντας] post ποιήσαντας addi velim ὑμᾶς.

498. 12. τὸ μὴ ταῦτα ποιεῖν] id est, περὶ τὸ μὴ δεῖν ταῦτα ποιεῖν. *super eo, quod non deceat ea facere.*

— 21. εὕρετο, ἔχειν] malim οὕρετο ἐκείνην, scil. τὴν δωρεάν.

— 24. Θέντων αὐτῶν] alii codices dant Θέντας αὐτούς. perinde est. accusatio redibunt ad κελεύετε γράφεσθαι αὐτούς, v. 22.

— 25. γένωνται] quinam? Leptinesne et socii ejus? an alii quidam? Dubitavit hoc ipsum jam dudum Wolfius. totus hic mihi locus obscurus est ideo, quod rationem creandorum legislatorum haud teneo. non poterat, quo quisque tempore vellet, eo legem ferre? exspectandus erat aliquis ordo temporis, ad locum in legislatoribus obtinendum? eratne perpetuus magistratus τῶν νομοθετῶν, penes quem promulgatio atque explicatio, item emendatio legum esset? quo a collegio qui abesset, eine legem ferre non licebat?

— 26. Διόφαντος] Ergo Diophantus et Eubulus repererant immunitatem?

499. 6. διὰ τούτων] per hos, Leptinen ejusque socios.

— 8. ταῦτα] hos puta mores, quorum auctor est Leptines, aufferentes honores semel datos.

— 9. σκοπῶ δὲ καὶ τοῦτο] quodnam? hoc enimvero reticetur. apparet hic loci lacunam subesse. deest momentum id, quod sibi orator ait in mentem venisse, et par esse, cujus ratio habeatur. cujus culpa perierit, si periit, haud constat. an ipse orator oblitus est addere, loco in commentariis vacuo relicto, quem per otium, vacuus aliis curis, suppleret. Sic solemnus commentantes cum festinatione. Aut denique delenda est utravis formula, aut ista σκοπῶ δὲ καὶ τοῦτο, aut hæc καὶ μὴν οὐδ' ἐκείνου γε ἀποστατέον τοῦ λόγου. nam utraque idem dicit. Postremo venit in mentem, sitne sic legendum: σκοπῶ δ' εἰ καὶ τούτου, scil. τοῦ Λεπτίνου ἀξίως ἔχει. *dubito quoque sintne hi mores ipso Leptine digni?* quæ forte sit emendandi mollissima ratio.

— 14. τοῦτο] vos puta malum ab his, quos decretis honoribus privatum eunt, accepisse, posteaquam præmiis a vobis ornati fuissent.

— 15. δεῖ] præferam e margine Lutet. ἔδει. Sententia est: quod si autem hoc asseverabunt [consulto sic dico, asseverabunt, non autem, planum facient; nam hoc quidem non poterunt], respondebo sic: Oportebat hos criminosos statim, recente adhuc crimine, castigari.

— 21. παντάπασι πονηρᾶς φύσεως] e discrepantia lectionum, quæ hic loci magna est, colligo fuisse olim in libris has tres hujus loci lectiones versatas. primam, παντάπασι φύσει κακίας σημεῖον. dicitur illa mentis pravitas, quæ homini scelerato veluti cognata insidet, φύσει κακία. secundam, παντάπασι φύσεως κακῆς σημεῖον. tertiam denique hanc, παντάπασι πονηρᾶς φύσεως καὶ κακίας συγγενοῦς σημεῖον. optet quisque, quam ipse velit.

— pen. magna quidem probabilitatis species Lambini conjecturam, desiderari hic ἐν τῷ πολέμῳ, commendat. Verum tamen existimem facile vulgatam defendi posse. ita nimirum, ut δημοσίᾳ, cui positum in hivio, tam ad τελευτήσασι referatur, quam ad ταφὰς ποιεῖσθε. Tametsi non meminerim uspiam legisse dictionem τελευτᾶν δημοσίᾳ, pro *mori pro patria*, nil tamen video, cur ea nequeat id significare. δημοσίᾳ est *publice*, h. e. jussu et auctoritate, auspiciisque reipubl.: *mori* ergo *publice*, est mortem obire in causa honesta hortatu et missu patriæ. nam de more solummodo honesta hic agi, tota loci series monstrat, et insequens ἀγαθῶν ἀνδρῶν. Sæpenumero ejusmodi vocabula semel posita, sed a lectore tacite iteranda, et tam ad proxima superiora, quam ad inferiora referenda occurrunt.

— ult. ποιεῖτε] alii ποιεῖτε. male. nam tametsi ferri possit ταφὰς ποιεῖτε in activo, tamen non item λόγους ποιεῖν potest populus dici, sed ποιεῖσθαι, hoc est *curare habendas*. ipse orator, orationis auctor, λόγον ποιεῖν fortassean dicatur; tametsi haud scio, an ne hoc quidem satis Græcum sit. Græci, quod sciam, ποιεῖσθαι λόγον solummodo in medio usurpant, nunquam in activo. is autem, qui mercede oratorem conducit, dici nullo pacto potest λόγον ποιεῖν, sed solummodo ποιεῖσθαι.

— ibid. κοσμεῖτε] quia orator nomine et jussu populi defunctos pro patria oratione ornabat, ideo dicitor h. l. populus ipse eos ornare. possit alias quoque κοσμεῖται in passivo legi. *ornantur præclara facinora.*

500. 21. μεθιστάναι] correxi μεθεστάναι, ex Augustano. Subit hic mirari, quod idem sæpe ad alios quoque locos mirari subit, cur Hieron. Wolfius, cui semper pateret ad membranas Augustanas aditus, eas tanta segnitie atque socordia tractaret, ut nil curaret eas in locis dubiis inspicere. Incidit ipse quoque in veram h. l. emendandi rationem, sed dubitans. a quo dubio eum liberare suæ membranæ poterant, si diligentius hoc oraculum consuluisset. Sed urgebatur nempe multitudine laborum, et hujus operis spissitudine, quod cito profligare festinabat; homo alioquin non severissimæ atque religiosissimæ Criticæ litare solitus.

501. 9. ὃς] redit ad Bathippum. pro αὐτὸν malim σαυτὸν, *temet*, o Leptine.

— 12. τούτῳ] Leptini puta. dicuntur enim hæc ad judices, docendi causa.

— 17. εἰρηκέναι] subaudi σε.

— 22. ἤρηνται —] Citat b. l. Aristides τέχνῃ p. 210.

— pen. δωρεὰν] b. l. est decretum, quo Chabriæ delati sunt honores. Locus hic vitio caret, recteque a Wolfio est exposi-

tus. Ne umbram quidem causæ video, cur Taylor tot verba ejectum eat.

502. 17. Γελάρχᾳ] nomen suspectum. *Telarchum* novi, et *Agelarchum*.

— 19. τοῖς ἐν Πειραιεῖ τοῦ δήμου] recte addit τοῦ δήμου. multi enim in Piræeo poterant habitare, qui non essent τοῦ δήμου, h. e. factioni non addicti illi, quæ pro libertate civili certaret. quare non video, cur Taylorus illa duo verba expunctum eat. Accipe de civibus illis Atheniensibus, qui, sæviente in urbe XXXvirorum tyrannide, aut confugerant ad Piræum, aut illuc a Thrasybulo reducti ab exsilio fuerant. multi alii in isto Athenarum portu habitabant, qui non essent cives, ut inquilini, aut peregrini, aut etiam cives, sed tyrannidis studiosi. quos par erat his vocabulis τοῦ δήμου ab aliis discerni.

503. 14. τισὶ πράγμασι σύνδικος] variant hic libri. alii dant τι πράγμασι. alii τισὶ παραδείγμασι. neutra lectio satisfacit. videtur aliud aliquid abstrusius latere. num τισὶ παρανομοῦσι leg. est?

— 15. ἐστὶ δὲ καὶ μάλα] videtur e re ipsa, et e v. 25. leg. ἐστὶ δὲ παλαιὸς καὶ μάλ'.

— 18. χειροτονηθέντα] sine negatione bene habet. Sententia est: nemini liceto, bis advocatum sese legis ferendæ gerere, tametsi a populo ei rei delegatur. Sed vel ejusmodi studio populari repugnandum est.

— 25. ἐγὼ δ' ἔτι μικρὰ —] locum hunc citat Arist. τέχν. p. 274.

504. 14. ϖαρανοίας] prætuli lectionem marginis ϖαρανομίας, *violationis legum*. Insequentia hoc postulant demonstrantia injuriam hanc esse leges de pœnis criminum latas violantem. tametsi lectionem hanc in nullo meorum reperi.

— 17. λέγει ὡς χρὴ μηδὲν τίμημα ὑπάρχειν] neque auctoritate codicum nititur hæc lectio, neque loci vulnus sanat. videntur hæc verba legis fuisse: Μηδ', ὡς ἄρ' ᾖ, τίμημα ὑπάρχειν, scil. δεῖ. neque oportet a judicibus pœnam irrogari, utcunque res est. quæcunque natura est rei, de qua pronunciandum sit.

— 19. ὁπότερον] accipi potest pro πότερον. *utrum patiendi corpore, an ære luendi sententiam judices pronunciaverint.* malim tamen ὁποτέρου, *utrius* horum duum. pœnæ corpore tolerandæ, an mulctæ ærariæ. Dicitur enim τιμᾶν τινὶ τινὸς, scil. ποινήν. æstimare alicui litem ἀξίαν τινὸς, dignam aut supplicio, aut mulcta.

— 25. ἐάν τις ὀφείλων] videtur in lege fuisse: ἐὰν δ' ὀφείλων, et illud τις e scholio irrepsisse.

505. 4. τοιούτοις δέ τισι προσέοικεν ὁ γράφων χρῆσθαι] sententia horum verborum esse nequit alia, quam hæc: Hujusmodi quibusdam vitiis obnoxius esse videtur legis auctor. Sed conveniret melius: Hujusmodi vitia deceant personam Leptinis. quæ sententia possitne e verbis Græcis, ut jacent, erui, dubito.

— 18. ἐξεῖναι] scil. ἐβούλετο, vel διώρισεν, e versu sequente.

— pen. Διοφάντου] Δημοφάντου e codd. Mstis præfert Valkenaer. ad Herodot. p. 398.

506. 2. Ἀριστογείτονι] post Ἀριστογείτονι deesse videtur δεδώκατε.

— 9. τοιοῦτοί τινες] quales nempe fuerunt Harmodius et Aristogiton.

— ibid. εἰ τὰ ϖρὸ τοῦ κατεμέμφου, τί; μὴ καὶ τὰ μέλλοντα ᾔδεις;] patet vitium loci, quod tolli triplici modo potest, aut omittendo τι, cum Augustano, aut sic legendo: εἰ τῶν ϖρὸ τοῦ κατεμέμφου τι, μὴ καὶ τὰ μ. ᾔ. *quod si vetustiorum illorum quidquam incusabas, num futura tenebas?* aut denique, transponendo τι post μὴ, ut sit: εἰ τὰ ϖρὸ τοῦ κατεμέμφου, μή τι καὶ τὰ μέλλ. ᾔδ. *priorum si te pœnitebat, num quid etiam futura prævidebas?* ubi τι, plane ut in Latinis *quid*, redundat.

— 10. ὅτι νὴ Δία ϖόρρω —] Sententia est: *procul ais nos abesse ab illa luctuosa spe, fore ut exsistant aliqui Harmodio similes, qui nos a tyrannis liberent. Simus enimvero —.*

— 14. νεμεσήσαι] Citat h. l. lexicon apud Montfaucon. Bibl. Coislin. p. 497.

— 15. πάντα δ' ἀνθρώπινα ἡγεῖσθαι] Sententia est: *sortem quamcunque non alienam ab eo, qui homo sit, existimare.* Potest resp. nostra in ejusmodi tempora incidere, ubi opus sit viris egregie de se merentibus, eoque munera eximia postulantibus.

— 17. τοιαῦτα πράγματα] subaudi, quibus nunc hærent impliciti.

— 21. ὃς ὑπηρέτης ἦν] verba ὃς ὑπηρέτης ἦν videntur e scholio irrepsisse, eoque delenda esse. voluerat lector aliquis significare, quam contemti olim scribæ fuissent; ideo adscripserat, scribas in numero servorum publicorum fuisse. Nam ὑπηρέτης est *servus publicus* h. l. Nemo eorum, qui Demosthenem orantem audirent, hoc ignorabat; sed ignorabant multi eorum, qui multis sæculis post eum legerent; qui docendi videbantur ei, quisquis id scripsit. Quare nullus dubitavi hæc verba uncis includere.

507. 15. ἀδικήσονται] correxi ἀδικηθήσονται. quod melius, tametsi haud ignorem illud quoque defendi posse multis similibus exemplis mediorum pro passivis usurpatorum.

— 25. Λεπτίνης ϖρὸς ὑμᾶς ἀγωνίζεται] non putem ϖρὸς ὑμᾶς, sed ϖρὸς ἡμᾶς. reo certamen est, non cum judicibus, sed cum actore, et rursus actori cum reo.

— pen. ϖρὸς τὰ ϖονηρὰ] correxi ϖρὸς τὰ ϖονηρότατα. nam alias scribendum esset saltim ϖρὸς πάντα τὰ ϖονηρά.

# AD ORATIONEM IN MIDIAM.

Fuere, qui negantes hanc orationem a Demosthene perfectam, affirmarent in adversariis relictam esse. v. Photii Bibl. p. 800.

515. 8. *νὴ τοὺς θεούς*] ante *νὴ τοὺς θεοὺς* deesse videtur *αἰσχρὰ*, aut simile quoddam grave vocabulum.

— 10. *ὧν*] resolvendum sic videtur esse: *τούτων, ἐν οἷς αὐτὸν ἐτεθέαντο ὑβρισὺν ὄντα ἐπὶ ἄλλων. eorum facinorum, quibus alios vidissent ab eo, pro ipsius audacia et impuritate atque immanitate violatos.*

— 12. *οὖν*] omittunt quidam codices. recte vero, vitiosum enim est, et delevissem, nisi crederem in eo voc. *ὑμῖν* latere, quod hic loci prorsus est necessarium. uncis inclusi.

— 18. *ὑπόλοιπα. ὅσῳ γὰρ πλείοσιν* —] locum hunc sanavi meliori interpunctione (punctum scil. commate mutavi) et delendo conjunctione *γάρ*. nam alias deest aliquid. et fuit, cum sic leg. esse existimarem: *ὑπόλοιπα ὑβρῶν. ὅσῳ γὰρ πλείοσιν* — verum nil opus est illo supplemento. nihil deest, et constructio hæc est: *ἃ δὲ ἐν ὑμῖν ἐμοὶ μετὰ ταῦτά ἐστιν ὑπόλοιπα, quod autem ad spes illas attinet, quæ mihi adhuc supersunt in vobis repositæ — ὅσῳ — quanto plures sunt, quos ille vexavit, atque sollicitationibus ad partes suas pertrahere conatus est, — tanto magis spero me jus meum apud vos esse obtenturum.*

516. 2. *καὶ παραιτεῖσθαι*] id est, *οὐ μόνον ἐξελέγχειν τὸν κατήγορον, ἀλλὰ καὶ παραιτεῖσθαι.* non solum refutare accusatorem, sed etiam judices veniam rogare.

— 3. *τότε*] tum temporis, cum choregum agerem, istamque tantam ab eo injuriam acciperem.

— 8. *ταύτην*] post *ταύτην* deest *βεβαιωσόμενος*, vel tale quid. *quandoquidem in judicium ideo veni, quo consequerer hoc, ut, quo populus Midiam perculisset præjudicio, id effectui daretur, ratumque fieret.*

— 16. *ἐμοὶ*] post *καὶ ἐμοὶ* videtur deesse *καὶ τοῖς νόμοις*. V. v. 14.

— ibid. *καὶ γὰρ οὕτω πως ἔχει*] Citat h. l. Aristides T. p. 182.

— 17. *ὕβρισμαι μὲν ἐγὼ*] locum hunc citat Ammonius v. *αἰκία*.

— 25. *τοῦτο*] correxi *τοιοῦτόν τι*, quod enim veritus est Fabricius, ea admissa lectione deleri oportere *μηδὲν*, id vero nihili est. Ecquis enim offenderetur verborum hac constructione, *μηδέν τι τοιοῦτο*.

— ibid. *ὡς ὑπὲρ κοινοῦ*] malim, *ὡς ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ*. non enim ad insequens *τοῦ πράγματος* referendum est *κοινοῦ*, sed stat per se. *τὸ κοινὸν* est *resp. ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ* est *pro rep.* Sententia itaque est: *utpote cum hæc causa ad remp. pertineat*, eique aut prosit, aut obsit, prout recte minusve judicetur.

517. 3. *τῇ ὑστεραίᾳ ἐν Πανδίονι*] locus ipsa rei obscuritate et lectionis varietate vexatus. Si ea vera sit lectio, quam ex Aldina reddiderunt Parisinæ operæ, et quam reperi etiam in Bav. facile sit *ἐν Πανδίονι* reformare ad *ἐκ Πανδίων* I, id est, *δεκάτῃ ἐκ τῶν Πανδίων*, quod idem est atque, *δεκάτῃ μετὰ τὰ Πάνδια*. ad *τῇ ὑστεραίᾳ* subaudiri existimo *ἐκκλησίᾳ. altera concione, post Pandia decimo die.* viderint Atticarum antiquitatum peritiores, quid hac de conjectura sit statuendum.

— 27. *πομπῇ*] correxi *πομπὴ*, ut sit nominativus pro dativo. Sed adhuc desunt articuli. articulum de meo addidi. ut sit *ἡ πομπὴ, καὶ τοῖς ἐπὶ Ληναίῳ ἡ πομπὴ*, scil. *ὅταν ᾖ* e superioribus. cum est pompa in Dionysiis *ἐπὶ Ληναίῳ*. Num *ἐπὶ Ληναίων. in Lenæis?*

518. 1. *ἑτέρου*] post *ἑτέρου* videtur *μηδὲν* deesse, quod facile potuit excidere ob insequens *μηδέ. ut nemo quicquam a quoquam, neque pignoris loco, neque vi, auffert, per illos dies, ne ab illis quidem, qui ad diem non solverint.*

— 4. *αὐτοῦ*] non displicet conjectura Wolfii *κατ' αὐτοῦ*. V. v. 7.

— 5. *περὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀδικούντων*] malim, *περὶ τῶν ἄλλο τι ἀδικούντων. de illis, qui aliis quibuscunque in rebus delinquunt.*

— 8. *οὔσης*] si bene habet, usurpatum est pro *ταχθείσης*.

— 11. *ὅπως*] h. l. usurpatum est pro *μόνον*.

519. 14. *ὅσα μὲν οὖν* —] Citat h. l. Aristides *τέχν.* p. 230.

— ibid. *ἐναντιούμενος ἡμῖν ἀφεθῆναι τῆς χορείας*] e magna codicum, quæ hic loci est, discrepantia, colligo in aliis olim pro postrema voce fuisse *στρατείας*. ut alii sic darent: *ἐναντιούμενος ἡμῖν ἀξιοῦσιν ἀφεθῆναι τῆς στρατείας. nobis adversans, postulantibus*, ut æquum atque debitum, *eos a militiæ muniis per id tempus liberos haberi*, vel *absolvi*. alii sic: *ἐναντιούμενος ἡμῖν ἀξιοῦσι μὴ ἀφεθῆναι τῆς χορείας. adversans nobis, urgentibus atque flagitantibus, ne a functione saltationis solennis absolveretur*, ipse Midias puta. Hermogenes Aldi (p. 410. ult. ed. Crispini) sic recitat hunc locum: (Nam Portus lectionem Aldinam ad vulgatam refinxit) *τοὺς χορευτὰς κωλύων ἀφεθῆναι τῆς στρατείας.* quæ vera est lectio, et debebat a me repræsentari, fecissemque, si citius ea mihi innotuisset. vel etiam: *ἐναντιούμενος ἡμῖν, ἕνεκα τοῦ ἀφεθῆναι τῆς στρατείας. quo militiæ vacationem impetrarct.*

— 20. ἀλλ' ὁτιοῦν] Sententia postulat: ἄλλῳ ὁτιοῦν. *eandem commovisse indignationem, quam alii cuipiam injuria quæcunque, etiamsi gravissima, commovisset.*

— 24. ὑπερβολὴ] Sententia hæc est: τῶν μετὰ ταῦτα συμβάντα ἐκεῖνα, ἃ νῦν μέλλω λέγειν, ὑπερβάλλει πάντα λόγον. post factorum ea, quæ nunc commemorabo, superant omnem modum, aut orationis, aut insolentiæ.

520. 3. μου] potest utique, quamvis duriter et coacte, referri ad τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα καὶ τοὺς στεφάνους. malim tamen aut μοι, aut λάθρα μου. pari modo v. 8. præferam μοι dativum.

— 5. καίτοι τοιοῦτον οὐδείς] correxi καίτοι τοῦτό γ' οὐδείς. nam alias deesset τι aut οὐδὲν ad τοιοῦτο, si id servetur.

— 9. Τηλεφάνης] Citat h. l. Harpocr. v. Τηλεφάνης.

— 15. αὐτῷ περιῆν] scil. τῆς ὕβρεως. *tantum insolentiæ supererat*, tam exuberabat ei modumque excedebat petulantia.

— 18. τὰ παρασκήνια φράττων] Citat h. l. Harpocrat. v. παρασκήνια.

— 26. προσδιαφθείρας] nullus dubitavi Wolfii conjecturam, quæ mihi quoque in mentem venerat, adsciscere, scil. προδιαφθείρας, omisso sibilo initio vocis. *cum judices prius corrupisset, quam ad dicendam irent sententiam.* ut πρὸ hic loci præferatur alteri præpositioni πρὸς, necesse etiam est ob insequens ἐπιτέθηκεν v. pen. τοὺς κριτὰς τῷ ἀγῶνι τῶν ἀνδρῶν, est brevius dictum, pro integro, τοὺς κριτὰς τοὺς τῷ ἀγῶνι τῶν ἀνδρῶν ἐπιτεταγμένους, vel προστεταγμένους, *judices certamini virorum præpositos*, h. e. constitutos, ut de victoria in certamine virorum pronuncient.

521. 27. ἔχων] malim ἔχω, *habeo*, in indicativo. et sic dudum correxit Wolf. quem secutus sum. In nomine ἔπαιχος adhuc hæreo. nomen tribus videtur in eo latere. In codice Bav. erat quidem idem vocabulum, verumtamen nova quædam manus super ρ siglam illam appinxerat, quæ ερ solet indicare ϸ. cogitent acutiores. Suspicatus aliquando sum Περγασεὺς, a tribu Πέργασαι.

522. 19. κωλύσας] tenco tueorque, tametsi Tayl. κωλύσων malit.

523. 5. προβάλλεσθαι] nil causæ video, cur Taylorus hic aoristum præsenti præferat, et προβαλέσθαι malit.

— 10. ἐκ τοῦ νόμου] significat τὸν ἱερὸν νόμον. legem de Dionysiis in specie latam. v. p. 526.

— 13. παρόντα] malim ὄντα. differre ista duo inter se videntur. παρόντα est, qui ad manus est, unus aliquis e multis. Sed ὄντα, qui solus est, præter quem nullus alius est, necessarius, a lege præscriptus. Sic statim τὸν οὐκ ὄντα.

— ibid. τοῦ μὴ δοῦναι] delevi μή. quod videtur natum e lectione vetusti cujusdam libri, in quo suspicor fuisse: τρόπον τοῦ λαβεῖν ἢ δοῦναι δίκην.

— 20. τοῦτο] si bene habet, est pro διὰ τοῦτο. malim tamen hoc, aut τούτου, id est, ἕνεκα τούτου. tametsi non ignorem illud quoque loco hujus usurpari. aut possit quoque pro αὐτὸν legi, in genitivo, αὐτοῦ.

524. 1. ἐμοὶ] invidiosum enim, h. e. ignominiosum erat Demostheni, eumque in odium populi adducebat, si diceretur in causa fuisse, ut insons Midias damnaretur. videntur tamen insequentia magis suadere, ut ὑμῖν legatur. *invidiam vobis conflare.*

— 4. οὐδὲ γὰρ, ἐπειδὰν] verum ut fatear, tota hæc posterior sententia plane idem dicit atque superior, et posteriora sunt explicatio priorum.

— 14. Δημοσθένης - - ὕβρισται] oratio est Midiæ, rem extenuantis et ad contemptum traducentis. quid magnum deliqui, Demosthene contumeliose tractando? homine tam vili et contemnendo.

— 27. ταὐτὸ τοῦτο] id est, κατὰ τὸ αὐτὸ τοῦτο. *prorsus simili et eodem plane modo.* constructio est hæc: καὶ πάλιν γε τὸ αὐτὸ τοῦτο, ἐάν τις τὸν ἄρχοντα πατάξῃ, ἐστεφανωμένον μὲν ἐὰν πατάξῃ — v. Markl. ad p. 526. penult. nihil igitur hic opus est supplemento Lamb.

525. 1. ταῦτα] statuta puta, legesque de pœnis grassatorum.

— ibid. περὶ τούτων] Circa thesmothetas, et archontas.

— 6. πάνθ' ὅσα] id est, κατὰ πάντα vel παρὰ πάντα. tametsi παρὰ malim additum.

— 9. καίτοι ταύταις] malim καὶ ταῦτ' αὐταῖς. *et id quidem illis ipsis diebus.*

526. 3. ὑπὲρ] videtur delendum esse, et inclusi uncis ὑπὲρ, ut ex εἶπες proximo male iteratum. δεῖ μέλειν est idem atque μελήσει. aut potest sic reddi: *si quidem tueri vultis famam hanc, ut dicamini salutem publicam curare.*

— 10. δι' ἐκεῖνα] quæ Midias dicet alios in alios contumeliosa patrasse. Decet vos Midiam, non modo propter sua crimina, sed etiam propter illa aliena, punire.

— ibid. ;] scil. ταῦτα τὰ τῶν ἄλλων, ἀδικήματα. quanto plura sint numero illa flagitia ab aliis commissa, quibus allegandis Midias sua dedecora velare et excusare conabitur.

— 18. ἔφησεν] correxi ἔπαισεν. Sententia est: verberavit Polyzelus prohedrum, ἁμαρτὼν per errorem, non agnoscens dignitatem ejus, sed alium aliquem existimans esse, φθάσας τὸν λογισμὸν, *præveniens meditationem*, h. e. facto deliberationem prævertente. φθάνει τὸν λογισμὸν, qui prius facit, antequam secum deliberet, quid agat, et sitne satis consultum agere, an satius omittere. tametsi malim φθασάσῃ

legi, ut ad προπετείᾳ referatur. quomodo etiam Wolfium conjecisse nunc video.

— 26. ἰδίᾳ, πεισθεὶς, ὁπόσῳ δή ποτε, ἀργυρίῳ, καθυφεὶς τὸν ἀγῶνα] Sic distinguendo locum planum feci. constructio hæc: φανήσεται καθυφεὶς τὸν ἀγῶνα, constabit eum causam fecisse missam, et ab actione destitisse, πεισθεὶς ἀργυρίῳ, ideo quod esset lucro ad id adductus, ὁπόσῳ δήποτε, quantocunque tandem.

527. 2. ἐκείνων] significat illos, qui, cum honorem gerentes verbera aliasque contumelias accepissent, inultas eas transmiserunt.

— 20. τοῦ μὴ μετ' ὀργῆς] Wolf μὴ tolli suadet, non improbabiliter. Placet tamen alia ratio magis. Scilicet τοῦ, ut natum e fine vocabuli δήπου, et ἀπέχει uncis inclusi, quibus duobus vocabulis omissis plana exsistit sententia. Vel servato verbo ἀπέχει potest locus sic concinnari. οὐ μόνον δήπου μὴ μετ' ὀργῆς, ἧς ἀπέχει, ἀλλὰ καὶ β. constat ejusmodi hominem non modo per iracundiam, a qua multum abest, sed etiam dolo malo, multum diuque agitato et præmeditato, contumelias intulisse.

528. 12. οὐκ ἐποίησεν] correxi οὐκέτ' ἐποίησεν. *in ejusmodi causis non jam amplius lex copiam facit*, ut in aliis causis, *reum actione unde vi prosequendi, quæ actio privata est.*

— 13. προστιμᾶν ἐπέταξε τῷ δημοσίῳ] e natura rei et e v. 16. colligo deesse hic τὸ ἴσον, scil. τίμημα, τῷ δημοσίῳ τιμήματι. Est autem δημόσιον τίμημα, mulcta ærario dependenda.

— 17. τις] malim τι.

— 19. ὅσον περ ἂν τῷ ἰδιώτῃ] addidi ἄν. Sed totam hanc sententiam haud intelligo, quæ pleua esset, si hæc quinque verba abessent. Suspicor hic aliquid desiderari.

529. 3. ὑπερβολῇ] æquitatis puta et humanitatis.

— 7. μήτε πρὸς δοῦλον] malim μηδὲ πρὸς δοῦλον. *cum reperiret hanc rem haud convenientem, ne erga servum quidem, jussit, ut plane ne cuiquam liceret ita se gerere.* μηδόλως per delta, non μηΘ' ὅλως, neque, ut in Augustano est. μήτε ὅλως.

— 15. ἢ τῶν δούλων] malim ἢ καὶ τῶν δούλων.

— 19. ἀφ' ἧς ἂν ἡ γραφὴ] scil. ἐπιδοθῇ aut ἀπενεχθῇ. videtur tamen potius alterutrum, aut omnino simile quid desiderari.

— 20. εἰ δὲ μὴ] scil. τοῦτο γίγνηται. sin autem id minus contingat, ut scilicet nil intercedat; hoc est, si quid interveniat. v. Markl. ad h. l.

— ibid. ὅτου δ' ἂν καταγνῶτε, ἡ Ἠλιαία τιμάτω] facio cum iis, qui, commate demto, legunt καταγνῶ in tertia persona singularis. *si quem autem Heliæa condemnet, statim ei pœnam definiat.*

— 23. γραφὰς ἰδίας] forte leg. γραφὰς ἢ δίκας ἰδίας. *actiones publicas privatasve.*

— 26. τιμηθῇ τῆς ὕβρεως] id est, ἕνεκα vel ἀντὶ τῆς ὕβρεως. *Si quis ob insolentiam mulctæ pecuniariæ sit condemnatus.* malim tamen ἡ τῆς ὕβρεως, scil. δίκη vel γραφή. *Si crimini insolentiæ irrogata fuerit mulcta pecuniaria.* malim igitur τιμηθῇ ἡ τῆς ὕβρεως, scil. δίκη vel potius γραφή. erat enim ea causa publica. facile potuit articulus ἡ excidere ob præcedens ῇ in τιμηθῇ. Sine causa æstuant h. l. viri docti. locus aut vacat vitio, aut si quid ejus est, quod parum est, potest id eo quo dixi modo, ἡ addendo, sanari.

— 27. δεδέσθω] scil. condemnatus, si nempe hominem liberum contumeliose tractaverit, donec dependerit mulctam; quo significatur, carceris pœnam tum esse remissam, si servus fuisset injuriose habitus. locus hic bene habet, cave aurem corruptoribus præbeas.

531. 11. καὶ πάσαις ἰδίας δεξιὰς] facile patiar ἰδίας aut cum Tayl. deleri, aut cum Wolfio in ὁσίας mutari. possit tamen, me judice, si necesse sit, vulgata paulum emendata servari, sic scilicet ut legatur: καὶ πάσαισι, δίας δεξιάς. ubi δίας idem erit atque ὁσίας, vel ἁγνάς. Possit quoque legi καὶ πάσαις, κοινῇ καὶ ἰδίᾳ δεξιάς. tam omnibus diis deabusque simul cum tota concione, quam quibusque sigillatim et privatim pro se. Et hoc quidem, pro sensu meo, præferrem.

— 12. ἀνίσχοντες] ἀνίσχοντας malunt. non video cur. nominativus cum infinitivo, vim imperativi habente, bene constat, et ex more Græco. subauditur enim μεμνῆσθωσαν.

— 14. ἑτέρα] abest a multis et potest abesse. nam versus totus 15. videtur esse titulus oraculi insequentis. unde colligitur, collato p. 530. 27. oraculum superius e Delphis fuisse redditum, duo insequentia e Dodona. malim quoque sic distingui et legi: ἕτεραι ἐκ Δωδώνης μαντεῖαι. ut hic sit titulus. tum orditur ipsum oraculum, τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων ὁ τοῦ Διὸς σημαίνει. uncis inclusi vocabulum ἑτέρα.

— 16. ὁ τοῦ Διὸς] scil. προφήτης. Sacerdos Jovis hæc significat. quoniam tempus statutum sacrificii offerendi et legationis sacræ mittendæ sivistis præterlabi, ideo κελεύει, præcipit [Jupiter puta], mitti legatos delectos.

— 18. καὶ τούτους τοὺς διὰ ταχέων] delevi τούς. *et illos quidem celeriter.* Sed tum deest verbum, προσοίσοντας, *oblaturos*, aut simile quoddam. Δωδωνείῳ, quod abest a quibusdam codd. facile patiar abesse. neque videtur genuinum. nam cum præcessisset ἐκ Δωδώνης μαντεῖαι, facile intellectu erat, quis Jupiter hic designaretur, etiamsi nomen loci reticeretur, præsertim cum ὁ

τοῦ Διὸς sine Δαδαλείου præcessisset. Bav. idem deest, sed pro τῷ secundo est τῶν. latet utique vitium. desidero numerum taurorum offerendorum. *novemne?* quot erant legati. quam in suspicionem jam ante me dudum Wolfius incidit, natura rei ultro quemque illuc ducente, ut sit hæc loci lectio: τῷ Διὶ ἐννέα ἀροτῆρεῖς βοῦς. *oblaturos Jovi novem tauros aratores.*

— 19. δύο βοήσεις] in Bav. est δύο βοιήσεις. in aliis alia. mihi videtur leg. δύο βόϊς ἴσας. *binas vaccas æqualis tauris ætatis atque roboris,* vel *decorus Jovi atque convenientes.* vel βόϊς εἴσας dictione Homerica. sæpe δαῖτες εἴσαι occurrunt pro opiparæ dapes, lautæ, splendidæ. sic vaccæ εἶσαι sunt bene pastæ, succi plenæ, vegetæ.

— 21. χαλκῆν, καὶ πρὸς, τὸ ἀνάθημα —] malim καὶ et comma deleri, ut sit sententia: tabulamque æneam [scil. oblaturos] pertinentem ad illud donarium, quod jam dudum dedicasset populus Atheniensis. τράπεζα est tabula, cui inscribitur inscriptio declarans, cujus sit illud donarium et qua de causa datum.

— 24. ὁ τοῦ Διὸς σήμαιν' [vel ut in aliis est σημαίν'] ἐν Δωδώνῃ Διονύσῳ δημοτελεῖ] pro voce postrema voluit Lambinus, cui Taylor assentitur, δημοτελεῖν. ego vero vulgatam b. l. tueor. non enim δημοτελέω usurpatur ita ut δημοτελής, quod erat cognomen Bacchi. In σημαιν' ἐν facile consentiunt omnes leg. esse σημαίνει. pro Δωδώνη malim δόμεν. ut totius loci hæc sit lectio: ὁ τοῦ Διὸς σημαίνει. δόμεν Διονύσῳ Δημοτελεῖ ἱέρειον τέλειον. *Sacerdos Jovis jubet, Dionysio Demoteli offerri victimam integræ et florentis ætatis.* aut alias post ἱέρειον τέλειον deest θῦσαι. Δημοτελὴς videtur ille Bacchus esse appellatus, cui non privatim a quoque, sed publice ab omnibus sacra fierent.

— 27. ἐλεεῖν. θύειν μίαν ἡμέραν Διὶ Κτησίῳ ϐοῦν λευκὸν] Post ἡμέραν posui punctum, et duo prima verba, interjecto puncto sublato, in unum verbum contraxi ἐλινύειν, auctore codice Bavarico, cujus in corpore cum sit vulgata, margo dat γρ. ἐλινύειν. Sententia itaque est hæc: *coronas ab ingenuis servisque esse gestandas, ut per unum diem ab opere feriandum. Porro sacrificandum esse taurum candidum Jovi Ctesio.* In Διὶ facile e proximo superiori versu subauditur θῦσαι.

532. 1. ἐν τῇ πόλει] malim præpositionem abesse. *Sunt* (non *in civitate*, sed) *civitati multa præclara oracula.* et jam video ab Augustano ἐν abesse. ideoque delevi.

— 5. ἀπάσαις ταῖς ἀφικνουμέναις] correxi ἀπάσαις ἀεὶ ταῖς ἀφικν. quod idem est ac si dixisset: ἀπάσαις ταῖς ἀεὶ ἀφικνουμ.

— 6. οἱ τοίνυν χορεὶ πάντες οἱ γιγνόμενοι — δῆλον ὅτι τὰς μὲν ἡμέρας] apparet locum esse corruptum. vult enim conficere, choregos esse inviolabiles, quia sint sacri. sacros autem esse, quia sint principes chororum, qui sacri item sint. nam a diis eos præcipi. quod si ergo choregum quis violet, eum sacra violare. Sed in vulgata labat argumentatio. quam facile confirmes et planam facias sic legendo: εἰ τοίνυν ἱεροὶ χορεὶ πάντες οἱ γιγνόμενοι, *quod si ergo sacri sunt chori omnes, quotquot instituuntur,* καὶ οἱ χορηγοὶ δηλονότι, *sponte sua paret, etiam choregos sacros esse.* τὰς μὲν οὖν ἡμέρας — *jam per dies quidem illos, quibus* —.

— 9. περὶ αὐτῶν] περὶ an ὑπὲρ legas, nil interest. etiam ἡμῶν addas, an omittas cum vulgata, nil refert. nam αὐτῶν idem potest significare, atque ἡμῶν αὐτῶν. Per illos quidem dies, quibus ad ludos celebrandos coimus, quicunque nostrum coronam gerit, is eam suimet ipsius causa gerit, — postremo nutem die, quo præmia dantur victoribus, soli victores coronas gerunt, et victor quisque suimet causa et suæ victoriæ suæ significandæ ergo, gerit suam coronam. Concludit sic: Chori agendi et coronæ gestandæ in omnibus oraculis præcipiuntur. Sunt ergo res sacra. Sanctimonia igitur illis quoque inest, qui choris præsunt, ideoque coronas gerunt, donec defuncti sint suo munere. Sed præfui choro, et gessi coronam, ideo sacrosanctus fui, donec, victoriæ adjudicatione, ludi finirentur.

— 24. οὐδ' ὁ προσκαλέσας] imo vero ὁ χορηγὸς προσκαλέσας. non modo alius quicunque pœnæ reus est, sed ipse choregus quoque, tametsi vel maxime jus illi competere deberet hoc faciendi. Concludit sic: Si choregus ipse mulctatur, saltatorem ad se, spectandi modo causa, advocans, quanto magis illum par est privatum multari, qui choregum ipsum in muneris editione pulsat. Opponit inter se comparandi ergo choregum saltatori, vocationem, quæ inspiciendi ergo fiat, verberibus, saltationi denique muneris editionem, personam privatam publicæ, multo majora minoribus.

— 25. κατὰ τὸν νόμον] κατὰ an παρὰ legatur nil refert, nisi hoc, quod κατὰ τὸν νόμον cohærebit cum ἔσται ἀζήμιος, παρὰ τὸν νόμον autem cum προσκαλέσας. Sententia erit altero modo: *Vi legis κατὰ τὸν νόμον, ne ille quidem a pœna liber, si quis, cum choregus sit, saltatorem ad se vocet.* altero hæc: *Si quis choregus facit hoc, quod per leges haud licet,* παρὰ τὸν νόμον, *ut aliquem saltatorem ad se vocet, immunis mulctæ ne is quidem est.*

533. 18. ἴδια συγκεχωρηκὸς] correxi ἴδοι τὸ συγκεχ. Constructio hæc est: ἴδοι τις ἂν τὸ τῆς ἐν ἑκάστῳ ὑμῶν οὔσης εὐσεβείας συγκεχωρηκὸς τοσοῦτον ὄν. videat quis facili-

tatem et indulgentiam pietatis, quæ vestrum unicuique inest, tantam. τὸ συγκεχωρηκὸς, est ea animi placabilitas, et lenitas, quæ sopita ira, aut crudelitate, ferocitate, acerbitate, concessit alteri, de sævitie sua remisit, atque relaxata est.

— 20. τοσοῦτ' ἀπέχει τῶν χορηγῶν τινὸς ἅψασθαι] variant hic codices. alii τοσοῦτ' ἀπέχει τοῦ χορηγῶν τινὸς ἅψ. Augustanus plane sic, nisi quod χορηγὸν in accusativo siognlari dat. Sententiam reddit utraque lectio per se bonam, sed ab hoc loco abhorrentem; cui unice convenit, ut pro τινος legatur τις in nominativo. Et sic correxi meo judicio. Sannio choros docet, et ne privatorum quidem inimicorum quisquam eum in ea re impedit, nedum ut choregus quisquam eum vi et manu infesta tangat, h. e. violet. subauditur αὐτοῦ.

534. 6. ταὐτὸν] parum abfuit, quin delerem, ad exemplum multorum codicum, a quibus abest, inutile sane et noxium additamentum, uncis tamen inclusi. verumtamen repressit me hæc suspicio, latere in isto vocabulo τὸν αὐτῶν χορὸν. eorum choregorum, qui sperent, chorum suum cum victoria esse discessurum, nisi ille, vel ille adversarius obstet, qui de medio prius sit tollendus. Pari modo Jurinus suspicatus est in ταὐτὸν latere ἑαυτούς. quod eodem redit. dictionis παρὰ τοῦτο hæc vis est: Si hoc vel illud feceris, victor abibis, sin omiseris, victus. potest illud τοῦτο, pro re nata, multa et perquam varia significare. ut, e. c. nisi choregus mihi inimicus hoc esset chori magistro usus, vicissem. aut: si ego illum chori magistrum summovero, aut ad chorum meum transtulero, tum ego vincam. et similia.

— 14. ὅτι τῷ] posterius vocabulum feci encliticum, demto circumflexo. sed restat gravius vitium. pro ὅτι τῳ ὅτῳ leg. videtur, aut εἴ τῳ cui, aut si cui (sic).

535. 8. ταύτην] correxi ταύτῃ. dignum sua persona censebat, se pati, ut civitas talia faceret; scil. τὸ στεφανοῦν τοὺς ἑαυτοῦ ἐχθροὺς ὄντας, inimicos sibi (Iphicrati) homines ornaret coronis aliisque honoribus. in τὰ τοιαῦτα subauditur δρῶσῃ, vel ἐπιτηδευούσῃ, vel φιλοτιμουμένῃ, vel δωρουμένῃ, vel tale quid.

— 9. Κολωνῆθεν] videtur Harpocrat. h. l. citare v. Κολωνίτας.

— 11. κρίσιν] vox hæc mihi vehementer de scholio suspecta est. nil tamen ausim pronunciare.

— 12. καὶ] uncis inclusi. delendum enim videtur, item v. 13. καὶ secundum. tum erit hæc sententia, ac si scripsisset sic: ἴσμεν γὰρ, ὅτι Φιλόστρατος, ὃς, κατηγορῶν Χαβρίου, σμικρότατος τῶν αὐτοῦ κατηγόρων καὶ πάντων [id est, ἁπάντων] ἐγένετο, οὔτε ἔτυψεν, οὔτε ἀφήρπαζε τὸν στέφανον Χαβρίαν μετὰ ταῦτα χορηγοῦντα καὶ νικῶντα.

— 20. οἶδα] si bene habet, usurpatum est pro εὖ οἶδα, certus sum.

— ibid. πρότερον, τῶν] malim transpositis vocabulis τῶν πρότερον. Constructio hæc est: οἶδα, vel εὖ οἶδα, ὅτι οὐδεὶς ὑμῶν ἐκεῖνο τῶν πρότερον μνημονεύει. certus sum vestrum neminem hoc meminisse facinus cujusquam veterum: quodnam? hoc scil. quemquam veterum, qui inter se simultates exercuissent, adstitisse judicibus.

— 23. ἐξορκοῦντα] hic est, verba, in quæ jurarent, præeuntem. vel etiam potest accipi pro resecrantem, protestationibus et oblocutionibus suis jusjurandum ab altero præstitum pro irrito, haud dicto, nil vinciente declarantem.

536. 3. θρασὺς] malim οὕτω θρασύς. *ita audax, ut Midias.*

— 24. οὐδὲ τότε] *ne tunc quidem*, licuisset ei tanta importunitate in me sævire, etiamsi honesta illa civilique ratione mecum contendisset, quam devitavit.

— pen. μανίαν — φιλοτιμίαν] in Augustano est μανίᾳ, φιλοτιμίᾳ. perinde est, utro modo legas. ad accusativum subauditur τοῦτο. ad dativum, ὑποστῆναι ἐμὲ χορηγόν. prætuli tamen lectionem Augustani. Totum hunc locum a versu 25. νῦν δὲ ad p. 537. 3. citat Dionys. Halic. T. II. p. 168.

537. 5. ἢ ὡς οὐ δέον αὐτὸν τεθνᾶναι] potest hic locus gemino modo tractari, ita ut οὐ aut servetur, aut omittatur, prout nempe ἢ accipis aut pro *quam*, aut pro *sive*. Si omittitur οὐ, tum erit hæc sententia: *quod si vestrum quis aliter expeditam paratamque in Midiam habet animadversionem, quam ut æquum censeat, eum morte mulctari.* hoc est, si quis vestrum, o judices, Midiam leniori pœna, quam extremo supplicio, censet afficiendum. inclusi tamen uncis οὐ. Sin autem servatur οὐ, erit ἄλλως πως accipiendum pro ἄλλως ἢ προσήκει, ἠπιώτερον ἢ προσήκει, *aliter quam oportet, lenius quam par est. quod si quis vestrum secius de pœna Midiæ statuit, sive*, ut aliis verbis eloquar, *si Midiam statuit mortis pœnam haud meruisse.* v. p. 582. 4. ubi ἄλλως πως est idem atque μαλακώτερον τοῦ δέοντος. Sed et adhuc deest aliquid sententiæ, nam alias insequentia cum superioribus male cohærent, et laxum fluxumque est ratiocinium. deest nempe, δι' ὅτι αὐτὸν οὐκ εὐθὺς ἠμυνάμην. *Si quis vestrum ideo Midiam leniore, quam mortis, pœna putat afficiendum, quod ego statim ultus non sim* [unde colligi queat, ipsummet me injuriam illam leviuscule accepisse, et pro summa non habuisse], *vehementer is errat.*

— 10. ἐπὶ τοῦ βοηθεῖν] idem est atque ἐν τῷ βοηθεῖν, vel ἐν τῇ βοηθείᾳ. Per χάριν significatur illa Demosthenis erga remp. officiositas, qua noluit, præcipienda vindicta, jus civitatis in turbatores pacis pu-

blicæ animadvertendi minuere. Sententia est: Convenit vos in pœna a Midia repetenda, et in ope mihi ferenda, gratiam mihi referre pro mea illa erga vos voluntate atque reverentia vestræ majestatis, qui integrum de hoste meo judicium, plenamque ejus ulciscendi potestatem vobis fecerim atque reservaverim, neque privata, sed publica eum actione sim insectatus.

— 14. Εὔθυνον] nomen Græcum non est, sed Εὔθυμον. Euthymum, quem hic nominat orator, non magis novi, quam Sophilum. sed hoc novi Euthymum esse, non Euthynom. tametsi ab errore Meursii, quem Taylor meritum castigavit, multum absum.

— 15. καὶ] sustuli de meo judicio. nam alias obscura est oratio et hiulca, ut nescias, quis quem occiderit, Euthymus Sophilum, an hic illum. Sed Euthymus Sophilum peremit.

— 18. οὕτως ἰδίᾳ] bene habet οὕτως, de quo sine causa fuit dubitatum. *in cœtu*, vel *conventu quodam mere privato*, cujusmodi multos a multis haberi solere inter notos et familiares, nemo nescit. mirifica est vis leposque particulæ οὕτως apud Atticos, pro *sic plane, mere, prorsus, omnino, nihil aliud, quam*—. Concludit sic: Errant, qui contumeliam in loco publico per meram proterviam alicui adspersam, ut mihi fuit, pro re levi et inulto transmittenda habent. potest enimvero ea magnas perturbationes et diras calamitates conscisce re. Injuria in cœtu amicorum accepta, cui cœtui, præter amicos familiares, nemo intersit, videri poterat tolerabilis, et venia atque oblivione digna. Sophilum tamen ea sic commovit, ut cæde aggressoris eam ulcisceretur. Quanto itaque majora mala par est consequi injuriam in loco publico et in cœtu frequentissimo datam acceptamque.

— 21. Βοιωτὸν] non videtur h. l. nomen proprium esse (nam ex ipso Demosthene constat, Athenienses nonnullos Bœotos, nomine proprio esse appellatos), sed commune gentis. hominem aliquem, gente Bœotum. sed possit tamen res contra esse.

538. 14. καὶ ταῦτ' εἰς οἰκίαν ἐλθὼν] addit Augustanus ἔπαθεν post vocem secundam. quod equidem haud putem necessarium. Conf. p. 545. 20. Multo gravior est injuria domi suæ aliquem violare, quam alio in loco. quo majus erat Bœoto jus, Evænem verberandi, qui ad se domi suæ sedentem et cum amicis potantem irrupisset haud vocatus, pacemque suam turbasset. Midiæ autem jus nullum erat Demosthenem verberandi. Demosthenes enim eum non violaverat, neque foris, neque domi.

— 23. καὶ πᾶσιν, εἴ τις αὐτῷ ξεβοήθηκεν] idem est ac si dixisset: καὶ πᾶσιν, οἵτινες ἑαυτοῖς ξεζοηθήκασιν, εἴ τινες τοιοῦτοι γεγόνασι. perinde est ἀτιμαζομένῳ legatur, an ἀτιμαζόμενος. præfero tamen dativum.

— 24. δοκοῦσι δέ μοι — πολλοὶ] scilicet veniam Evæoni dedisse.

539. 4. τῷ γε τὸ σῶμα] non improbo. bene sic Græce dicitur. malim tamen τῷ γ' ἐς τὸ σῶμα. v. p. 572. 21. ubi Wolf vulgatam emendat, Taylor defendit.

— 10. οὐκ αὐτὸν] Marklandus vult οὐχ αὐτὸν, quod Græcum non est.

— 11. μετὰ τῆς ὀργῆς] malim pro μετὰ, μεστὸν, *plenum iracundiæ*.

— 15. πρὸς ἀλλήλους] post πρὸς ἀλλήλους suspicor deesse πόθεν ἐγένετο, *unde exstiterit*.

— 16. νομίζειν γὰρ] subaudi e præmissis ὑμᾶς οἶμαι. *videmini enim mihi vos ita existimare*.

— 26. ὡς περὶ τετάρτην] correxi ὡσπερεὶ τετάρτην, nil curans Taylorum obloquentem. exempla enim affert alienissima.

— ult. ἐκεῖνος] Thrasylochus puta; quod nomen statim ipse addit orator, erroris præcavendi ergo. frustra Taylor huic vocabulo h. l. movet controversiam. Midias non est ἐκεῖνος, sed οὗτος.

540. 1. ὑπὸ τούτου] facile patiar ὑπὸ omitti, quod suasit Wolfius.

— 2. κατέσχισαν τὰς θύρας] videtur hoc dicere: detrahebant signa a foribus, quibus signis veteres loco serarum utebantur.

— 9. κακὰ ἐξεῖπον] corrupta sunt, tametsi non video, quomodo emendanda. consueta dicendi ratio ferebat ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα ἔλεγον (sine κακά). bene notavit Wolf dictionis insolentiam.

— 11. ἠφίεσαν] minabantur sese remissuros.

— 12. ὅμως δέ τινας] malim ὅμως δ' ἔτι τινάς.

— 16. τῶν παρὰ τοῖς ἐπιτρόποις] scil. ὄντων μοι χρημάτων.

— ibid. οὐχ ὅσα ἐδυνήθην] fort. οὐχ, ὅσων ἐμαυτῷ συνῄδειν ἀπεστερημένῳ, ἀλλ' ὅσα ἠδυνήθην ἀνακομίσασθαι, προσδοκῶν εἰσπράξειν, δίδωμι.

— 21. τῆς κακηγορίας] malim articulum abesse, ut statim post v. 24. λαχὼν ἐξούλης.

— 23. πώποτε] dedi πω simplex. *nondum*, tum temporis non tangebam, tametsi jus mihi esset. non *unquam*, sed *tum nondum*.

— 26. εὐλαβῶς] post εὐλαβῶς videtur ἀκολούθως excidisse. ut sic procedat oratio: εὐλαβῶς, ἀκολούθως τοῖς νόμοις, τῇ δίκῃ ἅπαντα πρ. ἀ. Ego tam caute et circumspecte, convenienter legibus, omnia mihi agenda per jus et fas censeo.

— pen. ἀσελγῶς, οὐ μόνον] sic distinguendum et leg. videtur: ἀσελγῶς (scil. ἅπαντα περάττειν ἀξιοῖ). οὐ γὰρ μόνον —.

541. 6. Σφήττιος] correxi Σφήττιος. Θεω-

ρίσκος cum Θορίκιος aut Θορικεὺς mutandum esse, præter Wolfium Palmeriumque et Valesium, a Tayloro laudatos, vidit etiam Berkelius ad Stephan. Byzant. v. Θορικός.

— 13. κακὸν] omittit Augustanus κακόν. quo confirmor in suspicione mea, pro περὶ leg. esse πέρας. ut redeat πέρας ad ὅ. *quem finem fecerit Midias litis hujus.*

— 25. ἐδεῖτο] redit ad Stratonem.

542. 4. τὴν ἐρήμην δεδωκότα] in dubium vocatur hæc dictio a Tayloro, sine causa. nam vulgata bene habet. Latini quoque *dare judicium, condemnationem*, usurpant. διδόναι κατά τινος τὴν ἐρήμην, scil. κρίσιν, est dare in aliquem sententiam seu judicium desertum, cui nullus adversarius obloquatur, quod nullus adsit. v. p. 544. 25.

— 6. οἵος τ' ἦν] Midias.

— ibid. αὐτὸν] Stratonem.

— 7. ἀποφαίνειν] pro ἀποφαίνειν codd. quidam dant ἀποφέρειν. non male. scil. πρὸς τοὺς ἄρχοντας. et prætuli hoc. v. insequentia.

— 12. ἀντιλαχὼν] post ἀντιλαχὼν videtur aut deesse, aut saltim subaudiendum esse μὴ οὖσαν. v. p. 543. 14.

— 16. Σκιροφοριῶνος] videntur verba ἡ τοῦ Σκιροφοριῶνος e scholio in textum immigrasse. Etiam quid γιγνομένην v. 17. sibi velit haud intelligo.

— 20. κατηγόρων ἔρημον] imo vero συνηγόρων, *mutum et desertum ab advocatis*, Stratonem puta. Eorum, quæ aut Wolf aut Taylor ad h. l. attulere, nil probo. οὐδενὸς παρόντος neque scholium, neque supervacanea sunt, sed idem et aliquanto plus, atque proximum, dicunt. modo dixerat Stratoni advocatum affuisse nullum. jam dicit, prorsus neminem eorum affuisse omnium, quos adesse par fuerat, non subscriptores actori, non advocatos reo.

— 21. τὸν διαιτητὴν] invidiose dictum. crudele est et impium, lectum a se arbitrum infamia notare, quod non multo minus facinorosum est, ac si patrem perdas et interimas.

— 25. ἀδικηθέντα] si ἀδικηθέντα ad Stratonem redit, ut credibile est, et specie prima videtur, tum necesse est, ut Μειδίᾳ vel τῷ Μειδίᾳ transponatur post οὐδ' ὅλως. ut sententia hæc sit: tutum haud est Stratoni, litem ei intendere, si quis injuria se lacessiverit, neque arbitrium dicere, neque, ut videtur, eandem cum Midia viam ire. mihi tamen probabilius videtur ad ἀδικηθέντα subaudire τινὰ ὑπὸ Μειδίου, ut hæc sit sententia: *Nemini jam videtur tutum esse, neque a Midia jure pœnas repetere accepturum injuriarum, neque arbitrum ei sedere, neque prorsus eandem viam ire.* quæ commodior est sententia.

— ult. ὠμὸν] malim ὠμῶς. ut referatur ad ἐπεβούλευσε λαβεῖν δίκην. *tantas pœnas tanta cum crudelitate sumere per insidias machinatus est.* Videtur in aliis libris fuisse hæc lectio οὕτως ὠμὴν ἐπεβούλευσε (sine τηλικαύτην), in aliis fuisse τηλικαύτην sine οὕτως ὠμήν. tum ambas illas lectiones in unam confusas vulgarem vitiosam peperisse. alterutrum tollendum est me judice. scio tamen fore, qui verba οὕτως ὠμὸν referent ad præmissa τί ἐστὶν, et nihil aliud aiunt, quam, more Attico trajecta esse vocabula. qui judicio suo per me licet fruantur.

543. 6. μεγάλην νὴ Δί'] Est hic prosopopœia mimica et ironica amici excusantis Midiam cum inimico eum accusante loquentis. Amicus Midiæ sic: μεγάλην νὴ Δί' ὤφλε δίκην. occurrit inimicus Midiæ: ἀλλὰ χιλίων. rursus amicus: πάνυ γε. ἀλλὰ δάκνει καὶ τοῦτο —. respondet inimicus v. 10. ἀλλ' αὐθήμερον.

— 9. συνέβη δὲ ὑπερημέρῳ] vulgata bene habet. idem est ac si dixisset: οὐκ ἠσθετο γεγενημένος ὑπερήμερος, non sensit debitum a se stato tempore non solutum, διότι σύνοιδεν αὑτῷ οὐκ ἀδικήσαντι, ἀλλὰ μᾶλλον ἀδικηθέντι. quia conscius sibi erat, se nemini injuriam fecisse, sed potius accepisse.

— 12. τὸν ἄνθρωπον] Stratonem puta. v. v. 26.

— 13. ἀλλὰ μήπω τοῦτο] recte Wolf hanc dictionem interpretatus est, quem immerito notat Marklandus, ipse deceptus. *sed nondum de hoc*, scil. *dicam.* paullo post pluribus exsequar. id quod facit v. 22.

— 19. δεῖ] f. ἔδει.

544. 3. ἦν ἀπρόσκλητον] Sententia est hæc: Midias artibus callidis suis effecit, ut judices Stratonem condemnarent in jus non citatum.

— 15. Φανίας] Citat h. l. Harpocr. v. Φανίας.

— 19. ἡ κυρία τοῦ νόμου] bene habet. potest ἐκ subaudiri, addi nil opus est. *dies a legibus præscripta, præfinita arbitris.*

— 24. αὐτῷ] est *in ejus gratiam*, ut dudum admonuit Markland.

545. 7. ἐπειδὰν βούλωνται] imo vero ἐπειδὰν δ' ἔλωνται. *posteaquam vero delegerint de communi consilio arbitrum quempiam.*

— 18. ἢ ὀδύρασθαι] loco ἢ dat Aug. καὶ, quod recepi. Sed forte leg. sit φθέγξασθαί τι καὶ ὀδύρασθαι.

546. 6. νόμου] si bene habet, redit ad legem de Liberalibus. alii dant νόμων. dubito, utri melius.

— 7. προύνοιαν ποιούμενον] subaudi ὅπως μὴ περὶ αὐτὰ πλημμελῇ, vel tale quid. accusativus hic redit ad λαβόντες ἀφήσετε. quapropter signum interrogandi ei adjunxi. nam καταψηφίζεσθαι genitivum adsciscit.

— 14. σχεδὸν αἴτιον] est idem, atque σχεδὸν μόνον αἴτιον, aut σχεδὸν αἰτιώτατον.

— 16. ἢ σῶσαι διὰ ταύτην] post σῶσαι aut subaudi, aut adde τοῦτον.

— 25. ταῦτα] scil. τὰ Μειδίου παιδία.

— ibid. τὰ τοῦδε] liberos puta Stratonis.

— 26. ὑπὸ τούτου] a Midia.

— ibid. πατρὸς] Stratonis.

547. 2. ταῦτα ποιεῖ] h. e. ὑβρίζει.

— 9. φέρειν ἀξιοῦν] subaudi πάντας. Constructio hæc est: ἡγοῦμαι ὅτι πάντες ἄνθρωποι ἀξιοῦσι, τοὺς ἄλλους πάντας φέρειν αὐτοῖς εἰς τὸν βίον ἔρανον παρ' αὐτῶν, etc. *existimo homines omnes postulare, ceu rem æquam et sibi debitam, ut collatio quædam ad vitam communem agendam sibi conferatur a reliquis omnibus hominibus.* vel potest ad ἀξιοῦν subaudiri ἐμὲ vel ἐμαυτόν. ut hæc sit sententia: videor enim mihi recte et jure merito postulare, ut omnes homines sibimet ipsi de suo penu collationem ad vitam conferant. Sed inclusi ἀξιοῦν uncis, quoniam p. 574. 11. abest, ubi locus hic idem iisdem verbis recurrit.

— 18. τοιούτου] qualem puta modo exposui. Sed τοῦ delevi. ejusmodi, qualem omnes de te norunt.

— 26. ὅτι μὲν δὴ λειποταξίου] Citat h. l. Aristides τεχν. p. 230.

— 27. τὸν τοῦτο ποιήσοντα] aperta quidem sententia, durius tamen dictum. *illud facturum.* quidnam? scil. τὸ γεάψασθαί ἐμὲ λειποταξίου.

— ult. τὴν κονιορτὸν] Casaubonus ad Athenæi p. 421. arbitratur hunc hominem ideo hoc nomine contumelioso notatum esse, quod esset sordidus et squalidus, ita enim dictos olim fuisse illuvie tetros. Conf. cum his Tayl. ad h. l.

548. 1. ἀνεκρίνετο] subibat τὴν ἀνάκρισιν, quod examen erat, quo prætor jus dicturus accusatorem scorsim, et tum reum, audiebat, totamque causam cognoscebat ante, quam ejus in forum deferendæ veniam daret; quo certior fiebat, quibus quæque pars præsidiis causæ suæ uteretur. v. p. 548. 9. et Vales. ad Harpocr. p. 10.

— 10. κοινὸν] subaudi κατὰ πάντων ὑμῶν. Insequens ἔμοιγε cohæret cum δοκεῖ, ut τούτῳ cohæret cum πεπρᾶχθαι.

— 11. ἀτέχνημα] v. p. 553. 24.

— 12. τῷ γὰρ ἀθλίῳ —] Citat h. l. Arist. τεχν. p. 252.

— 18. ἐκεῖνον] Aristarchum.

— 19. τοῦ τετελευτηκότος] Nicodemi. v. p. 549. 23.

— 26. ὃς δέον, εἴ τις —] Citat h. l. Aristides T. p. 220.

549. 3. νῦν δὲ τούτοις οἷς ἐποίει] vitiosa trajectio, pro τούτοις δὲ, οἷς [vel ἃ] νῦν ἐποίει. nisi potius leg. est: νῦν δὲ τούτοις, οἷς μετὰ ταῦτ' ἐποίει. v. p. 414.

— 10. ἐλπίδας] post ἐλπίδας deesse videtur ἀφῃρῆσθαι, qui infinitivus pendebit e νομίζω v. 5. aut ἐπιβουλεῦσαι, e proximo εἰ γὰρ, ὧν ἐπιβούλευσε.

— 13. διὰ τί; εἰ γὰρ] videtur hic aliquid deesse. ratiocinium enim labat, neque superiora insequentibus satis bene respondent. quid enim sibi vult illa interrogatio διὰ τί; *cur?* nil præcessit, ad quod illud *cur* referatur. neque magis habet γὰρ, quo referatur. Num deest διὰ τί πολιτευόμεθα, aut μένομεν ἐν τῇ πόλει. *ecquid manemus in urbe?*

— 24. ἐπεξῆμεν] correxi ἐπεξήειμεν de meo. cæternm bene habet τὸν Ἀρίσταρχον. ἐπεξιέναι τινὰ perinde atque τινὶ usurpatur. quasi sit ἐξιέναι ἐπί τινα.

550. 10. τούτοις] malim ἐπὶ τούτοις. v. v. 8.

— 12. ἢ καὶ τίνα] fuit olim in libris aliis ἢ τίνα, in aliis καὶ τίνα. ambæ deinde in unam vulgatam coaluere. Sed delevi ἢ. post τίνα subaudiendum ἄλλην μείζονα. quem alium majorem excessum vel excellentiam.

— 19. αὐτὸς εὐδαιμονεῖν] correxi αὐτὸν εὐδαιμονιεῖ, a verbo εὐδαιμονίζω. *ipse semet beatum prædicet*, ipse sibimet placeat plaudatque de suis divitiis.

551. 4. προστῆκε δίκην dat codex Par. *a.* non male. quicquid est, debet δίκην, si non additur, subaudiri.

— 11. τοῖς πολλοῖς ἡμῶν] illi parti populi nostri, quæ nomine τῶν πολλῶν, *multitudinis*, venit. v. p. 561. et Taylor ad p. 485.

— 20. ὥσπερ ἠξιάμην] scil. αὐτὸν λέγειν.

— 24. διὰ] correxi ἰδίᾳ de mea conjectura, quam postmodum a codice quodam Italico, teste Tayloro, vidi confirmatam. *in damnum populi universi, ἢ καὶ ἰδίᾳ τινὸς τῶν πολιτῶν, aut etiam privatim civis alicujus.*

— ult. ἢ τὰ τοιαῦτα] primam vocem correxi ᾗ, ut sit a verbo εἰμί. *verum sit, an mendacium, in amicum, an in inimicum (mitto reliqua, quæ sunt hujusmodi), pensi non faciens.* Jam alibi admonui, formulam τὰ τοιαῦτα Demostheni idem significare, atque nobis *et cetera.*

552. 14. δι' ἐμὲ] sola vera est lectio. *propter me.* quia mihi infestus erat.

— 20. οὐκ ἀποκτενεῖτε] erat quidem ordo naturalis, ut bæc verba starent post συλλήψεσθε. Sed quis in affectu loquendi ordinem severum observat? nisi malumus ἀποκτενεῖτε reddere, non *cur non datis eum morti*, sed, *cur dubitatis ei mortis sententiam dicere.*

— 21. ταῦτ' ἔλεγεν ἡ μιαρὰ καὶ ἀναιδὴς κεφαλὴ] Scholiastes Aristophanis ad Acharn. 284. citat ταῦτ' ἔλεγες, μιαρὰ κεφαλή.

— 24. πρὸ τούτου] num πρὸ τοῦ. Sic certe solent Attici. *antehac, tempore superiori.*

— 25. ἐκείνου] Aristarcho puta. τοῦτον ad Midiam redit.

— ult. χρῆν μὲν οὐδ' οὕτω] scil. ποιεῖν.

553. 4. τούτῳ γε] bene habet. homini saltim, tam immani, tam omnis humanitatis experti, atque est Midias. huic uni saltim Midiæ venia detur, si alii nulli dari potest.

— 5. λαλᾶν] in Aug. est αλᾶν sine accentu. in quo ἄλᾶν noscito. ergone dedit orator ἀλᾶν [id est, τραπέζης] μὲν κοινωνὸς, καὶ ὁμωρόφιος. v. p. 554. et sic ansus sum de meo sensu corrigere.

— 9. τῇ πρωτεραίᾳ] interposui μὲν inter ambas voces. ante ὅτε nullus dubito ἢ excidisse, quod Taylor quoque animadvertit. *die ante, quam hæc in senatu diceret.* pridie ejus diei, quo verba illa in senatu fecisset.

— 10. εἰσεληλύθει] scil. ad Aristarchum.

— 13. ἐφεξῆς οὐτωσὶ] tam prope, ut vulgo solent maxime familiares sibi assidere.

— 20. αὑτῷ] sibi, Midiæ. δι' ἐκείνου, per illum, Aristarchum.

— 22. Μάρτυρες] deletum velim voc. Μάρτυρες. uncis quidem inclusi. nam hi testes demum 554. 6. producuntur. vidit hoc idem jam dudum Taylor.

— 25. ὀνειδίζειν] snbaudi τινί.

— 26. τούτῳ] id est, τῷ αὐτῷ, tametsi hoc malim.

554. 22. ὡς ἐμβεβληκότα] aut delendum est ὡς, aut deest aliquid. e. c. ὡς εἰωθεν, *ut consuevit, pro more suo.* aut ὡς φίλτατον, *quasi amicissimum.*

— pen. ἐῶ γὰρ εἰ φίλον] correxi ἐῶ γὰρ εἰπεῖν φίλον. tametsi vulgata possit defendi quodammodo et exponi sic: ἐᾶ γὰρ ζητεῖν εἰ φίλων ἠδίκηκεν. sed hoc perdurum est, et vel sic tamen addi deberet ζητεῖν.

555. 4. τὸ] visum mihi quoque aliquando fuit, quod Marklando, τοῦ esse legendum. Sed bene habet τό. et est hæc explicatio superiorum τὸ ἔθος καὶ τὸ κατασκεύασμα.

— 18. ἐγὼ μὲν γὰρ ἴσως —] locum hunc tangit Mœris Atticista p. 350.

— 23. ἐπ' αὐτὸν] subaudi τινά, scil. τὸν δόντα λόγον. nil opus est ἐφ' αὐτὸν legi, sed perinde est, utrum quis malit.

— 24. ὁρᾷ τις] post ὁρᾷ [vel φωρᾷ] τις deest aliquis infinitivus, c. c εἰσαγγελλειν, vel γεάφεσθαι, vel τιμωρεῖσθαι, vel tale quid. προαναρπάζειν significat, si quis potentem a se in flagitio deprehensum accusare minetur, eum prius funditus perdere, quam divitem criminosum ad judicii severitatem pertrahat.

556. 9. ὁ,τιδήποτ'— δαιμόνιον] verba ὅ, τι δήποτ' ἐστὶ τὸ σεμνὸν καὶ τὸ δαιμόνιον, non videntur loco suo posita, quæ si omittantur, tamen locus erit integer. miror præ cæteris illud ὅ, τι δήποτε, quod usurpant, aut qui rem ignorant, aut in dubium adducunt, aut elevant et extenuant. quorum nihil huic loco convenit. nisi si Demosthenes, extenuatione sui muneris invidiam minuere et avertere voluit, quam ipsi contrahere poterat vocabulum paulo arrogantius ὁσίας et σεμνόν. venerabile illud sanctimoniæ, quæcunque tandem illa fuit, quæ mihi tum inhærebat, choregus qui essem, cujus persona et legibus sacrosancta est.

557. 1. τί οὖν; σὺ δεινότερα] correxi periculo et marte meo τί οὖν; οὐ δεινότερα — *ergone, cum* [hoc est, *licet*] *acerbiora, quam reliquorum civium unusquisque a Midia passus non sis, tamen indignaris?* leniorem hanc duxi medicinam illa, qua Taylorus est usus, qui post σὺ auctoritate sua μὴ addidit. Pronomen σὺ si servatur, possit etiam sic legi: τί οὖν; οὐδὲν σὺ δεινότερα.

— 6. πρὸς τὸ λοιπὸν πᾶν] subaudi τοῦ λόγου. Constructio verborum trajectorum hæc est: εἰ τὸ παρ' ἀμφοτέρων ἡμῶν ὕδωρ, τό τ' ἐμὸν λέγω, καὶ τὸ τούτου ὑπάρξειε προστεθὲν πρὸς τὸ λοιπὸν πᾶν τοῦ λόγου. *Si aqua nobis ambobus definita, mihique puta illique, in unam confusa massam, illi, quæ adhuc reliqua superest, orationis meæ parti addatur, tomen haud suffecerit.*

— 13. ἔστι δὲ ταῦτα παντοδαπὰ] videtur orator dedisse: ἔστι δε ταῦτ' ἀδικήματα παντοδαπά.

— 20. καὶ πολλὰ ἕτερα παραλέλοιπα] malim καὶ πολλὰ δ' ἕτερα παραλ. v. p. 556. 2.

558. 12. ἣν προσῆκε] malim ἣν ἔχειν προσῆκε.

— 22. ἤλαυνες] post ἤλαυνες subaudienda ad superiorem interrogationem responsio ab oratore suppressa, sed ab audiente aut legente quoque facile supplenda. ἀλλ' οὐ δικαίως γε τοῦτο. *non tu id jure, quidem.* Interrogatio est mirantis, infitiationem quoque complectens. Et nihilominus tu tamen eos agitabas — et in eo recte facere tibi videbare? Nullo modo.

— 26. κατεσκεύαζον] bene habet. usurpatur, ut aliquoties in hac ipsa Midiana factum est, de iis, qui insidias fraudesque clandestinas parant, consilia inter se conferunt, et mendacia comminiscuntur, atque velut tela quædam procudunt, quibus inimicos innocentes configant, eunque per subornaturos emissarios clam per circulos spargunt.

559. 15. τὰ τοιαῦτα] hæc verba, quæ significant, *et cætera, mitto reliqua hoc de genere,* a prioribus commate interjecto diremi. ad exemplum Wolfii et Taylori.

— 22. ὁρῶντας] tametsi ferri potest, neque enim a more loquendi Demosthenico, neque a loci abhorret sententia, minus tamen hic placet ideo, quod modo v. 21. præcesserit ὁρῶ. quare cum in

Augustano sit δεδιότας, suspicor olim in libris fuisse ὀρρωδοῦντας, in cujus locum scholium δεδιότας, et vitiosa lectio ὁρῶντας successit. Video nunc Taylorum quoque eadem in mentem venisse. Reliqui tamen vulgatam.

560. 14. *τῶν ἄλλων τινὶ τούτων, συλλεχθέντες*] distinctione mutanda locum sanavi et illuminavi. comma scilicet ad vocem tertiam revocavi. Constructio est: *γίγνησθε κρείττους ἑκάστου τούτων. horum [conspiratorum in vestram pestem] unumquemque superetis atque dometis.*

561. 13. ὃ] malim ἃ, ut omnia præmissa, *γένος, πλοῦτος, δύναμις*, complectatur.

— ibid. *ἂν ὕβρις ᾖ*] malim aut *ἂν ὑβρίσῃ* (uno vocabulo) aut *ἂν ὕβρις πρασῇ*, quorum hoc a libris confirmatur, et maluit quoque Taylorus, aut *ἂν ὕβρει συνῇ*.

— 17. *στασιάζοντας*] restitui pro vulgato *στασιάσαντας*. ideo appellebantur Alcmæonidæ a Pisistratidis, quod *ἐστασίαζον*, adhuc dum factionem agitarent atque tumultuarentur, non quod *ἐστασίασαν*, olim aliquando id fecissent.

— 20. *καὶ ταύτης δὴ τῆς οἰκίας, ἧς ὑπάρχουσι*] addidi δή, quod deest vulgatæ. Sed nondum sic locus est complanatus. nam adhuc deest δέ, et delendum est ἧς. ut sic habeat: *καὶ ταύτης δὲ δὴ τῆς οἰκίας ὑπάρχουσι. atqui hujus quoque domus*, aut, *sed vel hujus quoque domus.* non possum dissimulare lectionem, quam in margine codicis Bavarici reperi, quæ videri possit vera, et elegans adeo, nisi elegantior esset, quam pro spiritu Demosthenico. accedit enim ad tragicam audentiloquentiam. Est hæc: *καὶ ταύτης τῆς οἰκίας συγγενεῖς ὑπάρχουσι.* laudarem et tollerem in poeta dictionem: *huic genti cognata sunt multa et magna beneficia, quibus ea gens populum ornavit.* volunt Demosthenem hic in geminum impegisse scopulum; alterum, quod paternum ejus genus ab Alcmæonidis repetierit, alterum, quod maternum ab Hipponico. Possit utcunque altera certe liberari reprehensione. Clinias enim, pater Alcibiadis, per matrem erat ab Alcmæonidis oriundus.

— 23. *Σέμενος τὰ ὅπλα*] Citat h. l. Harpocr. hac voce.

— ult. *τὸν χρόνον*] hæc duo verba uncis inclusi. *οἱ κατ' ἐκεῖνον* [scilicet *γεγονότες*] *ἡμέτεροι πρόγονοι.* nostri majores, istius æquales.

562. 1. *οὐδενὸς τούτων*] subaudi *ἀντὶ*, vel *χάριν.* nihil hic deest. perquam usitata hæc est ellipsis. v. p. 566. 20.

— 8. *Ταυρέαν*] Citat h. l. Harpocr. v. *Ταυρέας*, et *ἐπὶ κρήνης.*

— 12. *Ἀγάθαρχον*] Citat Harpocr. v. *Ἀγάθαρχος.* In Augustano est *Ἀγάθαργον* (per γ) nescio an recte. ut bonorum operum auctorem significet hoc nomen proprium. *αργον* pro *ἔργον* veteres in compositis usurpasse, colligo e vocabulo *ἐναργής.*

— 13. *λαβὼν δέ τι πλημμελοῦντα*] Concludit sic: Etiamsi concederem piaculum Midiæ minus esse Alcibiadeo, tamen eadem ille pœna esset afficiendus, qua fuit Alcibiades affectus, exsilio puta. quia scelera, quibus majestas deorum violatur, omnia pari pœna digna habentur. Verum nec minus est, qui enim minus ille peccare queat, qui totam vestem sacram corrumpat, quam qui signum aliquod parte quadam mutilet?

— 18. *τοῦτο ποιῶν*] scil. *ἀφανίζων ἱερὰν ἐσθῆτα.*

— 19. *τίσι ταῦτ' ἐνδεικνύμενος*] Sententia est: colligamus et spectemus e comparatione, quis ipse sit, qui talia in vos ausus est, et quinam sitis vos, ad quos ille suam jactat superbiam, potentiam, petulantiamque. *ἐνδείκνυται τίς τινι*, qui ad alterum sese seu verbis contumeliosis et arrogantibus, seu factis insolentiæ atque impotentiæ plenis jactat, insultandi ergo, et quo magnitudinem nobilitatis generis, opum suarum cæteræque suæ excellentiæ ei ostendat. Patet hinc verbum hoc a Lambino immerito esse notatum. Quis est ad vos? qui vos estis ad eum. Vos orti estis a majoribus, qui animis essent præditi tam excelsis, ut injuriam accipere nollent ab homine nobilissimo, ditissimo, facundissimo, fortissimo, de rep. insigniter merito. Hic e sterquilinio exstitit, spurius, supposititius, barbarus, natu servus, qui patremque matremque veram nesciat nominare, dicendi infans, nullis rebus gestis clarus, omni dedecore coopertus, omni flagitio nobilitatus.

— ibid. *μὴ τοίνυν ὑμῖν πρὸς τὸ μὴ καλὸν*] transponsui *ὑμῖν* post *καλόν*, et pro *τὸ* suffeci *τῷ*. Vos itaque non hoc solum cogitate, haud decere vos, sed etiam hoc, tametsi ignominiam ferre nil recusetis, tamen nefas quidem esse, ut Midiæ veniam faciatis. *εἶναι* post *καλὸν ὑμῖν* ægre desidero; sed bonum Wolfium, qui non nisi bona, vera, recta, sed idonea quamquam paucis verbis notasset, tam indignis modis a Tayloro acceptum, pæne dixeram tam furiose laceratum, ægrius fero.

— 26. *οὗτός γε οὐδενὸς*] mediam vocem addidi. *γε* ne ad *οὗτος*, sed ad *στρατιώτης* refer. *non imperator, sed οὐδὲ στρατιώτης γε, ne miles quidem gregarius. cum quoquam comparandus.*

— 27. *ἐν οἷς κοινῇ μὲν οὐδέν*] sententia insequentium *ἰδίᾳ πάντας ἀνθρώπους*, postulat, ut hic legatur, *ἐν οἷς κοινῇ μὲν οὐδένα οὐδέν. de nemine quicquam boni prædicat, omnes autem infamat.* opponit inter se *neminem* et *omnes.* Vulgatam si tueris, erit hæc sententia: nullius unquam consilii publice salutaris auctor fuit.

563. 3. εἶναι] non redundat. *cui adsunt, ferente ita fortuna, duæ res natura inter se ita pugnantes, ut nil magis.* Sunt nempe ei uni duæ matres, altera, quæ vera est, sapientissima, altera, quæ eum sibi supposuit, omnium stultissima.

— 8. διὰ τοῦτο] hæc verba cohærent non tam cum γεγονὼς κύριος, tametsi illuc quoque referri possunt, quam potius cum οὐδένα τρόπον δύναται φέρειν.

— 12. τὸ τῆς φύσεως] dubium, sitne nominativus, an accusativus. Si nominativus est, sic accipi debet: barbarica re vera et dis invitis nata indoles Midiæ, trahit, agit, rapit eum invitum, obtorto collo, et ostendit eum sic utentem præsentibus opibus, ut alienæ, quæ etiam sunt. Sin est accusativus, mutandus est spiritus lenis in v. αὐτὸν v. 15. aspero, et subaudiendum αὐτός. αὐτὸς ἔλκει τὸ τῆς φύσεως [id est, τὴν ἑαυτοῦ φύσιν] καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ποιεῖ φανερὸν χρώμενον [id est, φανεροῖ, ὅτι χρῆται], ipse suæ naturæ feritatem et dis inimicis natam indolem raptat [h. e. e tenebris, quibus ipsa latitare vult, protrahit invitam] et vim ei reluctanti infert, ipseque se prodit, et monstrat sese utentem suis pro alienis.

— 23. ἀπήντων] post ἀπήντων deesse videtur τίθει δή, *fac, finge, Midiam esse judicio convictum et condemnatum.*

564. 2. οὐτοσὶ] correxi οὑτωσὶ, quod recte defendit et exponit Taylor. *Sic demum aliquando, tum demum, quia non prius, et ea de causa, quia non potuit alia effici, desinet insolescere.*

— 9. ἐσμὲν] abesse malim.

565. 5. αὐληταῖς ἀνδράσι] distingui hæc malim interjecto commate. *tibicinibus in certamine virorum saltando inter se contendentium.*

— 10. εἰστίακα] tangit h. l. Harpocrat. v. ἑστιάτωρ.

— 14. οὐκ ἀπὸ ὑπαρχούσης οὐσίας] bene sic, male qui τῆς addunt, et addi volunt. *non e peculio jam præsente atque parato, antequam ego ad ejus administrationem venirem.*

— ult. ῥυτὰ] meminit hujus loci Harpocr. hac voce.

566. 9. ἀλλ', ὃς ἂν] id est, ἀλλὰ δεῖ ὑμᾶς τιμᾶν καὶ θαυμάζειν τοῦτον, e versu 6.

— 11. ἀλλὰ νὴ Δία τριήρη, ἣν ἐπέδωκε] delevi ἣν — sine dubio fuit in libris olim gemina hujus loci versata lectio. altera, quam e codice Augustano restitui. altera, quam in margine Bav. inveni: ἀλλὰ μὴν διὰ τριήρη, ἣν ἐπέδωκε. *atqui tamen propter triremem* [scil. *debetis eum magni facere*], *quam ultro donavit.* Potest etiam tertia, aut fuisse olim, aut nunc confingi: ἀλλὰ, νὴ Δία, διὰ τριήρη [scil. δεῖ ὑμᾶς τιμᾶν καὶ θαυμάζειν αὐτὸν], ἣν ἐπέδωκε. ego vero lectionem Augustani præfero.

— 13. οὑτωσὶ δὴ ποιήσατε] videntur hæc nimis abrupta. planius et mollius sic procederet oratio: ταῦτα δὲ ἐὰν λέξει, οὑτωσὶ δὴ ποιήσατε. *quæ cum dicet, sic facite.*

— 23. πρῶται] malim αἱ πρῶται cum articulo, et v. pen. αἱ ἐπιδόσεις.

— ibid. τούτων] scil. κοινωνὸς, vel tale quid.

567. 1. οὐκ ἐπεδίδου τότε] scil. ὅτε ἐγίγνοντο αἱ ἐπιδόσεις. malim tamen οὐκ ἐπεδίδου οὐδὲ τότε. *nil dabat, ne tunc quidem.*

— 19. κατείληπτο σοφιζόμενος] Sententia hæc videtur esse: Midias reformidabat bellum. quo factum, ut modis omnibus studeret necessitatem in castris agendi eludere. Verumtamen, tametsi callide rem commentus esset, nihil tamen ei proderat ista versutia, sed potius ea, tanquam decipula quadam, captus tenebatur. hoc est imponebatur ei inevitabilis necessitas in castra eundi. videtur Midias præfectus alæ equestris fuisse, quæ, quod olim aliquando Argyræ præsedisset, ex eo postmodum nomen invenit, ut οἱ ἐξ Ἀργούρας ἱππεῖς appellarentur. Fuerant hi equites a Phocione in urbem remissi, ut otio recrearentur. nunc iidem ab eodem imperatore rursus in Eubœam revocabantur, ut vices susciperent alius alæ, in urbem redeuntis, quo a molestiis castrensibus requiesceret.

— 25. ἅπαις] ambigo inter παῖς et ἄπαις. habet utrumque, quo commendetur.

568. 7. τελωνείαν] correxi τελωνίαν. Sententia est: navem, quam reip. dedit, habuit pro pecunia, qua publicanus aliquis aliquod vectigal redimit; qua pecunia soluta jus accipit censum aliquem statutum ab invehentibus e. c. merces quasdam, aut exportantibus exigendi. Sic Midias existimabat post navem a se reip. donatam, immunem jam se a legibus esse, et licere sibi ita grassari in quemque, ut publicani solent in obvios quosque. vel licere sibi ex illa navi quæstum facere ingentem, ut publicani triplam, vel decuplam rursus exigunt a civibus eam pecuniam, qua vectigal redemerunt. citat h. l. Harpocrat. v. πεντηκοστή.

— 12. ἱππικῆς τινὰ πεντηκοστὴν] censum, ut ita dicam, aliquem, quo solvendo redimeret otium vel vacationem militiæ equestris. nam, ut qui quinquagesimam dependunt, eo licentiam consequuntur, eo, quod important, seu quicquid id est, cujus causa quinquagesimam dependunt, utendi. fruendi libere, sic Midias sibi persuadebat danda navi, veluti quadam quinquagesima, se vacationem a militia equestri impetravisse. Aut appellat sic tribunatus equestris novum quendam reditum, quia cum navi sua, qua ipse vehebatur, tametsi ea militiæ esset consecrata, mercaturam velut exercebat, et ligna con-

vectabat, quibus uteretur domi; quamquam ipsi, ut præfecto alæ equestris, militia esset fungendum pedestri, neque liceret trierarchum agere.

— 14. ἀπέπλεῖτε] verum est, et servo. eum reveheremini, cum rediretis domum cum classe. ἐκπλεῖν de hoste potest dici, ad urbem cum armis infestis adnavigante. sed ἀποπλεῖ, qui aliunde domum renavigat. v. v. 25.

— 16. χάραξας] Citat Harpocrat. v. χάραξ.

— ibid. ζυγάματα ὡς αὐτὸν] assores ad contabulationes domi suæ.

— 17. ξύλα] tigna, sublicas ingentes, quibus uteretur in argentifodinis suis, ad effulciendam humum in cuniculis, ne humus perfossa sublabatur.

— 23. Πάμφιλος] aut post Πάμφιλος deest nomen tribus, unde ille Pamphilus esset oriundus, aut nominativus Νικήρατος cum genitivo Νικηράτου est mutandus.

569. 8. ἆπερ] malim οἷά περ. ob insequens τοιαῦτα v. 10. et 11. et sic correxi de meo arbitrio. quamquam me non fugit post τοιοῦτος interdum sequi ὅς pro οἷος, ut p. 570.

— 10. καὶ τὰ λελειπ.] καὶ est b. l. *etiam*, vel *quoque*. si, prout dicit, revera *quoque* essent.

— 12. ὧν ἐμὲ ὕβριχεν] mediam vocem uncis inclusi. non enim solas Midiæ injurias in se, Demosthenem, commissas significare vult orator, sed universe in omnes.

— 15. οὐ κατὰ τὰς Μειδίου λειτουργίας] subaudi ἀλλὰ πολὺ λαμπροτέρως. confer quæ supra diximus ad dictionem, οὐδὲ πολλοῦ γε δεῖ, subaudi ἀλλὰ τοῦ παντός.

— 17. καλὰ ὑπὲρ τῆς πόλεως] in aliis codd. fuit καλὰ τῇ πόλει, *decora et honorifica civitati*. quod non est scholium, sed ipsa lectio codicis Augustani. imposuit, ut sæpe factum est, Simon Fabricius Tayloro. nil interest inter ambas lectiones.

— 22. τούτοις γὰρ] refertur hoc γὰρ ad subaudiendam sententiam. merito hos duos exempli causa nominavi. Nam his—.

— 25. τὰς ἄλλας] præter statuam illam puta, inscriptione insignitam.

— pen. οὐ μόνον ὧν] malim οὐχ ὧν pro verbis οὐ μόνον ὧν.

— ult. τις ἄν] malim addi ἀν ad τις. μικρὰ γὰρ αὖτη γέ τις ἂν ἦν. et tum καὶ deleri.

570. 5. ἐρχεῖσθαι] correxi ὀχεῖσθαι. *vehi*, scil. equo.

— 7. βοώνην] correxi βοώνην, non quo alterum damnem, quod idem est cum vulgata, sed constantiæ ergo, quia in reliquis Demosthenis locis, ubi hoc vocabulum occurrit, iota abest; deinde quia plerique et optimi codices in βοώνην consentiunt.

— 18. σύμβολα] literas, tabulas publicas, acta publica, ut Verres fecit in Sicilia, vel et contractus, pacta inter ambas civitates, Atheniensem et Cyzicenam, inita.

— ibid. τὴν πόλιν] urbem nostram, Athenas.

— ibid. τῇ πόλει] incolis Cyzici.

— 24. δώδεκα τῆς πόλεως] post primam vocem aliquid deesse, dubio penes me vacat. e. c. ἐκ τῶν τῆς πόλεως, *ex ærario publico*, aut *e bonis resp.*, aut ὑπὸ τῆς πόλεως, *jussus a civitate*, ut i lud ὑπὸ cum ταχθεὶς jungatur, aut ἀντὶ, vel, ut Wolf voluit, ὑπὲρ τῆς πόλεως.

— pen. μιᾶς] malim πλὴν μιᾶς. *præter unam*. h. e. penultimus cum navi sua veniebat; cæteræ naves omnes navem ejus præveniebant. multo majus hoc est dedecus, quam quod vulgata Midiæ exprobrat, quæ eum cum navi sua secundum a primo venisse ait.

571. 1. ἀλλ' ἵππον οὐκ ἐτόλμησεν] vocabulum secundum cum in Augustano viderem iteratum quidem, sed a recentiore manu linea transversa gemina, altera super voce, altera infra ducta, expunctum, facile egomet quoque pro lapsu aberrantis calami habebam. sed postea inspiciens Bavaricum, in coque videns pariter idem vocabulum iteratum, cœpi sospicari non de nihilo, neque casu fortuito id factum esse. quare etiam ego vocabulum ἵππον iteravi. *equum, equum inquam, haud sustinuit, qui sibi proprius esset, emere.*

— 3. τὰς πομπὰς] non memini Græcis usurpari ἠγεῖσθαί τι in accusativo, sed aut τινὸς, aut τινί, quare aut ταῖς πομπαῖς malim, aut cum Wolfio τῇς πομπῆς.

— 9. ἥδη] Sententia est: eos omnes commemorare, si quos vos, o judices, condemnassetis, posteaquam populos eos jam antea suo percolisset præjudicio, fraudem ab iis circa ludos esse commissam.

— 18. κἀκεῖνος] scil. lex de violatoribus sacrorum Eleusiniorum. τούτου (vel τοῦδε, ut est in Aug.) significat legem de violatoribus Liberalium. v. v. 17. Sæpe in hac oratione οὗτος ὁ νόμος aut simpliciter ὁ νόμος, est lex modo dicta de Liberalibus.

572, 2. ἄνθρωπος] distinguunt alii ante ἄνθρωπος. sed Aug. Bav. aliique bonæ notæ libri sic, ut in Parisina factum est, distinguunt. Taylorus autem fallitur articulum addens. simplex ἄνθρωπος idem est atque ὁ ἄνθρωπος. deesse quidem aliquid hic suspicor, non autem articulum, sed Κάρ. ut sit πρὸς ὑμᾶς ἄνθρωπος Κάρ. exaggerationis ergo addit hoc de peregrinitate. homo peregrinus, neque peregrinus solum, sed etiam de gente ea, quæ peregrinarum omnium gentium Athenis una esset vilissima atque contemtissima.

— 15. καὶ εἰ μὴ] omittunt quidam καί. malim εἰ abesse.

— 16. τοῖς κηρύγμασιν] quibus peregrini

vetabantur sedes civium in theatro occupare.

— 21. *τὸ σῶμα ἕκαστον*] tametsi scio vulgatam defendi posse, Taylorumque Wolfium nugarum h. l. reum agere, nihilominus tamen audeo cum Wolfio facere, et aut *εἰς τὸ σῶμα* præferre, aut certe *ἑκάστου*, vel *ἑκάστων*. v. p. 539. 4.

573. 1. *τὴν ἐπὶ τῆς πομπῆς καὶ τοῦ μεθύσιν περόφασιν λαβὼν*] potest accipi pro *ἐν τῇ πομπῇ καὶ τῇ μέθῃ*. sed quid est *ἡ ἐν τῇ πομπῇ περόφασις*? tolerabilior hic loci foret dativus. *ἐπὶ τῇ πομπῇ καὶ τῷ μεθύειν*. ego vero nullus dubito oratorem dedisse: *τὴν ἐκ τῆς πομπῆς καὶ τοῦ μεθύειν*. *causationem a ludis et a crapula repetitam*.

— 3. *ἁπάντων — τούτων*] plana et recta dicendi ratio ferebat, ut diceret: *τῶν τοίνυν ἅπασι τούτοις πεπραγμένων*.

— ibid. *ὧν ὁ μὲν, εἶλεν*] correxi *ὧν ὁ μὲν, ὧν εἶλεν*. *quorum alterum constat ab illo jure destitisse, quod a reo sibi debitum priori judicio evicerat*.

— 18. *Σκίτωνι*] nomen hoc Græcum hominis esse, haud memini. num *Σκίφτωνι*. In Anthologia Constantini Cephalæ epigr. 778. (in Iensiana collectione est n. 127.) est Scirtus aliquis histrio.

— 26. *δεῖγμα*] specimen morum vestrorum, e quo universus animorum vestrorum habitus colligi queat.

574. 15. *δίκαιον ὑπάρχειν εἰκὸς παρὰ πάντων*] addidi v. *εἰκός*. quæ poterat, fatebor enim, abesse. Sententia est: *dignum est ipsi licere ab omnibus idem jus, ut sibi debitum, repetere*. *δίκαιον* est, ut, qui bene fecerit alteri, jus ei sit, ab eo, quem ornarit, studium et benevolentiam et memorem animum exigendi, ubi opus habeat. *ταὐτὸ δίκαιον* est postulatio, ut ego tibi benefeci, sic tu vicissim stude me demereri. Pro *ἐλεᾶν πολλοὺς* malim *ἐλεᾶν τοὺς πολλούς*. commiserationis plenus erga inopem, desertum, injuriis et oppressioni obnoxium popellum. tametsi scio, ut hic vulgatum est, sic supra quoque p. 547. sed ibi paulo aliter est, non *ἐλεᾶν*, sed *εὖ ποιᾶν πολλούς*.

575. 6. *διακρούσηται*] scil. *τὸν παρόντα κίνδυνον*.

— 7. *προσέχειν*] scilicet *αὐτῷ ἢ ταῖς αὐτοῦ δεήσεσι καὶ δακρύοις*.

— 8. *διαπλάττεται*] præfero compositum h. l. simplici. Significat toto causæ illius pendentis tempore Midiam simulasse modestum, atque supplicem.

576. 14. *αὐτὸν*] malim *αὐτῶν*. *per hos ipsos viros*, rhetoras puta.

— 16. *τάχα τοίνυν οὕτως —*] locum hunc citat Aristides *τεχν*. p. 258. et 260. ad hunc modum: *τάχα τοίνυν καὶ τοιαῦτα ἐρεῖ ὡς ἐσκεμμένα πάντα λέγω νῦν ἐγώ. ἐγὼ δέ γ' ἐσκέφθαι*. unde correxi *λέγω νῦν ἐγώ. ἐγὼ δέ γ' ἐσκέφθαι*.

— 24. *ποιῶν*] correxi *ποιῶ*. nou, quod me fugiat vis dictionis *ὁμολογῶ ποιᾶν*. bene novi eam significare, *ὁμολογῶ ὅτι ποιῶ*. sed, quod, participio servato, *καὶ* esset tollendum.

— 27. *ἐπῆν*] correxi *ἐπῄει*, *in mentem venisset*.

577. 2. *ἐρεῖ*] correxi *ἐρεῖν* ex Augustano, pront conjecerat Taylor. Sententia est: nullus dubito, eum, quæ tunc dixisset, eadem nunc quoque nil verecundaturum esse dicere, scil. concionem illam, quæ præjudicium contra se tulisset, constitisse solummodo e fæce plebis, ex illis, qui cum debuissent in castra exire, domi mansissent, aut præsidia vacua reliquissent, in quibus patriæ præsidere debuissent. quapropter illi præjudicio concionis tam abjectæ et flagitiosæ nullam esse auctoritatem.

— 9. *βλέπων*] ante *βλέπων* deesse videtur *ὀξὺ* vel *δριμύ*.

— 22. *μεγάλην μέντ' ἂν ἀρχὴν, μᾶλλον δὲ τέχνην*] Taylor vocabula duo *ἀρχὴν* et *τέχνην* transponi vult. non sine quadam veri specie. quod si tamen diligentius rem pensites, vetustum reperies ordinem haud movendum. proverbiali locutione dicebatur ille, qui magnum et spissum insperatumque bonum reperisset, *μεγάλην ἀρχὴν εὑρηκέναι*, imperium ingens, h. e. provinciam opimam, magistratum cum amplissima et quæstuosissima potestate, reperisse. Quo proverbio Demosthenes cum utitur, tum statim ipse sentit, rei præsenti haud satis id convenire. quare ipse semet reprehendit quasi et revocat, hunc ad modum: *magnum reperisses imperium. imo vero, magnam quandam artem*. quod enim tu efficeres, si posses, hoc minus vi et imperio et potestate est impetrabile, quam arte, ingenio, calliditate.

— 25. *φθόνον ἐξ ὧν —*] Sententia est: si in illa tuorum importunitate morum, qua invidiam et odia omnium tibi conscisceris, hoc consequi possis imposturis et præstigiis tuis, ut tamen tibi judices ignoscant; quæ duæ res, odium et commiseratio, inter se natura quam maxime pugnant.

— 26. *ἐξαπατᾷς*] etiam ex hoc verbo patet, oratorem v. 22. primo loco *ἀρχὴν*, posteriore *τέχνην* posuisse, quia vis et imperium cogit, ars machinis et fraudibus rem gerit.

578. 4. *ἐλθὼν*] cum ab Olyntho huc Athenas rediisset, accusabat ignaviæ equites, qui secum interfuissent illi expeditioni, adversus eos cives, qui ab illa expeditione abfuissent et interea domi mansissent. Opponit huic *ἐλθὼν* statim *τὸ μείνας*. cum mansisset Midias domi, accusavit et infamavit eam populi partem quæ secum domi mansisset, neque in cam-

pum exisset, ad eos, qui ab expeditione in Eubœam modo redissent.

— 6. δήμου] Augustanus post δήμου puncto, pro more suo, hoc est commate pro more nostro distinguit. falso. τοῦ δήμου non cohæret cum ἐξεληλυθότας, sed cum κατηγορήσει. δῆμος est illa pars populi, quæ ab urbe non discedit, sed in ea manet, eam obtinet. quod si placeat τοὺς ἐξεληλυθότας cum τοῦ δήμου copulare, tum necesse sit ὑμῶν addere. ὑμῶν κατηγορήσει πρὸς τοὺς ἐξεληλυθότας τοῦ δήμου. *vos accusabit ad partem populi, quæ in castra exiit.* quod minus probo, existimans vulgatam h. l. bene habere.

— 23. ἔτι τούτῳ] delevi. Videntur hæc verba nata esse a varia lectione ad v. 26. referenda, ubi leguntur hæc ἐπ' αὐτῷ τούτῳ. quorum loco in aliis codicibus fuisse suspicor ἐπὶ τούτῳ simplicius, quod nescio an huc e margine per errorem irrepserit.

— 24. καταχειροτονηθέντος] correxi καταχειροτονηθέν. est hic nominativus absolutus, ut δέον, ἐξὸν, παρὸν, et talia. *posteaquam populus eum sublatis in concione manibus damnaverit, et quidem impietatis erga deos.*

— 25. ἐπῶν] post hoc verbum addi vult Lambinus illa duo verba ἔτι τούτῳ e versu 24. exturbata. non absurde ille quidem. Verumtamen non valde illis opus est, et pæne dixerim supervacanea esse. alii codices post ἐπῶν solummodo ἔτι addunt. quod tolerabile est.

— pen. εἰ καὶ μὴ πάντα] malim articulum inseri, εἰ καὶ μὴ τὸν πάντα.

579. 1. χειροτονεῖταί τις] enclitice, an interrogantis modo legatur, perinde est. *Si quis deligitur suffragiis populi ad honorem aliquem gerendum.* sive *quisnam deligitur?* Statim audias hoc responderi. Midias προβέβληται. Sed quid hoc sibi volt? triplex inest verbo vis. Sive enim significare potest, Midias cooptatur, eligitur, designatur. aut sese opponit, alterius puta cujusque denominationi, nisi ipse denominetur. aut denique Midias ultro se offert, ingerit, ambit honorem. v. p. 519. postremam rationem omnium maxime probem. Hæc olim. Postmodum placuit sic interpungi: χειροτονεῖται. τίς; Μειδίας Ἀναγυράσιος. προβέβληται Πλουτάρχου. πρόξενεῖ. est ficta collocutio. incipit alter narrare χειροτονεῖται — interpellat alter interrogando τίς, quisnam? respondet iste: Midias. tuetur Plutarchum. proxenus est (et istius Plutarchi et aliorum multorum). Verbum προβέβληται h. l. accipio pro ὑπεραπτίζει. Sed primam harum trium rationum veriorem esse, judicio est Aristidis lectio p. 190. 15. ubi verba illa Πλουτάρχου πρόξενεῖ desunt exemplo Aldi. cujus utique potior esse debet auctoritas, quam exempli a Normanno interpolati, qui ex editis libris ista duo vocabula interposuit. Veteres itaque ista duo Μειδίας et προβέβληται inter se copulabant. Et ad illum modum Normannus quoque recte, aut saltim sic satis tolerabiliter vertit: *in campo petitor volitat Midias, Plutarchi procurator est.*

— 3. πρόξενεῖ] Citat h. l. Aristides τ. p. 190.

— 6. οὐδὲ δέδοικα] correxi οὐ δέδοικα. verba sunt assimulata Midiæ.

— 10. προσήκει] post προσήκει addidi verba ἐγὼ μὲν ἡγοῦμαι, convenienter mori Demosthenis, præmissis interrogationibus hujusmodi pronunciata responsionum loco subjiciendi.

— 11. μεγαλόφρων] Citat Aristides τ. p. 270.

— 15. καὶ ἐν τοῖς καιροῖς] apparet vitium, præsertim cum in aliis libris sit καὶ ἐν οἷς καιροῖς. mihi videtur leg. esse: ἐν τοῖς μεγίστοις καιροῖς. *idque temporibus gravissimis atque acerbissimis, summeque momentosis.*

— ult. τοιαῦθ'] *alia hujus generis, quæ omitto, convicia spargens.* pendet ὑβρίζων et καθιστὰς ex ἀνέστηκεν et δημηγορεῖ v. 21.

580. 2. κατὰ τῶν πολλῶν ὑμῶν] idem est atque, κατὰ τῶν πολλῶν ἐξ ὑμῶν, vel τοῦ ὑμετέρου πλήθους. in multitudinem, seu plebem vestram, partem populi vestri contemtiorem atque egentiorem, sed numero superantem. ἔχων, a Taylorо temere sollicitatum, bene habet, cohærens cum περιέρχεται. *quum occultam in plebem vestram habens gerensque circumit per urbem, per forum, opportunitate oblata profereus in medium.*

— 11. σὲ δὲ οὐ παύσεσθαι] correxi σὺ δὲ οὐδὲ οὕτω παύσεσθαι. *te autem ne sic quidem ad meliorem frugem rediturum, et ab audacia tua destiturum esse.*

— ibid. καὶ βοηθήσουσιν] transitus paulo abruptior et intemperantior ad illum locum, quo jam aget cum advocatis Midiæ. visus mihi hoc sum in Græcis oratoribus observasse, paulo insolentius et minus probabile, vetustamque simplicitatem, an eruditatem referens, ut ab aliis argumentis ad alia, non pedetentim et commode, non via, sed saltu, eoque sæpe præcipiti, transferantur.

— 12. οἱ λέγοντες] sunt Eubulus ejusque similes et sodales, ut e sequentibus patet.

— 14. οὗτος] Est idem Eubulus.

— 15. βιάζεται τοῦτο οὐκ ὀρθῶς] aut omittendum est prænomen, ex auctoritate Augustani, aut ei addendum est γ'. *per vim obtinere conatur et contendit, in hoc quidem minus ille recte agens.*

— 18. πεπονθὼς κακῶς] subaudi ὑπ' αὐτοῦ, *ab eo*, Eubulo puta.

581. 11. ἐκείνως] scil. λαμβάνων παρ' ἐμοῦ δίκην κατὰ τοὺς νόμους.

— 13. ἔχεις] malim ἔχῃς.

— 16. ἐξαιτήσεσθαι καὶ λιπαρήσειν παρ' ὑμῶν αὐτὸν, αὐτοῖς ἀξιοῦντας] correxi ἐξαιτήσεσθαι τοῦτον, καὶ λιπαρήσειν πάρ' ὑμῶν αὐτοῖς ἀξ. *deprecando eum vobis esse ereptu-ros, neque finem importunæ flagitationi facturos, ut vos hunc sibi gratiam indul-geatis.* λιπαρήσειν non potest ante ἐξαιτήσεσθαι poni. cohæret enim cum ἀξιοῦντας, et est idem atque λιπαρήσειν ἐν τῷ ἀξιοῦν, *constantes, infatigabiles fore in orando*, vel μετὰ λιπαρήσεως ἀξιώσειν.

— pen. χαρίσαιντο. οὐδὲ γὰρ δεηθέντι] χαρίσαιντο. οὐ γάρ; ἢ δεηθέντι. *videnturne illi cuiquam gratiam facturi? (aut in gra-tiam alicujus de severitate quicquam remis-suri?) quidni faciant? aut deprecanti cui-quam de popello mentem adversuri?*

582. 2. ὑβρίζειν] subaudi ἐάσομεν, aut ὑπομενοῦμεν, aut δέησει, aut tale quid. in ἀναπνεῖν idem subauditur. differt hoc pau-lum a ζῆν. ζῇ servus, non ἀναπνεῖ. quod solummodo libero convenit. *libere respi-rare*, est in sermone oratorum, *libere loqui quæ velis.*

— 4. ἄλλως πως ἔχετε] subaudi ἢ ὅπως προσδοκῶ παρ' ὑμῶν, καὶ ὑμᾶς προσήκει ἔχειν. v. p. 537. 6. vel etiam ἢ αὐτὸς ὁ Μει-δίας ἔχει πρὸς ὑμᾶς.

— 16. τι] malim οὔτοι. v. p. 581. 20. *Si hi orabunt*, quos p. 581. 14. et 15. no-minavit.

583. 2. σπουδάσεται] non memini σπουδάζεσθαι in medio dici, sed in activo, ut statim versu 4. σπουδάσατε. quare malim σπουδάσει. et sic dedi de meo ad hunc modum: σπουδάσει, οὕτω καὶ ὑμεῖς.

— 8. γεγενῆσθαι] nullos dubito post γεγενῆσθαι deesse ὕβριν aut ὕβρει. *injuriam quæ mihi esset illata, non esse contumeliæ ergo et ex petulantia, atque protervitate il-latam.* v. v. 25.

— 16. μὴ ἀφεῖναι] Midiam puta. *remit-tere aliquem inimicum*, est, ei simultatem suam remittere, cum eo in gratiam re-dire.

— 18. ὡς τοῦτ' ἐκεῖνο] bene habet, et est in elegantiis Atticis. Sobaudi, ὡς τοῦτ' ἐκεῖνο ποιήσοντος ἐμοῦ, ὃ ὑμεῖς ἐφοβεῖσθε καὶ οὐκ ἐβούλεσθε, τουτέστι, ληψομένου ἀργύριον. *quasi illud ipsum, quod vos metueretis atque nolletis, sim facturus, hoc est, pecuniam ac-cepturus.* Usurpatur dictio τοῦτ' αὐτὸ, cum volunt significare, illud ipsum, de quo agitur, de quo quis aut loquitur, aut suspicatur, aut exspectat, aut metuit.

— 21. φεύγοντα ἐκεῖνον ἕλκοντά με] ac-cipi sic debet ac si dixisset orator: ἐν τῷ φεύγειν ἐμὲ ἀπ' ἐκείνου ἕλκοντος ἐμὲ ἐκ τοῦ ἱματίου. *cum fugere vellem eum, qui me re-trahoret ex veste apprehensum.*

— 23. ἐπέξῃ] correxi ἐπέξει. est se-cunda persona singularis præsentis activi a verbo ἐπέξειμι, *persequor in jure.* præsens tempus verbi εἶμι et ab eo ductorum usur-pant Attici pro futuro. v. Kuster ad Ari-stophan.

— 24. τοιαῦτα] *et alia in hunc modum.* καὶ addi nil opus est. omitti potius in ejus-modi locis solet.

584. 14. Ἀριστοφῶν] post Ἀριστοφῶν videtur ὃς desiderari. Constructio enim hæc est: οὐ γὰρ Μειδίας κρίνεται ἐκ πολιτικῆς αἰτίας, οὐδὲ, ὥσπερ Ἀριστοφῶν ἐκρίνετο, ὃς ἔλυσε τὴν προβολὴν διὰ τοῦ ἀποδιδύναι τοὺς στεφάνους. Videtur hic Aristophon alicui tribui per fraudulentas machinationes coronam et victoriam ludorum eripuisse. Cujus fraudis cum reus ageretur postmo-dum a tribu sic læsa, satisfecit ei, resti-tuenda corona, unaque victoriæ laude, cujus victoriæ signum est corona. Sub-lata sic fuit atque composita tribus illius in Aristophontem suscepta actio. Non sic Midias cum Demosthene, aut cum tribu Pandionide.

— 18. εὐθὺς] correxi αὖθις, *in posterum, olim aliquando.* tametsi Simoni Fabricio, an Hieronymo Wolfio, lectio hæc Augu-stani displicuit. quod hic αὖθις, id p. 585. 21. τότε appellat.

— 19. πάντ'] malim ταῦτ'.

585. 3. μισεῖ Μειδίας ἴσως ἐμὲ] Citat h. l. Aristides τεχν. p. 180.

— 5. ἕκαστος] malim ἕκαστον, in accu-sativo. et sic dedi de meo. idem est ac si dixisset: ὅστις ἐστὶν ὁ μισῶν ἕκαστον ὑμῶν. *quisquis ille est, qui vestrum quemque odit.*

— 16. ἐφ' ἣν ἀδειαν] aut ἐφ' ἧς ἀδείας est leg. aut ἐφ' ᾗ ἀδεία, quomodo de meo dedi, *in qua securitate*, aut *sub pacto cujus securitatis.*

— 18. περιεῖναι —] discrepant in hoc versu codices. quod suspicionem vitii mihi movit. brevibus dicam, quid de eo mihi videatur. f. leg. est: περιεῖναι ταῦτα παθόντα, ζῆν εἰ περιόψεσθε τοῦτον νῦν ὑμεῖς ἀτιμώρητον. *qua jam mente patero his, quas perpessus sum, injuriis supervivere, si vos hunc sinetis inultum in vivis manere.*

— 21. ἐὰν δὲ] scil. ὑβρισθῶ. *quod si tamen injuria contumeliosa afficiar? vosne tunc animadvertetis, posteaquam nunc ab-solveritis?*

— 23. τοῖς νόμοις] correxi τοὺς νόμους. tametsi auctorem hujus emendationis ba-beo neminem præter marginem Lutetianæ, qui tamen ne ipse quidem auctorem suum edidit, ut nesciam, sitne ea Morelli Lam-binive conjectura, an lectio in antiquo li-bro quodam reperta.

586. 6. δύναιτ' ἂν] correxi δύναιντ' ἄν. redit enim, non ad γράμματα, sed ad νόμοι.

— 11. τὰ τῶν νόμων ἀδικήματα] idem est, atque τὰ κατὰ τῶν νόμων ἀδ. injuriæ legum, quæ in leges committuntur, quibus leges violantur.

— 15. μηδεμίαν] post μηδεμίαν videtur ἐᾷν deesse. *neque permittere, ut inveniatur.*
— 23. προεξέτασται] προσεξήτασται, an προεξήτασται præstet, dubito. habet utraque lectio, quo se commendet. prætuli tamen posterius.

## AD ORATIONEM CONTRA ANDROTIONEM.

Stat hæc oratio in Bavarico primo loco inter τοὺς δημοσίους, ante or. pro corona. cujus ordinis causam dicit Dionys. Halicarn. apud Fabric. B. G. p. 919.

593. 8. γε] sæpe idem significat, quod γάρ. quare nil h. l. mutavi. nil refert, utram lectionem optes. παρ' ὑμῶν an παρ' ὑμῖν legatur v. 11. recurrit h. l. p. 702. 3. citat quoque Aristides τεχν. p. 250.

— 15. τὸν Θεῖον] Eudemonem puta.

594. 1. λαβεῖν] correxi μεταλαβεῖν. τούτοις, quod est in Aug. defendi possit, modo τοῦτον ne omittatur. ut hic bis [suis accusationibus mei nominis] ne quintam quidem partem suffragiorum posset adipisci. τούτοις redibit sic ad ταῦτα p. 593. pen. Ego vero nullus dubitavi lectionem Ald. τούτους revocare, Androtionem puta cum ejus subscriptoribus et patronis. Opponuntur enim quodammodo sibi τούτους et proximum τουτονὶ, quod ad solum Androtionem refertur.

— 10. περὶ αὐτῆς] malim περὶ αὐτῶν. et sic dedi de meo. redit enim ad περὶ ὧν φεύγει. *de illis, quorum accusatus est.*

— 13. καὶ παράγων] possunt hæc verba pro insertis per parenthesin accipi, ut sit constructio hæc: πλάττων πρὸς ἕκαστα τούτων κακούργους λόγους, καὶ τούτοις παράγων ὑμᾶς. *comminiscens ad singula horum quæque causationes nequam, iisque vos decipiens et a recta via deducens.* aut si durior hæc videatur trajectio, cui tamen exempla reperisse apud Demosthenem similia memini, possit παράγων accipi pro *in medium proferens.*

— 16. ἐσχόλακεν ἐν τούτῳ] malim ἐσχόλακεν ἑνὶ τούτῳ. *huic uni rei vacavit.* scil. τῷ λέγειν ἐντέχνως vel τεχνικῶς. et sic dedi de meo.

— 25. ταῦτα] scilicet, eane senatus egerit, quæ digna sint corona.

595. 2. μὴ κεῖνται] Sententia postulat ἀπαγορεύουσιν aut οὐκ ἔξεστιν οἱ νόμοι. *quæ per leges vetita, interdicta sunt.* Concludit sic: Senatus consulta fiunt solummodo de iis rebus, quas leges permittunt; de iis minus, quæ per leges sunt vetitæ. Sed senatum defunctum coronari, qui triremes perfectas dare neglexerit, leges vetant. nullum itaque senatus consultum de coronando hoc senatu, qui partibus in hac re suis defuit, fieri potuit.

— 25. δοῦναι δὲ οὐδαμοῦ φησὶ κωλύειν] correxi δοῦναι δέ γε οὐδαμοῦ, φησὶ, κωλύει [scil. ὁ νόμος] τὸν δῆμον. *nusquam autem, sic ait Androtion, vetat lex populum donare.*

— 26. ἐγὼ δ', εἰ μὲν ἔδωκ'—] Sententia: si auctor vobis fui in meo scito, ut senatui donum roganti daretis, fateor me scivisse rem legibus adversantem.

596. 4. ἐπιψηφίζων] Citat hunc locum Harpocr. v. διαχειροτονία, item v. ἐπιψηφίζων, ubi tamen male interpretatur.

— 8. Μειδίου κατηγοροῦντος] idem videtur esse, ac si dixisset: τοῦ τε Μειδίου καὶ ἄλλων τινῶν μετ' αὐτοῦ κατηγορούντων τῆς βουλῆς. cum Midias, aliique una cum eo, senatum accusaret. nam possit etiam aliter accipi, hoc nempe modo, quum Midias senatum aliosque præterea accusaret. quæ prava foret interpretatio.

— 15. μὴ ποιησαμένους] correxi μὴ ποιησαμένῃ, scil. τῇ βουλῇ.

— 20. γένοιτο ἐπὶ τῷ δήμῳ] bene habet. *ne populus, etiamsi velit,* possit, neque lenociniis persuasionum impelli, *neque imposturis eo induci.*

— 22. εὑρεῖν] imo vero αἰτεῖν. *Sed quod rogari æquum, idemque salutare recip. esset, id lege concludi, et definiri existimavit oportere.* nam *impetrare,* si bene memini, non εὑρεῖν, sed εὑρίσκεσθαι dicitur.

597. 1. τοῦτο τὸ ἰσχυρὸν] subaudi ἀπόῤῥημα, vel simile quid. hoc validum, tenax et minax, ingentibus pœnis præmunitum, inexpugnabile interdictum, e rep. vel ad reip. commodum sic esse latum.

— ult. παρέστησαν] subaudi οἱ τότε Ἀθηναῖοι. qui tum erant Athenienses prius ad ordinem redacti non sunt, prius cogi non potuerunt, ut parerent. παριστάναι est inter alia equum domare et invitum cogere, ut adstet ad latus domini, vel ibi, ubi jubeatur consistere, neque de loco suo pedem promoveat.

598. 1. αὐτῶν] codex Venet. dat αὐτῆς. quod haud asperner. Eo admisso legi queat παρέστη, scil, ἡ πόλις. neque mala ea est lectio.

— 4. ὀρόβους ὠνίους] ciceres venales videntur symbolum fuisse summæ caritatis annonarum, et civitatis ad extremam miseriam redactæ. nam in abundantia et vilitate aliarum specierum annonariarum nemo honestior facile ciceres requirat.

— 10. τότ' ἐξαρχῆς] malim τότε τ' ἐξαρχῆς. *et tunc statim a principio.* et sic dedi quoque de meo arbitrio.

— pen. ἔπειτα] ad ἔπειτα addit Aug.

codex δὲ, quod probat Taylorus. ego vero observavi δὲ post ἔπειτα omitti solere. v. dicta ad Aristidem.

599. 20. οὐδεὶς ἀνθρώπων] subaudi, πλὴν τῆς βουλῆς αὐτῆς. *neminem alium, praeter ipsum senatum, in causa fuisse, cur* — v. 598. 21.

— 22. ἀνελοῦσα γὰρ ἡ βουλὴ τὸν νόμον, τοῦτον ἐχειροτόνησεν αὐτῇ] secutus sum in hoc loco exhibendo, qui locus vel ipsis veteribus desperatus et vexatissimus visus est, auctoritatem codicis Augustani, qui sic dedit: ἀνελοῦσα γὰρ ἡ βουλὴ τὸν νόμον τοῦτον, *senatus enim cum legem hanc* [vetustam] *sustulisset*, ἐχειροτόνησεν αὐτὴν, *ipsi sibi suffragium* de aufferendo praemio bene gestae administrationis *tulit*, ipse semet praemio illo dignum declaravit. Fui ipsemet quoque, vel antequam Tayloro idem in mentem venisse cognossem, in ea opinione, ut suspicarer locum hunc esse ex illis, quos Demostbenes inchoatos modo reliquerit et impolitos. Quae suspicio tametsi ne nunc quidem displicet, possit tamen locus, ad eum modum, quo a me constitutus et expositus est, sic satis bene ferri.

600. 2. τοῖς] correxi τούτων. vobis, qui non sitis horum criminum judices.

— 8. ὁμοῦ] Scio ὁμοῦ posse ad οἷς v. 7. referri, ut sententia sit: ὅταν τις δείξῃ καὶ τὸ ἀληθὲς ὁμοῦ τούτοις [id est, ὁμοῦ σὺν τούτοις] ἃ λέγῃ. malim tamen προσὸν addi. ὁμοῦ δείξῃ πρεπόν. locum hunc a Demosthene mutuo sumtum tractavit etiam Cicero in orat. pro Cœlio.

— 15. ταῦτα] aut delendum est ταῦτα, aut, quod malim, verba ταῦτ' ἐπιδείκνυμεν transferenda sunt in versum superiorem proximum et collocanda post v. τεκμηρίων. nisi volumus lectionem sequi Barocc. codicis, in quo videtur fuisse ἀνδρὸς (non ἄνδρας, ut vitiose dedit Taylorus) παρεσχηκότες. eo, quod exhibuimus tabulas exaratas manu viri, qui se ipse obnoxium judicio poenaeque praestitit. Aut si ἄνδρα παρεσχηκότα servamus, deerit παράγοντες. ἄνδρα παράγοντες παρεσχηκότα.

— 16. δίκην] bene habet. a quo vel maxime poenas injuriarum repetere queat; quod facere nequit ab indiciis, aut a probabilibus argumentationibns.

— 20. ἃ δ' οὗτος ποιεῖ] cum nos scilicet mendacii et falsae criminationis arguit, nil nisi verissima incusantes.

— 21. ὅταν δὲ] subaudi φῇ e v. 19.

— 24. περὶ τοῦ νόμου] illa de lege, quae vetat senatui defuncto coronam dare, nisi naves novas fieri curaverit.

601. 3. περὶ τούτου τοῦ νόμου] illa de lege, quae vetat homines concionari vitae flagitiose actae turpitudine infames.

— 5. τοὺς νόμους τούτους] bas ambas, quas modo commemoravi, leges.

— 6. οὐδὲν ὅμοιος] subaudi, sed omni modo major atque excellentior.

— 18. οἷον τῆς κλοπῆς] malim οἷον τὸ τῆς κλοπῆς. vel ἐπὶ, aut περὶ, vel tale quid deest. genitivus enim non habet, quo nitatur. vetat enim interjectum ἔῤῥωσαι καὶ σαυτῷ πιστεύεις, quominus cum ἄπαγε cohaereat. An sic legendum est: οἷον, τῆς κλοπῆς, εἰ ἔῤῥωσαι καὶ σαυτῷ πιστεύεις, ἄπαγε. e. c. *furti* (subaudi *in crimine*), *si corpore vales, et ipse temet fidis, abduc* furem ad undecimviros.

— 20. ἐφηγοῦ. τοῦτο ποιήσουσιν] omitti malim mediam vocem, ut perperam e fine prioris et initio posterioris vocabuli coalitam, et legi: ἐφηγοῦ. τὸ σὸν ποιήσουσιν ἐκεῖνοι. illi partibus tuis defungentur. vices tuas suscipient.

— 25. γράφου — ἐφηγοῦ] Incidimus in locum salebrosum, unde me expedire nequeo. Fui quondam in eadem cum Tayloro sententia, vel antequam de hujus consensu mihi constaret, totum hunc locum e superioribus perperam esse iteratum, eoque delendum. deinde probabilius videbatur aliquid excidisse, de novo aliquo crimine, in quo arguendo suaserit orator τῇ γραφῇ et τῇ ἐφηγήσει uti. aestus hic postmodum ad alia detulit, in quibus non magis acquievi. quare dubium hoc diei aut ingenio feliciori permissum esto. nam apud τοὺς διαιτητὰς locum habuisse τὴν γραφὴν et τὴν ἐφήγησιν, id quod plane abhorret, res esset plana atque confecta.

602. 4. πρὸς διαιτητὴν] mavult Taylor πρὸς διαιτητῇ. Sed sic deberet etiam pari ratione p. 601. 23. ita legi, et 27. πρὸς Εὐμολπίδαις. recepi tamen πρὸς διαιτητῇ in dativo, quia videtur λαχεῖν quidem cum πρὸς et accusativo posse componi, non autem φεύγειν, sed debere φεύγειν πρός τινι in dativo dici.

— ibid. φεύγοι] post φεύγοι videtur λέγοι excidisse, quod facile fieri potuit, ob soni similitudinem in utroque vocabulo.

— 6. περὶ τὸν τρόπον ὄντινα χρὴ] dictio a Graecitate bona abhorrens. lege: περὶ τοῦ, τρόπον ὅντινα χρή. *de eo, quanam ratione* —.

— 15. ὧν παραλείπομεν ἐκείνων] idem est ac si dixisset: τούτων τῶν τρόπων, οὓς παραλείπομεν ἐκ τοῦ ἐκείνων τῶν τρόπων ἀριθμοῦ.

— 20. περὶ τούτου] potest exponi περὶ τοῦ προνοεῖσθαι τῆς πολιτείας. ego vero malim περὶ ταύτης, ut ad πολιτείας redeat.

— 25. τοῦτό γε] scil. τὸ μὴ λέγειν.

— 26. κολάζειν ἐβούλετο τούτους, χαλεπώτερα θεῖναι] correxi, mutata distinctione, κολάζειν ἐβούλετο, τούτου (in genitivo singulari) χαλεπώτερα θεῖναι. *multas habebat in promtu poenas, hac poena graviores, quas poterat sancire, si punire voluisset.*

— pen. ταῦτα ἀπεῖπεν] his interdixit

frequentatione fori et concionis, et venia verba ad populum faciendi, aut leges ferendi.

603. 20. ἔχοι] correxi ἔχοιτε *habeatis*. nam, quæ sequuntur, verba sunt, quæ Demosthenes populo præscribit et velut in os dat, quibus occurrat Androtioni. Hanc a se causam depellere si volet Androtio, et vos jubere, actione potius ἐνδείξεως; contra se ut agatis, tum vos ita ei occurrite. Nos vero postmodum hoc, quod tu vis, faciemus.

— 21. τοῦτο] uncis inclusi. possit quoque ejus loco τότε iterari. *mox enim, mox faciemus.*

— 24. καὶ νῦν δέ σε] correxi καὶ νῦν δέ γε, ex conjectura mea. *nunc autem planum facimus, legem tibi facultatem eripere atque denegare, vel eas ipsas rogationes ferendi, quas ferre aliis liceat.*

604. 13. μυρίους] malim δισμυρίους. viginti enim millibus hominum censebatur civitas Atheniensis.

— 21. ἀλλὰ τοῦ γράφοντος] offendit, et me, et legentem, ni fallor, quemque, eum certe, qui margini conjecturam suam adscripsit (nam ea vix videtur lectio codicis esse), quod orator haud sibi constat, sed ad genitivum a dativo transsilit. rarus, fateor, dicendi modus, et a constantia abhorrens. ecquis autem ei vitio id vertat, quod licebat. forsitan illi sic suavius sonabat et concionius. ὄνειδος perinde potest cum genitivo atque cum dativo construi. præterea quis novit, integer an mutilatus hic sit locus. fieri potest, ut perierit verbum genitivum regens.

— 23. διὰ γὰρ τούτους] imo vero τοῦτον. redit enim ad solum Androtionem. nisi socios ejus una designari volumus.

— pen. ἰδιῶται] sunt privati, nullo magistratu nunc fungentes, tametsi alias gesserint honores, aut iis pares sint, aut facundia, potentiave excellant.

605. 3. ἑθάδων] bene habet. ἑθάδες sunt familiares inter se, longa consuetudine, communione negotiorum, et paritate studiorum conjuncti. συνεστηκότες sunt satellitium, sodalitium conspirantium et velut cœtu facto consistentium uno loco, pro causaque communi contendentium et unita opera nitentium.

— 9. ἀντιγραφεὺς] tangit h. l. Harpocrat. v. ἀντιγραφεύς.

— 10. ἐκεῖ] h. l. pro τότε. tunc temporis, anno superiori puta, cum Androtion in curia regnaret, et senatus ille obtineret, cui coronam dandam esse hac oratione negatur.

— ult. κατηγόρηται] correxi κατηγορεῖται. nam præsens passivi habet vim, quod hic loci convenit, perfectum activi.

606. 5. ὑπὲς τῆς τὰ ξέλτιστα] malim sic: ὑπὲρ τῆς τότε τὰ βέλτιστα.

— 10. αὐτὸν] scil. Androtionem.

— pen. ἀπὸ Ναυσινίκου] mihi ἐπὶ quoque post Taylorum in mentem venit.

607. 24. καὶ πρῶτον] locus hic ad p. 610. totus infra p. 750. 2. ad 752. verbum iisdem iteratur.

608. 4. τὰ πομπεῖα] Citat h. l. Harpocrat. v. πομπείας. p. 150. 2.

— 22. τῶν ἄλλων ἕνεκα] id est, τῶν οὐκ ὀφειλόντων, ut equidem interpretor. nam dictio paulo est obscurior.

609. 2. πότε πώποτε] nescio, cur dictioni bonæ πότε πώποτε controversia moveatur. *quandonam unquam*, ullo tempore? Si quid sit mutandum, suaserim πότε τῶν πώποτε — quod idem esset, ac si dixisset: πώποτε γέγονε τὰ δεινότατα τῶν πώποτε ἐν τῇ πόλει δεινῶν γεγονότων. quandonam acciderunt in urbe ea, quæ rerum omnium, quotquot unquam in urbe atroces evenerunt, sunt atrocissimæ.

— 8. τοσαύτην ὑπερβολὴν ἐποιήσατο ἐκείνων τῆς ἑαυτοῦ βδελυρίας] confirmat hanc lectionem p. 751. 18. ego tamen non eo magis possum duritiem et insolentiam hujus dictionis concoquere. Sententia plana; sed verba insolito et intolerabili modo constructa. Exspectabam: τοσαύτην ὑπερβολὴν τῆς ἐκείνων βδελυρίας τῇ ἑαυτοῦ (scil. βδελυρίᾳ) ἐποιήσατο.

— 23. καίτοιγε] addidi γε. et sic quoque 610. 19.

610 1. τοῖς αὐτοῦ κέχρηται] correxi τοῖς σαυτοῦ κέχρησαι. tametsi non nesciam, subitum transitum a secunda persona ad tertiam, et a reo, quem modo allocuti essent, ad judices conversiones repentinas oratoribus in usu esse.

— 3. τί δοῦλον —] locum hunc Thomas M. v. τί διαφέρει citat, sed e Phrynichi p. 174. sumsit.

— 13. μήτε κριθέντα] apparet ex hoc loco, patrem Androtionis, ex actione quadam, quæcunque fuit, ἐνδείξεως, an ἀπαγωγῆς (v. p. 746. 1.) ærario reum factum, ab undecimviris, vel a senatu, vel a thesmothetis, tantisper custodiæ mandatum esse, donec ejus causa ad populum referretur, ab eoque judicaretur.

— 17. Σινώπην] citavit h. l. Harpocrat. v. Σινώπη. et v. Φανοστράτη.

611. 20. καθ' ἕκαστον] non damno. malim tamen καθεκάστων, uno vocabulo, in genitivo plurali.

— 25. τελεστοῦ] ergo est nomen, non proprium, sed appellativum, *initiatoris*. in Augustano est τελέστου, a nominativo τελέστης, tanquam nomen proprium sit. ego prius malim. nam τελέστης mihi pro proprio nomine notum non est; sed solummodo τελεσίας. possis ergo Τελεσίου legere. Sed puto τελεστοῦ bene habere. fieri potest, ut oratori nomen patrisque filiique latuerit, ut necesse haberet, hunc ab ætate,

illum ab arte, quam exerceret, indicare. Initiatorum ars vel quæstus erat Athenis sat creber, ut colligitur ex adversariis Demosthenis et Æsch. cujus Æschinis mater erat initiatrix, τελέστρια, item ex oratione contra Neæram. Profitebantur hi homines facultatem morbos incantationibus expellendi. sed tum τὸν τοῦ τελεστοῦ erit leg.

612. 5. τὸν δὲ τὸν πατέρα] correxi τοῦ δὲ τὸν πατ. fateor quidem planiorem fuisse sibique constantiorem dicendi rationem hanc: τὸν δὲ [scil. μισεῖν τὸν Ἀνδροτίωνα] ὅτι παῖδας αὐτῷ ἐκ πόρνης ἔφη εἶναι, τὸν δὲ, ὅτι τὸν πατέρα ἡταιρηκέναι, τὸν δὲ, ὅτι τὴν μητέρα πεπορνεῦσθαι, τὸν δὲ, ὅτι ἀπογράφειν ἐκέλευσεν ὅσα ὑφείλετο ἐξ ἀρχῆς. Verum tamen sic scripsisse oratorem, quomodo debuerat, si ordinem sequi, quo cepisset, volnisset, haud ausim affirmare. amat enim commutatam dicendi rationem. Citat hunc locum Thomas M. v. ἑταίρα, tanquam ex oratione pro Corona. quem memoriæ lapsum viri docti ibi jam annotarunt.

— 6. ἀπογράφειν] malim ἀπογράψειν in futuro. et sic dedi de meo. est idem ac si dixisset: ἀπογράψειν δὲ ὅσα ὁ δεῖνα ὑφείλετο.

— 7. ἐξ ἀρχῆς] subaudi τινος, *ex honore gesto nescio quo.*

— ibid. τὸν δὲ τόδ' εἶναι] correxi τὸν δὲ τὸ δεῖνα. *alium alio nescio quo turpi proscidit dicterio.* aliquem εἰπεῖν τὸ δεῖνα est, dicere tu es *ille*, vel *ille*, fur, scortator, mœchus, cinædus, etc.

— ibid. τὸν δὲ] malim τὸν δὲ τὸ, *alium aliud*, brevibus ut dicam, *omnes omnino*, nemine excepto, *insectatus est probris quotquot sunt omnibus, fandisque nefandisque.*

— 17. κατεσκεύαζες] bene habet. *commentus es, confinxisti.* nescio quæ vertigo Tayl. hic circumegerit.

613. 19. τὰ τῶν ἐθελησάντων] bene habet. et sic quoque est p. 753. 23. Lambinus addi vult negantem particulam. Sed fallitur. Sententia est: hos fures ærarii publici compilasse et exinaniisse viscera reip. quæ constent e contributionibus sociorum, et ex iis pecuniis, quas cives ultro, non exspectata vi cogente, conferant. nam qui potuere ex eorum opibus crescere, qui noluerint conferre, aut non contulerint.

— nlt. ἐξητάσθης] Citat h. l. Harpocrat. v. ἐξητάσθης et ἐξετάζεσθαι.

614. 4. τούτων] potest masculinum esse. *horum quidam*, sodalium puta Androtionis. malim tamen neutrum esse, ut cohæreat cum ὧν [id est, ἃ] ἀδικοῦσιν ὑμᾶς. *harum pecuniarum, quas vobis suffurantur quidam.* fallitur Jurinus, neque nominativus hic deest, qui est τινες, neque redundat τούτων.

— 12. ὃ ἐγὼ] dedi οὗ 'γὼ [οὗ 'γὼ, mi Reiski], quod est idem, sed Attice.

— 15. ὡμολογεῖτο] correxi ὡμολογεῖτε. in quod olim cum conjectura me detulisset, video id nunc ab Augustano confirmatum. *etiamsi vos ipsimet fateremini, vos esse civitatem mancipiorum, non autem eorum, qui soliti essent aliis imperare.*

— 20. βελτιόνων] post βελτιόνων videtur ὄντας deesse.

— 24. ἄλλα δὲ, ὅσα] f. ἀλλὰ γὰρ, ὅσα.

615. 14. ἀντιγραφεὺς] Citat h. l. Harpocr. v. ἀντιγραφεύς. nihil hic vitiosum est. modo teneatur, ὧν ad εἰσφορὰς redire. *quarum contributionum notator*, vel *consignator*, *ipse collator quisque est.*

— 24. πεῖ] correxi ἐπί. Idem est ac si dixisset: νῦν δὲ, ὁπότε φαίνῃ σὺ, ὅστις ὤρισας — (aut μετὰ τὸ ὁρίσαι — ) ἐν ἄλλῃ τινὶ πράξει — μὴ προσγραψάμενος τὴν αὐτὴν φυλακὴν, ἥνπερ ἐπὶ τῶν εἰσφορῶν προσγραψάμενος φαίνῃ, οὐκ εὔδηλον — *nunc autem, cum constat, te, qui legem ipse tibi sanxisses hanc, ut resp. in contributionum exactione tibi ne fideret, in administratione alius alicujus rei, in vasis sacris puta mutandis — eandem cautionem illi decreto, quo tibi vasorum sacrorum restauratio demandata est, adscribi nil curasse, quam adscribi illi decreto tamen curasti, quo tibi exactio reliquarum contributionum demandata est: nonne planum est.*

— 27. σκέψεσθε] correxi σκέψασθε. Verba καὶ κατὰ πάντος τοῦ χρόνου, non solum ob reliqua, sed etiam ratione habita reliqui totius temporis, quo resp. nostra ad omnem posterorum memoriam perstabit.

616. 1. ὁρᾷν] et vidisse nuper in sublatis, et adhuc videre in superstitibus.

— 4. ἢ κατὰ πόλεις] *aut eundo per civitates singulas.*

— 18. et 26. αὐτοῖς] Androtioni et Timocrati, et sociis eorum.

— 21. ὄντες] *donec adhuc supererant.*

— 27. ὁ μὲν] Androtio.

— ibid. δ' ἐκεῖνον] Timocratem. id quod Jurinus quoque e Timocratea observavit.

— ibid. ὁ δὲ] Timocrates.

617. 4. πλήθει] addi velim καὶ μεγέθει.

— ibid. προσετρίψατο] Citat h. l. Thomas M. v. προστρίβομαι.

— 5. μικροῖς] addi velim καὶ ὀλίγοις.

— 18. Προπύλαια ταῦτα] Citat Harpocr. v. Προπύλαια ταῦτα.

— 20. χρυσίδες] locum h. citat Harpocr. h. v.

— 25. οἵοις περ] correxi οἵόσπερ, præeunte codice Bodleyano. Constructio est: οὐδὲ χρώμενοι συμβούλοις οἵόσπερ εἶ σύ. *neque utentes ejusmodi consiliariis, cujusmodi tu es unus aliquis.* nam alias e vulgata exsistit hæc absurda sententia: *neque utentes consiliariis, qualibus tu uteris.*

— 27. εὔξαιτο] post εὔξαιτο videtur deesse ποιοῦντες vel πράττοντες. *et utentes prospera quacunque fortuna, quam quis modo sibi optet recte sapiens.*

618. 5. ἔλαττόν τινος ἡγεῖσθε] correxi de meo ἔλαττον τούς ἡγεῖσθε cum interrogatione. quonam alio scelere minus existimatis hoc scelus? estne aliquod aliud, dignum, quod hoc scelere minus habeatur?

— 7. χερνίβων] locum hunc citat Scholiastes Aristophanis ad Aves v. 851. et Harpocrat. v. χερνίβων.

— 9. προειρημένων] dedi προειρημένον de meo judicio. v. ad p. 758. 19.

## AD ORATIONEM IN ARISTOCRATEM.

621. 5. ἐπὶ τούτῳ] præpositio videtur redundare. nam *posthac, post id factum*, hic loci languet, et supervacaneum est; sed hoc vel maxime desideratur, cujus sibi simultatem conscisca. *memet ipsum offerre, aggerere ejus* (Aristocratis puta) *simultati.* ἐπὶ uncis inclusi. F. dedit orator οὑτωσὶ τούτῳ.

622. 2. τῶν ἀδικημάτων] malim τῶν περὶ ταῦτα ἀδικ. *injuriarum, quæ vobis hoc in genere fiunt.* aut τῶν μεγίστων ἀδικημάτων.

— 4. ὑπίδοισθέ τι] malim ὑπίδοισθ' ἔτι. *non jam amplius suspicemini.*

— 8. δικαίαν] cur suspectum habeat Taylorus, non video. potius proximum correxisset vitium: φυλακὴν, Χερρόνησον, τῆς πόλεως. sublatis commatibus accusativum genitivo mutavi. *vere justam et æquam stabilemque rationem servandi atque custodiendi Cherrhonesum reip. eripuit.*

— 9. εἰκότως δ' ἂν —] Citat h. l. Aristides τέχν. p. 210.

— 14. πεπραγμένον] accipio hic pro πεπραγματευμένον, μεμηχανημένον.

— 15. τοῦτό τε σώσετε] redit τοῦτο ad præmissum τηλικοῦτον πρᾶγμα. rem tantam, tam periculosam. Sententia est: non modo negotium hoc, ab Aristocrate jam inchoatum et velut in præcipitium datum, inhibebitis atque reprehendetis, salutemque vestram labantem confirmabitis, atque in integrum restituctis, ut Wolf recte reddidit.

— 23. τὴν γραφὴν] post τὴν γραφὴν addont Aug. et Aristides ταύτην, quod necessarium factu tametsi judicet Taylorus, ego non video. v. p. 621. 11. quamvis haud infitiar, additum non obesse. verum pro ἐπενεγκεῖν correxi ἀπενεγκεῖν, iisdem auctoribus, improbante nequicquam Tayloro.

— 26. πρότερον δ', ὅτ' ἔπλευσα] pœne colligas ex h. l. actorem esse Apollodorum Pasionis.

— pen. ἡγούμην] post ἡγούμην sententia monstrat deesse πολὺ ἐλάττω κακουργούντων, vel tale quid. *qui tamen multa minora et leviora peccarent.*

623. 4 πολὺ] malim πάντα.

— 5. ὑπειλημμένον] ἄνδρωπον περὶ οὗ ὑπολαμβάνεται πᾶν τοὐναντίον, ἢ ὡς ἀληθῶς ἐστί. de quo vulgaris obtinet opinio, contraria modis omnibus rei veritati.

— 10. ταῦτα] bene habet. *ea, quæ* scil. *nunc dicturus sum*, aut *expositum eo.*

— 11. πολλοῦ δεῖν ἄξιον ὄντα τυχεῖν] idem est ac si dixisset: πολὺ ἐνδεῖν τοῦ ἄξιον εἶναι τυχεῖν. *multum ubesse ab eo, ut sit dignus, qui nanciscatur.*

— 14. ἀνάγκη δ' ἐστὶ —] locum hunc citat Aristides τεχν. p. 278.

— 19. Κότυος] locum hunc citat Harpocrat. v. Κεξτοβλέπτης et Κότυς.

— 27. κεχωρισμένον] tametsi libenter servassem, necesse tamen habui corrigere et mutare cum κεχωρισμένοι. quod si fecissem, fuisset περαίνοντες cum περαῖνον mutandum. illius autem erant auctores codices quidam, hujus nulli.

624. 5. Ἀθηνόδωρος] Citat h. l. Harpocr. v. Ἀθηνόδωρος.

— 6. ὁ μὲν] Athenodorus.

— ibid. οἱ δὲ] Simon et Bianor.

— 9. οὗτοι] hi tres modo dicti.

— ibid. ἐκείνων] liberis puta Berisadi.

— 11. καταστρέψαιτο] post καταστρέψαιτο deesse aliquid, dubio vacat. Sed, quod margo Lutet. dat τρόπος δὲ ἦν pro supplemento, haud placet. quod si a bonis libris sit acceptum, amplexandum est utique. sin minus, malim οὗτος δὲ [scil. ὁ τρόπος] ἦν. præcessit: *circumspiciebant rationem.* sequitur: *illa vero erat ratio.* Possit quoque suppleri: τοῦτο δὲ γενήσεσθαι προσεδόκων. *hoc autem sperabant futurum, si* — vel πῶς, δὲ τοῦτο;

— 16. ἐσπουδακότες] margo Lutet. dualem dat ἐσπουδακότε, quem si amplexamur, erit etiam γεγενημένω præferendum.

— 18. οὐδὲ βουλεύσεσθαι, οὐδὲ τὴν —] corruptum habet hunc locum Tayl. et deletum mallet οὐδὲ posterius, una cum commate. non sine ulla veri specie. ut sententia sit: *ne in mentem quidem sibi venire passurum esse, ut criminationi e violato plebiscito extituræ sese reddat obnoxium.* ego tamen re diligentius pensitata arbitror vulgatam bene h. l. habere, modo ad βουλεύσεσθαι tacite e præmissis repetatur τὰ ὅπλα ἐναντία τῷ ὑμετέρῳ στρατηγῷ θήσεσθαι. *ne in mentem quidem sibi unquam venire passurum, ut armis cum infestis vestro imperatori occurrant.*

— 19. ἐκείνους] omnes illos supra nominatos, Simonem, Bianorem, Athenodorum: tametsi, boni si qui codices ἐκεῖνον dent, quod Taylor mavult, haud sim repudiaturus.

— 21. βοηθῶν] pro scholio habet Taylorus, unius codicis Vindobonensis, qui omisit, auctoritate fretus. fateor abesse posse id vocabulum. Sed auctoribus non licebit modo ἐλλειπτικῶς, modo plene eandem dictionem efferre?

— 23. ᾠοντο] post ᾠοντο videtur ἔσεσθαι, vel γενήσεσθαι, vel συμβήσεσθαι, vel tale quid deesse.

625. 2. κεχρίσασθαι] correxi κομίσασθαι. *recuperare, restituere.*

— 10. οἱ μὲν ἐκπεσοῦνται τῶν βασιλέων] Jurinus malebat τῶν βασιλειῶν. haud absurde, venerat idem mihi quoque in mentem. Sed vulgata bene habet, neque mutari eam fas est. obstat enim insequens εἷς, *unus*, quod perspicue ad βασιλέων redit. Ad ἐκπεσοῦνται subaudiendum esse τῆς ἀρχῆς nemo facile est tam tardus quin ipse ultro intelligat; ut ad ἐκβαλεῖν p. 624. 22.

— 13. φόβον συκοφαντίας καὶ εὐλάβειαν] correxi φόβου καὶ συκοφαντίας εὐλάβειαν, nulla alia de causa, quam ut de ἦν tanto minus esset cur dubitetur, quo sit referendum. scil. non ad εὐλάβειαν, sed ad συκοφαντίας.

— 16. τῷ δ' ἑνὶ πράττοντι τὴν ἀρχὴν] cohæret τῷ cum πράττοντι, non cum ἑνί. est idem ac si dixisset: τούτῳ δὲ, ὃς τῷ ἑνὶ πράττει τὴν ἀρχὴν, vel ὃς πράττει ὅπως περιποιῇ τὴν ἀρχὴν τῷ ἑνί. *illi vero*, scil. Charidemo, *qui imperium uni*, Kersoblepti puta, *comparare conatur.* non video, cur Tayloro diligentia Wolfii, laudabilis et bene collocata, atque fructuosa, vapulet. Wolfius quidem bene locum hunc exposuit, planeque, et per eum non stetit, quo minus Taylorus intelligeret.

— 25. εὐθὺς] post εὐθὺς videtur γεγραφὼς abesse.

626. 7. τὸ πράττειν] Constructio hæc est: τὸ ἐπισχεῖν ἐκείνων ἐγχειροῦντα πράττειν ὑπεναντία ὑμῖν.

— 9. ἵνα κυρώσειεν] subaudi αὐτά. item ad βουλόμενοι κωλῦσαι v. 11.

— 16. ὧν γέγραπται] correxi ᾧ γέγραπται, id est, οὗτος, ᾧ γέγραπται. *indignum esse cum, cujus honoris ergo ista scripta sunt.* v. p. 627. 2. malim tamen, ut verum fatear, τούτου, scil. τοῦ ψηφίσματος, ut p. 623. 11.

— ult. σκοπείσθω] imo vero σκοπεῖσθε. alloquitur per parenthesin judices. quapropter hæc verba καὶ σκοπεῖσθε ὡς δίκαια ἃ ἐρῶ parentheseos signis inclusi. *(considerate modo, judices, æquitatem eorum, quæ dicam.)*

627. 13. συνήσετε] Augustanus συνίετε. quod præfero. videtur enim, quod in verbis ab εἶμι, *eo*, compositis usu venit, ut præsens pro futuro usurpetur, id idem etiam verbis ab ἵημι compositis, quibusdam saltem, obtinere. ut συνίετε sit idem atque συνήσετε, *intelligetis.* Dubito, num futurum hujus verbi ab Atticis hoc quidem significatu usurpetur in activo. nam de medio nullum est dubium.

— 18. τούτων] Aristocratis, Charidemi, et qui cum illis faciunt. alias legi possit τούτῳ, *Aristocrati.* prima hæc orationis pars, quæ de legibus agit, procedit usque ad p. 653. 25.

— 24. τοῦ ψηφίσματος] Aristocrateum designat, quod hac oratione tota impugnatur et in ipso orationis exordio fuerat a scriba pro more recitatum. id quod jam Taylorus observavit.

628. 10. γέγραπται γὰρ ἐν μὲν τῷ νόμῳ] Immerito μὲν a Marklando sollicitatur. Insequitur δὲ ei respondens, tametsi longiuscule, p. 629. 5.

— 13. προειπὼν] correxi προειπὸν, omisso sigmate. προειπεῖν et προαγορεύειν est legislatoris aliquid denuntiantis, sive jubentis, sive vetantis, cum interminatione. v. Harpocr. v. ἐπιτιμᾶν, et locus Isæi, quem e Pollice citat Valesius ad Harpocr. p. 66. item v. ἐφορία, ubi προαγόρευσις est promulgatio, denuntiatio; it. infra p. 1068. pen.

— 14. πεποίηκεν ὅμως] malim hæc duo in unum contrahi vocabulum, resectis inutilibus, πεποιηκώς. ut sit hæc constructio: εἴρηκε τί χρὴ πάσχειν τὸν δεδρακότα, ἐπειδὴ πεποίηκε κρίσιν, προειπὼν (vel μετὰ τὸ προειπεῖν) ἐὰν ἀποκτείνῃ.

629. 13. φανερὸν] post φανερὸν videtur γενόμενον deesse.

— 16. ὁ κάτωθεν νόμος] significat idem atque mox ὁ μετὰ ταῦτα νόμος v. 18. *recita legem huic proximam inferiorem*, in illo fasciculo legum, e codice universo excerptarum, quo leges huic causæ servientes complexus sum, isti superiori jam recitatæ et enarratæ suppositam, quæ istam priorem, nulla alia intercedente, excipit. mirum dictu, quantos motus excitarit, quæ dubia crearit dictio tam plana, quam ipse orator, veluti prævidens et metuens bella grammaticorum ob eam oritura, interpretatus esset. quæ bella Taylorus enarravit, a ratione mea interpretandi hunc locum, si bene mentem ejus percipio, haud alienus.

— 21. Ἄξονι] Citat h. l. Harpocr. v. Ἄξονες. nisi quod ibi dat εἴρηται pro ἀγορεύει.

— ibid. ἀγορεύει] scil. legislator.

— 23. ὅσον] aut ὅσου in genitivo malim, aut ἢ ὅσον.

— ibid. εἰσφέρειν] scil. τὴν τοῦ ἀπαχθέντος δίκην. ut Themothetæ homicidæ ejus-

modi, ad se adducti, causam ad Heliæam adducant, in eam inferant.

— 24. ὧν ἕκαστοι] scil. δικῶν φονικῶν. prout causa quæque homicidii ad hoc vel illud tribunal pertinet. nam alias cædes alii judicabant; voluntarias et insidiosas Thesmothetæ, involuntarias et fortuitas Ephetæ. v. p. 632. 3.

— ibid. τῷ βουλομένῳ] scil. τὴν ἑαυτοῦ δίκην φονικὴν ὑπ' αὐτῶν εἰς τὴν Ἡλιαίαν εἰσφέρεσθαι.

630. 15. τὸν] videtur hoc esse reliquum e nomine hominis proprio, quod periit, Νικόστρατον, aut Φιλόστρατον, aut tale quodpiam.

— 16. ὑπ' ἐκείνων ἀπαχθέντα] a thesmothetis e concione abductum, quo traderent undecim viris. alii malunt ἐπ' ἐκείνους. Sed videtur locus bene habere.

— 25. γνώριμον οἶδ' ὅτι πᾶσι, μὴ μαστιγοῦν] manifestum est vitium hujus loci. aut enim λέγει in fine sententiæ est delendum, aut ὅτι post πᾶσιν est iterandum, quod valde durum est, et aures offendit, aut denique, quod equidem præferam, sic leg. γνώριμον οἶμαι πᾶσιν ὅτι μὴ μαστιγοῦν — λέγει. dedi de meo: γνώριμον οἶδα πᾶσιν (subaudi εἶναι) ὅτι μή.

— pen. τὰ γὰρ ἄποινα χρήματα ἀνόμαζον οἱ παλαιοί] imo vero inverso verborum ordine: τὰ γὰρ χρήματα ἄποινα ἀνόμαζον οἱ παλαιοί. veteres enim, quæ nos hodie χρήματα usurpamus, ἄποινα usurpabant. Sic dudum ante e conjectura mea correxeram, quam e Tayloro intelligerem apud Theonem sic exstare.

631. 1. διώρισεν] imo vero διορίσας. alias constructio sibi non constat. nam καὶ posterius v. 3. non per *et*, sed per *etiam* est reddendum. *lex enim cum sic definiat, quomodo puniendus sit ὁ ἀνδροφόνος*, id est, *reus convictus sceleris commissi atque condemnatus, et ubi sit puniendus, eo, quod patriam peremti appellavit: simul quoque disertis verbis pronunciavit reum talem non alio, quam isto a se præscripto, modo, neque alibi, quam ibi, esse puniendum.* cætera sanus videtur hic locus, nisi quod τὸν, quod abest a codice regio *a*, facile passurus sim omitti.

— 2. τὴν τοῦ πεπονθότος] dedi de meo sic: τὴν γὰρ τοῦ πεπονθότος. Eo enim, quod patriam injuria læsi, præfatus est, diserte quoque pronunciavit, neque alio modo, quam hoc, neque alibi, quam hic, (scilicet puniendum esse violatorem.)

— 3. περὶ τοῦ] post περὶ τοῦ videtur desiderari τρόπου.

— 5. δεῖ] de ratione dictionis πολλοῦ γε καὶ δεῖ διώρισεν, cujus hanc vim esse constat, multum abest, ut definierit Wolfius, mihi satis nondum liquet, bene habeat, an secus. quod si quid corrigendum sit, malim h. l. infinitivum δεῖν. ut sit idem atque ἄστε πολλοῦ δεῖν. sed tutius est in re dubia vulgatam loco suo relinquere. nullæ sunt dicendi rationes Atticis propriæ, a more loquendi vulgari mirum quantum dissidentes. Possit quoque δίω εἰκά, in infinitivo perfecti, legi; quæ est ratio usitata.

— 11. οὐδ' ἐν τῇ ἡμεδαπῇ] atqui leges id fieri permittebant. v. p. 635. 1. num ergo leg. οὐδ' ἐν τῇ ἀλλοδαπῇ. *ne in aliena quidem ditione*, ubi tamen legibus nostris nulla est auctoritas.

— 15. κακοῦν] videtur aut varietas lectionis pro λυμαίνεσθαι, aut potius scholium esse ejusdem verbi. nisi volumus κακοῦν de maceratione corporis in carcere diuturno accipere.

— 17. ἢ τοῦτον] malim ἢ σὺ τοῦτον τὸν τρόπον, scil. ἠλέγχθης. *quam tu convictus es hoc modo.* ob sequens ὃς — ἔλαβες.

— 21. προσηγορίᾳ] in ea parte legis tuæ, qua illum appellas et definis, quem a tua lege puniri vis.

— pen. ἢ αἴτιος ᾖ φόνου] id est, τοῦ φονεύσθαι αὐτόν. *si quis homicidam aut ipse manu sua peremerit, aut ejus perimendi alii fuerit auctor, qui homicida se abstinuerit* — Sine causa tricantur hic loci. ἀγορὰ est in uno quodam loco mercium, quas secum quique attulere, vendendarum ergo, aut permutandarum. ἐφορία est tractus duabus finitimis regionibus interjectus et eas interventu suo velut copulans. potest pro adjectivo haberi. malim tamen ego quidem pro substantivo haberi. quia adjectivum duarum modo terminationum, ὁ et ἡ ἐφόριος, solet usurpari. adeoque recte puto comma inter ἀγορᾶς et ἐφορίας interseri, et infra p. 632. 7. et 26. hæc duo vocabula per καὶ copulari. tametsi contra p. 633. 2. nec ἐφορίαν ἀγορᾶν improbem pro *forum limitaneum.*

632. 1. ὥσπερ] bene habet. οἷσπερ si voluisset orator, debuisset ἐν οἷσπερ dicere. τὸν cohæret cum κτείναντα, non cum proximo Ἀθηναῖον. est idem ac si dixisset: τοῦτον ὅστις ἔκτεινεν Ἀθηναῖόν τινα. *ut si quis occidisset aliquem Atheniensem.*

— 3. τοὺς ἐφέτας] Citat h. l. Harpocr. v. ἐφέται.

— 15. τοὺς ἐτέρωτε] subaudi a communi πεφευγότας.

— 17. μόνη καὶ λοιπὴ] inclusi uncis vocem mediam, ab aliquibus codicibus exclusam, sine dubio hic loci importunam et vitiose redundantem, tametsi a multis bonæ notæ codd. sustentetur. Si servari debeat, transponatur, ad hunc modum: ἡ καὶ μόνη λοιπή. ante μόνος et πᾶς solet καὶ eleganter redundare.

— 19 μεταστάντα] correxi μεταστάντας. quia præcessit τοῖς ἀτυχοῦσι πᾶσι. et sic dudum conjeceram ante, quam nossem in Barocc. sic legi. vulgatam si qui tueatur, ei necesse sit τινα subaudire.

— 21. τῶν ἀτυχημάτων] non sollicitassem, nisi auctoritas meliorum codicum imperasset, ut ἀδικημάτων corrigerem. hoc *cædes voluntarias*, illud *involuntarias* designat.

— 23. τί τοῦτο λέγων] idem est ac si dixisset: τί λέγων τοῦτο λέγων, vel τί λέγων ἐν τῷ τοῦτο λέγειν.

633. 10. ἢ ἄλλοθί που] verba ἢ ἄλλοθί που delenda videntur, ut scholium v. ἔξω τούτων. nisi volumus legere ἢ ἄλλο τι δρᾷ. *si quis — occidit*, aut *alio quo modo tractat*.

— 11. τὸν γὰρ φυγάδα] Sententia est: *exsulem* [expulsum e. c. Athenis, aut qui illinc discessit, sive condemnatus, sive metu condemnationis] *lex non appellat ex nomine civitatis* [h. e. non appellat Atheniensem], *sed ex eo facinore, cujus ipse se reum fecit*, h. e. *homicidam*. Markl. existimavit τὸν φυγάδα idem esse ac si dixisset κατὰ τὸν φυγάδα. quod opinatur posse significare, *quod attinet ad exsulem*. sed bene habet. Græca dictio προσειπεῖν τινά τι significat *aliquem aliqua appellatione afficere, aliquo modo appellare*. Sed movet Aug. pr. mendæ huic loco insidentis suspicionem, qui προσειπεῖν dat. quo admisso leg. erit: τῷ γὰρ φυγάδα — προσειπεῖν — et tum verba καὶ διὰ τοῦτο v. 14. erunt emittenda.

— 14. ἄν τις —] est pentameter fortuito effusus.

— 26. ἀπόκειται] aut ante ἀπόκειται, aut pone hoc verbum, deesse videtur ἀτυχεῖν. *cui fatale sit, ut infortunio utatur*. (homicidio puta non voluntario).

634. 2. ἔνοχος δὲ σὺ] f. ἔνοχος δὲ καὶ σύ. *sed et tu quoque reus es*. et sic dedi mea sponte.

— 22. τῶν γὰρ ἐκ προνοίας] scil. ἀνδροφόνων.

— 23. περὶ μὲν δὴ τῶν ἑκουσίων] imo vero ἀκουσίων, sic ipsa rei natura jubente, et auctoritate Augustani, suadentibus etiam Lambino et Tayloro, præter edd. ab eo laudatas, nobiscum facientes.

635. 12. προσῆκε γράψαι] correxi προσῆκε προσγράψαι. Constructionem verborum et sententiam loci bene monstravit Marklandus. quæ hæc est: *tu cum scriberes, ἐάν τις ἀποκτείνῃ*, SI QUIS OCCIDERIT CHARIDEMUM: *oportebat te quoque hæc adscribere, num deliberato consilio, an præter voluntatem*.

— 17. τῷ γράμματι] imo vero τῷ πράγματι. *rei huic*, negotio huic, nempe cædium. Sic conjeceram, antequam in Bav. margine hanc ipsam lectionem reperirem annotatam. quare nil dubitavi eam recipere.

— 23. ξίᾳ] cohæret cum ἄξει. ægre tamen fero tam longe illud ab hoc distractum.

636. 1. οὐ ταὐτὸν] scil. ὄν. tametsi malim hoc addi.

— 3. βεβαιοῦσαν] *invenietis in omni re gesta, causam consiliumque rei, ut certum de ea judicium ferri possit, efficere*.

— 21. πόλεώς που. καὶ —] distinctionem hic emendavi ad hunc modum. post πόλεως posui punctum. perfecta enim est sententia. deinde ποῦ, καὶ σφόδρα σαφῶς, τοῦτο δηλοῖ; *ubinam hoc declarat lex, et quidem plane atque perspicue?*

— pen. οὐδεὶς καὶ κωλύει νόμος. λέγε τὸν νόμον] correxi οὐδεὶς κωλύει νόμος. λέγε ἄλλον νόμον. antequam nossem e libris Mstis, ita leg. esse, inciderat in easdem plane conjecturas, in quas Marklandus. id quod nil est mirandum, rei natura illuc ducente.

637. 2. ἐν ὁδῷ καθελὼν] verbum hoc καθελὼν utrique commune est, tam ἐν ὁδῷ, quam ἐν πολέμῳ, ut ἀγνοήσας item est. ut hæc sit sententia: Si qui dejecit quem, h. e. peremit, nescius qui esset, seu per errorem ignorantiæ, sive in via publica, sive in dimicatione pugnæ. Pro nugis habeo, quæ grammatici de rariori nescio qua significatione v. ὁδὸς hic obtinente commiscuntur, quasi *insidias* significet, λόχον. et hanc vim hic loci requiri, quia alias latrones in via publica cædes rapinasque exercentes hac lege licentiam scelerum acciperent. Sed licet hanc argutiam in ipsos auctores retorquere. Latrones ergo, insidiis qui prætereuntes excipiunt, ab hac lege absolventur? Ergone media in via publica, sive in urbe, sive rure, nulla potest oriri inter duos contentio, et inde pugna cædesque; sive ea ampla et lata est via, sive calles angustus, sive aliis de causis, sive eo de ipso, ut alter alterum sibi decedere postulet de via, alter recuset; Œdipi Laiique exemplum quem fugit. Ista vis insolentior si vocabulo ὁδὸς h. l. inesset, censesne Demosth. fuisse silentio prætermissurum, illum in enucleandis veteribus glossis adeo diligentem?

— 5. παλλακῇ, ἣ ἦν] delevi et hic et v. 25. mediam vocem. exponit legislator, quam mulierem vocabulo παλλακὴ designet; eam nimirum, quam quis habeat secum domi, ἐπὶ παίδων ἐλευθέρων θεραπείᾳ καὶ παιδείᾳ, quo liberos, quos jam habet ex uxore legitima susceptos, seu matre orbatos, seu matre adhuc superstite, educet atque erudiat. non hic de suscipienda vel quærenda prole e pellice, sed de liberis jam ex uxore susceptis agitur, a pellice educandis.

— 10. ἐφ' οἷς ἐξεῖναι κτεῖναι] tametsi codices nil variant, et infra quoque p. 639. 7. et 644. ult. eadem formula recurrit, ego tamen nihilominus existimo leg. esse: ἔξεστι. alias leg. esset: ἐφ' οἷς ἐξεῖναι θέλει [scil. ὁ νομοθέτης] κτεῖναι. *quibus in causis velit licitam esse cædem*.

— 21. καὶ τοῦτον εἶναι] subaudi aut

ἠγήσατο e v. 19. aut potius ἄξιστεν e versu 14.

— 26. τινὰ] correxi τινί, *propter horum aliquid.*

638. 2. ἔδακεν] pro ἔδακεν melius conveniat ἠξίου vel δίκαιον ἐνόμιζεν.

— 3. ἐπειδὴ γὰρ —] Citat h. l. Aristides τεχν. p. 163. sed pro φίλον dans φιλίαν, quod recepi.

— 13. ταῦτ' ἐπιχειρῇ] correxi ταῦτ' ἐπιχειρᾶν. redit illud ταῦτα ad modo præmissum τὰ ἀπειρημένα ὑπὸ τῶν νόμων.

— 14. αὐτὸν] redit ad omissum, tacitequc subaudiendum τινά. *quam ut aliquis sinat Charidemum sibi illudere.*

— 17. τουτουί] scil. Timocratis.

— 23. ἔσεσθαι] post ἔσεσθαι videtur ἄδηλον abesse. *obscuritas et incertitudo futuri eventus.*

— ibid. πρὸς δὲ τούτῳ] correxi e conjectura mea, quam postmodum ab Augustano confirmatam vidi πρὸς δὲ τοῦτο. *et ad hoc* [incertum futuri temporis] seu *convenienter itaque huic futurorum eventuum incertitudini, supponamus more humano spes, seu exspectationes.*

639. 15. κἂν δικαίως, κἂν ὡς οἱ νόμοι διδόασιν] Taylor pro secunda voce malit ἀδίκως, ideo quod *juste*, et *ad præscriptum legum* vel *ex concessione legum* sit idem. in quo fallitur. leges scriptæ a non scriptis differunt, etiam ubi cum illis conveniunt; sed sæpe illæ cum his discrepant. paulo post v. 22. leges civiles a jure naturæ distinguit. Secundum hoc sæpe *justum* est, quod lege civili hujus vel illius civitatis est vetitum. quare vulgata h. l. bene habet.

— 21. αἰτοῦντες] malim μηδ' αἰτοῦντες. ne rogantes quidem, sed vel ingratiis, ab invitis auferunt.

640. 4. καὶ τὰ ἐκείνου] mirum videri queat, bona proscripti, fisco addicta, appellari ἄτιμα. Sed id moris Athenis fuisse cum ex hoc loco apparet, tum ex alio colligitur, p. 634. 13. ubi bona homicidæ, qui ob cædem involuntariam perpetratam urbe excesserit, appellantur ἐπίτιμα, eo, quod non essent publicata. τῶν γὰρ ἐκ προνοίας ἀνδροφόνων, addit, τὰ χρήματα δεδήμευται.

— 22. ἢ μαρτυρεῖν] videtur hic deesse τοὺς μάρτυρας. non enim testantur litigantes; sed καλοῦνται omnes, tam testes, quam actor cum reo. μαρτυροῦσιν οἱ μάρτυρες, aut οἱ συνειδότες, ut v. 23. ait, et διόμνυνται οἱ ἀγωνιζόμενοι.

— 25. οὐ κλῆσις, οὐ κρίσις] postremæ duæ voces mihi videntur delendæ, ut perperam a prioribus iteratæ. quapropter eas uncis inclusi. nullæ literæ magis a librariis Græcis inter se permutantur, quam λ et ρ, item η et ι. patet ex eo, quod ἡ κρίσις sequatur τὴν μαρτυρίαν, non præcedat; tum ex eo, quod paulo ante nulla facta sit mentio τοῦ κρίνεσθαι v. 22. sed statim a καλεῖσθαι ad μαρτυρεῖν transitus fiat.

— 641. 2. εὑρημένα] verbum in hac re proprium v. p. 642. 3.

— 5. τούτων] non cohæret cum proximo τῶν πάντων, sed idem est ac si dixisset: πάντων τῶν δικαστηρίων ὅσα ἐστὶν, οὐδὲν φανήσεται σεμνότερον τούτων τῶν Ἀθήνησιν.

— 18. καλὰ παραδεδομένα] bene habet, idemque est, atque si dixisset: καλὰ, τὰ μὲν παραδεδομένα καὶ μυθώδη, τὰ δὲ ὧν ἡμεῖς αὐτοὶ μάρτυρες ἐσμέν. facit duo genera decorum, alia fabularia et a majoribus ad posteros tradita, alia, quorum ipsi essent testes.

— 22. τὰ παλαιὰ] id est, κατὰ τὰ παλαιὰ, *temporibus antiquis.*

642. 5. οὐδεὶς πώποτε] negavit hoc postremis suis temporibus ipse Demosthenes, cum ab Areopagitico senatu acceptæ ab Harpalo pecuniæ damnaretur.

— 16. τὸν τυχὸν τά τιν' ὄρκον τοῦτο ποιήσει] correxi τὸν τυχόντα τιν' ὅρκον τοῦτον ποιήσει. cætera e libris editis et Mstis, τοῦτον ex conjectura mea, quam postmodum a Bav. vidi confirmatam. ὅρκον ποιεῖν est idem atque ὀμνύναι. Est idem ac si dixisset: ἐὰν ὀμόσει τοῦτον τὸν ὅρκον, οὐκ ὀμόσει· ὅρκον τινὰ τὸν τυχόντα, ἀλλὰ τὸν φοβερώτατον καὶ δεινότατον.

— 24. ἐπενεγκάμενος] Taylor mavult ἀπενεγκάμ. non video, qua de causa. utraque lectio loco huic convenit; illa significat *superinducens*, hæc *secum domum e judicio referens.*

643. 10. οὐκ ἐπέδεντο τοῖς ἀτυχήμασιν] *non insidiabantur infortuniis*, non acribus oculis venabantur cædes, si quæ aut committerentur a volentibus, aut acciderent ab invitis (quod utrumque genus semper in infortuniis numeratur), quo suam supplicium atque sanguinum sitim satiarent.

— 17. παρὰ τοὺς γεγραμμένους τούτου νόμους] addidi τούτου de meo penu, rei natura id postulante, et simili loco, 645. 13. comprobante. *præter* vel *contra* leges scriptas Areopagitico senatui usitatas. Ex Augustani codicis lectione videtur hæc posse effici: πρῶτον μὲν παρ' ἑνὸς τούτου τοῦ δικαστηρίου τοὺς γεγραμμένους νόμους. præterea ad ἄγραφα v. 18. malim articulum τὰ addi, ut sit aut καὶ τὰ ἄγραφα, aut καὶ τἄγραφα. scripsi quoque τἄγραφα.

— 20. Παλλαδίῳ] locum hunc citat Harpocr. v. ἐπὶ Παλλαδίῳ.

— 21. παρὰ τούτων νόμους] triplex patebat corrigendi via, aut περὶ τούτων νόμους, quæ mea mihi conjectura præ cæteris placebat, non quod mea esset, sed quod rei natura hue demonstraret (scil. περὶ τῶν ἀκουσίων. et περὶ atque παρὰ inter se a li-

brariis permutari ex Aldina Demosthenis et e Lexico Græco Bibliothecæ Bavaricæ innumeris exemplis mihi constitit), aut παρὰ τούτου, quod dat Demosthenes Bavaricus, scil. τοῦ δικαστηρίου νενομισμένους, aut denique παρὰ τούτῳ, ubi rursus νενομισμένους debet subaudiri. delegi postremam rationem, ab Augustano subministratam, et a vestigiis vulgatæ minimum recedentem, in quam ipse quoque olim conjectura incideram.

— pen. τὸν ἀλόντα] Citat h. l. Harpocr. v. ὅτι οἱ ἁλόντες ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ.

644. 1. αἰδέσηταί τινα] bene habet τινα, αἰδεῖσθαί τινα dicebant Attici, in sermone forensi, pro placare aliquem, ut de actione sua, aut jure suo aliquem persequendi aut patria arcendi, desisteret.

— 2. ἔστιν ὃν τρόπον, οὐχ ὃν ἂν τύχῃ, ἀλλὰ] videtur sic leg. esse: ἔστιν ὃν ἂν τύχῃ τρόπον; *modone quocunque tandem? ecquidne utiquam.* ἀλλὰ — aut sic: ἔστιν οὖν τρόπον, ὃν ἂν τύχῃ; οὐκ, ἀλλὰ — aut sic denique: ἔστιν ὃν ἂν τύχῃ τρόπον; respons. οὐχ ὃν ἂν τύχῃ τρόπον, ἀλλὰ —.

— 7. παρασχόντ'] id est, παρασχόντα. nam vitiose dat August. παρασχόντι. dativo locus hic nullus est; sed accusativus requiritur. *posteaquam lex dederit abeundi e patria securitatem, sic tandem,* vel *tum demum imperare exilium.*

— 9. ὁσιοῦν καὶ καθαίρεσθαι] vulgata cum esset vitiosa, et duplex pateret emendandi ratio, aut ὁσιοῦσθαι καὶ καθαίρεσθαι, aut ὁσιοῦν καὶ καθαίρειν, prætuli priorem, quod aliqua saltim munita esset auctoritate marginis Lutet. quæcunque illa est auctoritas. quo enim e codice ductum sit ὁσιοῦσθαι me fugit.

— 17. ἀγιώτατα τούτων] malim περὶ τούτων. *his de rebus.* causis puta cædis.

— 20. Δελφινίῳ] Citat h. l. Harpocr. v. ἐπὶ Δελφινίῳ.

— 24. λογιζόμενοι δ'—] Citat h. l. Aristides τέχν. p. 172. Norm. sed pro ὁμολογῶν, v. 25. dat εὐμενῶν. nescio an melius. aut possit utrumque copulari ad hunc modum: ἀπεκτονὼς, ὁμολογῶν, εὐμενῶν θεῶν δικαστῶν—.

— ult. ἀλλ οὐχ οὗτος, οὐδὲν ἀφεῖλεν] deest hic aliquid, aut ὃς ante οὐδὲν, aut γὰρ post eandem vocem.

645. 1. φησὶ] uncis inclusi, quo facile careas, et carent optimi codices, non tamen plane otiosum. potest enim hic idem significare, quod aliassæpe significat, *ut ipsis ejus verbis utar,* vel *ipsa ejus verba reddo.*

— 7. αἰτίαν] deletum volunt, non video qua sat gravi de causa. αἰτία est *appellatio,* prædicatio, cum aliquid aliqua de re affirmamus, bonum an malum, honestum an turpe, perinde est. Convenientius dicitur ἡ ἄδικος, ἡ δικαία αἰτία, quam προσθήκη.

— 10. προσέθηκας, τοῦτον ἄν τις ἀποκτείνῃ] mutavi distinctionem et correxi sic: προσέθηκας τούτων, scil. τῶν αἰτιῶν, vel, si mavis, τῶν προσθηκῶν, *neutram harum appellationum,* seu *conditionum adjunxisti, eo quod simpliciter scripsisti: si quis occiderit.*

— 14. Πρυτανείῳ] Citat h. l. Harpocr. v. ἐπὶ Πρυτανείῳ.

— 17. εἰδῇ] *sciat.* alii ἴδῃ, *videat.* ambigo, utrum præferam.

— 18. λαγχάνεται] *datur judicium.* alii λαγχάνει, *dat,* scil. lex, aut legislator. perinde est, utro modo legas. Possit quoque λαγχάνετε legi. *vos,* Athenienses, *datis judices sorte ductos.*

— 23. τῇ τύχῃ] volunt expungere, quoniam ἐὰν τύχῃ præcessit. Sed bene constare illa duo secum, si quid video, possunt. multo magis erit impium atque scelestum, indicta causa, tamen rapiendi facultatem rei dare, qui fortassean, si ita fors ferat, insons sit, aut fac sontem esse, homo tamen certe est, communique nobiscum humanæ naturæ sorte usus est *per fortunam.* Potest hoc *per fortunam* τῇ τύχῃ significare, aut nascendi sorte, aut per illud facinus, infortuniumve. Humanum enim est hominem occidere, hominesque alios ab aliis tolli, seu fraude, seu fortuito, videmus quotidie.

— 26. Φρεαττοῖ] Citat h. l. Harpocr. v. ἐν Φρεαττοῖ.

646. 2. ὁ ταῦτα ἕκαστα δήπου τάξας] vocem δήπου uncis inclusi. quæ si servanda sit, ita fere possit legi: ὁ ταῦτα ἕκαστα ὡδί *που* διατάξας.

— 14. φυγὴν] sic Harpocr. quoque dat. alii dant δίκην.

— 16. ἐᾷν] aut deest, aut subaudiri debet ἀτιμώρητον.

— 17. ἀναίτιον] malunt alii ἐναίτιον, eum, qui est ἐν τῇ αἰτίᾳ, qui accusatione premitur, insimulatum sceleris. non male illi quidem. veruntamen posse videtur etiam vulgata teneri et defendi. perspicua enim est oppositio inter τὸν ἀδικοῦντα *sontem,* et τὸν ἀναίτιον *insontem.* Sententia est: ut scelus est, sceleratum abire sinere salvum, indicta causa, quæ si cognita fuisset, meritas ille pœnas supplicio luisset; ita rursus non minus est scelus, insontem ad pœnam tradere, causa non cognita, quæ si discussa fuisset, absisset ille absolutus.

— 17. περὶ τῶν ἀνδροφόνων τῶν ἤδη κεκριμένων] delevi secundum articulum. est idem ac si dixisset: περὶ τούτων περὶ ὧν ἤδη κέκριται ὅτι εἰσὶν ἀνδροφόνοι.

647. 11. ὅλη ἡ πόλις] delevi articulum e conjectura mea et codd. civitas quæcunque Græca præter Athenas designatur, quæ urbs per excellentiam ἡ πόλις usurpatur.

— 20. δεῖξον σὺ τοσὶ] distinxi hæc inter-

jecto puncto. Interrogat orator scribam, sitne adhuc lex quædam superstes nondum recitata ex illo legum fasciculo, quem e legum universo codice se collegisse supra significaverat. Si qua est superstes, *monstra*. δεῖξον. respondet scriba. οὐτοσί. *superest hæc*. Ergo, pergit orator, recita hanc ipsam. nisi malumus οὗτοι in plurali legi. Sequuntur enim leges tres. Ex his itaque tribus legibus recita primam *hanc*, quam demonstrat. v. p. 649. 1. Dedi ergo οὗτοι de meo.

— 24. τὰς ἀνδροληψίας] citat h. l. Harpocr. v. ἀνδροληψία.

— 25. ὑποσχωσιν] subaudi παρ' οἷς ἂν τὸ πάθος γένηται, ut p. 648. 17. illi, apud quos cædes erit perpetrata, et a quibus tres cives abducentur pignoris loco futuri, donec pœnæ peremti dentur.

648. 3. τούτῳ] correxi τοῦτο e conjectura mea et codd. primum eo, quod adscripsit legislator vocabulum βιαίῳ, *si morte violenta* planum fecit, idem se velle dicere, atque, si dixisset ἀδίκως, *si morte immerita et per injuriam illata*.

— 21. τοὺς δὲ] in August. et Ald. est οὗτος δὲ, et tum iidem libri dant v. 24. τοὺς ὑποδεξαμένους cum articulo. quæ lectio, si paulum corrigatur, αὐτὸς puta pro οὗτος subjiciendo, nescio an præferenda vulgatæ sit. αὐτὸς est sponte sua, jure suo, ultro sumto et arrogato. poterat quoque dari αὐτούς. Solos illos, qui recepissent. et hoc illi alteri prætuli nunc.

649. 7. εἴπερ καὶ ἄλλος τις] probo Wolfii emendationem ὅπερ καὶ — possit quoque utraque lectio conjungi hunc ad modum ἢ εἴπερ —.

— 18. νόμων, ἦ] distinxi et correxi sic: νόμων. ἢ πάντες οὗτοι εἰσίν? *an sunt hæ leges omnes?* an nullæ recitandæ supersunt? vidit quoque Taylor sententiam loci, et vitium Wolfianæ interpretationis.

— 22. κατάθου —] Citat h. l. Aristides τεχν. p. 246.

650. 5. μεταδοῦναι] adderem αὐτῷ e margine Lutet. si satis munitum esset gravi auctoritate. sed videtur ea Lambini aut Wolfii conjectura esse.

— 9. περὶ οὗ τούτου] id est, τὸ λέγον περὶ τούτου, ὑπὲρ οὗ (vel χάριν οὗ) κατηγορῶ τουτουὶ τοῦ Ἀριστοκράτους.

— 13. φησὶν] scil. ἕκαστος τῶν γραψάντων. *unusquisque eorum, qui ejusmodi plebiscita scripsere, ait, ut ipsis verbis utar*. Paulo ante hunc verbi φησὶν usum attigi. respondet Latino *ait*, cum *aliquis* subaudiendum omittitur.

— 19. καθ' ὃν δύναιτο τρόπον] malim καθ' ὅσον δύναται, sine τρόπον. Consentit Augustanus hactenus, ut tamen τρόπον retineat. Dedi me meo καθ' ὃν ἂν δύναιτο.

— ibid. τούτους] τοὺς νόμους puta.

— 23. ὰς ἀγαπήσαντα τοῖθ' ὑμᾶς] postremam vocem correxi, ut sit ὑμᾶν. quod faciendum fuisse nemo dubitavit. Sed superest adhuc vitium. ad ἀγαπώντων addendam esse negativam οὐκ, Wolfius, Marklandus, Jurions, Taylorus, magno consensu affirmant. quod mihi non persuadent, qui existimem leg. esse: ὡς ἀγαπώνταν παραδεξαμένου τοῦθ' ὑμῶν. *quasi vos in magna vestræ felicitatis parte sitis posituri, vobisque congratulaturi, si Charidemus jus vestræ civitatis oblatum haud fastidiat accipere, eique sitis eo nomine gratias debituri*.

— 24. γέγραφε καὶ προσέτι φυλάττειν ὑμᾶς ἐκεῖνο] nihil hic correxi, præter postremam vocem, pro qua ἐκεῖνον reposui. cætera sana sunt. Sententia hæc est: præterea vobis auctor fuit, ut eum quasi satellites quidam custodiretis, quo, quæcunque velit Charidemus, ea libere et impune agat.

651. 19. κατὰ] malim παρὰ, *per, propter*. loquendi quidem mos id postulat, in scriptore quidem terso, cujusmodi est Demosthenes. nam in alio minus emendato tantam diligentiam haud requisivero.

652. 4. ἧττον ἦν] addi volunt τοῦτο. quod non putem valde necessarium.

— 9. ὀρᾶν] inclusi uncis, non quo damnem, bene enim et recte habet, servandumque arbitror, sed quod codices plerique omittant.

— 24. οἱ δικάσαντες αὐτῷ] correxi οἱ δ. αὐτὸ, scil. τὸ παράνομον ψήφισμα.

— pen. εὐσεβοῦσι] malim εὐσέβουν in imperfecto, quia ἔδοξεν præcessit.

653. 2. εἰ γὰρ ἠγνόησέ τι διδασκόμενος] deesse h. l. aliquid, patet. Sed dubitatur, quid desit. addi volunt οὐ, ut sit οὐ διδασκόμενος. mihi potius videtur sic leg. esse: εἰ γὰρ ἠγνόησε παράνομόν [vel ἄδικόν] τι διδασκόμενος. *nam si non sensit, sibi commendari et obtrudi res legibus aut æquitati repugnantes, non tenetur pœnas dare suæ tarditatis, per quam non sensit fraudem sibi paratam*.

— 3. εἰδὼς] scil. τὸ δίκαιον καὶ τὸ καθῆκον καὶ τὸ ἔννομον.

— ult. λόγον] subaudi a communi e v. 27. λέγειν ἐπιχειροῦντα.

655. 20. ὃ μᾶλλον εἰκὸς αὐτὸν ἐλπίσαντα, ἢ μὴ δυνηθέντα ποιῆσαι] vexatum hunc jam dudum fuisse locum, docet incredibilis lectionis varietas, quam videre est apud Taylorum. mihi planissima emendandi ratio visa est hæc: ὃ μᾶλλον εἰκὸς αὐτὸν ἐλπίσαι, ἢ μὴ, δυνηθέντα, ποιῆσαι. *id quod eum verosimilius est sperasse, quam, cum posset facere, tamen omisisse*. δυνηθέντα distinxi utrinque, duobus interceptum commatibus a μὴ, quocum cave copules. nam μὴ, non cum eo, sed cum ποιῆσαι cohæret, *non fecisse, seu omisisse facere*, δυνηθέντα *tum, cum posset facere*, seu, *quamquam in ejus*

*potestate esset.*

656. 6. μηδὲν εἴχετε τῶν ἄλλων λογίσασθαι] videatur ex insequente opposito, μηδ' ἐφ' ὑμῶν αὐτῶν οἷοί τε ἦτε ταῦτα συνιέναι, sententiam hujus membri esse oportere hanc: *quod si neque in aliis, seu ab aliorum exemplis admoniti, colligere verum et rectum possetis, neque vestro marte reperire atque perspicere.* quod si ita esset, deberet legi: μηδὲν εἶχετ' ἐπὶ τῶν ἄλλων λογίσασθαι. verumtamen insequentia: *poteratis saltim ab Olynthiis exemplum petere:* non patiuntur hanc sententiam a nobis huic loco tribui, sed volunt potius eum ita accipi, ut dicat: *si neque plus aliis superetis, neque vestro marte hæc reperire possetis.* quo posito, necesse est legi: εἰ γὰρ μηδὲν εἴχετε πλέον vel ἄμεινον τῶν ἄλλων λογίσασθαι. *populis si reliquis nihil præstaretis,* quibus multum præstatis, *ad intelligentiam et facultatem ratione colligendi.*

— 13. ἑλὼν] capta Potidæa puta.

— 15. ἐπεχείρησαν] correxi ἐπεχείρησεν. Philippus ne conatus quidem est aliter agere, ne in mentem quidem sibi venire passus est propositum aliis modis Olynthiis utendi. frustra queritur Wolf de obscuritate hujus dictionis.

— 17. πιστὸς] dedi καὶ πιστὸς *etiam fidus et certus.*

— 27. ἀλλ' οὐκ αἰσχρὸν] inclusi mediam vocem uncis, tametsi servanda an tollenda sit, mecum certo constituere nequeam. Habet enim utraque ratio, quo se tueatur.

657. 8. εἰ πολεμήσετε] correxi εἰ πολεμήσεται, quod idem est atque πολεμηθήσεται, e conjectura mea, postmodum ab Augustano confirmata. respondet hoc melius præmisso πολεμουμένης μέν.

— 10. διακόσια] correxi τριακόσια. Sic evidentius est discrimen atque pugna inter *triginta* et *trecenta*, quam inter *triginta* et *ducenta*.

— 12. τὰ πλεῖα] subaudi λαμβάνων.

— 23. γὰρ] malim δέ.

— 25. οὐδένα πώποθ' ὅντιν' οὐ] est idem ac si dixisset: οὐδένα πώποτε φίλον εἶχον, ὃν οὐ προὔδωκαν.

— 27. φίλους] post φίλους deesse videtur ἔχειν. deinde malim τὸ hoc versu deleri. aptius videtur sic dicturus fuisse: λαμβάνειν πολεμῶν — et τὰ πλεῖα, (scil. λαμβάνειν) φίλος ὤν.

658. 15. κατελάμβανε τὰς πόλεις, ἠδίκει μεθύων, ἐπαρώνει] nihil h. l. plus ausus sum, quam ut distinctionem mutarem ad hunc modum, ἠδίκει, μεθύων ἐπαρώνει. et sic quoque distinctum h. l. in Augustano reperi. et possit quodammodo sic ferri. ego vere nihilominus tamen locum sic persanatum non existimo. In Augustano aliisque non est τὰς πόλεις, sed τὴν πόλιν. videntur ambæ lectiones copulandæ et locus sic constituendus: κατελάμβανε τὰς πόλεις, *occupabat urbes Græciæ in Chersonneso* (vel potius in Asia) *sitas,* (v. p. 671. 8. ubi urbes illas nominat) τὴν πόλιν ἠδίκει, *urbem,* nostram puta, Athenas, *injuriis vexabat, methyo* ἐπαρώνει, *per temulentiam insolescebat, modisque stultis et indignis importunum atque protervum sese gerebat.*

— pen. καὶ ἂν ὅτε πᾶσαν] delevi ὅτε jure meo. nam codices hic adversantur. Constructio est hæc: καὶ ταύτην, ἣν πέμψας —ἐξεῖλε τὰ χωρία ὑμῶν. *recitari jubebo vobis et illam Cotyis epistolam, quam ad vos tum misit, quum Miltocydes a se defecisset, et istam alteram, quam, toto Cotys potitus imperio, ad Timomachum misit; quo facto vestræ ditionis loca vobis eripuit alia ex aliis.* Binæ itaque literæ Cotyis commemorantur. unde constat p. 659. 1. ἐπιστολαὶ in numero plurali esse legendum.

659. 3. ἂν ἐμοὶ πεισθῆτε] vel, quod alii codices dant, ἂν ἐμοὶ πείθησθε, loco stant non suo, rectius versu 6. post ἐκείνην τὴν πίστιν stationem tueantur, ut sit ἐκείνην τὴν πίστιν, ἂν ἐμοὶ πείθησθε, βουλήσεσθε ἔχειν. cautionem illam (si meæ quidem auctoritati hoc deferetis) *exigetis.* Illuc quidem, si transferenda non sint, nolim enim equidem hujus violentiæ auctor fieri, tacite tamen a legentis cujusque mente referentur.

— 6. βουλήσεσθε ἔχειν] probabile fit e v. 15. oratorem dedisse βουλήσεσθε πρὸς τὸν Θρᾷκα ἔχειν. Profecto nisi addantur ista verba, tacita saltim cogitatione adjungi consultum sit.

— 27. Αἰνίους] Citat h. l. Harpocr. v. Αἰνείους, ubi per memoriæ lapsum or. contra Timocratem allegat, pro Aristocratea, id quod jam Valesius annotavit.

660. 3. Ἀλέξανδρον] Citat h. l. Harpocrat. v. Ἀλέξανδρος. ubi pauca solummodo quædam hinc affert, cætera de suo addit.

— 10. ἀσφαλὲς ἂν ἦν τὸ] correxi ἀσφαλὲς ἦν τῳ [enclitice], *tutum fuisset alicui.*

— 13. Ἀργαῖον] Citat h. l. Harpocr. v. Ἀργαῖος.

— 15. αὐτοῖς] redit ad ἀπέδωκε πάντα. *omnia ipsis reddidit, quæ amisissent.*

— 18. τούτων] quæ Aristocrates puta Charidemo nunc a vobis impetrare vult. sic quoque p. 661. 2.

— pen. τὸ ποιεῖν ἐξεῖναι ταῦτα κωλῦσαι] paulo intricatior verborum collocatio, quæ sic debent construi: ὥστε αὐτοὺς κωλῦσαι ἑαυτοῖς τὸ ἐξεῖναι ποιεῖν ταῦτα. *ut ipsi semet impediant, quominus sibi liceat hæc facere,* h. e. ut ipsi sibi eripiant facultatem hæc faciendi.

— ibid. ἀλλ' ἄχρι τούτου] postremam vocem minui prima syllaba, mea sponte. *sed quadamtenus. sed aliquo usque.* του hic est enclitica.

— ult. μηδέτερον τῶν καιρῶν] correxi μηδετέρου τὸν καιρόν. *neutrius rei,* neque amoris

et studii, neque odii, *veram opportunitatem legitimumque modum migrando.*

661. 4. δάσετε] scil. ταῦτα.

— 8. τοῖς μὲν] scil. ψηφιούμεθα ταῦτα, c. v. 6.

— 20. τῷ μηδὲν ἠδ.] malim τῷ μηδένα μηδὲν ἠδικηκότι.

— 21. ἔπειθ' ὡς ἀληθῶς ἔστις] transposui meo periculo verba sic: ἔπειθ' ἔστις ὡς ἀληθῶς ἅπασιν ἀνθρώποις. *quem homines omnes vere perspicueque cernent, ideo esse hoc privilegium adeptum, quo ne quid mali patiatur.*

662. 10. Πύθων] apparet ex hoc loco, Pythonem illum Byzantium, cujus vim eloquentiæ Demosthenes ipse videtur haud infitiari, Atheniensibus approbatam, cum Philippi ad eos legatum ageret, eundem cum hoc Ænio Pythone fuisse. Byzantius est dictus ideo, quod extremam ætatem Byzantii degeret.

— 18. τοῦτον] correxi τούτων. quod cohæret cum περιεῖναι et cum κατηγορεῖν. *quisquis recte sapit, hos homines cavendo vincere debet, non fraudis eos accusare, posteaquam damno suo cognoverit a se fidem ipsis habitam temere, nondum usu probatis.*

663. 1. αὐτὴν] hic loci est pro τοῦτον. Constructio est hæc: λογιζόμενος εὑρίσκω τοῦτον οὐκ ἀξιόπιστον, — ὑπὲρ οὗ — ἀξιόπιστον et αὐτὸν ad Kersoblepten, ἐκεῖνον ad Charidemum, redeunt. v. p. 664. 7.

— 3. σκοπῶ Κότυν ὅτι κηδεστὴς ἦν Ἰφικράτει τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ Χαρίδημος Κερσοβλέπτῃ] Constat Iphicraten filiam Cotyis, Tarsen, in matrimonio habuisse. Consequitur ex his, si vera Demosthenes perhibet, neque causa est, cur mentiri existimetur, Kersoblepten Charidemi generum fuisse. id quod etiam ætas satis indicat. major enim natu Charidemus erat, quam Kersobleptes, ut magis sit consentaneum, Charidemum Kersobleptis socerum, quam hunc illius fuisse. quare vulgatam tueor, tametsi ab aliis impugnetur, et ipsi mihi olim visum sit leg. esse Χαριδήμου Κερσοβλέπτης, quomodo etiam in Herwagiana exstare suspicor, in Felicianea, Paulina est et Bav. quid si autem κηδεστὴς non *gener*, sed *maritus sororis* sit? Habuerit tum Iphicrates in matrimonio sororem Cotyis, et Charidemus sororem Kersobleptis. Possit sic priorum librorum vulgata stare.

— 21. καὶ] malim οὐδέ.

— 26. λαβὼν] addidi αὐτὸς post λαβών. Quod si minus est necessarium, inutile tamen non est respectu Charidemi, de quo statim post commemorat v. pen.

664. 2. Ἄντισσαν] Citat Harpocr. v. Ἄντισσα.

— ibid. Δρῦν] Citat Harpocr. v. Δρῦς.

— 6. ἑαυτοῦ] *suæ*, Iphicratis puta. v. p. 665. 4.

— 9. καὶ κινῇ] malim καὶ καινῇ. *etiam contra vos cunctos*, vel *universos*. componit simultates Kersobleptis cum Charidemo, cum ejusdem simultatibus erga cunctam Atheniensium remp. privatum odium cum publico.

— 10. ἐξάρκει τοῦθ'—] Sententia est; *prodestne vobis, posteaquam Charidemus deceptus fuerit, vosmet ipsos Thracem in vos armasse atque roborasse?*

— 11. αὐτοὺς] non cohæret cum ἐφ' ὑμᾶς proximo, sed idem est ac si dixisset: ὑμᾶς αὐτούς, vosmet ipsos, ultro, manibus vestris, κατεσκευακέναι τὸν Κερσοβλέπτην ἰσχυρὸν ἐφ' ὑμᾶς.

— 18. ὑπὲρ αὐτοῦ] spiritum asperum posteriori voci appinxi. redit ad eum, qui providet, atque impedit, quominus consilia capiantur, sibique, et alteri, cujus causa capiantur, noxia futura. nam ἐξαρκεῖ idem sæpe significat, atque ὠφελεῖ, *expedit, prodest.*

— 20. κἀκείνοις] tam illis, qui amantur. καὶ σφίσιν αὐτοῖς, quam illis ipsis, qui istos amant.

665. 5. οὐκ ἐπιστρέφῃ] *nil curabat.* ut paulo ante 664. ult. οὐδὲν ἐφρόντιστε. alii codices dant οὐκ ἀπεστράφη, *passus non est a consilio suo per ea se deduci.* perinde est, utram lectionem optes. utraque bona est.

— 6. τίνες ἂν καὶ λόγον σχοίη μή τινος Χαρίδημον ἀποστερήσῃ] manifestum est, neque fugit Taylorum, posterius τινος, enclíticum illud, redundare et amputandum est, in quo ipsemet ei assentior hactenus, ut ejus loco τούτου suffectum velim. *cujusnam rei rationem habeat Kersobleptes, ne ea re Charidemum priret?*

— 13. ἁπλῶς] est, nude, absolute, sine restrictione et exceptione. quod huic loco non convenit. quare malim ἁπλοϊκῶς. more hominum simplicium, imperitorum, imprudentium, stultorum. Verumtamen altero, etiam hoc sensu Noster sæpe usurpat, ut p. 725. 25. οὐδὲ ταῦτα ἁπλῶς, οὐδ' ἀδόλως φανήσεται γεγραφώς.

— 17. οὐδέν] hic est pro τι, accommodatur enim præmisso οὐδὲ, et notu Atticismo plane redundat.

— 23. Θρᾳκὶ δ' ἀνθρώπῳ βασιλεῖ] omnia hæc ad Kersoblepten redeunt. Charidemus dicitur imperatoris operam præstare *homini Thraci, eidemque regi.*

666. 2. ἐπιβουλεύσοντος] correxi ἐπιβουλεύσαντος. quod est tempus infinitum. *qui, si ita contingat, sit insidiaturus.*

— 3. ἐψηφισμένους] bene habet, tametsi etiam ἐψηφισμένοις, quomodo Taylorus vult legi, non spernendum sit, si codices consentiant.

— 9. ἐκδοῦναι καὶ] καὶ deletum malim; ut vitiose redundans. nisi si volumus hanc esse sententiam, Europæos *quoque* Græcos. ut Lacedæmonii Græcos Asiaticos regi

Persarum prodiderunt, ita Athenienses Kersoblepti Græcos quoque Europæos. ut ambo Græci, tam Asiatici, quam etiam Europæi, barbaris sint traditi pro mancipiis.

— 24. ἀδικῶν] aut ἀδίκως est leg. aut plane delendum est ἀδικῶν. nam ὑβρίζων tam ad παῖδας, quam ad γυναῖκας pertinet. tametsi non video, quomodo possit aliquis ἀδίκως ὑβρίζων dici, quasi sit etiam δικαίως ὑβρίζειν. quare satius erit plane tolli.

— pen. Ἐξήκεστος] Citat h. l. Harpocr. v. Ἐξήκεστος.

667. 17. κατεψηφίζεσθε] Codices quidam dant ἐψηφισμένοι. quam varietatem lectionis cum non improbem, non video tamen, cur alteri vulgatæ præferatur.

— ibid. ἐπ' ἐκείνου] *in eo*, Philisco puta. Marklandus ἐπ' ἐκείνων malebat, ad Harmodium et Aristogitonem referens. in quo humanum quid passus est. ego equidem, quid sibi velit, haud capio. Sed non satis ad sententiam oratoris attendebat, neque eam percipiebat; et universe, doctissimi et acutissimi critici notulæ ad Demosthenem adspersæ non satis sunt maturatæ.

— 19. ἐπὶ τούτου] *in hoc*, Charidemo.

— 22. βούλομαι τοίνυν—] absoluta parte orationis media, qua demonstratum dedit, Aristocrateam rogationem reip. pestiferam esse, transit nunc orator ad postremam, qua planum faciet, honoribus tantis indignum esse Charidemum.

— 25. ἓν] sic nude positum paulo, mihi quidem, est obscurius. intelligerem aliquanto melius, si aut pro isto spiritu aspero lenis esset exaratus, aut μέγα additum. Si illud prius, foret idem ac si dixisset: ἐν δὲ τούτοις, *in his autem*, vel *inter hæc*, quæ vos docebo, alia, *etiam hoc vos docebo*. hoc autem posteriore pacto legendum sit: ἓν δὲ ὑμῖν ἐκεῖνο μέγα ὑπισχνοῦμαι. et sic accipiendum: quæcunque est sors hujus meæ, quam nunc ingredior, demonstrationis, illud quidem semper, licet unum modo, sed magnum idem atque splendidum, vobis dabo demonstratum. Suspicatus quoque sum Demosthenem reliquisse, οὐχ ἕν. non unum modo simplex demonstrabo hoc, quod promisi, Charidemum puta indignum esse, cui tantus honor satellitii habeatur, sed illud quoque addam, eum pœnas scelerum gravissimas meruisse. Judicent periti his de conjecturis, quod ipsi volent.

668. 12. τοὺς ἐκ τῶν ἀργυρείων] subaudi χρηματιζομένους.

— 13. οὐδὲν] volunt οὐδένα. propter auctoritatem marginis Lutetiani. quæ auctoritas dubia, eoque haud gravis est. auctore enim tacito, certo non constat, sitne ea lectio codicis probati, an Lambini conjectura. teneamus ergo vulgatam et ad ἔθνος (v. 11.) referamus.

— 20. ὅσπερ πεποιήκασι] malim ὅπερ καὶ πεπ.

669. 2. ὅθεν ἀρξάμενος — κακῶς ὑμᾶς ἐποίει] idem est ac si dixisset: ὅθεν ἤρξατο ὑμᾶς κακῶς ποιεῖν.

— 21. ἐκεῖ] in Thracia, apud Cotyn.

— 27. οὐκ ἀποδεδώκει] vobis puta, quibus debuerat obsides tradere.

670. 10. τὴν ἐπιστολήν. Ἐπιστολή.] malim τὰς ἐπιστολάς. vel potius illa duo vocabula τὴν ἐπιστολὴν deleri. quare uncis inclusi. Ἐπιστολαί. Sunt enim duæ epistolæ, altera Iphicratis, altera Timothei. et sic dedi arbitrio meo, transposui quoque vocabula sic: Ψήφισμα. Ἐπιστολαί. Μαρτυρία.

— 18. ἐκ τῆς ἐπιστολῆς] Timothei puta ad S. P. Q. Athen. is enim bellum ad Amphipolin gesserat. v. 669. 7.

— 24. ὑπ' αὐτοῦ] malim ὑφ' αὑτοῦ. *a semet*, Charidemo. nam αὐτοῦ rediret ad Cephisodotum.

671. 1. ἀπόμισθος] Citat h. l. Harpocr. v. ἀπόμισθος.

— 6. κηδεσταῖς] Artabazi generis, Memnoni et Mentori. v. 672. 5.

— 9. Σκῆψιν] laudat h. l. Harpocr. v. Κέβρηνα et Σκῆψις.

— 11. ἠγνόησε] peccasset, prætervidisset, lapsus esset errore, per imprudentiam in fraudem incidisset. v. p. 1463. 12. 1473. pen. et alibi.

672. 20. Κριθωτὴν] Citat h. l. Harpocr. v. Κριθωτή.

— 22. τἀναντία] deletum vult Taylor, cui cave obsecundes, fallitur enim. vocabulum est sententiæ prorsus necessarium. Constructio hæc est: ὅτι ταῦτα ἐφενάκιζεν ὑμᾶς, ἐγνωκὼς τἀναντία ποιεῖν τούτοις, καὶ ἡνίκα ἔτι ἦν ἐν Ἀσίᾳ, καὶ τὴν ἐπιστολὴν πρὸς ὑμᾶς ἔπεμπε. E transitu ejus cognoscetis, illum, hæc jactantem, vel his ineptiis, vobis imposuisse, et verba vobis dedisse, tametsi jam tum, quum adhuc in Asia esset, illasque ad vos literas daret, secum decrevisset, alia omnia facere, quam quæ vobis recepisset facturum.

673. 9. ἐπιστολαὶ] His epistolis non continetur epistola Charidemi ad S. P. Q. A. vel potius ad Cephisodotum, quippe quæ v. demum 18. recitatur, sed epistolæ hæc sunt archontum Atticorum, qui tum urbibus Cherrhonesi, si quæ Atheniensibus superstites mansissent, cum imperio præessent. v. p. 672. 20. et hac ipsa pagina, v. 27.

— 16. ἐπαινῶν καὶ τὰ] malim ἐπαίνων, τὰ (sine copula), ut sit genitivus pluralis ab ἔπαινος.

— 24. μαρτυρία ἔργων] pro his verbis in codd. aliis est ἐπιστολή, quod præferam. epistola significatur præfecti Critbotæ. e qua ipsa ejus verba v. 27. afferuntur.

— ult. ἐπιδείξας] bene habet. Sententia est: recita tu, o scriba, aliarum particulas

epistolarum. Sed prius eas mihi monstra, ut videam, quæ sint, tibique locos a te recitandos demonstrem. [In Var. Lect. e contra voc. ἐπιδείξας deletum ivit; et lect. Cod. Bavar. suspicatus est natam ex hoc: ἐπιδείξαντος ἐπιστολὴν λέγει ἐξ ἑτέρας. *cum scriba ostendisset epistolam, jubet orator eam alia recitari.*]

674. 10. τὰ λοιπὰ] ea Cherrhonesi oppida locaque, quæ vobis adhuc ejus supersunt.

— 13. οὐχ ὑπεδέξατο] malim οὐκ ἀπεδέξατο, scil. αὐτὸν, vel τὸν Ἀλέξανδρον, id est, τὰ ὑπὸ τῶν Ἀλεξάνδρου πρεσβευτῶν δεδομένα. se repudiasse conditiones ab Alexandri legatis oblatas. In aliis codd. est οὐ προσεδέξατο, quam lectionem Taylor præfert vulgatæ. videtur in vetustis libris duplex fuisse lectio, hæc modo allata, et ista e conjectura nostra prolata. nam in vulgata vitium utique videtur inesse; nam ὑποδέχεσθαί τινα est, aliquem hospitio excipere, quæ sententia ab hoc loco est aliena; ἀποδέχεσθαι autem est, accedere alterius sententiæ, eamque comprobare.

— 16. οὐ τοίνυν etc.] alii aliter hoc de loco statuere, quorum scita referre nil juvat. mihi sic videtur leg. esse: οὐ τοίνυν ἐκ τούτων μόνον [vel μόνων] δῆλον ἔσθ', οὕτω σαφῶς δήλων ὄντων, ὡς οὐδὲν —.

675. 2. οὐχ ὧν ἐκεῖνος ἔφησεν αὐτῷ φθονεῖν] correxi οὐχ ὧν ἐκεῖνος ἔφησεν ἂν αὐτῷ φθ. quod idem est ac si dixisset: παρόντος οὐδενὸς ἐκ τούτων τῶν στατηγῶν, ὡς ἑαυτῷ φθονεῖν ἐκεῖνος ἂν ἔφησεν. *ugente ibi locorum imperatore quidem nostro, at non eo ex imperatorum numero, quos ille sibi invidos atque infestos esse causatus esset.*

— 12. ἡμᾶς πολεμῶν] haud me fugit hoc verbum cum accusativo solere componi; malim tamen, ut usitatius, quod margo Lut. cum aliis libris dat, ἡμῖν. Verum nunc video, ἡμᾶς non cum πολεμῶν, sed cum διήγαγεν cohærere, *ductitavit, extraxit nos bellando.* quare bene habet h. l.

— 19. κατέῤῥαξε] melius credunt κατήῤῥαξε. Sed falluntur. nihilo est. perinde est, sive a κατ — ἀράσσω repetas, sive a καταῤῥάσσω (h. e. a κατὰ et ῥάσσω).

— 22. τοῦτ' ἂν εἴποι τις] dedi τοῦτό γ' ἂν εἴποι τις. νὴ Δί', ἀμυνόμενος — ficta hæc objectio adversarii, Charidemum tuentis, incipiens a verbis νὴ Δία et sic desinens in v. κακὸν, v. 24. sanavi locum bona distinctione.

676. 6. ὑπὸ τούτου] a Cephisodoto.

— 7. πράξειν] correxi πρᾶξαι. cohæret enim cum ἐπείσθη. Sententia hæc est: Charidemus Cephisodotum, a se obsessum, hac admota necessitate, prius coegit, non optime reip. vestræ consulere, quam pateretur a Cephisodoto sibi persuaderi, ut earum conditionum, quibus subscripsisset, et satisfacturum recepisset, vel uni satisfaceret.

— 11. πέντε ταλάντοις δ' ἐζημιώσατε] malim πέντε ταλάντοις ζημιώσαντες. nisi pro πέντε malumus πεντήκοντα. Quinquaginta enim talenta erant solennis mulcta, qua eos mulctabant, si quos a rep. administranda plane submovere vellent. v. p. 668. pen.

— ibid. μόνοι ψῆφοι διηνέγκαντο μὴ Θ. τ.] correxi μόναι (et sic dedi de meo in genere fœminino) ψῆφοι διήνεγκαν (in activo) τὸ μὴ Θ. τ. *tria sola suffragia distulerunt* [h. e. impediverunt] *hoc, ut vos ne morte eum mulctaretis.* intercesserunt pœnæ capitali.

— pen. Σμικυθίωνος] Citat h. l. Harpocr. v. Σμικυθίων.

677. 10. πρὸς τούτους] facto fœdere cum illis, scil. Berisade et Amadoco.

— Ibid. πολεμεῖν] scil. cum Kersoblepte et Charidemo.

— 22. ἔξαρνος] ante ἔξαρνος subaudiendum est ταύτας, tametsi additum malim. formula γίγνεσθαι ἔξαρνός τι tantundem valet atque γίγνεσθαι ὅ τι ἐξαρνούμενος. fieri is, qui aliquid neget.

678. 10. τὰ πράγματα ἤδη, τριβόντων τούτων] sic distinxi. cum hi, Kersobleptes et Charidemus, tempora rei bene gerendæ omitterent, aut absolutionem legationis protraherent.

— 12. ἦκεν] scil. Athenas ex Asia, ubi Artabazo adversus regem Persarum operam navaverat. v. Simson Chronic. A. M. 3649. p. 833. ἔχων an ἄγων legatur, interesse nil puto.

— 14. γράφει] Charidemus puta.

— 17. καιροφυλακεῖ] analogiæ magis convenire videtur καιροφυλακτεῖ.

— 19. ἐκ προσαγωγῆς] correxi ἐκ προαγωγῆς, auctore Harpocratione. eleganter dicitur h. l. Charidemus Athenicensium amicus ἐκ προαγωγῆς *e lenocinio*, phrasi, ni fallor, Socratica. amorem erga aliquem qui simulat ad tempus, necessitatis ergo, nullo ductus amore, sæpe quoque odio ejus ardens, sed dissimulato, ille dicitur eum ἐκ προαγωγῆς, ut meretrix, per lenocinium conciliata, amare. Meretrices enim erga eos, ad quos a lenis atque lenonibus adducuntur, amorem simulant, non verum, sed temporarium; cum sæpe fiat, ut eos, quibus substernuntur, ante turpem illam consuetudinem, ne oculis quidem unquam viderint, neque rursus visuræ sint. Leno προαγωγεὺς dicitur, non προσαγωγεύς. v. tamen ad p. 750. 21.

679. 14. Συνθῆκαι.] designat illud fœdus, de quo p. 677. 12.

— 15. γράψας] Charidemus puta. Tribuit Charidemo fœdus, quod modo iniisse dixerat Kersoblepten. recte vero. ambo enim eandem causam agebant, et Charidemus erat Kersobleptis imperator, et legatus.

— 22. Συνθῆκαι.] designat illud fœdus, de quo p. 677. 24. commemoraverat.

— 24. ἠξίου] sc. Kersobleptes in tabulis hujus cum Chabria pacti fœderis.

— pen. πρὸς τὸν Ἀθηνόδωρον] jungendum non cum insequente παραδώσειν, sed cum præcedente ὤμοσε. *juraverat* Kersobleptes *in manus Athenodori*: vel *ei fidem jurejurando fecerat, sese velle filium Iphiadæ tradere.*

— ult. οὐδ' ὑπισχνεῖται] non modo non tradit, sed ne recipit quidem traditurum.

680. 3. Ψήφισμα.] significat illud decretum Glauconis, de quo p. 678. 2. commemorat.

— 8. Ἐπιστολή.] epistola Kersobleptis. v. v. 74. p. 678.

— 9. βασιλέων] sunt Amadocus, et Berisades.

— 10. ὑμῖν] cohæret cum δοκοῦσιν, non cum ἐγκαλεῖν. *num vobis videantur nil queri*, de Kersoblepte puta et Charidemo.

— 13. ὡς ἄνω καὶ κάτω] puncto interjecto a reliquis discrevi. *quam sursum deorsum* — scil. στρέφεται αὕτη ἡ πονηρία, *hæc nequitia agitetur atque volutetur.*

681. 11. αὐτοῖς] non cum προσῆκεν, sed cum καταλιπεῖν cohæret.

— 20. ἦν] potest, aut cum εἶδεν, aut cum μὴ λαβεῖν construi v. 22. *quam qui novit, quem teneat locum* vel *situm* est notus Atticismus, pro, *qui novit, quo loco ea sita sit urbs.* tenendum enim est τόπων. neque ineptum Lambini τρόπον admittendum. vel etiam quam ne vos capiatis.

— 22. ὄν] scil. καιρόν.

— 23. κωλῦσαι] subaudi e proximo ὅπως μὴ γενήσεται. *quæ opportunitas ne contingat, vos oportet pro virili vestra impedire.*

— 25. παρῇ] ferri nequit. aut enim ponendum est, esse conjunctivum; quo posito, necesse est, ut παρῇ exaretur. formatur enim, quasi a παρίεω. aut si optativum malumus, exarandum est παρείη, qui est optativus temporis præsentis, aut παρεῖη, qui est optativus aoristi secundi. dant hoc codices, ego vero παρείη malim.

682. 1. ὑμᾶς] alii dant ὑμῖν. quod qui præferunt, illis transponendum est hoc vocabulum, ut sit: ἐν μέσῳ ὑμῖν πολεμεῖν πρὸς Καδρ.

683. 17. ἐφαίνετο] correxi εὑρίσκετο. inveniebat, h. e. *adipiscebatur, impetrabat.*

— 20 προκαλεῖσθ'] dedi de meo προὐκαλεῖσθ' ἔτι τι τοῦ λοιποῦ. nam ἀφίετε perinde potest imperfectum esse, atque est præsens; tametsi ἠφίετε usitatius est.

— ult. τοὺς δύο τοὺς βασιλέας] tertius enim, Kersobleptes, inimicus erat Atheniensibus.

684. 2. καὶ νομίζω] malim νομίζων omissa copula, *eo quod existimem.*

— 6. ἐφ' οἷς] idem est ac si dixisset: ἐπὶ τούτοις, ἐν οἷς, vel ἐκεῖ, ὅπου. *tum cum* —.

— 21. ταύτην] bene habet, servarique debet. *illud*, auxilium puta. ταῦτα constructio non fert. quomodo enim consistent secum τοῦτον τὸν λόγον versu 18. et nunc rursus ταῦτα, cum eodem verbo ἔλεγον composita? quis eum ferat, qui, cum orsus esset: *hanc orationem*, — tum pergat: *hæc si dicerent.*

— Ibid. εἰ δὲ] scil. ἔλεγον, quod modo præcessit. *quod si autem dicerent.* potest hoc modo vulgata defendi. non intercedam tamen, quominus, si qui velint versu 24. post στρατηγοὺς verbum ἐροῦσι addere, per me liceat. addidi ἐροῦσι.

— 23. μείζω] scil. ἐκεῖνον, Kersoblepten puta.

685. 4. καὶ et δεῖ] deletum eunt. posterius tolli haud iniquus patiar. prius eripi mihi haud patiar. quod tantum abest, ut langueat, ut potius vis in eo insit.

— 14. θεάσασθε, ὡς ἔχω] id est, θεάσασθε, ὡς γνώμης ἔχω. *videte, quomodo sim animatus.*

— 18. προσήκειν] correxi προσήκει. poterat quoque προσῆκεν admitti.

— 19. εἶναι] volunt eliminare; cur velint, causæ nil video.

686. 3. χεωμένους] plane abest a Bavar. verum non modo non otiosum est, sed etiam vel eo servato tamen deesse adhuc aliquid videtur. ego quidem τῷ πράγματι decsse arbitror. Si nil desit, subaudiri debet ταῖς τιμαῖς καὶ ταῖς δωρεαῖς e superioribus.

— 4. ἐφ' ὑμῖν ἔσται τὸ πράττειν] etiam hic aliquid desidero. forte sic dedit: ἐφ' ὑμῖν ἔσται κατὰ τὸ δοκοῦν πράττειν.

— Ibid. πρῶτον μὲν] locum hunc his ipsis pœne verbis jam p. 172. 14. sqq. tractavit orator.

— 16. πρώτους] correxi πρῶτον, vulgatam ideo non damnans. Sed hoc est elegantius. Subauditur ἕκαστόν τινα.

— ult. ἐκεῖνοι Μένωνι] malim ἐκεῖνοι μὲν Μένωνι. p. 687. 15. insequitur δὲ, huic μὲν respondens.

687. 1. Ἠϊόνι] Citat h. l. Harpocr. v. Ἠϊών.

— 16. πλείω οὐ κακὰ] delevi negationem, quæ videtur ex eo nata, quod in quibusdam codicibus esset πλείω μόνον οὐ κακά. *tantum non plura mala.* pœne plura et majora mala.

— 25. ἀπὸ τῶν αὐτῶν λημμάτων] modo quis ipsis det constitutum semel fixumque pretium (*taxam* vulgo appellant) vendunt emtori cuique, quicquid vult.

— 26. τῶν τελευταίων] videatur orator sibi contraria loqui; insequitur enim p. 688. 7. τὸ τελευταῖον. Sed bene sibi constat, modo teneatur, vocabulum hoc priori loco vim obtinere paulo ampliorem, posteriori

restrictiorem. illo *nuper acta*, hoc *novissime*, vel *nuperrime*, utroque, ea, quæ Demosthenis ætate evenissent, et in recenti adhuc judicum memoria essent.

— pen. *τρεῖς ὄντας*] dubium est, num Ariobarzanes illo trium numero sit conclusus, an exclusus; hoc est liberi ejus duo, an tres fuerint. utrumque fert loci ratio.

688. 3. *πρὸς τὸ*] correxi *πρὸς τῷ. præterquam quod —.*

— ibid. *πάνθ' ἃ μέγιστα ἦν*] ad h. l. referendum est scholium, sed futile illud, imperitiam auctoris arguens, quod in Weimar. legitur: *εἰκόνας, στεφάνους, πολιτείαν.* Timotheus enim non poterat civitate donari, qui civis natus est.

— 8. *περὶ τούτων*] *circa hæc*, quæ Kersoblepti essent contribuenda. num *περὶ τοῦτον?* Kersoblepten puta. et sic correxi, et sic reperio quoque nunc Taylorum in codd. suorum nonnullis reperisse.

— 20. *τοῦτο*] scil. *τὸ ἐθέλειν δίκην λαμβάνειν.*

— 22. *ἑαυτοὺς*] præter rem sollicitat Taylorus.

— 26. *ἐφ' ἑαυτοῦ*] idem est atque *ἀφ' ἑαυτοῦ, sua sponte, suopte arbitratu.*

689. 25. *ἀλλ' ἔχετ' εἰπεῖν*] tam planam et apertam sententiam negat tamen Taylorus a se intelligi. Jurinus præfert lectionem marginis. ego vero vulgatam teneo, cujus hæc est sententia; oratio enim est cavillatoria: Sed fortassis habetis dicere, si his rebus vestris concedatis majoribus, vos tamen non minus, atque illi fecerunt, imperii Attici pomœria protulisse, patrimoniumque vetustum novis accessionibus locupletasse et amplificasse. fortassis licet vobis hæc de vobis prædicare, vos posteris vestris multas provincias relinquere vestris armis parta cum magna gloria rerum a vobis gestarum. Debebat jam refutatio hujus prædicationis insequi. Verum, quod ea non posset ignominia civium carere, ideo eam silentio transmittit, civium suoque pudori parcens. Satis tamen ex illo silentio vis infitiationis elucescit.

— ult. *εἰκότως*] merito suo majores vestri tot amplissimas provincias armis suis partas et tantam rerum gestarum gloriam reliquerunt, cum artes exercerent tam honestas, atque videre est in Aristide.

690. 4. *ὑπόσου χρόνου*] refer huc e proximo, in communi et medio positum, *ἔχοντες μισθόν. quanti temporis mercedem habentes in castra exire decreto imperassetis, tanti temporis mercedem habentes quoque reapse exiretis.*

— 6. *εἰσὶν*] uncis inclusi. nam alterutro loco redundat, aut hoc versu, aut proximo inferiore. Sed illo codices omittunt.

— 8. *οὐδεμιᾶς*] in duo vocabula *οὐδὲ μιᾶς* dispescui. *ne unius quidem diei.*

— 10. *ἔχετε*] post *ἔχετε* si non addendum, saltim subaudiendum est *εἰκότως.*

— 13. *ἀνθρώπους*] post *ἀνθρώπους* videtur *μιαροὺς*, vel *αἰσχροὺς*, vel tale quod vocabulum ignominiosum deesse.

— 16. *τῶν ἑτέρων ἀγαθῶν*] id est, *τῶν ἑτέροις ὄντων ἀγαθῶν.*

— 23. *ἀλλ' οὐ τοῦτ' ἐστὶ τὸ δεινὸν*] Citat h. l. Aristides T. p. 202.

— 25. *ἀλλ' ὅτι*] suspectum *ὅτι* post præmissum *εἰ*. malim itaque *ἀλλ' εἰ καὶ πάντων.*

691. 12. *οἰκούντων*] correxi *οἰκοῦντας.* apti sunt hi accusativi, *Ὠρείτας ἐκείνους — οἰκοῦντας* ex illo *αἰσχρὸν* p. 690. 26. *qui turpe non sit — hos Oritas, habitantes —* jam sequi debebat *ἠξιωκέναι, Charidemum dignatos non esse —* verum de hoc statim ad versum 17. plura dicemus.

— 15. *τὸ ἥμισυ τοῦ γένους* et *τοῦ ἡμίσεως*] idem est ac si dixisset: *τὸ ἕτερον ἥμισυ* et *τοῦ ἑτέρου ἡμίσεως.*

— 16. *αὐτῷ συμβαλλομένου*] ferri hæc nequeunt. oratio sibi haud constat. Constructio postulat *αὐτὸν συμβαλλόμενον, ipsum conferentem.* h. e. tametsi ipse conferret dimidiam generis partem, parte tamen altera condonanda dignatos non esse. dedi de meo *συμβαλόμενοι.* tametsi ipsi conferant dimidiam partem generis. (in aoristo secundo).

— 17. *οὐκ ἠξιώκασιν*] imo vero *οὐκ ἠξιωκέναι.* ut Marklandus conjecit. vulgatum *ἠξιώκασιν* si tueri volumus, necesse est, ut v. 11. post *Ὠρείτας ἐκείνους* suppleatur *ὁρᾶτε*, vel *θεάσασθε*, vel tale quid. nisi volumus anacoluthum hoc esse, oratore per tot ambages circumvagato a recta orationis semita aberrante. quam suspicionem etiam insequens *ἐκεῖ συντελεῖ* confirmat. nam alias, si pergere orator in suscepta constructione voluisset, decebat eum sic dicere: *ἀλλ' εἰς τοὺς νόθους ἐᾶν συντελεῖν.* aut debebat orationem sic conformare: *καὶ Ὠρεῖται ἐκεῖνοι μέρος τέταρτον Εὐβοίας οἰκοῦντες — οὐκ ἠξιώκασιν, ἀλλ' εἰς τοὺς νόθους ἐκεῖ συντελεῖ.* mei quidem juris si esset, orationem ad hunc modum refingerem. Sed parendum est codicibus.

— 18. *Κυνόσαργες*] Citat h. l. Harpocrat. v. *Κυνόσαργες* et v. *νόθοι.*

— 21. *ὅτι τί*] *ideo quod quid — ?* subaudi *ἐποίησε*, vel *εἰργάσατο*; — *fecit?* quamnam ob rem præclaram ab eo peractam? quod est magnum ejus facinus, cujus causa tantos ei honores habeatis? aut ob quod metuendum ei sit, ne a vestris hostibus interimatur.

— 25. *τίνας ἐχθροὺς τοὺς αὐτοὺς ὑμῖν ἤρηται*] quinam sunt hostes, quos vobiscum eosdem habuerit? suscepitne simultates cum quoquam, qui vobis inimicus

esset, et ideo, quod is vobis infestus esset?

692. 2. ἀποκτείνῃ] post ἀποκτείνῃ videtur γράψας deesse.

— 13. ἐνεγκόντι] correxi ἐπενεγκόντι. nam ὁ ἐνεγκὼν τὴν αἰτίαν est, reus criminis, qui facinoris insimulatur, arguitur. id quod a loci hujus sententia est alienum. Sed ὁ ἐπενεγκὼν est, accusator.

— 15. οὐδὲν ὑπειπὼν] nulla usus exceptione.

— 19. ὧν αὐτὸς ἀξίοι] αὐτὸς delevi. Sententia verborum, οὔτ' αὐτὸς εἰπὼν, οὔτε παρ' ὧν ἀξιοῖ λαβεῖν αἰτήσας, plana est et perspicua, hæc puta: tametsi neque mentionem habendi judicii fecisset in lege sua, neque eos nominasset, a quibus dignum censeat reum primum repeti, et sic demum impetrari vel aufferri.

— 20. κἂν τις ἀφαιρῆται] scil. τὸν ἀγοντα τὸν ἀπαχθέντα. *etiam si quis conetur abducenti abducendum eripere.*

— 24. τὸν ἄγοντα] subaudi τὸν ἀπαχθέντα, ut modo dixi ad v. 20. ut, quod Taylor vult, τὸν ἄγοντα expellatur, ejusque in locum sufficiatur τὸν ἀχθέντα, opus nil est. nam ἀφαιρεῖσθαί τινά τι usurpatur. *alicui aliquid eripere.* Hic ille solummodo, cui eripitur, nominatur, iste alter, qui rapitur, reticetur, quia facile paret, quis designetur, e præmisso ὁ δράσας. Integrum foret: ἐὰν δέ τις ἀφέληται τὸν ἄγοντα τὸν δράσαντα. Si quis ei, qui peremtorem Charidemi abducat vi, peremtorem eripiat.

— ult. κύριον — ἀναιρῶν] malim aut κυριώτερον, aut ἀναιρῶν. dedi de meo ἀναιρεῖν, ut ad ψήφισμα redeat.

693. 3. αὐτοῖς] Aristocrati puta ejusque advocatis.

— 4. γέγραφε] scil. Aristocrates.

— 8. πεποίηκε] scil. τὸν φόνον. *si sanxisset in lege sua de eo habendum judicium, perpetraritne reus cædem, nec ne.*

— 10. ὄνομα αὐτὸ γράψας] pro postrema voce dedi ὑπογράψας. *cum præscripsisset*, vel *præmisisset*. qui codices hoc exhibent, ii mediam vocem fere omittunt, quam servandam existimo. *merum, nudum facinoris* nomen, nulla addita restrictione, aut conditione.

— 15. ὑπερβὰς] videtur aut hic, aut v. 11. delendum, nisi volumus vim quandam et orationis contentionem in hoc verbo iterato inesse. quod equidem facile patiar, si sint qui affirment.

## AD ORATIONEM IN TIMOCRATEM.

Scripta est ejusdem Diodori nomine, cujus est Androtiana. v. p. 721. 10.

700. 11. οὐκ ἀποτρέψομαι] scil. τοῦ λέγειν. haud patiar me abduci, vel absterreri, quominus id eloquar. alii codices dant οὐκ ἀποκρύψομαι. quam lectionem tametsi præfert Taylor, et usitatior quidem est, haud enim infitiabor, nihilo tamen est vulgata, neque deterior, neque melior.

— 13. ποιεῖ] ποιεῖται mavult Jurinus. non video cur. ποιεῖται est *habet* pro contemnenda. sed ποιεῖ est *reddit* contemnendam. id quod vult orator.

— pen. οὐ πρότερον] scil. ἢ παρ' αὐτῶν εἵληφε τὸ ἀργύριον. nun prius, quam ab illis pecuniam impetravit.

701. 23. πράγματος] Citat h. l. Harpocr. v. ἀπὸ τοῦ πράγματος. sed errore memoriæ, quo sæpe lapsi sunt veteres grammatici, Androtianam pro Timocratea laudans.

— Ibid. ἐγὼ γὰρ] nihil hic deest, quod Wolfius suspicatus est, non attendens ille ad usum particulæ γὰρ, qui hic obtinet. *nempe, scilicet, nimirum.*

702. 3. αἰτιασάμενος γάρ με —] v. p. 593. 11. ubi locus hic legitur pæne iisdem verbis.

— 15. καὶ] uncis inclusi. v. p. 703. 12. utræque enim illæ pecuniæ publicæ, seu urbis, erant. Sententia est: multas habentem pecunias, tam Minervæ, quam Eponymis sacras, quæ ambæ sunt urbis, eoque ærarii publici propriæ.

— 23. ἐπὶ τούτοις αὐτοῖς] non otiosa est postrema vox. *super his ipsis rebus*, h. e. unis, solis.

703. 3. τοῦ δικαστηρίου] bene habere puto, tametsi paulo ante p. 702. 24. dixisset δυοῖν δικαστηρίοιν. quamvis enim Heliæa, e viris uno et mille coacta, e duobus judiciis coaluisset, quorum unumquodque e quingentis constaret, unum tamen erat judicium. et sic quoque si e mille quingentis coiret Heliæa, hoc est e tribus judiciis, pro uno tamen judicio habebatur.

— 13. πρὸς τούτους] hos puta ζητητὰς, quæsitores furtorum. videtur Wolf *hos* exarasse, non *vos*, quod Jurinus taxat, operis id potius typographicis tribuendum. Scilicet digna hæc erant, neque alia digniora, quæ annotarentur.

— 14. Ἀρχέβιον] Villoisonus ad Apollonii Lexicon Homericum p. 2. Prolegomenorum contendit, vitiosam hanc esse scriptionem, meliorem Ἀρχίβιον.

— 23. ἄνδρωποι] videtur addendum esse Αἰγύπτιοι.

— 24. ἐπεχειροτονήσατε] correxi ἀπεχ. sermo enim est de *condemnatione*. Est autem ἀποχειροτονεῖν *sententiam contra aliquem dare*.

— 25. τότ' ἀνέμνησεν ὑμᾶς τοὺς νόμους,

οἷς ἀτεγκάκατε] correxi τότ' ἀνέμιμνεν ὑμᾶς, τοὺς νόμους ἀνέγνω. tametsi vel sic corruptam adhuc primam vocem judico, et leg. ταῦτ' ἀνέμιμνεν. *hæc omnia vobis ad mentem*, vel *memoriam revocarit, recitavit leges, quarum ex auctoritate, rebus ita gestis, confiscantur opes.* nam in πραχθέντων subaudiitur τῶν πραγμάτων.

— 27. ἐδόκει] redit ad Euctemonem.

704. 3. ἔχειν - - ἠξίουν] distinxi sic [nil minus]: ἔχειν ὡμολόγουν, παρ' ἑαυτοῖς ζητεῖν ἠξίουν. *fatebantur se pecunias habere, postulabant ut vos eas penes se requireretis.*

— 26. ἐκεῖνοι] nominati v. 2.

— 27. οὐδὲ παρεσκευασμένοι] post οὐδὲ videtur aliquid deesse, e. c. ὄναρ, aut καθ' ἵν, aut μικρὸν, vel tale quid.

— ult. εἰσὶν] inclusi uncis. Solet verbum εἰμὶ post ἕτοιμος omitti.

705. 6. πλείους τοὺς ὑπάρχοντας] post πλείους videtur ὄντας deesse. *unaque sua lege leges veteres, quæ dudum ante eam in usu fuerunt, tametsi sunt numero plures, debilitarunt.* Significat autem leges περὶ τῶν παρανόμων, vel περὶ τῆς νομοθεσίας. malim quoque καὶ πλείους. *complures.* καὶ solet eleganter addi redundans.

706. 9. ἐπιχειροτονίαν ποιεῖν] subaudi δεῖ τοὺς πρυτάνεις. *danto prytanes concioni facultatem leges veteres suffragio suo confirmandi.*

— 14. εἶτα τῶν κοινῶν] hic necessarium puto περὶ addi, v. 12. minus. idem est ac si dixisset: εἶτα περὶ τῶν κοινῶν ἔστω ἡ ἐπιχειροτονία ἡ πρότερα ὅτου δοκοῦσιν ἀρκεῖν etc.

— 18. ἡ ἐπιχειροτονία] mavult Tayl. ἡ ἀποχειροτονία, cujus lectionis profecto sunt auctores haud contemnendi. sed vulgata bene habet. Sententia est: qui prytanes concionem super legibus confirmandis in suffragia mittunt, iidem legibus, si quæ sint abrogandæ, diem constituunto, concionem illius prytaniæ postremam. Adhuc dum sermo est de prima anni cujusque inenntis concione stata, in qua duo hæc agebantur: ut veteres confirmarentur leges; tum ut, si visum esset quibusdam, velut leges, ut parum sufficientes, novis quibusdam augere, aut veterum quasdam tollere, dies certa ei mutationi suscipiendæ indiceretur.

— 21. ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ] postrema scilicet primæ prytaniæ.

— 23. καθότι καθεδοῦνται] *quam in formulam*, h. e. quo tempore, et ad quantum usque tempus, quo loco, quibus super causis, *sessuri sint*, h. e. judicaturi.

707. 1. τετταράκοντα δραχμὰς] nescio an τετταράκοντα μνᾶς. quæ enim proportio inter 40. drachmas et 10. minas. prytanum si unusquisque mulctandus dicitur mille drachmis, qui multo plures erant numero, et dignitate inferiores, quanto est convenientius existimare, prohedris, qui pauci essent, et gradu eminerent multo majorem mulctam, quadruplam istius, esse imperatam?

— 7. ὁ βουλόμενος Ἀθηναίων νομοθετεῖν] postremam vocem uncis inclusi. subauditur τοῦτο ποιεῖν.

— 25. διαχειροτονίαν] Citat b. l. Harpocrat. v. διαχειροτονία.

708. 1. καθεδεῖτε] improbat hanc lectionem Tayl. et solam καθιεῖτε probat, ut devenientem a futuro 1. verbi καθίζω, quod huic loco unice conveniat. non cogitans ille καθεδῶ perinde futurum esse posse a verbo καθέζω, quod idem significat, atque καθίζω. quare nil opus esse judicavi hic quicquam mutari. habet utraque lectio suos auctores, eosque idoneos.

— 2. τούτῳ] malim τούτων. *interea dum ista fiunt.*

— 22. πρώτης] scil. ἐν τούτῳ τῷ ἔτει (vel τότε) πρυτανευούσης. in prytania tribus Pandionidis, quæ tribus tum temporis, vel isto anno prima prytaneatum agebat, et quidem undecimo die, numerando ab initio istius prytaniæ. Videntur tribus quotannis sortitæ fuisse, quo ordine prytaneatum agerent.

— 23. Τιμοκράτης] correxi Ἐπικράτης. Epicrates ergo scripsit decretum, quod legi Timocratis (altero die post latæ) additum munivit. v. p. 712. 18.

— ibid. δύηται] h. l. est, non medinm, sed passivum. *quomodo sacra diis fiant.*

— pen. ἐνθυμήθητε] malim ἐνεθυμήθητε observastis. animadvertistis interea dum psephisma hoc recitaretur. nam alias imperativus non quadraret. qui possit attentio judicibus imperari ad legem, non adhuc recitandam, sed jam recitatam. itaque sic de meo dedi. Præterea quoque insinuatio hæc est in gratiam auditorum, qua præoccupatos eorum animos nobis conciliamus, cum eorum attentionem et sollertiam, in momentis causæ oltro observandi, etiamsi a nobis admoniti minus sint, laudamus.

709. 3. αὐτὸς] *ultro, sponte sua, jure suo*, a nulla alia re, quam a libidine sua, ductus.

— 7. αὐτοῖς] sibi cæterisque sodalibus flagitii, quorum intererat hanc legem ratam fieri.

— 10. καὶ] uncis inclusi. cujus loco malim aut τῆς legi, aut utrumque omitti.

— 23. οὐκ ἐᾶν θ' ἕτερον νόμον] postremam vocem addidi, non quasi omnino necessariam, poterat enim facile a lectore paulo attentiore e superioribus tacite repeti, sed quo planior et apertior esset oratio, et quo facilius error caveretur. idem est atque si dixisset: tametsi sciret Timocrates, ὅτι νόμος ἐστὶν ἕτερος, οὐκ ἐᾶν ψήφισμα κυριώτερον εἶναι νόμου. *legem esse aliam adhuc, vetantem, ne quod decretum esset validius*

*lege.* nam vocem hanc *νόμου* addendam esse v. 24. Tayloro assentior, tametsi libri repugnant.

— pen. *τοῦ μή τι*] mediam vocem uncis inclusi. *securitatem quidquam molestum patiendi*, h. e. fidem fore, ut nil quicquam molesti patiatur.

— ult. *ποιήσασαν*] recte habet, tametsi Tayloro displicet. Sententia est: indignum est, remp. unicuique hoc tempore securitatem injuriarum spopondisse, quippe quæ resp. fecerit *ἱερομηνίαν*. Est autem *ἱερομηνία* justitium, seu publica cessatio ab exercitio armorum et simultatum; tempus, quo *μένομεν τὰ ἱερὰ*, sacra manemus, iis solis vacamus, omissis tantisper et sopitis rebus aliis omnibus, a religione festi diei alienis. quo tempore severe interdictum erat odiorum quacunque exercitatione. mavult Taylorus *ποιήσασιν*. exclamans præ gaudio super inventi sui præstantia, *vide, quantum præstet!* ego vero nil video. quid quod deterior est hæc lectio vulgata, et plane nequit, neque intelligi, neque cum constructione conciliari. quorsum enim referas hunc dativum pluralem? deinde *ποιεῖν ἱερομηνίαν* longe est aliud, atque *ἄγειν*. utentes justitio, dicuntur id *ἄγειν*, *agere, obire, eo fungi*; respubl. vero id sanciens, indicens, imperans, dicitur *ἱερομηνίαν ποιεῖν*.

710. 4. *αὐτῆς*] scil. *τῆς πόλεως*.

— 11. *νόμοις*] pro *νόμοις* malim *νόμον* ex Ald. aut utrumque copulari *τοῖς οὖσι νόμοις νόμον*.

— 14. *ἐναντίον*] subauditur e v. 11. *τοῖς οὖσι νόμοις*.

— 19. *ἕτερόν τι τιθέντι*] mediam vocem delevi, ut perperam e proximi vocabuli initio enatum. *ἕτερον* non est h. l. neutrum, sed masculinum, scil. *νόμον*.

— pen. *κειμένων τῳ*] post *τῳ* encliticum videtur deesse *μὴ λύσας τοῦτον*. Duæ hic proponuntur conditiones, quæ potestatem dant litis in aliquem instituendæ ex titulo *τῶν παρανόμων*. altera, si quis novam legem ferat, sed eam noxiam, tametsi vetustiorem legem ei contrariam sustulerit. altera, si quis legem ferat, utilem quidem illam reipubl.; verumtamen præterhabita cautione, legem vetustiorem novæ legi repugnantem tollendi. Utrum horum quis peccarit, in eum dat hæc lex actionem ex titulo illius legis, quæ punit eos, si qui legem tulerint civitati haud accommodatam.

711. 10. *ἀξιοῖ*] neque hoc damnem, sponte mea quidem. Sed codices consentiunt in *ἀξιοῖν*, ut magis Atticum. quapropter hoc dedi.

— 12. *ψηφιζομένους*] scil. *ὑμᾶς*. alii dant *ψηφιζομένοις*, scil. *ὑμῖν*. nil interest, utram lectionem optes.

— 14. *ἡ γνῶσις*] post *ἡ γνῶσις* deesse videtur *ἄδικος* [vel *ἀσεβὴς*] *οὖσα*. *per alteram enim legem fit, ut sententia vestra sit iniqua et perjurio affinis.*

— 15. *πρὸς τούτοις*] correxi *πρὸς τούτῳ*. præcessit enim v. 14. *τοῦτό τ' οὖν* — de una re, non de pluribus.

— 18. *διακρούσασθαι*] post *διακρούσασθαι* videtur *οἷον*, vel simile quid, in hoc loco deesse; ut, post *τοὺς, γάρ*.

— 20. *ὡς τάχ' ἂν* —] locus perquam difficilis et perobscurus. quod vel ipsa discrepantia codicum in v. *ἀναγνοῖεν* indicat, pro quo multi codices dant *ἀγνοοῖεν*. utram lectionem optes, et quoquo te verses, sententiam tamen ne probabilem quidem expedias. hoc video quidem satis clare, ex illis, *εἰ μὴ προαίσθοιντο*, negationem esse tollendam; ut hæc sententia exsistat: Legislator jussit, ut novæ ferendæ leges in publico legendæ omnibus proponerentur, quia, sin minus id fiat, facile contingat, ut, quid rei agatur, eos fugiat, qui, si præsensissent, obloquuturi fuissent. Sed alterum membrum, *οἱ δ' οὐδὲν προσέχοντες ἀναγνοῖεν* [vel *ἀγνοοῖεν*] *ἄν*, non extrico. quid si *μὴ* illud e sede, quam importunam occupavit, huc transferamus, ut sit: *οἱ δ' οὐδὲν προσέχοντες ἄν, μὴ ἀγνοοῖεν ἄν. contra vero*, qui nil curent, *feratur illa lex, nec ne, saltim ne neseiant, quid agatur.* Sed viderint alii acutiores. Possit quoque v. 23. vulgata *ἀναγνοῖεν* sic accipi: Alii autem, tametsi nil sint curaturi, utrum feratur lex quæpiam, nec ne, tamen eam in tabula publice proposita legant, et ut fit in populo, per causam sermonis familiaris, ea de lege ad illos superiores, acutiores illos, patriæque amantiores, referant; quo futurum, ut hi, cordatiores, ab illis, segnioribus, admoniti, celeriter accurrant, pestemque irrumpentem depellant. Quicquid hujus rei est, oratio est vitiose concisa et abrupta, quæ ectorem meditando torqueat. Post hæc scripta, venerunt mihi rem diligentius pensitanti alia in mentem, quæ illis ipse præferam, ut menti oratoris convenientiora. Vult enim orator demonstrare, per hanc unam legem, de lege nulla ferenda alii vetustiori legi repugnante, cautum esse securitati legum omnium. nam tametsi lex nova proponatur publice, fieri tamen vel sic posse, ut lex noxia feratur. facile enim posse evenire, ut prudentiores de ea nil præsciant, et ut ea lex solummodo legatur a tardis et incuriis salutis publicæ. Verum sic non quadrat *ὡς*, sed ejus in locum *ἀλλὰ* erit sufficiendum. quo admisso erit vulgata in reliquis sic satis tolerabilis, et hæc sententia: *ἀλλὰ τάχ' ἂν—atqui facile, si sic fors ferat, eos, si qui obrogaturi sint, fugiat, hanc legem ferri, si nempe nihil ejus præsenserint; alii autem supini legant quidem illam legem, verumtamen ei haud intercedant.* At vel sic tamen, hac admissa

interpretatione, post λάθοι deerit κυρωθείς. quod facile agnoscent Græce callentes. Verum sic deerit huic objectioni conveniens depulsio. Quicquid est, quoquo me verto, exitum nullum reperio. Penes me tamen certum est, oratorem sic ferme reliquisse: τοὺς μὲν ἀντειπόντας ἀν, εἰ προαίσθοιντο, εἰσφερόμενος, εἰ μὴ προαίσθοιντο, λάθοι· οἱ δ' οὐδὲν προσέχοντες, οὐδ' ἀναγνοῖεν ἄν. quia facile fiat, si fortuna adversa sic velit, ut iis, qui, si præscissent, fuissent obloquturi, nesciis et non sentientibus lex noxia perferatur. nam qui talia non curant, ne legant quidem ejusmodi leges, tametsi publico in loco propositas ad legendum.

— 24. κἀνταῦθ'] post κἀνταῦθ' addidi ἀν, quod accipiendum est pro ἐὰν, *si*. sin minus, b. e. si ἀν solito modo pro potentiali accipitur, legendum erit mox: ἡ δὲ πόλις παρακέκρ. Ego dedi sic de meo: ἀλλὰ κἀνταῦθα, ἀν ἀπαλλάξαι — cætera bene habent. Constructio hæc est: ἀλλὰ κἀνταῦθα παρακέκρουσται ἡ πόλις, ἐὰν ἀπαλλάξῃ τις τὸν ἐπιστάντα [id est, τὸν ἐπιστάτην. tametsi nescio, an illud pro hoc usitatum fuerit]. *verum et hic quoque circumvenitur resp., si quis Epistatam a cura reip. in hoc negotio fraude averterit.*

— 25. ἡ πόλις] sententia postulat ἡ δὲ πόλις. Ante κἀν si non plane necessarium est ἀλλὰ præponi, erit tamen satius. ἀλλὰ κἀν ἐνταῦθα. illud ἀλλὰ, ut objectiones, ita refutationes illarum objectionum orditur. τὸν ἐνιστάντα appellat inimicum et exagitatorem novæ legis, qui ejus rogatori acriter insistat, eum graviter premat atque urgeat, neque sinat quiescere.

712. 1. διαφθείρας] subaudi πάντας ὑμᾶς.

— 6. ἠφάνισεν, ἐξήλειψεν, ὅσον —] dat Ald. eleganter, ni fallor, copiose, fortiter, ut oratorem decebat. et restitui.

— 8. ἅπασιν] loco hujus voc. est in Aug. ἀπαίσιον. portentosa lectio, quam excogitare facile non sit, quomodo huc pedem intulerit. elegantem dicerem et a captu vulgi librariorum remotiorem, si insequentia locum ei darent. Sed loci series ratioque demonstrat vulgatam probam et tenendam esse. aut utramque copulandam hoc modo ἀπαίσιον, ἅπασιν ἐναντίον. quomodo feci.

— 9. παραγνοὺς] correxi παραναγνούς. v. dicta ad Polybium p. 258.

— 17. ἐπὶ τῆς Παυδιονίδος —] v. p. 723. 9. ubi formula hæc iteratur, sed exemplo nonnihil ab hoc discrepante.

— 26. τῷ δὲ καταστήσαντι] alii dant τὸν δὲ καταστήσαντα. nil interesse arbitror, utram lectionem optes. in utraque subauditur ἔστω, vel ἐξέστω, vel etiam εἶναι e v. 22. ut sit hæc constructio: Τιμοκράτης εἶπεν, εἶναι τῷ καταστήσαντι — τὸ ἀφεῖσθαι δεσμοῦ. satis quidem plana igitur est oratio, sed stultitiam ejus satis mirari non possum. patet enim per se, et ultro intelligitur, ærarium, præsertim qui nexus non fuisset, depenso ære debito e custodia liberum esse. Planius et concinnius si loqui scisset, sic erat dicturus, et usque ad nonam prytaniam manento et ipse debitor et ejus vades, a vinculis immunes. quod si autem tunc temporis nomen expunctum non fuerit, tum debitor in carcerem migret, vadum bona confiscantor.

— 27. ἐφ' οἷς] correxi ἐφ' ᾧ, scil. ἀργυρίῳ.

713. 1. ἐξεγγυηθέντα] Citat h. l. Harpocr. v. ἐξεγγύησις, sed ille per memoriæ errorem Aristocrateam laudans, quem errorem Valesius notavit.

— 4. μισθώματα] obsecutus quidem Taylor sum, existimanti μισθώσιμα præstare. verumtamen nil pejorem arbitror vulgatam, ab Harpocratione v. ἀπὸ μισθωμάτων confirmatam.

— 7. ἐὰν δὲ] totam hanc clausulam Taylor putat inducendam. scire velim, qua de causa. quid æquius, quam, qui anno exeunte ærarii facti essent, seu cœpissent reip. debere, quo tempore debita exigi, et dependi, et rationes confici, atque recognitoribus ad examinandum et probandum exhiberi solebant, ut iis pecuniæ cogendæ otium annuum concederetur. Quod Petitus hanc clausulam præteriit, quid id ad nos? quid ad rem præsentem? quæ in eo auctoritas? an clausula minus in usu fuit, quam tota lex, quæ nunquam valuit?

— 14. ὅλως] correxi ὅλος. *tota lex.*

— 16. ταῦτα γνώστεσθε ἀκούοντες] malim ταῦτα. *tota quidem lex adversatur legibus omnibus, sed imprimis hæc*, quæ modo dixi puta. Γνώστεσθε δ' ἀκούοντες. *Intelligetis autem, cum audietis leges ipsas.* significat leges, non conctas, sed tantum de ærariis et de debitorum exactione scriptas. et sic correxi ex auctoritate Aug. pr. meam conjecturam confirmantis.

— 25. ὄν] id est, καθ' ὄν. v. p. 714. 4. alii dant ἀφ' οὗ. perinde est. ἄρχειν sine dubio hic significat *incipere, ordiri*, initium auctoritatis seu validitatis capessere.

— ibid. ἐπιγεράψαι] scil. eas jam ratas et usu receptas esse. Sententia clausulæ hujus est: oportere scribam, intra diem a lata hac Dioclis lege trigesimum, adscribere legi cuique jam validæ, eam legem jam obtinere, sive ea esset Euclido vetustior, sive recentior.

714. 2. διώρισε] *distinxit*, h. e. singulas quasque leges suis terminis temporum circumscripsit, et aliam ab alia dissepsit. fuit cum διηώνισε conjicerem, *reddidit æternas*. quod nunc nolim cuiquam venditare.

— 5. τούτῳ] h. e. τούτῳ δὲ τῷ τοιούτῳ νόμῳ, *legi sic habenti*, in qua cautio hæc sit adhibita.

— ibid. *τὸν γεγραμμένον*] scil. *χρόνον*, auspicium valoris et auctoritatis facere tempus in ipsa lege scriptum.

— 7. *τὸν δὲ νόμον*] bene habent hæc verba. Formula hæc ipsa legis est. Orator id si voluisset significare, quod Jurinus ei affingit, sic erat dicturus: *τὸν μὲν τῶν νόμων εὐθὺς εἶναι κύριον, τὸν δὲ ἀπὸ τοῦ*. Sed vulgatæ hæc est sententia: *quoniam Diocles legum antiquarum permultis hanc adjectam repererat clausulam: legem vero hanc* [scil. volt legislator] *inire* [seu exerceri] *ab Archonte, qui proximus esset futurus successor hujus Archontis*, sub quo lex lata.

— ibid. *ἀπὸ τοῦ*] scil. *ἐσομένου*.

— 8. *ὕστερον δὲ γράφων ἐπὶ τούτοις*] idem est ac si dixisset: *μετὰ τούτους δὲ τοὺς εἰρημένους, τοὺς ὑπάρχοντας νόμους*. qui legem hanc ferebat, Diocles puta, ferens legem hanc suam modo recitatam, post illas modo commemoratas p. 713. 19.

— 10. *τοὺς αὐτοὺς τῶν νόμων ἀναγεγραμμένους, ὕστερον, ἢ ἐτέθησαν, κυρίους εἶναι*] sententia est: eas leges, quibus adscribi clausulam hanc, ut tempore aliquanto tardiore, quam latæ essent, inciperent demum valere atque effectui dari, latores ipsi curassent. quasi si sic dixisset: *τῶν νόμων ὅσοι αὐτοὶ περὶ ἑαυτῶν προγράφουσι καὶ προαγορεύουσιν, ὅτι κύριοι ἄρχουσιν εἶναι ὕστερον, ἢ ἐτέθησαν*. quæ leges hanc ipsæ sibi quasi legem præscripsissent et indixisseut initium suæ auctoritatis se velle serius aliquanto capere, quam, quo die latæ essent.

— 12. *καὶ μὴ πρότερον*] recte abest *μὴ* ab editione nostra. Sententia est: Diocles æquum haud judicavit esse, legibus illis antiquius initium auctoritatis a se constitui, quam ipsi voluissent earum latores.

— 16. *ἀφ' ἧς*] idem est atque *ἐν ᾗ*.

— 18. *τοῦτο ὥρισεν*] potest defendi, subaudiendo *τὸ πρᾶγμα. et ne hanc quidem rem definivit certis terminis.* malim tamen *ταῦθ' ὥρισεν*, ut ad *τὰ παρελθόντα* redeat.

— 20. *ἀπὸ*] bene vidit notavitque Tayl. absurditatem hujus lectionis. correxi *πρό*. et vel sic tamen nondum satis plene perspicueque locutus est orator, nisi, mente saltim tacita, addas *ἐπ' ἐνιαυτούς τινας ἄνω. ad annos aliquot retro.* hoc certe voluit orator subjicere, tametsi omisit, confidens lectoris cujusque solertiæ et sagacitati. nam alias, si vulgatam sic nude accipis, et cavillari vis, absurda et inconsentanea locutus est. tempus enim, quod legem Timocratis antecessit, sine dubio amplius est illo tempore, quod judicum cujusque natalem antecessit. Sed orator, id quod ex toto hujus loci habitu constat, brevius vult illud tempus hoc tempore facere. quare necesse est id, quod dixi, subaudiri.

— pen. *μηδὲ περὶ τῶν ἀτίμων*] subaudi *ἐξέστω λέγειν ἢ γράφειν. nemini liceto, seu oratione, seu lege populo suadere, ut iis, si qui sint infamia notati, jura honoresque restituat.*

715. 2. *τάξεως*] æstuatur in constituenda hujus vocabuli significatione. certum est, Wolfium male reddidisse, qui pro *militia* habuit. Sed et de Taylori nova interpretatione, mihi quidem, nondum certo liquet; qui genus illud decisionis, vel pactionis, vel, ut ipse appellat cum vulgo, compositionis autumat esse, quo creditori cum debitore hac lege convenit, ut creditori, debiti partem quotam remittenti, debitor spondeat certis diebus certas debiti portiones dependsurum. Verum, cum constet, hic loci, non de ære alieno privato, sed de publico agi, tum non constat, fueritne populus Atheniensis ita cum debitoribus suis decidere. quare, donec hac de re certo constet, liceto mihi vocabulum *τάξις* h. l. vulgari significatione accipere, atque tributum interpretari, quod civibus universis a rep. imperatur, et quod civium quisque dudum ante novit, certo die a se dependendum. Vetat itaque hæc lex cum populo agi de remittenda cuiquam seu muleta, seu tributo. *τάξις* est, quod debetur ærario nomine tributi, reip. sustentandæ ergo. *ὄφλημα* est debitum e muleta non persoluta contractum.

— 3. *τὴν ἄδειαν*] sc. *τοῦ λέγειν*, hac de re cum populo agendi. v. v. 9. et 14.

— 8. *ἢ τάξεως*] si *τάξις* id est, quod opinatus est Tayl. recte abest articulus a voc. *τάξεως*. sin autem id est, quod dixi mihi placere, necesse est, ut *τῆς* addatur.

— 25. *πρόσοδον γράψασθαι*] impetrare, ut ad Senatum adeundi et cum eo agendi venia, scripto consignata, et nomine senatus a scriba publico tibi exhibita, impertiatur; postquam senatui brevi libello, qua de re cum agere velles, exposuisses. Quo facto Senatus, si causam dignam haberet, de qua ad populum referretur, veniam dabat petenti, cum populo agendi, delegabatque prohedros, qui eam causam populo proponerent.

716. 6. *θεῖναι*] bene habet. Sententia est: eo quod legem tuam non modis honestis legitimisque palam tulisti, sed subjecisti, h. e. in veteres probas leges tuam spuriam, ementitam, illegitimam ingessisse, intrusisse, furtim immisisse. Jurinus malebat *ἐκθεῖναι*. cui nemo facile accedet.

— 24. *ἀνέγνω*] scil. scriba publicus. malim tamen *ἀνέγνων*. quod cum more loquendi Demosthenis magis convenit.

717. 8. *οἶδ'*] pro *εὖ οἶδ'*. sic sæpe Noster.

— 15. *περὶ τούτων*] abest ab Aug. possit defendi loco simili, qui est hac ipsa

pagina v. 26. ubi περὶ τούτων, quod abest, tamen subaudiri debet. ego vero hoc 15. v. vulgatam probo tueorque.

718. 13. ἡ δίκη] id est, ἡ ὁπόση δίκη. deinde ἰδία et δημοσία pro nominativis habeo.

719. 5. ψηφισαμέναν] Petitus LL. Attic. p. 188. ἐὰν μὴ ψηφ. suadet. obloquuntur Wesselingius et Taylorus. ego tamen nihilominus arbitror Petitum ad sententiæ quidem veritatem accessisse, tametsi leniori motu res peragi potest, scil. præponendo ἧ, ut sit τιθῇ, ἡ ψηφισ. patet, qui potuerit ea vocula hic excidere. Sententia legis hæc est: Ne liceto in gratiam privati legem ferre, a cujus fructu reliqui cives excludantur; aut liceto quidem, sed hac conditione, si sex millia civium in ejus legis lationem consenserint. cur enim alias adderet illam de sex millibus clausulam, quæ supervacua et importuna est, si negas exceptionem hic fieri. ad ἡ subauditur ἐξέστω. tametsi ferretur lex, non ideo statim perlata erat. Sed hac exceptione solummodo copia datur legis novæ ferendæ, b. e. populo proponendæ, peoes quem tamen semper adhuc erat, eam legem, si vellet, improbare.

— 6. δίξῃ] servo et tueor, scil. ἐξεῖναι δεῖναι τὸν νόμον. *quibus videatur copia novæ legis ad populum ferendæ auctori legis neganda non esse.*

— 10. ἴσον] correxi ἴσον, fide Bav. idem et in edit. Taylori reperio, nescio qua auctoritate. inciderami in easdem cum Wolfio conjecturas. ἴσον hic loci est adverbiale, pro ἐξ ἴσου, aut κατὰ τὸ ἴσον.

— 14. πλὴν περὶ τῶν τελωνῶν] idem est atque, πλὴν ἐπὶ τοῖς τελώναις.

— 15. χρῆσθαι] subaudi ἐπὶ τοῖς ἄλλοις. *in causis aliorum omnium legis hujus usus esto; duntaxat in causis publicanorum ne esto.*

720. 4. ἐξωσθήσομαι] malim ἐξωσθήσομαι τοῦ περὶ τοῦ μηδ' — ut primum τοῦ referatur ad εἰπεῖν, secundum ad εἶναι.

— 5. ὁμοίως] perinde ac si omnibus adversaretur.

— 6. τῇ γραφῇ] puta τῇ ἐμῇ τῶν παρανόμων.

— 23. τοῖς θεσμοθέταις] commendant Heraldus et Taylor τοὺς θεσμοθέτας. ego vulgatam teneo, cujus hæc est sententia: Solebat Athenis fieri, ut quidam ad Senatum denunciati de sceleribus, quorum insimularentur, a Senatu tantisper custodiæ, hoc est curæ undecimvirorum, committerentur, donec de iis concio rogaretur quid statueret. Sed rursus fieri solebat, ut hi custodiæ mandati menses multos in carcere hærerent, antequam eorum causa ad populum referretur, atque ab eo cognosceretur. Suadet itaque hæc lex Timocratea, ut placeat Thesmothetis, undecimviros in Heliæam inducere, in ejusmodi causis, si qui jussu Senatus in carcerem dati, neque ad judicium vocaretur eorum causa, neque sententia veniret, quæ illos morti condemnaret, idque ni fieret intra trigesimum diem, ex quo missi essent in carcerem. Conditiones itaque, sub quibus Timocrates hæc Thesmothetis suadet, sunt tres. 1. Si nexus ex auctoritate Senatus ultra mensem in vinculis hæreat. 2. Si interea temporis ejus causa a senatu ad populum non refertur. 3. Si condemnatoria sententia, ex auctoritate populi perscripta, Thesmothetis intra mensem a captura inde non exhibetur a scriba prytaniæ. Tum auctor est Timocrates Thesmothetis, ut undecimviros in Heliæam inducant, una cum reis, quippe qui sine undecimviris nunquam in publicum prodibant, donec aut absolverentur, aut morte mulctarentur. b. e. ut quæstio super nexis agitaretur, neque diuturnitate carceris macerarentur.

721. 9. δεῖν] h. l. idem est atque κελεύειν δεδῆναι, *jubere ut vinciantur.* quemadmodum modo dixerat καθιστάναι pro κελεύειν vel ἐᾶν καθιστάναι, *jubere* vel *potestatem facere constituendi.*

— 14. οὐδὲ τοῖς ἄλλοις] id est, οὐδὲ τοῖς τῶν ἄλλων νόμοις.

— 15. ἕνεκ' ἀναιδείας] præ audacia quidem, si satis sit ad eam rem, audacem esse; si omnia sita sint in audacia, neque præterea potentia, gratia, aliis rebus opus sit, tum tanta est hujus hominis audacia, ut ad nihil non quamvis atrox mihi videatur paratus esse.

— 19. τοῦτον] correxi τούτου. cohæret enim cum καταψηφισασθαι. Si τοῦτο servamus, quod fieri potest, subaudiendo κολάζειν e præmissis, tum addendum erit καὶ post verb. εἴληπται.

— 23. θατέρῳ] correxi θάτερον. Sed eo admisso, quod dant codices plerique et optimi, necesse est, ut nonnulla hic loci desint, ad hanc sententiam: θάτερον, *confitetur alterum e duobus,* ἢ τῷ πρότερῳ νόμῳ ἐναντίον τόνδε τιθεῖς, ἢ τῷδε τὸν πρότερον, ἀδικεῖν, *aut in eo se injuste egisse,* vel injuriam reip. fecisse, *quod hanc legem tulisset, illi priori legi suæ adversantem, aut in eo, quod priorem huic posteriori adversam.*

— 24. τούτους τοὺς νόμους] aut leg. est τοῦτον τὸν νόμον, nam de una Timocratis lege sermo est, aut hanc legem appellat νόμους, quia constitutiones numero plures complectitur, aut possit etiam legi τὸν τούτου νόμον. v. p. 724. 3. 725. 17. Sed satius est vulgatam servare. pari modo p. 734. 28. τοὺς νόμους appellat, tametsi unica modo lex esset.

— pen. περὶ τούτων] de his, ad hæc, quæ ipsi exprobravi, et quorum complexum statim subjicit.

— ult. ἰδιώτην αὐτὸν ὄντα τοῦτ' ἔλαθε] vocabulum secundum et quartum uncis inclusi. τοῦτο redit eo, scil. ὅτι ὁ νόμος αὐτοῦ ἐναντίος ἐστὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις.

722. 2. καὶ γράφων καὶ νόμους εἰσφέρων ἅπτηται] videntur verba transponenda esse: καὶ γράφων νόμους, καὶ εἰσφέρων. aut sic: καὶ γράφων καὶ εἰσφέρων νόμους. nisi malis γράφων habere pro nude sic, per se, posito, et cum νόμους haud cohærente, ita ut δίκας subaudiatur. qui dudum se gesserit eum, qui pro mercede aliis orationes scribat, quas conducentes in judiciis recitent; item qui pro mercede leges in concionem inferat, quas alii inferre metuant.

— 7. οὐδὲ — οὐδ'] multo fortius stringunt hæc ἀσύνδετα, quam per μὲν et δὲ aut καὶ dissoluta et fracta.

— 22. τίσι τούτοις προσεξεταζέτω] si bene habet τούτοις, erit non cum τίσι, sed cum προσεξεταζέτω copulandum. *præter ista etiam hoc consideret, quibusnam velit leges esse mites.* possit quoque τούτους legi, et ad νόμους referri.

— 26. τοῖς δὲ οὐδὲ λόγοις] ante τοῖς δὲ seutentiam deesse dudum videram, antequam mihi liceret codices Demosthenicos manu exaratos inspicere; et sic supplebam locum: τοῖς μὲν γὰρ ὑπάρχει ἀμφισβήτησις, ὁποῖοί τινες φανήσονται ὄντες. Sed postmodum reperi in libris hæc, quæ sunt incuria Parisinarum operarum, vel potius Aldinarum, omissa. nam exemplar Aldinum hic loci secutus est editor Parisinus. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἄδηλον εἴ τις ἔστ' ἀδίκως διαβεβλημένος.

723. 5. ταύτην] causæ nil video, cur ταύτην h. l. posthabeatur alteri lectioni αὐτήν.

— 11. τῶν προέδρων] videtur γνώμη deesse. *cum venia et consensu prohedrorum.*

724. 4. προστετιμημένου] correxi προστετιμημένον, in nominativo absoluto, *cum esset iis lis carcere æstimata*, aut *cum essent custodia mulctati.* est enim in Augustano προστετιμημένων. Sæpe o et ω in codicibus inter se permutantur.

— 6. τὴν διεγγύησιν] Citat hunc locum Harpocr. v. διεγγύησις.

— 17. τὸ θεῖναι] correxi τῷ θεῖναι. *quam atrox facinus commiserit, aut, quam atrocem tulerit legem, lege ea ferenda, quæ res etiam præteritas dudum complecteretur.* perinde enim est, δεινὸν v. 16. pro neutro habeas, subandiens ἔργον, aut pro masculino, et cum νόμον copules. ποιεῖν τὸν νόμον δεινὸν est reddere suam legem sævam, efficere ut lex a se lata sæva sit.

— 18. νόμος] non displicet Wolfii conjectura δῆμος. designavit quidem orator hoc. defendi tamen satis bene potest vulgata, si *lex* per metonymiam aut synecdochen accipiatur pro *civitate legibus utente*, opposita oligarchiæ et monarchiæ legibus nil utenti, quod volontas prævalentis summa lex et pro lege sit. eoque magis servanda est vulgata, quod ipsi veteres existimarunt, insolentiam hujus usurpationis sibi annotandam esse, id quod ex Aristidis Scholiasta, quem Taylor citavit, constat. Possit tamen etiam fieri, ut orator reliquerit ὦ πολιτεία ἔνομος. Locus ille, quem Taylor ex Aristidis Scholiasta inedito ad Panethenaicam citat, non est in Scholiis ad eam orationem, sed in Sopatri prolegomenorum hiatu magno, quem e Bavarico codice sarsi, p. V. ed. Jebbianæ.

725. 9. διατεθέντα] imo vero διαθέντα in part. aor. 2. activi. ut προλαβόντα. *non tum demum dare jus vadium sistendorum, postquam damnatum reddidisset inimicum vobis.* Verumtamen bene potest vulgata defendi. non tum demum imperare constitutionem prædum, postquam præcepisset hinc vos, sententiam carceris in condemnatum effatos, *illinc* damnatum inimicum vobis redditum. Sic ad Græca adstricte. quæ Latine sic efferas ferme: decebat eum sic sancire, ut fas sit ærario prædes edere, nulla præmissa careeris pœna, qua necesse est ut damnati erga vos animus infestus fiat.

— 15. τὰς ὑπὸ τῶν] præpositionem uncis inclusi. Si servatur, subauditur γενομένας aut γεγονυίας.

726. 7. παραδώσει] scil. undecimviris.

— 8. παραλήψεται] scil. a thesmotheta.

— 24. ὁπόσων] recte habet. idem est atque τοσούτων, ὁπόσα. Wolfii ὁπόσον ne Græcum quidem est. non omnes muletæ publicæ duplicabantur. recte ergo dicit, *earum omnium mulctarum, quæ geminæ irrogantur.* irrogantur autem geminæ, quæ a reis damni simplicis duplum ejus, quod injuria esset ablatum, exigunt.

727. 1. δεκαπλᾶ, τὰ δὲ καὶ διπλᾶ] aut καὶ delendum est, aut transponenda sunt vocabula, καθ' οὓς τὰ μὲν διπλᾶ, τὰ δὲ καὶ δεκαπλᾶ γίγνεται τῶν ὀφλημάτων. *vi quarum legum aliæ mulctæ duplæ, aliæ vero etiam decuplæ irrogantur.*

— 3. τὸ γεγραμμένον] æs, cujus essent rei facti. v. v. 6. ubi λῆξιν et γράμματα appellat.

— 12. παρὰ πάντα τὸν νόμον] verum existimo et alteri lectioni παρὰ πάντας τοὺς νόμους præferendum. *per totam legem suam.*

— 17. ἀπαλλάξωνται] correxi ἀπαλλάξεται. ut ad reum redeat. *liber erit atque discedet absolutus.*

728. 10. λαβεῖν] uncis inclusi, et plane delevissem, nisi in mentem venisset, ut dicitur *umbram pœnæ captare*, sic etiam recte dici posse, *nomen pœnæ*, quod ejus est umbra, *captare. reliquit vobis, pro pœna, pœnæ nomen capere.* præterea etiam λαβεῖν potest et pœne debet ad ἀφείλετο repeti:

*eripuit vobis rem pœnæ sumere.* h. e. ipsam pœnam sumere. eripuit vobis facultatem ipsam pœnam repetendi. quare satius esse duxi verbum hoc relinquere, sed cum admonitione, a multis id omitti.

— 18. ἐγγυητὰς] post ἐγγυητὰς deesse videtur εἰπὰν vel λέγων. *eo, quod dictione τῷ καταστήσαντι τοὺς ἐγγυητὰς usus est,* vel *utitur, significat omnes.* nam ἅπαντας in numero plurali præstat alteri lectioni, ἅπαντα, in singulari, quam Wolf ex Augustano adscivit.

— 22. χρόνον] post χρόνον videtur σκοπεῖτε vel ὁρᾶτε vel tale quid deesse. Universe hic locus asper et hiulcus mihi videtur, ut suspicer aut ab auctore minus elaboratum esse relictum, aut aliud quid labis hic loci libris Demosthenicis insedisse, a sinistra fortuna illatum.

— 23. τῷ καταστήσαντι τοὺς ἐγγυητὰς λέγει] subaudi καὶ μόνῳ τούτῳ, ἀλλὰ μὴ τῷ μηδένα καταστήσαντι ἐγγυητήν.

— ult. ἀνάγκην] scil. τοῦ καθιστάναι ἐγγυητὰς, ἢ δεδέσθαι. *necessitatem aut constituendi vades, aut in carcerem migrandi.*

729. 4. ἐφ' ὑμᾶν] correxi ὑφ' ὑμῶν. *a vobis,* aut a decessoribus vestris. oratores enim Græci de conventu judicum ut de corpore quodam immortali loqui solent. Si quid superiores judicarint, id idem etiam præsentes censere et ratum habere existimantur.

— 7. ἄκυρα τὰ προστιμήματα ποιεῖ] eludendo exsecutionem sententiarum, quas judices tulerint, earumque vim suis exceptionibus et clausulis frangens.

— 10. τιμῶντας] h. l. idem est atque προστιμῶντας. *multctam irrogantes.*

730. 14. δήσετε] malim δήσεσθε in medio, *si patiemini leges vobis ferri, easque ratus habebitis.* Populus enim, non ipse leges ἐτίθει, sed solummodo ἐτίθετο. et video nunc Wolfium sic edidisse, ut suspicatus sum esse edendum.

— 15. δυήσεσθαι] aptum est ex οἴεσθε v. 11.

— 18. ταῖς ὀξύτησι —] potest vulgata defendi, aut sic, ut trajecto statuatur, pro vulgari plana verborum constructione hac: ταῖς ὀξύτησι καὶ τοῖς καιροῖς τοῦ πολέμου, ut τοῦ πολέμου perinde ad ταῖς ὀξύτησι referatur, atque ad τοῖς καιροῖς refertur; aut sic, ut ἐν διὰ δυοῖν statuatur, pro ταῖς ὀξύτησι τῶν τοῦ πολέμου καιρῶν. malim tamen legi: ταῖς τῶν πραγμάτων ὀξύτησι.

— ult. διοικεῖται τὰ κοινὰ] postrema hæc duo verba absunt a codd. quibusdam. quæ verba si omittuntur, necesse est legi διοικεῖσθε. nisi malumus ἡ διοίκησις subaudire.

731. 3. προστυποῦσθαι] correxi προευποῦσθαι, *prius comparari,* quam scilicet eorum usus sit, e conjectura, quam postmodum ab Augustano confirmatam vidi.

— 9. ἐνδεεῖς πολλῶν] sine dubio præstat ἐνδεεῖς πολλῷ. et sic dedi de meo. illud ν natum esse potest e iota olim adscribi solito. Sic dudum censui, antequam Taylori ad h. l. animadversionem inspicerem, qui idem censuit. possit quoque legi ἐνδέῃ πολλῷ, vel πολλά. quo ducit lectio Bav. ἐνδεῇ πολλῶν.

— ib. ἀλλ' ἢ] malim ἄλλως ἤ. *et ne hæc quidem aliter, quam* —.

— 11. τοὺς μὴ τιθέντας κυρία ἢ ἡ βουλὴ, μηδὲ τὰ δικαστήρια δῆσαι] non culpo hanc lectionem, quæ sexcentis possit exemplis approbari. Solent Græci, prorsus ut nostri Gallofranci, primum μηδὲ omittere, insequente uno alterove μηδέ. et hospes in Græcis sit is, quem hoc fugiat, necesse est. quoniam tamen codices h. l. dissentiunt, visum est lectionem Augustani adsciscere, quæ hæc est: τοὺς μὴ τιθέντας μὴ ἧ κυρία δεῖν ἡ βουλὴ, μηδὲ τὰ δικαστήρια (sine δῆσαι).

— 22. χρῆν γὰρ —] constructio h. l. impeditior hæc: χρῆν γὰρ προσγράψαι σὲ εἶναι καὶ κατὰ τούτων τὰς πράξεις [h. e. εἰσπράξεις] κατὰ τοὺς ὑπάρχοντας νόμους, ὅπερ ἐποίεις [id est, ὥσπερ προσέγραψας] κατὰ τῶν τελωνῶν. oportebat enim te, quam clausulam contra publicanos adscripseras tuæ legi, eandem adscribere etiam contra hos (Androtionem, Glaucetam, Melanopum, iisque similes), scil. exactiones debitorum ab iis legibus jam obtinentibus accommodatas esse.

— 24. καὶ τῶν ἐγγυητῶν] malim καὶ τῶν τούτων ἐγγυητῶν, id est, κατὰ τῶν ἐγγυητῶν, οὓς ἂν οὗτοι καταστήσωσι. et contra vades, si quos hi publicani exhibuerint. Recte porro, meo judicio, suadet Wolf ad πράξεις addi εἶναι. quod mihi quoque in mentem venit.

— 27. ἃς περὶ] malim hæc duo vocabula in unum ἅσπερ contrahi. aut ἃς παρά. nam παρά τινος εἰσπράττειν usurpatur. ab aliquo redigere.

732. 19. δεσμὸν] Taylor vult δεσμοῦ. Sed bene habet vulgata. Dubito, satisne tuto colligi possit, ex eo, quod ὅτῳ προστετίμηται δεσμοῦ dicitur, dici etiam recte posse, aut dictum esse προστιμᾶν αὐτῷ δεσμοῦ. nam in illa ipsa dictione προστετίμηται αὐτῷ δεσμοῦ tamen subauditur τιμή. et, recte si dicatur προστιμᾶν τινὶ δεσμοῦ, tamen subaudiendum sit τιμήν.

— 21. ὄφλῃ] scil. ζημίαν, vel καταδίκην, vel τιμωρίαν, vel tale quid. in aliis est ἀλῷ. nil refert. est varians lectio.

733. 4. ὅ,τι ἐὰν] idem est atque ὅ,τι ἄν. *quodcunque tandem.*

— ibid. αὐτὸ λάβῃ] scil. τὸ κλέμμα ὁ ἀπολωλεκώς. si, qui perdidit aliquid furto, ipsam illam rem furto ablatam reperit apud furem.

— 5. τὴν διπλασίαν καταδικάζειν] scil. δεῖ τοὺς δικαστὰς τοῦ φωρὸς ζημίαν. duplum

pretii irroganto judices furi pro multa. Sin minus, h.e. si non repererit, tum judices decuplum irroganto πρὸς τοῖς ἐπαιτίοις, præter illam rem, de qua contenditur. ut si Davus Simmiæ ovem averterit, tum Davus Simmiæ aut duplum ovis pretium cum ipsa ove, aut, si ovis ipsa jam mactata et devorata aut alio vendita sit, decuplum ovis pretium et aliam præterea ovem aversæ similem luito.

— 7. ἐὰν προστιμήσῃ ἡ Ἡλιαία] Si nempe Heliæa dignum judicaverit reum, cui, præter restitutionem aut compensationem modo dictam, quæ est pœna rata, constans, a legibus dicta, nulli remittenda, adhuc pœnam carceris arbitrariam irroget.

— 8. προστιμᾶσθαι] προστιμᾶσθαι dicitur ille, qui judices rogat, ut reum pœna quadam, aut supplicio, pro ipsorum arbitrio afficiant. quod rogare poterat seu actor, seu quicunque alius, cui per leges liceret. προστιμᾷ autem judex.

— 9. ὅταν περὶ τοῦ τιμήματος ᾖ] scil. ἡ ζήτησις. tum scil. cum de æstimatione litis agetur, in causa ejusmodi, ubi locum habet mulcta in ære, non pœna capitalis.

— ibid. ἀπαχθῇ] scil. πρὸς τὴν Ἡλιαίαν, aut πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, ex actione τῆς ἀπαγωγῆς.

— 10. προειρημένων] correxi προειρημένον. quod idem est atque ὄντος προειρημένου καὶ ἀπηγορευμένου. *cum esset ipsi interdictum.*

— 11. τῶν νόμων] correxi ὑπὸ τῶν νόμων. auctore fretus solo margine Lutet. editionis, cujus auctor qui fuerit, præter Wolfium alius, nescio. nam præpositionem in nullo meorum librorum, neque manu scripto, neque typis exarato, reperi. Sed in loco aperte mendoso, cum esset inter Wolfii conjecturam, et Salmasii, qui τῶν νομίμων, sine ὑπὸ, suadet, optandum, malui cum Wolfio facere, cujus conjectura planior, simplicior, et probabilior est. Recepi ὑπό. in illo εἴργεσθαι subauditur τῶν τόπων, οὗ μὴ χρὴ εἰσιέναι, e proximo. Idem est ac si dixisset: εἴ τις ἀπαχθῇ διὰ τοῦτο, ὅτι εἰσῆλθεν, ὅποι μὴ χρὴ εἰσέρχεσθαι (καίτοι προειρημένον ἦν αὐτῷ ὑπὸ τῶν νόμων, εἴργεσθαι τούτων τῶν τόπων) διότι ἤλαυνε κακώσεως γονέων, ἢ ἀστρατείας.

— 16. ὁμοίως γε—] Citat h. l. Aristides p. 202.

— 18. τοὺς ὄντας βελτίους ποιεῖ] malim τοὺς ὄντας πονηροὺς βελτίους ᾖ.

— 25. ὃς τὰ μὲν ἄλλα ἐᾷ] malim τὰ γὰρ ἄλλα ἐᾷ. aut τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ἐᾷ. nam μὲν sæpe redundat.

— 26 βοηθοὺς] νόμους addi vult Taylor post βοηθούς. non intercedam, tametsi nescio, an pari jure pro scholio id haberi queat. potius videtur epithetum ad τοὺς conveniens desiderari, ut ἀρίστους aut βεβαιοτάτους. ut sit τοὺς ἀρίστους καὶ βεβαιοτάτους τῷ γήρᾳ βοηθούς. qui sunt leges.

734. 6. ἀπολογήσασθαι] magna veri specie commendatur ἀπολογήσασθαι, inventum, ni fallor, Wolfii, tum Lambini, nisi hic ab illo mutuo sumsit. a verbo ἀπολογίζομαι, *enumero, recenseo, rationem reddo.*

— 20. ποιῆσαι] post ποιῆσαι videtur deesse γράψαι, vel scr. esse: τούτου ἄδειαν ποιῆσαι.

— 22. ἀδικεῖν] correxi ἀδικεῖ in indicativo, tametsi Wolfii ἀδικῶν haud displicet.

— pen. τὸ, ἡνίκα] præter rem improbat Wolf. τὸ, quod bonum probumque est. *in* vel *ex ejus audacia* hoc maxime miror, τὸ — pari modo importunus est Lambin. p. 735. 1. ubi dictionem bene Atticam ἀπειρηκότι εἰσφέροντι [id est, ἐν τῷ εἰσφέρειν, vel διὰ τοῦ εἰσφέρειν] Wolf bene enucleavit.

735. 6. οὕτω] sic nude positum ferri queat. malim tamen aut οὕτω σκαιῶς, aut οὕτω ὠμῶς, aut tale quid aliud.

— 11. κατὰ νόμους] correxi κατὰ δήμους, quam lectionem Valckenaerius quoque prætulit ad Ammon. p. 139. et ad Herodotum p. 210. Nescio quoque, an probari possit hæc suspicio τοὺς δήμους opponi τῷ δήμῳ v. 16. concludit enim orator a minori ad majus. si judices per *demos* singulos a *sorte* constituti severe puniuntur, quanto minus ferri potest eos pœna liberari, si qui peccent, qui *populi universi voluntate* functioni cuidam præficiantur. magistratus per sortem obtingentes erant iis, qui delectu et optione deferrentur, multo ignobiliores, in causis versabantur levioribus, et emolumenta afferebant multo minora.

— 12. πολλῶν] post πολλῶν videtur πραγμάτων abesse.

— 14. εἶναι] post εἶναι videtur κυρίαν, *ratam*, deesse.

— 25. ἀξίαν] post ἀξίαν videtur punctum esse ponendum, et post καὶ addendum γάρ.

736. 3. εἰ βούλοιτο] scil. ὁ λαβὼν ἐπ' αὐτοφώρῳ καὶ δικαζόμενος.

— ibid. τῷ δ' ἀλόντι—] eorum convicto, ob quæ data et concessa est a legibus abductio. locum hunc legis, a Solone latæ, Demosthenes interpolationibus quibusdam suis variavit.

— 12. αὐτῷ] αὐτὸ malim cum Bav.

— ult. ὤμην δεῖν—] constructio hæc est: ὤμην τὸν νομοθετοῦντα περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι δεῖν νομοθετεῖν περὶ τούτων, scil. οἷα δεῖ etc.

737. 20. μέγα] scil. εἴ τις ἠδίκηκεν, ἐχρῶντο ὀργῇ μεγάλῃ. et rursus μικρὸν εἴ τις ἥμαρτέ τι, καὶ μικρᾷ τῇ ὀργῇ ἐχρῶντο. Minucianus p. 148. cum locum hunc recitasset, interpretandi gratia subjicit: εἴρηται δὲ ὁ λόγος περὶ τῆς ἐπὶ τοῖς ἀδικήμασιν ὀργῆς. *significat hac dictione, modum pœnæ cujusque modo delicti cujusque respondisse.*

— 21. ὅταν γὰς ἢ ὅτι χρὴ —] correxi ὅταν γὰς ἢ τὸ τί χρὴ, subaudi γεγραμμένον ἐν τοῖς νόμοις. ubi enim in legibus occurrit hæc formula, τί χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτίσαι, ibi leges pœnæ muletæve irrogandæ facultatem judicibus facit.

738. 1. ἐρεῖ] Timocrates puta. quamquam nescio an melius sit ἐρεῖς in secunda persona.

— 8. αὐτῶν] istorum, Androtionis puta sociorumque.

— 9. τῶν ἄλλων] malim τῆς τῶν ἄλλων, scil. ἱεροσυλίας. tanto atrocius est horum hominum sacrilegium, quam sacrilegia aliorum. quamquam me non fugit posse ἱεροσυλιῶν subaudiri.

— 15. αὐτοὶ αὐτοῖς] qui codices αὐτοὶ ἐν αὐτοῖς dant, videntur illi voluisse αὐτοὶ ἑαυτοῖς dare.

— 27. ἀφεῖλε] offendit Wolfium copulatio verbi ἀφαιρεῖν cum dativo. negans Græcum esse ἀφαιρεῖν τινὶ τὸν δεσμὸν, vult Latinum morem imitari. ego, cum haud desperem eam defendi posse similibus locis auctorum probatorum, quod in medio relinquam, tum, si constet indiguam nitore Demosthenico esse, molliorem iniri posse viam hujus loci sanandi, autumo, legendo ἀφεῖκε.

— pen. τούτους] Androtionem cum sociis.

— ibid. ἐκείνων] quam publicani delinquunt.

739. 1. ἐκεῖνα τἀδικήματα] Androtionis puta, sociorumque. ad quos etiam τούτοις v. 3.

— 8. κωλύετε] correxi λύστε, detracta prima syllaba. subaudi τοὺς κειμένους νόμους. non abrogatis ideo leges dudum latas, a quibus pœnæ irrogantur, si qui ejusmodi quid patrent.

— 11. αὐτοῖς] uncis inclusi, non nescius vulgatam sic posse defendi, ut dicatur, tametsi singularis præcesserit ὁ τούτων τι ποιῶν. recte tamen pluralem numerum potuisse subjici, quia plures sint ejusmodi facinora audentes, et rem ad τὸ νοούμενον referri.

— 12. οὗτοι δὲ] scil. τιθέασι (non τίθενται) νόμους. *hi autem leges ferunt, ut* —.

— 23. ἕκαστος] correxi ἑκάστοις. *quod populus norit, quæ dedecora unusquisque eorum* [viatorum puta] *tum patrarit, quum adhuc pauper esset atque miserabilis et contemnendus.* videtur enim pro δεινότητι leg. esse ἐλεεινότητι, *in ista eorum egestate atque vilitate.* et sic dedi de meo. boni aliquot codices dant καὶ τῇ νεότητι. quam lectionem vulgatæ saltim præferam, si vera minus sit. qua de re haud decernam. adolescentes, rerum rudes, levitate ingenii, imprudentia et temeritate ducti, multa stulta, atrocia, nefanda audent, quorum veniam ætatis vitium impetrat. Confirmat etiam p. 740. 4. hanc lectionem τὰ ἐν τῇ ἡλικίᾳ. Acquiescam tamen in vulgata δεινότητι, cum dubium adhuc sit, annon orator vocem δεινότης hic usurpaverit sensu, parum quidem illo usitato, quem tamen ratio linguæ Græcæ toleret, pro miseria, vita molesta et ærumnosa, ubi eum inopia rerum omnium sit conflictandum. Demonstrari quidem certis et evidentibus argumentis nequit, vocabulum illud hoc sensu a Græcis Demosthenis æqualibus non fuisse usurpatum. Silentium enim scriptorum, qui nobis hodie supersunt, non satis valde arguit.

740. 3. ἀλλὰ] subaudi e præmissis οὐ πεῖσήκει Ἀνδροτίωνα δεδέσθαι.

— 8. ἀλλὰ καὶ M.] καὶ delevi, cujus loco malim γε, ut sit ἀλλὰ Μελανωπός γε δεινὸν — aut γὰρ, ut sit ἀλλὰ γὰς Μελανωπὸς δ.

— 9. ἔμελλεν] post ἔμελλεν deesse videtur τὸν τοιοῦτον πατρὸς ἐκγεγονότα. vel simile quid. quod ni addendum est, tacite quidem esse subaudiendum insequentia docent.

— 17. δεκαπλάσιον] correxi δεκαπλασίαν, scil. ζημίαν.

— 20. ἦν] malunt aliqui ἐστίν. haud respicientes illi ad initium periodi hujus, neque ad ἔδει proximum.

741. 5. ἔλαβεν] scil. ἡ πόλις.

— 9. ἀλλὰ τἄλλα οὐ βίαιος ὡς οὐδεὶς ἀνθρώπων;] distingue sic: ἀλλὰ τἄλλα οὐ βίαιος; est objectio, hypophora, quam ipse orator sibi opponit, sed, ut statim amoveat. *atqui tamen*, aiet aliquis, *in cæteris certe violentus et injuriosus non est Glaucetes?* respondet orator. *Est enimvero, ut nemo alius magis. ὡς οὐδείς γ' ἀνθρώπων.*

— 13. τιμωρήσασθαι] correxi addita negatione, μὴ τιμωρήσασθαι. nisi insequentia particulam infitiantem hic exigerent, posset vulgata ferri, et sic accipi: *an potius decet eum punire, qui conetur hos sertare.*

— 15. διὰ ταῦτα] scil. τὰ αὐτῶν πονηρεύματα. planius tamen foret διὰ τοῦτο, scil. διὰ τὸ πονηροὺς εἶναι.

— 16. διδάσκετε] scil. τὸ πονηροὺς εἶναι.

— 20. τοῦτω] crat ergo, quod videtur ex h. l. colligi posse, carcer in foro, ut velut digito demonstrari posset. v. p. 742. 21. et 743. 3.

— 23. διακρουσθῆναι τῆς τιμωρίας] argutis strophis avocari, arceri et depelli a sumenda pœna.

742. 12. Κολυττέα] Hemsterhusius ad Aristophanis Plutonem p. 166. de scriptione hujus nominis disputat, et Κολλυτεῦς, quod in manuscriptis codicibus et saxis Sponianis reperiatur, ait probum esse.

— 23. δυνάμενος] subaudi μέγα ἐν τῇ πόλει. *cum plurimum in rep. valeret.* pari

modo in φρονεῖν subauditur sæpenumero μέγα, cum abest.

743. 17. Κυδαθηναῖα] correxi Κυδαθηναιέα. poterat quoque Κυδαθηναῖ (quod ex illo contractum est) e margine adscisci.

— 21. ἀντιτιμωμένου] subaudi ἀντὶ τοῦ θανάτου. pro mortis pœna, qua multis videbatur dignus esse. cum ipse sibi magni æris mulctam irrogasset, qua pœnam mortis redimeret, capite [h. e. jure civili, et potestate in foro versandi] minuistis, παρ' ὀλίγας ψήφους intercedentibus perpaucis suffragiis, infamiam ei sancientibus, et numero, sed exiguo, vincentibus ea suffragia, quæ mortem ipsi decernerent.

— 24. ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ, εἰ οὗτος —] idem est ac si dixisset: ὑπὸ τούτου, εἰ ὁ αὐτὸς — quid passuri faissetis ab hoc homine, Timocrate, si idem, qui tam nefandas leges tulit, præterea quoque in numero legatorum vestrorum fuisset. dedi tamen ὑπὸ τούτου αὐτοῦ.

744. 4. τὰς βουλήσεις] vereor, ne h. l. aliquid desit. quare suspicor, τὰς τῶν ῥητόρων, aut τὰς τῶν πονηρῶν ζουλήσεις leg. esse. *pro libidine oratorum*, aut *sceleratorum*.

— 5. διαλύσεις] correxi διαδύσεις, *latebras et subterfugia*.

— 14. παρασχεῖν] subaudi τοῦτον τὸν ἐκκόψαντα.

— ibid. καὶ οὐ χρημάτων τιμήσεως οὐδεμιᾶς] potest ferri et subaudiri οὔσης ex ὄντος versu superiori. malim tamen καὶ οὔσης χρημ. τ. οὐδ. *cum nulla penes eos in usu esset*, aut in legibus scripta, *æstimatio* aut luitio injuriæ *in ære*.

— 25. νομοθετεῖν τὰ ἑαυτῶν συμφέροντα] *sua emolumenta legibus sancire*. ferri queat. nullus tamen dubito Demosthenem dedisse: νομοθετεῖν πρὸς τὰ ἑ. σ. *leges ferre, prout ipsis expediat, ad suas utilitates*.

— pen. τὸ αὐτὸ δίκαιον] jus idem, ut ipsi quoque patiantur in custodiam se dari.

745. 4. οὐκ ἂν φθάνοι] non facile præveniat, h. e. effugiat multitudo, quo minus his bestiis serviat.

— 27. ἐξὸν ὑμῖν] si legis ea esset sententia, quam Timocrates ei imputat. Concludit sic: Timocrates negat vobis licere ex hac lege, quemquam custodiæ dare. Quod verum minus est. Nam si esset, pari modo quoque vobis haud liceret ullam pœnam cuiquam irrogare. Sed licet hoc vobis. ergo etiam pœna carceris in potestate vestra est.

— ult. τιμῆσαι] post τιμῆσαι punctum posui, et ἡ cum ἢ mutavi. Sententia est: si vera essent, quæ Timocrates ait, in legibus illis adscripta non esset hæc formula, τὸν δ' ἐνδειχθέντα ἢ ἀπαχθέντα δησάντων οἱ ἕνδεκα, quæ leges contra reos τὴν ἔνδειξιν aut τὴν ἀπαγωγὴν permittunt. aut, quos in reos actionem ex his titulis leges dant, non esset iis legibus ista, quam dixi, formula adscripta.

746. 7. ἦν] si scil. Timocratis interpretatio valeret.

— 22. λέγῃ] scil. καταλύειν τὸν δῆμον, auctor sit oratione, ut gubernatio civilis cum tyrannica mutetur. vel ex insequentibus hæc trahendum παρὰ ταῦτα.

747. 3. ὅσοι] correxi ὅσαι. scil. ἀρχαί.

— 4. ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ] id est, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. idem est ac si dixisset: ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ κυαμεύονται οἱ ἐννέα ἄρχοντες.

— ibid. καὶ κήρυκος] scil. ἀρχὴν οὐ καταστήσω. etiam ad Cercyis aut præconis honorem neminem — admovebo, sive ille sit præco legationis, sive præco Synhedrorum. præcones alias erant homines viles; nedum ut magistratu aut honore aliquo fungerentur. Illi autem præcones honorati erant, et quodammodo magistratu fungebantur; primum, qui legatis adderentur nomine reip. si qui aut Athenis alio emitterentur, aut, si qui aliunde missi legati Athenas venirent, ut cum S. P. Q. A. agerent. quod posterius genus hic significari vocabulo πρεσβείας mihi videtur. deinde illi legati, qui publice, h. e. nomine reip. mitterentur in consessum seu collegium τῶν συνέδρων. quomodo appellabantur legati populorum Græcorum, qui socii Atheniensium essent. Hi populi legatos quique suos habebant Athenis perpetuo residentes, quorum unusquisque negotia et commoda populi sui ageret, de rebus singulis, quæ Athenis gererentur, ad suos referret, et mandata suorum rursus ad Athenienses. Id quod ex Æschine satis notum est.

— 8. οὔτ' ἄλλοι] correxi de meo οὔτ' ἄλλη, *neque alia*. non uxor mea, non filia, non soror, non mater, non cognata, non pellex, non ancilla, loco meo, et in utilitatem meam. nam alias esset oratio tautologa. nam in οὔτ' ἄλλος insunt hæc omnia, non filius, non frater, non pater, non cognatus, non servus, non amicus.

— ibid. ἐπαρᾶται] aliis ἐπαράσθαι, scil. δεῖ. debet qui hæc ait, post hæc dicta diras in semet ipse dicere. correxi tamen ἐπαρᾶσθαι, propterea quod boni codices in παραβαίνοιμι consentirent, quod prætuli pro παραζαίνοι v. 14. Censuit quoque sic scribendum Dorville ad Charitonem p. 483.

748. 2. καὶ περὶ τῶν φευγ.] malim καὶ περὶ τῆς τῶν φευγόντων καθόδου.

— 3. δεινοτάτων] post δεινοτάτων videtur νομοθετεῖν desiderari, aut κακουργεῖν, aut simile quid. *viam aperit ferendi leges*, aut *ad scelus committendum*.

— 8. παρανόμων περῶν γραφῶν καταλυθεισῶν] id est, διὰ τοῦ καταλυθῆναι περῶντον τὰς παρανόμων γραφάς. tollendo primum actiones ex titulo παρανόμων.

— ibid. παρανόμων] malim τῶν παρανό-

μων — sed sic, ut articulus non ad proximum παρανόμων, sed ad remotius γεαφῶν referatur.

— 14. μήπω] bene habere videtur. *nondum*, non tum statim, cum lex primum fertur.

— 22. τοῦτο ποιῶν] scil. καταλύων τοὺς νόμους καὶ τὴν δημοκρατίαν.

— 23. ποιῶν] omittunt nonnulli. locus mihi est dubius, et vitii suspectus.

— pen. ταύτην] malim πάντων.

749. 7. καὶ τοῦτ' αὐτὸ πράττοντες] hoc ipsum studentes, agentes, contendentes, quo vos lædant et fraudent.

— 21. τούτου κἀκείνου] ille est Timocrates, hic Androtion. dedi τούτου τε κἀκείνου.

— 24. τούτο] correxi τούτων. Androtionis puta, Melanopi et Glaucetæ.

— ibid. ἐτίθει] Timocrates.

— 26. ἐκείνῳ] Androtioni.

— ult. μισοῖτο] correxi μισοῖτε. *et ob quæ Timocratem non minus, quam Androtionem, jure merito exosum vobis habeatis atque detestemini.*

750. 2. πρῶτον] pertinet hæc tractatio ad p. 754. 10. ubi locum alterum de fraudulento hujus rogationis consilio ingreditur. jam adfuit hic locus iisdem pæne verbis p. 607. 24. ut ibi jam admonuimus.

— 4. αὐτοῦ] Androtionis puta.

— ibid. τούτου] Timocrates est.

— 10. καὶ — μοι] verba καὶ τοῦτον ad συνδικῆ μοι desunt supra l. c.

— 11. δημηγορίας] supra δημηγορίαν.

— 21. προσαγωγεῖ] *lenone, conciliatore* pecuniarum. eleganter dictum. Sed, si bene memini, προαγωγὺς ille dicitur, sine σ in prima syllaba, qua de re jam supra ad p. 678. 19. diximus.

— 24. καὶ — ὑπηρέτας] verba καὶ τοὺς ἀποδέκτας καὶ τοὺς ὑπηρέτας desunt supra.

751. 2. τῶν ἄλλων ἕνεκα] potest hoc aut a masculino ἄλλοι, aut a neutro ἄλλα repeti. si prius, tum erit hæc sententia: propter seu reliquos Græcos, seu reliquos cives vestros, non ærarios, qui offenduntur et adversus remp. magistratusque exacerbantur hac exactionum, qua isti usi sunt, severitate vel crudelitate potius. Sin posterius, accipi possit sic: propter incommoda breve hoc et mediocre emolumentum olim consecutura.

— 4. πέντε ταλάντων] supra τοσούτων χρημάτων. ubi etiam alia aliter prostant, quæ diligenter congerere et inter se comparare neque juvat, neque vacat. Fecit etiam ex parte jam Taylor.

— 16. κατηγορεῦμεν] correxi κατηγορεῦσι. narrat enim hæc, ut audita et accepta a majoribus. *incusant*, scil. illi, qui nobis hæc retuleront.

— 23. πόλλ' ἀνηλωκὼς] correxi πολλὰ δ' ἀνηλωκώς. ut supra, ubi hæc multo aliter leguntur et exquisitius dicta, et accommodatius ad commiserationem movendam.

— pen. τὰ πεπραγμένα] v. p. 580. 17. τὰ πεπραγμένα sunt, ant res ab eo gestæ, aut fortunæ ejus, res, quæ ipsi, nulla ejus culpa, acciderunt, ut fuga patris, adhuc dum ærarii, cujus non dependa muleta non licebat filio in forum venire. τὰ βεβιωμένα sunt mores ejus consilio suscepti, vita turpis et probrosa.

752. 19. ἐπὶ χρήμασιν] subaudi κοινοῖς. propter æs publicum reip. debitum, sive ex muleta litis cujusdam, qua cecidisset, sive ex peculatu. opponit æs publicum privato. multo est gravius aliena nolle reddere, quam nolle de suis privatis æs debitum reddere. multo turpius ob peculatum necti, quam propter nomen privatim contractum duci, quod per angustias rei familiaris diluere nequeas.

753. 15. μὴ θελήσαντες] correxi μηδὲ θελήσαντες. *ne audientia quidem dignati.*

— 17. ἀφίεισαν] correxi ἀφίεσαν. poterat quoque ἀφιείσαν corrigi, aut, quod Wolf dedit, ἀφείσαν.

— 23. τῶν ἐθελησάντων] male inserunt μὴ post τῶν. vulgata bene habet. fiscus enim constat pecuniis ultro collatis. qui nihildum contulerint, sed adhuc sint in reliquiis, eorum nihil est in ærario. quo fit, ut nihil, quod eorum sit, illine aufferri possit.

— 24. τὰ παρὰ τῶν συμμάχων] scil. προσγενόμενα, aut ἐξειλεγμένα. pecunias e sociis collectas, redactas.

— 25. ἀπολλύντες] disperdentes, dilapidantes luxuria, gula et ventre.

754. 8. ἐφάνητ' ὑμῶν] in Aug. est ἐφάνητε ὑμῶν. unde possit etiam hæc lectio excudi: ἐφάνητον (in duali) ὑμῶν. ut subito a Timocrate et Androtione ad judices convertatur oratio.

— 14. καὶ κατὰ μικρὰ] correxi καὶ τὰ μικρὰ, et v. 15. καὶ τὰ μεγάλα. e p. 614. 8. nam κατὰ μικρὰ est, minutatim, per parvas particulas, sed τὰ μικρὰ, parvis in rebus. possit quoque legi καὶ μικρὰ, et καὶ μεγάλα. modo κατὰ absit. malim quoque v. 14. τοῖς πολλοῖς cum articulo. item v. 9. præferam lectionem marginis, quæ nescio sitne Wollii, an Lambini conjectura.

— 20. ἀπ' ἐκείνου] subaudi τοῦ χρόνου, ὅτε ἥμαρτε, vel ἠδίκει ὑμᾶς.

— 21. ταῦτα] scil. ἃ λέγω, aut ἃ κατηγοροῦσιν ἄλλοι αὐτῶν.

— ibid. νῦν] in hac causa Timocratis, in qua agitur, lex ab eo lata sitne perferenda, an repudianda.

— 22. τότε] in causa Euctemonis, in qua Androtio sacrilegii, peculatusque seu interversarum sacrarum publicarumque pecuniarum condemnatus est. Illa condemnatio est ὀργὴ a nostro hic commemorata. idem ad v. 24. tenendum.

— ibid. *κατεγνωκέναι τὰ χρήματα τούτων*] sententia lata pronunciasse, penes eos videri pecunias sacrasque et publicas esse, et ipsos restitutionis earum teneri.

755. 1. *μήτε τούτων, μήτ' ἐκείνων*] correxi *μήτε τούτου*, Timocratis puta, *μήτ' ἐκείνου*, Androtionis.

— 11. *ἀσεβείᾳ*] quæ quibus in rebus cernatur, exponit ipse p. 756. pen.

— 19. *τὸ δημόσιον*] correxi *τὸν δημόσιον*, scil. *δοῦλον*, vel *γραμματέα*.

— 25. *σαυτῷ πιστεύειν*] malim aut *σαυτῷ μὴ πιστεύειν, tibi non credere, te non fidere*, aut *ὁμοίως* e sede sua transferri et ante *πιστεύειν* collocari. si jussisses, flagitasses, æquum censuisses, ut resp. tibi in omnibus rebus, quas tu ei præstares atque perageres, eandem fidem haberet, quam tibi hac in causa voluisti ab ea haberi, [h. e. nullam] —.

— 26. *ἐφωρᾶτ'*] nunquam esses, ut nunc es, in furto deprehensus, quia caruisses occasione furandi.

756. 2. *προγραψάμενος*] correxi *προσγραψ.* constructio paulo perplexior sic explicabitur: *νῦν δὲ ὁπότε φαίνῃ μὴ προσγραψάμενος, ἄλλο τι πράττων καὶ κινῶν* [h. e. *ἐν τῷ πράττειν ἄλλο τι καὶ ἐν τῷ κινεῖν*] *ὁρίσας* [id est, *μετὰ τὸ ὁρίσαι*], jam insequitur apodosis *οὐκ ἤδη δῆλον. Jam vero, cum te ita gesseris, ut constet inter omnes, te nil curasse tuæ auctoritati adscribi clausulam hanc eandem — in alio quopiam reip. versans negotio, in quo sacras opes commovebas — tu idem, qui antea, in redigendis debitis tamen id, quod par erat, cautionis ipse tibi statuisses — nonne liquet* — vocabulo *auctoritas* hic designo decretum magistratus populive, quo mandatur aliquid alicui publice curandum, functio quædam defertur, committitur, et omnes, ad quos ea res pertinet, ei parere jubentur. nos vulgo *Commissionem* appellamus.

— 5. *καὶ κατὰ παντὸς* —] verba *καὶ κατὰ παντὸς τοῦ χρόνου* Tayl. vult in v. 6. transferri et post *ζηλωτὰ* poni. elegans profecto ea est et ingeniosa conjectura. videtur tamen vulgatus ordo verborum servari posse, si verba *καὶ κατὰ παντὸς τοῦ χρόνου σκέψασθε* signis parentheseos includantur. ut hæc sit sententia: ego vero, Athenienses (sed velim a vobis, non hujus præsentis solummodo temporis, sed etiam cuncti postmodum futuri rationem haberi)—.

— 14. *τὸν δῆμον. ἐπεγέγραπτό που πάλιν,*] malim sic distingui: *τὸν δῆμον, ἐπεγέγραπτό που.* quod coniceret cum *ἢ κατὰ πόλεις — aut oppidatim*, (pro numero civitatum, si volumus donaria civitatum singularum spectare et recensere), *inscripta erant uspiam*: HI . . . . . POPULUM CORONARUNT: *πάλιν rursus* (h. e. alii cuipiam donario erat inscriptum), CONON etc.

757. 3. *τῷ δοκεῖν*] correxi *τὸ δοκεῖν. iis, qui ea donaverant, dedicaverant, eripuerunt existimationem eam, qua viderentur aliis memores beneficiorum in ipsos collatorum; quæ existimatio non parum est gloriosa.*

— 6. *ὁ μὲν*] Timocrates.

— 7. *δι' ἐκεῖνον*] Androtionem, ad quem ipsum etiam *ὁ δὲ* redit.

— 8. *τοῖς*] malim *ἐπὶ τοῖς.*

— 10. *ἐστὶν*] Androtio puta.

758. 16. *καὶ ἔλαττόν τινος*] correxi deleta copula, *ἔλαττον τίνος.* cum addito signo interrogationis. quodnam id est sacrilegium, quo hoc sacrilegium Androtionis minus et levius putetis? idem est ac si dixisset: *τί ἐστιν ἀσέβημα, οὗ ἔλαττον ἡγεῖσθε εἶναι τουτὶ τὸ ἀσέβημα.*

— 19. *προειρημένων τακτὸν ἡμερῶν ἀριθμὸν*] etiam supra p. 618. 9. est *προειρημένων* (cum *ω*) ego vero nihilominus utroque loco arbitror leg. esse *προειρημένον* (in accusativo singulari) ut ad *ἀριθμὸν* referatur. et sic dedi ex Paul. *τακτὸν* uncis inclusi, ut scholium vocabuli *προειρημένον.*

— 21. *ἐπιτηδευμετὰ*] vitium est typographicum, quod mutavi cum *ἐπιτηδευμάτων.*

— ibid. *βεβίωται*] in hoc verbo desinit locus ille ex Androtiana in hanc Timocrateam translatus, unaque ipsa illa tota oratio.

— 22. *ἃ δὲ Τιμοκράτει συνεῖδεν, πολλὰ λέγειν ἔχων ἔτι πρὸς τούτοις παύσομαι*] malim *ἃ δὲ Τιμοκράτης Ἀνδροτίωνι συνεῖδεν, πολλὰ λέγειν ἔχων ἔτι, πρὸς ταῦτα εἰπὼν παύσομαι. tametsi multa, quæ dicam, supersunt, tamen, posteaquam adversus ea, quæ Timocrates pro Androtione*, ejus purgandi et tuendi causa, *proferet, disputavero, dicendi finem faciam.* Paret enim ex *αὐτὸν* v. 27. ex *αὐτὸς* v. ult. ex *τούτῳ* p. 759. 3. item *φήσεις* et *ὁμολογεῖς* v. 4. et 5. quæ omnia ad Timocratem redeunt, et ex toto hujus loci habitu, Demosthenem hic pugnare adversus Timocratem, Androtioni patrocinantem, non adversus Androtionem causam Timocratis tuentem.

759. 25. *δὲ*] malim *δή.*

— 27. *ὅταν μὲν γὰρ λέγῃ*] deest hic aliquid, et videtur locus ad hunc ferme modum integrari posse: *ὅταν μὲν γὰρ τὸν νόμον τεθεικέναι λέγῃ*, aut *προνοηθῆναι λέγῃ. quod si enim jactet, se legem ideo tulisse* (aut *se providisse*), *quo* — sed potius verba *τὸν νόμον τεθεικέναι*, quam *προνοηθῆναι*, deesse, patet e verbis v. ult. *τοῦτ' ἔθηκεν.* quæ verba pariter corrupta et sic legenda videntur: *οὐ γὰρ τούτου ἕνεκα τοῦτον* [*τὸν νόμον* puta] *ἐθηκεν. non enim hujus rei causa legem hanc tulit.*

760. 3. *ἄδικον*] correxi *ἀνάδικον. irritam, nullam, quæ denuo judicari, in jus vocari queat.*

— ibid. *καθίστησι*] aut *καθιστῇ* leg. vi-

detur, aut καταστήσῃ.

— 4. τῶν ἐκ τοῦ νόμου ῥημάτων] idem est ac si dixisset: ἐκ τῶν τοῦ νόμου ῥημάτων.

761. 1. μνημονεύετε] correxi μνημονεύσετε. nam indicativus plane huc non quadrat. et imperativus foret quoque paulo durior in hac constructione, tametsi sententia eum facile ferret. Nil offenderer, si verba sic essent structa: κεφάλαιον δ' ὑμῖν ἐρῶ, ὃ μνημονεύετε. *summam vobis dicam; quam memoria tenete.*

— 5. ποιεῖν] malim abesse, aut cum ὁποιονοῦν mutari. *quæ finem, qualemcunque tandem, sortita sunt.* aut cum ὃ ποιεῖ. *id quod profecto facit.* aut si πρότερον servatur, leg. erit: καὶ πρότερον τέλος ἐσχηκότων, ἢ σε τοῦτο ποιεῖν. *et quæ prius exitum sortita sunt, quam tu hoc faceres.* ut scil. de his lege constitueres.

— 14. οὐδ' ὀλίγου δεῖ, τοῦτον] correxi οὐδ' ὀλίγου δὲ τοῦτον. *non gratis (qui enim id fiat?), neque pro vili mercede legem hanc tulisti.* ὀλίγου idem est atque ἀντὶ ὀλίγου μισθοῦ vel ἀργυρίου.

— 20. τὰ τούτων] χρήματα puta. opes, quæ horum sunt, judicum puta, coram quibus hæc causa agitur, unaque totius populi, quorum personam judices in Heliæam congressi repræsentabant. Androtion enim cum sociis peculatus reus agebatur.

— 21. πολλοστῷ χρόνῳ] longissimo tempore post, quam cœperunt debere, et mulctæ condemnati sunt. πολλοστὸς hic non minuit, sed auget. tempore multis modis majore, quam id est, quo eos oportebat pecuniam dependere, ut si intra duodecimum mensem qui debuissent, ii vix duodecimo anno post dependerent. vid. p. 1304. 9.

— 26. τῶν ἄλλων διάφορος ἂν] melius quidem editio Wolfii dat διαφόρως, quod idem etiam margo Lutet. voluit dare. possitque id pro διαφερόντως accipi, et μᾶλλον pro *vehementer, majorem in modum.* haud dissimulabo tamen mihi videri, sublato vocabulo διάφορος, seu διαφόρως, ut nato, seu e scholio, seu e varia lectione, leg. esse: τῶν ἄλλων ἀν'μᾶλλον, ἐλεεῖς αὐτούς. ut πρᾶος καὶ φιλάνθρωπος cum μᾶλλον sint jungenda, idemque sit ac si dixisset: μᾶλλον πρᾶος καὶ μᾶλλον φιλάνθρωπος ὤν, ἐλεεῖς αὐτούς. Interim dedi διαφόρως.

— ult. τουτωνὶ δὲ τοσούτων ὄντων] horum judicum, et tantæ judicium circumstantis multitudinis, et reliquorum civium, qui domi manserunt.

762. 4. εἴ τις ἐχρῆτο] videtur μόνη deesse. quod tametsi inest in numero singulari, fortius tamen est additum. *uncillum, si quis forsitan unica uteretur* (vel, quamvis non ei esset alia, præter illam unam, qua carere non posset), tamen vel *illam pro pignore abducere.*

— 6. σχετλιώτερον ἐπάσχεθ' ὑμεῖς] primum offendit in hac dictione singularis pro plurali, qui numerus melius hic conveniret. quem etiam suffeci e Bavarico. deinde subitus ille transsultus a judicibus et plebe judicium circumstante ad Timocratem. quare malim sic legi: πολλῷ γὰρ δήπου ταῦτα σχετλιώτερα, ὧν ἐπάσχεθ' ὑμεῖς. nam multo hæc sunt acerbiora et miserabiliora, quam ea sunt, quæ vobis, tibi, Timocrate, tuisque amicis evenerunt. Hæc olim, quæ nunc ipsi mihi displicere incipiunt, reputanti mirifice varios repentinosque oratoris a personis aliis ad alias transitus.

— 8. οὐδ' ὁτιοῦν εἰσφέροντες παύονται] scil. εἰσφέροντες, vel τοῦ εἰσφέρειν. quantumvis etiam contribuant, tamen finem conferendi faciunt nullum; seu qui perpetuis contributionibus exinaniuntur.

— 13. ὄντων] nescio an redundet e clausula proximi vocabuli male iteratum.

— 15. προῖκα γὰρ —] acerba hæc est ironia, qua Timocratem ridet, desinens in v. λανθάνειν.

— 17. ὄν] correxi ὅ. *id quod ne vos quidem fugere* arbitror, scil. Timocratem leges duas tulisse inter se pugnantes.

— pen. τοῦτο τὸ κέρδος] malim, nisi plura desint, τοιοῦτον κέρδος. *qui dignum sua persona censet lucrari* ejusmodi, h. e. *tam infame lucrum, tempus puta illud totum, quo pater adhuc sibi in vivis superest.*

— ibid. τίνες] scil. πονηρεύματος.

763. 7. κατὰ τοῦτο ἄξιος] malim κατά γε τοῦτο καὶ μόνον ἄξιος.

— 9. τὴν πόλιν] h. e. summam rerum apud Corcyræos potestatem.

— 12. ἔστιν] soror Timocratis puta.

— 15. κολακεύει δὲ] post κολακεύει δὲ videtur Ἀνδροτίωνα vel tale quod nomen deesse.

— 24. πρῶτον μὲν ὡς ἀληθῶς] malim πρῶτον μὲν μόνον ὡς ἀληθῶς. nam in illo *modo* tota vis argumentationis continetur, illud ὡς ἀληθῶς labat, et redundat. *Solum illum, si verum volumus, injuria afficit, in quem forte fortuna incidit.* opponit orator duo diversa genera patientium injurias, privatos quosdam et publice omnes. Latro et manticularius *singulos* lædit; lex improba, *omnes.* ille privatum hunc vel illum, in quem mala fors cum defert, hæc totam civitatem. Voce μόνον si hic carere possumus, poterimus item v. 27. ea carere. inutilis ea si hic est, erit etiam ibi. Sed si ibi orator eam necessariam judicavit, videtur non commissurus fuisse, ut hic desideraretur.

764. 11. πρῶτον ἁπάντων, ἔλυσαν τοὺς νόμους πρότερον νόμῳ — ταύτην ὑπέχοντες τὴν δίκην] correxi ἔλυσαν εἰρκτῆς [quod vocabulum de meo addidi] τοὺς πρότερον νόμῳ —

ταύτην ὑπέχοντας [in accusativo] τὴν δίκην. videtur hic in libris vetustis aliquid turbatum esse. alii voc. νόμους omittunt, alii pro eo dant ὅρκους. unde suspicor variam hic fuisse in libris vetustissimis lectionem, aliis δεσμοῦ, aliis εἱρκτῆς exhibentibus.

— 14. μέλλων] qui neque is sit, qui suis viribus opibusque propriis solis fretus remp. evertat, neque facile cuiquam is videatur esse.

— 23. οὐδεὶς οὔτε νέος οὔτε γέρων οὔτ' ὀλίγωρος οὕτως] delevi postremum οὔτε. videtur in codicibus vetustis etiam hic duplex fuisse lectio, altera hæc, quæ superest in Augustano: οὐδεὶς οὔτε γέρων, οὔτ' ὀλίγωρος οὕτως. altera, cujus auctor est codex Bavaricus, quem secutus sum: οὐδεὶς οὔτε νέος, οὔτε γέρων, ὀλίγωρος οὕτως. utraque lectio dat sensum commodum.

— ult. νόμον τέθεικε] malim νόμον τεθεικώς. *habetis eum, qui hoc perpetravit — eo quod — legem tulit.*

765. 10. τῆς πόλεως] h. l. non est Athenarum, sed civitatis cujusque.

766. 1. ἐπειδὴ] subaudi λέγεται e superioribus.

— 10. καὶ φανερῶς] malim καὶ μάλα φανερῶς. *multæ civitates, eæque nobiles.*

— 25. ἢ κακόν τι —] verba ἢ κακόν τι πεάττ. abesse malim, ut scholium voc. κακουργεῖν. et ideo uncis inclusi.

767. 10. εἰσὶν] Taylor [Jurinus, mi Reiski] malit ἄκυροι εἰσίν. quo fit oratio tolerabilior. Possit etiam pro ἄκυροι substitui φροῦδαι. Sed nescio, an potius sic sit scribendum: ἐπιχειροῦσιν ὑμᾶς ποιεῖν, τούτους ἀνελὼν, δι' ὧν τοῖς ἀδικεῖν ἐπιχειροῦσιν εἰσὶν αἱ τιμωρίαι. *Hic Timocrates in hac sua lege ita se gessit, ut constet omnibus, eum conatum esse fraude quadam vos circumvenire, eo, quod sustulit leges illas, per quas pœnæ constitutæ sunt illis, si qui conantur vos lædere.*

# AD ORATIONEM PRIMAM CONTRA ARISTOGITONEM.

Demosthenī tribuendam judicat Photius Biblioth. p. 800. edens rationes judicii sui. Orationem hanc non Demosthenis, sed Hyperidis esse auctores sunt Harpocration, et Ulpianus ad Olynthiacam secundam, item Suidas v. ἀπεψηφίσατο (sed ille quidem, Harpocrationis compilator cum sit, auctoritate caret), et præterea ἦθος quoque, quale Dio Chr. orat. 19. Hyperidis fuisse prædicat, luculenter hac in oratione expressum est, ut pæne magis hac de re, quam grammatici veteres, testetur. Fieri potest, ut Demosthenis contra Aristogitonem oratio olim superfuerit, sed ea quidem hodie periit.

770. 11. ἀκροάσεως] videtur hoc voc. h. l. illam significare oblectationem, quæ nascitur ex audientia dicentis, et spectaculo agentis; unde ductus quoque est usus Latinis vocis *acroama*, quo spectaculum omne designat, unde animis oblectatio seu per oculos, seu per aures quæritur. locum hunc citat Aristides τεχν. pag. 250.

771. 3. τὰ τῶν νόμων δίκαια ἰσχυρὰ] postremam vocem uncis inclusi. quæ videtur e varia lectione irrepsisse, cum aliis in libris esset, τὰ τῶν νόμων δίκαια, in aliis τὰ τῶν νόμων ἰσχυρά. utrumque bene, sed seorsim quodque.

— 4. τὰ δὲ τουτοὺ —] locum citat Aristides l. laudato.

— 7. καὶ] abesse malim. Constructio hæc est: εἰδότες τοῦτον λέγειν (οὐκ ἐξὸν αὐτῷ) καὶ ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ καὶ ἐγγεγραμμένον ἐν τῇ ἀκροπόλει. quari, Aristogitonem huno oratorem agere, quem agere haud ipsi liceat, quippe qui et ærario debeat, et inter ærarios in arce pendeat.

— 9. καὶ τὸ πρᾶγμα] scil. εἰδέναι.

— 14. ἀδικᾶν] subaudi τὴν πόλιν. ob quæ quis etiam nullo de crimine publico accusatus tamen metuat, ne in judicium vocatus damnetur. bene locum hunc exposuit Taylor.

— 26. βουλόμενον] scil. παιδοτριβεῖσθαι, vel παιδεύεσθαι.

772. 5. πεοῆγε] correxi πεοῆχε. in præterito. quam formam Demosthenes amat.

— 7. ὧν τὰ μὲν ἄλλα ἐάσω] pro prima voce dedi καί, non quo damnarem vulgatam, sed offendebat ὧν in brevissimo intervallo bis iteratum.

— 18. ὁδῷ βαδίζειν, καὶ ἐᾶν δεῖ] videtur comma una cum καὶ tollendum esse. et uncis inclusi καί. *oportet vos sinere ista suam viam ire.* h. e. nil impedire, quominus istæc improbitas in itinere suo inoffenso pede procedat.

— 19. πεοειεημένα] correxi πεοειμένα. a verbo ἴέναι. *quæ vos nimis late serpere et nimis diu inulta invalescere sivistis.*

— 21. πάντα τὰ τοιαῦτα ἔθη παριδόντας] hæc verba ab ordine suo aberrasse existimans Jurinus, in versum 17. translatum ivit, pone ποιοῦσιν. sed bene habet, neque in delectu verborum, neque in collocatione peccatum hic est. Sententia est hæc: *necesse est, ut præterhabitis* (vel *postpositis*) *malis illis consuetudinibus* [h. e. eas non imitantes] *recte et severe judicetis.* notat illam quorundam importunam et vitiosam

lenitatem connivendi et dissimulandi, si quis ærarius, ante persolutum reip. æs debitum, in foro versaretur et causas ageret, id quod per leges non licebat, sed Aristogitoo hujus criminis reus agitur.

— 22. δεῖ] uncis inclusi. potest enim facile e v. 18. memoria tacite repeti.

— 26. καταδείξας] verbum in hac re proprium, ut ad Aristidem meum, non ἐπιδεῖξαι, prout e memoria locum hunc recitans dat Theodoretus in curatione Græcarum affectionum, p. 7. 18. ed. Sylburgii.

— ult. νομίσαντα ἂν βλέπειν, οὕτω δὴ ψηφίζεσθαι] duas particulas ἂν et δὴ addidi. malim tamen pro ἂν βλέπειν, uno verbo ἐμβλέπειν. post δὴ de meo δεῖ addidi.

773. 4. φυλάττων] mirifice hic, sed præter rem, æstuant. ne litera quidem hic male habet. Sententia est: E cujus deæ Δίκης seu Justitiæ nomine appellatur, quicunque forte ductus judicat, φυλάττων, custodiens, h. e. si modo custodiat, dum servet, hac lege si servet, decora, et jura et emolumenta hujus civitatis, εἰληφὼς, quippe quæ servanda atque tuenda acceperit, pro deposito, vel fidecommisso, sub religione jurisjurandi. Præterea paulo ante ταύτη uncis inclusi. citat h. l. Phrynichus p. 138. ed. Pauw. Ego tamen de meo dedi οὐ φυλάττων. ne fœdet et dedecoret, — eo, quod non custodiat jura, quæ eo die accepit —.

— 12. μηδὲν μᾶλλον ὑμεῖς] mediam vocem addidi. neque supervacanea est, tametsi jam præcessisset. Sententia est: *Si, quo magis nos demonstraverimus improbitatem rei, vos nil eo magis pensi habeatis.*

— 14. τούτων ἱκανὰ] malim τούτων ταῦτα [vel τοσαῦτα] ἱκανά.

— 19. οὐκ ἐβουλόμην] scil. ὑμᾶς ἐμὲ κατατάττειν καὶ προχειρίζεσθαι. vel brevius τοῦτο.

— 20. ποιήσας τι τοιοῦτον παρ' ἡμῖν] qui apud nos sæpe hoc actitat, ut accuset puta. notum e Ciceronis Bruto accusatore, quam odiosum olim fuerit accusatorem agere.

— 21. καὶ παθὼν] subaudi a communi τι. ille etiam abit cum damno aliquo.

— 23. γνωθήσεται] scil. παθών τι. statim intelligent omnes, eum damna molestiasque sibi contraxisse. Sic satis bene potest vulgata exponi. non displicet tamen lectio marginis Lutet. γνώσεται, *paulo post ipse intelliget.* et prætuli hanc.

— 25. καὶ τῶν νόμων δίκαια] malim καὶ τὰ τῶν ν. δ. nam τα περὶ τῆς ἐνδείξεως, scil. γενόμενα, sunt res ad τὴν ἔνδειξιν pertinentes. at paulo durius τα περὶ τῶν νόμων δίκαια. nemo sic loquitur, sed τὰ τῶν νόμων δίκαια. jura legum, ea, quæ leges sanciunt et imponunt.

— 27. τούτου] redit ad Aristogitonem. τοῦτον autem ad Lycorgum.

— ult. καὶ νόμων] malim καὶ τῶν νόμων.

774. 10. κοινὸν] scil. τι χρῆμα.

— 12. βουλεύεται] bene habet. respondet Latinum *designat.*

— 28. ἀμφοτέροις τούτοις] et patrationi scelerum, puta, et punitioni.

775. 1. τούτους] correxi τούτοις, mutata insuper prava distinctione ad hunc modum: ἐπὶ δ' οἷς οὐκ ἐμμένει τούτοις. νῦν — ideo vero quod non manet in his maletis, nunc ad vestram punitionem adducitur. h. e. quod non paret legum pœnæ, eique non satisfacit, neque patitur eam in se validam et ratam fieri, atque effectui dari; ideo ad vestrum pertrahitur judicium, quo eum de pervicacia et audacia ejus puniatis.

— 5. ἀπόλλυται] correxi ἀπολεῖται. præterea recte vidit Wolf, ἐγὼ cum ἐάσω v. 16. cohærere. quod tenere, neque ab eo discedere debuerat. ratio enim ejus posterior perversa est.

— 14. ἀφίετε] scil. τὰ ὀφλήματα. bene habet h. l.

— 25. πληροῦσθαι] dat bonam sententiam, fateor, malim tamen κληροῦσθαι, *sortito committi.*

776. 7. πληρωταὶ] Citat h. l. Harpocr. v. πληρωτής. qui ἐρανάρχην seu magistrum erani appellat.

— 17. κυκλίδος] citat Harpocr. v. κυκλίς. idem hunc locum in mente habuit ad v. ἀπόῤῥητα.

— 24. μετάστητε ἔξω] scil. οἱ μὴ λαχόντες.

— ibid. τῶν νόμων κρατεῖν] bene habet. compotes sunt legum, hoc est, penes eos est vis et majestas legum, vis imperandi, et vetandi ex præscripto legum, et edicta legum exercendi, atque in effectum ducendi, criminosos puniendi, refractarios cogendi.

— ibid. ἐφ' οἷς] quarum legum tuendarum et exercendarum causa, et sub ea lege, conditione et stipulatione, ut eas exerceretis.

774. 4. τολμηρὸν] memorabilis est, et nescio an vera lectio codicis Augustani τομόν. et sic dedi. digna certe est hæc dictio et hoc loco, et ingenio Hyperidis, cujus hæc oratio, quod jam Taylor annotavit, dictionibus masculis et efficacibus, et ab usu communi abhorrentibus, quas, ut diversi sunt sensus hominum, alii damnarunt vitii, alii, cum quibus ipsemet facio, in luminibus orationis habuerunt. τομὸν, est, acre, sævum, penetrans et perrumpens omnia obstacula, cum vi quadam, et fervore atque rapiditate.

— τοὺς νόμους οὖν δεῖ τηρεῖν] idem est ac si dixisset: προσήκει τοῖς δικάζουσι τηρεῖν τοὺς νόμους καὶ ἰσχυροὺς αὐτοὺς ποιεῖν.

— 9. ἀνέῳκται] aperiuntur, et profanantur ea, quæ clausa, sacra, augusta esse

oportebat.

— 11. εἰ] dedi εἰ εἷς ἕκαστος. hæc conjunctio resumitur, absolvendi et restaurandi sermonis ergo, v. 17. εἰ ταῦτα, item v. 23.

— 25. τοὺς — εἶναι] Taylor tolli vult verba τοὺς νόμους κυρίους εἶναι. sed frustra. utitur hoc argumento, probabili illo quidem, quid conclusione conficiatur, id a propositione atque ab assumtione excludi oportere. recte vero. Sed male concludit, existimans oratorem sic ratiocinari: leges dominari par est. ergo leges dominari par est. multum aberat Hyperides ab ista inscitia. Sic colligit: civitas bene constituta legibus carere nequit. sed civitas, in qua hujusmodi mores dominantur, constare nequit. ergo neque leges in ea valere, quas tamen nemo est qui dubitet necessarias esse. vel sic: legum edicta exsequenda sunt. sed leges pœnas illis indicunt, qui sunt Aristogitoni similes, et eos a foro excludunt. ergo Aristogitoni quoque actione causarum interdicendum est.

778. 3. δικάζεσθ' ἡμῖν] correxi δικάζεθ' ἡμῖν in activo. *vos nobis jus dicitis.* δικάζει judex, jus æquum pronuntiat. δικάζονται partes litigantes, jus petunt, jure experiuntur.

— 4. ἀπεκληρώθητε] verbum ἀποκληροῦσθαι respondet Latino *subsortiri.* v. p. 779. 5.

— 8. οὐδεὶς ὑμῶν χολὴν οὐδὲ ὀργὴν ἔχων φανήσεται] citat h. l. Aristides τέχν. p. 102. cave, quod mihi aliquando accidit, verba οὐδὲ ὀργὴν pro scholio vocabuli χολὴν habeas, quem in errorem facile est incidere. sed χολὴ est celer, subitus iræ æstus, in ipso sensu injuriæ, tum cum vis infertur, effervescens. sed ὀργὴ est recordatio illatæ injuriæ, et animadversio, punitio, quæ est lenta, et tempori opportuno reservatur, et ipsa punitio atque ultio.

— 18. τῇ γραφῇ] correxi ἐγγραφῇ, omisso articulo. Constrictus teneris, ait, o Aristogiton, inscriptione thesmothetarum tum exactorum. themosthetæ nimirum in tabulas inferebant nomen hominis ærarii, quod scil. judices eum multctæ damnassent. Tum exactores, nisi multam ab homine ærario tulissent exigentes, iisdem tabulis inscribebant, eum, eum a se postularetur, recusasse dependere.

— 19. τῇ τῆς βουλήσεως — γραφῇ] correxi τῇ τῆς βουλεύσεως — γραφῇ. Erat nempe γραφὴ βουλεύσεως actionis id genus, cum homo, pro ærario tabulis inscriptus, se injuria inscriptum quereretur, ab eo, qui bene nosset, se reip. nil debere. Constringeris, ait, illa ipsa actione βουλεύσεως, qua adversus Aristonem adhucdum tu ipse agis, a quo contendis nomen tuum injuria inscriptum esse.

— 25. αὐτίκα δὴ μάλα] ne longe abeam, ut exemplo utar obvio, omnibus noto, quod statim memoriæ succurrit.

— 27. τινὸς μερῶν] servo τινός. constructio est: ἐκ μέρους τινὸς τῶν τοιούτων μερῶν. neque tamen damno τι, quod est in libris quibusdam.

779. 1. ὅ, τι] scil. μέρος.

— 8. πρόσεστι] dubito sitne servandum, an cum πρόσετι mutandum, quæ mea est conjectura. sed recepi hanc.

— 18. ποιήσασθαι] bene habet ποιήσασθαι. ut civitas rerum præclararum quicquam sibi peragi et comparari ab Aristogitone velit, eique id curandum et efficiendum mandet.

780. 9. αὐτῷ] correxi αὐτῇ et ἂν rursus addidi, ut sit: μηδ' ἂν ἄκων αὐτῇ ποτὲ πεσὶ-πέσῃ.

— 15. πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἔθη] imo vero τὰ πάντων ἀνθρώπων ἔθη. *inspicite in mores hominum omnium.*

— 25. κοινοῖ] non culpabo. malim tamen κοινῇ. *aræ publicæ eo constitutæ, quo ab omnibus colerentur.*

781. 4. τί γὰρ — πάντων] malim τί γὰρ οὐκ ἐξελήλεγκται τούτῳ [Aristogitoni puta] τῶν πάντων. viarum enim omnium evadendi et eludendi judicium ecquæ una via illi relicta est non tentata nullo cum successu?

— ibid. ἐπὶ πάντων] *in conspectu omnium.*

— 8. ἀδράστειαν] versum hunc citat Harpocr. v. ἀδράστεια.

— 14. περί του] correxi περοῦ; *quanam de re.*

— 17. τοιούτοις] correxi τούτοις. *in his duobus annis.*

782. 7. τί] correxi τίς. Sed ut verum fatear, non satis bene inter se cohærent omnia. malim sic: τί οὖν; οὐχ οὗτός ἐστι κύων νὴ Δία (φασί τινες) τοῦ δήμου. *quid tum? interrogant quidam. nonne hic est canis populi. At qualis? ego contra interrogo.*

— 18. οὗτος] malim οὕτως. dedi de meo ἀλλ' οὑτωσὶ πράγμ'. *sed deditus est studio* (vel *negotio*) *tam spurco, atque tam infami.* bene habet ἑώρακε v. 19. quod mavult Taylorus εὕρηκε, ne Græcum quidem esse videtur. potius εὕρηται dixisset. εὑρίσκει quis, quæ in via reperit. εὑρίσκεται quæ sibi excogitat, vel arte, studio, contentione parit. Sed ὁρᾶν τι Græcis significat, operam rei navare, deditus ei esse. Latini pariter *spectare* usurpant hoc modo.

— 21. ὧν] est pro ἃ, ob sequens τούτων δίκην. satisfactionem, talionem sumit, pro eo, si quid [si quapiam in re] vos offenderit his suis moribus, ut vos cum multaretis. παροξύνονται ὑμᾶς necesse est ut significet, si bene habet, si quo dicto vel facto suo vos ibi (in concione puta) exacerbaverit. Sed dubito, num παρα-

κροίεσθαι ita usurpetur. num προσκρούσονται. verum non magis προσκρούεσθαί τινα dicitur sed προσκρούειν τινί.

— 22. καταβὰς] domum reversus e concione. Athenienses enim in forum, vel theatrum, ubi concio habebatur, ἀνέβαινον, illinc domum redeuntes κατέβαινον.

— ibid. παρ' ἑκάστου] hæc duo verba uncis inclusi, quæ videntur scholium esse dictionis καθ' ἕνα. 24. post λέγοντας addidi οὐ. quæ una syllaba sententiam per se absolvit.

— 25. συνδιαβαπτίζεσθαι] præpositionem συν addidi. Significat hinc verbum, e balneis ductum, maledicum, conviciatorem, durum litigatorem, pari probrorum virulentia atque turpitudine ulcisci. nota est balneorum petulantia atque licentia, qua alii alios cadis aqua seu frigida, seu calida etiam, plenis perfundere certant, risus ciendi ergo. Cum ejusmodi hydria aqua plena, quæ alteri aut in os ingeritur, aut super capite effunditur, conviciorum atque contumeliarum, quibus quis adspergitur, fœditas comparatur. Utrumque enim qui patiuntur, illi de se risum faciunt, pudefiunt, et dolore cruciantur.

— pen. κρίνειν] id est, πρὸς τὸ κρίνειν. ad accusandum et litibus implicandum.

783. 6. γέγονεν] correxi γεγονός, scil. εἶδεν a communi.

— 12. διὰ ταῦτα] h. e. διὰ τὸ φιλολοίδορον αὐτοῦ καὶ συκοφαντῶδες.

— 23. οὐδ' ὡς] correxi οὐχ ὡς. tangit h. l. Mœris p. 285. ed. Piersoni.

— ibid. κατηγορεῖν] offendor dictione ἐπὶ τινὸς κατηγορεῖν. Solet in hac formula ἐπὶ omitti. Sed satis habeo scrupulum indicasse.

— pen. ἀνάγκη] scil. ἐστίν. possit tamen etiam lectio Augustani ἀνάγκῃ (in dativo) τὴν φύσιν εἶναι δεῖ τὸν ἀρ —.

784. 6. οὐδὲν ἂν] subaudi κακὸν ἢ φαῦλον. mali nihil refp. videtur exstiturum, quod tu Philocratem servare contendas.

— 7. εἰ δὲ κάπηλος] celeber locus, ut multi alii hujus orationis sunt, in scholis grammaticorum citatus ab Aristide τεχν. p. 272.

— 10. ἀκοντᾷς] armas, subornas, instigas in tuos inimicos, iisque immittis, velut securim, quam eorum cruribus impingas. id est, cur operam perdis in hoc homine tuis nequam artibus imbuendo et adversus hostes tuos armando, qui homo, tanquam ensis male cusus ad primum statim ictum retunditur et incurvatur atque mucrone hebetatur; non quod hebes et tardus, sed quod nequam est et prævaricator, teque perinde atque alios decipit. Grave verbum et exquisitum, cujusmodi multa sunt hujus orationis, ad quæ nauseant magistelli illi helluli et delicatuli, plus quam par est sapientes. melius sapiebant veteres.

— 18. τὸν ἐλαιοπάλην] sic distinguo: τὸν ἐλαιοπάλην Ἀγάθωνα (ταυτὶ γὰρ πρώην) [subaudi γέγονε vel συνέβη] vel potius sic est construendum: ζοῶν ὡς δέον [scil. ᾖ] στρεβλοῦν τὸν Ἀγάθωνα — ὡς ἠφίετε. cobæret ille accusativus Ἀγάθωνα cum ἠφίετε. Sententia est: obmutescebat Aristogiton tum, cum vos Agathonem absolveretis (commemorabo enim rem recentem). ille idem Aristogiton, qui clamitabat, insanieus, et omnia susque deque versans, oportere Agathonem tormentis subjici. obmutuit autem ideo, quod lucelli nescio quid accepisset.

— 22. ἀνασείσας] Citat h. l. Harpocr. v. ἀνασείειν. male tamen ille interpretans ἀπειλησάμενος. imo vero cum illam causam succussisset, h. e. movisset. Simile ductum de stragulis, quæ succutiuntur, agitantur.

— 25. σώζων] correxi σώσων. cætera hujus loci bene habent. Sententia est: ecquis jam erit, qui hunc talem servatum velit, sive ille malus est civis, sive frugi. nam utrique perinde inutilis et noxius est. Aut cur servatum eat?

— 26. ἢ διὰ τί] post ἢ διὰ τί tacita mente a lectore addi debet οὐδείς, quamquam ipsum verbum addi nil necesse sit. Obtinet hoc in omnibus linguis, ut interrogatio carens responsione relinquatur.

— ult. ὥσπερ] correxi ὡσπερανεί. Sed γεωργὸς reliqui, tametsi γεωργοῖς malim. Integra dictio hæc foret: ὡσπερανεί τις οἴηται δεῖν τοῖς γεωργοῖς ὑπάρχειν σπέρμα καὶ ῥίζαν. ut si quis necessarium existimet superesse rusticis, e superiori anno, et antequam proximi anni culturam capessant, semen et radicem rei cujuscunque seu serendæ, seu plantandæ.

785. 6. δὲ] malim γάρ.

— 7. εἶναι] non redundat, sed idem significat ac si dixisset: ἐπὶ τοιούτοις ἀδικήμασιν, ἃ ὁμολογεῖται ὅτι ἐστὶν ἀδικήματα.

— 18. σπαράττων] præstat alteri, quod a Tayl. commendatur ταράττων. ductum id a canicula, carunculam vellicante, et ejus aliquid morsu revellere conante, egregie convenit sycophantæ esurienti et rabioso, in obvios quosque temere incurrenti. quemadmodum Verres quoque suos comites, Siciliæ illos prædones, *canes* appellitabat, tribunal suum lambentes.

— 23. ὁμοῦ δισμύριοι πάντες] malim ὁμοῦ τι δισμύριοι οἱ πάντες. quod discrimen inter ὁμοῦ et μάλιστα statuit Taylorus, id nullum est.

— 25. ἤτοι] malim ἤ τι una litera minus.

— 27. τὸν βίον] correxi meo marte τῶν βίων. cuinam vitæ generi sit deditus. nam tametsi vitæ genus eum aliquod sectari haud infitior, genus tamen illud vitæ,

quod is sectatur, neque tolerabile est, neque honestum.

— ult. διατρίβει] *conterit mentem.* ut Plinius sæpe h. v. *conteror* usurpat.

786. 4. ἠρκὼς τὸ κέντρον] admirabilis elegantiæ comparatio sycophantæ ira et odio universi generis humani et sæva bile turgentis, a qua cum uratur, anxius et trepidus circumcursitat, quærens, in quem aut venenatum dentem imprimat, aut virulentam caudam conjiciat. Nobilis enimvero et exquisita imago. Næ, orationem hanc qui contemnunt, et pro chria ludimagistri alicujus, obscuritati suæ lumen clari nominis fraude literaria circumfundere laborantis, traducunt, quod factum a viris doctis indignor et ægerrime fero, aut immemores illi sunt sui, cœcoque impetu iudicii aufferuntur, mox, ubi resipuerit, se revocaturi, aut eloquentia, Græca inprimis, quæ sit produnt se ignorare. Sed e Dinarcho p. 106. 31. patet has orationes Lycurgi esse. Insunt huic gravissimæ orationi Hyperidis (est enim Hyperidis, de quo nullus dubito, gratulorque ejus memoriæ, ad nos monumentum unum hujus tanti ingenii, magnique id faciendum, injurias temporum evicisse) insunt igitur illi nervi fortes, insunt animi nobiles, insunt acres igniculi, inest color virilis roboris, unde Hyperidea agnosci testatur Dio Chrysostomus, hunc oratorem præ ipso Demosthene homini civili impensius commendans. in quo ille recte et ex animi mei sententia judicat. Erat profecto Hyperides, si totus hodie prostaret, cæteraque ejus his reliquiis germana fuerint, haud parum luminibus Demosthenis obstructurus. Nam ut subtilior sit Demosthenes, atque limatior, argumentorumque spicula fortioribus lacertis intorqueat, eaque crebiora et spissiora spargat; sæpe tamen illi ipsi mucrones, in acumen plus quam par est tenue extracti retundunt, et obscurantur illi ignes, exspirantque in sycophantica quadam vanitate et livore perspicuo. unde argumenta ejus quoque sæpenumero molesta, odiosa, importuna fiunt. Dictio illi minus est morata, et minus ad mores emendandos composita; nimis contra est exasciata, ut eo sæpe unicolor et infirma fiat, nimio studio sordes popularitatis vitandi. Hyperidis autem oratio mascula quadam viget eloquentia, cujus cum sunt argumenta valida et evidentia, tum sunt popularia et subpinguiora. gravitate sententiarum e penu philosophiæ repetitarum et opportune interpositarum mirifice delectat, sed et popularitate atque varietate imaginum et dictionum capit; quo de genere est aculeum exserens scorpius et sublatum cum minis circumferens; item συνδιαβαπτίζεσθαι et μοσχεύειν et τεταρίχευμένος, aliaque his similia, quæ qui φορτικὰ aiunt, parum abest, quin ego eos aiam desipere, et eloquentiæ naturam ignorare, pastos in umbra grammaticorum, qui cum per omnem ætatem nihil non minutum neque jejunum cogitarint, flagitare audent, ut nostrum et de oratione et de dictione judicium sordibus eorum accommodemus. Sed hæc hactenus, et obiter. Citat h. l. Harpocr. v. ἀργᾶς.

— 10. ἀνίδυτος] Citat idem v. ἀνίδυτος, sed male exponit. Est, cui nullæ sunt certæ fortunarum sedes.

— 19. ὡς] correxi ὥσπερ. Sed vel sic tamen affectus adhuc manet locus. Sententia postulat, ἢ ὅσωνπερ τοὺς εὐεργέτας. *majoribus ëtiam affectum honoribus, quam quibus dignos habuistis vestros benefactores.*

— 26. ἐχόντων] imo vero οὐκ ἐχόντων. *atrocia cum sint ejus facinora, imo vero, ut rectius dicam, tanta, ut atrociora excogitari nequeant.*

787. 14. Βωβίαν] correxi Ζωβίαν, quod tametsi aliquo modo, minus tamen, atque illud, a forma Græcorum nominum abhorret. et sic infra quoque p. 788. 5. appellatur. Cæteroquin nil moverem nomen barbaricum, quod originem mulierculæ videri possit indicare.

— 27. ἐξ μετοικίου] vitium hoc est typographicum, quod correxi τοῦ μετοικίου. de voce πωλητήριον dubito, quid significet, num locum, ubi venibant servi omnes, catasta, an locus, ubi inquilini venibant, qui æs neglexissent dependere, qua venia Athenis habitandi ab iis, qui cives non essent, redimebatur. an denique, quod nescio an sit verissimum, locus, ubi vectigal inquilinatus plus licentibus addicebatur. ad κείμενον subauditur παρὰ τῷ γραφεῖ, vel ἀποδέκτῃ, *ab exactore in tabulas accepti relatum.*

788. 1. τὴν γραφὴν] correxi τὴν ταφὴν, *mercedem sepulturæ.*

— 22. νεάλης] Citat h. l. Harpocr. v. νεάλης.

— 26. περὶ τὴν γεγονυῖαν] subaudi ἑαυτῷ.

— pen. ἑρευνᾶν ἢ ζητεῖν] verba duo postrema abesse malim, quæ scholium verbi ἑρευνᾶν esse videntur. et uncis inclusi.

789. 3. ποτοῦ] Citat h. l. Ammonius v. ποτὸς tanquam ex orat. in Androtionem.

— 6. ἐσθίων] malim ἀπεσθίων. v. p. 788. 25. et sic dedi de meo.

— 10. ἐκ τοῦ — στόματος] non cohæret τοῦ cum στόματος, sed idem est ac si dixisset: ἐκ στόματος τοῦ πεποιηκότος τοιαῦτα. *ex ore hominis, qui talia patravit.*

— 19. καταστήσετε] possit ferri ob præmissum καταστῆσαι v. 17. sed prætuli καταμίξετε.

— 22. καίτοι οὗτος ὤν] correxi καὶ τοιοῦτος ὤν.

— 27. ὡς ἀληθῶς] post ὡς ἀληθῶς videtur φίλτρου desiderari. nam alias illa verba

sunt supervacanea. postulatur vocabulum insigne et grave, quod rem animo altius infigat. a quonam philtro, hoc est, a quanam seu potione, seu alia quapiam machina mentem pervertente, et amorem non eliciente, sed extorquente, illa ejus erga vos voluntas exstiterit. nam profecto vim aliquam in hac tam incredibili et subitanea animi propensione versari solitum naturæ modum excedente, par est existimari.

790. 2. ἀποστασίου] non sat graves causas video, cur ἀποστασίου præferamus, auctoribus Valckenaerio ad Ammon. p. 19. et Wesseling. ad Petiti Leges Atticas p. 263.

— 11. ἣν] malim ᾗ in dativo, ut hæc sit constructio: ῥᾴδιος ἂν εἰδείην, τίς ἔστιν ὁ πιστεύων ταύτῃ τῇ εὐνοίᾳ, ᾗν ὑπισχνεῖται — nam ᾗ ὑπισχνεῖται idem est more Attico dictum atque ταύτῃ, ἣν — aut si ἣν servatur, tum erit v. 12. ταύτῃ πιστεύων legendum.

— 21. ἐπὶ τῷ πονηρότατον] malim ἐπὶ τῷ τὸν πονηρότατον.

— 22. τῶν ὑπαρχόντων] idem est ac si dixisset: τῶν ὑπαρχόντων νόμων μενόντων, καὶ τῆς ὑπαρχούσης πολιτείας μενούσης.

— 23. ἀπαλλαγὴ] correxi ἀπαλλαγῆναι. nam si substantivum hic voluisset usurpare, fuisset ei ἐστὶ dicendum, non ἔνι.

— 25. φησὶν] *ut ipsis ejus verbis utar.* male sollicitatur h. l. hoc verbum.

— ibid. ἐστὶν] uncis inclusi. non enim ἐστὶ subauditur, sed εἰμί. propterea quod ego sum impudens.

791. 11. ἡ σανὶς] ærariorum nomina antiquitus lignea, postmodum æenea in tabula insculpebantur, in æde Minervæ tantisper, donec luissent, deponenda.

— 14. μένῃ] correxi μενεῖ. Sed adhuc in ἔσται hæreo. videtur ejus loco leg. esse ἔστε vel ἕς τε, *donec.* et ejus scholium esse ἕως πεῤ. et totus locus ab oratore sic conceptus esse: εἰ δ' ἔτι ἐστὶ, καὶ, ἕς τε ἂν ἐκτίσῃ, καὶ μενεῖ. ubi postremum καὶ est *etiam.* et sic dedi de meo.

— 17. ἡ κρίσις, οὐδ' ὁ λόγος] istud est judicum, hoc oratorum.

— 24. ἐν ἀπογραφῇ] Citat h. l. Harpocr. v. ἀπογραφή.

792. 12. αὐτῷ ποιεῖ] correxi meo arbitratu αὐτὴν ποιεῖ. ut αὐτὴν ad τὴν πόλιν referatur. quæ [scil. mala] Aristogiton ei [reip. puta] affert, quæ vulnera ipsi imponit.

— 19. τούταν γιγνομένων] scabra hæc est oratio. nisi quædam desunt, quæ videntur, suspicor hæc duo verba e varia lectione reliqua mansisse nostris in libris. Fuit nempe, ni fallor, in aliis libris ταῦδ' ὁρᾶν, in aliis τούταν γιγνομένων. coaluerunt tum ambæ lectiones, et altera locum invasit minus opportunum. quicquid est, satius sit hæc duo τούταν γιγνομένων deleri.

— 23. μὴ ἔξεστιν] post μὴ ἔξεστιν desse videtur λέγειν, aut δημηγορεῖν, aut πολιτεύεσθαι, vel talis quispiam infinitivus.

— 24. ἔξεστιν, ἐκ] τούτοις, quod margo Lutet. dat, adderem, si idoneus esset auctor. verum vel absque eo tamen oratio sibi facile constet atque sit integra.

— ibid. ἐξῇ] post ἐξῇ videtur aliquis infinitivus desiderari, γράφειν v. c. leges et plebiscita ferre, vel ferendis adesse, aut λέγειν, pro conciune dicere, aut ἐπιτίμοις εἶναι, salvo jure civili et integro frui, vel πολιτεύεσθαι, vel tale quid.

793. 16. φάσεις] malim ἀλλὰ φάσεις.

— 21. ἀδελφός τις οὗτος αὐτῷ ὁ παρὼν, καὶ λαχὼν] malim verba sic distingui et strui: ἀδελφός. *est ipsi frater.* τίς οὗτος; *quis* vel *cujas ille?* responsio ὁ παρὼν αὐτῷ, *qui nunc ei advocatus præsto est,* ὁ καὶ λαχὼν [nam ni articulum addis, etiam καὶ erit inutile atque delendum], *idem ille, qui etiam olim aliquando diem ei dixit.*

794. 12. καὶ] delevi. Lambinus, qui accusativos hos mutatos nominativis mallet, non animadvertit præcessisse ἔχων.

— 22. ταῦτα γεωργεῖ] malim καὶ γὰρ ταῦτα γεωργεῖ. aut ταῦτα γὰρ γεωργεῖ. *hic enim ei est fundus, quem excolit, hæc negotiatio, qua exercenda quæstum facit.*

— 23. παμπόνηρος] bene habet hic locus, tametsi acriter oppugnatus. Sententia hæc est: homo, qui vulgo ὁ παμπόνηρος appellatur, modis omnibus nequam, ὁ τρισκατάρατος, ter diris devotus, dignusque qui diris ter devoveatur, hostis, vulgo sic dictus, publicus, cui est animus erga omnes malevolus, acerbus, infestus; cui omnes nolunt terram, neque fructus et annonas superstiti proferre, neque locum sepulturæ defuncto dare; qualem illum esse, hoc est, quibus moribus præditum, vobis, Athenienses, par esse videtur, quo nomina ista tam præclara jure mereat? Nonne vobis videtur ille hæc nomina merere, qui huic moribus sit similis.

795. 3. τούτους ὑμᾶν] Sententia postulat post τούτους addi μέν. nescio, an etiam post ἐφ' οἷς. v. 2. addi debeat τοίνυν.

— 8. παρῆν] scil. τοῖς δικασταῖς, versabatur in judiciis, spectandamque se dabat.

— 21. παντὶ] malim τῷ παντί.

— 27. ἐστὶ] non damno. melius tamen conveniat ἐστέ. *neque enim vos estis ærarii, (absit) neque mihi vos esse videmini.* et hoc dedi de meo.

— ult. ἐν τούτοις] in hac judicium circumstante turba. ore manuque orator eos demonstrabat hæc verba pronuncians, vel potius inter hos, nulla sua culpa, sed ex mera humanitate et benevolentia, ærarios factos.

— ibid. ὑπὲρ τούτου] hujus sui amici, aut necessarii causa, vel gratia.

— ibid. τοῦτον] hunc Aristogitonem. ὡς hic loci idem atque ὅτι significat.

797. 4. ὥσπερ] correxi ὥστε, τὸ τῆς παροιμίας. *ut, quomodo vulgari proverbio dicitur, videntes nil videant, et audientes nil audiant.*

— 6. ὥστ' εἶναι φανεροὶ καὶ φυλαττόμενοι, καὶ αἰσχυνόμενοι] primum καὶ addidi. *ut moribus suis prodant, se cum cavere, tum pudere.* cavere, ne deprehendantur in aliqua re, quæ vitio ipsis vertatur; pudere, cum deprehensi fuerint.

— 14. οὐ πρύτανις, οὐ κήρυξ] videntur hæc membra transponenda, οὐ κήρυξ, οὐ πρύτανις. ascendit enim ab inferioribus dignitate ad superiores. a præcone transit ad senatorem, ab hoc ad principem senatus, postremo loco cunctum collegium senatorium complectitur.

— 17. τουτονὶ δὲ ταῦτα ποιεῖν εἴπῃ] secundam vocem addidi. verba illa τουτονὶ δὲ ταῦτα ποιεῖν sunt materialiter accipienda, pro fictitia oratione civis alicujus Atheniensis antiquis moribus, indignantis, Aristogitonem ita in remp. grassari, et sic stomachantis: *Itane vero? istumne istæc designare?* subaudi ἐάσομεν, *sinemus?* aut ἀνεκτόν ἐστι, *tolerandum est?* aut ἐξέσται, *licebit?* aut οὐκ ἀνάξιόν ἐστι, *non indignum est?* aut tale quid. cui alius aliquis, homo paulo improbior, flagitiis Aristogitoni similis, et culpa cognatus, occurrit. *quid tu tibi vis, mi homo? non iste et iste item ærarius est?* quibus cum verbis una nominat hunc vel illum, inimicum sibi, studio, sed illo paulo incautiore, de amicis et necessariis bene merendi ærarium factum.

— 19. φησιν, ὀφείλει] recte habet φησὶν, in constructione cum ἕκαστος copulandum. Taylorus loci hujus sententiam non est consecutus, et tamen in bonum Wolfium invehitur. quod eum profecto non decebat, qui nihilo meliora, quam is, quem reprehendit, et vel pejora etiam afferret. Mihi quidem Wolfii memoria sancta est, et esse debet omnibus, quotquot amant Demosthenem, de quo ille est immortaliter meritus. tametsi cæteroquin Taylori merita de nostro, nescio an Wolfianis multo inferiora, cum agnosco, qua par est, tom gratus iis utor. Reddam hujus loci sententiam paulo liberius: si contingat, ut vestrum aliquis ab insolentia et audacia Aristogitonis commotus in ejusmodi orationem stomachi plenam erumpat: Itane vero, nos patiemur hunc tanta facinora perpetrare? tum occurret alius atque alius ei sic: Non item iste et iste debet ærario? et tum nominat unusquisque eorum, qui hac oratione utuntur, aliquem sibi inimicum.

— ibid. εἰπὼν] correxi ὑπειπὼν, quod hic loci significat, *addens jam dictis.*

— 24. παράδειγμα] bene habet. *exemplum, documentum,* unde cognoscatur, quomodo in causa quaque dubia et controversa decernendum, pronunciandum, agendum sit, et quod pœnarum genus in sontes statuendum.

— 25. ἐκ τῶν νόμων] scil. *repetitum.*

798. 7. τάς τε συμφορὰς] correxi τάς γε συμφοράς. quod γε foret necessarium tamen, etiamsi verba καὶ τὰς τιμωρίας e margine addantur.

— 13. αἰτιᾶσθαι, λέγειν, διαβάλλειν, ἄγειν, βλασφημεῖν] minus sana hæc videntur. quid enim sibi volunt λέγειν et ἄγειν in hoc flagitiorum consortio? Suspicor ἄγειν natum e λέγειν, et fuisse in codd. quibusdam, non αἰτιᾶσθαι, quod est in nostris, sed αἰτίας λέγειν. deleantur itaque ista duo vocabulo per me licet. et ἄγειν quidem jam uncis inclusi.

— 21. ἀνίατον, ὦ ἄνδρες] correxi ἀνίατον, ἀνίατον, ἄνδρες — acrem et vehementem gravemque reddit orationem, cum iteratio ejusdem verbi gravissimi, tum omisso exclamationis ὦ.

— 24. ἀπέκαυσαν] malim ἐπέκαυσαν. nam de ambustione artuum, quæ fit a medicis, non ἀποκαίειν usurpatur, quod meminerim, sed ἐπικαίειν.

799. 23. ποίοις προσώποις, ἢ τίσιν ὀφθαλμοῖς] tria postrema verba videntur, aut e varia lectione, aut e scholio irrepsisse.

800. 1. εὔξεται] malim εὔξεσθε. nam id postulat præmissum ἀναβαίνοντες.

— 9. ἀλλ' οὐκ αὐτὸς καταψηφίσασθαι] correxi postremam vocem, et pro ea ἀποψηφίσασθαι substitui. vulgata si servetur, necesse foret legi: ἀλλ' οὐκ αὐτὸς φήσων καταψηφίσασθαι. ecquis non multo magis esset affirmaturus, Aristogitonem a se esse condemnatum. Sed præstat id, quod reposui; *sed* [scil. φήσετε, id quod e superioribus tacite debet repeti] *dicetis singuli quique vos,* a vobis eum non esse absolutum. unusquisque vestrum seorsim et viritim interrogatus negabit Aristogitonem a se esse absolutum. Possit quoque varians lectio e margine codicis Bav. adscisci γε. ἕκαστος φήσει ἀποψηφίσασθαι.

— 10. καταρᾶσθαι] hoc si servetur, necesse sit ἀνάγκη addi. οὐκοῦν ἀνάγκη καταρᾶσθαι. *ergo necesse vobis erit diras in eos pronunciare, si qui Aristogitonem absolverint.* Sed correxi καταράσεσθε, quod ad sententiam idem est.

— 12. οὗτος] scil. ὁ ἀποψηφισάμενος. *se non esse eum, qui Aristogitonem absolverit.*

# AD ORATIONEM SECUNDAM CONTRA ARISTOGITONEM.

801. 4. καὶ βλάπτεσθαι] Tayl. malit καὶ μάλιστα βλάπτεσθαι. quod facile ferrem, et reciperem etiam, si codices darent; omnino tamen necessarium non putem esse.

— 7. ὑπὲρ] malim abesse.

— 9. ὑπὲρ τῶν κοινῶν] subaud. συμφερόντων.

— 10. τῆς τούτων κακίας] verba hæc absunt a multis codicibus, et facile possunt. Sed subaudiendum tum sit τούτου. *fructus hujus rei* [noxiæ puta indulgentiæ] *necessario ferant omnes hac civitate fruentes.*

— 14. ἤνεγκεν] perinde est, sive τοῦτο subaudiatur, redeunte ad præmissum τι oratione, sive οὗτος subaudiatur, ὁ ναύτης.

— 22. τοῖς μὲν — ] immerito locus hic nescio cujus ἀκυρολογίας fuit accusatus, et pro mendoso traductus et exagitatus. Sententia hæc est: Existimabat enim Solon temporis moram nil officere, quo minus judices, etiam aliquanto tempore post, factas privatis injurias exsequerentur, et vim passis jus æquum redderent. nullo autem modo fieri posse, ut judices otium facerent illis, si qui majestatem populi læssissent. λαμβάνει τῷ ἀδικουμένῳ τὸ δίκαιον judex injuriam vindicans.

— 24. τοῖς δ'] correxi meo periculo τοὺς δ' — in accusativo. quod idem est ac si dixisset: οὐκ εἶναι δὲ τὸ περιμένειν τούτους. non esse, vel negatum esse, ut judices bos opperiantur. Dicunt Græci de judicibus, eos περιμένειν τοὺς ἀδικοῦντας, subaudi ἕως δίκην δῶσι, cum criminosis moram indulgent, neque cita animadversione eos insectantur.

— ibid. τὸ ἐκδικούμενον] uncis inclusi. videtur in libris quibusdam Demosth. fuisse sic: — περιμεῖναι. τὸ γὰρ ἐκδικούμενον οὐχ ὑπέστα — in aliis :—περιμεῖναι. τὸ γὰρ τιμωρησόμενον οὐχ ὑπέστα. Bene habet οὐχ ὑπέστα. Sæpe solent oratores ab obliqua oratione ad rectam transire, præsertim in ejusmodi structura, atque hæc est. οὐχ ὑπέστα pro οὐχ ὑπέστεσθαι. ubi subauditur. *Sic cogitabat Solon secum.* alii codices aliter, sed non melius, dant, e varia, ni fallor, lectione.

802. 2. τούτοις] idem est atque τούτῳ. *huic rei*, scil. τῇ ὑμετέρᾳ καταγνώσει, *vestræ condemnationi immanentes.* τούτοις, quod pæne oblitus eram admonere, correctius dedi, pro vulgato vitioso τούτους.

— 8. ἐμμένοντες] uncis inclusi. bene Græce dicitur στέργειν τινὶ, *in aliqua re acquiescere*, eam boni et æqui habere.

— 16. μετατεθέντα] correxi μεταστάντα. quod etiam Valkenaer. ad Herodot. p. 637. vulgatæ præfert.

— 20. ὃ] id est, δι' ὃ, *quapropter.* Sic passim occurrit ὃ usurpatum. Verumtamen non video, quæ sit ejus vis hic loci. melius conveniret ἤ vel ἤ.

— 22. δωρεᾶς] v. p. 801. 7. et 806. 11.

803. 7. τὸ δύνασθαι] reperio in libris meis. malim tamen aut τῷ δ. quod Wolf dedit, sua, ni fallor, auctoritate, aut ἐς τὸ δύνασθαι. tametsi non ignoro in vulgata posse κατὰ vel ἐς subaudiri, et vulgatam optimo jure et facillimo modo defendi.

— 12. αὐτᾶν] malim αὐτὴν, *semetipsam.*

— 14. ἐφ' οἷς] illis in causis, in quibus lex statuit, ut ei, qui causa ceciderit, no quintam quidem suffragiorum partem adeptus, in posterum ne liceat actione publica aliquem insectari.

805. 5. ὑπὲρ] abesse malim.

804. 15. τούταν] alii dant τοῦτον. nil referre arbitror. αἱρεῖν τινὰ τινὸς, subaudi ἕνεκα, vel δίκῃ, vel γραφῇ, est, actione criminis aliquem capere, id est condemnare, in causa esse judicibus, ut eum condemnent. *ecquem enim, a se accusatum, peregit, in judicium productum,* h. e. *coram judicibus, eorum criminum, quorum ipsum incusabat?*

— 17. καὶ γὰρ ταῦθ' οὕτω σκαιὸς — ] in aliis est καὶ γὰρ παρὰ ταῦθ' οὕτω σκ. sine dubio leg. καὶ γὰρ περὶ ταῦθ' οὕτω σκ. sæpissime παρὰ et περὶ in libris inter se permutantur; id quod ex eo fit, quod ambæ præpositiones eadem sigla exarantur. quod admonere necesse nobis iterum jam atque iterum fuit.

— 21. τοῖς καιροῖς ἐναντιοῦται] subaudi τοῖς τῇ πόλει συμφέρουσιν, ἑτοίμοις ὑπάρχουσιν. *præsentibus opportunitatibus bene de vobis merendi.*

— 25. ἀκολουθεῖν] minus probo codices illos, qui ἀκολουθεῖν omittunt. differre videntur ἀκολουθεῖν et ἐπακολουθεῖν. hoc est servi, illud amici. servus pone insequitur e vestigio, ἐπακολουθεῖ, nil agit, nisi quod cernit herum velle, inservit ejus libidini. sed amicus ἀκολουθεῖ, euntem amicam prosequitur, consilio regit.

— ult. ταῦτα] correxi ταὐτὰ, *eadem.* Sed ante ποιεῖν p. 806. 1. deesse videtur ὑμᾶς. dictio ἐλέγχει τὰ ἀπόῤῥητα τῆς πολιτείας significat, nudum reip. latus aperit, denudat ejus vulnera, cogitque eam, morbos clandestinos, quos illa adhucdum decenter sapienterque celaverat, prodere. Est autem in morbis reip. vel gravissimis inconstantia decretorum.

806. 2. διασπᾶσθαι] alii dant διαβοᾶσθαι. quid si ex his duabus lectionibus unam

conflemus, διασπᾶσθαι βοῶντα. *rumpi clamando.* dictio τὰ λεγόμενα v. 3. potest gemino modo accipi, aut, *ut vulgari proverbio dici solet*, quamquam, hoc si voluisset orator, dicturus potius videtur fuisse τὸ λεγόμενον, in singulari) aut, quod malim, *si vera de Aristogitonis maledicentia narrant.*

— 7. εἰ δ' οὖν τις ὑμῶν] correxi εἰ δ' οὖν ταῦτά τισιν ὑμῶν — *quod si autem hæc vestrum quibusdam tamen arrident. hæc*, quæ agit Aristogiton, furiosa ejus libido calumniandi omnes et in omnes debacchandi.

807. 5. φασὶν ἔνιοί τινες] poterat alterutrum sufficere. neque solet orator ambo conjungere. et inclusi τινες uncis.

— 9. τούτων] dedi τούτους. tametsi vulgari quoque probari possit, hoc sensu : *ex horum numero illos, qui vos a se amari aiunt.* Sed præstat nostra lectio.

— 12. πολλῶν] malim πολλά. et sic dedi de meo. præsertim eorum nemini, qui videri volunt, multum in rep. scribendis decretis et habendis concionibus valere. qui speciem magnam ingentis in rep. auctoritatis et exquisitæ prudentiæ civilis præ se ferant. τῶν bene habet, quod Lamb. ejiciendum videbatur. aptum quippe e v. μηδενὶ v. 11.

808. 1. τοὺς δὲ ὄντας εἰς] correxi τοὺς δὲ τοὺς ὄντας νόμους εἰς — primum τοὺς referendum est ad ἄγοντας, posterius ad νόμους.

— 6. διὰ τῆς παρανομίας] videtur aut διὰ τὴν παρανομίαν, aut ἐκ τῆς παρανομίας leg. esse.

I. I. REISKII

ANNOTATA

AD

# ORATIONES TUTELARES.

# AD ORATIONEM PRIMAM CONTRA APHOBUM.

813. 3. ἐπιτρέπειν] Citat h. l. Harpocrat. v. ἐπιτροπή.

— 12. παρασκευάσασθαι] sine causa displicuit Lambino. (Demosthenem scil. et Græcos oratores ille non triverat) verbum hoc huic loco, si quod maxime, convenit, et eo significatu, quo hic loci, ab oratoribus Atticis imprimis, frequentatur. dicitur nimirum ille παρεσκευάσθαι, qui pecunia, precibus, gratia præsidium et opes adversus jura civilia, amicis, advocatis conscribendis, judicibus corrumpendis, comparavit, quibus munitus et fretus ad causam suam dicendam fidens atque securus accedat.

— 17. παρ' ὑμῖν] *apud vos*, in judicio vestro. alii dant παρ' ὑμᾶν, *a vobis*. nil referre existimo.

814. 1. διενεγκεῖν] volunt ἐνεγκεῖν simplex præstare, mihi secus videtur. omnes omnium judiciorum judices διήνεγκον τὰς ψήφους, differebant suffragia, alii in alias partes, hi in absolventem capsam conjicientes, alii in condemnantem.

— 18. κἀκεῖνῳ] redit ad proximum, Therippidem.

— 23. αὐτῷ δὲ τούτῳ] huic Aphobo, in quem actio tota invehitur. ad τὴν μητέρα addidi τὴν ἡμετέραν. e qua nos nati sumus, ego et soror.

— 24. τὴν οἰκίαν] correxi meo arbitratu τῇ οἰκίᾳ, scil. χρῆσθαι, quod statim sequitur. *dedit ei hoc, ut domo mea et supellectili domestica tantisper uteretur*. aliud est διδόναι τινὶ οἰκίαν, *domum alicui donare*, in quo jus proprietatis ad alium transfertur, aliud διδόναι τινὶ χρῆσθαι οἰκίᾳ, *alicui usum domus solummodo concedere*. nunquam Demosthenes pater Aphobo domum donavit, sed indulsit tantummodo usum fructum, et paulo post dicitur quoque Aphobus domum Demostheni filio, puberi facto, reddidisse.

815. 3. τὴν οἰκίαν δὲ καὶ ἀνδραπόδια τετταρα καὶ δέκα] domum et 14 mancipia non esse nisi 40 minis æstimata, per est incredibile. Ipse Demosthenes p. 819. 6. domum triginta minis æstimat, et servile quodque caput, tametsi vilissimum, ternis minis. p. 820. 24. unde summa 42. minarum exsistit. adde triginta minas parati æris, et alias triginta minas, pretium domus. Sunt minæ centum et duæ. non capio has rationes. quamquam novi Demosthenem solere causam et pretia rerum, prout expedit, et causæ inservit, aut attollere, aut deprimere.

— 7. τοῦτ' ἐστιν] quod scilicet hæreditatem 14 talentorum, quæ decennio, rite administrata, et fœnori collocata, potuerat duplo augeri, interverterint, neque de tantis opibus reddiderint, nisi unum talentum, cum decem minis.

— 10. συμμορίαν] Citat h. l. Harpocr. v. συμμορία.

— 13. τιμητὰ] correxi τιμήματα. vulgatum enim usitatum non est, tametsi cæteroquin facile locum hic tueatur et conveniat. Sunt enim τὰ τιμητὰ, ea, quæ censentur, quorum causa certus quidam census dependitur, ut agri, villæ, domus. Sed idem quoque significat voc. τίμημα. tametsi etiam censum seu pecuniam significat eam, quæ pro illis rebus ærario dependitur.

— 17. οὐδένες] ad οὐδένες malim τὰ οὐδένων addi. *neminem fuisse omnium, quotquot unquam tutores quorumcunque tandem fuere, qui ejus bona, cui esset tutor datus, turpius diripuerit, quam hi homines nostra bona diripuerunt.*

— pen. καὶ ἐκ τούτων] subaudi καὶ μόνων. *ex his vel solis*. etiamsi alia argumenta deficerent.

816. 1. τίμημα] Citat h. l. Harpocr. v. τίμημα. in vicenas quinas quasque minas dabant opulentissimi quique (pauperiores enim videntur minoris æstimati fuisse) drachmas quingentenas; seu, quod idem est, de drachmis quibusque 2500 dependebant drachmas 500. seu quintum nummum, ut nos usurpamus, de quinis quibusque talentis talenta singula.

— 6. τρεῖς, ἀνὰ] correxi τρεῖς, τοὺς μὲν ἀνὰ — Sententia est: officinæ, in qua gladii cuderentur, operas omnino fuisse triginta duos aut tres; et horum alios quinis senisve minis venisse, alios ternis. Sed neminem minus, quam ternis.

— 12. δεδανεισμένου] correxi δεδανεισμένον. duo vocabula εἰς τάλαντον, *ferme talentum*, pro uno quasi vocabulo habentur. Sententia est: reliquit pater paratæ pecuniæ talentum, propemodum (vel circiter), sed id fœnori elocatum ita, ut de singulis minis drachmæ singulæ in mensem dependerentur. mirifice locum hunc exposuit Palmerius Exercitat. p. 636.

— 16. πεντακισχίλια] correxi πεντακισχίλιαι, scil. δραχμαί. hoc est talentum minus decem minis.

— 13. ὧν] correxi ὅν. *quod* (ebur puta) *consumebant in elaborando*. nostri *verarbeiten* [*to manufacture*] dicunt.

— ibid. κηκίδα] Citat h. l. Harp. v.

κῶμις. circumflexum enim in penultima editiones hujus Lexici exhibent.

— 24. *μυρίας*] Lalamantius, teste Wolf. suspicabatur leg. esse *χιλίας*. Sed bene habet vulgata. Cui credibile sit, tam copiosam supellectilem, vestem, mundum, vasa tricliniaria, domus perlocupletis, non fuisse majoris, quam sexta talenti parte æstimata. Sola vestis mulieris, cui fortunæ perquam modicæ essent, decem minis, seu mille drachmis, æstimatur in oratione in Spudiam. Præterea si mille drachmas pro decies mille, seu minas decem, pro centum minis, poneres, summa quindecim talentorum non coalesceret, quorum censum Demosthenes ait tria talenta dependisse, seu quintam totius summæ partem. Ponamus summas singulas et computemus.

4 talenta, 50 minæ *ἀρχαίου κεφαλαίου*. (v. 15.)
50 minæ annui reditus. Ibid.
1 talent. 20 minæ ebur, ferrum, ligna in lectos.
1 talent. 10 minæ galla et æs.
30 minæ domus.
1 talent. 40 minæ supellex domestica, vasa, vestis, mundus muliebris.
1 talent. 20 minæ argenti præsentis.
1 talent. 10 minæ argenti fœnore nautico crediti.
24 minæ in mensa Pasionis.
6 minæ in mensa Pyladis.
16 minæ apud Demomelem.
1 talentum conflatum e summis minutis diversis mutuo datis.

Summa conficit 14 talenta cum 36 minis. Ecquis probet denique, solam gallam et æs septem drachmarum millibus æstimari, tantam copiam vestis, supellectilis, vasa tot aurea et argentea, mundum denique matronæ divitis, non nisi mille drachmis? Abhorret hoc. Ipse Demosthenes p. 817. 23. vasa argentea sola cum mundo matris æstimat 5000 drachmis. ergo reliqua tantidem fuisse minus credemus?

— 26. *ἔκδοσιν*] Citat h. l. Harpocr. v. *ἔκδοσις*.

817. 2. *διακεχρημένον*] Citat h. l. Harpocrat. v. *διακεχρημένον*.

— 3. *ὀκτὼ τάλαντα*] octo talenta cum dimidio. calculus non bene subductus. Confiunt enim e superioribus summis 8 talenta et 56 minæ, h. e. novem talenta, minus quatuor minis, demtis scil. duobus articulis, qui primi sunt in tabula superius posita. ergone pro *τριάκοντα* leg. est *πεντήκοντα*?

— 4. *συμπάντων*] subaudi *τὸ κεφάλαιον*, e præmissis.

— 14. *καὶ ἐγὼ οἶδα*] Augustanus dat *καὶ ἔγωγ' οἶδα*. melius conveniret *καὶ ἐγὼ δ' οἶδα*. dedi tamen illud, quia codicis boni auctoritate nititur.

— 18. *καὶ περὶ τῶν ἄλλων*] subaudi a communi *ἐπιδείξω*. Sed an etiam bene Græce dicitur *ἐπιδεικνύναι περί τινος*? an deest potius *διέξειμι*? videtur hoc probabilius. nisi volumus *ποιήσομαι τοὺς λόγους* e v. 15. repetere, sed hoc longiuscule arcessitum.

818. 19. *ἀπογράψας*] paulo ante p. 817. pen. *ἀπεγράψατο* dixerat. ego vero nil interesse h. l. quidem existimo. v. p. 828. 15.

819. 2. *τὸ ἀρχαῖον*] appellat dotem matris, 80 minas.

— ibid. *τὸ τῶν δώδεκα ἐτῶν*] correxi *τὸ ἔργον τῶν δώδεκα ἐτῶν*. codex Aug. dat *δέκα*, sed vitiose, id quod ex computo apparet. octoginta minæ dant in mensem, si usura est drachmalis, 80 drachmas. Demosthenes enim drachmalem solummodo ponit. Hæc octoginta drachmæ duodecies iteratæ dant in annum 960 drachmas. Hæc 960 drachmæ rursus duodecies iteratæ efficiunt usuram duodecennem, 11520 drachmarum, hoc est unum talentum, 55 minas, cum 20 drachmis. quæ addes summæ superiori, uni talento cum 20 minis. habebis 3 talenta, cum 15 minis, et 20 drachmis. Sed decenni usura non conficeret nisi 2 talenta, 40 minas, 35 drachmas. Attamen Aphobus non plus, quam decennio, tutelam gessit, et p. 820. 6. duo tantum, et v. 20. octo annos numerat. qui conficiunt decem. Biennio, postquam defuncti tutores tutela essent, dixit iis orator diem. Sed illius quoque biennii usuras ei debebant, quod nihil ei reddidissent eorum omnium, quæ ipsorum fidei commissa fuerant.

— 6. *τοῦ ἐργαστηρίου*] fabrorum puta gladios cudentium. v. p. 816. 5.

— 9. *ἀπάντων*] correxi *ἀπ' αὐτῶν*. exspectes *ἀπ' αὐτοῦ*. nam de una tantum officina loquitur. Sed accommodavit orator orationem *πρὸς τὸ νοούμενον*, rei, quam mente agitabat, scil. *τῶν ἀνδραπόδων τῶν ἐν τῷ ἐργαστηρίῳ ἐργαζομένων*. v. ad v. 6.

— ibid. *τούτων*] redit ad tutores Demosthenis.

— 18. *τούτων*] cum præmisisset *ἐργαστήριον*, tamen *τούτων* subjicit. Scilicet *ἐργαστήριον* est grex operarum in officina quadam rei cuidam parandæ operantium. ergo recte *τούτων* usurpat, scil. *τῶν ἐργατῶν*.

— 19. *αὐτὰ*] scil. *τὰ ἀνδράποδα καὶ τὰ αὐτῶν ἔργα*.

— 22. *ἀργὸν φῇ γενέσθαι*] scil. *τὸ ἐργαστήριον*.

— ult. *ἐκείνῳ*] Therippidi puta.

820. 3. *ἔργα*] hoc versu, item v. 7. sunt res ab illis operis elaboratæ, ut cultri, gladii.

— 14. *ἐκεῖνος*] Milyas.

— 15. οὗτος] Aphobus.

— 17. αὐτὰς] correxi αὐτοῖς, *illis*, judicibus puta.

— 21. ἄλλας ὁμοῦ τριάκοντα μνᾶς] triginta minarum usura drachmalis annua conficit 360 drachmas. Hæc octies iterata conficit 3040 drachmas, seu triginta minas cum excessu 40 drachmarum. unde constat ὁμοῦ significare *circiter, præterpropter*, cum pauculo quodam aut defectu, aut excessu. non semper exacte summam positam æquat, neque semper infra eam subsidit, quod sunt qui opinati sint, sed etiam ultra summam datam assurgit.

— 23. τέτταρα τάλαντα] imo vero 4 talenta, cum 16 minis. Ponamus calculos. Summa superius computata. 3 talenta, 15 minæ, 20 drachm. annuus reditus officinæ per biennium perceptus, 30 minæ, 40 dr. usura octennis harum triginta minarum 30 minæ, 40 drachm. Conflunt 4 talenta, 16 minæ.

— 24. σὺν τοῖς ἀρχαίοις] vult dicere, usuras cum capite; ut dotem matris cum usuris; item triginta minas reditus annui ex officina percepti, cum usuris per octennium.

821. 6. ἔνδεκα ἔτεσιν] correxi ἐν δέκα ἔτεσιν. tribus vocabulis. planius tamen dixisset ἐν τοῖς δέκα ἔτεσιν, ut p. 824. ult.

— 11. καινότατον] correxi κενώτατον, *vanissimum*.

— 12. ὁ ὑποθεὶς] Mœriades est. v. p. 822. 2.

— 13. ἐράνους] collationes multas omisit dependere, ex eo genere collationum, quæ publico ærario conferebantur necessario a civibus singulis ad sublevanda onera reip. ut e. c. ad alendos exercitus.

— 17. ἢ πρός τινα δίκην ἤττ. π. αὐτῶν] *aut adversus quem causa ceciderint super his*, operis puta, seu mancipiis.

— 20. οἷς οὐδὲν προσήκει φροντίζειν] correxi ἧς οὐδὲν προσῆκε φρ. prius quidem, ἧς puta, e libris, hoc vero, προσῆκε, ex ingenio meo. cujus [nequitiæ puta, πονηρίας] rationem nullam, seu quam improbitatem hominis flocci non facere eos oportebat. Sed et vulgata sensum dat haud absurdum. elevat auctoritatem testium, quos negat quicquam curasse, quid testati fuerint, verum an falsum, quia tam viles et pauperes et leves fuissent, ut pœnarum nihil ipsis esset de falso testimonio perhibito timendum.

— 22. αὐτῶν] si bene habet, significat: nihil erant prætermissuri eorum omnium, quæ in ejusmodi causis a tutoribus fidis et cordatis fieri solent. Sed vereor, ne hæc sententia verbis minus inesse queat. num leg. οὐδὲν ἂν τῶν δεόντων παρέλειπον. nisi volumus οὐδέν' cum apostropho exarare. eorum, qui servos abduxissent, aut abducere voluissent, neminem reliquissent, quem non essent jure persecuti. Venit id in mentem Wolfio quoque.

823. 2. τοῦτο] correxi τοῦτον meo marte. redit enim ad σίδηρον et ἐλέφαντα, quæ sunt masculina. poterat quoque e libris adsciscі ταῦτα.

— 11. τὸ δὲ μαχαιροποιῶν] correxi τὸ δὲ μαχαιροποιεῖον. nam vulgata si servetur, saltim esset τὸ δὲ τῶν μαχαιροποιῶν.

— 21. ἀπεδίδοτο] correxi ἀπεδίδοντο, in plurali. pater meus, dum adhuc superesset, harum mercium haud parum vendebat, Demophon item, et hic Aphobus, post patris excessum.

824. 3. ἔργον] dubium est, quid hic significet, quæstummne usurarium, an opera ex ebore elaborata.

— 8. ἐκ τῶν ἐμῶν ἔχοντας] novum init computum, quæstus illius, quem tres tutores ex officinis et nummis præsentibus Demostheni a patre relictis per decennium fecerant, non, ut superior computus, ex calculo Demosthenis, sed ex ipsorum tutorum laterculo, quem judicibus exhibuerant, confectum.

— 10. χωρὶς τούτων] hoc τούτων non cum proximo insequente πλείω, sed cum proximo superiori χωρὶς est copulandum. Sententia est: Aio ex ipsorum tutorum rationibus constare, illos mihi plus, quam octo talenta, debere, etiam post deductos, quos in me alendum fecerunt, sumtus, quos sumtus ego majoris etiam, atque illi ipsi, æstimo, et deductis item illis, quæ mihi reddiderunt.

— 18. τοῦτο] correxi τούτου, scil. τοῦ ἀργυρίου.

— 22. ὀκτὼ τάλαντα — καὶ χιλίας] non congruunt rationes meæ Demosthenicis. ponit tutores tulisse

talenta quinque cum duodecim minis, tum

quatuor talenta cum pauco defectu, detrahamus duodecim illas minas, quo quatuor hæc talenta integrentur. erunt ergo novem integra talenta. Adde horum quatuor talentorum usuras decennes. Quatuor talenta usuram ferunt annuam 28 minas, cum 80 drachmis. per decennium 288 minas, et 800 drachmas. hoc est 4 talenta, 56 minas. erit ergo summa 13 talentorum et 56 minarum.

— ibid. πρόσθηται] correxi προσθῆτε. *si apponatis*.

— 24. τροφὴν] alimenta Demostheni, et sorori, et matri præbita.

— 27. εἰς ταῦτα] hoc titulo, hoc nomine.

— pen. τοῦτο] scil. τὸ ἀργύριον.

825. 2. τούτῳ] scil. τῷ ἀργυρίῳ. hoc ære, hac summa, plus largior illis, quam ipsi in rationes intulerunt. septem minis puta.

— 5. προστεθέντος] correxi προσόντος. et excessu decem minarum.

— 10. ἀφέληται] correxi ἀφέλητε, in activo. v. p. 824. 22.

— 26. τρία τάλαντα καὶ χιλίας] usura hæc est sesquidrachmalis. sed vel sic quoque non satis constat ratio. Nam 108 minæ faciunt ad usuram novenorum obolorum, 162 drachmas per mensem, et 1944 per annum. ergo per decennium 19440. hoc est talenta tria, 14 minus, et 40 drachmas. Ergo quatuor minas, cum 40 drachmis plus, quam Demosthenes posuit. Sed videtur orator sæpenumero excessuum et defectuum non diligentissimam habuisse rationem, sed summas rotundas posuisse.

826. 5. κλέπτουσι] κλέπτει aliquis, quæ ipsi sibi servat; κακουργεῖ, quæ sinit alium furari.

— 11. μισθώσαντο] correxi meo arbitratu, μισθώσουσι, *elocarent*. v. v. 27. poteram τὸ ad insequens νῦν referre, ut esset τὸ νῦν δέ. malui tamen τὸ plane tollere, quia Demosthenes mavult in ejusmodi locis νῦν simplex, quam τὸ νῦν, usurpare.

— 17. ὥσπερ οὐκ ἐξ αὐτοῦ τ. π.] particulam infitiantem addidi e libris, quos antequam inspicerem, ratiocinii nexus me docuerat eam ipsam addendam esse, sed non sine ἀν, ut sit ὥσπερ οὐκ ἀν αὐτοῦ τ. π.

— 18. μαρτυρίας ὡς ἀπεκρίναντο] correxi μαρτυρίας [subaudi τούτων], ὧν ἐναντίον ἀπεκρίναντο. *testimonia eorum, coram quibus hi* [tutores] *interroguti responderunt.*

— 21. οὗτος] Therippides puta.

— ult. μαρτυρίαν] correxi ἀπόκρισιν. Quamquam enim hæc ἀπόκρισις æquivalebat testimonio, et statim quoque μαρτυρία appellatur, tamen erat, si verum volumus, responsio ad interrogata a Demosthene coram testibus.

827. 2. οὗτος] Aphobus puta.

— 4. ἐκεῖνος] Therippides.

— 6. οὐχ ὁμολογῆσαι δ' αὐτὸς] bene videtur habere, et hæc esse sententia: scripta quidem illa in tabulis esse fatetur Aphobus, se autem negat illis assensum esse. h. e. non recepisse hæreditatem aditorum illis scriptis conditionibus. v. p. 840. 3.

— 9. τὸ μισθοῦν] id est, τὴν πρόσταξιν τοῦ μισθοῦν. recusat declarare, aut in lucem proferre, scriptum in tabulis testamentum mandatum de domo elocanda.

— 12. ἐκ τῶν διαθηκῶν] Sententia est: ex iis testimoniis, quæ tutorum ipsorum alii de aliis perhibent, satis constat ejus, quod aio, veritas, mihi scil. tantam a patre relictam esse hæreditatem.

828. 4. τὰ αὐτοῦ πράττειν] se ait rerum suarum sategisse, neque otium sibi fuisse res alienas, h. e. meas, curandi.

— 5. καὶ] post διδαχ. expunxi. *ne magistris quidem debitam doctrinæ mercedem dependit.*

— 14. ἐπιτρόπους] malim συνεπιτρόπους.

— 15. ἀπογράψαντα] post ἀπογράψαντα vereor ne desit τὴν δὲ μητέρα οὔτε γήμαντα, οὔτε σῖτον δόντα, vel tale quid.

— 19. παρὰ τὸν λόγον] *per illam ipsam rationem*, vel *per illum computum, quem Aphobus ipse judicibus exhibuit.*

829. 1. ἀπέφηνεν] dedi de meo ἀναπέφηνεν. constitit e tabulis, cujusmodi tabulas negotiatores omnes habent, diligenter conscriptas, ubi sunt rationes acceptorum et expensorum, seu creditorum et debitorum.

— 3. τὸν ἀριθμὸν] aut τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν, aut τοσοῦτον ἀριθμὸν malim.

— 4. αὐτὸς] *ipse solus* tulisset.

— 9. οὗτος] correxi οὕτως. ad hunc modum, ut tutor pupilli rem familiarem non e vectigalibus tueretur, sed ipsa sorte absumenda.

— ibid. τοῦτον τὸν λόγον] scil. quo utebatur Aphobus, præ se ferens consumta a se esse opum capita, τὰ ἀρχαῖα. malim tamen τοιοῦτον λόγον, *ejusmodi rationem gestæ se tutelæ*, qualem exhibuisset Aphobus.

— 17. κατεδιήτησε] scil. ὁ διαιτητής. *id enim si fecisset Aphobus, arbiter contra eum non dedisset arbitrium.*

— 19. ἔχειν με] me habere a se tradita illa decem talenta.

— 23. διπλασίοις] subaudi μέρεσιν. alii dant διπλασίως. perinde est.

830. 4. ψεύσασθαι] videtur ante aut post h. v. decesse ψεῦδος.

— 6. κατορωρυγμένα] *clausa sub scris, in arca defossa*, ut etiam Latini usurpant.

— 14. ὑπ' ἐκείνων] in aliis est ὑπ' ἐκείνου, ut ad λόγου referatur, quemadmodum ἐκείνων ad ταῦτα referri possit. Sed in pronomine quidem difficultatis nihil est. verum ὑπὸ est vitiosum, et ei sufficiendum ἀπὸ, sive ἀπ' ἐκείνων, sive ἀπ' ἐκείνου legas, sive denique ἐπ' ἐκείνῳ, scil. τῷ λόγῳ.

— 17. ὅταν δὲ βούληται, πλούσιον] si bene habet vulgata, sic est accipienda, ac si dixisset: ὅταν δὲ βούληται πλούσιον ἐμὲ ποιεῖν, ποιεῖ πλούσιον. Sed videtur potius aliquid decesse. e. c. ὅταν δὲ ἀποφεύγειν βούληται. *sin autem judicio absolvi velit.* aut ὅταν δὲ λαθεῖν κλέπτων βούληται. *sin autem sua latere velit furta.* aut ὅταν δ' ἐμὲ οὐκ ἐλεηθῆναι βούληται. *sin autem vobis mei miserationem eripere velit, tum me locupletem vult oratione reddere.*

— 23. καταλιπὼν] malim καταλείπων in præsenti, *sic relinquens*, ita numeratam et paratam in arca jacentem tantam pecuniam, ita obviam et facilem atque patentem cuique involare volenti.

831. 8. ἔγημε] post ἔγημε videtur hæc sententia deesse, καὶ ταύτην μὲν [filiam Philonidis] ἐπ' ὀγδοήκοντα μναῖς ἔγημεν. et hanc quidem cum dote 80 minarum domum duxit, illam vero noluit [matrem meam], cujus dotem, item minarum toti-

dem, in manibus jam haberet, et penes quam præterea essent quatuor talenta, ter tantundem.

— 10. καὶ ἐπιδραμεῖν] correxi κἂν ἐπιδρ. non videtur vobis ille cursu involaturus, velis et equis, ut ait Cicero, concitatis accursurus ad hanc prædam aufferendam fuisse.

— 11. αὐτὸν κύριον] correxi αὐτῶν κύριον meo arbitratu. redit ad illa quatuor commentitia talenta in arca defossa.

— 23. ἀπολογίας] malim ἀλογίας.

— peu. Ἀντιδώρῳ] fort. Αἰαντιδώρῳ. nomina enim propria in δωρος exeuntia, a nominibus deorum aut heroum ducta sunt. hoc ab Ajace, unde etiam tribui fuit Athenis nomen datum.

832. 18. αὐτῆ] correxi αὐτῆς. Constructio est: καὶ τῆς οὐσίας φερούσης πεντήκοντα μνᾶς, πρόσοδον τρίτου μέρους αὐτῆς. et cum substantia ferret quinquaginta minas, quæ erant reditus annuus tertiæ partis hujus substantiæ.

— 19. τούτοις τοῖς ἀπλησιοτάτοις] delevi articulum, ut male e proximo iteratum, meo arbitratu. *illis, etiamsi essent quantumvis insatiabiles.*

— 21. ἔᾶντας] subaudi τὸν οἶκον.

833. 3. λαβόντες] malim διαλαβόντες. cum discerpsissent, alius aliam partem sibi sumsisset. et sic dedi de meo.

— 9. τὰ δὲ κεφάλαια φανερὰ ἀποδεικνύντες] Sententia videtur hæc esse: facultates quidem meas indicarunt ærario, et pro iis collationem dependerunt; ut domum, et ambas officinas. nullos autem reditus ex iis mihi redegerunt. φανερὰν ἀποδεικνύναι τὴν οὐσίαν est *censum edere apud quæstores ærarii.*

— 16. πῶς οὐκ ἄξιον ἀγανακτεῖν] sententia postulat: πῶς οὐκ ἄξιον ἅπαντα προσδοκᾶν (vel δεδιέναι) *qui non sit conveniens* (vel *necesse*) *nihil non* miseriæ *metuisse*, vel *exspectasse. Id quod nemini non est planum et perspicuum.* εἰ γὰρ κατελείφθην — *nam si, quo tempore pater vivis excessit, annum ætatis primum implevissem —.*

— 22. ἀπολόμενον] correxi ἀπολλύμενον. *contemsissent illi me, fame* (non *perditum*, sed) *pereuntem.* h. e. Latine, *passi essent me fame perire.*

834. 1. ὡς λήσοντες] subaudi ταύτην ἀφανίζοντες, aut τὴν οὐσίαν κλέπτοντες καὶ διαφθάζοντες. quasi nemo animadversurus sit, aut observaturus, eos intervertisse testamentum cum fortunis.

— 2. ἐκ τῶν ἐπικαρπιῶν] e vectigalibus meæ substantiæ.

— 8. ἀφείλεσθε] *soletis adimere.* et sic quoque ὑπελείπετε, *soletis relinquere.*

— 12. εἰ μὴ ᾔδεισαν, οὐδ' ἐλέησαν] verbum tertium et quartum expunxi. manifesto enim apparet, ᾔδεισαν, aut, ut in aliis est, ᾔδησαν, item ἔδεισαν et ἔδησαν, corruptam esse lectionem verbi ἠλέησαν, aut ἐλέησαν. Si servandæ sint hæ reliquiæ, necesse sic legi: εἰ μὴ ᾔδέσαντο [ab αἰδεῖσθαι] οὐδ' ἠλέησαν. *quod neque reveriti, neque miserati sint.*

— 24. ἐπαβελίαν ὀφλήσω μνᾶς ἑκατὸν] postulabat nempe Demosthenem decem talentorum. quæ æquivalent sexcentis minis. harum sexta pars sunt centum minæ.

— 26. τιμητὸν, καὶ οὐκ] copulam addidi. In τιμητὸν subauditur ἐστὶ, scil. τὸ τῆς καταψηφίσεως. *res condemnationis ei est æstimabilis.* h. e. condemnatio constat ei solummodo æstimatione litis, seu judices ei muletam arbitrariam irrogant; qua in re, perquam incerta, potest reus aut premi, aut sublevari, prout gratia judicum valet, aut minus. Quod si ergo Aphobus gratiosus est, et multos habet sui studiosos in numero judicum, potest mulcta quadam tralatitia et facile ferenda mulctatus, ad speciem solummodo, dicis causa irrogata, anfugere. *mihi vero hæc res est ἀτίμητον,* h. e. mulcta mihi luenda non est arbitrio et gratiæ odiove judicum permissa, sed a legibus constituta, quam ut non augere, ita neque minuere licet judicibus. Integre dixisset sic: καὶ τούτῳ μέν ἐστι τὸ πρᾶγμα τιμητὸν, ἐὰν καταψηφίσησθε αὐτοῦ.

— 27. ποιήσετε] correxi ποιήσεται. altera ratio, cur Aphobus condemnationem æquiore possit animo ferre, quam Demosthenes. quia scil. Aphobus mulctam, quæcunque irrogabitur, non de suis, sed de meis facultatibus luet.

835. 4. ἡμῖν] mihi et sorori matrique. potest tamen, more Latino, numero plurali solum semel designare. Ergone matres quoque et sorores pro filiis et sororibus debebant? Patris certe infamia ad filias quoque, et per eas ad generos transibat, ut constat e p. 836. 13.

— 14. ἔδωκεν] post ἔδωκεν videtur ὑπὲρ τοῦ καλῶς ἐμοῦ προστῆναι, vel similis sententia deesse. *quo melius rem meam tuerentur.*

## AD ORATIONEM SECUNDAM IN APHOBUM.

835. 4. ὄφειλε τῷ δημοσίῳ] qui debebant ærario, illorum bona fisco addicta erant; propria ipsorum itaque illa bona non erant; quapropter etiam illa φανερὰ καταστῆσαι non poterant, h. e. eorum valorem apud quæstorem ærarii edere, et sic censum

convenientem dependere.

836. 3. ἐκεῖνος] pater Demosthenis, oratoris.

— 4. ὤφλεν, ἀνεβάλετο] correxi ὤφειλεν, ἐνεβ. scil. *μαρτυρίαν*. differunt ὀφείλειν et ὄφλειν. illud de debitis numariis usurpatur, quæ solvenda sunt; hoc de rebus acerbis, quæ tolerandæ; quamquam illa ipsa tolerantia pœnarum est quædam quasi luitio debitorum, quæ quis contraxit suis moribus.

— 7. ἐξ αὐτῆς] visum aliquando fuit, aut ἐξ ἀρχῆς leg. esse, aut ἐξαὖτις. eadem sententia, *rursus, denuo*. Sed nunc arbitror tenendam esse vulgatam, et αὐτῆς ad *μαρτυρίαν* referendum. *ex illo testimonio*: v. similem locum p. 857. 6. ubi v. dicta.

— 11. ὃ καὶ ἡμεῖς ἀμφισβητοῦμεν] locus hic mihi suspectus. ego equidem haud intelligo. videntur nonnulla deesse.

— ibid. τότε] in prima actione.

— 12. ἐξεγένετο] *si nobis licuisset*, scil. testes producere, neque fuissemus ab angustiis temporis exclusi per insidiosam calliditatem Aphobi, qui hanc partem accusationis ad extremum diem reservaverat, quo nobis otium ne superesset producendis testibus hanc calumniam refutandi.

— 14. αὐτῷ] patri meo.

— 15. ὤφειλεν] pater meus, tum, cum diem suum supremum obiret.

— 16. φανερὰ — τὰ ὄντα] ἡ φανερὰ οὐσία est, quam nemo non cernat oculis, ut prædia, domus, metalli fodinæ, et bona fere illa, quæ immobilia vulgo appellantur. et quæ in censum publicum relata, vectigalia stata ærario dependit. ἡ κρύφιος, vel ἀφανὴς, quæ non patet cujusque adspectui, ut pecunia in arca defossa, aut mutuo data, aut in vasis pretiosis mundove collocata.

— 18. ἀδελφὴν —] apparet ex hoc loco, generos hæreditate quasi accepisse socerorum infamiam, si capite minuti decessissent.

837. 25. τῇ πόλει] post τῇ πόλει videtur ἀλλ' οὐ δῆτα τῇ πόλει, aut ἐμοὶ μέντοι, ἀλλ' οὐχὶ τῇ πόλει deesse. Est hæc oratoris reprehensio et revocatio suimet. primum dubitat, mihine, an urbi, fecistis bona mea inconspicua? h. e. eripuistis, e medio sustolistis, ut oculis cerni nusquam possint. Tum, reprehendens ipse semet, negat se dubitare, sed certo scire ait, tutores operam dedisse, ut ipse quidem, pupillus, nesciret, quo abiissent sibi sua bona, urbs autem, ut bene nossent, quæ et quanta ipsi bona essent.

— pen. μιμησάμενοι] correxi τιμησάμενοι. ne illa quidem ipsa traditia mihi in manus, quorum cum æstimationem curassetis a censoribus, quæstoribusve fieri, tum censum eorum, meo nomine, reip. dependistis, et in ærarium intulistis.

838... παραλέδοται] dedi παρέδοτε. *tradideritis*.

— 14. ἀναφέρετε] culpam male gestæ administrationis alii in alios confertis, dicentes quique, non ego, sed ille vel ille hanc partem curavit.

839. 7. τὴν μίσθωσιν] curam elocandi, et locaria redigendi.

— 11. ὡς αὐτὸς] correxi ὡς αὐτὸν, *ad semet*. cum traducta in domum suam illa mancipia pro suis propriis haberet.

— 22. χωρὶς —] videtur locus sic esse constituendus: χωρὶς τῶν ἄλλων, ὧν τοῦ μὲν ἀρχαίου πέντε τάλαντα οὗτος εἴληφε. Sine ā, quod e proximo videtur adbæsisse.

840. 2. ὁμολογῆσαι] bene habet. v. dicta ad p. 825. ult. subaudi a communi πρὸς τὸν μεταπεμψάμενον. venisse quidem in Demosthenis patris moribundi domum aiebat Aphobus, sed negabat ad eum accessisse, negabat item de præscriptis tutelæ gerendæ conditionibus ad eum quicquam condixisse.

— 4. ἐκεῖνος] pater meus. post διέθετο videtur aliquid desiderari, ad hanc ferme sententiam: ἐξ ὧν δ' ἐγὼ ὑμῖν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἐπιδείξω, φανήσεται οὗτος καὶ παρὼν τῷ πατρὶ διατιθεμένῳ, καὶ προεισεληλυθώς. *ex iis autem, quæ ego vobis, judices, demonstrabo, constabit, hunc Aphobum et interfuisse, cum pater ultimum testaretur, et ad eum introisse prius*, quam Demophon et Therippides intervenirent. Alii codices dant προεισεληλυθώς. quod etiam ferri potest. Sed tum exsistet hæc sententia: postremum venisse Aphobum, et reliquis jam congressis accessisse.

— 8. ἀποφευξόμενος] correxi ἀποφευξούμενος. Sic enim usurpant Attici v. φεύγειν in futuro. Colligitur ex h. l. Demonem, fratrem Demosthenis senioris, jam affuisse, antequam illi tres tutores advenirent vocati.

— 10. ἡμῶν] me puta, sororem et matrem.

— 20. λόγον ἑαυτῷ δέδωκε] verbum medium de meo addidi. dicitur is λόγον ἑαυτῷ διδόναι, *rationem ipse sibi dare*, qui rem ad animum suum revocat, eamque agitat, et veluti calculos subducit, rectene an secus agat, vel egerit.

— 25. τούτοις] machinabatur, ut vel hoc pauxillum, quod ne septuaginta minas quidem valeret, interverteret, et mihi eriperet.

841. 3. Θρασύλοχος] Thrasylochus hic erat frater Midiæ. quorum de fratrum nequitia hac in re demonstrata multis noster questus est in oratione contra Midiam.

— 5. ἀπέκλεισα δὲ, ὡς διαδικασίας τευξόμενος] Sententia est: excepi et reservavi mihi jus agendi in tutores titulo pecuniarum defraudatarum (διαδικασία enim erat actio de pecuniis controversis), nil desperans, fore, ut Thrasylochus hoc jus

ne denegaret.

— 9. ἐνθεῖναι] correxi εἰσελθεῖν. videtur vulgata e duabus variantibus coaluisse, cum esset in aliis libris vetustis εἰσελθεῖν, vel et ἐλθεῖν simplex, in aliis εἰσιέναι. Nescio etiam, an fuerit in quibusdam ἀνεῖναι, non a verbo εἶμι, sed a verbo ἵημι.

— ibid. οὖν] correxi οὐ. num videor vobis injurias accepisse non magnas, leves, contemnendas.

— 11. νῦν] referendum est ad βλάπτομαι, non ad ζητῶ. propterea transposui ex auctoritate Augustani, et post λαβεῖν collocavi, mutata quoque distinctione ad hunc modum: ζητῶ λαβεῖν, νῦν ὑπ' αὐτῶν βλάπτομαι. opponit enim τὰ ἐξ ἀρχῆς ἀδικήματα ταῖς νῦν βλάβαις.

— 13. πρὸς τῇ οὐσίᾳ τῇ παραδοθείσῃ, πλεῖον ἢ δέκα ταλάντων τὴν ἐμὴν τοσαύτην οὖσαν προσγεγεννημένην] videtur orator sic reliquisse: πρὸς τῇ οὐσίᾳ τῇ παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτῷ παραδοθείσῃ, πλεῖον ἢ δεκαταλάντῳ (in dativo, et uno vocabulo), τὴν ἐμὴν, etc. *qui videat ad hujus Aphobi patrimonium, a patre adhuc superstite ipsi traditum, quod majus est decem talentis, hanc meam substantiam, quæ tanta est, accessisse.*

— 18. εἴ τι ἂν ἄλλο] addidi ἄν. In ἄλλο, quod respondet Latino *secius*, subauditur ἢ προσήκει, aut ἢ ἡμεῖς ἐθέλομεν καὶ ἐλπίζομεν.

842. 5. σώσατέ με, ἐλεήσατέ με] pronomen με utrumque delevi. quo fortior et miserabilior fit oratio.

## AD ORATIONEM CONTRA APHOBUM TERTIAM.

In titulo hujus orationis addidi verba ὑπὲρ Φάνου. Phanus enim est ille, cujus causam orator hac oratione agit. Causa hæc est. Phanus erat testatus, Aphobum verbis declarasse, Milyam esse hominem liberum. Hujus testimonii causa Phanum Aphobus falsi dicti testimonii reum egerat. Defendit ergo Phanum Demosthenes hac oratione. v. p. 851. 21. et 861. 26. Fueritne nomen Atticum Phanus, an nullum, in medio relinquam. Facile quidem est suspicari, pro Φάνου leg. esse Στεφάνου. Sed hoc admisso cavendum, ne Stephanus hic, quem Demosthenes hac oratione defendit, pro eodem Stephano habeatur, cujus nequitias orationibus duabus p. 1100. seqq. et in oratione contra Neæram exagitat. Ego vero putem Φάνου bene habere. Nam si Φανὼ nomen fœmininum fuit, quidni Φάνος sit masculinum?

844. 2. συνῄδη] est Attice dictum, pro συνῄδειν quo de idiotismo admonuit Scholiastes Aristophanis ad Plutum. συνῄδειν ἐξελέγξας idem est atque συνῄδειν ἐμαυτῷ, ὅτι ἐξήλεγξα. nisi conscius mihi essem, me jam antehac Aphobum convicisse mendaciorum.

— 3. τούτου] correxi τούτων. multo majorum et atrociorum mendaciorum, quam sunt hæc, quæ nunc jactat.

— 6. τῇ παρακρούσεταί ποθ' ἕκαστα ὑμῶν αὐτῶν] Locus corruptus, quem neque Simonis Fabricii, aut Hieronymi Wolfii, divinatio videtur persanasse, neque nostra nobis satisfacit. Fabricius e vestigiis lectionis, quam in codice Augustano profitetur a se repertam (quamquam parum fideliter eam repræsentavit), colligebat legendum esse ἑκάστοθ' ὑμᾶς ἀπατῶν. cur enim παρακρούεσθαι et ἀπατᾶν copularet? nobis aliquando in mentem venit, δεῖξαι, εἴπῃ παρακρούσεται, ἐφ' ἕκαστα ὑμᾶς ἄγων. videtur dictio, si ea Græca est, quamquam non memini alibi legere, ἄγειν τινὰ ἐπί τι, significare pæne idem atque Latina, *in rem præsentem ducere.* Sed meliora et certiora requiro. Venit alio tempore in mentem suspicari, leg. esse: πρὸς ἕκαστα ὑπαντῶν, aut εὐθὺς ἁπάντων. *ad singula quæque occurrens.* quod præferam, donec meliora et certiora reperta sint. aut ἑκάστους ὑμῶν παράγων.

— 14. περὶ ἡμῶν] Sine dubio præstat lectio marginis Lutet. περὶ ἡμᾶς. Sed quia de illius auctoritate mihi nondum constat, ideo non ausus sum eam recipere.

— 17. οὐχὶ τῷ] idem est ac si dixisset paulo inornatius, sed planius: οὐχὶ πιστεύων τῷ ἐξελέγξειν τινὰ, ὅτι τὰ ψευδῆ αὐτοῦ καταμεμαρτύρηκεν.

845. 14. οἰκίαν] alii συνοικίαν. ambigo, utrum præstet. dubitatur etiam de nomine proprio Ἀφόβῳ, quod probumne sit, an pravum, parum mihi liquet. Aphobi certe hujus, contra quem actio est, filius non videtur fuisse; tametsi non extra morem esset Atheuis, ut filius patris nomen gereret; quod in ipso Demosthene constat. Nam infra p. 860. 3. Demosthenes ait jusjurandum a se esse Aphobo delatum κατὰ τῆς θυγατρός. cur filia sola commoraretur, si filius ei fuisset? videtur itaque hic alter Aphobus (si hoc ei nomen fuit) Aphobi, fraudibus tutelæ nobilitati, fuisse ex fratre nepos. Onetor fuit filius Philonidis Melitensis, et affinis Aphobi. Nam soror Onetoris erat uxor Aphobi. v. p. 831. 8. Nom Αἰσίᾳ leg. v. p. 849. 2.

— 15. ἐκείνου] correxi ἐκείνους. significat Aphobum illum obscurum et Onetorem.

— 19. Μεγάραδ' ἐξώκηκε] Aphobum Megaram habitatum concessisse, nil miror. Sed hoc miror, qui potuerit is contra Phanum et simul contra Demosthenem in foro Attico jure agere, qui voluntarium ipse sibi exsilium indixisset, eoque foro

Attico excessisset.

— 22. ἂν ἐπιείκειαν] contraxi in unum vocabulum ἀνεπιείκειαν, *incivilitatem, inclementiam.*

846. 20. τοῖς δικάζουσιν] id est, τοῖς τότε δικάζουσιν.

— 24. πλέον ἢ πάνυ πολλῶν] verba duo prima a libris quibusdam abesse, annotatum est in margine Lutet. cujus si sat magna penes me esset auctoritas (non enim constat, unde illæ lectiones sumtæ sint, quæ in parte a Lamb. curatæ margini sunt illitæ, dubiumque superest, sintne conjecturæ aut Wolfii, aut Lambini, an e codice bonæ notæ repetitæ) delevissem.

— 25. ἀναγνωσθεισῶν, τῶν μὲν —] non damno hanc lectionem, verum tamen ex Aug. dedi auctius quid, ἀναγνωσθεισῶν ἐπὶ τῇ δίκῃ, καὶ τούτων, τῶν μέν.

— pen. παρά του] correxi παρὰ τούτου, ab hoc Aphobo.

847. 1. ἀλλὰ ταύτην] correxi ἀλλ' ἢ ταύτην, quod est magis Atticum.

— 4. ἐλογιζόμην τοσοῦτον. οὐ γὰρ —] videtur δεῖ deesse, ut sit: — ἐλογιζόμην. τοσοῦτον δεῖ. οὐ γὰρ — *tantum abest.* h. e. ne in mentem quidem mihi venit hoc facere.

— 6. ἀκούσαντες] malim ἀκούοντες in præsenti. Sic enim loquuntur, ut οἱ τότε δικάζοντες, non δικάσαντες.

— 7. τῶν ἐπιγεγραμμένων ἐτίμησαν] mulctam illi irrogarunt eandem, quam ego in libello meo accusatorio ei inscripseram.

— 13. περὶ ἑκάστου] id est, περὶ τοῦ ἐν ἑκάστῃ τῶν μαρτυριῶν μεμαρτηρημένου.

— 17. ἀποκρίσει δ' ἐπισκηψάμενος] h. e. si utereretur exceptione, quæ pro sua responsione coram arbitro edita venditaretur a me meisque advocatis, eam non suam responsionem, sed fictitiam et falsam esse. Aphobus nempe, id quod ex prima harum contra eum dictarum orationum constat, coram arbitro a Demosthene de nonnullis gravissimis controversiæ capitibus seu articulis interrogatus, responderat, puero Demosthenis scribæ partes agente, et ab Aphobo dicta quæque calamo excipiente. Sed Aphobus hanc responsionem infirmatum ibat hac excusatione, scribam neque recte audivisse a se dicta, neque fideliter in literas retulisse.

— 26. γραμματείῳ] tabella publice proposita, ut a judicibus, et quotquot judicio interessent, spectari posset, in qua scripta esset summa controversiæ, de qua judicibus esset decernendum.

— 27. περὶ τούτου] imo vero περὶ ταύτης. redit enim ad μαρτυρίαν. nisi si post ἀγῶνα addas ὅτι ἀληθής ἐστι, vel tale quid. similis est p. 848. 19. locus: περὶ οὗ μάλιστα προσῆκεν αὐτῷ τὸν λόγον ποιεῖσθαι. cum tamen μαρτυρία et βάσανος præcesserint, ambo fœminina. Subauditur ibi πρᾶγμα. περὶ οὗ πράγματος.

848. 3. ὡμολόγει ταῦθ' οὗτος] scil. Milyam hominem liberum esse, cum aliis, quæ Aphobus tum confitebatur.

— ibid. τὴν μαρτυρίαν] Phani puta, qui hac oratione defenditur, et reliquorum, qui testabantur, se interfuisse, cum Aphobus ista Demostheni interroganti responderet, vereque illa esse atque fideliter a commentariensi excepta et literis consignata.

— 6. ἀλλ' ἁπλῶς] scil. γράφειν, ἃ ἤκουε. sed videtur verbum παρῆν desiderari. ut sit ἀλλ' ἁπλῶς παρῆν, sed ea de causa sola, vel ideo solummodo, commentariensis ille uderat, vel intererat isti actui, quo —.

— ibid. ὑπὲρ τοῦ] suspectum. malim prorsus abesse. aut aliud quid latet.

— 12. ὑπὸ μάλης] Citat h. l. Suidas v. ὑπὸ μάλης.

— 25. ὁμολογούμενον ὡς δοῦλον] correxi ὁμολογουμένως δοῦλον. nata est vulgata e colliquatione duarum variantium, quæ fuere in libris, in aliis ὁμολογούμενον δοῦλον, in aliis ὁμολογουμένως δοῦλον.

— 26. ἐμαρτύρησαν, ἐκδιδόντας] in Aug. pr. est ἐμαρτύρησεν ἐκδιδόντος. potest utrumque probari. ἐμαρτύρησεν, scil. Aphobus, aut ὁ Μιλύας, ὁ ἐλεύθερος. ἐκδιδόντος, scil. ἐμοῦ. Sed et vulgata potest constare. Prætuli tamen lectionem Augustani. v. p. 850. 19. et 21. Leg. censeo: ἐκδιδόντος ἐμοῦ, οὐκ ἐθέλειν τοῦτον παραλαβεῖν.

— pen. ὡς αὐτὸς] correxi ὧν αὐτός. de illis solummodo rebus certo per tormenta constare, de quibus constare, et quæ certa atque rata esse, ille ipse vult, et ejus interest.

— ult. περὶ δὲ αὖ τινῶν οὐ σαφὴς] de quibus nil constare, et quæ dubia atque controversa manere ille vult, et quæ ejus interest supprimi, de his certum quid non constare.

849. 1. ταύτην τὴν μαρτυρίαν] quod Phanus edidit, et Aphobus falsi arguit atque oppugnat, idem testimonium Aphobi frater, Æsius, edidit.

— 7. ἔγραψα] correxi ἐνέγραψα. non scripsissem nomen ejus in numero reliquorum testium, quorum nomina subscripta sunt tabulis illis, quibus consignatæ erant responsiones Aphobi ad interrogationes Demosthenis. v. v. 12.

— 10. ἑαυτοῦ] ipsum semet designat orator. Repugnat enim, ait, quemquam [h. e. me] scribere suum [h. e. meum] adversarium, et hujus [Aphobi, mei adversarii] fratrem, in testibus illis, qui testarentur, vera esse illa, quæ Aphobum gravarent; si vere dicta et scripta illa, de quibus quis testaretur, non fuissent.

— 11. καὶ τούτου ἀδελφόν] pro καὶ τούτου ἀδελφὸν malim καὶ τοῦ τοιούτου ἀδελφὸν, et fratrem hominis talis, sc. ἐμοὶ διαφόρου,

fratrem alius itidem mihi adversantis.

— 16. ἀλλὰ τότ' εὐθὺς] scil. ἔξαρνος ἦν. sed tunc statim negasset, se testem esse eorum, quorum testis scriptus esset.

— 18. ὠφέλει] scil. τὸ ἐξαρνεῖσθαι.

— 20. ἐποίουν κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ] correxi ἐποίουν κατ' ἀδελφοῦ. actionem damni illati mihi intentasset, si in causa fuissem, ut Aphobus in se, Æsium, ut falsum testem, contra se, qui frater esset, ageret.

— 21. περὶ ἀτιμίας] Lambinus mavult ἐπιτιμίας. sed bene habet vulgata. Nam cum agitur περὶ ἀτιμίας, certatur, utrum ea subeunda sit, an jus civile et status in foro, quod Latini *caput* appellant, retineatur. Lambinum sequi si malimus, saltim περὶ τῆς ἐπιτιμίας, *de capite*, servando puta, sit legendum, non sine articulo.

— 27. ἔξαρνος ἐγένεθ'] dubium esse possit, ad Aphobum an ad Æsium redeat; quamquam ad hunc potius. sed οὗτος ad Aphobum certe redit.

— pen. ὁμοίως φαίνονται] *ambo* fratres, Aphobus et Æsius, *pariter*.

— ibid. καὶ περὶ τούτων] *etiam de his*. non solum negabant Aphobus et Æsius hoc, quod Demosthenes aiebat, Æsium interfuisse illi Aphobi ἀνακρίσει, et testatum esse, vera illa esse, quæ puer Demosthenis pro responsis Aphobi consignasset; sed illud quoque negabant, Demosthenem obtulisse illum ipsum puerum explorationi per tormenta, et ipsos noluisse puerum ad tormenta admittere.

850. 2. τοῦτον] correxi τούτῳ. *cum ad latus huic* [Aphobo, fratri] *adstaret*. vulgata si probatur, necesse est εἰρηκέναι aut ἀποκεκρίσθαι deesse. *hunc* Aphobum ista [in acta relata] *dixisse*, aut *respondisse*.

— 5. ἠθέλησαν] correxi ἠθέλησε, scil. Aphobus.

— 12. ἃ μεμαρτύρηται] scil. ὡμολογηκέναι. vocabulum τὸν ἄνθρωπον v. 11. redit ad Milyam, quem cum Aphobus in τῇ ἀνακρίσει professus esset, a se liberum haberi atque agnosci, postmodum idem negabat liberum esse, ideoque ad tormenta sibi tradi poscebat; Demosthenes autem recusabat, quod liber esset, neque fas esset liberum corpus tormentis subjici.

— 13. προσκαλοῦμαι κατὰ Δίμωνος εἰς μαρτυρίαν] voco Aphobum ad arbitrum, quo ibi contra Demonem testaretur. sed quid? ni fallor, hoc, Demonem mentitum esse, qui confirmasset, se scire, Milyam esse servum. patet hoc e p. 861. 4.

— 21. τί παθὼν] correxi τί μαθὼν, quod est magis Atticum. *quo motus? quanam a re impulsus?*

— 27. ἀποροῦν —] F. ἀποροῦν. ἦσαν γάρ. ἦσαν. ἀλλ'—.

851. 4. ἐν ὑμῖν] emendata distinctione, quæ vitiosa est in vulgata, nam comma transferendum est et ponc ἐν ὑμῖν collocandum, admoneo, in τούτων subaudiri ἃ ἐμαρτύρησαν.

— 7. τηλικαῦτα τοίνυν ὡς δίκαια] delevi ὡς, forte natum e compendio, quo in libris Demosthenicis manu exaratis indicari solent hæ voces, aut ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, aut ὦ ἄνδρες δικασταί.

— 14. ἐπαιρομένους] Citat h.l. Harpocr. v. ἐπαιρόμενος.

— ibid. ἢ καὶ δι' ἑταιρείαν] delevi καί. *propter amicitiam*, ejus puta, cui testimonium præstant.

— ibid. ἢ καὶ δι' ἔχθραν] ejus puta, adversus quem testantur.

— 17. μεμαρτυρηκότες] subaudi οἱ ἐμοὶ μεμαρτυρηκότες. Sed nescio tamen, an οὗτοι, vel simile quid, post εἶεν interierit.

— ibid. ἑταιρεῖαι] correxi ἑταιρείᾳ, meo arbitratu. vulgata ex antiquo more scribendi nata est. veteres enim dativum singularem in hujusmodi vocabulis pari modo atque nominativum pluralem scribebant, hoc est, iota ad latus ponebant, quod nos hodie supponimus. οὔτε γὰρ ἑταιρείᾳ [id est, δι' ἑταιρείαν], subaudi ἐμοὶ μεμαρτυρήκασι. neque enim ideo testati mihi sunt, quod essent mei sodales. possit quoque lectio codicis Aug. ἑταιρεία (in nominativo) probari. *neque enim* hi mei testes sunt *sodalitium*, caterva conspiratorum. cui lectioni inprimis favent insequentia.

— 20. ἔχθραι] rursus correxi meo judicio ἔχθρᾳ, id est, δι' ἔχθραν. Sed et Aug. ἐχθροὶ non est contemnenda lectio.

— 21. Φάνος] olim legebatur hic Στέφανος. quem Taylorus in Schedis p. 745. habuit pro illo Stephano, poeta comico, quem a Demosthene civitate donatum esse, aiat Auctor anonymus vitæ Aristophanis. Locus a Tayloro designatus p. XII. b. ed. Kusteri prostat. quem si diligentius inspicias, videbis, quæ Taylorus de Stephano perperam accepit, de Antiphane esse accipienda. Multum hic a vero abest bonus Britannus.

— 24. δι' ἀπορίαν ἄν τις φήσειε] scil. τούτους ἐμοὶ μεμαρτυρηκέναι κατὰ τούτου.

— pen. μέτριοι δ' ὄντες ἄνθρωποι] idem est ac si dixisset: ἀλλὰ γινωσκόμενοι ὡς ὄντες μέτρ. ἄ. vel ὅτι εἰσὶ μ. ἄ.

852. 6. εἰπεῖν] subaudi ἑαυτόν. non modo negat se ista dixisse, quæ testes me eum dixisse aiunt.

— 7. εἰρηκότα] subaudi ἢ οὕτως, ὡς ἐγὼ ἤλεγξα τοῦτον εἰρηκότα.

— 13. τότε] cohæret cum ἀφεθέντα, *quem meminerunt tunc emissum in libertatem*. quia variæ Athenis erant ἀφέσεις (e. c. creditor aut actor dicebatur debitorem, aut reum, ἀφιέναι καὶ ἀπαλλάττειν, cum profiteretur, sibi nihil ab eo nummorum, jurisve postulati debere), propterea ad ἀφεθέντα addit ἐλεύθερον εἶναι.

— 26. τοῦ μάρτυρος] Phanus designatur.

Sententia est hæc: Aphobus, calumniando me, et judicium superius contra se datum, illoque criminando, et iniquitatis insimulando, movendaque mihi ex eo invidia, videtur sibi vos adducturus, ut testem meum, Phanum, falsi dicti testimonii condemnetis.

853. 8. τὴν δίκην] scil. illam, quæ super gesta tutela agitata fuit.

— 9. οἱ δὲ μάρτυρες οἵδε ἐμαρτύρησαν] et hi testes [Phanus, Æsius, alii] testati essent, Aphobum in quæsitione [τῇ ἀνακρίσει] fassum esse, Milyam esse liberum hominem, et pro eo a se haberi.

— 20. ἕκαστον] scil. χρέος.

— ibid. λαβὼν] videtur hic aliquid deesse. pendet enim hic nominativus. forsitan οὗτος ἐνοσφίσατο, vel ἀπεστέρησε. *cum in indice mearum postulationum singula quæque nomina posuissem seorsim, et unde illa sumta interverteret hic Aphobus, et quantum numero, et a quo.*

— 25. ἐχόμενα] vocabulum suspectum, obscurum certe. Si significat, *insequentia, infra scripta*, saltim debebat τὰ ἐχόμενα cum articulo dictum esse.

— ibid. ἣν δ' ἔλαβε προῖκα] delevi adversativam. idem est ac si dixisset: προῖκα, ἣν ἔλαβε. *octoginta minas, dotis nomine, quam dotem tulit.*

854. 7. τῆς ἐμῆς] correxi τῆς ἑαυτοῦ. redit hoc ad τινα ἀνθρώπων. *num quis hominum ex his verbis planum facere possit, suæ matris dotem esse penes Aphobum.* deinde mutavi distinctionem, et punctum post καὶ τί λέγων posui. *et quibus tandem argumentis hoc plannm faciat?* Tum nova incipit sententia. ὦ πρὸς Διὸς — (sic enim sine articulo τοῦ malui dare) *rogo per Jovem O. M. fac te confiteri, fingam id tantisper, Milyam esse hominem liberum, ideone magis habeo dotem?*

— 9. οὐδὲν] subaudi μᾶλλον. sed offendit δόξειεν. Sententia postulat δόξαιμι. *nihilo magis propterea* [propter istam confessionem] *habere dotem videar.* possit quoque οὐδενὶ legi, *nemini videar.* Dices forsitan illud δόξειεν ad illa superiora v. 3. redire εἴ τις ἂν ὑμῖν ἢ ῥήτωρ — δοκεῖ. sed tum collocanda hæc verba, οὐδὲν ἂν δήπου διὰ τοῦτό γε δόξειεν, essent pone καὶ τί λέγων v. 7. et vel sic tamen esset οὐδενὶ legendum. *nemini vestrum quisquam videatur tam callidus præstigiator orationis esse, qui ex illis verbis istæc extorqueat.* Veni aliquando in suspicionem fuisse in libris quibusdam locum hunc sic conceptum: καίτοι λέγω πρὸς Διὸς, οὐχ ὁμολόγησεν εἶναι Μιλύαν ἐλεύθερον, καὶ τί μᾶλλον οὐκ ἔχει τὴν προῖκα; οὐδενὶ ἂν δήπου διὰ τοῦτό γε δόξειεν. Sed dicam tantisper, ita me Deus amet, nunquam fassus est Aphobus Milyam esse liberum. ideone minus habet Aphobus dotem? [aut potestne ex eo effici et evinci, Aphobum dotem non habere?] nemo profecto est, qui ex isto quidem argumento hoc colligat. Et profecto nescio, an hæc lectio vulgatæ sit præferenda. Possit quoque sic: καὶ τί μᾶλλον ἔχων τὴν προῖκα δόξει. *ideone videbitur Aphobus habere et promere dotem? Nil profecto ideo magis videatur.*

— 19. ταύτας] post ταύτας videtur οὖν, vel ἤδη, vel νῦν, vel tale quid deesse.

— 21. ὄφλειν] scil. τὴν καταδίκην.

— 24. τετολμηκὼς] *et a se impetrare cum non potuerit, etiam post condemnationem, ut ablata restitueret; tamen —.*

855. 5. τί τῷ νόμῳ καὶ τῇ βασάνῳ] subaudi κοινόν. *quid opus est quemquam ad tormenta deposcere, ubi lex planis verbis criminis convicti pœnas sancit?*

— 11. τουτουσὶ] hos judices.

— 14. ὧν] correxi ὅν. poteram quoque ᾧ. nam perinde est. nata est vulgata e duplicitate lectionis, quæ h. l. in libris Demosthenicis fuit; aliis exhibentibus ᾧ, aliis ὅν.

— 15. τί σοὶ ποιήσουσιν οἱ μάρτυρες] *quid tibi hac in causa proderunt, aut oberunt testes?* tu ipse te condemnasti.

— 18. ἐν τῷ λόγῳ] *in rationibus gestæ a te tutelæ*, qua tu judicibus exhibuisti.

— ibid. γέγραφας σὺ, κατεμαρτύρησαν —] correxi γέγραφας σὺ, συγκατεμαρτύρησαν. Aphobus enim per illa, quæ in ista ratione de se scripserat, ipse contra se fuerat testatus. reliqui ergo testes contra eum producti, non simpliciter κατεμαρτύρουν αὐτοῦ, contra ipsum testabantur, sed συγκατεμαρτύρουν. una cum Aphobo contra Aphobum testabantur.

— 24. δοῦναι] correxi ἐκδοῦναι. ausus sum semel, quod rarissime et perinvitus facio, marginem Lutet. a reliquis codicibus destitutum, sequi. quod ejus fides penes me sublesta est. Sed firmant insequentia nostram emendationem. Sententia est: quum ergo dicet Aphobus, me recusasse servum illum (Milyam designat), qui omnia nosset, ad tormenta tradere, reliquos autem servos, qui nil nossent, tradere haud defugisse: tum constabit multo magis eum decuisse, servos a me tormentis oblatos accipere.

856. 25. ὃς] non redit ad proximum τὸν ἄνθρωπον, sed ad remotius σὺ v. 23.

857. 4. μισθώσουσι] dedi h. l. μισθώσωσι, quod hic melius convenire videbatur. nam alias ὅπως perinde cum indicativo, atque cum conjunctivo construitur.

— 6. ἐξ ἀρχῆς. ὁμολογεῖ] correxi ἐξ αὐτῆς [scil. τῆς διαθήκης]. ὡμολόγει.

858. 8. περὶ δὲ τοῦ καταλειφθῆναι] melius hoc, quam quod Aug. dat περὶ δὲ τοῦ μὴ καταλειφθῆναι. quamquam et hoc defendi quodammodo potest.

— 9. ψευδόμενον] post ψευδόμενον deesse

videtur αὐτὸν, aut τοῦτον. quod facile interire potuit ex concursu cum eadem voce proxime insequente.

— 10. πολλὰ ἃ πέφηνεν] delevi articulum. melius convenire videbatur hæc Bav. lectio, quam πολλὰ ἀπέφηνεν Aug. quamquam reduxissem, si illa caruissem.

— 12. πρoσῆκον ἡμῖν] utrum sit ἡμῖν servandum, an ὑμῖν præferendum, dubium esse possit. nam utrumque cum sententia convenit.

— 19. ἐνὶ τῶν ἐπιτρόπων τούτων] correxi postremam vocem τούτω, id quod est expositio verborum ἐνὶ τῶν ἐπιτρόπων, *uni tuturum, huic*, Aphobo puta.

— 22. κἀκεῖνον] correxi κἀκείναν, scil. τῶν χρημάτων. v. p. 831. 3. ubi locus hic ipse totidem verbis legitur.

— pen. παρ' ἐκείνου] a Philonide puta.

859. 2. αὐτὸν] correxi αὐτῶν de meo, scil. quatuor talentorum.

— 14. τῷ μάρτυρι] Phano puta.

— 27. περὶ μὲν —] constructio hæc est: παραδώσω σοι τὸν ἔχοντα τὰ ἀντίγραφα, ὡς σύ με προὐκαλέσω περὶ τούτου.

860. 2. κατὰ τῆς θυγατρὸς] ergo filius Aphobo nullus erat.

— 17. κἀκεῖνοι] testes mei.

— 19. κατ' ἐκείνων] liberos testium designat.

— ibid. οὔτ' αὐτοῖς] neque testibus meis, qui liberos suos offerebant ad dejerandum super eorum capite.

— ibid. οὔτ' ἐκείνοις] neque liberis patrum pro Demosthene testantium. videtur tamen οὔτ' αὐτοῖς redundare. abest quidem ab Aug. quapropter uncis inclusi. Possit quoque videri Demosthenes dedisse οὔτ' αὐτὸς ἀπομόσαι, *neque ipse ejurare*.

— 26. καὶ καταμεμαρτυρημένον τἀληθῆ] vitium loci prodit et sententia ipsa, et discrepantia codicum. ut brevis sim, videtur leg. esse: καὶ καταμεμαρτυρημένον τοῦτον τἀληθῆ. ut est in margine Lutet. *et hunc* Aphobum *testimoniis testium, vera testantium, victum*.

861. 9. οὐδὲν αὐτῶν· πάντ' εἰδότων] correxi οὐδένα, τῶν πάντ' εἰδότων. *hunc Aphobum noluisse ad tormenta traditum a me accipere quemquam servorum omnium reliquorum, quamquam hi servi melius omnia nossent, quam Milyas.*

— 10. ἢ Μιλύας] Aug. dat ἢ Μιλύαν. perinde est, hoc tamen elegantius.

— 14. πίστιν ἐπιθεῖναι] subaudi κατὰ τῆς θυγατρός. v. p. 860. 2.

— 23. προεγνωσμένος] malim πρoκατεγνωσμένος.

862. 7. πέντε καὶ δέκα ταλάντων] malim uno vocabulo πεντεκαιδεκαταλάντου.

— 11. πέντε μνᾶς] subaudi κατὰ τὰς εἴκοσι πέντε μνᾶς.

## AD ORATIONEM CONTRA ONETOREM PRIMAM.

864. 4. κηδεστὴν] Soror enim Onetoris penes Aphobum erat.

— 7. τὸν μὲν γὰρ] redit ad Aphobum. ut insequens τοῦτον v. 10. ad Onetorem.

— 13. ἦν] alii ἦς. perinde est, hoc tamen ad Atticismum magis accedit.

— 16. ἀποστερεῖται] correxi συναποστερεῖ τε duobus vocabulis. hausi ex parte ex Augustano, in quo vitiose est συναποστερεῖταί με. mutavi ται in τε, quod a συναποστερεῖ separavi, et præterea distinctionem, quæ in vulgata depravata est, sic mutavi, ut hæc exsisteret sententia; quoniam igitur Onetor, una cum suæ sororis marito Aphobo, me facultatibus meis privat, fretusque suo apparatu ad vos, judices, prodiit, periculum vestri judicii subiturus. παρασκευαὶ actoris, aut rei, sunt advocati amici, testes emti aut subornati, pecunia, gratia, quibus judicum suffragia obligantur, et emuntur, acute sollerterque excogitatæ causationes, versutiæ et cavillationes fori.

— 18. ὑπόλοιπόν ἐστιν ἡμῖν] correxi ὑπόλοιπόν ἐστιν ἐν ὑμῖν. *in judicio vestro*. aut apud vos judices sedentes.

865. 15. τοῦτον] Onetorem puta.

— 25. Τιμοκράτης] Timocrates habuit prior sororem Onetoris secum, antequam ea ad Aphobum transiret.

866. 2. χρημάτων ἀπότιμα] correxi χρήματα ἀποτίμημα. *existimans bona tutorum pupillis quasi oppignerata esse.*

— 5. ὀφείλησειν] puta Aphobo, non Onetori. v. v. 18. 19.

— 25. ὀφείλειν εἴλοντο] volebat Timocrates ipse debere Aphobo, et volebat Onetor, ut Timocrates eidem deberet dotem, vel, sive dotem ferret Aphobus a Timocrate, sive ab Onetore, malebant ambo, non dotem, sed usuram ei dari.

867. 12. μηδὲ ἀποδοῦναι] idem est ac si dixisset: καὶ οὐκ ἀποδοῦναι.

— 14. εἴτε μὴ] malim εἴτε καὶ μή.

— 22. ἐλέγχω, ὡς δ' ὕστερον] correxi ἐλέγχων, ὡς οὐδ' ὕστερον. posteaquam, id quod modo feci, istæc ita plana feci, ut inter omnes constet, et dubium nullum supersit, dotem Aphobo statim a nuptiis datam non fuisse, facile item hoc demonstrabo, non magis illam postmodum ei datam esse.

— 24. κἂν εἰ μὴ ἐπὶ τούτας] etiamsi dotem retinuissent, non ob eam, quem

dixi (v. p. 866. 1. et 24.), metum, sed ea sola de causa, quod certo decrevissent dotem Aphobo paulo post nuptias contractas dare, tamen non fuissent unquam daturi.

— 27. εἶχον] id est, *κατεῖχον παρ' ἑαυτοῖς. retinuisse penes se.*

868. 4. ἐνεκάλουν] querebar privatim inter amicos, et jus æquum poscebam Aphobum, antequam causam in forum deferrem.

— 12. τοῦτ'] correxi *τότ'. qui jam tum diffidit*, quum uxor Aphobo danda esset.

— 20. τοῦτον τὸν ἄρχοντα] in testimonio nominatum, Polyzelum puta. de rationibus chronologicis hujus loci v. Palmer. l. c. et Corsin. Fast. Att. T. IV. p. 12—14. Olymp. 103.

869. 26. ὑπὲρ ὧν τὰς ἀσφαλείας μ. σκοποῦμεν] Lambinus maluit *ὑπὲρ ὧν τῆς ἀσφ.* non cogitans, non dici, *ὑπέρ τινος σκοπεῖν*, sed *τι σκοπεῖν*. mallem utique (nam vulgata non satis placet) *ἅν τὴν ἀσφάλειαν μ. σκ.*

870. 4. κατοφείλοντος] distinxi in duo vocabula *κατ' ὀφείλοντος*. idem est ac si dixisset: *καθ' ἑαυτοῦ ὡς ὀφείλοντος*.

— 17. ἁπλοῖ] simplicis enim et candidi est sine teste et cautione pecuniam credere, aliaque magni momenti.

— 19. ὑπὲρ τῶν διαφερόντων] qui, in causis, ubi agitur de lucro faciendo, aut damno accipiendo, ne minimum quidem quicquam candide, et simpliciter, antiquo more, agunt.

— pen. μάρτυρας δὲ τῶν μὲν ὑμῖν παρέξομαι] est idem ac si dixisset: *ἐγὼ δὲ τῶν μὲν μάρτυρας ὑμῖν παρέξομαι.*

871. 19. περὶ αὐτῶν] sententia flagitat *περὶ αὐτὸ*, scil. *τὸ χωρίον*. quia tamen sequitur *ὡς ἐμῶν ἐσομένων*, videtur utique servandus pluralis, verumtamen accusativum malim, *περὶ αὐτὰ*, ubi subauditur *τὰ τῷ Ἀφόβῳ ἐν τῷ χωρίῳ ὑπάρχοντα.*

— 24. τούτῳ] Onetori.

872. 16. ἐποιήσατο] dubium, ad mulierem, an ad fratrem ejus referatur. Si posterius est, reddi debet, *finxerit*, aut *curaverit ad archontem deferri, et ab eo ratum haberi.*

873. 1. τούτων] correxi *τούτου*. redit enim ad *ταλάντου*. v. p. 878. 22.

— 8. συγγάκει] scil. *αὕτη ἡ γυνὴ*, quod statim sequitur.

— 18. αὕτη τε] correxi *αὐτή τε*. in *ταύτην* subauditur, quam vos ipsi nostis, aut videtis.

— 19. ἀλήθειαν πιστὴν] alii dant *ἀληθινὴν πίστιν*. perinde est. potest et *veritas* et *fides* esse gemina. veritas vera, et falsa, vel simulata, ficta, verbis modo prodita. fides item potest esse vera, et alia falsa, erronea, decepta. *ἀλήθεια πιστὴ* est veritas certa, qua fidi possit. *πίστις ἀληθινὴ*, fides certa, veritate nixa. Lambinus malebat *οὐδὲ πίστιν*.

— 23. ἐπὶ τούτου τοῦ ἄρχοντος] Nicephemum designat, aut Molonem.

874. 1. αὐτῷ] non Onetori, sed Aphobo.

— 3. συνοικοῦσάν τε] subaudi *αὐτῷ*. quod addi necesse non est, tametsi Lambino secus videtur.

— 12. περὶ τοῦ συνοικεῖν] alii dant *περὶ τοῦ μὴ συνοικεῖν*. quod est reddendum: quo constaret, mulierem penes maritum non esse, non habere cum eo rem communem. perinde est, utram lectionem optes.

— 14. αὐτῷ] dedi *αὐτῷ. secum* (h. e. cum Onetore) *colloqui.*

— 20. πασῶν] scil. *βασάνων*. vocabulum *βάσανος* primum universe omne genus explorationis veri significat, tum peculiariter illud genus explorandi veri, quum per tormenta confessio veri exprimitur. Sententia igitur hæc est: Vos et privatim et publice modum illum extorquendæ confessionis et inveniendæ veritatis, qui tormentis peragitur, pro certissimo reliquorum omnium modorum habetis.

— 24. ζητεῖτε τὴν ἀλήθειαν εὑρεῖν] studetis, communi, veritatem invenire. alias possit *εὑρεῖν* redundans et amputandum videri.

875. 3. τὸν μὲν] Timocratem.

— ibid. τὸν δὲ] Aphobum.

— 7. ἀληθείᾳ] correxi *ἀληθείαις*. Onetor enim cum de multis rebus affirmaret, volebat unumquodque suæ affirmationis caput pro re vera haberi. multæ ergo erant, quas illæ venditabat, *ἀλήθειαι*, quas negat orator *veritatibus* similes esse, nedum ut *veritates ipsæ* siut; vel, quæ neque vera, neque vero similia orator ait esse.

## AD ORATIONEM CONTRA ONETOREM SECUNDAM.

876. 3. τούτους] Timocratem et Onetorem.

— 8. κατατίθησιν ὄρους, ἀλλ' ἐπὶ] correxi *καὶ τίθησιν ὄρους ἐπὶ* — sed neque hæc sincera est lectio, tametsi tolerabilior est, quam vulgata, sed videtur orator sic reliquisse: *καὶ οὐ τοὺς αὐτοὺς ἐτίθη, οἷς νῦν τίθησιν, ὄρους, ἀλλ' ἐπὶ* — *neque ponebat easdem, quos nunc ponit, ὄρους, sed* — appellabant, id quod notum est, Attici *ὄρους* ea tigna cum affixis elogiis, eas domos, eusve fundos oppigneratos esse. Mos hic apud nos quoque si obtineret, quem optandum erat obtinere, quam multos

ejusmodi ὄρους esset videre!

— 11. αὐτῷ] Aphobo puta.

— 12. αὐτὸν] redit ad eundem.

— ibid. ἰδὼν] aut, ut alii, εἰδὼς, quod nescio an sit melius, redit ad Onetorem.

— 20. ἀποτετιμῆσθαι] scil. φησί.

— pen. ἐκείνους] τοὺς ὅρους puta domui Aphobi affixos.

— ult. καὶ τούτους] affixos prædio Aphobi.

877. 5. καὶ νῦν] operam se dedisse, ut sibi oppigneratum in tabulis publicis prædium Aphobi, et ante fuisset, et nunc adhucdum esset, pro talento.

— 7. προωρίσατο] correxi προσωρίσατο. Sententia est: se curasse, ut auctoritate publica, præter illos ὅρους, qui essent prædio Aphobi affixi, alii quoque ὅροι ejus domui affigerentur, quibus sibi, Onetori, de pecunia sua Aphobo data, recuperanda publice caveretur.

— 9. τὴν μαρτυρίαν] subaudi ταυτηνὶ, vel τὴν περὶ τούτων.

— 15. τοῖς ἐξ ἀρχῆς] scil. λεγομένοις.

— ult. τοῦ δὲ χωρίου τὸ περιὸν] Sententia et constructio postulat: τὸ δὲ χωρίον τοῦ περιόντος. idem est ac si dixisset: ἡ μὲν οἰκία ταλάντου ἔσται ἀξία — τὸ δὲ χωρίον ἄξιον ἔσται τοῦ περιόντος, τουτέστι τῶν δισχιλίων δραχμῶν. domus valebit talentum, prædium autem excessum talenti, viginti minas puta.

878. 12. ὅτι ὡμολόγησέ τι. καὶ γὰρ λέγων —] correxi ὅτι ὤμοσε. τί γὰρ καὶ λέγων. *constat eum fuisse juraturum. Nam quo quæso tandem prætextu negabit se tum fuisse juraturum —?*

— 27. ὅς] correxi ὡς. propter insequentem infinitivum προσεγγυήσασθαι. nam alias per se bonum est ὅς. Sed deberet sequi optativus προσεγγυῷτο. v. p. 903. 18.

879. 4. τοῦτον] post τοῦτον videtur deesse ὑπὲρ ἐκείνου. *hunc* (Onetorem) *alii* (judicibus. v. p. 878. 23. ubi ὑμῖν correxi) *pro illo* (Aphobo) *velle dependere.*

— 13. νῦν, εἴγε ἀληθῆ λέγεις] correxi transponendis primis vocabulis, εἴ γε νῦν ἀληθῆ λ. Sententia est: tu, Onetor, negas ὅρους fixisse prius, quam Aphobus esset condemnatus. Recte ais, sed hæc condemnatio, non de condemnatione illa, quæ a judicibus in Aphobum, sed de ea, quæ a te in eundem profecta est, accipi debet, si verum est id, quod tu nunc ais, cum negas a te fixos esse ante condemnationem Aphobi ὅρους. Planius hæc sic dicerentur: Si verum est, quod tu ais, necesse est Aphobum a te prius esse condemnatum, quam a judicibus.

— 21. πῶς ἐστὶ δίκαιον etc.] constat affectum hunc esse mutilatumque locum. testatur satis et sententia hians, et codicum discrepantia. unde colligitur, veteres Demosthenis editiones hic mirifice inter se discordasse. E lectione vulgata colligo, sic fuisse in libris quibusdam: ἐὰν μὲν πλείονος ὑπῇ κέρδους ἐλπὶς, τότ' αἰτεῖν σε πλεῖον, ἐὰν δ' ἐλάττονος [scil. κέρδους ἐλπὶς ὑπῇ] ἔλαττον [scil. σε αἰτεῖν]. *Si majoris lucri spes affulgeat, tum te plus petere, sin minoris, minus.*

— 25. τούτου] malim τούτῳ σοῦ. *cum tu*, Onetor, *huic*, Aphobo, *dotem non dederis.* et hoc propterea, quod σὺ στῆσαι sequitur (duobus vocabulis, non, ut vulgo legitur, συστῆσαι, uno, quod vitium correxi), item σὸν εἶναι τὸ χωρίον.

880. 4. ἔπειτὰ μὰ ἔδοτε] caret hoc sensu. Sententia postulat: ἐπεὶ εἰς τἀμὰ ἔδοτε. *quoniam in mea dabatis.* h. e. quoniam, cum Aphobo daretis dotem, curabatis, ab eo vobis oppignerari ea bona, quæ non ejus essent, sed mea.

# I. I. REISKII

## ANNOTATA

## AD

# EXCEPTIONES.

# AD ORATIONEM ADVERSUS ZENOTHEMIN.

Oratio hæc scripta est nomine Demonis, qui patruus erat Demosthenis, ut constat e fine orationis, p. 890. 27.

882. pen. *προσέχετε*] non damno. conveniret tamen melius *προσείχετε*, vel *προσέσχετε*. *animum si uniquam ulli causæ advertistis.*

883. 1. *πολλάκις*] suspectum est, et videtur locum in alienum invasisse.

— 13. *εἰκότως*] *εἰκότως ἐς ἃ* malim, id est, *εἰς ταῦτα, ἃ ἔλεγον.*

884. 18. *ὁ ναύκληρος*] Hegestratus, nisi ille potius Hegesistratus est.

885. 5. *πρεσβευτὴν ἐκ βουλῆς τινὰ*] locus mihi obscurus. in Augustano est *πρεσβύτην*. verba *ἐκ βουλῆς τινὰ* Lambin. deprehendit a quibusdam suorum codicum abesse. credibile non est, hominem senatorium eo contemtus decidisse, ut a mercatoribus se pateretur pro procuratore aut actore negotiorum suorum in insulam ablegaretur. Nisi additum esset *τινὰ*, possit *ἐκ βουλῆς* aliquo modo accipi pro *communicatis inter se consiliis.* Sed et hoc ipsum foret languidum et redundans. Alias *πρεσβευτὴς* est *agens in rebus*, ut si collegium mercatorum e. c. aut mercatores quidam privatim aliquem causidicum aliquo mittant componendorum causa suorum negotiorum, qualis etiam hic designatur. v. p. 1121. 1.

— ibid. *οὑτωσὶ*] *sic*, qualicunque tralatitia notitia, ut solent homines inter se noti esse, non familiaritate, neque necessitudine conjuncti.

— 6. *τοιοῦτος*] improbus, nequam, veterator, qualis est, et qualem usu et damno nostro cognovimus.

— ibid. *οὐδὲν ἔλαττον*] amplector *οὐδενὸς* ex Aug. pr. quo admisso sic erit leg. *οὐδενὸς ἔλαττον, εἰ οἷόν τ' εἰπεῖν, ἀτυχήσαντες, Εἰ τό γε ἐξ ἀρχῆς πονηροῖς ἀνθρώποις συμμίξαι ἀτύχημα. Si quidem infortunium est in improbos incidere, cum iisque rem communem habere.*

— 7. *ἤ*] subaudi *ἐστι*. quam est infortunium, statim a principio in malos homines incidere. h. e. cum hominibus rem habere, qui nonquam de se speciem probitatis dederint, sed statim a principio, primo statim experimento sui, se improbe gesserint, ut Zenothemis et Hegesistratus, qui professi sunt se scelerosos.

— 10. *ταῦτα μὲν οὖν ἠκούομεν ἠργολαβηκέναι αὐτὸν καὶ κατεπηγγέλθαι τουτῳ*] prima quatuor verba parentheseos signis inclusi, et sic totum locum exhibui: (*ταῦτα γὰρ νῦν ἀκούομεν*) *ἠργολάβηκεν ἑαυτὸν, καὶ κατεπήγγελται* (in 3. pers. sing. perf. pass.) *τουτῳ*. nata est vitiosa lectio *ἠργολαβηκέναι αὐτὸν* ex *ἠργολάβηκεν ἑαυτὸν*. librarii enim Græci *αι* et *ε* promiscue habent. *κατεπήγγελται* dei ex ingenio meo, cætera e codicibus. *ἐργολαβεῖν ἑαυτὸν* est quæstum semet facere, merere seu corpore, ut bajuli et meretrices, seu lingua, ut rabulæ, seu calamo, ut Journalistæ. *κατεπαγγέλλεσθαι ἑαυτόν τινι* est alicui operam suam addicere, condicere, dedere atque consecrare semet. *ταῦτα* redit ad negotium Aristophontis cum Mycalione, quo de negotio nobis hodie nil constat. Sententia itaque hæc est: *Aristophon linguam suam in quæstum contulit, et huic Zenothemidi sese addixit atque vendidit.*

— 19. *ἐξ ἀρχῆς*] dedi *τὸ ἐξ ἀρχῆς*. Fœneratores, *οἱ δανεισταὶ*, sunt homines Syracusani, qui Zenothemidi æs fœnebre dederant.

— 20. *ἀλλ' οὐδ' ἐλπίδα ἔχοντες*] correxi *ἄλλο δ' οὐδὲν, ἐλπίδας ἔχοντες*. fœneratores, cum viderent, se aliud nihil habere, quam malum debitorem, *quicum agerent, freti spe, fore, ut, si vos, judices, pateremini ab hoc veteratore vos circumveniri, suos nummos e nostris bonis recuperarent,* —

886. 3. *ὅθεν — καταπλεῖν*] hæc est formula judicii a Cephalensibus judicibus lati.

— 5. *ὁ ἠγορακὼς*] Protus, de quo statim plura.

— 14. *καὶ σοὶ πολλάκις λέγοντα*] correxi partim ex ingenio meo *καίτοι πολλάκις λέγοντας. quamquam, a quibus Hegestratus, aut tu pro eo pecuniam mutuam corrogares, sæpe auditi sint, cum affirmarent, quicunque Hegestrato credidissent, eos omnes ab eo emunctum iri, et pecunias suas esse amissuros.*

— 15. *σὺ οὖν*] tu ergo, o Zenothemi.

— 16. *ἔφη*] inquit Protus.

— 24. *βιβλίον*] Citat b. l. Harpocr. Mœris Atticista v. *ζυβλίον*. p. 95. ed. Piersoni, quem ibi vide. post *βιβλίον* videtur *ἔχον* deesse.

— 26. *ἂν*] malim *αὖ*. opposita enim sibi sunt *πίστις* et *τὰ βέβαια*. qui credit, cautiones ille nullas requirit.

— pen. *λέγῃ*] dedi *λέγοι. quid opus est multis.*

887. 1. *αὐτὸν*] non *τὸν σῖτον*, sed *τὸν Ζηνόθεμιν*. conabatur Protus Zenothemin e navi, h. e. e possessione frumenti, expel-

lere, Zenothemis autem recusabat expelli.

— 7. ἐκεῖνος] Protus.

— 8. τιμὰς] mercedes nauclerii et nautarum, vecturam.

— ibid. τοῦτον] Zenothemin.

— 9. τὰ διάφορα] intertrimentum. h. e. reluitionem impensarum, quæ Zenothemidi fuissent faciendæ, et damnorum, quæ mora aliisve de causis passus esset. Magna enim damna fuissent Zenothemidi accipienda, si oblatam voluisset recipere conditionem, h. e. cum navi et frumento, et Proto adversario, Syracusas renavigare, et ibi jure experiri.

— 10. καὶ τάλαντον προσλαβεῖν] verba hæc absunt ab Augustano, nescio, an recte. nam talentum pro dono gratuito videtur modum æquitatis excedere. Veruntamen solet impetus animi homines et pertinacia, et fiducia causæ obtinendæ ultra terminos modestiæ abripere et ad vanitatem aliquam impellere.

— 11. ἐκείνου] Protus designatur. deinde malim v. 12. καὶ λεγόντων καὶ ἡμῖν, scil. ταῦτά.

— 15. ἐξάγειν βεβαιοῦν] pro posteriori vocabulo videtur sententia βεβαιούντων ἡμᾶς postulare. Si nos sibi sponsores fiamus, nos velle Zenothemin educere. quod cum fiebat, tum actio litis adversus Zenothemin a Proto, primo actore, ad Demonem ejusque socios transferebatur. possit quoque εἰκὼ ἐάμενος legi.

— 16. εἰ δ' αὖ θέλοντος] correxi εἰ δὲ ταῦτ' ἐθέλοντος. *Sin autem, tametsi ipse* (Protus puta) *sese ad hæc offerret, nos tamen Zenothemidi frumentum permitteremus.*

— 19. ἃ προὐκαλεῖτο] valde vereor, ne προκαλεῖσθαι in passivo non usurpetur, sed solummodo in medio. quod si sic est, necesse est ὁ πρῶτος deesse. *ad quæ Protus eum invitabat.* Sin autem vulgata bene habet, debet passive accipi, *ad quæ invitabatur.*

— 22. ἤθελον] correxi ἤθελεν. in singulari. Zenothemis puta.

— 24. πρειδὼς] norat Zenothemis, Hegestratum velle navem ponto mergere, priusquam hic id instituerit.

888. 8. ἔμελλον] malim ἐμέλλομεν. nam paulo ante dixerat οὐδεὶς ἡμᾶν ὑπελάμβανεν.

— 26. συντεταχότος] alii συντεθεικότος. nescio, utrum melius.

889. 4. ἐλθόντα] scil. Ἀθήναζε.

— ibid. ποιήσειν] scil. ἑαυτῷ.

— 14. τῆς ἐπὶ τὸν σῖτον] præpositionem tametsi vitiosam reliqui, quia meliorem non reperi. Wolf dedit περὶ. Saltim παρὰ dedisset, quod melius conveniret.

— 20. ὄφλειν δὲ] subaudi τὸν Ζηνόθεμιν τὴν δίκην.

— 21. ἐκεῖνος] Protus.

— 22. παῖσιν] Zenothemis et Aristophon.

— ibid. ὡμολογήκασιν] subaudi εὖ ἔχῃ, vel tale quid.

— 24. εἰς τὸ ἔγκλημα] libellum accusationis, quem Zenothemis adversus Protum judicibus exhibuerat.

— pen. ὑπανέῳγεν] Thomas Magister v. ἀνέῳγεν h. l. citat.

— ult. αὐτοὶ πρὸς ἑαυτοὺς] primam vocem addidi. alloquitur Zenothemin, et Protum, sed hunc absentem. Protus enim auffugerat.

890. 1. πρόσαγε] tu, Zenothemi.

— 3. δίκην] Protus enim contumaciæ foerat damnatus, et lis contra eum Zenothemidi adjudicata.

— 5. νὴ Δία] est objectio, desinens in v. ἄνδρωπος hoc versu. cui occurritur verbis διά γε ὑμᾶς. *attamen*, aitis, *homo*, Protus, *abiit, evasit. Recte vero*, inquam, *at non nostra, sed vestra culpa.*

— 8. δι' ὑμῶν] malim δι' ὑμᾶς.

— 14. ἔνδειαν] correxi ἔκδειαν. *partim debiti nondum dependam.*

— 22. γνώριμον] scil. ἐμοί. ἐκεῖνον redit ad Demosthenem.

— pen. δεινὸν εἴη] subaudi εἰ μὴ ποιήσαιμι.

— ult. ἐμοὶ συμβέβηκεν] malim ἐμοὶ γὰρ συμβ.

891. 3. τὰ τοιαῦτα] non intelligo, quid sibi velit. non potuit causas publicas ad privatos homines pertinentes designasse, ut majestatis, peculatus, legum vitiosarum, etc. quibus detractis, ecquid quæso remanet causis publicis. Ipse Demosthenes, non suo quidem, sed alieno nomine scripsit ejusmodi orationes, scripsit tamen; ut mentiretur, si ab iis se abfuisse affirmaret. Sed erat hic locus, ni fallor, apertior futurus, si totus exstaret, sed apparet clausulam deesse.

## AD ORATIONEM ADVERSUS APATURIUM.

893. 1. αὐτοῖς] *solis.*

— 7. ὁ μὲν οὖν] designat Aristoclem.

— 8. μετὰ τούτων] correxi τούτου. cum hoc Apaturio.

— 27. τούτας] correxi meo periculo τούτων. *in his, inter hos.*

894. 7. ἀδικοῦντες] dedi ἀπαιτοῦντες. vulgata videtur notas alius cujusdam vetustæ lectionis, quæ etiam in libris versata fuerit, referre, quam suspicor fuisse ἐκδικοῦντες. Lambinus volebat ἀντιδικοῦντες. profecto jam supra p. 840. pen. exem-

plum occurrit verbi ἀδικεῖν cum ἀντιδικεῖν permutati. verum ab hoc quidem loco verbum ἀντιδικεῖν est alienum. nam creditores Apaturii non ἠντιδίκουν αὐτῷ, sed ἐξεδίκουν αὐτόν. non cum eo, ut rei cum actore agebant, sed ut creditores cum debitore lento. illorum est ἀντιδικεῖν, causam suam defendere coram judicio, horum ἐκδικεῖν, in foro res suas repetere, et ope judicis exigere atque extorquere invito.

— 26. ἀνθομολογησάμενος πρὸς τοῦτον] cum ita comparassem, ut Apaturius illas quadraginta minas profiteretur sibi a me mutuo datas esse, reciperetque mihi redditurum; et cum ego rursus illi spopondissem, me navem illi restituturum, si quadraginta illas minas mihi redderet. nos appellamus *einen Wiederkauff* [*a redemption*].

895. 5. ἀνασκευασθείσης] Citat h. l. Harpocrat. v. ἀνεσκευάσατο.

— 22. ἔνδεια] Valesius ad Harpocr. p. 54. mavult ἔκδεια. Verum neque codices consentiunt, et vocabulum alienum h. l. est. nam ἔκδεια est reliqua pars debiti nondum depensa. Verum Apaturius nihil plane dependerat; et de reliquiis luendis hic plane non agitur. Sed si navis minoris venderetur, quam quadraginta minis, unde reliqua luitio fieret? id, quod deesset summæ isti integrandæ. hæc est ἔνδεια, non ἔκδεια.

897. 3. αὐτῶν] fuit igitur Apaturius quoque Byzantius, perinde ut Parmeno.

— 9. οὗτος μὲν (Apaturius) ἐκείνῳ (Parmenonti).

— 25. ἦλθεν ἐπὶ τῷ ἀμφισβητεῖν] correxi ἦλθεν ἐπὶ τὸ διαμφισβητεῖν. Fuit etiam aliquando, cum suspicarer duo vocabula αὐτῷ διαιτητῆς v. 26. in unum αὐτοδιαιτητῆς esse contrahendum. *Solus arbiter.* quod in medio relinquo.

898. 12. ἀπολωλεκέναι] post ἀπολωλεκέναι, vel potius ἀπολωλέναι, ut est in Augustano, periisse τὸ γραμματεῖον, vel tale quid, haud improbabiliter suspicatus est Lambinus.

— 18. ἀξιῶν] post ἀξιῶν, aut in hac regione, deesse videtur aliquid, e. c. ἕνα μόνον αὐτῷ διαιτητὴν εἶναι. v. p. 902. 15. aut ἀποφαίνεσθαι τὴν δίαιταν.

899. 1. Ὀφρυνίῳ] Citat h. l. Harpocr. v. ὀφρύνιον.

— 7. καθ' αὑτοῦ] foret hoc *contra se*, Parmenontem. Verum sententia postulat καθ' αὑτόν. *per se, pro se*, suamet ipsius auctoritate, et redit ad Aristoclem. v. p. 902. 21. 903. 15.

— 9. ἀπεφήναντο] correxi ἀπεφήνατο. in singulari. Solus Aristocles sententiam pronunciavit in Parmenontem.

— 23. ὥσπερ] ante ὥσπερ, aut in hac regione, deesse videtur βουλόμενος, aut δέλων, aut ἀξιῶν, aut tale quid.

900. 4. ἔμμηνοι] malim ἕκμηνοι, *semestres*. causæ nauticæ seu mercatoriæ aguntur in foro Attico per sex menses hibernos. Sententia exsisteret e vulgata hæc: illas quocunque mense agitatas esse, et non ultra mensem protractas, sed intra mensem absolutas. id quod a vero abhorret.

— 7. μὲν] huic respondet δὲ v. 21. in illis εἰ δ' ἄρα ἐμποδών τι —.

— 14. ἐπὶ τὴν τράπεζαν] subaudi ὀφειλόμενον.

— 27. εἰ μὴ προπέρυσιν—] fort. εἰ μὴ προπέρυσιν, ἀλλ' ἐν τῷ ἐξελθόντι ἐνιαυτῷ (id est, πέρυσιν). v. p. 901. 3. ἢ πέρυσιν, ἢ προπέρυσιν.

901. 10. ἀλλὰ μαρτύρομαι τὸν νόμον εἶναι] lectio hæc si servatur, tolli debet εἶναι. Sed recepi e libris bonæ notæ μάρτυρά μοί φημι τὸν νόμον εἶναι.

— 16. συνέβαινεν] correxi συνέβαλλεν. quæ Parmeno cum Apaturio contraxerat. ad quem ipsum Parmenontem etiam ἀπολεῖ redit, item ἐκείνῳ v. 20.

— 21. τὴν εἰς τὴν τράπεζαν] subaudi γεγενημένην.

— 26. τὴν ἐγγύην] post τὴν ἐγγύην videtur καὶ κελεύοντι deesse.

902. 7. ὑπὸ τούτων] Apaturio et Aristocle.

903. 21. τούτῳ] correxi τούτου. *quam Apaturius.* possit quoque τούτων convenire. *quam Apaturius atque Aristocles.*

## AD ORATIONEM ADVERSUS PHORMIONEM.

Scripta hæc est oratio nomine Chrysippi. v. 911. 18. quo fit, ut in Augustano aliisque codicibus inscripta sit ὑπὲρ Χρυσίππου πρὸς τὴν Φορμίωνος παραγραφήν. quo titulo eam Harpocr. quoque laudat v. ἐπιδέτους ἑορτάς. alter, qui p. 918. pen. loquendi vices suscipit, videtur Chrysippi frater esse.

907. 5. συμβάλλοντες] correxi συμβαλόντες. qui causam hanc agunt, videri possint, non cives Athenienses esse, sed mercatores peregrini, quippe qui se aiant sæpius in portum Atticum venire. Verumtamen non videtur hoc argumentum rem conficere. potest enim hæc dictio, *frequentare portum Atticum*, etiam do civibus Atheniensibus usurpari, navicularian Athenis exercentibus, tametsi alibi locorum sedes fortunarum certas habeant fixas. Vel etiam potest illa dictio hoc significare, jam a longo tempore fratres illos, Chrysippum puta, alterumque fratrem, cujus no-

men ignoratur, consuevisse ex urbe in Piræeum descendere. miror tamen nihilominus insolentiam dictionis, quæ vix alias soleat, nisi de peregrinis, usurpari. v. p. 924. 5.

— 9. ὑπὸ τῆς νεὼς] ὑπὸ serves, an ἐπὶ suffi cias, multum interesse vix putem.

— 13. τῶν ἐμπόρων τῶν ἐπιδημησάντων ἅμα Φορμίωνι] correxi τῶν ἐν Βοσπόρῳ ἐπιδημ. — *maxime illi, qui tum in Bosporo versati essent, quum Phormio ibidem versaretur.*

— 15. τὰ χρήματα ἐν τῇ νηΐ] aut delenda est præpositio ἐν, id quod malim, aut iterandus est articulus, ut sit τὰ χρήματα τὰ ἐν τῇ νηΐ, aut denique transponenda sunt vocabula, τὰ ἐν τῇ νηΐ χρήματα.

908. 1. οἱ μὲν οὖν νόμοι] correxi οἱ μέντοι νόμοι. *leges autem.* Potest tamen vulgata bene defendi, si dicas huic μὲν respondere οὐ μὴν ἀλλὰ v. 8. quod vices gerere potest τοῦ δέ.

— 4. παραγράψασθαι] dedi παραγράφεσθαι. *in causis natis super contractibus iis, qui neque Athenis sint initi, neque caveant, ut merces Athenas convectentur, concedunt leges exceptione fori uti.*

— 14. φησί] correxi φασί. comprehenduntur numero plurali, cum Phormione, reo, ejus advocati et testes, quibuscum causa communicatur.

— 17. ἀλλ' ὡς] malim ἀλλὰ καὶ, ὡς —.

— 21. ἐπὶ ἑτέρᾳ γ' ὑποθήκῃ] particulam γε addidi. magna inest difficultas v. ἑτέρᾳ, quam dudum sensit Valesius Emend. p. 4, 3. Sed satis perspicue non explicavit. Suspicor tamen hanc esse vocabuli vim: Chrysippum Phormioni fœnebrem pecuniam elocasse ἐπὶ ἑτέρᾳ τοσαύτῃ ὑποθήκῃ, apposito pignore, quod esset valore par et æquale pecuniæ mutuo creditæ. non enim solebant fœneratores mercatori credere, nisi contra pignus. Ambæ illæ sortes, altera creditoris, altera debitoris propria collocari debebant in mercibus mercaturæ periculo committendis, et hæ merces illa duarum sortium commissione comparatæ erant in jure creditoris, ut aut nummis ex earum venditione redactis æs debitum a mercatore domum reverso diluereturor; aut alias in potestate creditoris merces a debitore advectæ essent. interdum quoque debitores fundos immobiles, ἐγγείους ὑποθήκας, opponebant pignori. Olim hæc scripseram. postmodum cœpi suspicari, vocabulo ἑτέρᾳ tantundem significari, atque si dixisset: ὁποίᾳ δή τινι οὖν, ἣν νῦν οὐκ ἐθέλω ὀνομάζειν. pignore nescio quo. nil enim nunc neque juvat, neque refert a me id commemorari. Induxit me in hanc suspicionem p. 1236. 23. ubi leguntur hæc verba: ἐφ' ἑτέρᾳ ἀποδημῶν ἐμπορίᾳ. *peregre agens,* extra Atticam puta, *nescio quo in itinere.*

— pen. χιλίας δραχμὰς] delevi postremam vocem. prior enim per se rei designandæ sufficit, et modo præcesserat δραχμὰς, ut errare lector nullo modo posset.

909. 1. τοῖς δανεισταῖς ποιεῖν] dedi τοῖς δανείσταις πᾶσι ποιήσειν. Sed cur dicat, Phormionem debuisse pro 75 minis, quas mutuo sumserat, merces exportare e portu Attico, valentes 115 minas, si voluisset pactis satisfacere, id vero non satis intelligo, si vera sunt ea, quæ paulo ante de pignoratitiis bonis disputabam. debuisset enim tum merces navi imponere, valentes 150 minas. Sed fieri potest, ut aliis cum creditoribus aliter, non cum omnibus eadem formula pepigerit, nonnullis de jure severo parum quid remittentibus. vel ortus est error lectionis ex errore librarii, qui ΔΠ, id est, δέκα πέντε, dedit, pro |Δ| πεντάκις δέκα, id est, πεντήκοντα. præterea dici non solet δέκα πέντε, sed πέντε καὶ δέκα, vel uno vocabulo πεντεκαίδεκα.

— 4. ἑβδομήκοντα] 55 minæ et 75 minæ non conficiunt, nisi 130 minas. est igitur error in numeris manifestus, et leg. ἐννενήκοντα καὶ πέντε, 95.

— 18. ἐπακολουθεῖν] dedi παρακολουθεῖν. tametsi parum refert. Sententia est, in utraque lectione, hæc: qui scrutarentur et vestigarent, venderetne Phormio merces in Pontum importatas, ubi, cui, quanti? et num alias merces emeret nummis ex illarum priorum mercium venditione redactis, quas illinc Athenas referret, ut cautum erat in tabulis, fideliterne et probe administraret pecunias a Chrysippo creditas, verbo, qui cœpta et gesta ejus acriter specularentur. v. p. 915. 18.

— 25. ἑτερόπλοια] consentit hic quidem Augustanus vulgatæ, verumtamen, quod ille plerumque vocabula hæc adjectiva ἀμφοτερόπλους et ἑτερόπλους, exhibeat sine ι, eaque formandi ratio magis convenire videatur analogiæ, ideo etiam hic ἑτερόπλοια, sine iota, dedi, et in similibus aliis locis.

910. 1. ἄπρατον γὰρ εἶναι τὸν ἄνθρωπον] dedi pro postrema voce ῥᾷπον, obsecutus Valesio, qui p. 4. Emendat. mendosum hunc locum felici solertia sanavit. Causa ipsa salva est; sed argumentum, quo vir doctissimus utitur, vereor ne parum firmum sit. Grammaticos ait testari, Demosthenicum esse vocabulum ῥᾴωπος. Jam in toto Demosthene, qui ad nos pervenerit, nullum memini esse alium locum, præter hunc, cui vocabulum conveniat. Potest fieri. Sed quota pars Demosthenis reliqua nobis facta est, et grammatici sæpe locos e deperditis libris afferunt. cæterum vocabulum fastidii et contemtus atque contumeliæ plenum sic satis decet stomachum mercatoris, a frigore mercium

suarum offensi. v. Phot. Lex. v. ἐῤῥωπίζομεν. et Morus V. C. ad Longini sect. 3. commate 4. p. 19. ubi necessario ῥωπικὸν est leg. pro ῥοπικὸν vulgato.

— 8. τοῦ ἐμπορίου] subaudi ἐξ οὗ ἀνήχθη, illo Pontico, unde fuerat evectus.

— 13. πλέον ἢ τριακόσια σώματα ἐλεύθερα χωρὶς τῶν ἄλλων] addidi ἐλεύθερα. quod si probatur, referetur τῶν ἄλλων ad σωμάτων, tacite subaudiendum, sin minus, necesse erit, non σωμάτων, sed φορτίων subaudiri. etiam in numero corporum variatur. alii διακόσια dant, alii τριάκοντα. cum quibus facio. nam incredibile est, tercentos, vel et ducentos modo, liberos homines, in una nave mercatoria conclusos fuisse. Qui si tot fuere, consentaneum, duplo aut triplo plura fuisse mancipia. Ecquæ autem navis mercatoria tot homines capiat; cum maximæ quæque naves bellicæ non legantur ultra centum viginti homines cepisse. Mancipia e Ponto magno numero quotannis exportata et quanqua versum divendita olim fuisse, quod idem hodie quoque fit, notum et pervulgatum est.

— 22. φασὶν] correxi φησίν. Phormio solus designatur.

— 25. ὑπὲρ τούτου] de hoc Phormione, de rebus ejus. malui tamen cum Augustano dare ὑπὲρ τούτων.

— 27. ἐν τῷ Βοσπόρῳ τότε] articulum addidi, sed τότε uncis inclusi, quod hoc loco alienum est, et aut locum habere nullum potest, aut, si quem, ante ναυαγίας v. 24. habere debet; aut v. ult. inter τῶν et παραγενομένων.

911. 19. ἀλλὰ μὴν] dedi ἀλλὰ μὴ —. idem est ac si dixisset: οὐ μόνον οὐκ ἐφθέγξατο.

912. 2. ἔλαχον] sic etiam Aug. hic loci. nam paulo post v. 5. discedit a vulgata. Quæ si bene habet, accipi debet pro καθ' ὃ ἔλαχον δίκην. Sed malim, si codices auctores fiant, ἔγραφον.

— 3. οὐδεπώποτ'] malim οὐδέπω τότ' *tum temporis nondum* — nam postmodum asseveravit.

— 15. παραγραφὴν διδόντες πέρυσιν] correxi παραγραφὴν δόντες τῆς δίκης πέρυσιν. Chrysippus nempe de viginti illis minis, quas Phormioni credidisset, hunc judicio postulaverat. Phormio contra exceptione erat usus, nescio qua. nondum enim tum aiebat nomen id esse dilutum.

— 27. ἐδέοντο ἡμῶν] rogabant nos, me, Chrysippum puta, et fratrem meum, et hujus causæ, quotquot essemus, socios, Phormio, Lampis, aliique istius advocati.

913. 17. τοῦτον] Chrysippum puta. nunc enim socius, et frater forsitan Chrysippi, loquitur. ad hunc eundem p. 914. 4. quoque οὗτος, et v. pen. τούτῳ referenda sunt.

— 18. οὐκ ἐντὸς ὢν αὐτοῦ εἰπεῖν] est dicere id, quod dicas, per oblivionem, quid dicas, cum alia dicas, quam quæ velis dicere, supinitate quadam et alienatione mentis, quæ impediat, quominus ad ea, quæ agas, aut dicas, non satis attendas.

— pen. οὗτος] est Phormio.

914. 5. ἐδάνεισεν —] fœnus itaque se habebat ad caput, ut 6. ad 20. viginti enim minas dederat Chrysippus solventi e portu Phormioni, pro quibus a Phormione domum ex itinere reverso easdem viginti minas, cum usura sex minarum recuperabat. Erant autem ejusmodi itinera maritima mercatorum plerumque semestria, aut breviora etiam; nulla sex mensibus diuturniora.

— 10. ἔφεκτοι] citat hunc locum Phrynichus p. 130. et Harp. v. ἔφεκτοι. conf. item Interpp. ad Thomam M. v. ἔγγιον. δανεισάμενος ἐγγείων τόκων. idem est ac si dixisset, δ. ἀντὶ ἐγγείων τόκων. cum æs mutuum sumsisset sub pacto dependendi fœneris terrestris, h. e. quod de fundis in terra continente sitis dependi solet. Illi τόκοι sunt ἔφεκτοι, cum de talento sexta pars, h. c. de 60. minis denæ penduntur in fœnus. Verum non concordat hoc cum superioribus, ubi dicebat Phormionem pro viginti minis debuisse 6. minas. ergo pro 60. minis debuisset 18 minas. crederem tantum fuisse fœnus nauticum. Sed plane hic dicit Phormionem sumsisse nummos mutuos fœnore terrestri. quod miror. mercatores enim mutuo sumebant pecuniam fœnore nautico, non terrestri.

— 13. τῶν μὲν γὰρ ἑκατὸν —] Neque hic rursus conveniunt meæ rationes cum Demosthenicis. Demosthenes ait 120 stateras Cyzicenos æquivalere 3360. drachmis Atticis. nam staterem illum æquivaluisse 28 drachmis Atticis. Sed sic efficitur summa 3362. drachmarum, seu 33. minarum et 62. drachmarum.

— 17. τὸ δὲ ξύμπαν κεφάλαιον] tota summa, quam Phormio Athenas reversus debuisset Chrysippo. erat 2660. dr. seu 26. minarum et 60 drachmarum.

— 21. τριακοσίας] post τριακοσίας addidi καὶ ἑξήκοντα. Sed rursus rationes non conveniunt. supra dixerat Phormionem Lampidi dedisse in Ponto 120. stateras Cyzicenos, qui faciunt 33 minas et 62 drachmas. Jam dicit eum Lampidi dedisse 39 minas cum 20 drachmis.

915. 1. ἐπιτίμια] videntur esse pœnæ, aut mulctæ in tabulis contractis scriptæ iis, qui leges et pacta fœderis violassent.

— ibid. οὐδεμιᾶς ἀνάγκης] nondum enim violaverat pacta, si vera dicebat, ideoque pœnis nullis tenebatur.

— 4. ὡς φασὶν] videntur hæc verba redundare, ideoque uncis inclusi. quæ si bene habent, referenda erunt ad Chrysip-

pum et ejus consortes, qui Phormioni etiam pecunias crediderant.

— 14. *συνδικοῦντι*] possit ferri. testis enim nemo in causa ipse sua probatur. Sed Lampis cum Phormione causam communicaverat. malui tamen *συναδικοῦντι* dare. v. p. 920. 25.

— 17. *ἀπεδώκαμεν*] correxi *ἐπεθήκαμεν*. v. Harpocr. v. *ἀντεπιτίθησιν*. et v. *ἐπιθέτους*. ubi locum hunc ipsum allegat probandi ergo, veteres usurpasse *ἐπιτιθέναι ἐπιστολήν* pro *παραδιδόναι*. aliis præterea exemplis hanc formulam confirmavi in animadversionibus ad Herodotum.

— 18. *οἷς*] pro *ἐν τούτοις*, *ἅ*.

— pen. *ἀποδίδωσι*] correxi *ἀποδιδῶσι*. in Bavar. est *ἀπολύσωσι*. quæ lectio habet, nescio quid exquisiti et elegantis, *ἀπολύειν* et *διαλύειν* debitor dicitur, cum nomen factum diluit. v. p. 919, 10.

916. 11. *οὐδ' ἐμοί*] correxi *οὐκ ἐμοί*. videtur hic Chrysippus iterum loqui.

— 19. *παρακαλεῖν*] dedi *παραλαβεῖν*. quamquam vulgatæ satis præsidii sit in v. 25. præc. paginæ.

— 20. *οἶδε*] quinam hi sunt? si verum est, quod ad v. 11. dixi me suspicari, Chrysippum rursus incepisse agere, nequit hic hoc loco significari. Sin secus sit, hoc est, si alius hæc pronuntiet, significatur Chrysippus, cum reliquis creditoribus Phormionis.

— 24. *λέγει δὲ ὡς ἡ συγγραφὴ σωθείσης*] distinxi et correxi hæc meo periculo sic: *λέγει δὲ πῶς ἡ συγγραφή; at quomodo edicunt tabulæ contractus?* respondet. *sic nempe. σωθείσης* —.

— pen. *οὐ λαμβάνεις*] correxi *οὐ παραλαμβάνεις, non assumis, non adhibes ad mentem.* non revocas ad animum tuum.

— ult. *εὐθὺς καὶ τὰ χρήματα ἐξαρχῆς*] ordinavi sic: *εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, καὶ τὰ χρήματα.*

917. 7. *ταύτην τὴν σκῆψιν*] subaudi e proximo *ὅτι μετέσχηκε τοῦ κινδύνου. confugiebat ad has excusationis prætigias, causans, se periculum participasse, quippe qui mercibus suis istam navem onerari curasset.*

— 11. *ὑπὸ τῶν ἐν τῷ ἐμπορίῳ*] vocem tertiam et quartam addidi. *τὸ ἐμπόριον* cum sic simpliciter nominatur, est Piræeus.

— 15. *κελεύει*] subaudi *αὐτό*, scil. *τὸ ἀποδοῦναι τῷ Λάμπιδι τὸ χρυσίον.*

— 24. *κήρυγμα*] dedi *κηρύγματα*. non enim uno solummodo in loco præconia hæc promulgabat Parisades.

918. 5. *προστεθεικότων*] correxi *προτεθεικότων*. ut est in edit. Wolfiana sola, nescio unde. nam cæteri libri mei in vulgata consentiunt. *προτιθέασιν οἱ νόμοι*, proponunt, denunciant, pœnas leges violantibus, sed judices et magistratus, qui pœnas exsequuntur a legibus denunciatas. *προστιθέασιν.*

— 24. *τῆς καθεστηκυίας τιμῆς*] pro solito pretio frumenti, quanti venire solet frumentum, quum est vilissimum, scil. quinque drachmis, seu mediocri et æquo, stante medio inter vilissimum et enorme.

919. 18. *ἐδείκνυε*] post *ἐδείκνυε*, aut post *Φορμίων*, deesse videtur *τἀναντία*, aut simile quid.

— 23. *καὶ οὐ μόνον*] pro *καὶ* postulare videtur sententia *τοντέστι*. nam insequentia nil aliud sunt, quantum equidem cerno, quam interpretatio verborum legis.

920. 14. *εἰς τὴν παραγραφὴν*] satis quidem mihi videor sententiam percipere, sed offendor vocabulo *παραγραφήν*. Sententia hæc est: si Theodotus sententiam pronunciasset decretoriam et peremtoriam, contra Phormionem, secundum me, miror, quid tunc facturus fuisset Phormio. Nempe appellasset vos, provocasset a judice pedaneo ad vestrum superius judicium. Quo facto, ultro agnovisset causam suam esse *εἰσαγώγιμον*, et posse optimo jure ad vos deferri. Sed provocatio non est *παραγραφὴ*, sed *ἔφεσις*.

921. 14. *τὸ χρυσίον*] post verba *τὸ χρυσίον*, addidi hæc verba *νῦν τὰ ἐναντία μαρτυρεῖ*. Sententia hæc esse videtur: Phormio nititur uno teste, Lampide, sed eo tam inconstante, ut modo aiat, modo neget idem, quamquam ille unus omnium optime novit rei veritatem. Vos autem si pronunciaveritis Lampin a Phormione pecuniam tulisse, facietis quidem opus testium, tametsi rei gestæ sitis omnium ignorantissimi, testium tamen personam non item geretis. non enim potero in vos ex titulo falsi testimonii dicti agere. malim tamen pro *γνόντες, γνοίητε*, et pro *ἐστὲ, ὄντες*. vos autem pronuncietis Lampin accepisse pecuniam, cum tamen vos testes rei gestæ haud sitis, vel, cum tamen vos rei, dum gereretur, haud interessetis.

— 18. *ἐν τεκμηρίῳ*] delevi præpositionem. nam ea servata dicendum esset *ἐν τεκμηρίου τάξει.*

922. 10. *αἱ ἐμπορίαι*] v. Vales. Emendat. p. 106. *ἐμπορίαι* servandum, an cum Augustano leg. sit *εὐπορίαι*, mihi quidem haud liquet. potest utraque lectio probari.

# AD ORATIONEM ADVERSUS LACRITUM.

Scripta est nomine Androclis Sphettii et Nausicratis Carystii. v. p. 925. 27. et pen. et alibi.

924. 1. ἀποδεδωκέναι] correxi ἀπολωλεκέναι. potest quis ἐκ τῶν ἰδίων τι ἀπολλύναι, de suis aliquid perdere, non autem de suo ἀποδιδόναι, reddere. qui suum dat, non ἀποδίδωσι, *reddit*, sed δίδωσι, *dat*. quicunque autem ἀποδίδωσι, debitum reddit, ille non suum reddit, sed alienum mutuo datum.

— 10. τούτου] Lacriti puta.

— 17. καὶ κληρονόμῳ] καὶ uncis inclusi. ut sit sententia: *qui possidet omnia ab Artemone relicta, utpote ejus hæres.*

925. 2. ἐπιτήδειοι] post ἐπιτήδειοι videtur γὰρ deesse, et hæc verba usque ad οὗτοι v. 4. parenthesi esse includenda.

— 5. δήπουθεν] correxi δήποθεν. Inter ἐγνωρισμένοι et ἐγνωσμένοι ambigo. quamquam hoc malim. priori tamen favet p. 924. ult. 7. Apollodorus erat item frater Lacriti et Artemonis.

— 12. ὑπισχνεῖτο] correxi ὑπισχνοῦντο. scil. Artemon et Apollodorus.

— 16. τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ] Melanopus est.

— 18. μετὰ ξένου τινὸς ἡμ. Καρυστίου] designat Naucratem, aut Nausicratem.

— pen. Ναυκράτης] dedi Ναυσικράτης. nam Naucratis est nomen oppidi in Ægypto.

926. 1. Μένδην] citat h. l. Harpocr. v. Μένδη.

— 2. τῆς ἐπ' ἀριστερὰ] subaudi πλευρᾶς τοῦ Πόντου. *si volent sinistrum Ponti litus legere, liceto ipsis usque ad Borysthenem procedere.* Sinistrum litus est id, quod ingressis Pontum e Bosporo ad sinistram est.

— 4. μετ' Ἀρκτοῦρον] scil. δυόμενον, vel δύντα. post occasum Arcturi.

— 5. ἐφ' ἱερὸν] est postmodum dicta Chalcedon.

— 6. τὰς τρισχιλίας] correxi τὰς χιλίας. millenæ drachmæ paulo ante depactæ erant fœnore 225 drachmæ. jam vero, si appellerent ad Chalcedonem post Arcturi occasum, cavebatur in usuram, tercentenæ drachmæ in millenas. ergo periculosa erat illa navigatio. Sed nullo non anni tempore importuosum erat litus Chalcedonense, multo autem magis sub autumni initia.

— ibid. κεφαλαίοις] colligitur ex hoc loco, vini Mendæi testam valuisse binas drachmas. fœneratores enim pecuniam credere solebant, in hypothecam, quæ duplum valeret nummorum creditorum.

— 26. κατὰ] in altero exemplo p. 936. 23. est παρά. ambigo, utrum præferam. fortasse tamen παρὰ præstare quibusdam videatur.

— 27. καὶ ἐκ τῶν] καὶ deletum malim.

927. 2. εἰσβάλωσι] scil. εἰς τὸν Πόντον.

— 3. μείναντες] scil. ἐν τῷ Ἑλλησπόντῳ.

— ibid. ἐπὶ νηΐ] correxi τὴν ἐπὶ κυνί, scil. δυομένῳ ὥραν. quod si autem non invehantur in Pontum, sed maneant in Hellesponto, etiam decem dies ibi maneant, post occasum caniculæ, tamen plus ne danto fœnoris, quam scriptum est in tabulis anno superiori exaratis. h. e. ducentenas vicenas quinas drachmas, in minas denas. annus enim Atheniensium inibat mense Julio. Tabulæ ergo contractus ineunte navigatione, h. e. mense Aprili, scriptæ, revertente mercatore e navigatione domum sub initium Octobris, erant scriptæ anno superiori.

— 8. σωτηρία ἔστω] salva sunto debitoribus bona, quæ debitoribus oppignerarint, et eorum sunto, neque creditores eorum quicquam attingunto. quæ autem e naufragio reliqua facta sint, ea creditorum sunto communia.

— 13. Βοιώντιος] suspectum vocabulum. non enim menini Athenis tribum Bœotiam fuisse. num Βοιωτοῦ. *Bœotus* erat nomen virile Atheniensibus haud ignotum, ex ipso notum Demosthene. verumtamen recurrit v. 23.

— 15. μαρτυρίαι] imo vero μαρτυρία. hic enim non nisi unus Archenomides testatur.

928. 3. σημηναμένου] correxi συσσημηναμένου. non solus Lacritus obsignaverat eas tabulas, sed una cum ambobus fratribus, Artemone et Apollodoro.

— 10. Ἀθήναζε] correxi Ἀθήνησι. *sese moraturum esse Athenis.*

929. 1. ἐν τῇ εἰκοστόρῳ] prima duo vocabula addidi.

— 6. ὅσον προσήκει] correxi ὅσον προσῆκε.

— 7. ὅσον ἐδόκει] correxi ὅ,τι ἐδόκει. ut p. 928. 16. legitur, videtur ὅσον e varia lectione ἐς ὃ ἂν ἐδόκει natum esse.

— 8. ἐμέλησαν] correxi ἐμέλλησαν. a v. μέλλω, non a μέλει. *nunquam futurum fuit, neque ab ipsis sperandum, ut tot cados vini navigio imponerent, neque in mentem ejus rei ipsis venit.*

— 25. Ἰστιαιόθεν] tuetur hanc lectionem Corsinus Fast. Attic. dissert. 5. p. 215. sqq. Valesius ad Harpocr. p. 93. vult Ἰτεαιόθεν. mihi non liquet, neque amo nodos ejusmodi enodare.

930. 9. *νεανίσκου*] vocabulo *νεανίσκου* designatur Aratus Halicarnasseusis. v. v. 19.

— 16. *ἐδανείσαντο τὰ χρήματα*] articulum uncis inclusi. qui si servatur, idem erit ac si dixisset: *τὰ τοῦ Ἀράτου χρήματα*.

— 20. *ἀργυρίου*] additur hoc, ut significetur, non in mercibus, sed in præsentibus nummis id creditum fuisse.

931. 7. *ἐνταῦθα καὶ ἀπεδείξαντο μάλιστα*] duo postrema vocabula transposui de meo consilio, pro tertio dedi auctoribus codicibus, *ἐπεδείξαντο*. ut sit *ἐνταῦθα καὶ μάλιστα ἐπεδείξαντο*, *hic inprimis aperuerunt, denudarunt, ostentarunt et jactarunt suam superbiam, et insolentiam, impudentiamque*.

— 23. *σύλαν*] Citat h. l. Harpocr. v. *σῦλαι*.

932. 5. *προσήκει*] malim *προσήκειν*. *putant omnes homines oportere uti* —.

— 26. *πεντηκοστεύονται*] citat h. l. Harpocr. v. *πεντηκοστή*.

933. 17. *αὐτὰ*] pro *αὐτὰ* dedi de meo *αὐτοί*, *ipsi*. fratres puta Lacriti.

— 22. *δεδαιεικὼς*] Hyblesio puta. v. p. 934. 9. et nescio, an nomen hoc hic sit addendum.

— 26. *γεωργίαν*] correxi *γεωργῶ*. poterat quoque *εἰς γεωργίαν* corrigi. *ad usum villaticum*.

— ult. *οὐδὲν γὰρ*] subaudi *τούτων*, *ἃ προφασίζονται*, *προσήκει τῷ ἡμετέρῳ πράγματι*.

934. 4. *τοῦ Ἱππίου*] correxi *καὶ τὴν Ἱππίου*. non enim est Erasicles filius Hippiæ, sed duo producuntur testimonia, unum Erasiclis, alterum Hippiæ. illius testimonium incipit p. 934. 15. hujus ibid. 21.

— 6. *μαρτυρία*] correxi *μαρτυρίαι*. sunt enim tria testimonia, Apollonidæ, Erasiclis, Hippiæ.

— 15. *κυβερνῶντι*] correxi *κυβερνῶν*. Hyblesius enim erat nauclerus duas una agens naves in Pontum, Erasicles erat gubernator alterius navis, viginti remorum (v. p. 926.), in qua merces Artemonis et Apollodori erant, quæ navis salva e Ponto Athenas rediit. in altera Hyblesius ipse vehebatur, cum mercibus tam alienis, quam suis, in quas ei Antipater æs funebre crediderat, et cum mercibus Apollonidæ hic testantis. hæc navis in Ponto periit. hæ duæ naves *συνέπλεον*, una iter agebant.

— ult. *Θυμαιτάδης*] videtur *Θυμοιτάδης* leg. esse. Thymœtas nomen Græcum novi, per *οι*, non Thymætas, per *αι*.

937. 26. *ἀνθρώπους καταφρονοῦντας*] aut leg. videtur *ἀνθρώπων καταφρονοῦντας*, homines aliorum contemnentes, superbos, superciliosos, (vel, quod eodem redit, *ἀνθρώπους ἄλλων*, vel *πάντων καταφρονοῦντας*) aut, quod equidem malim, *ἀνθρώπους κακὰ φρονοῦντας*. *homines malitiosos, nequam, consilia perniciosa agitantes*.

938. 3. *ἑαυτοῖς*] sibi, suisque fratribus.

— 7. *ἐπαγγέλλεται καὶ δεινὸς*] aut delendum est *καὶ*, aut transponendum ante verbum *ἐπαγγ*. *nam harum quoque rerum peritiam et artem profitetur*.

— 15. *τούτων*] uncis inclusi. possit alias sic legi: *ἢ αὐτῶν τῶν τὰ τοιαῦτα παιδευομένων*.

— 25. *τοὺς περὶ τῶν συμβολαίων τῶν ἐμπορικῶν δικάζοντας*] Thesmothetas eos fuisse patet e p. 920. 20. alias suspicarer curatores portus esse. v. p. 894. 6.

939. 2. *τῷ τούτῳ*] correxi *τῷ τούτου*. hujus fratri, scil. Artemoni.

— 3. *ἆρ' ἂν οἴεσθε*] mediam vocem addidi. *ἂν* cohæret cum *λέγειν* v. 5.

940. 9. *τοὺς ἐπὶ θανάτῳ*] subaudi *δεθέντας*.

— 15. *οἰκοῦν ὑπόλοιπόν ἐστιν οἱ στρατηγοί*] Lamb. vult *οὐκοῦν ὑπόλοιποί εἰσιν οἱ στρατηγοί*. est quidem ea ratio planissima. malim tamen sic: *οὐκοῦν ὑπόλοιπόν ἐστι* —, est hæc species quædam aposiopeseos. orator enim hæc pronuncians vocem parumper sustinet. tum subjicit brevem interrogationem *τί, quidnam?* cui statim respondet ipse subjiciens, *οἱ στρατηγοί*.

— 17. *οὗτοι εἰσάγοντες εἰς τὸ δικαστήριον*] uncis inclusi. videtur natum esse e variante insequentium lectione, *οὗ τοι εἰσάγουσιν εἰς τὸ δικ.*

— 19. *ἑνὸς τῶν ἐμπόρων, καὶ τοῦ λαβόντος*] non alienus sim a lectione eorum codicum, qui, omisso *ἑνὸς*, sic dant *τοῦ ἐμπόρου τοῦ λαβόντος*. vulgata si servatur, malim *καὶ* post *τοῦ* collocari, ut sit *ἑνὸς τῶν ἐμπόρων, τοῦ καὶ λαβόντος*.

941. 1. *ἡ πρὸς τούτους*] scil. *ἐμοὶ γραφεῖσα, ἣ κειμένη*.

— 11. *μηδενὶ, μηδὲ ὧν οὗτοι*] secundam vocem addidi. *neque cuiquam, qui in istorum potestate sit*. ut servo, vel agenti in rebus, aut filio familias, aut pupillo.

— 12. *καὶ πάλλα τὰ γεγραμμένα περὶ ἑκάστου αὐτῶν*] non videntur ipsa legis verba, sed oratoris brevitati studentis, et longum indicem mercium in lege enumeratarum compendifacientis. tum rursus pergit lex *ἐὰν δέ τις ἐκδῷ*.

— 16. *κατὰ ταῦτα*] malim *κατὰ ταὐτά*.

942. 10. *τὰ χρήματα*] post *τὰ χρήματα* deesse videtur *πειράσομαι δεικνύναι*, vel simile quid.

— 15. *εἰς Χίον ἢ διαπεσταλκὼς*] in aliis est *ἀπεσταλκὼς* simplex. placuit ex ingenio dare *εἰς Χίον νὴ Δία φαίνηται ἀπεσταλκώς*. *in Chium, per deum immortalem, deprehendatur oblegasse*. illud *νὴ Δία* est admirantis cum indignatione atque miseratione. bona, quæ Athenis debebant mitti, Chium ablegantur. res indigna, res acerba.

# AD ORATIONEM PRO PHORMIONE.

944. 1. Phormio hic diversus est illi, contra quem oratio pro Chrysippo p. 907. sqq. agebat.

945. 1. *πεποικὼς*] August. dat *πεποίηκε*. quo vulnus hujus loci non sanatur. paret aliquid deesse. *οὐτοσὶ* enim cum insequentibus redeunt ad Phormionem, verbum autem *συκοφαντεῖ* ad Apollodorum. quæ sibi non constant.

— 6. *τοῦτον*] Phormionem.

— ibid. *οἷός τε ἐστὶν*] Apollodorus, ad quem ipsum etiam *τούτου* v. 11. redit.

946. 9. *προϊέμενος*] malim *προειμένος*. in præterito. *quibus nummos credidisset.*

— 22. *ἐπετρόπευεν*] dedi *ἐπετρόπευσεν*. *τὸν παῖδα* designat Pasiclem, quem Demosthenes alibi filium ipsius Phormionis appellat, furtivo concubitu cum hera, Pasionis uxore, procreatum.

— pen. *ἐξελόντας ἀντιμοιρεῖ*] correxi *ἐξελόντας τὰς ἀντιμοιρίας*. Appellant Græci *ἀντιμοιρίας* partes hæreditatis pares valore aliis contra positis partibus. Sententia itaque est: si oporteret ipsos, tutores Pasiclis, seponere detractas toti hæreditati totidem partes æquales aliis totidem partibus, quas Apollodorus sibi arrogaret, atque postularet, eoque facto tum demum hæreditatem partiri, nil fore reliquum.

947. 5. *μισθώσεως*] subaudi *ἔγκλημα*, aut *ἕνεκα*. malim *τῆς μισθώσεως*.

— 7. *ἐπιγιγνομένας*] correxi *ἐπιγενομένας*. *locaria posteriora.*

— 10. *ἀφήκατε*] alloquitur Apollodorum et ejus advocatos, ut Diniam socerum, et alios. aut potest ad fratres referri. tu, Apollodore, et frater tuus, Pasicles.

— 12. *προσώφειλεν*] scil. *ὧδε*, hic Phormio.

— 13. *οὗτος*] Apollodorus.

— 14. *ἀφῆκαν*] Apollodorus et Pasicles.

— 26. *ἴδιον*] correxi *ἤδιον*, quod Simon Fabricius, seu Hieron. Wolfius, e lectione Augustani *ἥδειον* feliciter eruit. subauditur *ἦν*, aut *εἵλετο*. neque enim *τὸ κτῆμα* peculium, (sic appellat officinam scutariam) erat gratius, acceptius, quam mensa usuraria. aut — neque enim optasset libentius officinam, quam mensam. mensa fœneratoria non erat *κτῆμα*. quia, quicquid *κτῆμα*, id juris nostri est. Sed alienæ pecuniæ, quæ a mensa fœneratoria exercentur, juris nostri non sunt, sed credentium. ergo neque *κτῆμα*. Sapienter itaque malebat Apollodorus officinam, quam mensam; quia cum illa, non cum hac, ei licebat pro arbitrio agere, et quia mensa multis casibus adversis est obnoxia.

— 27. *εἰ προσῆν*] bene habet. Lambinus *εἰ μὴ προσῆν*. infeliciter. Sic enim evertit totam sententiam, et contraria cogit auctorem sibi loqui, et cum re haud consistentia.

948. 2. *ἐργασία*] post *ἐργασία* videtur *οὐ* deesse. mensa autem fœneratoria non est res a periculis libera, quippe quæ accessiones habeat discriminosas. aut deest *ἐπικίνδυνος*.

— 14. *ἀποστεροῖτο*] correxi *ἀπεστερεῖτο*. subaudi *ταύτην*. Si Apollodorus a Phormione spoliatus esset eo capite pecuniarum, quam ipsi pater reliquisset, necesse esset existimare, Apollodorum tantundem de suo unde unde expedivisse, quod novis conductoribus elocaret. Sed hoc factum non esse constat. Ergo Pasio proprios nummos in mensa nullos habuit.

— ibid. *προσῆκεν ἐκείνοις ἄλλοθεν*] mediam vocem addidi. In hoc loco male id me habet, quod Apollodorus dicatur mensam pro eadem mercede Euphræo cæterisque sociis ejus elocasse, qua Phormio eam tenuisset. cui contradicit pag. 956. 5.

— 22. *μαρτυρία*] malim *μαρτυρίαι*. nam sunt duo de duabus rebus diversis testimonia.

— 23. *ἐμίσθωσαν — παρέδωκαν*] Apollodorus et amici ejus, vel potius frater, Pasicles.

949. 6. *πατρὶ*] Diniæ, socero Apollodori.

— ibid. *συγκηδεστῇ*] Niciæ, qui alteram Diniæ filiam in matrimonio habebat. v. v. 22.

— 9. *ἐχθρὸν*] addit post *ἐχθρὸν* Aug. pr. *αὐτόν*. amplector. sed deest adhuc aliud quid. videtur orator dedisse *ἐχθρὸν αὐτὸν ἑαυτῷ ἀναγκάζειν εἶναι. quam eum cogere, ut sibi sit inimicus.*

— 11. *ἐγκλημάτων*] deleo comma post *ἐγκλημάτων* et pono post *τὸ δεύτερον. cum eum secundo absolvisset*, vel *iterum, denuo, absolvisset.* Secundus hic Apollodori cum Phormione reditus in gratiam (nam de primo p. 947. ult. commemoraverat) aggeratur a loco, ubi conciliatus ille fuit, sanctimonia perjurio violata. nam in æde Minervæ in arce Apollodorus Phormionem absolvit.

— 13. *ἐγκλήματα*] post *ἐγκλήματα*, aut in hac regione, videtur *συλλέξας* deesse, tametsi haud ignorem posse huc quoque revocari *συμπλάσας*.

950. 16. *τούτῳ* et v. 17. *διὰ τούτου*] redeunt ad Pasiclem.

951. 6. *τουτονὶ*] scil. Apollodorum.

idem est ac si dixisset: ὅτι Φορμίων οὐδὲν ἀδικεῖ Ἀπολλόδωρον τουτονί.

— 12. σὲ δὲ] subaudi a communi ἠδίκει.

— 16. τούτου] Pasiclis.

952. 5. τά τε ἄλλα καὶ ὧν ἂν γένηται δίκη τούτων μὴ εἶναι δίκας] amputatis inutilibus sic dedi: τά τε ἄλλα, ὧν μὴ εἶναι δεῖ δίκας. in quo secutus sum exemplar Augustanum, nisi quod δεῖ de meo admensus sum. quod idem versu 15. quoque feci. Sententia hæc est: Auditis verba legis et alias conditiones indicantis, sub quibus jure experiri haud licet, et inter illas hæc quoque excipientis: ὅσα τις ἀφῆκεν, ἢ ἀπήλλαξεν, quoties quis alterum absolvit, seu jus omne sibi competens in eum agendi ipsi remisit, et sibi cum eo nil commune affirmavit esse.

— 15. ὧν μὴ εἶναι δίκας καὶ ὅσα τις] correxi ὧν μὴ εἶναι δεῖ δίκας, ὅσα τις. copulam omittens, ex auctoritate codicum, δεῖ addens de meo. v. p. 986, 2. Sententia est: propterea, qui legem hanc tulit, inter ea, quæ a judiciorum disceptatione removet, primo loco posuit causarum illud genus, cum actor reum ipse absolvit et liberum pronunciavit. Citat h. l. aut similem ex hac regione Harpocr. v. ἀφεὶς καὶ ἀπαλλάξας.

— 17. μεμαρτύρηται] post μεμαρτύρηται velim μὲν addi.

— 19. προθεσμίας] Citat h. l. Harpocr. v. προθεσμίας νόμος.

— 21. τὸν χρόνον] subaudi ἐν ᾧ δεῖ δικάζεσθαι. *quo jus petere licet.*

— pen. ὑμᾶς] id est, populum Atheniensem. judices enim de plebe sumebantur.

953. 2. τὸν χρόνον] subaudi τὸν πενταετῆ. Sententia loci subobscurioris hæc videtur esse: judicavit legislator, spatium quinquennii satis longum esse ad mendaces perspicui mendacii arguendum. qui si quid comminiscantur, quo suos inimicos innocentes vexent, de mentita nescio qua injuria, quam sibi ante quinquennium illatam mentiantur, possit iis ita occurri: tu nunc demum quereris? post quinquennium, rebus jam oblivione obliteratis? toto illo interjecto tempore tacuisti? non te commosti? credibile non est te id commissurum fuisse, si vere tibi fuisset ea, de qua quereris, injuria oblata. mentiris ergo et calumniaris.

— 4. τὸν νόμον ἀντὶ τούτων] legem τῆς προθεσμίας dictam posuit in loco testium, ut illa lex reis loco testium testaretur, eosque absolveret. cautum enim erat illa lege, ut, quarum injuriarum actiones intra quinquennium non essent susceptæ, neque pœnæ repetitæ, eæ actiones plene negarentur, et memoria omnis injuriarum, tanquam nullarum, aboleretur.

— 5. τοῖς εἰρημένοις] correxi τοῖς ἐρήμοις. *illis, qui testibus carerent, desertis et nudis ab omni præsidio.*

— 13. ἀπαλλαγεῖς] nam servus non poterat contubernalem suam, in quam ipsi jus nullum esset, sed hero, alii nuptum collocare.

— 26. ἐξ ἀρχῆς] vocabula ἐξ ἀρχῆς cohærent cum ἀξιωθεῖσι.

— 27. χρηματίζεσθαι] dedi χρηματίσασθαι. Sententia est: qui hoc beneficium, jus civitatis puta, seu a vobis, seu ab aliis quibuscunque [in alia quapiam civitate], gratuito adepti sunt, et secundæ fortunæ suæ hoc debent, ut, quod facultates sibi comparassent, et majores eas, quam alii, digni haberentur, quibus sui generis primis hoc honoris deferretur, illis necessario servandæ sunt pecuniæ artesque per fœnerationes eas augendi, quas artes cives Athenienses nati dedignabantur. nam ταῦτα versu pen. ad χρήματα redit, ut αὐτῶν τούτων redit ad honorem et jus civitatis, quo quis donatur.

954. 7. ἀναίνῃ] Citat h. l. Harpocr. v. ἀναίνεσθαι.

— ibid. κηδεστὴν] vocabulum est amplissimæ significationis, et necessarium pæne quemcunque designat. alias socerum, alias generum, alias maritum sororis, seu tuæ, seu uxoris tuæ. hic loci raro modo vitricum significat.

— 12. ὅτι τοῦτον] subaudi e superioribus φήσειας ἄν.

— 25. μεμαρτύρηται τὸ τέταρτον μέρος λαβεῖν] locus dubius, quem ideo reliqui, qualem inveni, quod cum codices mei nihil opis afferrent, tum utram sequerer emendandi rationem ambigerem. nam aut dedit orator sic: μεμαρτύρηκε τῷ τὸ τέταρτον μέρος λαβεῖν. *testatus est Apollodorus, eo, quod partem quartam sumsit.* aut: μεμαρτύρηται τῷ τοῦτον τὸ τέταρτον μέρος λαβεῖν. *testatum factum est eo, quod hic quartam partem sumsit.* sed dedi de meo μεμαρτύρηκας τῷ τὸ τέτ. μ. poterat quoque dari μεμαρτύρηταί σοι τῷ τὸ τ. μ.

955. 18. τούτοις] Apollodoro et Pasicli.

— 19. ἐμίσθωσε τούτοις, τῷ δ' εἰπεῖν] correxi ἐμίσθωσεν ἐκείνοις [Xenoni puta, Eupbræo, et reliquis mensæ sociis]. τῷδ' ἐγκαλεῖν.

956. 7. ταῦτα] id est, ἡ ὅλη μίσθωσις. habuit ergo Apollodorus pro parte sua 5 talenta, 20 minas. nam altera 5 talenta, 20 minæ cedebant fratri ejus.

— 9. ἐμισθώσατο] correxi ἐμίσθωσαν. Apollodorus puta et Pasicles.

— 11. ἐκ τῶν οἴκων τῆς ἐξ ἀρχῆς ν.] correxi ἐτῶν ἴσως εἴκοσι τῆς ἐξ ἀρχῆς ν. reditus portionis hæreditariæ statim a principio, quum primum hæreditas cerneretur, ipsi contributæ, per viginti præterpropter annos percepti.

957. 3. ΠΡΟΚΛΗΣΙΣ.] initio hujus ver-

sus adscriptum velim Βιβλίον. Schedula, qua consignata erant emolumenta omnia, quæ Apollodorus, aut e paterna hæreditate accepisset, aut per viginti annos propemodum in usu et fructu habuisset.

— 9. καὶ τοσαῦτ' ἀνηλωκὼς] Constructio postulat sic: καὶ τοσούτων ἀνηλωκὼς, ὅσων ὑμεῖς ἀκηκόατε.

— 13. οἶμαι μὲν τοίνυν] correxi οἶμαι μέντοι. *puto tamen.*

— 15. τόνδε μὲν] Phormionem.

— ibid. τούτῳ] Apollodoro.

— 16. δόντας] subaudi ὑμᾶς.

— ibid. τὰ τούτου] imo vero τὰ τοῦδε. Phormionis. nam ὅδε hic loci est Phormio, οὗτος Apollodorus. Sententia hæc est: honestius est et æquius, vos jubere atque pati, ut hic Phormio e suis propriis bonis onera vestræ reip. sublevet, quam ut Apollodoro condonetis suffragio vestro Phormionis bona, quorum perquam minutam partem ab Apollodoro feratis mercedis nomine, quo fiat, ut necesse habeatis Phormionem quidem ad incitas redactum videre, qui sobrius et pudens est, Apollodorum autem insolescentem et bona sua modis sibi solitis prodigentem.

— 27. χρήμασιν] id est, διὰ χρημάτων. *inter homines nummis in fœnore collocandis quæstum facientes.*

— ibid. φιλεργὸν] malim τὸ φιλεργόν.

958. 4. πᾶν] malim τὸ πᾶν, cum articulo.

— 13. καὶ τὴν μὲν λέλυσαι, τὴν δ' ἔδωκας ἑταίρᾳ] locus perdifficilis, et multifariis dubiis atque interpretandi rationibus expositus, variisque modis in libris repræsentatus. alii enim ἔδωκας dant, alii ἐκδέδωκας, quod prætuli. alii ἑτέρᾳ, alii ἑτέραν, alii ἑταίρᾳ, alii ἑταίραν. quod adscivi e Bav. quum videretur sententiam reddere planissimam; quæ hæc est: τὴν μὲν λέλυσαι, (non χλανίδα, sed ἑταίραν) aliam meretricem a lenone redimis, et tibi habes, τὴν δ' ἐκδέδωκας, aliam, qua jam abusus et satiatus es, alii nuptum elocas addita bonesta dote. tum, quo dubium ne sit, quo referatur τὴν μὲν et τὴν δὲ, addit, explicationis ergo, ἑταίραν, ne quis forsitan errore id ad χλανίδα referat. Conf. cl. Stoeberum ad Thomam Mag. p. 375.

— 16. αἰσθάνεσθαι] fuit, cum αἰσχύνεσθαι suspicarer leg. esse. Sed potest vulgata ferri. ipsi peregrini, qui te prorsus ignorant, videntes comitatus incessusque tui morumque insolentiam et turpitudinem, obstupefacti media in via insistunt, statimque sentiunt te nepotem esse. prætuli tamen αἰσχύνεσθαι.

— 18. ἐκεῖνος οὐχ ὁρᾷ] infitiantem particulum addidi. *neque ille* (Antimachus puta) *non videt Phormionem.* b. e. atqui tamen ille Phormionem bene novit.

— 20. ἐκείνων] Archestrati et Antimachi, qui filius illius erat.

— ibid. ἐκείνῳ προσήκει] post ἐκείνῳ deesse videtur τῶν σῶν, aut τὰ σά. *illi*, Antimacho, *potius est jus in bona tua, quam tibi.*

— 24. αὐτὸς ποιεῖς ἀνάγκην εἶναι καὶ λέγειν] correxi αὐτὸς ποιεῖς σε ἀνάγκην εἶναι λέγειν — addito σε et omisso καί. quod si servetur, necesse sit πᾶσι addi. καὶ πᾶσι, *omnibus omnino.*

— 26. πρωπηλακίζεις δὲ τὴν πόλιν] malim cum copula, πρωπηλακίζεις δὲ καὶ τὴν πόλιν.

— 27. τούτων] *horum*, civium puta Atheniensium, quorum personam gerunt hi sedentes judices.

959. 4. Ἀθηναῖον] potest ferri. sed prætuli ex Augustano Ἀθηναῖοι. *quod hi, qui sint Athenienses*, h. e. omnium hominum nobilissimi, *te, qui talis*, h. e. tam turpis et improbus, *sis, suum fecerint*, pro cive, et pæne filio suo adoptarint. nam hoc est ποιεῖσθαι.

— 6. ἀπηλλάγη] scil. τῆς παρὰ τῷ σῷ πατρὶ δουλείας. posteaquam manu emissus est a tuo patre, suique juris factus.

— 13. ἀπηλλάγη] subaudi ἀπὸ τῶν ἑαυτοῦ κυρίων.

— 22. εἰς μὲν γὰς τὰ ὄντα —] Sententia hæc videtur: Fortunas tuas, quæ nunc sunt splendidæ, si diligenter inspicies, non tuas eas esse, sed alienas, deprehendes, fide Phormionis nixas. quem si tibi licentiam spoliandi dabunt judices ex eo titulo, quod Phormio servus tui patris aliquando fuerit, dabunt iidem aliis quoque licentiam te spoliandi, ex eodem titulo, quod pater tuus aliquando servus eorum fuisset. Sunt opes cujusque ejus, penes quem tempore quoque sunt; non ejus, penes quem aliquando fuerunt.

960. 2. πρὸς ἅπαντα] id est, ἐν ἅπασι, *rebus in omnibus multo, quam tu, melius sapiens.*

— 5. τῶν ἡμίσεων] correxi τῶν μισθώσεων, quomodo leg. esse insequentia docent.

— 7. ζῶντα αὐτὸν ἐτίμα] correxi ζῶν αὐτὸν ἐτίμα. videtur illud ζῶντα natum e varia lectione, quæ nescio an in libris quibusdam olim fuerit, ζῶν τὰ μάλιστα αὐτὸν ἐτίμα.

— 12. ποιεῖς] correxi ποιεῖ, quod est Attice dictum idem, atque ποιῇ, sec. pers. sing. præs. indic. medii.

— 14. ὑπὸ τοῦ πατρὸς] malim ὑπὸ τοῦ σοῦ πατρός.

961. 1. οὐκ Αὐτοκλέους] forte bene habet, potuitque in orationibus Demosthenis deperditis una fuisse in Autoclem pro Apollodoro scripta, pro quo scriptæ permultæ supersunt. Sed fieri rursus quoque potest, ut aut οὐ Πολυκλέους, aut οὐ Καλλικλέους dederit orator. v. p. 1206. et 1272.

— 2. σὲ Ἀπολλόδωρον ὄντα] aculeatum et amarum dictum. *te, qui sis Apollodorus.* h. e. homo dissolutus et stolidus, reip. neque deditus, neque studiosus, neque peritus rerum civilium, helluo turpis et cupidus, tuarum fortunarum prodigus, alienarum appetens, turpissimis quibusque modis quærens, non quod serves, et bene colloces, sed quod ventri des gulæque.

— 6. οὐκ ἠδικοῦ] post οὐκ ἠδικοῦ suspicor excidisse τότε, ob sequens oppositum νῦν. *non tunc patiebaris injuriam*, cum tu decideres cum Phormione, eumque absolveres; *sed nunc calumniaris.*

— 9. τὸν γὰρ συκοφαντοῦντα ἀεί τι, νομίζειν χρὴ ποιεῖν νυνὶ] bene quidem vidit Lambinus sententiam, nihil tamen præter spiritus et distinctionem hic loci videtur esse mutandum; quomodo feci. sustuli enim comma, et pro ἀεί τι dedi ἀεὶ τί. *quid enim* [subaudi ἄλλο, *aliud*, quam hoc ipsum] *oportet existimare illum agere nunc, qui semper quæstum e calumniis exercuit?* facile subaudiatur ἢ τοῦτο, aut εἰ μὴ τοῦτο.

— 19. τρόπον] post v. τρόπον videtur λέγε deesse.

— 20. μαρτυρίαι] non video, quare hi testes producantur, qua de re testaturi. non enim de Apollodori testantur improbitate. nam de ea testantur testimonia, quæ v. 22. jubentur recitari. neque de probitate Phormionis, cujus demonstrandæ ergo v. 23. testimonia proferantur. Atqui præter hæc duo nil aliud promiserat orator testimoniis patefacturum.

— ibid. ἴσθι δὴ] correxi ἴσθι δή, ab εἶμι, non ab ἴσημι.

962. 18. τούτῳ] Apollodoro.

— ibid. τούτῳ] Phormioni.

— 22. λόγον καὶ συκοφαντίας] aut cum Augustano tollendum est καί, aut leg. λόγους καὶ συκοφαντίας. id quod malim.

— 26. ἁπάντων] post ἁπάντων videtur deesse ἢ ὡς οὐκ ἐνέμεινε Φορμίων ἅπασιν. *aut te non absolvisse Phormionem ab omnibus criminibus seu incusationibus, aut Phormionem recessisse a pactis, quæ socer Apollodori censuit æqua esse, et ipse Apollodorus rata habuit.*

— 28. τῶν] id est, ὑπὲρ τῶν, aut περὶ τῶν. sed vereor, ne quid horum exciderit.

## AD ORATIONEM ADVERSUS PANTÆNETUM.

966. 4. μοι] Scripta hæc est oratio nomine Nicobuli. v. p. 973.

— 6. ἀφεῖσθαι] desistere ab hoc jure, jus hoc omittere, neque usurpare.

— 8. ἀπηλλαγμένον] malim ἀπηλλαχότα.

— 13. τὸν νόμον] legem illam designat, ad quem versu 1. et 2. statim provocavit.

— 17. ἐμμήναν] Citat h. l. Harpocr. v. ἔμμηνος.

— 18. ἡμῶν] me, Nicobulo puta, et socio meo, Evergo.

967. 2. κατορθῶσαι] mulctatus enim Evergus fuerat duobus talentis. v. p. 968. 23. et 980. 6.

— 17. Μαζωνεία] Citat h. l. Harpocr. v. Μαρώνεια.

— 24. τούτῳ] *huic*, Pantæneto puta.

— pen. λύσις] ad λύσις addidi τούτῳ. λύσις est cautio facultatis oppignerata intra certum tempus redimendi reddito ære alieno.

968. 6. οὗτός γε] Pantænetus.

— 10. ἐκεῖνος] Evergus.

— 12. ἐλθὼν] potest haberi pro vocula, more Attico eleganter redundante, cum vi tamen aliqua occulta. *libenter, cupide.* malim tamen ejus loco legi ἑκὼν παρ' ἑκόντος. *ambabus partibus in hanc rem consentientibus.*

— 15. οὐκ ἐπεξελθεῖν] illis creditoribus Pantæneti, qui sibi jus esse in res a Pantæneto oppigneratas dicerent, sese, Evergum, non occurrisse, neque adversatum esse.

— 20. ἧς ἐτιμήσατο] correxi οἷς ἐτιμήσατο. quod idem est ac si dixisset: ἐν τούτοις, ἃ ἐτιμήσατο. Satisfactum sibi habet per eam mulctam, quam Evergo a judicibus scribi et irrogari curavit ipse, Pantænetus puta.

— 21. τῶν αὐτῶν] scil. ἐγκλημάτων.

— 24. ἐκεῖνος] Evergus.

969. 4. ἀπεδήμουν] correxi ἐπεδήμουν.

— 5. ἡμῖν] si bene habet, de solo Nicobulo accipi debet. malim tamen ἐμοί, ne error interveniat, qui facile possit, de ambobus, Nicobulo et Evergo, hic agi.

— 8. τοῦτον μὲν ἀφεστηκότα] Pantænetum destitisse ab exercenda officina metallica.

— 10. θαυμαστῶς ὡς ἐλυπήθην] correxi θαυμαστὸν ὡς ἐλ. quod sic in edit. Manut. et Felic. reperirem. poterat alias ὡς omitti, aut cum πως enclitico mutari.

— 20. κατεγέλα] explodebat eos risu, negabatque mihi ab illis molestiæ quidquam exstiturum esse.

— ult. ξεβαιοῦντος ἡμῖν] scil. τὴν ἀνήν. *evictionem nobis præstante.*

970. 2. παρ' αὐτῶν] Sententia est: *ut aut nos*, Nicobulus et Evergus, *ab ipsis*, simulatis illis et subornatis creditoribus, qui se nummos in officinam metallicam Pantæneto credidisse mentirentur, quo

Nicobulum emungerent, auferremus omnem pecuniam, quam Pantænetus nobis deberet, eoque facto *abiremus*, et missos seque, Pantænetumque faceremus, *aut ipsis relueremus pecuniam*, quam ipsi Pantæneto credidissent.

— 4. ἔχειν] post ἔχειν aut deest, aut certe subaudiri debet ἀπαιτεῖν. se habere, quæ a Pantæneto reposcant, multo majoris valoris.

— 23. ὡς] correxi ᾧ φίλος ἦν τὰ μάλιστα, τῷ Εὐέργῳ. addito articulo τῷ. *Evergo, quem summi faciebat.*

— 27. ἐμοὶ πάλιν δυσκολαίνοντα] particulam addidi. *rursus, in contrariam partem.*

971. 1. ὑπὲρ τῶν τούτου γινόμενος] in Augustano τινῶν additum est post τούτου, contra abest ab eodem τῶν. conjunxi utrumque, ut sit ὑπὲρ τῶν τούτου τινῶν γιν. *super quibusdam rebus de substantia Pantæneti.* non enim totam ejus substantiam, sed tantummodo servos, seu operas in metallifodinis laborantes vendebant, ut e p. 972. 21. apparet.

— 26. παρόντων] tollo comma post παρόντων, quod sententiam turbat. (quamquam hæc tam minuta alias non soleo annotare.) ut sit sententia hæc: nam si ambos pariter nos, me et Evergum, eosque ambos in urbe præsentes et coram versantes, accusasset iisdem de criminibus, non utique unum arripuisset, omittens alterum, sed ambos fuisset jure persecutus, ad παρόντων subauditur ἡμῶν ἐν τῇ πόλει, adeoque idem est, atque ἐπιδημούντων. vis argumenti in hoc verbo inest. infirma enim esset argumentatio, si quo tempore Pantænetus Evergum insectatus esset, Nicobulus urbe abfuisset.

— ult. πάλιν] post πάλιν addi vult Lambin. δίκην. addi necesse nil est, sed est subaudiri. v. p. 972. 19.

972. 8. οὐχ ἥκιστα] Augustanus ἥκιστα omittit. quod haud placet. nam ἥκιστα sine οὐχ non solet sic nude usurpari. deinde non convenit sententiæ. præcessit enim οὐ προσήκει. quod non posset repeti, sed deberet οὐ omitti. vulgata bene habet. idem est ac si dixisset: μάλιστα δὲ οὐ προσήκει δικάζεσθαι τούτων. nam οὐχ ἥκιστα æquipollet τῷ μάλιστα.

— 12. καὶ περὶ τῶν ἄλλων] locum hunc communem attigerat jam supra p. 952. 25.

— 17. τῶν ἄλλων] complectitur causationes omnes, ob quas quis litem instituit, et quas orator modo commemoraverat, illa una excepta, cum actor denuo litem restaurat, postquam reo remisisset.

— ibid. τῶν ἄλλων τούτων] vitiosum hoc videns esse, non reperio, quomodo sanetur. num παρά τι τῶν ἄλλων τῶν γεγραμμένων ἐν τῷ νόμῳ τούτῳ.

— 26. ἀναλισκόμενον] divisi in duo vocabula ἂν ἀλισκόμενον. me, qui sine dubio fuissem causæ casurus, si solummodo ipsius causæ natura spectaretur, et ei jus æquum redderetur. Sed pro τοῖς περὶ τῶν πεζαγμάτων v. 25. leg. videtur τοῖς παρὰ τῶν πε. *juribus ex ipsa rerum natura existentibus.*

973. 19. ἀτιμῶσαι] ad ἀτιμῶσαι, et pariter ad πρᾶξαι v. 20. subauditur αὐτόν.

— 22. τί οὖν ἐστὶ τοῦτο] quid hoc itaque sibi vult facinus? quid eo quæritur? quid designatur?

— pen. τὸ ἐπὶ Θρασίλλου] correxi τὸ ἐπὶ Θρασύλλου. citat h. l. Harpocr. v. ἐπὶ Θρασύλλῳ. nam sic ille non modo exhibuit, sed etiam ita exarandum præcepit, affirmans eum Atticorum esse morem, ut ἐπὶ Θρασύλλῳ in dativo dicant, pro ἐπὶ τῷ Θρασύλλου μνήματι. quod loco suo positum relinquam. mihi vulgata bene videtur habere, et τὸ ἐπὶ Θρασύλλου idem esse brevius dictum, atque plenius τὸ ἐργαστήριον τὸ ἐπὶ Θρασύλλου ὄρει. Solent ejusmodi montes metallis fœti e nomine primi cujusque possessoris, aut si quis primus exercuit, appellari. ut *Clausthal*, vallis Nicolai, et *Iochimsthal*, et alia talia.

974. 10. ὡς αὐτὸν] idem est ac si dixisset: ὡς εἰ αὐτὸν κατέστησε φυλάττειν, aut: ὡς εἰ αὐτὸς ἐφύλαττεν. *ac si ipse* custodiret.

— 16. Κεγχρεᾶνα] Citat h. l. Harpocr. v. Κεγχρεᾶνα.

— 18. προκαλεῖσθαι τούτους] ex eo, quod invitassem Pantænetum, ut servos illos ad quæsitionem per tormenta traderet, invitavi, sed ille noluit tradere.

— 20. ἔπειθον] scil. καθέζεσθαι εἰς τὸν Κεγχρεᾶνα.

— 22. ἢ κτήσασθαι] uncis inclusi. Sunt enim aut scholium, aut varians lectio verborum ἢ ἔχειν.

— 23. εἰλόμην κομίσασθαι] subaudi e proximo τὰ ἐμαυτοῦ. recuperare nummos, quos Pantæneto credidissem. nil opus est ista verba addi, quod fieri Lambinus præcepit.

— 24. ὁμοίως] l. ὅμως. dixerat paullo ante, constare ex omnibus causæ adjunctis, Pantænetum mentiri; eoque nil opus esse, ut formula provocationis de servis tradendis recitetur. At nihilominus tamen tu, ait, scriba, recita istam formulam.

— 28. ἀργυρῖτιν] Citat h. l. Harpocr. v. ἀργυρῖτις. videntur dictiones ἐργάζεσθαι ἀργυρῖτιν [aut ἀργύριον, aut μέταλλον, similia] et κατεργάζεσθαι nonnihil inter se differre, sic nempe, ut simplex ἐργάζεσθαι sit glebam argenteam, vel metallicam quamque e terræ visceribus eruere, a sordibus terrestribus et saxeis purgare, in minuta fragmina contundere, conflare, verbo crassius elaborare. κατεργάζεσθαι autem liquare, diligentius repurgare, et ex-

tremam manum imponere, cumque ad locum perducere, ut aurifabro aliisque artificibus ad signa, vasa conficienda, aut ad nummos cudendos tradi possit.

975. 3. τὸ ἔγκλημα ἐφεξῆς] Bavaricus dat simplex ἑξῆς pro postrema voce, quod melius puto. Significat enim hæc lectio id, quod sententia secum fert: recita judicibus insequentia de libello accusationis. vulgata autem, ni fallor, sententiam fert alienam, hanc puta: recita totum libellum accusationis a capite ad calcem. verum id non vult Nicobulus, sed istud, quod modo dicebam, ut scriba recitando pergeret, et quæ adhuc recitanda superessent, exsequeretur.

— 11. καὶ ἄλλο οὐδὲν] scil. ἐποιήσαμεν τότε. locabamus tibi officinam metallicam, quæ nostra erat (emeramus enim a Mnesicle), eo pacto, ut tu nobis locar dares, quod mos et leges ferunt. aliud nihil tecum depeciscebamur.

— 15. ἔτι] te non jam solum jubente, ut ante feceras, sed etiam, quod ante non feceras, supplicante, ut faceremus.

— 17. ἐνταῦθα] quid hic loci, hoc tempore, sibi volunt illæ pacti tabulæ? quid ad eas provocas? cur eas commemoras?

— ibid. τοῦτο] scil. τὸ περὶ τῶν συνθηκῶν.

— 22. ἐωνήμεθα] Augustanus pro hac voce dat ἀπεδόμεθα. videtur utrumque sententiæ necessarium esse. quare sic malim legi: ἃ γὰρ ἡμεῖς ἑκατὸν καὶ πέντε μνῶν ἐωνήμεθα καὶ ἀπεδόμεθα, ταῦθ' ὕστερον — *nam quæ centum et quinque minis et emeramus, et rursus vendideramus tantidem, ea postmodum tu* —.

— 24. πρατῆρας ἔχων] correxi periculo meo (sed Wolfium occupavit), πρατῆρά σ' [id est, σε] ἔχων. Sententia hæc est: maximi vendidisti officinam nobis auctoribus et sponsoribus venditionis. quam officinam si tu ipse vendidisses, auctorem et sponsorem præter te habens neminem, ne teruncio quidem eam extudisses. tua enim nulla est auctoritas, neque fides.

— pen. ἔχων — τιμὴν] verba hæc mihi obscura esse fateor.

976. 7. ξιαίνω] valde suspectum. possit quidem quodammodo excusari et defendi, sic interpretando, καὶ τὰ βιαίων ἀδικήματα. ut voc. ἀδικήματα e proximo huc quoque referatur. incusat me injuriarum, quæ solent ab hominibus audacibus, violentis, latronibus, sicariis, peragi. Sed ea ratio mihi coacta et a Græcitate abhorrens videtur. quare malim βίαν. versu autem 10. βιαίων bene habet.

— 9. τῶν αὐτῶν] subaudi ἀγωνίζονται. reos horum omnium criminum non eædem manent pœnæ, neque certant rei super eo, ut easdem a se pœnas depellant.

— 10. καὶ τὰ περὶ τῶν βιαίων] præpositionem addidi. ad τὰ subauditur ἐγκλήματα. ad τῶν ξιαίων autem, ἀδικημάτων. ἀδικήματα ξίαια appellabantur eæ injuriæ, quæ alicui cum aperta vi et oppressione imponerentur.

— ibid. πρὸς τοὺς τετταράκοντα] scil. δικαστὰς εἰσάγονται. citat h. l. Harpocr. v. κατὰ δήμους. Conf. Vales. ad Harpocr. p. 104.

— 16. τοῦτο] *hoc excusavi*, quod hæc lex præcipit. malim tamen τοῦτον. ut ad νόμον referatur. obtendi hanc legem, quæ me liberaret necessitate, super hoc crimine me defendendi.

— 23. δυνήσεται] scil. τοῦτο, hoc, quod articulus hic ab accusationis libello abest, vobis non poterit eripere facultatem cognoscendi, et intelligendi jus et æquum. aut, Pantænetus non poterit vobis eripere.

977. 7. ἂν ὑφάψῃ τις] in August. est ἂν τυφῇ τις. forte voluit τύψῃ dare. aut in aliis libris fuit ἂν ὑποτύφῃ τις. quæ lectio vulgatæ præstare videtur. *Si quis suffamiget*, h. e. si quis in cuniculis fumum excitet, qui vicinos operantes expellat, aut suffocet. quod ipsum debet etiam vulgata significare.

— 9. πλὴν εἰ μὴ τοὺς κομιζομένους] particulam μὴ addidi. h. e. solo excepto hoc. sub hac sola conditione et restrictione, si tu non putas.

— 19. ἂν ὅλως ἄλλο τι] subaudi ἀδικηθῇ, ἐν ταῖς μεταλλικαῖς δίκαις δικάσεται. *Si quam aliam injuriam accipiat, num ideo jure metallico experietur?*

— 21. τοῖς ἕτερον συντρήσασιν εἰς τὰ τῶν πλησίον] postrema verba εἰς τὰ τῶν πλησίον videntur scholium esse vocabuli ἕτερον. dictio metallica ἕτερον συντιτραίνειν significat τὸ ἑαυτοῦ ἔργον, vel μέταλλον συντιτραίνειν [id est, δι' ὀπῆς μεμηχανημένης προάγειν] εἰς τὰ τοῦ πλησίον ἔργα, vel μέταλλα. cuniculos suos facto foramine perducere in cuniculos alienos.

— 23. τοῖς τῶν ἐν τῷ νόμῳ τι ποιοῦσιν] videtur post τι vocabulum ἀπηγορευμένων desiderari. per v. νόμῳ designatur lex metallica, seu jus metallicum.

— 25. περὶ] correxi παρά. In εἶναι subauditur οἶμαι e v. 20. existimo, ad eum, qui Pantæneto pecuniam credidisset, eamque ab illo lente, per minutas particulas, et vix tandem recuperasset, vocabulo juris metallici ne minimum quidem utendum esse.

978. 2. δικαζόμενος] post δικαζόμενος videtur ἐκ τῶνδε φανήσεται, vel simile quid deesse. *Constabit ex iis, quæ jam dicam, non modo nil æquum et legitimum super criminibus, quorum me incusat, habere Pantænetum, quod proferat, sed etiam super iis, quæ ipse mihi remisit, jus poscere.*

— 5. ἐπικεκυρωμένων] correxi ἐπικεκληρωμένων. *cum jam judices tribunali cuique sui sortito essent ducti.*

— 9. ταῦτα] subaudi ἃ αὐτός φησι.

— 10. αὐτὸ] correxi αὐτῷ. *Si e servi tormentis subjecti responsione constiterit vera esse, quæ ipse, Pantænetus, aiat, tum me debere ipsi mulctam a legibus constitutam, quam lenire judicibus non liceat.*

— 18. καὶ μετὰ ταῦτα] καὶ more ad Hebræam locutionem accedente hic redundat. nam illa omnia οὐχ ὡς δίκαιον ἦν v. 14. ad συνεχώρουν per parenthesin interjecta sunt. pari modo verba v. 24. διὰ γὰρ τὸν θόρυβον ad ἐποιησάμην τοιοῦτον v. pen. signis parenthescos sunt includenda.

— ibid. προκαλεῖταί με τὴν δίκην] correxi προσκαλεῖται μέν με τὴν δίκην. Sed ne sic quidem persanatus est locus. addi adhuc debet πρὸς, ut sit προσκαλεῖται μέν με πρὸς τὴν δίκην. *advocat quidem me ad judicium.* huic μὲν respondet δὲ v. 21.

— 20. παρακαταβολὰς] Citat hunc locum Harpocrat. hac voce.

— 24. δόξαι] scil. nobis, mihi puta, et ipsi Pantæneto, et imprimis magistro quæsitionis, Mnesicli.

— 25. ἦν] hujus loco malim μέν.

— ibid. τοιοῦτον ἦν] sic leg. arbitror. οὐδὲν τοιοῦτον ἦν. et statim post v. 27. οὐδὲ οὖτ' ἀντίγραφον. tale quicquam nihil tum fiebat, quæ ex ritu juris in ejusmodi tempore soliti fieri fas est, non audiebantur illæ solennes formulæ προκαλοῦμαί σε etc. etiam pro ἐποιησάμην malim ἐποίησαμεν.

— ult. οὕτως, ὥσπερ λέγω] scil. v. 26. dixerat.

979. 4. πλεονέκτημα καταπεπλῆχθαι] addidi τὸ ex Augustano ante postremam vocem. Sed satis hoc non est. debet adhuc, id quod etiam Wolf sensit, οὐ aut μὴ addi, ut sit πλεονέκτημα τὸ μὴ καταπεπλῆχθαι. *quanta sit prærogativa, aut quantum præstet, quam expediat, non perculsum te esse.* hoc est, non exercere quæstum pudendum, infamem et invidiosum, (fœneratores enim, cujusmodi videtur hic Nicobulus fuisse, genus erant Athenis contemti, exosi, exsecrabiles) non prodere in moribus timiditatem et pudorem intempestivum notam conscientiæ interioris de vitio aliquo aut macula sibi adhærescente. quemadmodum homines obscuro loco nati, aut humilem quandam artem exercentes, aut alicujus dedecoris sibi conscii solent esse animi dejecti, pudibundi, meticulosi.

— 5. τὸν βίον] malim διὰ τὸν βίον. *propter vitæ, quod sequaris, genus.* et sic dedi de meo.

— 10. παρεδίδουν] imo vero οὐ παρεδίδουν.

— ibid. λέγε τὴν πρόκλησιν] malim λέγε τὴν ἀντιπρόκλησιν. Ἀντιπρόκλησις. *Quo constet, me coactum ab iis, quæ juri contraria putabam esse, provocationi Pantæneti aliam provocationem meam opponere, et servum meum me recusasse tormentis tradere, eaque me omnia vera affirmare, recita tu, scriba, contraprovocationem, seu contrasponsionem. Contrasponsio.* Nicobulus videns, Pantænetum sese ingerere et obtrudere quæsitioni servi per tormenta, contra quam pactum antea fuisset, ut nempe Mnesicles quæsitioni præsset, manum puero injiciebat, eumque a tormentis vindicabat.

— 12. ταῦτα] conditiones, quas ego in mea contrasponsione obtulissem.

— 15. φησὶ καὶ τὰ δεινὰ] aut delendum est καὶ, aut eo servato, necesse est post φησὶ aliquid deesse. e. c. προπεπηλακίσθαι.

— 18. ἐγκαλεῖ] post ἐγκαλεῖ videtur ἐμοὶ τοῦτό γε, aut saltim ἐμοὶ deesse.

— 23. τὰς αὐτὰς ἀπολογίας οὔσας] mihi hac in mea causa easdem esse excusationes, quas Evergus tum in sua causa pro se potuit allegare.

— ult. πρὸς τὸ δικαστήριον] subaudi τοῦτο τὸ μεταλλικὸν, coram quo nunc hæc causa agitur. et sic quoque p. 980. 6. ἐν δὲ τῷ δικαστηρίῳ, scil. τῷ μεταλλικῷ.

980. 8. προειδότα] subaudi τὸν Εὔεργον.

— 11. οὐδὲν ἤλπιζεν] correxi οὐδ' ἂν ἤλπισεν. idem est ac si dixisset: χαλεπὸν ἦν παραχρῆμα ἀπολύσασθαι τὴν διαβολὴν περὶ τούτων, ἃ οὐδὲ ἤλπισε κατηγορηθήσεσθαι ἂν αὐτοῦ. *difficile erat statim e vestigio purgare et diluere atque a se depellere calumniam super crimine, cujus se insimulatum iri, aut fore quemquam, qui se ejus reum ageret, ne suspicatus quidem fuerat.*

— 15. τὴν ψῆφον εἶχον] potest ferri, si hæc sit sententia: ira et indignatio judicum ab hujus calumniis deceptorum condemnabat Evergum in ea causa, in qua pronunciandi jus et auctoritas penes eos erat, tametsi peccasset ille, non in illo genere rerum, super quibus pronunciare jussi et constituti essent, sed in alio quopiam genere, super quo cognoscendi nullum ipsis jus esset. malim tamen omnino, τὴν ψῆφον οὐκ εἶχον. idem est ac si dixisset: οἱ δὲ δικασταὶ κατεψηφίσαντο αὐτοῦ, ὀργισθέντες ἐπὶ πράγματι, ἐφ' ᾧ τὴν ψῆφον οὐκ εἶχον. et sic dedi de meo. judices Evergum condemnabant, propterea quod indignarentur et ægerrime ferrent audientes ab Evergo facinus commissum, grave quidem illud et atrox, super quo tamen judicandi potestate ipsi carerent.

— ibid. κατεψηφίσαντο] correxi κατεψηφίσατο in singulari, e conjectura mea, postmodum ab Aug. confirmata. redit hic singularis ad ἡ δὲ ὀργὴ v. 13.

— 19. τοῖς συνεστῶσι μεθ' ἑαυτοῦ μάρτυσι] Augustanus dat τοῖς συνεστῶσι τούτοις μάρτυσι. quam lectionem ita probat Simon Fabricius, seu Hier. Wolfius, ut utrumque copuletur et legatur τοῖς συνεστῶσι τούτοις μεθ' ἑαυτοῦ μάρτυσι. mihi contra visum est. recepi τούτοις, sed μεθ' ἑαυτοῦ uncis inclusi. potest τούτοις planissima ratione accipi, pro, his conspiratis,

quos vos, judices, bene nostis, qui sibi testentur. vel etiam ratione paulo complicatiore, ut sit pro οἳ συνεστήκασι, vel συνίστανται τούτοις, testibus, qui assistunt his, Pantæneto ejusque similibus. verum prior ratio magis mihi probatur.

981. 3. ὁ συμβεβληκὼς] est is Evergus.

— 10. τάλαντα ὑπό του. καὶ ταῦτα ὑπὸ —] distinctionum correxi et καὶ delevi ad hunc modum. τάλαντα. ὑπὸ τοῦ ταῦτα; *quatuor ais defraudatus esse talenta. A quonam ista?*

— 12. πολίτης] post πολίτης videtur ὢν desse. *ecquis, qui civis sit, sibi patiatur bona sua a servo alieno eripi aut retineri?* tune, Pantænete, qui civis es Atheniensis, paterere bona tua tibi a servo meo negari, aut vi extorqueri?

— 13. εἴρηκεν αὐτὸς] correxi ἥρηκεν οὗτος. *quorum hic* [Pantænetus] *Evergum, causa ad judices delata, condemnavit*, ut Latini dicunt, h. e. impetravit, ut a judicibus condemnaretur.

— 15. αὐτὸν] dedi αὐτὸν cum spiritu leni. redit enim, ut αὐτὸς οὗτος ad Pantænetum, sio αὐτὸν, *eum*, ad servum Nicobuli.

— 16. λέγειν] quæ servus meus deliquerit.

— ult. μὲν οὐδένα] post μὲν videtur ὑμᾶς deesse. *non videmini mihi, judices, fœnerantium quemquam lædere; quosdam eorum tamen merito suo odisse.*

982. 3. μηδ' ἄλλου μηδενός εἰσιν, ἀλλ' ἢ τοῦ πλείονος] id est, μηδενὸς ἄλλου ἐπιτηδευταὶ καὶ δοῦλοι, ἢ τοῦ πλεονεκτεῖν. noli Lambinum hic audire.

— 9. καὶ χαρίσασθαι —] duas allegat causas, cur nummulos duro labore collectos fœnore exerceret, unam, ut rogantibus gratificaretur, alteram, ne pecuniola, ægre collecta, nullo cum fructu et sine sensu sibi per minutas expensas dilaberetur, et veluti nix tabescens deliquesceret, nummatim eam carpenti, et in rem domesticam, in frivola et nugas impendenti.

— 22. ἐμαυτῷ] sententia postulat ἑαυτοῖς. et sic dedi de meo. *non sum unus eorum, quorum mores ipsis expediunt et quæstum faciunt.* quo in numero sunt blandi, gratiosi, adulatores, scurræ.

— 25. ἂν τῷ δεῖνι δανείσω] voc. δεῖνι uncis inclusi, existimans cum Aug. leg. esse ἂν τῷ τι δανείσω. ubi τω (sine accentu) encliticum est. *si cui quid pecuniæ in usuram dem.*

— ibid. προσόφλειν] subaudi δίκην. sed melius videtur προσοφείλειν, omisso δίκην. *ideone me oportebit, non solum creditam pecuniam non recuperare, sed etiam præterea debitori pecuniam debere.*

— pen. ταῦθ'] in reliquis autem rebus, *his puta*, de quibus nunc agitur, incessu, voce, vultu.

983. 1. ἔχοντα] id est, τοιαύτην, οἵαν ἅπαξ ἔχει.

— ibid. εὐπορόν] Post οὐκ εὐπορόν ἐστιν videtur deesse οὐδ' ἴσως συμφέρον. vel similis sententia. nam alias hiat ratiocinium. quod hoc esse videtur: naturam, vel indolem, qua quisque præditus sit, expellere et abjicere, facile non est, neque scio, an minus expediat. nam alias nemo nostrum unus ab altero differret, neque præstaret alteri, sed essent inter se similes omnes. id quod obstaret vitæ civilis usui, (facile enim tum non foret alterum ab altero dignoscere, unde essent plurimi errores et plurima dubia profectura) et officeret luminibus virtutis, quæ in similitudine morum, ingeniorum et studiorum per omnes homines pervagata proferre sese non posset.

— 2. γνῶναι] mihi vel maxime suspectum est hoc verbum vitii, aut certe defectus alicujus. mei quidem codices hic silent.

— 3. ἀλλὰ τί τούτων ἐμοὶ πρὸς σὲ, Παντταίνετε] Etiam hæc vereor ne minus sana sint. ego equidem haud intelligo. videtur sententia hæc fere postulare: ἀλλὰ τί ταῦτα πρὸς τὰ νῦν ἐμοὶ [scil. ὄντα] πρὸς σὲ, Παντταίνετε. *quid autem hæc faciunt ad ista, quæ mihi nunc tecum controversa sunt, Pantænete?* hæc, vox puta mea, incessus, status, habitus meus.

— 5. δίκην.] post δίκην posui punctum. est enim hæc altercatio ficta Nicobuli cum Pantæneto. Tu te quereris, Pantænete, gravia et infanda passum. Esto. Satisfactum tibi est. Sed negas tibi a me satisfactum esse. Recte vero. neque enim ego te injuria affeci. nam si te læsissem, tu profecto non eras commissurus, ut me inultum transmitteres, nomenque meum ad judices deferre nil curares, cum Evergum accusares.

— 15. ἀκούσιοι] bene habet. non enim solummodo p. 990. pen. ubi locus hic iteratur, ita legitur, sed etiam res ipsa id exigit. nemo facile, nisi levis et impurus, homicidæ voluntario, victus precibus, aut lucello, ignoscat. cædi autem fortuitæ, a qua consilium abfuerit, quanto quisque est humanior, tanto facilius ignoscit, cum aliis de causis, tum commiseratione sortis humanæ.

— 19. ἀκουσίου] pæne malim ἑκουσίου. Sic enim fortius stringet argumentum. Si quis, qui alium cædis, non modo involuntariæ, sed vel voluntariæ adeo, peregerit, tamen ei postmodum ignoverit, tum jam non potest actor rem expellere. Et profecto p. 991. 3. perspicue exaratum lego in Bavarico ἑκουσίου. ubi etiam id restitui.

— 23. ἐκπίπτειν καὶ φεύγειν ἂν ἁλίσκωνται, καὶ τεθνᾶναι] non ita verbosus esse so-

let Demosthenes, ut ἐκπίπτειν καὶ φεύγειν pro copia orationis habeam. quod si tamen est, ea erit differentia horum verborum pæne synonymorum, ut ἐκπίπτειν significet, e patria emigrare, φεύγειν autem versari in solo peregrino, procul patria. possit tamen φεύγειν etiam significare, causam, ut reus, coram judicio agere. quæ vis si huic loco inest, tum erit leg. ἐκπίπτειν, καὶ φεύγειν, ἂν δ' ἁλίσκωνται, καὶ τεθνᾶναι. et interposui δ' de meo. *quos leges jubent solum vertere patrium, item, causam capitis dicere, et, convicti si fuerint, extremum pati supplicium.*

984. 1. πρᾶγμα] morem puta, ab ipso actore semel remissas nunquam postea rursus in forum revocandi.

— 2. καταλυθήσεται] dedi καταλύσετε. alias ignoraretur, quinam abolerent hunc laudabilem morem. Sed valet hoc ad causam, et grave in hoc momentum, si judices ipsi dicantur eum abolere. id quod est pudendum dedecus. aut leg. esset: καταλυθήσεται ὑφ' ὑμῶν ἐφ' ἡμᾶς. id quod insuavius sonaret, præsertim in fine orationis. præstat itaque καταλύσετε.

## AD ORATIONEM ADVERSUS NAUSIMACHUM, &c.

Causa hac oratione agitata hæc est: Nausimachus et Xenopithes (junior), fratres, filii Nausicratis, a filiis Aristæchmi vita dudum defuncti, qui tutor ipsis olim fuisset, actione hæreditatis imminutæ, aut æris alieni, pupillis debiti, a debitoribus quidem redacti, a tutoribus autem pupillis non persoluti, repetebant ab unoquoque filiorum Aristæchmi, qui quatuor erant, quaterna talenta, et præterea singula totidem, h. e. quatuor, semitalenta. Petebant itaque filii Nausicratis a filiis Aristæchmi universe octodecim talenta. Nam quatuor talenta sibi aiebant deberi, ut æs interceptum. Sed singulares hoc eodem de ære alieno actiones in singulos illos quatuor fratres instituebant, et litem unicuique præterea semitalento æstimabant.

985. 10. δίκας ἡμῖν τῶν αὐτῶν χρημάτων, ἁπάσας τρισχιλίων ἑκάστην βλάβης] interpunctionem, ut sæpissime alias, h. l. correxi ad hunc modum: ἡμῖν, τῶν αὐτῶν χρημάτων ἁπάσας, [id est, ὑπὲρ τῶν αὐτ. χ. ἁ.] omnes illas quatuor actiones super eodem ære alieno, quatuor puta talentis, τρισχιλίων ἑκάστην, [id est, ἑκάστην ἐπὶ τιμήματι τρισχιλίων δραχμῶν, unamquamque harum quatuor actionum sub æstimatione litis ad 30. minas, quas, quicunque causa caderet, judicibus dependeret,] βλάβης [scil. ὀνόματι.] ex titulo accepti a nobis damni.

— 11. πρὸς τριάκοντα μνᾶν ἐπίγραμμα ὑπὲρ τοσούτων χρημάτων εἰς ἀγῶνα καθέσταμεν] Sententia est: conjecti sumus in discrimen non modo tantam æris summam amittendi, 16. talenta puta, sed etiam præterea duo talenta, titulo impensorum et sportularum forensium, cum actores periculum non adeant majus, quam si causa ceciderint, ad summum duo talenta amittendi.

986. 3. ὧν ἕνεστιν] correxi ὧν ἓν ἐστιν. *quorum unum est, non minus, atque reliqua sunt, firmum et ratum, usuque fori vigens.*

— 10. γεγραμμένοι] scil. τὸν πατέρα ἡμῶν ὑπὲρ τῆς ἐπιτροπῆς. ex quo patrem male gestæ tutelæ detulerunt ad judicem reumque egerunt.

— 12. καὶ τῶν ἐπιτρόπων] subaudi τετελευτηκότων.

— 15. καὶ μαρτύρων καὶ πάντων τῶν πλείστων, ὡς εἰπεῖν] videntur verba trajecta esse in hunc modum restituenda: μαρτύρων τῶν πλείστων, ἢ καὶ πάντων, ὡς εἰπεῖν. *cum vivis excessissent testium plurimi, aut etiam, si fas est dicere, cum testium nemo adhuc superesset.* et sic Wolf quoque. Contentus tamen fui, tantummodo interpunctione mutanda sententiam clariorem reddere, ad hunc modum: καὶ πάντων, τῶν πλείστων — ut sententia sit: *mortuis omnibus, nostram rerum, ut ita dicam, plerarumque ignorantiam.* Erit itaque constructio hæc: τὴν ἡμετέραν τῶν πλείστων ἀπειρίαν. Est tamen, neque enim infitiabor, hæc ratio coactior atque contortior.

— 24. Ξενοπείθης] Xenopithes hic est senior, patruus actorum, frater Nausicratis, qui pater actorum erat.

— pen. οἱ ἐπίτροποι] dubium, qui tutores designentur, Nausimachine et Xenopithis, actorum, an reorum, filiorum Aristæchmi. Sed actorum tutores designari, et solum Aristæchmum eorum tutorem non fuisse, credibilius est.

987. 2. ὅλην τὴν ἐπιτροπὴν] subaudi τῷ ἐμῷ πατρί.

— 4. ταῦτα πάντα] scil. τὰ ἐγκλήματα, ἃ νῦν ἐγκαλοῦσιν ἡμῖν.

— ibid. οὗτοι] Nausimachus et Xenopithes.

— 6. ἐκεῖνοι] Aristæchmus, pater noster, et reliqui consortes tutelæ. Sententia est: illi tutores pecuniis istis, quas pupillis suis persolverunt, redimebant, non nomen tutelæ, sed criminationes, h. e. dabant suis pupillis illas pecunias, quo liberarentur, non nomine tutelæ, sed litibus, et accusationibus ex administratione tutelæ exsistentibus.

— 14. τοῦτο γὰρ πλάττουσιν οὗτοι καὶ παράγουσιν] idem est ac si dixisset: τοῦτο γὰρ πλάττοντες οὗτοι βούλονται ὑμᾶς παράγειν. *hoc enim commento volunt vos judices decipere et a recta juris aqui via deducere.* Est autem illud τοῦτο *commentum*, hoc, patrem nostrum ipsis, pupillis, non persolvisse æra a debitoribus ipsorum redacta. In κομιδὴν v. 13. subauditur τῶν χρεῶν παρὰ τῶν ὀφειλόντων ὑπὸ τοῦ ἡμετέρου πατρός.

— 19. λαβεῖν] illud χρέος, æs alienum pupillis debitum, ab aliquo Hermonacte, in Bosporo degente, centum staterum. v. v. 26.

988. 5. οὐ γὰρ τίς γε ταῦτα κατετίθει] correxi: οὐ γὰρ δή γε ταὐτὰ κατετίθει. *non enim profecto idem æs alienum bis solvisset, aut existimandus est solvisse.*

— 7. ἃ τοὺς κυρίους — ] vim hujus argumentationis non perspicio. poterat utique aliquis debitor, qui pupillos (nam hi sunt h. l. οἱ κύριοι) diu contemsisset, h. e. pecuniam ipsis debitam retinuisset, illis virilem ætatem ingressis, a literis commonitoriis tutoris τοῦ μὴ κυρίου, ut noster hic loci ait, ita percelli et perterrefieri, ut nil cunctaretur nomen lentum diluere. non hoc modo probabile est, sed fit quoque quotidie. Consequeretur ex argumentatione oratoris hoc, pupillos, dum adhuc minores annis essent, sæpius Hermonactem de diluendo nomine, sed frustra, appellasse. quod factum esse credibile non est. et, fac quoque eos id fecisse, semper non ipsi fecissent, sed tutor pupillorum nomine. Sunt Demosthenis argumentationes paulo nonnunquam subtiliores et impediliores, et sophisticæ calliditati atque rixositati confines.

— 13. ἐκεῖνος] Demaretus.

— 18. οὔτ' ἂν ἔπλευσεν] non videtur navigationem illuc suscepturus fuisse. malim tamen legi: οὔτ' αὖ ἔπλευσεν.

— ibid. οὔτ' ἂν ἀφίκετο] subaudi εἰ καὶ ἐβούλετο ἐκεῖσε πλεῖν.

989. 2. καὶ τοῦτ' ἐγκαλοῦντες] dedi καὶ τοῦτό γ' ἐγκαλ. Sed vel sic quoque nondum persanatus videtur hic locus, sed sic integrandus: ὡς γὰρ οὐκ ἀποδόντα λόγον γεγραμμένοι, [aut ὡς οὐκ ἀποδόντι λόγον λαγχάνοντες] καὶ τοῦτό γ' ἐγκαλοῦντες φαίνονται. constat enim eos diem patri nostro ideo dixisse, quod rationem gestæ tutelæ nullam ipsis exhiberet, et hoc nominatim ipsi incusasse.

— 6. ὡς παρέδωκεν] subaudi, ὡς ὀφειλόμενον ὑμῖν τὸ τοῦ Ἐριμώνακτος χρέος.

— 8. παραδόντες] subaudi ἐν τῷ τῆς ἐπιτροπῆς λόγῳ τὰ ὑμῖν ὀφειλόμενα χρέα.

— 11. τρίτον] nescio, quodnam hoc sit tertium, neque comminisci possum.

— 18. πέντε ἔτη παρέλθῃ] scil. ex eo tempore, quo pupilliad pubertatem suamque ipsorum tutelam pervenerint.

— τῶν μὲν ἐξαρχῆς ἀδικημάτων] ἀδικήματα ἐξ ἀρχῆς h. l. sunt injuriæ, aut querelæ super injuriis acceptis, quæ primum, prima vice, in jus vocantur, et ad judicum disceptationem revocantur: eoque opponuntur illis causis, quæ, cum jam semel discussæ fuissent, denuo ad forum retrahuntur.

— pen. οὐδὲ κατὰ τῶν] primam vocem addidi. *ne contra illos quidem tutores, quia pupillis non fuissent pro liberis ab omni accusatione declurati.*

— ult. τοὺς ἐξ ἐκείνων] scil. φύντας, vel γεγονότας. *Si contra nos, qui sumus ex illis, vestris puta tutoribus, nati, litem instituueretis, anno vigesimo post, quam patrem nostrum liberum ab omni forensi persecutione declaravissetis, et litem quidem super iisdem criminationibus, a quibus vosmet ipsi patrem nostrum absolvissetis.* Sed rationes temporum non conveniunt. Hic *viginti* annos ait effluxisse a tempore absolutionis inde, paulo ante autem p. 986. 8. *quatuordecim* tantummodo dixerat. Sed oratores minus veritatem rei, quam amplificationem, spectant.

990. 6. τούτῳ] correxi τούτου. ex Augustano. alias licuisset etiam τούτων corrigere, quod maluissem.

— 11. λεχθεισῶν] correxi ληχθεισῶν, a v. λαγχάνω. de sententia Wolf. et Lambin. poterat quoque corrigi τῶν τότε τελεσθεισῶν. v. v. 2. et 999. 25. et 1006. 8.

— 22. οὐδὲ] correxi οὐδέν. *vos recte agere, si eos plane non audiatis, neque feratis, de gesta tutela commemorantes, spero me planum vobis facturum.* οὐδὲν est idem atque κατ' οὐδέν, οὐδαμῶς, *nullo modo feratis.* Sed post περὶ τῆς ἐπιτροπῆς videtur λεγόντων, vel tale quid deesse.

— 23 οἴονται] correxi οἷόν τε. *etiam si quis largiatur, eos modis, quam fieri potest, maximis esse læsos.*

— 25. ἐκεῖνό γ' — καταλυθήσεται] locus hic usque ad p. 991. 11. iisdem pæne verbis legitur in exitu orationis superioris adversus Pantænetum.

991. 3. ἀκουσίου φόνου] dedi h. l. ἑκουσίου φ. ex auctoritate Bav. codicis. v. ad p. 983. 19. dicta.

— 4. αἰδέσηται] locum hunc citat Harpocr. v. αἰδέσασθαι.

— 10. τοῦτ' ἔστι δεινότατον] malim cum Bavarico δεινὸν, aut saltim non sine articulo, τὸ δεινότατον. et idem statuo de p. 994. 1. ubi hoc annotare oblitus sum.

— 13. φήναντος] cum Nicidas patruum vestrum, Xenopithem, seniorem puta, eo nomine apud judicem detulisset, quod domum vestram elocare nil curaret.

— 15. πολλὰ διήρπασαν ὑμῶν] correxi: πολλὰ δ' ἥρπασαν ἡμᾶς. nam hæc est ficta querela pupillorum ipsorum.

— 16. ἦν ἐπείσθητέ γε] scil. ἔχειν, vel

ἀγαπᾶν.

— 18. εἶναί τι ταῦτα] scil. ἃ ὑμεῖς ποιεῖτε. esse non de nihilo ea, quæ vos nunc agitis. actionem hujus causæ vestram non esse plane contemnendam, neque vanam, aut de nihilo natam.

— 19. πρὸς τοὺς πράξαντας] sc. τὰ πρὸς ὑμᾶς ἀδικήματα. *posteaquam transegeritis et decideritis cum auctoribus injuriarum earum, quas aitis vos accepisse, de illis queri, qui rerum gestarum prorsus sint ignari.*

— 22. τὰ δικαια ταῦτα] quibus vos nimirum tantopere fiditis.

— 24. περαίνετε] scil. τὴν λῆξιν, aut τὴν δίκην καθ' ἡμῶν, aut τὸ προκείμενον.

— ibid. ὧν δὲ τοῦ μὴ κατηγορῆσαι] idem est ac si dixisset: ἕνεκα τοῦ μὴ κατηγορῆσαι ἃ — *quæ autem quo minus accusaretis, tantas pecunias exegistis, ea tacere vos par est, donec illas pecunias reddideritis; neutiquam vero par est, vos et accusare ea, quæ ut taceretis, vos redimi passi estis, et simul tamen mercedem silentii retinere.*

— 26. καὶ μὴ κατηγορεῖν] transponi de meo sensu, μὴ καὶ κατηγ. vos decet tacere, non autem eosdem et accusare nos, et tria illa tamen talenta quoque retinere.

992. 1. τὰ πολλὰ] post τὰ πολλὰ videtur αἰσχρῶς deesse. forte quoque pro ἀπολωλεκότες leg. ἀπεδηδοκότες. *cum abligurisset.*

— 7. τοῦ πράγματος] sc. τοῦ λειτουργεῖν.

— 11. τὴν βλασφημίαν] invidiam et exprobrationem, quod opes suas in adjuvanda et sustentanda rep. collationibus civitati præstandis exhausissent.

— ibid. ἀντὶ τῆς χρείας] jam enim non possunt amplius, de suis facultatibus reip. conferre, sed sunt cives inutiles.

993. 2. δικαίως τὸ λαγχάνειν ἔτι δίκαιον] correxi: δίκαι, ἢ ὡς εἰκοστῷ λαγχάνειν ἔτει δίκαιον. *aut esse jus, causam in furtum denuo deferendi, super quibus jam dudum reos absolveritis, aut æquum esse vigesimo anno post acceptas injurias queri.* e lectione Augustani ἔτ' εἰ feci ἔτει. e p. 990. 1.

— 8. τρεῖς] ante v. τρεῖς videtur τοῖς deesse.

— 11. Αἰσίου] post nomen proprium Αἰσίου videtur nomen actionis, e. c. αἰκίας, aut ὕβρεως, aut βλάβης, aut tale quid deesse.

— 13. ἐν ὠφελείᾳ] dedi ἐπ' ὠφελείᾳ. *quæ vestræ quoque facultates sunt, cum sint sub vel cum spe majoris emolumenti, si pene nos vobis serventur.*

# I. I. REISKII

## ANNOTATA

## AD

# ORATIONES PRIVATAS.

# AD ORATIONEM CONTRA BŒOTUM SUPER NOMINE.

Causam hanc non vicisse Mantitheum actorem, sed Bœotum, ut scil. ipse quoque Mantitheus appellaretur, apparet e p. 1013. ult. Alii hanc orationem Lysiæ tribuunt. v. Maussac. ad Harpocr. p. 40.

995. 10. Νῖνον] Ninus sacerdos, Meneclis uxor, damnata fuit. Corsinus Fast. Att. IV. p. 31. Expendantur hæc verba. Dionysius Halicar. t. II. p. 117. 7. ὁ κρινόμενός ἐστι Μενεκλῆς ὁ τὴν ἱέρειαν Νίνου (sic) ἔχων [in matrimonio habens, non ἐλὰν], ὁ δὲ κατηγορῶν, υἱὸς τῆς Νίνου. sed ubi ibi Νῖνον in accusativo est leg. ita non ἔχων, sed ἐλὰν, ut apud Demosthenem.

— 15. οἷα ὑπὸ πολιτευομένου] dedi οἷον εἰκὸς, ὑπὸ πολ. quamquam nil interest. *utpote, quemadmodum facile est judicatu*, a patre meo, ut in rep. versante, læsus in aliis quibusdam causis, diversis ab hac causa. malim nempe sic locum interpretari, quam sic: *ut ab eo, qui vitam egerit alibi.* quamquam e p. 1019. 11. sqq. colligi possit, Mantiam vitæ magnam partem Mitylenis peregisse.

— 20. μηδὲν ἔτι ἔσεσθαι αὐτοῖς] *sibi*, Plangoni, atque Mantiæ, *nil jam fore commune in posterum.* nam κοινὸν subauditur.

— 28. Τοῖς Ἀπατουρίοις] Citat h. l. v. Ἀπατούρια Harpocr.

996. 9. ἐμμένειν τοῖς δικαίοις, καὶ ἀναγκαίως] correxi ἐμμένειν τοισδὶ, [id est τούτοις, vel τοῖσδε] δικαίως καὶ ἀναγκ. partim ex Augustano, partim e conjectura mea. nam e τοῖς δικαίοις feci τοισδὶ, δικαίως. videbatur enim syllaba δι ob concursum cum eadem syllaba initio vocabuli proximi intercidisse. quamquam etiam τοῖς plane poterat expungi, sententia nil imminuta. nam ἐμμένειν sic nude poterat dici, pro ἐμμένειν τούτοις, tametsi hoc utique planius est. Poterat locus etiam sic constitui: ἐμμένειν τοῖς δικαίοις, δικαίως καὶ ἀναγκαίως.

— 16. μεταθέσθαι] scil. τὰ ὀνόματα. ut ego, qui nunc audio Mantitheus, imposterum appellarer Bœotus, ipse vero, qui nunc Bœotus audit, imposterum Mantitheus appellaretur.

— 19. τὰ κοινὰ] primum recenset incommoda in rep. ex hac nominum paritate exsistentia. deinde p. 998. 9. transit ad molestias ab eadem paritate ad rem privatam suam proficiscentes.

— 21. φυλέται] post φυλέται aut in hac regione deesse videtur ἡμᾶς.

— 24. ἑστιάτορα] Citat h. l. Harpocr. v. ἑστιάτωρ.

— ibid. τῶν ἄλλων] id est, τῶν πάντων. nam alias mirifica esset et abhorrens dictio ἤ τι ἄλλο τῶν ἄλλων. ferrem magis ἤ τι τῶν ἄλλων. et nescio, an hæc lectio conflata sit e duabus variantibus, cum aliis in libris esset ἤ τι ἄλλο (sine τῶν ἄλλων) in aliis ἤ τι τῶν ἄλλων (sine ἄλλο).

— 25. σὺ μὲν γὰρ φήσεις ἐμὲ, ἐγὼ δὲ σὲ] erant enim illa munia onerosa et sumtuosa.

997. 4. τί δὲ ἂν ἄλλη τις ἀρχὴ καθιστῇ] subaudi ἡμᾶς, aut τὸν ἕτερον ἡμῶν. Sed tota hæc sententia utque ad πότερον καθιστᾶσι videtur redundare. nam idem dicit, atque p. 996. 25. quamquam paulo uberius. nisi malumus voc. ἀρχὴν expungere.

— 5. οἱ ἀθλοθέται] quinam hic sit magistratus, adhucdum quæro. mirorque eos post Archontem et Basileum nominari. videtur eorum fuisse, in Liberalibus judicare, quinam chorus, ut qui artifex scenicus vicisset, victoribusque præmia distribuere.

— 14. κέκληκεν] scil. ὁ κήρυξ.

— 18. χαλκείῳ] malim χαλκίῳ per iota simplex. nam χαλκεῖον per diphthongum est officina seraria. χαλκίον h. l. est tabella ænea cum inscripto nomine, aut signo tribunalis, ad quod judicum quisque, qui tabellam istam acciperet, ablegaretur ad ibi sedendum atque judicandum.

— 27. κοινὰς] correxi καινὰς, *novas*, meo judicio, cum in Bav. reperirem κενάς. quamquam καινὰς leg. esse dudum ante videram, quam codicis Bav. copia mihi fieret. nam ipsa res monstrat. nonne, ait, melius atque sapientius agamus, et probiores honestioresque habeamur, si deponamus *veteres*, quas nunc exercemus, inimicitias, quam si *novas*, quas nondum quidem exercemus, non tamen poterimus evitare, ex hac nominum paritate exsituras, suscipiamus.

998. 4. τί ἄλλο ἐστὶν] subaudi ἢ τοῦτο, vel εἰ μὴ τοῦτο. Sententia hæc est: fac casu quodam fortuito evenire, ut nos duo, tu, Bœote, et ego, Mantitheus, a sorte vocemur ad judicandum in eodem tribunali. fac porro inter nos convenisse in ejusmodi evento, ut aut ego tibi testulam meam dem, aut tu mihi des tuam. Possit sic fieri, ut unus idemque homo eadem in causa duo suffragia in eadem immittat. atqui capitali pœna sancitum hoc est; et nequit alio, quam hoc, quem dixi, modo

fieri. nam singulis judicibus singulæ modo testulæ dabantur.

— 6. *πάνυ γε*] *recte mones.* sic loquitur, qui, cum alterius argumentationem haud inficietur, eam tamen causæ suæ negat quicquam derogare. deinde subauditur, *ἀλλ' οὐδὲν δέος, μὴ τοῦτο γίγνηται. sed verendum nil est, ne id fiat. nos enim id non faciemus.*

— 13. *ἔζη*] Menecles puta. et sane *Μενεκλῆς* dant libri Dionysii Halic. t. II. p. 117. 11. ed. Sylb. ubi locus hic, sed vitiose, citatur.

— 15. *τοιαῦτα*] subaudi *οἷα ἐκεῖνος ἐζήλου.*

— 26. *ἐγγεγραμμένοι*] h. e. debitores. non enim ipsa nomina liberorum, quorum pater decessisset, in tabulas ærariorum inscribebantur, sed manebat nomen patris non expunctum, pro quo lucre liberi tenebantur, aut a jure civili excludebantur. nam si inscripta fuissent nomina liberorum Bœoti, pro patris nomine, ut debentium, nullum poterat nasci dubium, nisi fingimus, id quod prorsus abhorret, totidem filios Bœoto, quot Mantitheo, fuisse, et omnibus eadem nomina. ut, si e. c. filius Mantithei natu major appelletur Mantias, Bœoti quoque filius natu major idem Mantiæ nomen gesserit.

999. 1. *ἐγγεγράφθαι*] dedi de meo *ἐγγεγράφῃ* in conjunctivo perfecti activi. locus perdifficilis. consentiunt cum vulgata, quæ vitiosa est, reliqui mei libri. Augustanus hic me deserit, hic loci deficiens. optarem lectionem marginis, si de auctore mihi constaret. optime enim cum sententia loci convenit *ἐγγράψαι*, qui est optativus, non infinitivus. Sententia cæteroquin satis plana est, hæc nempe: fac esse aliquem, qui contra hunc Bœotum actionem *ἐξούλης* instituat. neget ille quidem initio, sibi mecum esse negotium. verum tamen impedire nil poterit idem, quominus ego pro Bœoto plectar. Impetraverit enim a judicibus, ut actionem suam legitimam, causamque probam pronuncient. Bœotus nil curet multam dependere. Inscribatur itaque. sed qui? non Bœotus, sed Mantitheus. affectat enim nomen meum. Postulabor itaque ego de debito. Nunc aperiam suspicionem meam, unde natum sit, quod hodie libri circumferunt, *ἐγγεγράφθαι*. videtur h. l. duplex fuisse in libris antiquis Demosthenicis lectio, altera *ποιησάμενος ἐγγράψαι*, altera *ποιησάμενος ἐᾶ ἐγγεγράφθαι*. dictio *ποιεῖσθαι κυρίαν* est efficere et impetrare a judicibus, ut actionem aliquam declarent justam et legitimam, reoque multam dictent. Meliora nunc non succurrunt; det, qui norit. Actio *ἐξούλης* erat, cum actor queritur, se a reo ad possessionem et usum bonorum suorum non admitti, aut ab iis vi et manu dejectum esse; aut denique judicatum non solvi. postrema significatio h. l. videtur obtinere.

— 3. *περὶ*] malim *παρὰ, ob nomen.*

— ibid. *ἡ λῆξις*] absunt ad editione Felic. et Pauli Manutii, et ad ejus exemplum, ab editione Wolfii quoque, nescio, casune, an consilio. sed poterat pari, et haud scio, an etiam majori jure, *ἡ δίκη* abesse, et hoc pro scholio illius haberi. nam omnes *δίκαι* sunt etiam *λήξεις*. quamquam non item contra, omnes *λήξεις* sunt *δίκαι*, sensu strictiore sic dictæ. causæ privatæ sunt *δίκαι*, publicæ *γραφαί*, ambæ nomine communi *λήξεων* comprehenduntur. possit ad hunc modum lectio vulgata defendi, ut *λῆξις* dicatur usurpatum pro *γραφή*.

— 9. *τοὺς Χόας*] Citat h. l. Harpocr. v. *Χόες*. loco huic est in Midiana similis alius.

— 13. *πατρόθεν*] contra eum, qui mecum nomen idem eundemque patrem habere sese ferret. alias multi nomina gerebant eadem, sed patrum nomina differebant.

— 17. *προκληθείη*] correxi *προσκληθείη*, subaudi *πρὸς τὸν πολέμαρχον.* cujus in jure erant causæ peregrinitatis.

— 22. *γεγονὼς*] scil. *υἱὸς τοῦ ἐμοῦ πατρός.*

— 23. *λέγειν*] subaudi *οὐ φάσκων ἑαυτοῦ υἱὸν εἶναι.*

— 24. *ἐρανίζει*] citat h. l. Harpocr. v. *ἐρανίζοντες.* qui hic designatur *ἔρανος*, est opera in falso testimonio pro amico dicendo navata. Contributio hæc est, quam Mantitheus ait Bœotum sodalibus suorum scelerum conferre solitum esse.

1000. 9. *ἦν*] pro *ἢν* malim *εἶναι*. ut sit constructio: *εἰ συνέβαινεν ἡμῖν μηδὲν ἀηδὲς ἐκ τούτων, μηδὲ ἀδύνατον εἶναι.*

— 17. *τὴν ἐγγεγραφὴν*] malim *τὴν ἐμὴν ἐγγεγραφὴν. putrem curasse, ut sub eo, quod testes ediderunt, nomine,* Mantithei puta, *albo phratorum inscriberer.*

— 27. *τούτου*] id est, *ὑπὲρ*, vel *ἕνεκα τούτου.* hujus rei causa, quod is, quem Bœotus pro patre suo nolentem et negantem venditaret, Bœotum pro filio agnoscere, atque sic in demotas inferre recusaret.

1001. 1. *ὦ γῆ*] quasi homines terrarum et gentium omnium convocaret ad contestandum hujus impudentiæ enormitatem.

— 5. *τοὔνομα τοῦτο*] hoc, super quo contenditur, Mantithei puta.

— 6. *μάρτυρας*] nominat hos testes p. 1017. 1.

— 19. *εἰς Ἱπποθοωντίδα ἐφοίτα φυλὴν*] *itabat ad ludimagistrum tribus Hippothoontidis.*

— 25. *ὁμοίως*] subaudi *ἐμοί. perinde atque ego ludimagistrum tribus Acamantidis frequentabam.* minus enim commode videtur subaudiri, *perinde atque tu ludimagistrum tribus Hippothoontidis frequentasti.*

— 26. *τῇ θέσει τοῦ ὀνόματος*] ergo nomen Mantitheus erat proprium tribui Acamantidi, seu in ea tribu solummodo usurpabatur; et rursus Bœoti nomen ad solam tribum Hippothoontida erat adstrictum.

1002. 3. *εὐήθειαν πατρὸς, τετυχηκὼς ἀντὶ Ἵππου*.] correxi vitiosam interpunctionem, e qua natæ sunt lectiones marginis, quæ mihi quidem non probantur; addidi quoque *καὶ* ad hunc modum. *εὐήθειαν, πατρὸς τετυχηκὼς, καὶ ἀντὶ Ἵππου. nactus patrem* (v. p. 1004. 24.), *et locum in tribu Acamantide, postquam antea in Hippothoontide census esset.* videtur ex h. l. posse colligi, tribui Hippothoontidi minorem fuisse dignitatem, atque Acamantidi. Sed cur? qui id factum?

— 6. *ἀργυρίου*] id est, *ὑπὲρ ἀργυρίου*. causas, quibus me pecuniam petebat, quam sibi a me deberi ex hæreditate paterna aiebat. v. p. 1009. 1.

— 8. *τίς*] Si bene habet, idem valet, atque *ὁποῖός τις*. quam attentus ad rem augendam, quam peritus artium amplificandæ rei domesticæ pater fuerit; quam parum ergo existimandus sit opes suas in scorto prodegisse.

— 22. *οὐτωσὶ*] comma ante *οὐτωσὶ* transfero pone eandem vocem. cohæret enim cum *ὁρῶν. ὁρᾶν τινὰ οὐτωσὶ* est intueri aliquem simpliciter, obiter, animo æquo, quem nil referat, videas, necne, lente et supine, ut eos intuemur, quos nosse, aut meminisse nil curamus.

— 23. *συχνῶς*] correxi *συχνῷ*, scil. *μέτρῳ*, vel *χρόνῳ*, vel *μέρει τοῦ χρόνου*. vidi eum me juniorem, et multo quidem, quantum ex adspectu solo licebat æstimare.

— 24. *καὶ γὰρ εὐθὺς*] est enim stultum meam me conjecturam pro certo argumento proponere. miror in ætate Bœoti definienda ita esse laboratum. hodie quidem illa multis modis cognosci potest.

1003. 1. *τῆς ἐμῆς*] post *τῆς ἐμῆς* videtur *οὐδὲν* deesse.

— 2. *τὸν μὲν τῶν ἑτῶν ἀριθμὸν*] subaudi *τῶν ἡμετέρων*. nisi potius id addendum est.

— *εἰς τοὺς δημότας*] prius in album phratorum liberi inscribebantur, quam in demotarum. et erat hæc posterior inscriptio veluti confirmatio et obsignatio prioris, et prior posteriore carens parum valebat.

— 9. *οὐ τῷ χρόνῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ δικαίῳ*] suspicatus est Wolfius, ordinem verborum *χρόνῳ* et *δικαίῳ* esse invertendum. Sed bene habet vulgata. Demonstrat Mantitheus se causam vincere, cum tempore, tum jure. pater enim me, ait, multo ante in demotas intulit, quam te, Bœote, in phratoras. vinco itaque tempore. sed vinco quoque jure. pater enim te solummodo in phratoras intulit, me vero et in hos primum, et deinde in demotas. quos inter deferre, est demum adoptationem confirmare. deinde pater me volens pro suo habuit, te invitus, coactus, circumventus.

— 11. *εἰ δέ σ' ἔχοιτο*] Citat h. l. Aristides *τεχν.* p. 274.

— 12. *Ἀκαμαντίδι*] Citat hunc locum (aut p. 1002. 4.) Harpocr. v. *Ἀκαμαντίς*.

1004. 7. *Πάμφιλον*] post *Πάμφιλον* videtur *εἰκότως* deesse. nam alias *ἐπεὶ* non satis fortiter concludit.

— 9. *δυοῖν*] post *δυοῖν* addi malim *ὄντοιν* e p. 1007. 2. quamquam et ibi abest a quibusdam libris.

— 13. *τὸν προσήκοντα*] videtur leg. esse: *τὸν ποιοῦντα τὰ προσήκοντα, non fuisti is, quem esse oporteat illum, qui, quæ erga parentes observanda sint, observet.* tametsi haud ignoro, *τὸν προσήκοντα* reddi posse *eum, qui aliquem necessitudine sanguinis contingat.* v. v. ult.

— 15. *οὐκ ἐπηρεάζου δικαίως ἂν, ἀλλ' ἀπολώλεις*] est idem ac si dixisset: *οὐ μόνον δικαίως ἂν ἐπηρεάζου, ἀλλὰ καὶ δικαίως ἂν ἀπολώλεις.*

1005. 1. *ὄντα σαυτοῦ*] correxi *ὄντα σε αὐτοῦ*. e Bavarico et Augustano. nam si mei res arbitrii fuisset, dedissem: *εἰ τὰ μάλιστα ὁ πατὴρ ὑμᾶς, ὄντας αὐτοῦ, μὴ ἐποιεῖτο. etiamsi pater vos vel maxime, cum essetis ex eo nati, tamen non adoptasset.* ob insequentes plurales *τίνες εἰσὶν υἱεῖς ἐκείνου*, et *τίνας — ἀδελφούς*.

— 17. *λέγειν μᾶλλον ἀξιῶ*] correxi: *λέγω μᾶλλον, ἀξιῶν. multo magis pro te verba facio, quam pro me ipso, cum æquum censeo et aio esse, ut idem nomen nos ambo ne habeamus.*

— 19. *πότερον*] scil. *λέγεις Μαντίθεον*.

1006. 5. *καταδιαιτήσασθαι*] videtur hoc natum et conflatum e gemina lectione librorum, quorum in aliis fuerit, quod etiam reperi in Augustano et margine Lutet. *καταδιαιτῆσαι* (subaudi *τὸν διαιτητὴν*), in aliis *καταδιαιτᾶσθαι* in passivo. vel etiam *σασθαι* natum est e *σκέψασθε*, quod iidem, quos dixi, libri, Augustanus meus, et ille, unde desumta est lectio marginis Lutet. dant post *καταδιαιτῆσαι*. neque dubitavi sic emendare.

— 10. *τε*] correxi meo judicio *δέ*. *non autem postmodum.*

— 16. *ἀντίληξις*] Bœoti adversus Mantithei *ἔγκλημα*, seu *λῆξις*. nam perinde est. v. v. 1. invertit ergo temporum ordinem. prior est accusatio Mantithei adversus Bœotum. posterior *ἀντίληξις* Bœoti adversus Mantitheum, quo negabat hic accusationem Mantithei ad se quicquam pertinere.

— 26. *ὧν γ' ἂν μὴ νόμῳ, ἀλλὰ γνώμῃ*] correxi *ὧν γ' ἂν μὴ ὦσι νόμοι, [ἀλλὰ] γνώμη* — conjunctione *ἀλλὰ* uncis inclusa. quamquam nescio, an satius sit eam plane induci.

— 27. *δικάσειν*] subaudi *περὶ τούτων*.

# AD ORATIONEM ADVERSUS BŒOTUM SUPER DOTE MATRIS.

1009. 5. ἐν ἕνδεκα ἔτεσιν] lectionem codicis Bav. ἐν δέκα ἔτεσιν, *toto decennio*, redarguit p. 1013. ult. 1021. 11.

— 6. ἀλλὰ νῦν] post ἀλλὰ νῦν videtur τεύξομαι deesse. *verum nunc tandem jus æquum mihi dudum debitum consequar, posteaquam ad vos confugi.*

1010. 26. μεθ' ὧν] turbat hoc et labefactat constructionem, ut necesse sit, aut aliquid deesse, quamquam non video, neque conjectura consequor, quid deesse possit, aut vitium in hoc μεθ' ὧν et in δὲ v. pen. insit. quibus sanatis omnia bene inter se constant. Et Augustanus quidem δὲ illud recte omittit, cujus auctoritate fretus id ejeci. μεθ' ὧν autem conabitur ingenium qualecunque nostrum emendare. videbatur quidem haud improbabile, μεθ' ὧν natum esse e prostrema litera v. Νῖνον et ex ἐλάν. videbatur quoque οὗτος supervacaneum, quia jam præcessit v. 23. verumtamen rursus videbatur orator, prævidens dubitationem atque errorem nasci posse, si οὗτος omitteret, cavisse voluisse illo iterando, quod mentem lectoris ad Bœotum revocaret et velut adstringeret, ne quis ἐδικάζετο ad Meneclem referret. quapropter οὗτος sapienter repetitum, servandum videbatur, sed ei addendum verbum conveniens, epitheton Bœoti ferocitatem et furorem exprimens, ne oratio nimis esset abropta, si statim post ἐλὰν, quodad Meneclem redit, sequeretur οὗτος, quod pertinet ad Bœotum. quid ergo? μεθ' ὧν mutavi meo periculo cum μεθύων. *lites cum patre meo forenses suscipiebat hic Bœotus, qua est temeritate et mentis impotentia, veluti temulentus furore.* amat Demosthenes hoc verbum μεθύειν pro *insanire, temere, furiose, audacter, superbe agere.*

1011. 13. συγχωρηθέντων δὲ τούτων, τί ἂν ὑμῖν μακρολογοίην; ὡς γὰρ πρὸς τὸν διαιτητὴν] videtur hic locus ita esse constituendos: συγχωρηθέντων δὲ τούτων, (τί γὰρ ἂν ἐν ὑμῖν μακρολογοίην;) ὡς πρὸς τὸν δ. *his autem concessis et conductis (cur enim ego coram vobis longa oratione minutias omnes altercationum et — quæ tum temporis litigantes intercesserunt, exsequar?), ut ventum est ad arbitrum.* possit quoque brevius et minori motu sic constitui: συγχωρηθέντων δὲ τούτων — hic est aposiopesis. videbatur enim orator in spatiosum campum narrationum de litigantium sponsionibus et responsionibus excursurus. Sed repente sese reprimit. τί δ' ἂν ἐν ὑμῖν μακρολογοίην; *ego vero cur tandem apud vos longa oratione utar? ὡς γὰρ πρὸς τὸν δ. ut itaque Plango apud arbitrum convenit.*

— 17. Δελφινίῳ] Citat h. l. Harpocr. v. Δελφίνιον.

— 19. ἡ παρᾶξις] articulum addidi. παρᾶξις potest esse factum, vel facinus quodcunque, sed h. l. imprimis est callidum, vafrum, nequam facinus, dolosa machinatio.

1012. 1. καὶ οὗτοι] copulam addidi. *non solum ante has litium molestias, sed etiam ex quo, prater alias senii molestias, etiam hi homines, Plango et filii ejus, eum vexabant.*

1013. 16. ἀφῆκεν] correxi ἐφῆκεν. malim quoque οὔτε τότ' ἐφῆκεν. quia mox sequitur οὔτε νῦν —.

— 18. λύσιν] Aug. λύσειν. ambigo, utram præferam. est quidem lectio Augustani planior, possit tamen vulgata rursus elegantior et exquisitior videri. Si servatur, erit εἶναι subaudiendum.

— 21. κατεδιήτησεν] subaudi ὁ διαιτητής. minus enim placet hoc verbum ad Bœotum referri. Sic enim leg. esset: αὐτὸς αὐτοῦ, deinde potius dixisset: κατεδιητήσατο αὐτὸς αὐτοῦ. nam καταδιαιτᾷ arbiter, pronuncians contra aliquem. καταδιαιτᾶται autem, qui in causa est, cur aut ipse, aut aliquis alius ob ipsum, condemnetur ab arbitro.

1014. 8. ἀπέφυγον αὐτοὺς τὰς δίκας] ad hoc substantivum subaudi κατά. aut idem erit ac si dixisset: ἀπέφυγον αὐτοὺς, ἀποφυγὰν τὰς δίκας. Eadem phrasis, seu constructio, recurrit p. 1021. 2.

— 18. ἰδίᾳ] privatis in congressibus. pro τὰς αὐτοῦ συμφορὰς v. 17. correxi τὰς αὐτῶν συμφ. *clades domus suæ*, necessariorum a parte matris. avi materni puta, et avunculorum et matris ipsius.

— 20. ἐκ τοῦ βουλευτηρίου] cl. Valckenaer (teste Piersono ad Mœrin p. 314) perquam probabiliter emendat πωλητηρίου.

— 25. συμβεβληκότος] correxi ἐμβεβλ. subaudi εἰς τὸν ἐχῖνον.

1016. 1. τῷ Χαβρίου κηδεστῇ] cujus Eryximachi soror erat uxor Chabriæ.

— 11. προσθέντας] idem est ac si dixisset, quod voluit dicere, quamquam melius fuerat plenius et planius dicere: προσθέντας ἂν ἐκ τῶν ἰδίων, εἰ μὴ αὐτὴ εἶχεν.

1017. 6. οὗτοι] Timocrates et Promachus.

— ibid. ὥσπερ κλητῆρες] nam duo erant solummodo testes. Verum in ejusmodi causis plures corrogari solebant testes. actori autem reum citanti *duo* solummodo κλητῆρες, subscriptores aderant. Hos igi-

tur duos testes ait potius subscriptores quasi esse, adversus Mantiam, quam ei testes adfuisse.

— 11. πολὺ γὰρ] locum hunc communem jam supra p. 1001. 13. verbis iisdem tractavit.

— 12. ὧν ἂν ἑαυτοῖς] dedi ὧν ἂν ἐν ἑαυτοῖς. tametsi altera quoque lectio ferri queat, et a p. 1001. 13. confirmetur.

— ibid. ἀποδιαιτηθεὶς] imo vero καταδιαιτηθείς. Sæpissime ἀπὸ et κατὰ in libris calamo exaratis inter se permutantur, quod eo fit, quia hæ duæ voculæ simillimis compendiis exarantur. hoc solo discrimine, quod sigla κατὰ exprimit, initio cornu arrectum habeat, velut malum.

1019. 14. τῶν φίλων τῆς πόλεως] designat partem illam civium Mitylenensium, qui partibus Atheniensium studerent. v. v. 23.

— ult. εἶναι] Lamb. mavult περιεῖναι. nulla causa.

1023. 14. οὐκ ἴσα] subaudi ἀλλὰ πολὺ πλείω. non tantum absumebat Plango ex patris mei substantia (id quod facile est judicatu), quantum ego absumebam, non e bonis patris, sed ex usuris dotis maternæ.

— 17. ὑπὸ τούτων πρὸς τοῖς ἄλλοις, ὃς εἴκοσι μὲν μνᾶς. videtur in aliis libris sic fuisse, ut correxi; in aliis sio: ὑπὸ τούτων, ὃς πρὸς τοῖς ἄλλοις εἴκοσι —.

— ult. καὶ τὴν προῖκα] copulam addidi. *etiam dotem.*

1025. pen. πολλῶν] malim abesse.

1026. 24. ὅτι πολὺ καὶ δικαιότερον] copulam addidi. *multo etiam esse æquius.*

## AD ORATIONEM CONTRA SPUDIAM.

1028. 12. κινδυνεύω μὲν] codices quidam dant uno vocabulo κινδυνεύομεν. haud improbabiliter. Sed hoc admisso, necesse est τούτῳ post ὁμοίως omitti. *videmur nos ambo*, ego et Spudias, *non pari modo ad hoc certamen esse comparati.*

— 14. ἐνταῦθα] videtur redundare, aut παριέναι est e codd. adsciscendum.

1029. 13. κομισάμενος] notabile anacoluthum. debebat sequi εἶχον τὸ συμβόλαιον. Sed sequitur ἦν μοι τὸ συμβ. quasi præcessisset κομισαμένῳ, aut κομισαμένου ἐμοῦ.

— 17. ἐξεκεχωρήκει] scil. ἐκ τῆς οὐσίας. excessisset e substantia Polyencti, quæ Leocrati, ut filio adoptato, a patre, eodemque socero, Polyeucto, fuerat addicta.

— 27. ὄρους] citat h. l. Harpocr. v. ὄρος. Sententia est: morientem Polyenctum testamento cavisse, ut pittacia palis infixa collocarentur ad ostium domus, quibus pittaciis testatum fieret, mille drachmas a se mihi, actori, deberi, earumque causa domum a se vivo adhuc mihi esse oppigneratam.

1030. 4. εἰς ἃ τις ἀπετίμησεν] quia τις est quasi nomen multitudinis, complectens omnes eos, ad quos prædicatum pertinet, ideo subjungit αὐτοῖς, subaudi τοῖς ἀποτιμήσασι. Sententia est: lex diserte edicit hæc: Si quis alteri fundum domumve jure hypothecario obstringat, ita ut curet in tabulas publicas referri, se debere illi pecuniam, et pro securitate illius pecuniæ recuperandæ domum vel fundum istum oppigneraſse, ut, antequam satisfactum huic debito sit, nemini alii quocunque titulo jus in oppigneratam rem esse ullum possit; tum non licere, neque ipsis illis, qui palos illos cum pittaciis fixerint, neque hæredibus illorum litem super re oppignerata esse, neque judicium dari.

— 7. ἕτερον δ'] scil. ἐστὶν ὧν ἐγκαλῶ τούτῳ.

— 8. μὲν] cum hoc μὲν cohæret, eique respondet δὲ v. 13.

— 13. ὀκτακοσίας δὲ καὶ χιλίας] scil. ἐμαρτύρησεν Ἀριστογένης ἐγκαλεῖν ἀποθνήσκοντα Πολύευκτον cum reliquis, quæ v. 9. leguntur.

1031. 10. σκηνὴν δὲ ἣν ἔχουσι] constructio hæc paulo est conturbatior. possit ἐγκαλῶ e v. 6. subaudiri. quamquam hoc durius est. aut possit γὰρ proximum omitti. vel potius dicamus, hoc γὰρ eleganter redundare. citat h. l. Harpocr. v. σκηνή.

— 13. Νεμέσια] Ego nullus dubito leg. esse Νεκύσια. Conf. Lexic. Rhetor. citatum a Ruhnkenio in auctario emend. ad Hesych. ad v. Γενέσια. videntur inferiæ fuisse, Nemesi factæ, ne manes defuncti succenserent superstitibus, si forte per imprudentiam aliquid justorum omisissent, aut a testamenti sententia descissent. προαναλίσκειν est nummos pro alio erogare, qui nunc aut nolit, aut non possit sumtum facere, quos nummos hic eroganti suo tempore, cum commodum fuerit, reddat. nos *vorschiessen* appellamus, Gallofranci *avancer*. convenit cum προεισφέρειν quodammodo, nisi quod hoc solummodo de tributis a rep. imperatis usurpatur. nostrum autem verbum de impendiis in re privata.

— 15. ἃ] hic accipe pro τά. et sunt quoque codices, qui ἀλλὰ τὰ μὲν ἔχει dent. perinde est.

— 16. φανερῶς] ad φανερῶς aut addendum, aut certe subaudiendum est ὀφείλων.

— 23. ἕτερα πολλὰ] cum in Augustano reperirem ἕτερ' ἄλλα πολλὰ, effeci, meo periculo, ἕτερ' ἄττα πολλὰ, *alia multa, nescio quæ.*

— ult. φανερῶς ἐξελέγχηται] scil. ἀδικᾶν.

1032. 8. *οὐχ οἷός τ' ἦν ἐμμένειν*] *a se impetrare non poterat, ut maneret in decretis.*

— 12. *τῶν κοινῶν ἀμφοτέροις καὶ φίλων ὄντων*] copulam addidi. quam illi, qui non solummodo communes ambobus essent, ita, ut neutri magis, quam alteri, studerent, animis in utramque partem æquis, sed etiam ambobus amici essent.

— 18. *τότε δ' ὁμόσαντας*] F. *τότε δ' οὐδ' ὁμόσαντας*. tunc autem aliud quid fuisse pronunciaturos, ubi ne jurisjurandi quidem religione fuissent obstringendi. et sic dedi de meo.

— 19. *ἡμῖν*] malim *ὑμῖν*, quia alias *ὑμῖν* esset post *χαλεπὸν* addendum. subauditur *προεγνωσμένα*. etiamsi vos his de rebus non essetis ante a me facti certiores, et præmoniti, (antequam silicet ad sententiam ferendam accederetis, aut, antequam ea dicerem, quæ nunc sum dicturus) tamen ne sic quidem difficile vobis esset futurum, intelligere atque decernere, penes quam partem jus et verum sit.

— 26. *τοὺς ἀκούοντας ὁμολογοῦντος ὀφείλειν ἐμοὶ, συστήσαντος*] Wolf. editio post *ἐμοὶ* addit *καί*. ego vero non solum hoc exclusi, ut Græcæ constructioni minus consentaneum, (qui enim post *ὁμολογοῦντος* poterat *συστήσαντος* subjici) sed etiam comma sustuli, quia *ἐμοὶ* tam ad *συστήσαντος*, quam ad *ὀφείλειν* referendum est, et ita stat in bivio, ut ad utrumque æqualiter pertineat, aut ad *ἀποδοῦναι*. *συνιστάνειν* hic loci est mandare, injungere, præcipere alicui, ut alteri, qui coram ostenditur, aliquid faciat, præstet, æs debitum v. c. solvat. Sententia hæc est: qui audiverunt Polyeuctum præcipientem, ut mihi æs debitum redderetur, quo tempore ipse fateretur, se mihi æs illud debere.

1033. 1. *τὴν ψευδομαρτυρίαν*] malim *τὴν ψευδομαρτυρίων*, scil. *δίκην*.

— Ibid. *μηδὲν τῶν γενομένων μαρτυρεῖν*] id est, *εἰ τὰ μὴ γενόμενα μαρτ.* vel *εἴ τι τῶν μηδέποτε γεγενημένων μαρτυρεῖν*.

— 3. *ἀκριβῶς γὰρ ὅπως τουτουσὶ διδάξῃς*] margo Lutet. dat *ἀκριβῶς γὰρ ἐμελέτησας ὅπως* — quisquis auctor est hujus seu lectionis, seu conjecturæ, existimabat sine dubio aliquid decesse. Sed nil deest. bene habet locus. subauditur modo *ὅρα*, vel *μέμνησο*. *nam vide quæso*, vel *memento, ut hæc satis diligenter doceas hos judices.*

— 7. *ἀπήγγειλεν*] vel, ut in aliis libris est, *ἀνήγγ.* scil. *πρὸς τὸν ἄνδρα*. renuntiavit ad maritum, Spudiam.

— Ibid. *ἄλλως τ' εἰ καὶ μηδὲν*] idem est ac si consueto modo dixisset: *ἄλλως τε καὶ εἰ μηδέν. præsertim cum non æquæ portiones ipsi cum sorore constituerentur.* in Bavarico est *εἶχεν* et *ἠλαττοῦντο*, scil. filia junior Polyeucti, et maritus ejus, Spudias. eodem redit.

— 13. *ἀπαγγείλαντος δ' Ἀριστογένους*] delevi adversativam. *quid superest?* mementorum puta a me commemorandorum. hoc nempe. *Cum Aristogenes renunciasset* —.

— 17. *οὔτ' ἀντεῖπεν οὐδὲν, οὐδ' ἠ*] particulæ *οὔτε* et *οὐδὲ* videntur inter se permutandæ esse sic: *οὔτ' ἠγανάκτησεν εἰσελθὼν οὐδ'* (per delta) *ἀντεῖπεν οὐδέν· οὔθ'* (per theta, pro *οὔτε*) *ἡ γυνὴ* — opponuntur inter se *vir* et *mulier*. *neque* vir succensuit, aut obloquutus est, *neque* uxor. ergo *οὔτε*, quod in impresso secundum est loco, cum *οὐδὲ* mutandum est, et quod ibi est *οὐδὲ*, cum *οὔτε*. requirit hoc ratio particularum istarum. et sic dedi de meo.

— 19. *ὑμεῖς αὐτοὶ*] tu, Spudia, et uxor tua.

— pen. *ὡς δικαίως καὶ προσοφειλομένων*] videtur leg. esse: *ὡς δικαίως καὶ προσηκόντως ὀφειλομένων*.

1034. 5. *ἀπετιμήθη*] scil. *ἡ οἰκία ἐμοί*. Si jure mihi assignata est domum, tum vobis non licet, judices, hac saltim de causa Spudiam absolvere, si quidem legum sitis memores atque tenaces.

— 11. *οὐδὲν τεκμήριον*] dubius locus. Cogitavi aliquando leg. esse: *οὐδὲν μέγα τεκμήριον, non est magnum argumentum*, adversarium actoris *causam sola oratione adjuvare*. Tum suspicatus sum leg. esse: *οὐδὲν ἢ τεκμήριον, nihil aliud est, præterquam probabile argumentum*, non autem evidens demonstratio. Venit quoque in mentem *οὐδὲ τεκμήριον, ne argumentum quidem hoc est*, aut *οὐδ' ἐν τεκμηρίοις, ne in argumentorum quidem numero habetur*. quamquam hoc rei veritati videtur repugnare. deinde dubito quoque, quæ sit verborum sententia *ὥσπερ νῦν ἀντιδικῶν*. num hæc: quemadmodum nunc est adversarius meus, non rebus, nam his quidem vincitur, sed verbis solummodo. Sed tum dicturus erat *ἀντίδικος*, non *ἀντιδικῶν*. an potius hæc: *quemadmodum nunc est mihi testis, tametsi contra me agat.* ut *μάρτυς μοι ἔσται* repetatur, et *ἀντιδικῶν* accipiatur pro *καίτοι ἀντιδικῶν ἐμοί*. Sed tunc verba sententia carent. non enim deprehenditur Spudias testis actoris in verbis solummodo fuisse.

— 23. *καὶ οὐ τοῦτο μόνον ὁ Πολύευκτος αὐτὰ ἀποθνήσκων ἐγκεκλήκει*] postrema sic correxi: *αὐτῷ ἀποθνήσκων ἐγκέκληκεν*. perfectum plusquamperfecto substitui ex auctoritate codicum, *αὐτῷ* de meo dedi. satis declarat lectionum discrepantia, locum hunc jam vetustis criticis de vitio suspectum fuisse. *τοῦτο* bene habet. subauditur *τὸ χρέος. non hoc solummodo debitum postuluvit a Spudia Polyeuctus.*

— 25. *ἐνῆσαν δ' αἱ*] malim *ἐνῆσαν δὲ καὶ αἱ χ.*

— 27. *τί δή ποτ' οἰδὲν οὐκ εὐδὺς*] delevi *οὐδὲν*, in quo si quid inest veri, latet *οὖν*.

— ult. ἔχοντα] dant alii ὄντα. dubium, utrum verius.

1035. 4. ὑπ' αὐτῶν τούτων] a Spudia et ejus uxore.

7. εἰώθαμεν] malim εἰώθασιν. quia sequitur ἀντιδικᾶσιν et δοκοῦσιν.

— 14. συνειδότες] subaudi τινί.

— 17. ἀμολόγει τότε τὰ σημεῖα] correxi ἀμολογεῖτό τε τότε τὰ σημεῖα. In Augustano erat ἀμολογεῖτό τε. ut dudum ante correxeram, quam illum codicem viderem. Sed et τότε servandum duxi ob insequens νῦν.

— ult. πάντα ταῦτα] quæ Spudias ait, ait se decem minis minus in dote accepisse, quam me.

1036. 8. ἐξέδοτο] Spudias puta. quibus sub pactis Spudias passus sit filiam Polyeucti a patre sibi in matrimonium elocari. pro τούτων libri quidam dant τούτῳ. quod si probatur, necesse est ἐξεδίδοτο legi, in imperf. passiv. *quibus sub conditionibus Spudiæ fuerit uxor ejus elocata.*

10. ἔχειν] correxi ἔχει, scil. Spudias. *qui ergo, dicet aliquis, Spudias non minus tulit, quam tu?*

— 12. ἐπετιμᾶτο] correxi ἐνετιμᾶτο. Sic enim exhibet Harpocr. h. v. sic legi jubet Valesius ad Harpocr. et sic est in Augustano v. 22. item in margine Lutet. *Si Spudias siverit sibi in acceptis imputari vasa aurea, pro valore decem minarum, ut dotis partem.*

— 17. προσαπέτισε] variant in h. v. codices. ego vulgatam servo, cujus hæc est sententia: pro quibus vasis aureis et mundo reliquo muliebri Polyeuctus Leocrati persolvit decem minas, *præter alia*, quæ tum ei solvebat, damni luendi nomine, cum filiam suam a Leocrate auferret, quo Spudiæ eandem daret.

— 18. ἐγὼ δὲ — ] verba paulo insolentius trajecta ad hunc modum in constructione ordinentur: ἐὰν δέ τις τιθῇ, ὅσα ἐγὼ ἔχω, πέμψαντος Πολυεύκτου, χωρὶς τῆς προικὸς, πρὸς τὰ τούτῳ δοθέντα χωρὶς τῆς προικὸς, εὑρήσει ἐκεῖνα μόνον παραπλήσια τούτοις. ubi μόνον illud subjicit hanc sententiam: *μόνον παραπλήσια, ἀλλ' οὐ πολὺ πλείω, ὥσπερ φησὶ Σπουδίας.* eorum, quæ habeo a Polyeucto mihi præter dotem missa, quicquid est, si quis id cum rebus Spudiæ præter dotem a socero donatis comparet, inveniat illis his solummodo similia, non autem ampliora, quamquam Spudias contra esse contendit.

— 20. χωρὶς τῶν εἰς τὰς χιλίας ἀποτιμηθέντων] exclusis ab utraque illis, quæ denis minis æstimata et utrique in expensis imputata fuerant, actori puta domus decem minas valens, et Spudiæ mundus muliebris tantidem.

— 27. εἰδῶσιν] judices puta.

— ibid. ἔχει] Spudias.

## AD ORATIONEM ADVERSUS PHÆNIPPUM.

1039. 2. ἀπόφασιν] dedi ἀπόφανσιν. tametsi non ignoro, hæc duo vocabula sæpissime inter se permutari, ut dubium sit, utrum præferri debeat. illud est a v. φημὶ, hoc a v. φαίνω. verumtamen a verbo φαίνω etiam v. φάσις derivatum est. et utrumque, tam φαίνω, quam φημὶ, venit a communi fonte φάω.

— 5. μηνὸς] post μηνὸς videtur φθίνοντος deesse. v. p. 1012. 14. nemo enim sic nude dicit ἕκτῃ μηνὸς, sed aut ἱσταμένου addit, aut φθίνοντος. quod hic fieri oportet. nam sexta dies mensis ineuntis multum distat a sexto die mensis exspirantis.

— 13. καὶ τἄλλα] subaudi ἐποίησεν.

— 18. τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐργαζομένοις ἐν τοῖς ἔργοις] subaudi τοῖς μεταλλικοῖς. verba τοῖς ἐργαζομένοις sunt expositio præmissi τοῖς ἄλλοις. alias potuerat quoque dicere τῶν ἐργαζομένων.

— 19. τὰ δίκαια μεγάλαις] correxi τὰ δ' ἴδια μεγάλαις. poterat quoque τὰ δ' ἴδια μεγ. corrigi. nam τὰ μὲν præmissum flagitare videbatur, ut non τά τε, quod est in Augustano, sed τὰ δὲ sequatur, ut meo periculo restitui. fuit cum suspicarer in τὰ δίκαια latere τοῖς Δεκελειικοῖς. notæ sunt vel e bello Peloponnesiaco Decelicæ officinæ. Probabile quidem est nomen proprium hic desiderari.

1040. 5. διαμένειν] malim παραμένειν, quia vulgatum cum διευτυχεῖν non satis bene convenire videtur.

— 13. ἐσχατιὰν] Citat h. l. Harpocr. v. ἐσχατιά.

— 14. αὐτοῦ] uncis inclusi, quia ab Augustano aberat; correxi tamen αὐτοὺς meo periculo, quomodo si legatur, servari poterit. *cum circumduxissem illos*, necessarios puta meos amicosque.

— 23. ἅλως] videtur leg. esse ἄλῳ in nominativo plurali. quo etiam lectio marginis Lutet. ἄλει ducit, qui est nominat. plur. secundæ declinat. vulgaris, ἄλῳ autem idem est, sed formationis Atticæ. et ἄλῳ dedi de meo.

— 24. μικροῦ] *pæne*, subauditur δεῖ, vel δέον.

— 27. ἀπειπὰν κωλύσας] correxi ἀπειπὰν καὶ κωλύσας, ex Augustano. cum non verbis solummodo vetuissem, sed etiam rebus ipsis impedivissem, ne quid lignorum ab agasonibus asinorum exportaretur. illa enim verba μὴ ἐξάγειν τὴν ὕλην communiter

ad ἀπειπὰν et ad κωλύσας pertinent. antequam do lectione Augustani mihi constaret, suspicabar leg. esse: ἐπειπὰν κωλῦσαι. *quum illi custodi, quem constituissem, insuper etiam verbis injunxissem, ut impediret, ne quid lignorum* — et nescio, an sic in libris quibusdam fuerit. Suspicabar item duas diversas lectiones in unam conflatas esse, alteram ἀπειπὼν τοῖς ὀνηλάταις, alteram κωλύσας τοὺς ὀνηλάτας.

1041. 3. πλέον δραχμὰς] correxi πλέον ἢ δώδεκα δραχμάς. merebant ergo asini singuli drachmas binas diarias.

— 5. ἐπὶ τὰ ἱερὰ] jurisjurandi ergo, quo tradens alteri sua bona affirmaret, a se bona ei omnia fideliter tradi. v. p. 1042. 2.

— 9. πάσας τὰς ἀληθείας] Lambinus vult πάσης τῆς ἀληθείας. Sed bene habet vulgata. etiam alibi Demosthenes pluralem hujus vocabuli ἀλήθεια usurpat.

— 13. δεδωκότος] scil. ἐξουσίαν τοῦ ποιεῖν τοῦτο.

—16. ἀφαιροῦντος] subauditur τινός. *quasi quis alia quapiam de causa signa ostiis detraheret, quam aperiendi.* possit quoque legi ἀφαιρούντων, scil. τῶν ἀνθρώπων. Sed dedi de meo in accus. plur. ἀφαιροῦντας, subaudi ἀνθρώπους. qui est accusativus absolutus. quasi homines solercut signa detrahere.

— 19. ὠφείλετο ἐπὶ τῇ ἐσχατιᾷ] ob sequens νῦν malim τότε addi, sic: ὠφείλετο τότε [vel τότ'] ἐπὶ τῇ ἐσχ.

1042. 2. ἀποφαίνειν] malim in futuro ἀποφανεῖν. Citat h. l. Harpocr. v. ἀπόφασις.

— 5. Κριωέως] Citat h. l. Harpocr. v. Κριωεύς.

— 6. καὶ Τερεντίου] Romanum hoc nomen est, non Atticum. quare correxi καὶ ἑτέρων τινῶν.

— 10. τὰ πράγματα] haud enim sibi latere meas res eo esse in loco, ut longam moram non ferant.

— 12. ἐπείσθην] cohæret cum ὁμολογῆσαι v. 15. *patiebar mihi persuaderi, ut profiterer me illi, Phænippo, roganti hoc dare atque indulgere, ut congressus hic super decisione constitueretur* in diem Boedromionis exeuntis octavum.

1043. 13. βιβλίον] post βιβλίον videtur κατασεσημασμένον deesse.

— ibid. οὐδὲν ἀλλ' ἢ βουλόμενος] id est, δι' οὐδὲν ἄλλο, ἢ διὰ τὸ βούλεσθαι. vel οὐδὲν ἀλλ' ἢ æquipollet vocabulo μόνον. *solummodo volens.* lectio August. οὐδὲν ἄλλο βουλόμενος, ἢ δοκεῖν, planior est illa quidem, verumtamen sapit grammaticum, aut scholiastam.

— 15. ἐν αὐτῷ] Augustanus dat ἐν αὐτῇ. potest utrumque verum esse, et αὐτῷ ad βιβλίον, αὐτῇ autem ad ἀπόφανσις referri.

— 21. καὶ τὴν ἡμετέραν ταύτην τὴν εἰς τὸ δικαστήριον] pro tertia voce dat Aug. ὑμετέραν, recte, ni fallor, et sic correxi. Sed tum deest σύγδον. *et hunc vestrum ad tribunal congressum*, vel *conventum.*

— pen. ἀπογραφὴν] Citat h. l. Harpocr. v. ἀπόφασις. ubi ait, ἀπογραφὴν idem esse atque ἀπόφασιν.

1044. 18. Νόμος] titulum Νόμος delevi, et insequentia cum præmissis copulavi. nunc enim lex ipsa nondum recitatur, sed hoc fit demum p. 1046. 6. interea præfatur, vel interfatur actor quædam dictu necessaria.

—19. ἐπίσχες] scil. σαυτὸν, *te*, vel τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου, *recitationem legis paulisper inhibe, suspende.*

— 20. προσεκαλεσάμην] correxi προεκαλεσάμην. *detuli ipsi sponsionem*, scil. eam, quæ statim declaratur, et paulo post p. 1046. 3. quoque commemoratur.

— 21. δωρεὰν] *ultro, sponte mea*, nulla lege cogente.

1045. 3. τὰς κριθὰς] medimnum frumenti.

— 4. τὸν οἶνον] metretam vini. Phænippo itaque si annus eveniret prosper et ferax, fuerunt annui reditus, in frumento quidem 1800 drachm. in vino autem 9600. hoc est quatuor talenta, cum 36 minis. adde reditum e lignis (12 drachm. in diem, h. e. post detractos dies festos, quibus exportare et vendere ligna non licebat) ferme 4000 drachmas, seu 40. minas. universe 5 talenta, 16 minas.

— 16. τουτοισὶ] his judicibus et circumstanti multitudini civium Atheniensium.

— ibid. πεποίηκας] scil. χρηστόν τι καὶ προσφιλές.

— 20. πατέρες] erant enim Phænippo duo patres, verus, et adoptivus.

1046. 3. τὴν πρόκλησιν] v. p. 1044. 20.

— 12. ἀπὸ τῶν ἵππων] alludit ad proverbium, *ex equo in asinum transiit.* facete et false ridet Phænippum de mollitie et ignavia.

— 23. ἀπολαύειν] correxi ἀπολλύειν. *qui sibi videntur amittere, perdere; si quid in remp. erogent.*

— 25. μαρτυρίαν] de lepida Phænippi ἱπποτροφία.

— 27. ἃ ταῦτα] interpellat actor scribam recitantem Phænippi ἀπογραφὴν, vel ἀπόφανσιν, et jubet nonnullos ejus locos prætermitti.

1047. 3. λέγε ἐντεῦθεν εἰ ἐπὶ τούτοις τάδε ὀφείλω] distinxi et correxi sic: ἀλλ' ἐντευθενί [scil. ἄρχου ἀναγινώσκειν]· *sed ab illis indicis verbis incipe tu, scriba, recitare, quæ sic sonant:* ΕΠΙ ΤΟΥΤΟΙΣ ΤΑΔΕ ΟΦΕΙΛΩ. SUPER HIS CAPITIBUS MLÆ SUBSTANTIÆ DEBEO, ego Phænippus, HÆC.

— 8. ἧς οἱ νόμοι κύριον τοῦτον ποιοῦσι]

h. e. cum mater tua degat adhuc ætatem in domo tua, vidua, neque transierit in manum domumque alterius viri. quo fit, ut dos ejus in potestate tua sit.

— 9. δικαίᾳ] dedi δικαίως. *non vero atque debito modo versans in hoc negotio exhibendi indicis bonorum suorum.* Est enim pars formulæ ὀρθῶς καὶ δικαίως ἀποφαίνειν.

— pen. πλέον ἢ τριῶν ταλάντων] sed *minus* reperietur, non *plus*. matri talentum. Pamphilo et Philoleo talentum. Acantidæ 40 minas. Aristomeni 14 minas. Faciunt duo taleuta cum 54 minis. hoc est tria talenta, minus 6 minis.

1049. 3. δεσποτεύοντα] scil. τὸ λειτουργεῖν.

— 4. καὶ νῦν] bene habet. *etiam nunc*, rebus sic se habentibus, ut nunc habent, cum sim, non servus, sed civis vester.

— 5. τὰ τρία τάλαντ' ὑμῖν, ἃ ὤφλον] pronomen ὑμῖν addidi. *posteaquam vobis illa tria talenta dependero, ad quæ condemnatus sum.*

## AD ORATIONEM ADVERSUS MACARTATUM.

Videtur in hac causa versari Isæi quoque oratio, eorum ultima, quæ ejus adhuc hodie supersunt. Sed nescio, an ea causam hanc non multum illuminet. Scripta hæc est oratio nomine Sosithei, qui, pater, pro filio Eubulide causam agit. Cujus ergo tanto melius cognoscendæ, tabulam generis preponam, nescio, diversamne, an eandem cum ea, quam Palmerii Exercitationes p. 641. dant.




1051. 4. τουτουὶ γὰρ τοῦ παιδὸς] Eubulidis.

— ibid. ἡ μήτης] Philomache secunda, filia Eubulidis senioris.

— 19. ἀπηλλάττοντο] est paulo quid aliud, quam ἀπήλλαττον. hoc esset, *discedebant*, illud est *ablegabantur, dimittebantur, amandabantur.*

— 21. ἀμφισβητεῖν] Citat h. l. Harpocr. v. ἀμφισβητεῖν καὶ παρακαταβάλλειν.

1052. 6. παρὰ μηδείῳ] in Aug. est παρα ειλέω. num παρὰ ἠλείῳ. ut nomen hominis fuerit *Eleus*, ab *Elide*. ut Λάκων, Θεσσαλὸς, Βοιωτὸς, Σμυρναῖος, et alia talia nomina Athenis tum erant crebra. Sed magni non refert, quomodo fuerit appellatus.

— 11. προεκαλέσαντο] correxi προσεκαλέσαντο. προκαλεῖσθαι est *sponsionem offerre*, προσκαλεῖσθαι *ad judicium vocare*.

— 12. εἰς διαδικασίαν περὶ τοῦ κλήρου] præpositionem secundam, περὶ puta, addidi, quamquam nullus dubito, fore multos, qui servandam fuisse vulgatam. et hoc scholium arcendum existiment. videbitur enim, certe scio, multis scholium esse. ego vero dedi, quod codex bonæ notæ dabat, et sententiam reddebat planiorem, et confirmatur a p. 1060. 14.

— 19. τετραπλάσιον] nam una tantum quinta pars reo, Sositheo, aut ejus uxori, infundebatur, quatuor quintæ partes actoribus totidem. Singuli illorum quinque litigantium accipiebant singulas amphoras pro prima actione, et ternos choas, pro posteriore.

1053. 2. ἐπιβουλευσάντων] malim συνεπιβ. ob sequens συναγωνιζομένων.

— 3. καὶ δίσκων] contraxi in unum vocabulum καδίσκων. et sic quoque v. 8. pro δίσκῳ correxi καδίσκῳ. τεττάρων reliqui, quia codices servabant, quamquam delendum arbitror. non enim nisi duo cadisci ponebantur, alter, pro Theopompo, petitore, alter pro muliere, unde petebatur. nisi sic volumus vulgatam interpretando tueri, ut aiamus, in priore actione duos esse positos cadiscos, et rursus totidem in posteriore. Petitus ad Leges Atticas p. 423. et Valesius l. c. volunt καδίσκων

* Sed huic genealogiæ adversatur p. 1063. 12.

πέντε τεθέντων. sed nullo modo sunt audiendi.

— 26. ἑαυτὸν] editio Wolfii dat ἑαυτοῦ. paulo id quidem melius, quam quod vulgata dat. præstat tamen, quod e melioribus libris dedi, ἑαυτῶν, *suam*, Eubulidis, *domum et Hagniæ*.

1054. 7. ζωμοῦ] post βωμοῦ deest aliquid, e. c. ὃ ἔδει ποιεῖν, *quod oportebat eum facere* (h. e. oportuisset autem Theopompum ab ara abducere victimam), aut οὐκ ἂν ποιήσοντα, *quod ille non erat facturus* (h. e. verum ille non recusasset victimam abducere) *si certo novisset hunc puerum prater fas in phratoras induci*.

— 17. κύριον ἐπιχειρήσαντα τὸν ἀδελφὸν τὸν ἑαυτοῦ] hæc non intelligo. Exierat Eubulides junior e potestate patris in potestatem avi materni, Eubulidis senioris, qui tum adhuc in vivis supererat. Quare itaque non avum, seu patrem adoptivum, sibi curatorem adscisebat? cur fratrem Sosiam sibi curatorem adscivit, nescio an adhuc minorem annis, et in alia domo relictum, et cui præterea nihil potestatis in fratrem minorem esset, utroque patre adhuc superstite.

— 27. ἐπιδεδικασμένου] subaudi τινός.

— ibid. ἀμφισβητῇ] subaudi τις.

— ibid. τοῦ κλήρου] subaudi περὶ τοῦ κλ. *si cui adjudicata fuerit* [hæreditas, seu virgo nubilis hæres], *et alius aliquis experiri cum illo velit jure super illa seu hæreditate, seu virgine, hæreditatis domina, hic illum in jus ad archontem vocato.*

— ult. εἶναι] subaudi δεῖ. *debet contendens deponere sacramentum.*

1055. 4. τὴν δ' ἀμφισβήτησιν εἶναι τῷ ἄρχοντι καθότι ἐπεδικάσατο οὗ ἂν ἔχῃ τὰ χρήματα] posui totum locum, qui cum universe subobscurus est, tum laborare quoque vitio uno et altero videtur. Primum παρὰ τῷ ἄρχοντι leg. esse suspicor, quam in suspicionem venisse Wolf. quoque, postmodum reperi. deinde nssentior Petito, ὃς corrigenti pro οὗ. Possit tamen οὗ defendi, si in ἐπεδικάσατο subaudiatur τις, et οὗ ἂν ἔχῃ, τὰ χρήματα cum interjecto commate scribatur. i. e. καθότι ἐπεδικάσατό τις τὰ χρήματα τούτου, οὗ τὰ χρήματα ἂν ἔχῃ. *quo titulo juris aliquis sibi curaverit adjudicari bona ejus, cujus bona sibi adjudicari impetraverit.* Sed quid est καθ' ὅτι? num, ut interpretantur, *eadem formula juris*, qua, qui adhuc habuit et habet bona, effecit, ut ea sibi adjudicarentur. an, *quo titulo juris*.

— 19. ἀπολείπεσθαι] scil. τοῦ ὁρᾶν.

— 21. πεισασθαι δὲ καὶ ἡμεῖς] hæc non jam actor, sed ejus advocati pronunciant, vel interpellant.

1056. 15. οὐδενὸς τῶν Ἀγνίου] e p. 1065. 25. suspicor post οὐδενὸς τῶν Ἀγνίου deesse κληρονομεῖν. item e pag. 1066. 27.

— 19. ἐστὶ] malim ἔσται.

1057. 4. οἰκειότατον] correxi οἰκειότερον. præterea malim post ἡμῶν addi καὶ προσήκειν e p. 1056. ult. videtur tamen v. pen. huic conjecturæ repugnare.

— 18. Πολέμωνος] post Πολέμωνος addunt quidam libri aliqua, quæ, tanquam iteratio et diligentior inculcatio jam dictorum, ferri possunt, nil tamen illis est valde opus.

1058. 7. Εὐβουλίδου] post Εὐβουλίδου subauditur e præmissis ἐγένετο. quod si fiat, nihil est, quod in vulgata h. l. culpes. alii codices idem dicunt, sed verbis paulo aliter collocatis.

— 9. τῷ υἱεῖ τῷ Θεοπόμπου] in Aug. est τοῦ Θεοπ. in Bav. τῷ τρίτῳ υἱεῖ τῷ Θεοπόμπου. exhibui lectionem Augustani. videtur tamen in lectione Bavarici nescio quid abstrusius latere, et in libris quibusdam fuisse τῷ τρίτῳ υἱεῖ τῶν [subaudi υἱέων] Θεοπόμπου, *tertio filio in liberis Theopompi*.

— 11. τῷ μὲν παιδὶ —] Sententia est: Puero huic, Eubulidi tertio, convenit aliquod nomen, illorum nominum, quæ commemorantur ab illa lege, quæ sancit, quinam jure in hæreditatem aliquam vacuatam et controversam succedant. Est enim ἀνεψιοῦ παῖς ad illum Hagniam, super cujus hæreditate controversia nunc agitatur. Atqui παῖδες ἀνεψιῶν a lege numerantur in legitimis hæredibus. Est ergo hic Eubulides hæres Hagniæ. Macartatus enim non est Hagniæ ἀνεψιοῦ παῖς.

— 24. ᾧ] id est, ὁ λέγων. Hoc enim obtentu, quod scil. asseveraret, quamquam falso, Theopompus, meum filium ab Hagnia longius distare, et non in eadem domo esse cum Hagnia —.

— 26. οἱ] articulus hic vitiose redundare videtur, ut natus e fine proximi vocabuli λοιποί.

1059. 1. οὐκ ὢν τοῦ οἴκου] malim οὐκ ὢν ἐκ τοῦ οἴκου. vid. p. 1058. 2. nam sæpissime occurrit illa dictio ἐξ οἴκου τινός et ἐξ οἴκου ἑτέρου εἶναι. repugnat tamen v. 7.

— 11. καὶ δι' ἅπαντα] correxi καὶ δὴ ἅπαντα, *ideoque omnia*.

1061. pen. τὴν ἑαυτοῦ] malim τὴν ἑαυτῶν. Suam matrem sibi cum fratribus et sororibus suis communem. τὴν αὐτῶν quidem v. ult. e libris reposui pro vulgato τὴν αὐτήν.

1062. 1. πρὸς αὐτοὺς] ad se, testem, et ad fratres sororesque, item ad maritum.

— 8. περὶ τῶν ὁμολογουμένων] nemo enim testes producit super rebus haud controversis, de quibus nemo dubitat.

— 14. κατεχρῶντο] hoc abutebantur, hoc dictitabant et jactabant mendacium, et tertio quoque verbo ingerebant atque inculcabant. subauditur τούτῳ τῷ λόγῳ.

1063. 11. ἀδελφοὶ — υἱὸς] Versus 16,

17, 18, et 19. in ed. Lutet. plane expunxi. neque ab ipso Demosthene profectum est hoc stemma genealogicum, neque scitissime est confectum, sed parum illustrat obscuritatem rei, et abest ab optimis codicibus, et alieno loco est positum.

— 17. Σωσιθέου] videtur leg. Σωσίου. Pater enim Sosithei Sosias appellabatur. v. p. 1075. pen. Cæterum video, locum hunc adversari stemmati superius a nobis proposito, ut conciliari cum eo nequeat.

1064. 1. προσκλαίουσα] e vestigiis literarum colligas leg. esse πρὸς Κλέωνα. de causa vero hac Eubulidis adversus Cleonem nihil mihi constat.

1065. 4. ἀμφισβητήσαντος δὲ τοῦ Ἀγνίου] Sententia postulat: ἀμφισβητήσαντος δὲ Εὐβουλίδου τοῦ κλήρου τοῦ Ἀγνίου.

1066. pen. οἷς] lectio vulgata v. ult. τούτους si manet, necesse est, ut ad οἷς subaudiatur νόμοις. ut sit sententia: *quibus legibus legislator jus et nomen ἀγχιστείας et cum eo hæreditatem tribuit*, cuicunque illa tribuit, *eas leges scriba vobis præleget*. malim tamen ad οἷς subaudiri ἀνθρώπους, et v. ult. pro τούτους legi περὶ τούτων. ut sit sententia: *quibus hominibus legislator proximum cognationis locum et jus hæreditatis adeundæ dat, super illis ipsa legis verba scriba vobis recitabit*.

1067. 1. μὴ διαθέμενος] *ab intestato*, qui potuisset tamen testamentum condere propterea, quod prole mascula careret. pater enim nullus, cui filii essent, testamentum condebat. inutile enim id fuisset, filiis vel sine testamento, ipso jure civili, in paternam hæreditatem succedentibus. filiabus autem nulla erat pars hæreditatis paternæ, quippe dotem adeptis pro portione sua, nisi si fratribus carerent. et pater testamento sua bona non donasset alii cuipiam. nam id licebat facere.

— 2. σὺν ταυτησὶ] scil. δεῖ κληρονομεῖν τοὺς κληρονομοῦντας. *una cum illis debent hæredes hæreditatem adire*. h. e. si nemo potest alicujus hæreditatem adire, sine prole mascula et sine testamento defuncti, nisi aut filiam filiasve ejus in matrimonio jam habeat, habeantve, aut eam easve matrimonio ducat ducantve. filiæ enim solæ per se hæreditatem neque adire, neque tenere poterant, sed mariti eorum adibant nomine uxorum tenebantque, tanquam earum κύριοι, h. e. tutores et præsides.

— 3. τούςδε] quos statim deinde nominat lex.

— 4. ἐὰν δ' ἀδελφοὶ] malim adversativam deleri. Sed ejus loco posui μὲν de meo.

— ibid. ὥσιν ὁμοπάτορες] nescio, an desit καὶ ὁμομήτορες. verum esto hoc quidem, utcunque vult, subauditur, δεῖ αὐτοὺς τὴν ἀδελφοῦ μοῖραν λαγχάνειν. Si defuncto sine liberis et ab intestato sunt fratres, hi cernunt partem fratris. h. e. si unus est frater, is adit totam hæreditatem. Si plures sunt, pro rata quisque eorum.

— 5. τὴν τοῦ πατρὸς μοῖραν λαγχάνειν] universi hi filii ejus, qui defuncti ab intestato patruus fuerit, accipiunt tantum, quantum tulisset eorum pater pro parte sua, si tum adhuc superfuisset.

— 6. ἢ ἀδελφῶν παῖδες ἐξ αὐτῶν, κατὰ ταῦτα λαγχάνειν] correxi de meo sensu, ἢ ἀδελφῶν παῖδες, οἱ ἐξ αὐτῶν κατὰ ταὐτὰ λαγχ. ut sit hæc sententia: fratres si nulli supersint, aut filii fratrum, tum ex his fratrum filiis nati pari modo hæreditatem cernunto; ut scil. omnes illi fratris nepotes ratam portionem ferant, tantam, quantam avus eorum esset laturus, si adhuc superesset. in λαγχάνειν subauditur προσήκουσι. οἱ ἐξ αὐτῶν γεγονότες προσήκουσι λαγχάνειν. idem est ac si dixisset: προσήκει τοὺς ἐξ αὐτῶν γεγονότας λαγχάνειν.

— 8. ἐὰν ἐκ τῶν αὐτῶν ὦσι] h. e. si sint ex eodem patre et ex eadem matre. quo excluduntur fratres e diversis matribus.

— 6. γένει ἀπωτέρω] appellat γένος articulum seu gradum generis in linea descendente. ut, in causa hac nostra Eubulides tertius ratione γένους, seu ordine nascendi duobus distabat gradibus ab Hagnia, Macartatus autem uno tantum gradu. quo fiebat, ut Macartatus γένει esset ἐγγυτέρω, Eubulides autem ἀπωτέρω.

— 10, παίδων] uncis inclusi, meo judicio, quod videtur e varia lectione natum, aliis libris dantibus μέχρις ἀνεψιάδων, aliis, quod idem est, μέχρις ἀνεψιῶν παίδων (quomodo etiam Wesseling. ad Petit. L. L. Attic. p. 584. vult corrigi). μέχρι includit, non excludit.

— 11. ἀνδρὸς] defuncti puta, ab intestato, super cujus hæreditate contenditur.

— 13. μὴ ἀγχιστείαν εἶναι μήτε ἱερῶν, μήθ' ὁσίων, ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος] recte animadvertit Petitus, postrema verba ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος partem legis non esse, sed a scriba post exactos triginta tyrannos addita esse, quo constaret, ex quo tempore lex illa valida inciperet esse. v. p. 713, 19. 742, 11. quapropter hanc temporis notam ab ipsa lege interjecto puncto discrevi. Sine hæc lex Solonis, quod voluit Petitus, an recentior, possit ex hac appendice chronologica dubitari. præterea suspicatur idem Petitus, verba μήτε ἱερῶν μήθ' ὁσίων ab ipso Solone non esse profecta, sed serius addita. Si lex ipsa a Solone est, de quo non constat, nil impedit, quominus ipse Solon etiam hæc adscripserit. Sed hoc est apertius, vocabulum κοινωνίαν deesse. *neque spurio, neque spuriæ, convenit ἀγχιστεία, neque communio sacrorum civiliumve jurium*.

— 11. ἀλλὰ τίνι καὶ δίδωσι] addidi καί. quod hic luci respondet Latino *tandem*, vel

*nam. at quibusnam tandem dat lex*, si illis negat?

— 20. τῷ Ἀγνίου ἐκείνου] abest vox media a libris quibusdam. videtur ab aliis postrema abfuisse, et sic ex utraque varietate hæc nostra lectio conflata esse. nam utramvis vocem omittas, sententiæ nil decedet.

— 23. πολλὰ πάνυ ἐν τῷ νόμῳ ἃ δεῖ ποιεῖν τοὺς προσήκοντας ἐπάναγκες] delevi, ut inutilia. Sequitur enim sententia plane eadem iisdem pæne verbis: ἀλλὰ πάνυ πολλὰ —. Fac etiam illa a me meo judicio deleta partem esse hypophoræ, seu fictæ objectionis. verumtamen vel sic legendum esset: προστέταξε καὶ οὐ πολλὰ πάνυ — et esset oratio præterea puerilis et affectata.

— 27. Θητικὸν] Citat h. l. Harpocr. v. Θῆτες.

— pen. ἔχειν] subaudi τινά.

— ibid. ἐκδιδότω] subaudi αὐτήν.

1068. 2. πρὸς οἷς αὐτοῖς] correxi πρὸς οἷς αὐτῆς, id est, πρὸς τούτοις ἃ αὐτῆς ἐστί. *ad*, vel *præter ea, quæ ea fœmina jam per se habet.*

— ibid. ἐὰν δὲ μὴ] bene habet μὴ, neque debebat expelli, ad exemplum Basileensium, qui auctore Wollio id omiserunt. Patet e proximo opposito, ἐὰν δὲ πλείους ὦσι. Sententia legis hæc est: Si plures una ἐπικλήρῳ non sint in una familia Θητικῇ, tum oportet singulos quosque illi familiæ adscriptos partem suam conferre ad hujus puellæ elocationem; et tum non tenetur proximus genere eam aut elocare de suo, aut ipse matrimonio ducere. verum si plures sint ejusmodi puellæ, tum contra res habet. qui proximus est genere, ducito ipse, aut de suo elocato; ut conferant gentiles, nil opus est, nisi ad unius virginis elocationem.

— 7. μὴ ἔχῃ] scil. γυναῖκα. *si matrimonio ducere nolit.*

— 17. γένει ὢν ἐγγυτάτω] non video, qui Sositheus genere fuerit Hagniæ propior, quam Macartatus, nisi forte, quia erat a patre matris oriundus ab Eubulide primo, qui erat Hagniæ primi frater proximus, seu fratrum quinque nascendi ordine secundus, cum Stratius, a quo devenichat Macartatus, esset frater tertius. præterea Callistratus, avus Sosithei, frater erat Polemonis, penes quem Philomache, amita Hagniæ ab intestato defuncti, erat.

— 18. προσῆλθε] scil. τῇ Φιλομάχῃ, aut τῇ ἐπιδικασίᾳ περὶ αὐτῆς.

— 20. τῇ αὐτῇ] subaudi ἐν ᾗ ἐγὼ τότε ἦν.

— 27. ἑτέρους νόμους] correxi ἑτέρων νόμους, e Bav. videbatur hæc lectio exquisitior esse, quam vulgata, quæ si voluisset hoc indicare, *alias*, vel *reliquas leges*, dicendum fuerat, aut τοὺς ἄλλους νόμους, aut ἑτέρους νόμους simpliciter sine articulo. sed est *aliorum quoque* (scil. legislatorum) *leges*, non ab eo profectas, unde sunt superiores. quarum si auctor fuit Solon, non profecto proximam insequentem legem idem tulit, sed Draco. Est enim illa ἐκ τῶν φονικῶν, quas fuisse Draconis constat.

— pen. προσειπεῖν τῷ κτείναντι] correxi προειπεῖν. subaudi δίκην δεῖ. *oportet*, vel *convenit diem denunciare peremtori, quo in judicio compareat.* Auctor hujus correctionis est Hier. Wolf. subscripsit ei Valkenaerius ad Herodot. p. 227. a.

— ibid. ἐντὸς ἀνεψιότητος] *qui proprius attingunt occisum, quam sobrini* [ut pater, frater, filius, patruus].

— ult. καὶ ἀνεψιοῦ] verba hæc delenda videntur. nam ἐντὸς ligit extremum terminum, quousque aliquid pertingat. Ergo ἀνεψιὸς inest etiam τῇ ἀνεψιότητι. Sententia legis est: qui proprius attingunt peremtum, quam sobrini, liceto illis diem peremtori dicere. qui autem longius distant, ut soceri, mariti sororum, sobrini et sobrinorum liberi, fas illis esto causæ subscribere et accusationem participare.

1069. 2. καὶ ἀνεψιαδοῦς] etiam hoc redundare videtur. non enim video, qui παῖδες ἀνεψιῶν ab ἀνεψιαδοῖς differant. Nisi volumus hanc legi sententiam tribuere: Peremtori diem dicunto, qui sunt citra consobrinitatem, et consobrini ipsi. (Sed tum erit p. 1068. ult. leg. non ἀνεψιοῦ, sed in accusativo plurali, ἀνεψιούς.) Participanto autem causam etiam liberi consobrinorum, et mariti sororum, vel mariti filiarum occisi, et eorum consobrini, item soceri occisi, et eorum consobrini nepotes, et phratores occisi. Quicquid est, locus est obscurus et dubius, quem peritiores illuminent.

— 3. πάντας] sc. δεῖ αἰδέσασθαι. *omnes illos oportet consentire in gratiæ cum homicida reconciliationem.*

— 4. μηδεὶς ᾖ] subaudi ἐν τοῖς ζῶσιν, ἢ παροῦσι, παρῇ, ὑπάρχῃ. Si nemo horum adsit, vel supersit.

— 5. καὶ εἶσιν, οἱ ἐφέται] correxi meo judicio: καὶ εἷς, ἢ οἱ ἐφέται. Sunt enim iidem οἱ πεντήκοντα καὶ εἷς, et οἱ ἐφέται. Posteriora hæc addita sunt interpretationis ergo legi, sive ab ipso Demosthene, sive a scholiasta quodam. nam in lege ipsa verba hæc scholium redolentia ἢ οἱ ἐφέται primitus non fuerunt.

— 6. ἐσέσθων] correxi meo periculo αἰδεσάσθων. Si quinquaginta et unus viri, hoc est, Ephetæ, pronuntiaverint, homicidam cædem peregisse involuntariam, tum, si nemo cognatorum supersit, ignoscunto homicidæ, veniamque cædis ei faciunto, si volent, phratores [peremti puta], numero decem.

— 7. τούτοις] correxi, rursus de meo

judicio, *τούτους* in accusativo. hos vero decem phratoras eligunto illi LI. viri, ex optimatibus phratriæ. vidit h. l. etiam H. Wolf. aliquid.

— 8. *πρότερον*] subaudi *ἢ τόνδε τὸν νόμον τεθῆναι. ante hanc legem latam.* nam alias solent leges in tempora futura, non in præterita ferri.

— 10. *ἀπογινομένους*] non peremtos modo, sed etiam morte repentina exstinctos, in via publica jacentes. existimabant enim veteres a cadavere projecto semitas et vias publicas pollui. Locum hunc interpretatur Valkenaer. ad Herodot. p. 270. et Petiti errorem castigat.

— 17. *τοῖς προσήκουσι τοῦ ἀποθανόντος ἐπαγγέλλειν*] scil. *δεῖ οὐδὲν ἧττον. nihilominus tamen debet imperare.*

— 21. *δύνωνται*] si bene habet, subauditur *μισθοῦσθαι οἱ μισθωσάμενοι*, vel *οἱ ποιοῦνται. demarchus conducito quosdam, qui hoc faciant, sed tam parvi, quam facere poterunt.* conveniret tamen, mea quidem sententia, melius *δύνηται*, ut ad demarchum redeat, *conducito tam parvi, quam conducere possit.* et sic quoque Wolf. reddidit. in *ὀλιγίστου* subauditur *μισθοῦ*.

— 26. *μισθώσεις*] post *μισθώσεις* deesse videtur *ταύτας καὶ τάς*. nam alias non video, quid illa de locatione fanorum Minervæ deorumque reliquorum et heroum eponymorum hic loci sibi velint.

— pen. *καὶ αὐτοὺς*] addidi *καὶ γένος*.

1070. 23. *τοίνυν*] dedi simplex *νῦν*. videtur in aliis libris fuisse *περὶ τούτου τονῦν*. unde vitiosum *τοίνυν* est natum.

— 25. *καὶ ἐκ τοῦδε τοῦ νόμου*] etiam ex hac lege, quam statim recitabo.

1071. 2. *βούλνται*] subaudi *τις*, aut *ἕκαστος*. et quia hæc sunt nomina multitudinis, ideo statim subjicit *προθῶνται*.

— 3. *ἢ*] correxi *ἧ*. idem est ac si dixisset: *τῇ ὑστεραίᾳ ταύτης τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ ἂν προθῶνται. postridie, quam spectandum mortuum proposuerint.* Verum Taylor ad Lysiam, Lect. Lys. cap. 1. p. 224. ed. meæ vult *ἢ ᾗ ἂν προ.* et exemplis confirmat ita leg. esse.

— 22. *οὐ τὴν Μακαρτάτου μητέρα, οὐδὲ τὴν Θεοπόμπου γυναῖκα*] verba sic composita subjiciunt menti, diversas esse has duas mulieres. Sed eadem est fœmina, Theopompi uxor et mater Macartati. Verum sententia hæc: jus illi fœminæ nullum est, neque quatenus est mater Macartati.

1072. 19. *Ἀμφιόνεσσι*] *mittere ad oraculum Amphionum consulendi ergo.* vel *mittere Amphionibus portionem extorum.* Amphiones appellabantur Amphion et Zethus.

— 25. *ἐστὲ*] vos Athenienses, *κατὰ φυλήν*. unaquæque tribus ex heroe, auctore et principe suo, appellabatur.

— ibid. *δωροτελεῖν, καὶ τὰ πάτρια τοῖς ἀποφθιμένοις ἐνιχνούμενα ἀμεραιτελεῖν τοὺς ποθήκοντας κατὰ τὰ ἠγημένα*] posui totum locum, ut vitiose circumfertur in libris. reliqua emendavi, præter postrema, quæ nondum expedire potui. *δωροτελεῖν κατὰ πάτρια τοῖς ἀποφθιμένοις ἐν ἰκνουμένα ἀμερα.* hactenus bene procedit emendatio e libris, et ingenio cum nostro, tum aliorum virorum doctorum; quamquam in his, quæ posui, nihil est e libris non ductum. *sacrificare et munera vota persolvere Manibus defunctis in die cuique competente.* deinde velim: *τελεῖν δὲ τοὺς ποθήκοντας, munera illa vero debent persolvere cognati, κατὰ τὰ ἠγημένα* —Valkenaer. ad Herodotum p. 467. conjicit: *τελεῖν τοὺς ποθήκοντας κατὰ τεταγμένα*. qua de conjectura statuat, quod quisque volet. mihi videtur aliud aliquid e vetusta lingua latere. Vulgata si bene habet, erit *ἠγημένα* idem atque *ἠγημένα*, id est, *νενομισμένα δίκαια καὶ ὅσια, ἃ οἱ ἄνθρωποι ἡγοῦνται δίκαια καὶ νόμιμά σφισιν εἶναι*. videtur tamen *ἠγμένα* melius convenire, ab *ἄγειν*. secundum publicam *ἀγωγὴν*, institutionem morum, disciplinam (ut nos loquimur) ecclesiasticam.

1073. 1. *τοῖς κατοιχομένοις*] post *τοῖς κατοιχομένοις*, aut post *ποιεῖν*, deesse videtur *τὰ νενομισμένα*.

— 8. *πλείω*] id est, *πάνυ πολὺν*, vel pro *πλείω, ἢ προσῆκεν*.

— 9. *μὴ ἡμῖν*] nam si per nos stetisset, istam hæreditatem nunquam adisset, sed statim ab adjudicatione eam ipsi rursus eripuissemus.

— 11. *νυνὶ*] *nunc demum.*

— ibid. *ἀγωνίζεσθαι*] subaudi *δεῖν*, vel *ἀναγκάζεσθαι*.

— 18. *ἐνδεικνύμενοι*] malim *ἐνδεικνύμενον*, in accus. sing. gen. neutrius. *unum quid peregerunt turpissimum, et legibus in primis repugnans, maximeque ostendens, nulli alii rei, quam cupiditati, eos esse deditos atque intentos.*

— 27. *πλέον*] dedi *πλεῖον*. citat h. l. Harpocr. v. *ἐξεπεξέμνιζον*.

1074. 20. *δημόσιον ἢ δημοτικὸν ᾖ, ἑαυτῷ χρῆσθαι*] correxi distinctionem, et *ᾗ* cum *ἢ* mutavi, ad hunc modum: *δημόσιον, ἢ δημοτικὸν, ἢ ἑαυτῷ χρῆσθαι*. fanum *δημόσιον* est publicum totius populi. *δημοτικὸν*, est peculiare *δήμῳ* alicui. Sententia est: nisi si oleæ cædantur ad usum templi alicujus seu publici, seu vicani, seu denique ad usum privati cujusque cædentis domesticum. *ἢ ἑαυτῷ χρῆσθαι* est idem dictum, atque *ἢ πρὸς τὸ χρῆσθαι ἑαυτῷ*. observandum hoc constructionis ergo, quæ hæc est: *ἐὰν μὴ δέῃ χρήσασθαι*, a) *εἰς ἱερὸν Ἀθηναίων δημόσιον*, b) *ἢ εἰς ἱερὸν δημοτικὸν*, c) *ἢ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ χρῆσιν ἑκάστου* (*καὶ ταύτας μὲν μέχρι δυοῖν ἐλαίαιν μόνον τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου*), d) *ἢ ἐπὶ ἀποθανόντα*. Est igitur sententia hæc: si quis oleas exscin-

dat, lnat pro singulis quibusque oleis centenas drachmas, nisi si ndhibeat ad condenda templa, a) omnium Atheniensium publica, b) ad templa demis propria, c) ad usum cujusque domesticum, sed has quidem nonnisi binas annuas, d) ad mortuum cremandum.

— 23. τῆς ἐλαίας] id est, ἀντὶ τῆς ἐλ.

— 24. τούτου] subaudi τοῦ ἀργυρίου, aut τοῦ ὀφλήματος.

— 27. πρὸς τοὺς ἄρχοντας, ὧν ἕκαστοί εἰσι δικασταί] ut si quis eradicasset oleam, qui non civis, sed inquilinus esset, causam ejus judicabat Polemarchus. Si quis oleam eradicasset ex agro controverso, pertinebat ea causa ad Archontem Eponymum. Si quis e luco, alicui deo consecrato, deferenda erat ea causa ad Basileum, seu regem sacrorum.

— pen. τοῦ αὐτοῦ μέρους] id est, ὑπὲρ ἑαυτοῦ, vel ὑπὲρ τοῦ μέρους τοῦ εἰς αὐτὸν καθήκοντος.

1075. 2. γίνεται] post γίνεται paret aliquid abesse, quod etiam Wolf. vidit. c. c. ὃ δὲ τῇ θεῷ γίνεται. aut simile quid. *quæ autem mulctæ nomine Deæ Minervæ debentur, ea archontes inscribunto quæstoribus deæ, exigendi ergo.*

— 25. τούτου] hujus filii mei, Eubulidis minoris, cujus nomine ego hanc causam ago. v. p. 1076. 2.

— pen. ἀπέδωκα] velut debitum aliquod. majori enim natu filio debebatur, ut generis conservatori et propagatori, nomen avi.

1076. 7. ἀδελφιδῷ] Augustanus ἀδελφῷ. utrum melius?

— 18. ὑβρίζειν] post ὑβρίζειν addidi hæc verba: περὶ τούτους. ἐὰν δέ τις ὑβρίζῃ, ἢ ποιῇ [sic correxi] τι παράνομον, κύριος ἔστω ἐπιβάλλειν [scil. ζημίαν] κατὰ τὸ τέλος. dubium est, quid sibi velit κατὰ τὸ τέλος. mihi videtur hoc velle. Erant magistratibus et judicibus minoribus permissæ pœnæ arbitrariæ et mulctæ, ultra quas non licebat iis adscendere. Si majorem pœnam mulctamve rei meruisse viderentur, debebat res ad concionem, aut ad majus judicium referri. Sed has mulctas arbitrarias infligebant archontes κατὰ τέλος, ut maxima eorum esset mulcta, qui ex ordine τῶν πεντακοσιομεδίμνων essent, media τῶν ἱππέων, minima τῶν ζυγιτῶν. Aliter accepit Petitus p. 594.

— 20. προκαλεσάμενος] correxi προσκαλ. citat h. l. Harpocr. v. πρόπεμπτα, male quidem ille vocabulum interpretans. Significat enim πρὸ πέντε ἡμερῶν, aut πρὸ τῆς πέμπτης ἡμέρας. *die quinto ante quam habebatur ipsum judicium.*

1077. 15. Προσπαλτίου] correxi Προσπαλτίους. tota enim hæc gens appellabantur Προσπάλτιοι, et qui inde esset, dicebatur προσπαλτόθεν esse.

— 19. πῶς ἂν γένοιντο] malim πῶς ἂν οὖν γένοιντο, ut p. 1076. 24.

— 21. οὐ ταῦτα μόνον] subaudi πεποιήκασιν, aut ἠδικήκασιν, aut ἠλλωτριώκασιν ἑαυτοῦ ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ Ἀγνίου.

1078. 4. δοκοῦσιν] ante δοκοῦσιν videntur hæc pauca deesse: *τί οὖν; quid itaque? videturne vobis*—. dedi de meo ἆρα δοκοῦσιν.

— 11. ταῖς τούτου] correxi ταῖς τούτων. Macartati, et amicorum ejus, et dudum ante Theopompi, patris Macartati.

— 21. ἀπαγαγεῖν — ποιήσας] malim ἀπαγαγὼν — ποιῆσαι.

— pen. αὐτοὺς] Hagniam, Eubulidem, reliquos cognatos dudum defunctos.

## AD ORATIONEM ADVERSUS LEOCHAREM.

Tabula generis.




1081. 12. καὶ καταστασιασθέντα] καὶ delevi. *nolite pati, nos homines pauperes et inopes* [h. e. præsidiis amicorum potentium denudatos], *a factione improba inimicorum potentium opprimi.* περιϊδεῖν τινὰ καταστασιασθέντα, est, ἀμελεῖν καὶ ἐᾶν καταστασιάζεσθαι αὐτόν.

— 15. τῶν νόμων τυγχάνειν] id est, τῶν δικαίων τῶν ἐκ τῶν νόμων προσγιγνομένων. *si quis nos sinat ea adipisci, quæ nobis jure*

*debentur per leges.* recurrit hæc eadem dictio p. 1089. 12.

— 21. ὡς] recepi ἧς de meo. *quam paupertatem vos omnes nostis.*

— 24. ἀνθρωπίνης] quæ res, humana cum sit, et accidere vel honestissimo cuique possit, dedecori esse meo patri non debet.

— 25. ἀνάγκη γὰρ ἡμερεύειν] in Augustano est ἀνάγκη γὰρ καὶ ἡμερεύειν. unde possit effici ἀνάγκη γὰρ καθημερεύειν. aut διημερεύειν. quod posterius etiam Simoni Fabricio in mentem venit. Sed differunt hæc duo verba. διημερεύειν est *totum diem peragere*, in foro e.c.; καθημερεύειν autem omnes dies, quotquot sunt, agere, καθ' ἡμέραν.

1082, 1. τῶν τοιούτων] cujusmodi sunt Leochares hic, et ejus pater et gentiles amicique. καὶ insequens cohæret cum σαφέστερον. *magis etiam diluvide, adhuc planius.*

— 4. τῆς μαρτυρίας] correxi τῆς διαμαρτυρίας. Causa enim, quæ hac oratione agitur, est super διαμαρτυρίᾳ Leocharis, qui Leochares, per exhibitam archonti διαμαρτυρίαν, seu per interpositionem testimonii sui, quo confirmabat se verum et solum hæredem bonorum Archiadis esse, impeditum ibat, ne Aristodemus illa bona possessum iret, atque sibi adjudicari curaret.

— 8. τὰ διαμεμαρτυρημένα] ea, quæ Leochares in sua διαμαρτυρίᾳ, seu in suo libello intercessionis, affirmavit, non conveniunt cum his, quæ nunc in judicio dicunt.

— 14. οὐ μὴ παρακρουσθῆτε] id est, οὐδὲν δέος, vel οὐδὲν φοβοῦμαι, μὴ παρακρ.

— 24. καὶ ὅμως] id est, καὶ οὕτως. *etiam sic concedimus*, tametsi lege et jure stricto cogi non possemus ad id faciendum. Palmerius Exercit. p. 643. aliena b. l. comminiscitur.

— 26. τούτῳ] scil. τῷ εἶναι ἐγγύτατα κατὰ τὸ γένος.

1083. 8. ἐκδιδόασι] scil. fratres modo nominati. v. p. 1085. pen.

— 14. τῷ ἀδελφῷ] scil. Archiadi.

— 20. ἐξ αὐτοῦ] abest ἐξ ab Augustano. quod si omittis, necesse est αὐτῷ legi, si servatur, necesse est ἐξ αὐτῶν legi. ex his duobus, Aristotele et Clitomacha. et sic dedi de meo.

1084. 1. ποιήσει] idem est atque εἰσποιήσει.

— 5. τοῦτο] post τοῦτο videtur νῦν. aut πρῶτον, deesse, aut πρότερον, aut νῦν ἤδη.

— 6. κληρονόμων] nil video cur deterius sit, quam, quod Lambinus commendat, κληρονομιῶν, tametsi hoc etiam in August. est. vulgatam si servas, significat κρατεῖν, *obtinere causam, vincere jure.* Sin alteram lectionem præfers, significat *possidere, tenere hæreditates.* prætuli tamen lectionem Augustani.

— 12. οἱ αὐτοὶ οὗτοι] id est, καὶ ἡμεῖς οἱ αὐτοὶ ἐσμὲν ἐγγυτάτω.

— 21. Λεωκράτου] scio sic formari, eoque defendi posse. Verumtamen correxi Λεωκράτους constantiæ ergo, quia sic alibi semper exaratum reperio.

— 27. γένεσι] iis, quî genus ab aliquo cœptum recta progeniei masculæ linea continuant.

1085. 10. νομίμων] videtur melius h. l. convenire νόμων.

— 11. ἦν] reciperem e margine Lut. ταύτην, si satis probata esset illius marginis auctoritas. ἦν quidem vitiosum est, et in eo aut ταύτην latet, aut νῦν. quod subjeci.

— 12. παιδὸς] id est, *adhuc puero, nondum adulto.* idem quod βυπαιδος. id quod subjicit eum improlem decessisse. alias posset ἄπαιδος conjici. v. p. 1088. 1.

— 19. αὐτῆς] malim ταύτης.

1086. 7. τουτουΐ] Aristodemi, patris mei. nam filius, Aristoteles dictus, ni fallor, pro patre, dicendi haud sueto, causam agit.

1087. 4. τοῖς γὰρ μετὰ ταῦτα ad δικασταὶ] sunt in parenthesi posita. quapropter γὰρ versu 5. malim abesse. Sed erunt, quibus id ibi eleganter redundare videatur.

— 10. τῶν πραγμάτων περὶ τ. κλ.] malim τῶν πραγμάτων τῶν περὶ τὸν κλῆρον. addidi τῶν de meo, subaudi γεγενημένων, aut πεπραγμένων.

— 15. γνήσιον] addidi εἰσποιητόν. quoniam in Augustano reperiebam, cui contra γνήσιον deerat. Censebam utrumque copulari commode posse, tametsi alterum sufficeret.

— 22. ἐμπεδοτροφούμενοι] correxi ἐμπαιδοτρ. Seniores in hac domo et ex ea quæstum facientes, juniores autem in ea alti et ad pubertatem educati.

— 24. κἀκείνην] redit ad proximum, loco posterius, paternam domum, ταύτην autem ad remotius, Archiadis hæreditatem. paullo quidem alienius a more vulgari, neque tamen sine exemplis alibi prostantibus.

1088. 4. υἱὸν εἰσποιεῖν] sc. Leocharem.

— 7. γένει] malim γόνῳ. diversa enim sunt, in sermone fori Attici quidem, γένος et γόνος. v. p. 1090. 25. aliisque innumeris in locis.

— 22. τῆς γὰρ οὐσίας ἕνεκα τὴν οἰκειότητα τῶν ἀνδρῶν] dedi ex Augustano τῆς γὰρ οὐσίας τὴν οἰκειότητα, οὐ τῶν ἀνδρῶν — quæ lectio quin sit elegans et exquisita, et acuminis plena, nemo erit, qui infitietur. *conservasti necessitudinem substantiæ, non ipsorum hominum.*

1089. 2. τί σοὶ ἐλαττοῖ] mediam vocem correxi σύ. *quid tu decurtaris?* quid tibi

decedit? quod detrimentum accipis? nam ἐλαττοῖ h. l. non est tertia persona singul. præs. indicativi activi, sed secunda passivi, non ab ἐλαττόω, sed ab ἐλαττοῦμαι. Lamb. h. l. nihil vidit, Wolfius verum vidit.

— 8. διοικεῖται] versutis strophis machinatur perficere, calliditate, corruptionibus, gratia, aliisque nequam actibus rem gerit. v. p. 1091. 8. p. 1092. 5. et 22.

— 10. οἶμαι καὶ ἡμᾶς] correxi οἶμαι ὑμᾶς. existimo, vos —.

1090. 11. ἐκώλυσεν] Augustanus dat ὡς ἐκώλυσεν, et contra ὡς versu 12. omittit. lectio non contemnanda, si ὡς accipiatur pro ὅτι positum. *quod Leostratus intercessit, quominus nos ejus filio justorum quicquam faceremus, non curet id quidem ratione.* verum etiam vulgata bene habet, in qua si quid est mutandum, malim pro ὡς v. 12. legi, ὅμως. *nihilominus tamen consentaneum est, et ratione factum.* vel potius ὡς καὶ ἔχει λ. ut dedi de meo.

1091. 6. οἷός τ' ἦν] omittit Augustanus, et pro ἐγγράφειν dat ἐγγράφει. potest ferri, si ἐγγράφει pro mero conatu sine effectu accipitur. Frequentissime Græci rem narrant actam, cum volunt indicare, solummodo tentatam et susceptam fuisse. Verum hoc si h. l. admittitur, etiam v. 9. pro μετέχειν est leg. μετέχει, *studuit participare.* Sed bene habet vulgata. οἷός τ' ἦν ἐγγράφειν — et μετέχειν significat, ea ejus erat audacia, ut se non duceret indignum, semetipsum inscriberè in codicem concionalem, — atque partem ferre ratam pecuniarum largitionalium — sed id conaretur utrumque efficere. Codex concionalis suus cuique demo proprius erat, in quo scripta erant nomina tribulium seu demotarum omnium, quorum ea esset aut ætas, aut dignitas, ut iis liceret per leges concionibus interesse. Pari modo demo cuique suum erat γραμματεῖον ληξιαρχικὸν, in quo scripta nomina demotarum omnium idoneorum λαγχάνειν ἀρχὴν, magistratum sortiendi, seu sortito capessendi. Apparet ex hoc loco, prius illatos fuisse in codicem concionalem, tum etiam in alterum, unde magistratus sortirentur.

— 9. μετέχειν τῶν κοινῶν] distributionum nummariarum, aut si quæ aliæ essent largitiones, ut carnium, olei, vini. vel etiam munium, aut functionum, si quæ essent publico nomine fungendæ.

— 16. πρὸς τῷ πίνακι καὶ ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων ἀγορᾷ] Si verum h. l. video, significat tam e codice concionali, ἐκ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ πίνακος, quam e Lexiarchico. ἡ τῶν ἀρχόντων ἀγορὰ videntur esse comitia deligendis novis magistratibus.

1092. 10. καὶ ἡμᾶς ἀντεγράψατο Ὀτρυνεὺς εἶναι] non intelligo, quid hæc dictio sibi velit. de qua doneo melius mihi constiterit, suspicabor interim leg. esse: καὶ πρὸς ἡμᾶς. *actionem contra nos, a quibus accusatus esset, instituebat, et accusationem in nos retorquebat, asseverans, se Otrynensem esse.*

— 12. ἐπὶ τούτων πάντων ἀπετύγχανεν] ferri potest. *in his omnibus irritum laborabat.* quia tamen ἐπὶ ab Aug. abest, et facile eo careatur, delevi.

— 14. οὕτος] correxi οὕτως. *sic*, vel *tum demum*, posteaquam scil. copias amicorum sibi comparasset.

— 21. ὁ δὲ] correxi ὃ δέ. *quod autem.* articulus est postpositivus generis neutrius.

— 27. ἐνεγράφη] scil. εἰς τοὺς φράτορας. v. p. 1093. 20.

1093. 7. ὡς] uncis inclusi. διαμεμαρτύρηκεν υἱὸς ὢν idem est atque διαμεμαρτύρηκεν ὅτι υἱός ἐστιν.

— 12. ἡμῖν] Augustanus ὑμᾶς. probarem ἡμᾶς ἡμῖν εἰσποιεῖν, *nos nobismet ipsos arrogare et adoptare filium Archiadi, pro arbitrio nostro.*

— 16. καταλιπὼν] malim ἐγκαταλιπών. nam sic constanter in hac formula loquitur.

1094. 11. παίδων γνησίων καὶ κυρίως] copulam addidi. v. p. 1095. 2. differunt enim παῖς γνήσιος et παῖς κυρίως. ille est filius a natura, hic per leges factus.

1095. 3. ἀλλὰ μὴν γνησίων —] colligit sic: Liberi cui sunt γνήσιοι, is eos ex uxore sua suscepit natos. Sed Archiadi nulli fuerunt ex ipso nati, nunquam enim uxore usus est. falsum igitur ait contestatio, affirmans Archiadem liberos γνησίους reliquisse. Sed et hoc alterum non minus falsum est, quod ibidem affirmatur, Archiadem liberos reliquisse κυρίως κατὰ θεσμόν. qui enim filius est κυρίως, is est per adoptionem. Sed adoptatus, seu κυρίως factus, filius esse γνήσιος, seu ab ipso natus patre, nequit. Ergo tota illa διαμαρτυρία mentita est.

— 5. ὅταν ᾖ] subaudi τις. Si quis, de quo vocabulum γνήσιος usurpatur, sit γεγονὼς γόνῳ.

— 10. ἅπαις καὶ κύριος] copulam addidi. *si quis, qui decederet improles, et esset dominus rerum suarum*, penes quem sit de iis pro lubitu statuere.

— 12. διαμεμαρτύρηται δὲ γνησίων ὄντων] postrema duo verba materialiter sunt accipienda. *curavit in sua diamartyria poni illa verba γνησίων ὄντων.* nisi volumus διαμεμαρτύρηκε in activo legi. ipse posuit in sua contestatione hæc duo verba γν. ὄντων.

— 13. τῷ πράγματι] *rei gestæ veritati.* nam qui potest ille liberos γνησίους ex se legitime natos relinquere, qui semper in cœlibatu vixit?

— 14. ποιητὸς δ' —] nam ille demum

appellabatur κυρίως ποιητὸς υἱός, qui ab illo, cujus se filium ferret, ipso adhuc superstite, et libere agente, esset filius adoptatus.

— 19. οὐ δὴ δίκαιον] malim ἀλλ' οὐχὶ δίκαιον.

— 21. ἐπὶ μὲν τοῦ λόγου —] fuit olim adhuc alia lectio in libris cujus vestigia quædam servavit Augustanus, scil. hæc: εἰ ἐπὶ μὲν τοῦ λόγου [id est, τῇ ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἀπολογίᾳ] αὐτίκα δὴ μάλα φήσει ποιητὸν εἶναι, ἐν δὲ τῇ διαμαρτυρίᾳ τοῦτο μὴ ἐτόλμησε [non τολμήσει, ut retulit Aug.] γράψαι. et tunc v. 24. quoque initio pro εἶναι erit ἐστὶν leg.

— 26. πῶς οὐχὶ ἢ τὸν λόγον] hanc lectionem conflari e varietate lectionum, quam codices dabant. *qui potest fieri, ut necesse non sit, aut ea, quæ ipsi in sua defensione verbis pro se proferent sui purgandi causa, aut ea, quæ in contestatione scripserunt, falsa esse.*

— ult. προσενεγράψατο] correxi προσέγραψαν. pater puta, Leostratus, et filius, Leocharem.

1096. 7. ἕτερον] Leocharem.

— 9. ὑμᾶν] correxi meo judicio ὑμᾶς. cum in Augustano ὑμῶν, et in Bav. hoc idem reperirem, sed super ω scriptum α. quo librarius indicare voluit, in aliis codd. esse ὑμᾶς. quod verum est. alloquitur enim judices. tametsi possit etiam ὑμῶν ferri. Sæpissime enim orator noster a judicibus orationem ad adversarios, et ab his rursus ad illos repente convertit. quod si ergo ὑμῶν præferatur, erit sententia: *ad utrius vestrum, o tu, Leostrate, et tu, Leochares, orationem oportebit hos judices attendere?* Sed præstat, quod posui: *ad utrum horum duorum*, ad patremne, an ad filium, magis, *oportet vos animum auresque vestras, o judices, accommodare? et utri magis credere, ut vera aienti?*

— 12. περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος μὴ τὸν αὐτὸν περὶ τοῦ αὐτοῦ ἀμφισβητεῖν] apparet, posterius περὶ τοῦ αὐτοῦ manifeste vitiosum esse. præcessit enim modo. aut ergo delendum est, aut corrigendum, quomodo feci: περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος μὴ τὸν αὐτὸν πρὸς τοὺς αὐτοὺς ἀμφισβ. *non eundem super eadem causa adversus eosdem adversarios contendere.*

— 13. ὅ, τε γὰρ οἶμαι —] quoquo me vertam, locum hunc non extrico. Satis apparet ex ipsa lectionum discrepantia, mendosum et hiulcum hunc locum in vetustis libris circumambulasse. quare in eo corrigendo operam perdere haud juvat. sed jaceto, ut jacet, et jacuit adhuc in mendo, quia medicina idonea præsto nulla est.

— 23. λέγοντος] correxi τοῦ λέγοντος. cum articulo. ut hæc sit sententia: *nihilominus tamen dixisset de eo, qui fuisset in eadem ætate, qua est dicens.* Subauditur enim γεγονότος, et designatur Archiades. malim tamen: ὑπὲρ τῶν κατὰ τὴν ἡλικίαν τοῦ λέγοντος [scil. γεγονότων]. *dixisset de rebus, quæ evenissent ætate dicentis.*

1097. 2. ὁ δέ γε νόμος] agitat, vel vexat potius, pro more suo Petitus h. l. in Legibus Atticis p. 446. Sed merito ab eo dissentit Wesselingius. bene habent omnia hæc, quorum hæc est sententia: ὁ νόμος κωλύει σε, ζῶντος ἔτι τοῦ πατρὸς, διαμαρτυρεῖν τὰ ὑπ' ἐκείνου πραχθέντα, ὡς εἴ τις διαμαρτυρήσειεν ἀκοὴν τετελευτηκότων. tui testaris te ex patre tuo audivisse, qui adhuc in vivis superest, et in urbe adest. atqui lex vetat, de patris adhuc superstitis rebus gestis testari ἀκοὴν, hoc est modo auditionis oblatæ et acceptæ, quæ ratio testandi solummodo admittitur et probatur in mortuis, qui ipsi coram in judicio adesse et de se testari nequeunt. Qui vero supersunt adhuc, et coram adsunt, et adesse in foro possunt, ex eorum ore relata narratio repudiatur, et in testimoniis legitimis non habetur.

— 4. κἀκεῖνο] subaudi σκοπεῖτε, vel ἴδετε, τί ἔστι, aut βουλοίμην εἰδέναι, vel tale quid.

— 5. τοῦτον] Leocharem.

— 6. ἐνεγράψατο] correxi ἐπεγράψατο. præscribi curavit libello διαμαρτυρίας, seu contestationis, non suum, Leostrati, sed hujus, filii sui, Leocharis, nomen. v. v. 13. ubi Lambinus male ἐνεγράψω sufficit. post τῇ διαμαρτυρίᾳ subauditur, ὃ ἔδει αὐτὸν ποιῆσαι. *id quod tamen eum oportebat facere.*

— 8. γὰρ] uncis inclusi, quia cum ὅτι non bene constat. Duplex videtur hujus loci vetustis in libris fuisse lectio, altera cum ὅτι, sine γὰρ. altera cum γὰρ, sine ὅτι. hæ duæ deinde in vulgata coaluerunt.

— 16. μὴ] cohæret cum ἀκούειν. æquum est vos rejicere *ab auribus vestris et excludere orationem Leostrati, cum, id quod statim faciet, de rebus iis disputabit, quæ ausus non fuit libello suæ contestationis committere.*

— 25. διαμαρτυρεῖν] post διαμαρτυρεῖν videtur ἦν deesse, ut et paulo ante eodem versu post ἴσως, ἄν. ut sit: ἴσως ἂν ἀναγκαῖον τὸ διαμαρτυρεῖν ἦν.

1098, 4. ἐπὶ] inclusi ἐπὶ uncis. non male conveniret κατὰ, quod est in margine Lutet. sed, quod sæpe queror, marginis illius auctoritas est dubia. conveniret quoque ἐς. et profecto p. 1100. 13. quoque ἐς est in August. ubi vulgatur ἐπί. Sed vulgata bene posse defendi videtur, si accipitur pro ὅσον ἥκει ἐπὶ τὸ μέρος.

— 6. ἕκαστα] uncis inclusi. servandum si quodammodo sit, melius, cum ἑκάστου mutatum, collocetur, aut pone κατά γε τὴν, aut pone διαμαρτυροῦντος.

— 14. γεγραμμένων] num πεπραγμένων.

— 18. καὶ ἐν τοῖς ἐν ἀρχῇ εἰρημένοις] malim καὶ ἐκ τῶν ἐν ἀρχῇ εἰρημένων.

— 21. ὄντες] ad ὄντες subaudiri debet ἡμεῖς ex ἀξιοῦμεν v. 25. malim tamen addi.

— 22. ποιήσεως] aut post ποιήσεως, aut potius post ἦν [vel ἧς, ut Aug. dat] ἐκεῖνος ἐποιήσατο, deesse videtur ἀφανισθείσης, aut ἐκλελοιπυίας, aut talo quippiam.

— 23. ἐκεῖνος] Archiades puta.

— 25. τούτων δ' οὕτως ἐχόντων] illud δὲ h. l. non est adversativum, sed æquipollet τῷ igitur, itaque. *rebus itaque sic se habentibus postulamus.* malim tamen aut plane abesse, aut cum δὴ mutari.

— pen. ἡμετέρας] post ἡμετέρας videtur ἐξιλληλύθασιν, aut οὐδὲν μετέχουσιν, aut tale quid deesse. *ex hæreditate autem, quæ ab Archiade relicta, nunc per leges ad nos transiit, excesserunt,* aut *nil ejus participant,* aut ἠλλοτρίωνται, *ab ea sunt abalienati et exclusi.*

1099. 5. τοῦτ' ἐπιλίπῃ] scil. τὸ ἐγκαταλείπειν υἱοὺς γιγνομένους. τὸ *relinquere in aliqua hæreditate filios ex se natos, ubi desierit.*

— 7. ὑμᾶν] Lambini ἡμᾶν haud placet. multo major inest vis argumento, si judices ipsi magnitudine periculi etiam ipsis imminentis terrentur, et metus cum ipsis quoque communicatur. Vulgatam confirmat quoque insequens ὁρᾶτε γάρ.

— 14. δοθήσονται] malim ἀποδοθήσονται.

— 15. ποιητὸν υἱὸν μὴ ποιεῖσθαι] nescio, an primum vocabulum sit ejiciendum. non enim vetat lex, ut ne quis, qui ipse esset adoptatus, alium, item adoptatum, adoptet, sed ut adoptatus plane neminem adoptet, sed filios quidem ex se natos in hæreditate relinquat, illis autem deficientibus hæreditatem necessariis reddat.

1100. 5. τῶν μὴ πεποιημένων] malim τῷ μὴ πεποιημένῳ. et sic dedi de meo. *a nobis repetendum esse, non ab his, filium ei subrogandum, qui decessit prius, quam ipse sibi filium adoptaret.*

— 7. ἀτυχίας] bene habet, et cohæret, non cum ποιεῖσθαι, sed cum προστέτακται, potest tamen etiam lectio marginis, κομιδὰς, si auctore nitatur idoneo, probari. κομιδὰς τῶν οἰκείων ποιεῖσθαι, est, necessarios calamitate quadam oppressos curare, ornare, relevare, necessitatibus eorum prospicere aut succurrere.

— 12. ὅταν] malim ὅτῳ ἄν. *in quamcunque domum adoptatus,* vel *adrogatus fuerit.*

— 18. ἐξὸν] malim e margine ἐξεῖναι. potest tamen vulgata ferri, si sic interpreteris: ὁ Σόλων οὐ φησὶν εἶναί τι ἐξὸν [id est, ἀνειμένον καὶ ἐλεύθερον]. *contra vero negat Solon adoptatis esse rem licitam et liberam, ut pro lubitu suo de hæreditate, per adoptionem acquisita, testamento disponant.*

— pen. τελευτήσαντος] scil. τοῦ εἰσπεποιημένου ἢ ἐγκαταλειφθέντος. post excessum filii adoptati aut arrogati, aut in alienа hæreditate derelicti.

## AD ORATIONEM PRIMAM CONTRA STEPHANUM.

Scriptæ sunt ambæ nomine Apollodori, filii Pasionis, cujus Apollodori nomine permultæ aliæ insequentium orationum scriptæ sunt. In his duabus orationibus Augustanus, quod ægre fero, nos destituit, sapiens plerumque consultor et suasor. Natandum itaque nobis erit nostro cortice. nam in Bav. parum præsidii.

1102. 10. ἀποδημοῦντος] sic distinguo: ἀποδημοῦντος ἐμοῦ δημοσίᾳ, *cum publice,* in causa publica, *abessem peregre,* τριηραρχοῦντος — *quippe qui jussu vestro et pro re vestra trierarchum agerem.*

— 11. ὃν δὲ τρόπον] scil. γήμαντος. hic simulat Apollodorus humanitatem, matrisque reverentiam et pietatem. aliis vero in locis indicat satis planis verbis, matrem, superstite adhuc patre, a Phormione fuisse corruptam, et ex eo peperisse Pasiclem, qui habitus quidem fuisset Pasionis filius, revera autem a Phormione procreatus.

— 15. οὐ γὰρ ἦσαν —] ergone bello durante cessabant causæ privatæ? Satis quidem bene video, bellum exercitationi juris omni frigoris nonnihil adspergere; sed et publicis item, ut privatis. cur ergo solæ privatæ tum fuerunt sepositæ, publicæ contra agitatæ? et quodnam erat id bellum? Eubœense, ni fallor. Sed illud breve fuit. Hic autem de bello satis diuturno commemoratur.

— 27. τότε] cum mihi supplicaret.

1103. 2. περὶ ὑμᾶς] correxi de meo sensu περὶ ἡμᾶς. ingratus erga patrem, ut, qui vivo uxorem corrupisset, mortuo duxisset in ejus dedecus, me, filium sui quondam domini et benefactoris, bonis ex hæreditate mihi debitis fraudaret, liberos meos ad incitas redigeret. nam hi omnes voc. ἡμᾶς comprehenduntur.

— 11. εὐθυδικία] εὐθυδικία est, cum accusator prior loquitur, reus respondet.

— 12. ὡς] malim ὅσ' [id est, ὅσα].

— 25. πρὸς ἐκείνους] scil. τοὺς ταῦτα μεμαρτυρηκότας κατ' ἐμοῦ.

— 28. ἐπιδεικνύω] id puta, quod volo demonstrare, Stephanum nempe falsum in me testimonium dixisse. conf. 1108. 25.

1104. 4. ἦ μήν φησιν] correxi meo periculo εἰ μή φησιν — et hic et p. 1109. 5. et 11. *cum Phormio sponsionem Apollodoro deferret, hanc si neget Apollodorus, quem codicillum Phormio curasset echino includi, eum tenere exemplum testamenti a Pasione relicti, ut tum Apollodorus aperiret testamentum ipsum.* cohærent inter se προὐκαλεῖτο et ἀνοίγειν. Confirmatur hæc mea conjectura a codice Bav. non hoc quidem loco, at p. 1109. 5. tamen, ubi vide.

— 7. παρείχετο] non damno. est tamen activum in ejusmodi re usitatius. Dedi παρεῖχε de meo. v. p. 1105. 3. et 8. et alibi.

— 8. Ἀμφίων] In nomine proprio ambigitur. *Amphias* appellatur v. 21. et 1106. 18. rursus *Amphion* p. 1130. 12. ut hic loci.

— 10. ἀντίγραφα] v. ἀντίγεφα a lectore tacite est iteraudum. *esse autem exemplum illud,* echino inclusum, *exemplum testamenti.*

— 14. τὴν μὲν ἀρχὴν —] initium testimonii confirmare de veritate modoque sponsionis, finem autem de veritate testamenti.

— 16. τῶν μεμαρτυρημένων ὡσπερεὶ κεφάλαιον] posteaquam ostendero, ejusmodi sponsionem nullam unquam fuisse, neque mihi oblatam, multo minus e me recusatam; id quod hac in causa est primarium.

— 22. ἃς αὐτοὶ μεμαρτυρήκασι διαθήκας] illud exemplum testamenti, quod esse a Phormione echino inclosum et ad arbitrum Tisiam allatum, ipsi, Stephanus puta et Skythes, testentur.

— 23. ἀντιγεράφους ἐκείκων] scil. τῶν διαθηκῶν, ἃς ὁ πατὴρ ὄντως κατέλιπεν.

— ibid. εἶθ' ἡ διαθήκη γέγραπται] ergo testamentum a patre Pasione, conditum est aliquod, et quidem illud, quod esset penes Amphiam. Ego vero, inquit Apollodorus, nego a patre meo testamentum ullum unquam fuisse conditum.

— 25. οὐδέν πω λέγω] negabat enim Apollodorus hæc duo præcipua. 1. sponsionem sibi fuisse talem oblatam. 2. patrem testamentum reliquisse.

1105. 2. εἰ μὲν τοίνυν —] *quod si ergo tum, quum testarentur de facta sponsione, non item testati essent de facto testamento, et testamenti illius primigenium atque authenticum exemplum oblatum esse ad inspiciendum —.*

— 5. ἀκουσαμένων] subaudi ἄν. *et cum judices tamen audituri essent recitari testamentum, vellem, an nollem,* neque impedire possem, quominus illi audirent —.

— 8. λόγῳ —] *Si solummodo obiter per modum sermonis mentionem testamenti fecissent.*

— 9. τις αὐτοῖς] imo vero τις αὐτῶν. *si quis eorum exhibuisset testamentum* [mihi puta].

— 14. ὡς κατασκευάζουσι] id est, ὅτι κατασκευάζουσιν αὐτά. etiam de reliquis, quod scil. ea versutiis commachinentur, malim tamen ὧν κατασκ.

— ibid. ταῦτ' ἐνῆν] correxi de meo ταὐτὰ ἐνῆν. *sin autem eadem ipsa reperirentur in testamento scripta, quæ illi ibi scripta esse asseverarent.*

— 15. τὸν παρασχόντα] scil. τὴν διαθήκην.

— ibid. αὐτὸν μαρτυρεῖν] ipsum solum, suo nomine suoque periculo jussissem testari, verum hoc et genuinum esse Pasionis testamentum.

— 16. ἐθελήσαντος] pro ἐθελήσαντα. noto schemate. *si quidem ille nil recusasset.*

— 18. ἐκείνως] *illo priore modo.* si nempe is, qui exhiberet testamentum, affirmaret atque testaretur, id Pasionis testamentum esse.

— 19. ἕνα] est enim multo facilius atque expeditius cum uno aliquo causam agitare, quam cum multis.

— 21. ταῦθ' εἵλετο] *hoc,* contendere scil. cum multis, *maluisset, quam illud,* contendere cum uno?

— 24. τῶν πραττομένων] cohæret τῶν πραττομένων non cum ὀργὴ, sed cum ὅσοις. *quibuscunque negotiis intervenit iracundia.*

1106. 8. πρόκλησιν] Citat h. l. Harpocr. v. πρόκλησις.

— 10. ἔξω που τῆς χώρας] exemplum hujus rei dat ipse Demosthenes oratione adv. Zenothemin p. 887. 4.

— 12. καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων] scil. ὅσα μὴ δυνατόν ἐστι πρὸς ὑμᾶς ἀγαγεῖν, προκλήσεις εὑρέθησαν. e. v. 8.

— 23. ἐπὶ τούτων εἶα] correxi meo judicio ἐπὶ τοῦτον ᾖα. *in eum issem,* h. e. me convertissem, cum eo cœpissem jure experiri. ᾖα est prima persona perfecti medii a v. ἰέναι. Wolf idem conjecit in notis, quamquam in Latina interpretatione aliud expressit.

— ult. οἱ δὲ τῇ προκλήσει] frustra hic laborat Lambinus. nihil h. l. corruptum, est, solummodo translocandum comma, ut factum est in ed. Wolfii. *provocatione usi pro prætextu.*

1107. 3. τοῦ λόγου τυχεῖν] τοῦ cohæret, non cum λόγου, sed cum τυχεῖν.

— 4. οὗτοι δὲ φαραθεῖεν] margo dat οὗτοι δὲ οὐ φαραθεῖεν. probabiliter ad primam quidem speciem, et probarem ipse, nisi insequentia intercederent. Sed hæc non patiuntur: καίτοι τό γ' ἐναντίον ᾤοντο τούτου, scil. γενήσεσθαι. *illi testati sunt de testamento, — quo falsitas testimonii ab ipsis perhibiti detegeretur, tametsi futurum illi sperabant, ut lateret.* fatebor itaque, hunc locum mihi invium esse. videtur utique particula infitians hic esse neeessaria, sed verba καίτοι τό γ' ἐναντίον ᾤοντο τούτου ex

alieno loco huc irrepsisse.

— 19. ἐπὶ τῆς διαθήκης] post ἐπὶ τῆς διαθήκης videtur vocabulum διαθήκη desiderari.

— 26. πατρὸς] post πατρὸς videtur ὡς deesse.

1108. 3. πρὸς ἐκεῖνόν ἐστιν] subaudi ὁ λόγος. malim tamen aut hoc addi, aut, quod affert Wolfius, οὐδέν.

— 10. ἐξαρχῆς ὡς παρῆσαν] est idem ac si dixisset: ὡς παρῆσαν ἐξ ἀρχῆς γραφομένη τῇ διαθήκῃ — *hi vero neque affirmare facile habeant se interfuisse, cum tabulæ testamenti conderentur, neque* —.

— 13. ταῦτα] exemplum testamenti a Phormione exhibitum.

— ibid. ἐκείναν] illius exempli, quod apud Amphionem, Cephisophontis generum, depositum, pro genuino venditabatur.

— 16. ἀνεξετάσας] in duo vocabula dividi, ἀν ἐξετάσας. Constructio hæc est: γνοίη ἄν τις, ἐξετάσας, ὅπως γέγραπται ἡ μαρτυρία.

— pen. ἐκεῖνος] correxi ἐκείνως, re ita exigente, tametsi auctores habeo nescio an non satis idoneos, editionem Wolfii, marginem Lutet. et indicem Lambini. qui omnes tres testes fieri facile possit, ut reapse non sint nisi unus Hier. Wolfius. Significat ἐκείνως illum testandi modum, qui, hic promissus, p. 1109. 12. demum demonstratur, ut justus et legitimus, non, ut isti testati fuerant, τῶν Πασίωνος διαθηκῶν, sed διαθηκῶν, ἃς φησι Φορμίων Πασίωνα καταλιπεῖν.

1109. 24. κυρίᾳ] assentior Lambino κύριον emendanti.

1110. 1. ἣν οὗτοι πρὸ τῆς κλήσεως] f. leg. ἣν οὗτοι μετὰ [aut διὰ] τῆς προκλήσεως μεμ. v. p. 1111. 4.

— 3. ἃ λέγω] scil. ejusmodi testamentum non potuisse a patre profectum esse saluti fortunisque liberorum prospiciente, sed necesse esse, ut subjectum sit a servo rationes excogitante, quibus furta sua tegat, eorumque pœnas effugiat.

— 6. τὸ ἐκ Πεπαρήθου] assignatum in villam, quæ Pasioni in insula Peparetho erat.

— 7. τὸ αὐτόθεν] talentum assignatum in villam Pasionis aliquam in ipso Attico solo sitam, haud procul Athenis.

— 15. δεῖξαι] correxi δεῖξω e Bavarico. Sed et καὶ addi malim, ut sit: δείξω καὶ τὴν μίσθωσιν.

— 18. ὅτι πλάσμα ὅλον ἐστὶν ἡ διαθήκη] idem est ac si dixisset: ὅτι ἡ ὅλη διαθήκη πλάσμα ἐστίν.

— 20. οὐκ ἄλλην τινά] non satis capio vim verborum οὐκ ἄλλην τινά, quæ semper videri possunt supervacanea, *ostendam vobis locationem hanc, non aliam, in qua* — quis in his *non aliam* desideret? — nam ἐν ᾗ redit ad ταύτην, non ad ἄλλην. tolle ista οὐκ ἄλλην τινά, et semper integra erit oratio. videtur sententia esse: illam ipsam, non aliam, non fictam, sed eam ipsam, in qua —. Sed dedi de meo sensu οὐ καλήν τινα.

— 22. ἔστι δὲ ταῦτα τοιαῦτα] istæc hoc sibi volunt. istorum omnium hæc ratio, hoc est consilium. Spectant et machinantur illi per istas artes hæc.

— 25. λαθεῖν] subaudi κλέπτοντα, aut ὑφαιρούμενον. post οὐκ ἦν subaudi a communi, τούτων κύριον ἑαυτὸν ἐποίησε. pecuniarum autem in mensa positarum, quas omnes norant, et facile non erat clam furari, dominum et compotem eo se fecit Phormio, quod patrem meum scriberet eas sibi debere.

— 27. κεκομίσθαι] nomine dotis, et nomine debiti.

1111. 1. βάρβαρος οὗτος] malim βάρβαρος μὲν οὗτος.

— 3. οὐδενὸς λείπεται] subaudi τῶν τὰ μάλιστα ἀστείων καὶ πεπαιδευμένων.

— 4. διὰ προκλήσεως] h. e. ἐπὶ προφάσει προκλήσεως. *quam pari modo* [atque tabulas testamenti commentitii] *obtinuerunt per speciem sponsionis et sub ejus prætextu, volumini illi inseri, in quod documenta causæ recitanda et judicibus ostendenda conjiciebantur.*

— 10. διοικήσεως] quæ hic commemoretur διοίκησις, ambigo. eane, quæ rem familiarem, in Archippen, in Pasiclem esset eroganda? an, quod verosimilius est, sumtus in tabernam fœnebrem faciendi, qui multi sunt atque multiplices; ut, locarium annuum reip. dependendum pro venia mensæ usurariæ exercendæ, et pro sede ejus in foro, deinde merces servorum tabernæ inservientium, item causidicorum, qui contractibus inter credentes ærа debentesque condendis intersunt, aut causas gerunt adversus duros et lentos debitores, a quibus æs alienum non potest nisi minis et vi juris extorqueri.

— pen. καθήμενον καὶ διοικοῦντα ἐπὶ τῇ τραπέζῃ] novi καθῆσθαι ἐπὶ τῇ τραπέζῃ quid sit. Sed διοικεῖν ἐπὶ τῇ τρ. minus videtur omnino leg. καθήμενον καὶ διεικοῦντα τὰ ἐπὶ τῇ τρ. quare addidi τὰ de meo.

1112. 17. παρ' ὑμῶν] παρ' ὑμῶν. donum ab Atheniensibus Phormioni datum, est jus civitatis.

— 18. τοὐναντίον] post τοὐναντίον videtur deesse ἥπερ ἐδίδου ἄν, *quomodo daturus esse, si unquam daret.*

— 10. αὐτὸ τοῦτο] hoc solum, (accipere puta in matrimonium viduam civis Attici, vel sine ulla dote) fuisset pro magna et insperata felicitate amplexandum.

— 21. ἀξιωθῆναι] subaudi καὶ ἄνευ προικός.

— ult. ἐκείνους] Nicoclem et Pasiclem.

1113. 1. τούςδε] Stephanum et ejus socios causæ.

— 2. καθ' ὁποίας] scil. διαθήκας ἐπετρόπευσεν.

— 3. εἰδείη] post εἰδείη addidi e Bav. sententiam necessariam: καὶ ὁ ἐπιτροπευθῆναι κατὰ διαθήκας μαρτυρῶν, δηλονότι καθ' ὁποίας ἂν εἰδείη. *et qui testatur, tutorem suum tutelam ex præscripto testamenti gessisse, liquet eum nosse, cujusnam testamenti ex præscripto tutelam ille gesserit.*

— 6. φήσουσιν] Nicocles et Pasicles.

— 9. οἱ μὲν ἐκεῖνα] iidem, Nicocles et Pasicles, ista testati sunt, quæ sunt testati.

— ibid. οἱ δὲ ταῦτα] hi vero, Stephanus et ejus consortes, hæc testati sunt, quæ scil. edixerunt pro testimonio.

— 12. οὐδ' ἐπιτροπευθῆναι κατὰ διαθήκην] scil. ἠγεῖτο δεινὸν μαρτυρεῖν, ὁ τοῦτο μαρτυρῶν.

— 13. ἀφαιρῶν ἑκάτερος τῷ μαρτυρεῖν] videtur leg. ἀφαιρῶν ἑκάτερος τὸ μαρτυρεῖν. *uterque subtrahens et supervacaneam reddens dictionem testimonii de veritate scriptorum in testamento.* Etiam Wolf. ἑκάτερος conjecit. ego τὸ de meo dedi.

— 14. οὐδὲ καταλιπεῖν] h. e. οὐδὲ δεινὸν ἠγεῖτο τὸ μαρτυρεῖν ὁ μαρτυρῶν καταλιπεῖν —.

— 16. οὐδὲ τὰ τοιαῦτα] scil. δεινὰ ἠγοῦντο μαρτυρεῖν οἱ μαρτυροῦντες.

Ἀπολλόδωρος Πασίωνος Ἀχαρνεὺς Στεφάνῳ Μενεκλέους Ἀχαρνεῖ ψευδομαρτυριῶν [scil. δίκην ἐγκαλεῖ] τίμημα τάλαντον. τὰ ψευδῆ μου κατεμαρτύρησε Στέφανος μαρτυρήσας τὰ ἐν τῷ γραμματείῳ γεγραμμένα.

— 25. ἐκείνῳ] *Phormioni.* quamquam malim ἐκείνοις, Phormioni et Stephano.

1114. 3. τούτῳ δὲ] Stephano puta.

— πιστεύετε] in Bav. est πιστεύσετε. unde constat leg. esse πιστεύσαιτε in optativo aor. 1. act. *etiamsi credaretis.* et sic correxi. Sæpissime in libris vetustis ε et αι promiscue habentur.

— 16. ἐκ δὲ τούτου τοῦ τρόπου] correxi ex mente mea: ἐκ δὲ τοῦ τούτου τρόπου. *ex hujus Phormionis moribus.*

— 25. αὐτὸ] correxi αὐτός. postulat hoc oppositio, quæ est inter αὐτὸς, quod ad Stephanum redit, et inter ἐκεῖνον, quod ad Phormionem.

— pen. βέλτιστον] Lambinus vult βέλτιον. usitatius quidem hoc Demostheni, vulgata tamen videtur ferri posse.

1115. 12. ὃν βούλεται] correxi ὧν βούλεται, id est, λόγον τούτων δώσει, ὧν λόγον διδόναι βούλεται.

— 22. Στέφανος Μενεκλεὺς] Palmerius Exercit. p. 643. vult Στεφάνῳ Μενεκλέους. de secundo consentio, de primo minus. quid enim fiet, si Στεφάνῳ legator, verbis τἀληθῆ ἐμαρτύρησα cum seqq. v. 23. sed bene habet vulgata, et ex ea apparet, cur hoc genus libelli forensis appellatum sit ἀντιγραφή. duæ γραφαὶ seu scriptiones inter se contrariæ, altera e regione alterius scribebantur. quasi columnatim ad hunc modum:

Στέφανος Μενεκλέους Ἀχαρνεὺς, τἀληθῆ ἐμαρτύρησα μαρτυρήσας τὰ ἐν τῷ γραμματείῳ γεγραμμένα.

1116. 2. τοὺς ἐξ ἀπάτης νῦν λόγους] correxi τοὺς ἐπ' ἐξαπάτῃ νῦν λόγους, scil. λεγομένους. Effeci hanc lectionem e lectione Bavarici, in quo reperi τοὺς ἐξαπάτη.

— 15. κατηγόρηται] subaudi Stephanus.

— 17. ἀλλ' δ] id est, ἀλλὰ τοῦτο μᾶλλον φήσαιε δίκαιον εἶναι, ὃ ἐγὼ νῦν προκαλοῦμαι [id est, ἀξιῶ] ποιεῖν.

— 21. ὡς εἰσὶν] ante ὡς videtur ταύτας deesse. aut certe subaudiendum id est.

— 22. δίκην] designat eandem actionem damni illati contra Phormionem, quam v. 6. jam commemoraverat.

1117. 2. ἀναισχυντῇ] h. e. nihilominus tamen aliena hoc loco et tempore proferat.

— 4. παραγραφὴν] id est, διὰ vel κατὰ παραγραφήν. est hæc illa ipsa pro Phormione oratio exceptoria, quæ supra legitur p. 944. sqq.

1118. 1. τοὺς ἐκείνης καὶ τοὺς ἐμοὺς] secundam vocem meo judicio cum ἐκείνου mutavi, ut ad Stephanum redeat oratio. Et video nunc, Wolfium quoque in eadem fuisse sententia. potest quidem vulgata ferri, quia ἐκείνης ad uxorem Appollodori potest referri. Sed premunt hanc lectionem nonnullæ difficultates. primum sic adstrictior erit oratio, si vulgatam serves, quæ de solis Apollodori liberis loquitur. est tamen par, ni fallor, ut Stephani quoque liberi in censum veniant, qui cum liberis Apollodori erant consobrinorum liberi. deinde vulgatum ἐκείνης si serves, inutile erit tollendumque secundum τοὺς, et leg. τοὺς ἐκείνης καὶ ἐμούς. nam secundum τοὺς mentem legentis necessario ab aliis ad alios transfert. aut sic strui deberet oratio: τοὺς ἐκείνης, τοὺς καὶ ἐμούς. *liberos ejus,* uxoris meæ puta, *qui iidem mei quoque sunt.* Equis autem sic loquitur? Nam per se intelligitur, neque opus est admoneri suos cujusque liberos esse, quos ei uxor pepererit.

— 3. ποιούσας] Significat, si contingat, ut filiæ suæ a paupertate cogantur ancillari, aut quæstum corpore meretricum more facere.

— ibid. ὅπερ] redit, non ad præmissum, sed ad insequens. h. e. non subauditur

τὸ ποιεῖν αἰσχρόν τι δι' ἔνδειαν, nam sic leg. esset, non πολλοὶ, sed πολλαὶ in genere fœminino; sed redit ad τὸ ἐκδοῦναι τὰς συγγενεῖς ἐπαιδιδόντα προῖκα παρ' ἑαυτοῦ.

— 10. Δεινίου] Dinias hic erat socer Apollodori.

— 11. Θεομνήτου] suspicabar aliquando Θεομνήστου leg. esse. Verum quia in Bavarico Θεοδμήτου reperiebam, satius duxi hoc recipere.

— 18. διὰ τὴν συγγένειαν] cum Stephano puta, quia Stephanus esset sororis suæ filius.

— ibid. οὐδὲ τἀληθῆ] id nempe, quod Apollodorus affirmabat, Stephanum falsum dixisse testimonium, asseverantem inter Apollodorum et Phormionem intercessisse ἄφεσιν τῶν ἐγκλημάτων καὶ ἀπάλλαξιν, remissionem et absolutionem omnium querelarum.

— 20. Στέφανος] post Στέφανος videtur ὃς desiderari. *non autem hic Stephanus*, scil. recusat propter consanguinitatem vera testari. Concludit sic: Etiamsi verum fuisset, quod ait Phormio, h. e. ipsum esse a me absolutum, et me cum ipso decidisse atque transegisse, tamen oportebat Stephanum hoc non testari, quia mihi damnosum erat, qui essem ejus affinis, in eoque Diniæ humanitatem imitari. Verum non sic Stephanus, *qui nil cunctatus est in damnum nostrum*, non dicam vera, sed vel *falsa* adeo *testari*.

— 21. οὐδ' εἰς] correxi οὐδ' εἰ μηδένα. videtur εἰς natum esse ex εἰ καί. nam καὶ sæpissime in libris mstis exaratur sigla ς referente. eaque lectio mihi visa fuit præstare. quare sic dedi meo periculo. neque dubitavit aliquod facious committere, cujus fœditas non pateretur ipsum matris oculos ferre. Fieri quod consequens est, id feci v. 22. ut γε post τὴν αὐτοῦ adderem meo item periculo.

— 22. τοῖς ἀπ' ἐκείνης οἰκείοις] scil. ἑαυτοῦ. illis, qui per matrem sibi facti essent consanguinei. alias legi possit: τοῖς ἐκείνης οἰκείοις (sine ἀπό).

1119. 4. τὴν ἀρχὴν] nil dubitavi meo periculo corrigere τὴν Ἀρχίππην. matrem meam Archippen, mulierem mihi inimicam, me exosam, et Phormioni suo deditissimam. multo hoc et probabilius, et causæ convenientius, minusque audax et temerarium, minusque invidiosum, quam culpam furti in totum judicum consessum, aut in judicii præsidem conferre, quod facit vulgata. muliebri dignum est ingenio furtum ejusmodi, si unquam comminisum est, neque potius est sycophantia Apollodori. deinde verosimile est mulierem corruptori suo deditam, quæ in multis aliis filium gravissime læsisset, nil dubitasse hac fraudo suam rem facere, filium perdere. denique mortua nil poterat obloqui. Sed judices, aut prætor, quibus vulgata hanc invidiam adspergit, poterant contradicere, invidiam a se avertere, et jure in Apollodorum ut calumniatorem agere.

— 13. ὁμοίως] *nihilominus, pariter*, atque si testes jurati affirmassent, Stephanum furem esse.

— 15. κακῶν ἀλλοτρίων κλέπτης] mirificam hujus dictionis elegantiam si Lambinus percepisset, non temerasset. Sententia hæc est: qui se ab alio ad patrandas nequitias subornari patitur, eique se præbet instrumentum scelerum, quæ ille designat, exsequendorum, sed clam exsequendorum, ut nemo animadvertat; ecquid enim putatis, o judices, in causis ipsum suis patraturum? *Fur alienorum malorum* est Græcis ille, qui mala, fraudes, scelera, clam, in occulto exsequitur et perficit, non sponte sua, sed jussu alieno, ad quæ ab alio instigatus, impulsus, instructus et subornatus fuit.

— 16. τοῦτον ἄλλο του] correxi e Bavarico: τοῦτον ὑπὲρ αὐτοῦ. *quid eum existimatis esse facturum sponte sua, suimet ipsius causa?* videtur ἄλλο του reliquum esse ex alia lectione, quam credibile est in aliis libris vetustis olim esse versatam, hanc puta: τοῦτον ὑπὲς αὐτοῦ; ἀλλὰ σὺ λέγε τὴν μαρτυρίαν.

— 21. ὅτε ἦν ἀπόφανσις τῆς διαίτης Ἀπολλοδώρῳ πρὸς Φορμίωνα] *illo die et in illo conventu, quo arbiter delectus in causa Apollodori adversus Phormionem erat sententiam pronuntiaturus.*

— 24. ἢ μαρτυρεῖτε, ἢ ἐξομόσασθε] separanda sunt interjecto puncto a reliqua formula præscripti testimonii, quod Apollodorus evocatis testibus, sed illis testari recusantibus, præibat per scribam.

1120. 21. ἴσα βαίνων ἐβάδιζεν ὑποπεπτωκὼς ἐκείνῳ] pugnant hæc secum. qui ἴσα τινὶ βαίνει, *pari passu cum aliquo ambulat*, nequit is dici eidem βαδίζειν ὑποπεπτωκὼς, *ambulare passu uno pone illum*. quare nullus dubitavi post βαίνων de meo judicio ὑμῖν addere. idem Stephanus, qui nil veretur vobiscum, qui estis judices, pari passu ambulare, eoque se parem vobis ferre, tamen, quoties Aristolocho comes iret, pone illum, ut inferior dignitate, ibat, uno passu minor. Opponit inter se *judices* et *fœneratorem*. Judices omnium, quotquot in rep. versarentur, erant principes. Erant hi caput reip., summa penes eos erat majestas, quippe qui personam populi, penes quem solum majestas esset, gererent. Contra nullum erat Athenis genus hominum contemtius atque detestabilius fœneratoribus. citat h. l. Harpocr. v. ἴσα βαίνων. v. Herald. ad Arnobium p. 20.

— 27. Ἀπόληξις] εἷς τῶν ν συγγραφέων, ὧν κωμῳδεῖ ὁ Πλάτων. Harpocr. h. l. citans, ubi v. Valesius, qui etiam hoc de Solone quædam affert.

1121. 1. *πρεσβευτὴς*] *agens in rebus.* v. dicta ad p. 885. 5.

— 15. *ἐπὶ τῷ τὴν πόλιν φεύγειν*] quo ne trahatur ad necessitatem pecunias ad reip. necessitudines sublevandas, contribuendi honoresque onerosos gerendi. Simulat se pauperem, et pro eo publice vult haberi, ne necesse habeat aliquam peculii partem in usus reip. erogare. Interpretantur statim insequentia *καὶ τὰ ὄντα ἀποκρύπτεσθαι.*

— 17. *ἐργασίας*] quæstus pecuniarios.

— 24. *ἐξετάζεσθαι*] Citat h. l. Harpocr. v. *ἐξετάζεσθαι.*

1122. 2. *λογιζομένοις*] videtur hic aliquid deesse, e. c. *τὰ πράγματα*, vel *τὰ παρόντα*, aut *τὴν ἔνδειαν.* quamquam me non fugit, e proximis superioribus tacite repeti a legente quoque posse *τὴν τῆς χρείας ἀνάγκην. egestatis necessitatem, vel invitos cogentem.*

— 7. *ἀλλὰ τὸν*] interposui *τὸ* de meo.

— 9. *κολάζηται*] correxi *κολάζητε, si punitis.*

— 15. *τῶν ἀναγκαίων*] scil. *πρὸς τὸν εἶον χρημάτων.*

— 19. *δεηθείη*] scil. *αὐτῶν.*

— ibid. *ἀπαγγείλειεν*] scil. *αὐτοῖς. nuntiet illis aliquid.* non displicet tamen Wolfii *ἐπαγγείλειεν. imperet ipsis aliquid.* jure velut suo, ut homo familiaris ab altero familiari, pro sua cum eo consuetudine, brevibus verbis, libere, aperte, cum fiducia postulet. præsertim cum *οὐδὲν ὀκνῶν* additum sit. quare nullas dubitavi sic rescribere.

— 21. *πρῶτον*] hic est pro *τὴν ἀρχὴν, unquam.*

— ibid. *πρόβλημα*] velum, tutamen, defensaculum, quicquid servit celando, muniendo, defendendo, ne res, cui prætenditur, deprehendatur, aut impugnetur.

— ult. *θεῖον*] videtur idem esse cum illo Nicia, qui p. 949. 22. gener Diniæ esse dicitur. Erant ergo Diniæ duæ filiæ, quarum altera erat penes Apollodorum, altera penes Niciam. Sed hic Nicias, si idem fuit gener Diniæ et *θεῖος* Stephani, fuit frater uxoris Diniæ. erit itaque *θεῖος* hic loci reddendum, non *patruus*, sed *avunculus.*

1123. 2. *ἀοίκητον*] vehementer mihi quidem est suspectum.

— 3. *παῖδα*] si bene habet, reddi debet voc. *ἀοίκητον, carentem domicilio.* Sed si vulgari notione h. l. quoque usurpatum sit illud vocabulum *ἀοίκητον*, ut scil, significet *non habitatum*, aut *non habitabilem*, substitui pro *παῖδα* debet *οἶκον.*

— 4. *οὐδ' ὑπερήμερον*] post *οὐδ'* videtur *ἀμῶς*, aut simile quod adverbium deesse.

— 13. *τοῦτον*] sic recte dat Bav. vitiose *τοῦτο* dant edd. Ald. Paul. Manut. et Herwag. minor. unde sumsit, quisquis fuit, *τούτῳ*, qui margine Lutet. id allevit. quod tametsi paulo est isto correctius, sanum tamen non est. Constructio sic est facienda: *εἰ συνέξη ὥστε μάγειρον — πρίασθαι τοῦτον. si evenisset casu fortuito, ut lanius, aut alius alicujus artis sellulariæ artifex, hunc Phormionem emisset.*

— 19. *κύριον*] non *dominum*, sed *administratorem, dispensatorem multarum pecuniarum*, cui magnæ pecuniæ essent commissæ, quas administraret.

— 24. *ἡγεμόνα*] correxi, meo periculo, *ἡγεμόνας.* Pasion enim, cui etiam Apollodorus se, utpote filius, adjungit et in gloriæ communionem ingerit, fuerunt Phormioni *ἡγεμόνες* duces felicitatis ejus, ad quam Phormio postmodum, industria usus, pervenit, eoque viam illi monstrarant, et in eam viam illum induxerant. Subauditur *αὐτῷ γεγονότας.*

— ult. *καταχύσματα*] Citant h. l. Harpocrat. v. *καταχύσματα*, et Ammonius p. 78. in eadem voce.

1124. 4. *τί γὰρ —* ] Scaber est et hiulcus hic locus. neque dubito nonnihil deesse. Sententia quidem hæc postulat, quæ dedi de meo: *τί γάρ; μᾶτην αὐτὸν οἴεσθε* — EJAM RELIQUA, QUÆ INTUS [h. e. in domo mea] SUNT, ARCHIPPÆ DONO.

— 6. *ὅσα ἐστὶν*] correxi meo periculo: *ὅσα ἔνδον ἐστί.* res certa est e. p. 1110. 9. et 13.

— 8. *περιορᾷ*] bene habet. aptum enim est e *δεινὸν, εἰ* p. 1123. 21.

— 18. *οὐδέπω καὶ τήμερον —* ] concludit sic: Rationem eorum, quæ mihi debet, ut mihi reddat, ad hunc diem adduci se nondum passus est; et idem tamen me quasi ad rationem opum mearum, quas nemini debeo, vocat, et sibi arrogat rationem, quomodo eas administrem, a me repetere. quæ perversitas!

— 24. *ἐκ τούτων*] id est, *ἐκ τοῦ ἐξετάσαι ἐμὲ*, vel *ἐκ τῶν λόγων, οὓς ποιεῖται περὶ τῆς ἐμῆς ἀσωτίας.*

1125. 2. *ὅσα*] videtur delendum, et in eo latere vestigia vocis *δημοσία*, ut olim sic fuerit in quibusdam libris: *τὰ δ' εἰς τὴν πόλιν δημοσία, καὶ εἰς ὑμᾶς, ὡς δύναμαι λαμπρότατα (ὡς καὶ ὑμεῖς σύνιστε), ποιῶ.* non *καὶ ὡς ὑμεῖς σύνιστε*, ut vulgatum est. correxi hoc posterius de meo ingenio.

— 11. *ἠξιώθης*] correxi item sponte mea *ἠξιώθην.* in prima persona. *quo ipsemet dignus essem habitus.*

— 14. *οὗτος*] Phormio. ne quis de Stephano cogitet. creberrime enim orator noster a secunda persona ad tertiam se jactu quasi repentino transfert, et cum allocutus esset modo reum, subito se ad judices, et rursus ab his ad illum confert.

— 15. *πλησίον τοῦ τῆς δεσποίνης*] imo vero *πλησίον τοῦ τοῦ δεσπότου.* cui (Ar-

chippæ) *monumentum hic* [Phormio] *condidit prope monumentum heri* [Pasionis].

— 18. ἧς] dedi de meo ἣ καὶ — *qua virum quoque*, non me, filium, solummodo.

— 24. Ἀνακείου] Citat h. l. Harpocrat. v. Ἀνάκειον et Ἀναγκεῖον. unde colligo Atticos utrumque vocabulum usurpasse pro ergastulo castigandis servis mali moris. vid. concertationes Maussaci et Valesii super isto Harp. loco.

1126. 6. βάρβαρος γὰρ ἐκπήδης] cum alia Phormionis flagitia designat, tum imprimis illud, quod p. 1125. 9. attigerat. capitale enim erat servo, qui civem Atheniensem stuprasset. Læsio enim hæc erat majestatis populo. Verumtamen non satis intelligo, quænam ista sint scelera, per quæ quis spiritus veniam impetret, cum meruisset pœnam mortis publicæ.

— 16. οἶμαι] scil. προσήκειν ἐμοὶ φρονεῖν.

— 21. τῶν αὐτῶν] subaudi ἃ ἐγὼ τούτῳ ἐγκαλῶ.

— 24. εἰς τοῦτο] *quippe*, vel *utpote*. post κατασχεῖν v. 24. ponendum est comma. inextricabilis est constructio, ni hæc facias. quæ sic habet: περὶ Πασικλέους ἐρῶ καὶ οὐ σιωπήσομαι ταῦτα, ἃ τέως ἐδόκουν οὐδὲ τῶν ἄλλων λεγόντων ἀκούειν δεῖν, παραιτησάμενος καὶ δεηθεὶς ὑμῶν συγγνώμην ἔχειν, εἰ οὐ δύναμαι κατασχεῖν ταῦτα [aut potius ἐμαυτὸν] πρὸς ληλυθὼς εἰς τοῦτον, ὥστε ὑπὸ τῶν ἐμαυτοῦ δούλων ὑβρισθείς. Vulgatam servare si velis, quod fieri posse haud infitiabor, erit τοῦτο accipi pro, delatus in hunc locum, seu orationis, seu necessitatis, ut me nequeam continere, aut, ut hæc nequeam supprimere.

1127. 2. παραπεπτωκὼς] id est, παραφρονῶν. *pro ea, qua est stultitia atque insania*. malim tamen ὑποπεπτωκώς. *Phormioni sese submittens et subjiciens, moremque illi rebus in omnibus gerens.* Recentiores quidem Græci παραπίπτειν sic usurpant, sed alias Attici hoc sensu παραπταίειν dicunt. num ergo dedit orator παραπεπταικώς. tametsi in perfecto potius ἔπταικα dicere amant, quam πέπταικα. An ὑποπεπτωκώς?

— 13. ἀσπίδας] solenne erat hoc munus, sed tanto dignius Pasione, quod is officinam habebat, in qua scuta fabrefiebant.

— ibid. καὶ πολλὰ] malim καὶ ἄλλα πολλά.

— 15. ἐτριηράρχησε τριηραρχίας] videtur hic numerus trierarchatuum, quos gessit Pasio, deesse. quid si legimus ἓξ ἐτριηράρχησε [id est, πέντε] τριηραρχίας. nam suæ quisque navis erat trierarchus, h. e. ejus, quam suis sumtibus condidisset atque instruxisset. Quinque triremes autem hic dicitur Pasio reip. contulisse. fuit ergo quinquies trierarchus. quot enim quisque triremes, seu jussus, seu sponte sua, armaret, toties fiebat trierarchus; non uno anno, sed aliis atque aliis consequentibus.

— 25. ἤ τις] malim ἢ ὅστις ἕκαστος ἐκείνων [scil. ὀνομάζεται]. Sententia est hæc: nihil enim ad rem facit, alicui vestrum esse servum, qui Syrus, alii esse servum, qui Manes, aliis alios, qui aliter quocunque tandem nomine appellantur; nostro autem servo nomen esse Phormioni. Facinus idem semper est, quodcunque sit ei nomen, qui perpetrarit. Unde patet, post verba, οὗτος δὲ Φορμίων, deesse διαφέρει.

1128. 1. τὸν ἀφῃρημένον] scil. ἐμὲ τὸ λαξεῖν δίκην παρὰ τούτου. *punite eum, qui mihi eripuit facultatem hunc Phormionem castigandi.* significat Stephanum.

— 7. τί οὖν] h. l. accipio non pro *quid igitur?* sed pro *cur igitur* — *Cur igitur scriptum est in formula tui testimonii id, de quo tu testari recusas?*

— 8. ἀπειλήφου] correxi ἀπηλείφου. a verbo ἀπαλείφειν. *cur itaque locum illum expungi et obliteruri nil curasti?*

— ibid. τίς οὖν —] subaudi ἐστί. hoc est, τί λέγει; *quid itaque sibi vult —? quid ait —?*

— 9. ἐὰν μεμαρτυρηκέναι] addidi δὲ de meo, ut sit ἐὰν δὲ μεμαρτυρηκέναι — scil. φήσουσιν — *sin autem dicent.* v. v. 6.

— 10. ἐπιτροπεύσειν] correxi ἐπιτροπεῦσαι. Pasicles enim jam pervenerat ad tutelam suam. v. p. 1099. 2.

— 11. τὸν δ' ἔχειν] scil. τὰς διαθήκας — *si dicent illum* [Amphionem] *habere penes se testamenti tabulas* — τότε ἀπαντᾶτε αὐτοῖς, *tum occurrite ipsis his verbis: Quasnam tabulas.*

— 12. οὗτοι] Pasicles, Nicocles, ejus tutor, et Phormio.

— 13. ἐκείνων] Stephanus ejusque consortes, Cephisophon, Amphion.

## AD ORATIONEM SECUNDAM IN STEPHANUM.

Est hic ὁ δεύτερος vel ὁ ὕστερος λόγος in eadem causa, et occurrunt in hac oratione argumenta non pauca, multo graviora iis, quæ ὁ πρότερος λόγος attulerat.

1129. 9. εὐθέως] statim a primo principio machinationis.

1130. pen. ἐκμαρτυρίαν] Citat h. l. Harpocr. v. ἐκμαρτυρία.

— ult. ἐπισκήψεως] correxi ἐπισκήψεως. pari jure licere excipere contra extestimonium (ἐκμαρτυρίαν) atque ipsum testimonium, et convictum falsæ ἐκμαρτυρίας

teneri pœnis perinde atque convictum falsæ μαρτυρίας.

1131. 4. οἱ ἐκμαρτυρήσαντες] correxi οἱ μαρτυρήσαντες (sine præpositione, verbum simplex) de meo sensu. nam præsentes μαρτυροῦσι, absentes ἐκμαρτυροῦσι. Sententia est hæc: ὁ ἐκμαρτυρήσας, absens ille, cujus nomine judicibus exhibitum fuit aliquod testimonium, si pro suo agnoscit hoc testimonium, tum lis ψευδομαρτυριῶν adversus eum intendetur. Sin autem ille negat hoc testimonium suum esse, tum obnoxii liti ψευδομαρτυριῶν erunt illi, qui præsentes in judicio testati sunt, illum absentem misisse hoc testimonium, atque suo id nomine jussisse exhiberi.

— 8. ἀκοὴν] ad voc. ἀκοὴν meo judicio addidi ζῶντος. gemini criminis incusatur Stephanus; quorum unum est, quod ἀκοὴν ζῶντος ἐμαρτύρησε, quod est contra leges. vetant enim leges quemquam in judicio testari, se audivisse aliquid ex aliquo, qui adhuc in vivis supersit. alterum est, quod falsa testatus est Stephanus ea ipsa, quæ testatus est se audivisse ab illo superstite; qui est Phormio.

1132. 2. μαρτυρεῖ] bene habet. subauditur enim τις.

— 5. ὁ προβαλλόμενος κατὰ ταῦτα] correxi προβαλόμενος (in aor. 2.) κατὰ ταὐτὰ, meo judicio. quia præcessit ὁ μαρτυρύσας, non ὁ μαρτυρῶν. In κατὰ ταὐτὰ subauditur ὅτι προὐβάλετο παρὰ τὸν νόμον. v. p. 1139. 10. ubi expono, qui sit ὁ προβαλόμενος.

— 10. οἴκοθεν] post οἴκοθεν videtur ἐπιφερομένους, secum afferentes, deesse.

— 12. καὶ ἐν μάλθῃ γεγραμμένους] correxi ἐν μάλθῃ γεγραμμένην, sine καί. utrumque meo judicio. Sed γεγραμμένην etiam Bav. confirmat. subaudi μαρτυρεῖν προσήκει. citat h. l. Harpocr. v. μάλθη.

— 25. ἄλλους] correxi ἄλλοις in dativo. forte utraque lectio copulanda est, ut sit: καὶ οὐκ ἄλλους ἄλλοις, *et non alios legibus aliis uti.*

1133. 4. ἢ ἀποθανόντα —] malim: ἢ ἀποθανόντι διὰ διαθηκῶν, ἃς καταλιπεῖν οὐ κύριος ἦν.

— 7. ὥστε μήτε ἀπειπεῖν, μήτε ἐπιδικάσασθαι] videntur, non in lege fuisse, sed ab ipso addita oratore, interpretationis ergo. Sententia est: Quicunque adoptati non sunt [seu a patre familias in familiam, seu a populo, patre communi, in cives, magnam illam civium omnium familiam] qua adoptatione, vel arrogatione amiserunt jus excludendi, quos velint, sua hæreditate, aut hæreditatem virginemve hæredem jure petendi; illorum cuique liceto de bonis suis pro arbitrio testamento constituere. In ὥστε μήτε ἀπειπεῖν, μήτε ἐπιδικάσασθαι subauditur, aut ἐξεῖναι, aut δύνασθαι. Apparet ex hoc loco, τοὺς ποιητοὺς, vel εἰσποιητοὺς, h. e. seu cives, non natos, sed factos, seu filios adoptatos, caruisse jure primum τοῦ ἀπειπεῖν, excludendi aliquem hæreditate sua, deinde τοῦ ἐπιδικάζεσθαι.

— 9. τὰ ἑαυτοῦ] cum præcessisset ὅσοι μὴ ἐπεποίηντο, tamen subjungit τὰ ἑαυτοῦ, quia subauditur τούτων ἑκάστῳ ἔξεστι τὰ ἑαυτοῦ διαθέσθαι.

— 10. μανιῶν] dubium, sitne nominativus singularis participii præs. a verbo μανιᾶν, an, quod malim, genitivus pluralis a μανία. dicuntur μανίαι insultus temporarii, per certa intervalla redeuntes, furoris, aut morbi comitialis, a vi quadam occulta lunæ corpora corrumpentis, prout veteres rebantur. Et huic posteriori interpretationi vim addit v. 27. ubi est ὑπὸ μανιῶν.

— ibid. γήρως] num fuit verbum in usu γηρώσσειν? *delirare præ senio.* videtur. Ergone γηρώσσων legendum? Haud liquet.

— 11. ἢ φαρμάκων ἢ νόσου ἕνεκεν] subaudi κωλυθῇ διαθέσθαι. possit tamen quoque φαρμακᾶν, legi, ut sit particip. a verbo φαρμακᾶν, *furere e philtro.* citat h. l. Harpocr. v. φάρμακος. Sed adhæresco adhuc ad v. φαρμάκων. probabile fit ex insequentibus, Solonem dedisse, non φαρμάκων, quod esset genitivus plural. a φάρμακον substantivo; sed φαρμακᾶν, quod erit nominativus singularis participii præsentis a verbo φαρμακᾶν. quod si verum esse censemus, erunt verba sic ordinanda: ἢ γήρως, ἢ νόσου ἕνεκεν, ἢ φαρμακᾶν. *nisi si quis a condendo testamento impediatur, et excludatur, sive ideo, quod sit lunaticus, sive præ senio, sive per morbi impotentiam, sive quod per herbas et carmina a statu mentis dejectus sit, sive quod sit in potestate uxoris, sive ab ulla alia quapiam re legibus adversa constrictus teneatur.* Sed de hoc quidem postremo articulo vide quæ statim dicentur.

— ibid. ἢ γυναικὶ πειθόμενος ὑπὸ τούτων τοῦ παρανόμων] correxi: ἢ γυναικὶ πειθόμενος, ἢ ὑπὸ τῶν του (enclitice) παρανόμων, ex ingenio meo. quamquam, si satis tutom et licitum existimassem, pro postrema voce παρανόμων fuissem παρὰ γνώμην daturus. ut hæc esset sententia: *Sive quacunque alia constrictus teneatur causa, quominus sibi ex animi sui sententia constituere liceat.* Sed esto de παρανόμων, an παρὰ γνώμην, ut cuique verum videbitur. de reliquis videamus. ἢ addendum esse ante ὑπὸ, nemini, opinor, dubium accidet. Sed in ὑπὸ τούτων τοῦ optanda erat alterutra ex duabus lectionibus, aut ὑπό του τῶν παρανόμων, aut ὑπὸ τῶν του παραν. optavi posteriorem lectionem, quia solent Græci in ejusmodi constructione encliticum του [id est τινος] articulo postponere. Cæterum ambæ lectiones ad sententiam idem valent.

— 16. *παρεγένετο*] tametsi omnes mei libri in hanc lectionem consentiant, nullus tamen dubitavi ex editione H. Wolfii recipere *παρεγένοντο* re ita exigente. Si adesset *ἕκαστος αὐτῶν*, recte haberet vulgata.

1134. 1. *διαθήκας*] reliqui, quia reperiebam in omnibus meis libris, et constructio fert, quæ sic est facienda: *σκοπεῖτε τὰς διαθήκας, ἃς φασιν οὗτοι διαθέσθαι τὸν πατέρα, εἰ δοκοῦσιν αὗται εἶναι ἀνδρὸς φρονοῦντος.* Erat tamen planius *διαθῆκαι* in nominativo, quod margo Lutet. dat nescio quo auctore.

— 3. *ἀκόλουθον*] id est, *εἰκὸς, ἀνάλογον, συμβαῖνον. videaturne vobis esse consentaneum, ut is uxorem suam ei det, cui negaverit veniam quæstus fœnebris una nobiscum eodem loco atque tempore exercendi.*

— 10. *οὐδὲν ἐδόκουν*] correxi e Bavarico *οὐδὲ ἐδόκουν*, quod utique vulgato præstat, quamquam adhuc melius esse puto *οὐδ' ἂν ἐδόκουν.*

— 13. *τὰς ἐγγύας*] mulierum puta matrimonio despondendarum. quinam illi sint, a quibus adolescens uxorem ambiens legitime sibi curet amatam puellam desponderi atque in manus dari.

— 16. *ἐπὶ δικαίοις*] subaudi *τοῖς νενομισμένοις. quamcumque mulierem viro desponderit atque in manum dederit, ea lege, ut illa mulier justis honoribusque et juribus omnibus fruatur, quibus frui uxores legitime desponsas et matres familias, δάμαρτας Attice dictas, in Attico jure sancitum et usu receptum est, sive pater* —.

— 20. *τὸν κύριον ἔχειν*] id est, *δεῖ τὸν κύριον τῆς ἐπικλήρου ἔχειν αὐτὴν γυναῖκα.* Si qua mulier (seu virgo, seu vidua) est *ἐπίκληρος* hæres bonorum (seu a patre, seu a priore marito relictorum), tum habeto eam uxorem is, qui est *κύριος*, h. e. sanguine proximus a defuncto, qui esset per leges futurus bonorum hæres, si nulla esset *ἐπίκληρος. ἐὰν δὲ μὴ ᾖ*, pergit lex (non *ἐπίκληρος*, sed *κύριος*). Sin autem nullus sit *κύριος*, a legibus constitutus bonorum hæres, tum is esto *κύριος* mulieris, seu mulier esto in ejus manu atque potestate, cui illa sese ipsa permiserit. Hæc esse mihi videtur legis hujus sententia, quam, meo quidem judicio, multo melius perspexit Petitus LL. AA. p. 534. seqq. quam Salmasius, qui toto cœlo a mente legislatoris aberravit, quantum quidem colligere est ex iis, quæ Wesselingius ad illum Petiti locum e Salmasio attulit.

— 27. *ἕνεκα χρημάτων*] Sententia est: Si quis posset largitionibus adduci et corrumpi, ut se patrem, aut avum, aut fratrem alicujus fœminæ ferret, atque judicibus venditaret, putatisne, judices, Phormionem, et Archippen, cæterosque fraudum et machinationum, quibus illi usi sunt, auctores et administros, ullis fuisse parsuros pecuniariis largitionibus, quibus aliquem ejusmodi commentitium patrem fratremve Archippes sibi compararent atque subornarent? Sed nemo est tam audax, qui vel maximis largitionibus adduci se patiatur, ut tantum judicii discrimen adeat.

1135. 4. *καὶ ἅμα*] transposui de meo. *simulac. ἅμα καὶ ἠβήσῃ.*

— ibid. *ἐπὶ δίετες*] Citat h. l. Harpocr. v. *ἐπὶ δίετες.*

— 16. *ὅτε ἠξίου*] aut *ὅτε* cum *καὶ* est mutandum, aut ista duo verba *ὅτε ἠξίου* plane sunt tollenda, ut varia lectio verborum *ὅτε προὐκαλεῖτο.* item *Ἀπολλόδωρος Φορμίωνα* v. 17. etiam *παραδοῦναι* leg. existimo loco verbi *ἀποδοῦναι.* v. v. 22. et 1151. 11. et alibi. ut brevis sim, videtur totus locus, amputatis inutilibus, ita esse continuandus: *ὅτε προὐκαλεῖτο Ἀπολλόδωρος Φορμίωνα παραδοῦναι τὰς θεραπαίνας εἰς ξάσανον.*

— 19. *πρὶν οὗ*] id est, *πρὶν* [seu *πρὸ*] *τούτου τοῦ χρόνου, ἐν ᾧ.*

— 25. *πολιτῶν*] malim *πολιτίδων.* a nominativo *πολίτις, πολίτιδος.* aut *τῶν ἐκ πολιτῶν*, et *τῶν ἐκ μετοίκων.*

1136. 1. *κληροῦν δὲ τὸν κλῆρον καὶ ἐπικλήρων*] correxi meo judicio, *κληροῦν δὲ τῶν κλήρων καὶ ἐπικλήρων. Judices oportet judicia de hæreditatibus, et de mulieribus hæredibus, sortiri quotquot menses.* Integra dictio *τοὺς δικαστὰς*, aut *τοὺς ἄρχοντας, δεῖ δίκας κληροῦν περὶ τῶν κλήρων καὶ περὶ τῶν ἐπικλήρων.*

— 3. *ἐπίδικον*] correxi de meo rursus *ἀνεπίδικον.* in quo Petitum p. 540. et Wolfium habeo mihi consentientes. *nefas esto hæreditatem controversam teneri ab eo, cui sententia prætoris eam non adjudicaverit, aut qui super ea jure non contenderit.*

— 6. *ὑπὲρ αὐτῆς*] correxi *ὑπὲρ ἀστῆς* ex edit. Wolfii. non alienus etiam sum a Lambini conjectura *εἰ δὲ ὡς ὑπὲρ ξένης.*

— 26. *συνιστάμενος*] id est, *συνιστὰς σὺν σοὶ καὶ περιῶν τὰς περὶ σὲ σύστασιν καὶ ἐργαστήριον συκοφαντῶν καὶ πονηρῶν.* concilians tibi sodalitium calumniatorum et sceleratorum, qui tecum stent, te circumstent, in judiciis, te comitentur et assectentur atque protegant, tuaque jussa exsequantur.

1137. 1. *συνίστηται*] sibi amicisque suis conscribat atque corroget gratia, precibus, donis, promissionibus, minis, cogat manum improborum in Heliæam congredientium.

— 3. *διδοῦσαν δεχόμενος*] correxi *διδοὺς ἢ δεχόμενος.* e libris, Bav. et Ald. editione, in quibus ambobus est *διδούσῃ δεχόμενος.* unde facile exsculpsit, quisquis margini Lutet. adscripsit id, quod dedi. Vulgata videtur e varia lectione nata, quæ nescio an in libris quibusdam vetustis hic fuerit,

διδοὺς ἢ ἀναδεχόμενος. hac sententia: Si quis senatum quingentorum, aut Heliæam corrumpat nummis, quos, aut ipse suo nomine præsentes det atque didat, aut alius nomine recipiat post rem judicatam ab eo certe persolvendos, si secundum eum lis data fuerit. quæ lectio nescio an isti, quam ex auctoritate librorum reposuimus, et quam Petitus quoque l. c. exhibuit, etiam sit præhabenda.

— 5. λαμβάνει] correxi λαμβάνῃ. Recte porro τὰ χρήματα cum articulo, ait, non χρήματα simplex. *illas pecunias*, destinatas judicibus corrumpendis, quo eas inter illos diribat.

— 10. νομοθετεῖ] post νομοθετεῖ videtur deesse κατὰ τοὺς τῆς πόλεως ἐρεῖτε. vel simile quid.

— ibid. τούτους] cohæret cum ἀμφοτέρους et redit ad Phormionem et Stephanum. αὐτοὺς autem v. 11. refero ad τοὺς νόμους.

— 15. τοῦ ἐργαστηρίου] significat officinam scutis fabricandis, τὸ ἀσπιδοπήγιον. cujus crebra sit mentio in oratione pro Phormione.

— 18. διαθήκας] correxi διαθηκῶν e margine Lutet. quamquam de auctore lectionis hujus mihi non constat. Verumtamen ipse Demosthenes satis idoneus ei auctor est, v. 20.

— 19. ἵνα εἰδῶσι] scil. οἱ συμβαλόμενοι τὰς συνθήκας, vel τὰς συγγραφάς.

— 21. ἕνεκα καταλείπουσιν] post ἕνεκα videtur deesse κατασεσημασμένας, scil. τὰς διαθήκας. *ideo enim testamentorum conditores ea relinquunt obsignato, quo eorum argumentum ignoretur.*

— 22. ὑμεῖς] tu, Phormio, et tu, Stephane.

# AD ORATIONEM IN EVERGUM ET MNESIBULUM.

Harpocration v. ἐκαλίστρουν auctor est, fuisse, qui orationem hanc Demostheni abjudicarent, et ipsi sibi videri ait eam potius Dinarchi esse.

1139. 3. τῶν ψευδομαρτυριῶν] malim τὸν ψευδ. redit enim ad ἀγῶνα. quod causis forensibus reliquum, veluti subsessorem quendam, jusserunt esse certamen de falso testimonio. Seu quod formidinem hujus judicii subeundi injecerunt iis, qui falso testimonio dicendo malam causam sublevant.

— 10. τὸν προβαλόμενον] eum, qui falsos testes redemerit, subornarit, instruxerit, et ad judices produxerit, per eosque judicibus imposnerit. v. p. 1132. 5.

1140. 1. ἀκροάσασθαι] aut post v. ἀκροάσασθαι aut post v. ἅπαντα deesse videtur διηγουμένου, aut διεξιόντος.

— 7. εἰ μὴ] malim cum margine Lutet. οἳ μὴ, quod etiam Wolf. in editione sua exhibuit.

— 16. προκαλέσασθαι — παραδιδόναι ἕτοιμον εἶναι] si bene habet hæc lectio, necesse est, ut idem significet atque si dixisset: Θεόφημον ἐν προκλήσει φῆσαι, ὅτι ἕτοιμός ἐστι παραδιδόναι — *Theophemum in sponsione affirmasse, se paratum esse ancillam tradere.* fuit tamen cum suspicarer leg. esse προκαλεσάμενον. de quo judicent peritiores. vel etiam καὶ ἕτοιμον εἶναι, ut p. 1144. 9.

1141. 1. παρὸν] dedi de meo παρών. nam σῶμα cohæret cum insequente παραδιδόμενον.

— 9. τούτους τοὺς μάρτυρας] malim aut τοιούτους μάρτυρας, aut τοὺς τοιούτους μάρτ. *ejusmodi testes.*

— 13. καὶ τὴν μὲν μαρτυρίαν ἔργῳ] malim καίτοι τὴν μὲν μαρτυρίαν ἔδει ἔργῳ.

— 15. παραδόντος] possit defendi, et ad Theophemum referri. malim tamen cum Wolfio παραδόντας.

1142. 2. τὸν ἀδελφὸν] Evergum.

— ibid. καὶ τὸν κηδεστὴν] sororis suæ maritum, Mnesibulum.

— 9. ἐξέτεινον] sic veteres exarabant, etiam tum, cum vellent id dare, quod nos hodie ἐξέτινον. verumtamen hoc prætuli, ne confunderetur cum ἐκτείνειν, *extendere.*

— 20. δηλώσω ὑμῖν] subaudi ταῦτα τὰ τεκμήρια.

— 22. καὶ παραδιδόναι] aut delendum est καί. v. p. 1149. 27. et alibi. aut deest ἐξουλήθησαν, vel ἠθέλησαν, aut post παραδιδόναι, aut post τῆς ἀνθρώπου.

— 26. Οἰνηΐδα καὶ Ἐρεχθηΐδα] ad alteram harum tribuum referendi videntur actor, cujus nomen latet (nescio tamen, an sit Apollodorus, Pasionis filius), et Theophemus. Pythodorus certe, arbiter ab illis delectus, fuit ἐκ Κηδῶν. v. p. 1140. 17. Κηδαὶ autem erat demus Erechtheidis. et videntur hi adversarii arbitrum e sua tribu delegisse.

— pen. προίστανται] Palmerius Exerc. p. 644. mavult παρίστανται. est id quidem sententiæ h. l. convenientius, item προσίστανται. Sed obstat utrique conjecturæ genitivus præmissus, τῶν τοιούτων προκλήσεων, qui constare cum παρίστανται, aut προσίστανται nequit. quare vulgata videtur

servanda esse.

1143. 4. κελεύσι] scil. ἀναβάλλεσθαι.

— 16. περὶ τοῦ δικαίου] malim περὶ αἰκίας. et sic dedi de meo. aut περὶ τῆς αἰκίας. *præsertim in causa aikiæ.*

1144. 17. κατεδικάσατο τοὺς δικαστὰς, ἀλλὰ καὶ ἐξαπατήσας τῆς βουλῆς ἅμα] multo sagacius hic verum vidit Wolfius, quam Palmerius. sunt aliquot hujus orationis loci luxati, et a trajectione verborum corrupti. ut ex insequentibus constabit. In quibus et hic est. Wolfii emendationem planissime confirmat codex Bav. Correxi itaque sic: κατεδικάσατο, τοὺς δικαστὰς ἐξαπατήσας. ἀλλὰ καὶ τῆς βουλῆς ἅμα — quod idem est ac si dixisset: οὐ μόνον ἐμοῦ κατεδικάσατο Θεόφημος διὰ δικαστῶν, οὓς αὐτὸς ἐξηπάτησεν, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν πεντακοσίων βουλῆς ἅμα κατεδικάσατο. Theophemus eo, quod circumvenit judices suis mendaciis, non solummodo hoc perfecit, ut judices illi ab ipso decepti me condemnarent, sed etiam hoc, ut una mecum iidem condemnarent etiam senatum, h. e. quingentos viros.

— pen. ψηφισμάτων δὲ ὑμετέρων δήμου καὶ βουλῆς] idem est ac si dixisset: ἐπιταξάντων δὲ τῶν τε τοῦ ὑμετέρου δήμου ψηφισμάτων, καὶ τῶν τῆς ὑμετέρας βουλῆς.

1145. 3. καὶ βοήθεια] καὶ et universe totus hic versus bene habet. Sententia hæc est: contigit forte fortuna, ut necesse esset reip. βοήθειαν quoque, nescio quo, mittere, eo tempore, quo classis domo aberat. βοήθεια est Demostheni pars copiarum militarium, quæ seu sociis, seu ipsi exercitui Attico, ob subitam quandam, ex improviso obortam necessitudinem, mittitur, seu submittitur. Significatur hic auxilium, non terrestre, sed navale.

— 4. ταῖς ναυσὶν] navibus onerariis, seu mercatoriis, quæ in portu Atheniensi tum aderant, triremibus, seu navibus bellicis, absentibus. necesse enim erat, absente classe, navibus mercatoriis, quæ ad manum essent, imponi subitarium illud auxilium, aut sociis mittendum, aut classi submittendum.

— 12. ἐπεκλήρωσε] scil. τοῖς εἰσπράξουσι τοὺς ὀφείλοντας. eorum, quos magistratus constituisset exactores armamentorum, unicuique per sortem attribuit magistratos eos debitores, a quibus exactorum quisque debita armamenta exigeret.

— ibid. καὶ παρέδωκε] exactori cuique tradita in schedula scripta eorum nomina, a quibus cuique ea exigenda essent.

— 14. τοῖς ἐκπλέουσι] imo vero τοῖς οὐκ ἐκπλέουσι. et sic dedi de meo. *trierarchorum illis, qui non abessent ab urbe cum classe,* sed domi manssissent.

— 16. ὁ δὲ νόμος —] videtur et hic locus in luxatis hujus orationis locis esse. Foret utique multo ad intelligentiam plenior, si verba sic essent structa: ὁ δὲ νόμος ὁ τοῦ Περιάνδρου, καθ' ὃν συνετάχθησαν αἱ συμμορίαι, ἠνάγκαζε καὶ προσέταττε τοὺς ὀφείλοντας τὰ σκεύη παραλαβεῖν. Lex autem Periandri, secundum quam constitutæ sunt αἱ συμμορίαι sic dictæ, seu classes, præcipiebat, cogebatque adeo exactorum quemque, ut armamenta a debentibus repeteret, vel invitus. erat enim illa armamentorum publicorum a debentibus exactio molestissima functio, odii atque invidiæ plenissima, quam nemo sponte sua capesseret, sed omnes defugerent.

— 19. ἠναγκάζετο] distinxi in duo vocabula ἠνάγκαζε τὸ — aliud decretum populi cogebat senatum, ut nobis [trierarchis] traderet, exigendi ergo, nomina debentium armamenta, unicuique nostrum partem quandam ratam debentium.

— ult. παραλαμβάνειν] non τοὺς ὀφείλοντας, sed τὰ σκεύη αὐτά. quod patet ex insequentibus ἐπεὶ — et sic quoque p. 1146. 6.

1146. 3. παρεσκεύασται] correxi παρεσκεύασμαι, quia Bav. sic præscribebat, quamquam maluissem παρεσκευάσμην in plusquamperfecto. etiam verba ὁπότε δέοι malim post ἵνα v. 4. poni.

— 9. παραδοῦσαν] scil. τοὺς ὀφείλοντας.

— pen. Ἑρμῆς] Citat h. l. Harpocr. v. Ἑρμῆς πρὸς τῇ Πυλίδι.

1147. 19. ἢ] dedi εἰ meo judicio. aliam viam monstrat margo Lutet. Sententia est: *quod oportebat eum facere, si alium aliquem affirmaret habere armamenta.*

— 23. ἐκποδὼν] scil. τοῦ δικαστηρίου καὶ τῶν ἐκεῖ πραγμάτων. vel etiam, idque potius, ἐκποδὼν ἐμοὶ γενόμενος. *a me liberatus et occursum meum quoquo modo devitans.*

— ibid. μὲν] respondet δὲ p. 1148. 1. peccat Lamb. hoc δὲ post ἕως v. 24. ingerens.

— 25. σκεύη] post σκεύη malim ταῦτα addi, quod agnosco quidem non esse prorsus necessarium, postulat tamen id mos Demosthenicus loquendi.

1148. 2. ἔμελλέ, φησιν, ἀποδεδωκέναι] correxi ἔμελλε φήσειν ἀποδ. *fuisset affirmaturus, sese reddidisse* —.

— 4. ὡς οὐκ ἠλίθιος] ante ὡς videtur καὶ deesse, et addidi καὶ de meo. *item hoc, me neque stultum, neque etiam ipsi amicum esse,* aut unquam fuisse, ulla causa conciliatum, *cujus amicitiæ ergo ipsi moram concessissem.*

— 6. τί ἂν] malim τί γὰρ ἄν ποτε καὶ βουλόμενος. *quanam enim tandem de causa.* et sic dedi de meo.

— 19. εἰς δικαστήριον] malim cum articulo εἰς τὸ δικαστήριον, et v. 20. cum ἂν, ἐξήλεγχεν ἂν αὐτόν. coarguisset, convicisset enim, Aphareus Theophemum, quod Theophemus sibi, Aphareo, pro ipsis armamentis pretium eorum imputasset, et a

se excgisset, et tulisset quoque a se, Aphareo.

1149, 2. καὶ ἀκούων —] idem est ac si dixisset: καὶ ἀκούων παρὰ τῶν πεπλησιακότων τῷ Θεοφήμῳ, οἷος εἴη περὶ τὰ διάφορα. *et audiens ex iis, qui Theophemo unquam usi essent, quo is animo esset in causis, unde aut lucrum fociendum, aut damnum accipiendum esset.*

— 27. ὑπακούσασαν] quæ nobis fores pulsantibus aperuerat.

1150. 5. ἀναγωγῆς] mos loquendi postulat ἀναγωγήν, in accusat., quod margo quoque Lutet. annotavit, et sic nullus dubitavi corrigere. v. p. 1186. 12. quid sit διάγραμμα τῶν σκευῶν v. 4. non satis intelligo. Estne schedula manu scripta magistri alicujus rei navalis, qua is testaretur, sibi esse a Theophemo repræsentata armamenta reip. ab eo debita. nos *Quittung*, aut *Empfangschein* appellamus. aut estne potius *index*, *elogium*, quo consignatæ sunt res, ut h. l. debitæ, et exhibendæ. Estne itaque ἀποδιδόναι τὸ διάγραμμα exhibere cum indice rerum res ipsas debitas.

— 13. τοὺς παραδιδόντας, καὶ ὀφείλοντας] sustuli comma et καί, ejusque loco τοὺς secundum substitui ex editione Wolfii. qui, senatores, traderent exactoribus nomina debentium.

— ult. οὗτοι οἱ μάρτυρες] malim οἱ τούτου μάρτυρες. *hi testes Theophemi.*

1151. 1. μαρτυρία] post μαρτυρία deest πιστεύων, vel ἰσχυριζόμενος.

1152. 6. ἰδία ψηφισαμένων] malim uno vocabulo διαψηφισ. illa præpositio δια in hac compositione significat diversitatem sententiarum, in quas discedunt judices suffragia ferentes.

— 10. ὅσου] scil. ἀργυρίου, vel ζημιώματος.

1153. 21. οὔτε ὅτε πρὸς τῷ διαιτητῇ] secundam vocem cum τότε mutavi meo judicio, et postmodum in ed. Wolf. quoque reperi. Præfero hanc viam illi, quam Lambinus monstravit, qui post διαιτητῇ addit ἦμεν.

1154. 9. αὐτοὺς] potest ferri, ut, non ad ἐδεήθην, sed ad ἐπισχεῖν referatur. *rogabam, ut illi moram mihi concederent.* præstat tamen utique αὐτοῦ in genitivo singulari, quod etiam margo Lut. dat. Conf. v. 16. et recepi.

— 13. δὴ] correxi δεῖ.

— 15. τῷ Θεοφήμῳ] malim σοὶ, Θεόφημε. sed dedi de meo ἐπὶ τῷ — qui articulus cohæret, non cum Θεοφήμῳ, sed cum ἀποδοῦναι.

1155, 7. ᾐτημένην] Citat h. l. Harpocr. v. ᾐτημένην.

— 20. τὴν παροῦσάν μοι τότε] correxi: τὴν γὰρ οὖσάν μοί ποτε. *sperabant enim fore, ut supellectilem domi meæ deprehenderent, quæ mihi olim fuit.* nam in καταλήψεσθαι tacite repetendum est a communi ᾠοντο.

1156. 3. αὐτὴ] *rediit ultro, sponte sua.*

— 4. ἐνδεεῖς ὄντας] possit ferri, nisi sequentia obstārent. *ipsam liberosque ejus ad egestatem redactos.* Sed vix patitur hoc constructio. quare malim cum Wolfio ἐνδεῆ οὖσαν, vel ἐνδείᾳ συνοῦσαν. post μηδὲ videtur infinitivus aliquis deesse, e. c. ἀνάξια ἐμοῦ πάσχουσαν. *necesse itaque mihi fuit non committere, ut ea careret necessariis, mihique ipsi sua egestate dedecus conciscaret, quæ mea nutrix et ductrix meæ pueritiæ fuisset.* accipio enim παιδαγωγὸν pro fœminino. Sin autem id masculinum est, tum ἐνδεεῖς ὄντας bene habebit, at nihilominus tamen post μηδὲ addendum erit μηδὲ ἀνάξια ἐμοῦ πάσχοντας. et tum erit sententia: necesse mihi erat cavere, ne ea mulier, quæ mihi lac præbuisset infanti, et is, qui pueritiæ meæ gressus moresque rexisset, ab egestate premerentur, et indigna me paterentur.

— 10. ἦσαν] pro hoc verbo substituendum suspicatur Valesius ad Harpocr. p. 54. ἐκαλίστρουν, quia Harpocr. h. v. ex hac oratione laudet. Sed Harpocratio memoria lapsus est, volens aliam quandam orationem laudare.

— 12. εἰσῆλθον] Theophemus et Evergus.

— 20. περιμείνητε] scil. αὐτὸν ἐπανιόντα. *si voletis manere, donec maritus meus domum redeat.*

— 21. αὐτᾶν] correxi αὐτὸν, scil. τὸν ἐμὸν ἄνδρα.

1157. 13. Ἀγνόφιλον] Hagnophilus hic videtur istius vici magister fuisse, cujusmodi magistratus vicanus posteriori ævo fuit Irenarcha dictus. ἑτέραν v. 12. h. l. est proximam semitam finitimam illi semitæ, in qua sitæ erant ædes actoris.

— 25. Μαρτυρία.] malim μαρτυρίαι in plurali.

1158. 11. εὐθὺς] id est, ἔωθεν, statim oriente die. aut, quamprimum ego ad Theophemum adissem.

— 12. τὰ ὑπόλοιπα] aut ante τὰ ὑπόλοιπα deest ἐπὶ, aut verba τὰ σκεύη v. 17. redundabant, nescio vitiose, an eleganter. addidi ἐπὶ de meo. posterius si statuimus, revocat orator iteratione ejusdem vocabuli mentem lectoris ad rem præsentem.

— 19. τὴν δίκην] id est, τὴν καταδίκην. v. p. 1159. 3. 5. et 17. et alibi.

— 21. καὶ τρεῖς] scil. drachmas.

1159. 9. τὸ πλησίον] malim ἐν τῷ πλησίον.

— 13. εἰλήφεσαν —] videtur et hic locus rursus transpositione laborare, et verba sic esse ordinanda: εἰλήφεσάν μου τὰ ἐνέχυρα, τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἐκομίσαντο τὸ ἀργύριον παρ' ἐμοῦ. καὶ πάλιν εἰσεληλύθεισαν εἰς τὴν οἰκίαν, ἐκτίνοντος τὴν δίκην. καίτοι πᾶς

ἀν — et transposui meo arbitratu, sed paulo aliter.

— 15. ἐπηγγέλκειν αὐτοῖς] scil. κομίσασθαι, aut ἀπολαβεῖν τὸ ἀργύριον παρ' ἐμοῦ.

— 22. αὐτὸς] aut αὐτοῖς leg. ob sequens ἐφρόντιζον, aut ἐφρόντιζεν in singulari. prætuli hoc de meo.

— pen. τούτοις] Theophemo et Evergo.

1160. 4. ἐξηγηταὶ] Citat h. l. Harpocr. v. ἐξηγηταί.

— 12. ἀμφότερα] malim ὅτι ἀμφότερα, scil. βούλομαι αὐτούς μοι ποιεῖν.

— 14. ἐπενεγκεῖν] Citat h. l. Harpocr. v. ἐπενεγκεῖν δίκην. quid προαγορεύειν sit, dicit Pollux apud Valesium ad illum Harp. locum. sc. *interdicere cædis auctori, ne ad tumulum accedat. idque oportet eum facere, qui necessitudine quadam peremtum attingat.*

— 17. τάδε συμβουλεύομεν] malim τὰ [pro ταῦτα] δὲ συμβ.

— 22. οὐ γάρ ἐστιν —] Idem est ac si dixisset: αὕτη ἡ γυνὴ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ ἀριθμῷ τούτων, ὧν σε κύριον ὁ νόμος πεποίηκεν, ὥστε ὑπὲρ αὐτῶν δικάζεσθαι.

— 24. τούτων] subaudi ἕνεκα, vel ὑπὲρ, vel περί. horum causa licere domino, vel tutori, contra quem litem capessere.

— 26. αὐτοῖς] malim αὐτοῖς cum spiritu aspero, id est, ἑαυτοῖς, vel ὑμῖν αὐτοῖς καὶ τῇ ὑμετέρᾳ οἰκίᾳ.

— pen. ἀποφύγῃς] correxi de meo sensu ἀποφύγῃ σ' [id est, σε]. si adversarius tuus te effugiat, h. e. si judicio eum vincere et condemnare minus possis. nam alias ἀποφύγῃς, *si tu effugias*, et ἕλῃς, *si tu judicio vincas*, non esset inter se opposita, quæ debent esse, sed ad idem reciderent, idemque dicerent.

1161. 6. οἰκίας] v. p. 1160. ult.

— 8. ἡσυχίαν εἶχον] subaudi ἐπὶ τούτοις, vel ἀπὸ τούτων.

— 10. ἐν τῷ ὅρκῳ] videtur eam jurisjurandi formulam designare, qua judices Areopagitici aliique de cædibus cognoscentes obstringebantur.

— ibid. ὅτι] correxi ὅ,τι duobus vocabulis de meo sensu. Disputationes virorum doctorum super h. l. v. apud Petit. LL. AA. p. 624. et Interpr. Pollucis VIII. 118. Sententia: judex de cæde cognoscere jussus, in jurejurando, quod, antequam ad judicandum admittitur, præstat, conceptis verbis testatur, sese ad causam, testimoniumve dicendum admissurum esse, quicunque occiso sit προσήκων, etiamsi servus sit. Bene habet προσῆκον in genere neutro. ὅ,τι προσῆκεν idem est atque πάντες ὁπόσοι οὖν προσήκοντες. Cædis actiones in peremtorem a necessariis peremti gestæ dicebantur ἐπισκήψεις, id est, mandata, ideo, ni fallor, quia plerumque actores ejusmodi se aiebant interfuisse cædi, et audivisse ex exspirante, cum is occisorem suum nominaret, amicisque præsentibus mandaret atque injungeret, ut sanguinem suum ulciscerentur.

— 17. γυναῖκα] post γυναῖκα, aut in hac regione, videtur παραστησάμενος deesse. quod solum νίὸν appellat, cum p. 1155. 26. μετὰ τῶν παίδων dixisset, videtur indicare, unum actori filium solummodo fuisse, reliquam prolem fœmellam. Quod si est, nequit Apollodorus Pasionis actor fuisse hujus fabulæ, quod supra suspicabar. num ei proles mascula nulla fuit.

— 18. αἱρήσομαι] hoc sensu non memini usurpari, sed activum αἱρήσω. num ergo hoc præferendum, aut in optativo αἱρήσαιμι.

— 25. ἐμὲ] malim abesse. Insequitur enim statim v. 26. nisi malis ibi tollere. quod perinde est. alterutro certe loco redundat. et posterius inclusi uncis.

1162. 8. λήψεσθαι] post λήψεσθαι subaudi μόνα, vel μόνον. v. p. 1155. 19.

— 9. ὡς οὐ διὰ ταχέων] addidi negationem. *ac si non tam cito nummos ipsi essem expediturus.* aut, quasi requirem intra breve tempus pecuniam conficere. v. v. 19. et 1159. 15.

— 14. ἀπολαβεῖν] subaudi τὴν δίκην (v. v. 13.) quod h. l. idem est atque τὴν καταδίκην, *mulctam, cui damnatus eram.*

— 24. κύρια] Lamb. vult κύριον. planius id quidem est et vulgari loquendi modo convenientius. nego tamen vulgatum vitiosum esse. ὅ,τι cum multa complectatur, tametsi singulare est, ideo facile potest cum plurali componi. v. ad p. 1179. 8. et 1183. 13. 24.

— ult. καὶ ὡς ἡ ναῦς] cur hoc de navi imperatoria afferatur, haud cerno. Forte sic cohæret ratiocinium: Alcimachi imperatoris navem, quod rimas egisset, inhabilem esse factam navigationi. quæ dum repararetur, Alcimachus mea navi usus est. quo factum, ut ego in Urbe esse, et ad diem præsto esse ad satisfaciendum Theophemo de mulcta non potuerim.

1163. 3. ἐκτίνειν] videtur hic deesse ἕτοιμος ἦν, aut ἐβουλόμην. Nam ἐκτίνων, quod Bav. dat, tametsi vulgato præstat, minus tamen genuinum videtur.

— 7. ὡς οὐκ ἤθελε] delevi οὐκ. quamquam in eo videntur vestigia vocabuli οὗτος latere, quo Theophemus designatur. et sic ausus sum rescribere. Sed sic jam Wolfius conjecerat, ut nunc demum video, quare laudem hujus inventi illi transcribamus. Conf. p. 1181. 26.

1164. 6. δὲ — δὲ] indicat hiulca constructio, circa hunc locum aliquid deesse.

— 8. καὶ εἰσελθόντες] καὶ malim abesse et inclusi uncis. Si servetur, ὅμως erit addendum.

## AD ORATIONEM IN OLYMPIODORUM.

1165. 21. πλείονας ἔχειν] Fort. πλεῖον ἴσως ἔχειν.

1168. 18. ἁπάντων] non cum ἡμᾶν cohæret, sed cum insequente ὧν προσῆκε, scil. ἐπιμελεῖσθαι.

1169. 7. ἀπηλάγημεν] sc. ταύτης τῆς ἐπιμελείας τῆς περὶ τὴν τοῦ Κόνωνος ταφήν.

— 22. τῶν ἐμῶν παίδων] constat e p. 1182. 13. actori non fuisse nisi filiam unicam. mos nempe oratorum Atticorum est, ut causam dicentibus plures liberos tribuant, tametsi modo singularis proles iis sit, exaggerandæ rei ergo, aut movendæ tanto magis commiserationis. vel etiam futuram prolem, quæ adhuc speraretur, cum præsente complectebantur.

1170. 4. ὁ ἐμὸς ἀδελφὸς] scil. εἰ ἐβούλετο ἀμφισβητεῖν. ex insequentibus.

— 6. κωλύειν] subaudi τούτους.

1171. 7. οἰκίαν] Paulus Leopardus Emendat. 2, 3. t. III. Lamp. Criticæ Gruter. p. 25. annotat. ad Pollucem οἰκίσκην. inde forsitan repetiit margo Lutet. subaudi ἐν ᾗ ᾤκουν vel διέτριβον οἱ φαρμακοτρίβαι. Possit alias legi: καὶ τὴν τούτων οἰκίαν, aut καὶ τὴν μίαν οἰκίαν. quia sequitur καὶ τὴν οἰκίαν τὴν ἑτέραν. Sed videtur vulgata bene habere.

— 17. τὸ ἀργύριον] malim τοῦ ἀργυρίου. et sic dedi de meo. non enim omnem pecuniam Cononi Moschion surripuerat, sed partem solummodo.

1172. 17. εἰληφέναι, Κόνωνος ὑφελόμενος] correxi εἰληφέναι ὑπὸ Κόνωνος, ὑφελόμενος. confitebatur se septuaginta minas dono accepisse a Cononе, quod mentiebatur. nam furto clam ei surripuerat.

— 22. ἀποδέδωκε] malim ἀπεδεδώκει in plusquamperfecto.

— 24. αὐτὸν τοῦτο γνώσεσθαι] Olympiodorum ipsum sponte sua seusurum et sibi legem hanc æquam laturum, par esse, ut mihi argentum hoc reddant.

1173. 7. πρόφασις καὶ αὕτη ἐγένετο] addidi καί. etiam hæres accedebat ad reliquas ejus causationes.

— 16. τοῦ κλήρου ὅλου] postremam vocem uncis inclusi. nam per se intelligitur, cum duorum hominum dicatur unus de hæreditate experiri velle, alter de dimidiata, istum de tota hæreditate contendere. verumtamen confirmat vulgatam p. 1175. 12.

— 20. αἱ ἀμφισβητήσεις] causæ et tituli juris, quibus niteretur contendentium quisque.

1174. 8. ὑπομοθέντος δὲ τούτου] dubium est, sitne masculinum, an neutrum τούτου. Si prius, est hæc sententia: *cum Olympiodori nomine exhibita esset prætori hæc excusatio jurejurando confirmata.* Sin posterius, est sententia: *cum hæc essent, interposito jurejurando, excusata.* citat h. l. Harpocr. v. ἀνθυπωμοσία.

— 13. Πυθόδωρος] Corsinus Fast. Attic. t. IV. p. 34. Πυθόδοτος scrib. esse statuit, cui etiam Bavaricus codex suffragatur.

— 17. ἐπεδίκασεν] Citat h. l. Harpocr. v. ἐπεδίκασεν et ἐπεδικάσατο.

1175. 28. ἀνέκρινε] scil. περὶ τῶν ἑκάστου δικαίων.

1176. 5. ἠβουλήθημεν] malim ἠβουλήθη. Olympiodorus puta.

1178. 5. ταῦτα δὲ πάνθ' ὑπόνοια] hoc δὲ, quod addidi, eleganter redondat, et est iteratio præmissi δὲ v. 4.

— 27. βέλτιστον] malim βέλτιον.

1179. 7. κατεχρήσατο πρὸς τοὺς δικαστας] subandi τούτῳ τῷ λόγῳ.

1183. 22. πείσατε] non offenderer, nisi insequentia cogerent πεῖσαι corrigere, quomodo correxi de meo sensu. nam alias constructio labat, et deberet χρὴ v. 23. ante ὑμᾶς inseri. Admisso autem πεῖσαι, omnia bene secum constant, et constructio est hæc: ἱκετεύομεν ὑμᾶς μάλιστα μὲν πεῖσαι — ἐὰν δ' ἄρα μὴ — μεμνημένους — ψηφίζεσθαι.

## AD ORATIONEM ADVERSUS TIMOTHEUM.

Fueruntne duæ Demosthenicæ in Timotheum? Fuisse necesse est, si bene habet locus Athenæi p. 486. C. ubi, postquam commemorasset orationem πρὸς Τιμόθεον ὕβρεως, paulo post, velut aliam, laudat, simpliciter πρὸς Τιμόθεον appellans, quæ est hodie superstes. Item in oratione pro corona ait dictionem φιάλαι λυκιουργεῖς legi; quod secus est. Dalecampius primam hujus orationis mentionem in Latinis præteriit. Procul dubio conturbavit hic Athenæus, a memoria deceptus.

Titulum hujus orationis Harpocr. v. κακοτεχνιῶν ita refert ἐν τῷ κατὰ Τιμοθέου τίσεως. forte volnit ὑπὲρ χρέως (ut est in Augustano) pro χρέους. aut potius ἀπαιτήσεως. quæ erat postnlatio æris mutuo dati sine syngrapha, aut pacto literis consignato. aut ἀποτίσεως, de postulata debiti luitione. aut αἰτήσεως simpliciter, super

aliqua re mutuum rogata. nam αἴτησις est res mutuo rogata et accepta. v. p. 1191. 1. nbi αἰτήσασθαι, mutuo sumere, quod ipsum reddas, sine fœnore, opponitur τῷ δαπανήσασθαι, pecuniam fœnebrem sumere. nisi potius ἐκτίσεως leg. est. subaudi δίκη ὑπέρ. addit ibidem: εἰ γνήσιος. nullam video causam, cur Demostheni abjudicetur hæc oratio, nisi volumus ei omnes illas eripere orationes, quas numero multas pro Apollodoro Pasionis exaravit, in quarum hæc numero, et facile princeps est.

1185. 17. ἢ Τιμοθέῳ] interposui οὐ. de quo v. dicenda ad p. 1193. 14.

— 23. πρὸς Τιμόθεον] idem est atque παρὰ vel διὰ Τιμοθέου. videtur tamen potius πρᾶξαι vitiosa lectio esse ex altera vetustiore, olim in libris quibusdam versata, ὑπάρξαι, relicta. videntur enim, cum alii libri darent κομιεῖσθαι et ὑπάρξειν, alii dedisse κομίσασθαι et ὑπάρξαι. quare hoc v. πρᾶξαι uncis inclusi.

1186. 4. κατεχρήσατο] dedi ἐχρήσατο. *mutuo accepit, rogavit sibi mutuo dari.* alia ratio est loci p. 1197. 14.

— 8. καὶ εἰς ὅ,τι] Hinc emendari potest locus Hyperidis apud Alexandrum de figuris sententiæ p. 52. ed. Normanni, ubi pro volgato καὶ εἰ ἐχρήσω leg. est καὶ εἰς τὶ ἐχρήσω. *quo impenderis, insumseris illud aurum.*

— 9. τά τε ληφθέντα καὶ τὰ τεθέντα] alii codices pro tertia voce dant ἀναλωθέντα. utrumque bene, sed diverso modo. τὰ ληφθέντα sunt illi nummi, quos debitores aufferunt a credentibus. et τὰ τεθέντα cum illo compositum significat pignora pro cautione opposita. Verum ἀναλωθέντα sunt nummi e mensa argentaria erogati, expensi, tum autem τὰ τεθέντα sunt nummi ab aliis mensæ crediti, fœnoris exercendi ergo. λαμβάνειν est tollere pecuniam, et usurpatur de eo, qui æs alienum mutuum accipit atque debet. v. v. pen. et 1196. 7. 25.

— 10. πρὸς τοὺς λογισμούς] rationum ergo, ut rationes bene habeant, et inter se constent, usurarum puta, et pecuniarum, cum a debitoribus reddantur.

— ibid. Σωκρατίδου] v. Corsini Fast. Att. t. IV. p. 2. Olymp. CI. anno $\frac{2}{3}$.

— 11. τὸν ὕστερον ἔκπλουν] respicit hoc ad priorem ejus ἔκπλουν, qui incidit in annum Olymp. CI. $\frac{4}{4}$ quo Timotheus Lacedæmonios ad Leucadam prælio navali vicit. v. Simson ad A. M. 3629.

— 14. αὐτὸν] *ut is*, Pasio puta. malim tamen αὐτῷ, *sibi*, Timotheo puta. ut etiam in margine Lut. est annotatum.

— 20. καὶ κελεύσας] malim ὁ καὶ κελ. *quippe qui etiam mandavit.*

— 24. ἐγράψατο] Pater meus Pasio curavit in commentarios suos inscribi nomen Timothei.

— ult. καὶ πεντήκοντα καὶ μίαν] malim posterius καὶ abesse, ut v. 15. v. ad p. 1197. 15. var. lect.

1187. 17. ὧν] cohæret hoc ὧν cum δανείζεται p. 1188. 18. cætera omnia sunt interjecta.

— 20. ἐν Πεδίῳ] videtur Πεδίον appellata fuisse regio quædam agri Attici.

— 21. τῷ παιδὶ τῷ Εὐμηλίδου] secundum articulum addidi. utra autem lectio præstet, hæc, an quæ in Augustano aliisque libris est, τῷ πατρὶ τῷ Εὐβουλίδου, quis nostrum hodie disceptet.

1188. 7. ἐν Καλαυρίᾳ] Calauria hæc illa insula prope Trœzenem est, morte Demosthenis nobilitata.

— 21. περιμένωσιν] correxi de meo, παραμένωσιν. v. v. 26. et pen. περιμένειν τινὰ est *aliquem opperiri.* παραμένειν τινὶ est *apud aliquem manere, perseverare.*

1190. 1. με ἐμβαλέσθαι] correxi μὴ ἐμβ. idem est ac si dixisset: παρεκρούσατό με, ὥστε μὴ ἐμβαλέσθαι. *decepit me, quo factum est, ut nil curarem inseri —.*

— 3. προκληθεὶς] correxi προσκληθείς. *cum arcesseretur* [scil. ad arbitrum] *domo, non enim prodibat in publicum, neque sui in publico conveniendi dabat copiam.*

— 18. δανεῖσαι] scil. patrem meum Pasionem.

— 19. αὐτὸν] quisnam? Timotheus, an navarchus Bœotius? putem equidem Timotheus.

1191. 17. στρώματα] scil. ἠτήσατο.

— 20. βασιλέα] Artaxerxem Mnemonem.

— ibid. διαπραξάμενος ἐκπλεῦσαι] idem est ac si dixisset: διαπραξάμενος παρὰ τῶν ἑαυτοῦ πολιτῶν τὸ ἐξεῖναι αὐτῷ ἐκπλεῦσαι.

— 24. ἐνθάδε] uncis inclusi. quamvis enim commode dici potuerit ἡ ἐνθάδε στρατηγία, qua distingueretur ab illa ἐν τῇ Αἰγύπτῳ στρατηγία, quam Timotheus auspiciis regis Persarum gerebat, displicet tamen hoc idem vocabulum ἐνθάδε bis brevissimo intervallo iteratum, quare tollendum arbitror posteriori loco, quia codices sic præscribunt, tametsi, si mei res sit arbitrii, malim priori tolli, posteriori relinqui.

— 25. τὸ παράλιον] si bene habet, videtur fuisse statio τῆς παράλου, triremis imperatoriæ sic dictæ.

— 26. ἐδεῖτο αὐτοῦ] cohæret hoc cum τὸ ναῦλον τῶν ξύλων παρασχεῖν. 1192. 3.

1192. 4. καὶ ἐᾶσαι —] et ut pateretur meus pater fieri, ut Philondas, aut servi Timothei, illa tigna asportarent in suam, Timothei puta, domum.

— 5. αὐτοῦ] sua enim illa esse tigna, Timothei puta.

— 15. ᾧ] cohæret non cum συνέστησεν proximo, sed cum παρασχεῖν v. 17. cave aurem præbeas lectioni in margine Lut.

annotatæ. *συνιστάνειν* aliud nihil hic est, quam rogare, injungere, demandare alicui aliquid agendum. Constructio itaque hæc est: *ᾧ παρασχεῖν τὸ ναῦλον τὸν ἐμὸν πατέρα, οὗτος συνέστησεν*, id est, *ἐκέλευσεν. cui tradere et numerare mercedem vecturæ meum patrem, ipse Timotheus rogaverat.*

— 22. *καὶ προσελθόντος*] addidi copulam, quæ necessaria est. nam si omittatur, rediret oratio ad Timotheum, ad quem *ἀποδημοῦντος τούτου* redit. verum hoc non patitur sententia, quæ liquido demonstrat, *προσελθόντος* ad *Φιλώνδου* redire. Sententia hæc est: Philondas cum e Macedonia, unde ligna afferebat, redisset per Timothei absentiam, ad patremque meum accessisset.

— 25. *τὸν Φιλώνδαν*] correxi *πρὸς Φιλ. erga Philondam*, h. e. coram Philonda. vel constituit, condixit cum Philonda. Vulgatam si qui tuentur, illis necesse est, ut comma transferant a *Φιλώνδαν* ad *συνέστησεν*, h. e. ut sic interpungant: *καὶ συνέστησε, τὸν Φιλώνδαν προσαγαγών*. ut accusativus hic, non cum *συνέστησε*, sed cum *προσαγαγὼν* construendus sit. *quemadmodum Timotheus cum classe discedens patrem rogaverat, tum poter, Philondam a se ad mensam argentarium cum adduxisset, imperavit Phormioni.*

1193. 2. *καὶ τούτου ἦν*—] distinxi et correxi sic: *καὶ τούτου ἦν· (et hujus quoque,* Timothei puta, *tigna erant) ὑπόμνημα δ' ἀπεγράψατο τήν τε χρείαν, notitiæ vero loco adscribi curavit, tum, cujus rei causa, seu quem in usum, istud æs a mensa mutuum esset sumtum, tum nomen ejus, qui sumsisset. ὑπόμνημα* est id, quod ad articulum principalem, ut in tabulis mensariorum, aut, ut in grammatica, ad regulam, admonitionis, vel exceptionis ergo, minusculis literis adscribitur. pro *ἀπεγράψατο* malim *ὑπεγρ.*

— 5. *Ἀλκισθένους ἄρχοντος*] dedi ex Augustano *Ἀλκισθένης ἄρχων*. nam sic præscribebatur in capite paginæ cujus tabularum mensariarum: in nominativo, non in genitivo.

— 7. *Αἰγιαλεὺς*] sic, an *Αἰγιαλιεὺς* exarandum sit, quærit Vales. ad Harpocr. p. 4.

— 8. *ἀποδημῶν*] ambigo inter vulgatam, et *ἐπιδημῶν*.

— 9. *καὶ κοινωνὸς*] memorabilis est lectio Augustani *καὶ Κόνων*. quæ nescio an vera sit. Fortassis Conon erat trapezita, et idem ille, cujus crebra mentio fit in oratione proxima superiori in Olympiodorum. v. p. 1168. 12. Nisi duo diversi homines hic fuissent appellati, aut, si solus Phormio fuisset appellatus, cur repetisset nomen Phormionis, et non satis habuisset *αὐτῷ* dicere versu 10?

— 11. *λυκουργεῖς*] correxi *λυκισυγεῖς*. celeber hic locus est in scriptis grammaticorum veterum et recentiorum. v. Athenæum p. 486. c. Harpocr. v. *λυκισυγεῖς*. Leopard. Emend. II, 18. p. 228. t. III. Lamp. Crit. Gruter. Valkenaer. ad Herodot. p. 543.

— 21. *ὅσον*] scil. *ἀργύριον*.

— 25. *ὃ*] redit ad *ὀφείλοντα*. curabat Timotheum inscribi in tabulis, ut debentem id æris, quod esset Timostheni pro phialis repensum. v. p. 1203. 6.

1195. 20. *τολμήσει*] post *τολμήσει* videtur deesse *λέγειν*.

— ult. *κατέλιπεν — ἑαυτοῦ — φησὶ*] dedi *κατέλιπες — σαυτοῦ — φὴς* in secunda persona. Si negas Philondam a te ad patrem esse adductum, eique moustratum atque commendatum.

1196. 24. *τοῦ ἀδελφοῦ*] sed Pasicles vix quadrimus erat, cum Pasio moreretur.

— 27. *καὶ γίνεται ἐμὸν τὸ μέρος*] addidi *τό*. idem est ac si dixisset: *καὶ γίνεται τοῦτο τὸ ἀργύριον ἐμόν*, et quod factum illud æs meum, seu mihi obvenerit, *κατὰ τὸ ἐμὸν μέρος*, propterea quod in portionem hæreditatis meam collatum esset.

1197. 4. *τῷδε Φασικρίδῃ*] correxi *ἐγὼ δὲ Φασ.* hoc δὲ non est quidem necessarium, et facile poterat eo carere oratio, neque tamen est tollendum, sed redundat cum elegantia, et est iteratio et quasi echo præmissi δὲ v. 1. sententiæ series hæc est — *et quod, cum Timotheus mihi sponsionem apud arbitrum deferret — ego Phrasicridæ codices rationum prolutos in manus dederim, quærendi ergo — harum rerum omnium tu scriba recita hoc testimonium.* Cæterum utra lectio sit emendatior *Φασικρίδης*, an *Φρασικλείδης*, in medio relinquam.

— 13. *καὶ εἰς ὅ,τι ἔλαβε τὸ ἀργύριον*] uncis inclusi, nam ab Augustano abest, et præterea idem dicunt cum insequentibus *καὶ εἰς ἃ κατεχρήσατο.*

1198. 10. *ἐπιτηδείου ὄντος αὐτῷ Καλλιστράτου*] pendent hi genitivi et natant, ut liquido constet aliquid deesse. neque enim invenio facile in superioribus, quod hic tacite repetatur. quare nullus dubitavi lectionem marginis Lutet. *ἐπιτήδειον ὄντα αὐτῷ Καλλίστρατον* adoptare, tametsi de auctore hujus lectionis mihi non constat. Sic plana est oratio, quæ ad *ἵστε* refertur v. 7.

— 11. *ὥστε μηδ' ἐναντιοῦσθαι*] pro media voce dedi *μηδὲν* e libris. Sed vel sic nondum sanatus videtur locus esse, sed sic leg. *ὥστε μηδ' ἐκεῖνον μηδὲν ἐναντιοῦσθαι. adeo, ut ne ille quidem,* Callistratus puta, *quicquam ei fuisset adversaturus.*

— 14. *μᾶλλον ἢ οὐκ*] *οὐκ* videtur delendum. nisi volumus hunc Atticismum esse, et accipimus dictionem *μᾶλλον ἢ οὐ* pro *καὶ οὐ μᾶλλον. qua de causa voluisset pater Timotheum nobis creditorem incertum relin-*

*quere, et cur non potius voluisset æs debitum ex Antimachi substantia confiscata ferre?* Facit hanc suspicionem probabilem locus similis p. 1200. 12. ubi item μᾶλλον ἢ οὐ reddendum est, *et non potius æs illud oppignerare Philippo.* Unde incipio suspicari non spernendam esse lectionem codicis Bavarici initio orationis hujus in Timotheum p. 1185. 17. μᾶλλον ἢ οὐ Τιμοθέῳ ὑπηρετῆσαι. *quamvis magnas opes tanti non fecisset, ut non potius voluisset Timotheo inservire atque gratificari roganti.* item p. 1226. 23.

— 15. ἐπισκηψάμενος] Citat h. l. aut v. 5. similemve ex hac vicinia Harpocr. v. ἐνεπίσκημμα.

1199. 6. αὐτὸν] correxi αὐτῶν e libris, sed v. 16. de judicio meo. ὑποθέσθαι αὐτῶν χαλκὸν, ibi est, *patrem meum esse passum, ut pro illis mille drachmis sibi oppigneraretur æs.*

— 24. ἀποστησάμενον] Citat h. l. Harpocr. v. ἀποστησάμενος.

— 26. ἔμελλεν οὔδ' ὁ ὑποτιθεὶς τὸν χαλκὸν παραδώσειν] apparet alterum membrum deesse, quod ex parte dant codices, οὔδ' ὁ ὑποτιθέμενος. verum non plus illi dant, quam hoc, quod satis non est. deest adhuc παραλήψεσθαι. quod de meo addidi, ut locus ita sese totus habeat: οὐ γὰρ δήπου ἄνευ γε σταθμοῦ ἔμελλεν οὔδ' ὁ ὑποτιθέμενος παραλήψεσθαι, οὔδ' ὁ ὑποτιθεὶς παραδώσειν. non enim est eredibile commissurum unquam fuisse, aut eum, qui pignus caperet, ut æs acciperet sibi non appensum libra, aut eum, qui pignus daret, ut sic traderet.

1201. 5. αὐτῷ] scil. Αἰσχρίωνι.

— 7. κακοτεχνιῶν] Citat h. l. Harpocrat. v. κακοτεχνιῶν. ἐπὶ τόνδε v. 6. redit ad Timotheum.

— 9. εἰ τῶν ἄλλων —] idem est ac si dixisset: εἰ περὶ τῶν ἄλλων λημμάτων οὐκ εἶχε μάρτυρας παρασχέσθαι τοὺς μαρτυρήσοντας, ὅτι Τιμόθεος αὐτὰ οὐκ εἴληφε.

— 27. ἦν γεγραμμένος] dedi ἦν ἐγγεγραμμ. potest tamen vulgata defendi e p. 1202. pen.

1202. 3. τὰ ἀπὸ τῆς τραπέζης] dedi τὰ ἐπὶ τῆς τρ. scil. κείμενα, vel τετηρημένα. quamquam etiam vulgata probari queat, sic, ut subaudiatur λαμβανόμενα, *repetita, profecta.* Sæpe ἀπὸ in hujusmodi phrasibus redundat, et τὰ ἀπὸ τῆς τραπέζης χρήμματα sunt idem atque τὰ τῆς τραπέζης. ut etiam in vulgari Latinitate *homo de curia*, pro *homo curiæ.*

1203. 1. τέως] si τέως accipitur pro *quoad, quatenus*, desit post ὁ πατὴρ aliquid, e. c. ἐπέσχεν, aut ἡσύχασεν. donec sperabat pater — *cohibuit se*, aut *quievit.*

— 13. ὃ] subaudi ἀργύριον, ὃ — Lambinus mallet ἥ, quia τιμὴν præcessit. Sed bene habet vulgata. v. ad p. 1193. 24.

## AD ORATIONEM ADVERSUS POLYCLEM.

1206. Idem est hujus causæ actor, qui superioris, Apollodorus, Pasionis.

— 1. καὶ] aut καὶ est delendum, aut lectio marginis Lutet. optanda, aut denique leg. ὑμᾶς καὶ πάντας τοὺς διαγνωσομένους. *vos oportet, o judices, et quicunque post vos sunt cogniturі.*

— 9. ἐμός γ' ἂν ἦν] addidi γ', tametsi τ' mallem.

— 17. ὡς] h. l. est, *nam, quoniam, quippe.*

1207. 6. αὐτοῦ] hic, Athenis, in Urbe.

— ibid. ἀκοῦσαι] quamquam discrepat hoc a superioribus, ἀναμνήσθητε et φράζετε, quibus si convenienter dicere voluisset orator, dixisset ἀκούσατε, quomodo in margine Lutet. annotatum est, nescio unde. Sed bene habet vulgata. placuit oratori constructionem variare. δέομαι, ut potest cum imperativo copulari, sic item potest, et solet etiam magis, cum infinitivo copulari. δέομαι ὑμῶν ἀκοῦσαί μου. vel si nolumus hoc δέομαι revocare, licet infinitivum absolute positum pro imperativo habere; qui mos loquendi, ut scil. infinitivus pro imperativo usurpetur, Græcis est perquam familiaris. et tum subauditur δεῖ, χρὴ, μέμνησθε, vel simile quid pro re nata.

— 8. οἷς ἂν] bene habet. Constructio hæc: καὶ ἐπὶ τούτων ἑκάστῳ παρεχομένου ἐμοῦ τούτοις, ἃ ἂν λέγω, τοὺς νόμους. *et in unoquoque harum rerum puncto vel articulo, confirmante me, quæcunque aio, legibus afferendis.*

— 19. ἐπεπόμφει] sc. πρὸς ὑμᾶς.

— 25. τῶν ἐμπόρων] scil. τῶν ὑμετέρων.

— pen. καὶ ὁρῶντες —] verba hæc: καὶ ὁρῶντες — ἄφθονον ὠνεῖσθαι: videntur a sede sua aberrasse et ad p. 1208. 1. deducenda atque ponо αὐτοῖς esse collocanda. et sic feci.

— ult. αὐτῶν καὶ συναγορευόντων] correxi: αὐτῶν τε λεγόντων, καὶ τῶν συναγορευόντων αὐτοῖς λεγόντων. quæ cum audiretis vos, tam e Proconnesiis, et Miltokydis legatis, ista in concinne orantibus, quam ex eorum advocatis, civibus vestris, istorum orationem suo testiminio confirmantibus.

1208. 18. κόσμῳ] in Augustano est κόσμον. unde effici possit κἀκόσμουν [id est, καὶ ἐκόσμουν], *et ornabam.* Sed primum κἀκόσμησα [pro καὶ ἐκόσμησα] potius dixisset in aor. 1. quia præcessit κατεσκεύασα. deinde placet κόσμῳ. Sed eo servato, ut servandum puto, leg. est: καλ-

λίστῳ καὶ διαπριστάτῳ, scil. κατεσκεύασα τὴν ναῦν. *et ornatu navem instruxi pulcherrimo atque decentissimo.*

— 20. ὑπηρεσίαν] Sunt coqui, pistores, fabri, famuli trierarchorum, aliique opifices, navi necessarii in mari agenti, qui ei necessaria suppeditent. ut ἐπιβάται (v. p. 1209. 11.) sunt *milites classiarii.* in navibus mercatoriis sunt ἐπιβάται, agentes in rebus, commissarii mercatorum. v. p. 1286. 6.

1209. 2. οὐδὲ] malim οὔτε. et sic dedi de meo, quia id jam præcessit. aut alias etiam οὔτε v. 1. cum οὐδὲ erit mutandum.

— ibid. τοῖς ἐπιβάταις] Citat h. l. Harpocr. v. ἐπίβατης et σιτηρέσιον.

— 25. μεταξὺ] tenente adhuc trierarchatu, eo nondum finito, et expeditione classica adhuc durante.

1210. 3. ὀκτὼ μηνῶν] subaudi ἔνδον. intra mensem octavum, posteaquam classis e Piræeo solvisset.

— 20. ὧν προσετάξατε κατ' ἐμέ] correxi ὧν προσέταξε τὸ κατ' ἐμέ. *quæ populus mihi pro mea virili parte injunxerat.*

— 26. ἤλθομεν] ego cum Menone Stratego meisque militibus et nautis.

1211. 13. πλείστη] melius conveniret meo judicio πλείων, quia præcessit ἄμεινον. *quanto melius — tanto major* — Si præcessissit κάλλιστα, recte se haberet πλείστη — *ut pulcherrime omnium navem instruxeram meam, ita omnium maxima fiebat a me desertio.*

— 25. ἐφ' Ἱερὸν] Citat h. l. Harpocr. v. ἐφ' Ἱερόν.

1212. 1. ἐπὶ τόκον] malim ἐγγείου τόκου, aut ἐγγείων τόκων, seu drachmam de mina in mensem.

— ibid. ὃς ἔτυχεν ὢν ἐν Σπιτῷ ἐπόγδοον] retracta in versum superiorem posui pone v. ἐπὶ τόκον. redit enim ὃς non ad Nicippum, sed ad v. τόκος. Solebant Naxii, non ἔφεκτον, ut Athenis, sed multo graviori fœnore, ἐπόγδοον, pecunias fœnebres elocare.

— 2. ἐπ' ὄγδοον] rursus in unum vocab. ἐπόγδοον contraxi. citat h. l. Harpocr. v. ἐπόγδοον. est autem illud fœnus, quum de mina quaque in mensem octoni oboli, seu drachma, cum una tertia drachmæ parte dantur. v. p. 1250. 20.

— 4. αὐτῷ] correxi αὐτό. *ipsum argentum cum fœnore.*

— 8. αὐτὸν] malim αὐτοῦ, *ibi*, apud Lamps. v. p. 1214. 25.

— 11. ἐπειδὴ] quautum habebam, dabam, sed parum id erat, quia tempus mei trierarchatus exibat; ut copiolas quoque meas necesse esset minui. aut potius, quod mos esset decedentibus de trierarchatu suis classiariis congiarium aliquod dare, ut e p. 1214. pen. colligitur.

— ult. Μαρωνειτῶν] meminit hujus loci Harpocr. v. Μαρώνεια. miror, qui potuerint Maronitæ, inimici Atheniensium, a Timomacho tantum beneficium petere.

1213. 6. αὐτὸς] id est, ὑπὲρ ἐμαυτοῦ. *meo ipsius nomine.*

— 12. ἀφικόμενος] videtur delendum. dicit enim idem atque præmissum μετὰ τὴν ἄφιξιν. ideo uncis inclusi.

— 14. Στρύμην] Citat h. l. Harpocrat. v. Στρύμη.

— 15. αὐτὸς] num αὐτοῖς, *pro illis*, Thasiis puta, eorum nomine et causa. aut cum *illis*, per illos, peltastas puta.

— 16. ταῖς ναυσὶν] idem est atque quod Bavaricus dat ἐν ταῖς ναυσὶν, quod videtur e scholio esse. *navibus*, id est, per naves, classe navali.

— 26. ἐπεὶ δὲ] quamquam me non fugit, ἐπεὶ interdum pro ἔπειτα usurpari, subscribo tamen hic Wolfio emendanti ἔτι δέ.

— 27. ὥρᾳ ἔτους] non hic, quod alias, significat *æstate*, sed anno jam provecto et vergente ad exitum, autumno jam adulto.

1214. 6. οὔτε τὴν ἐφ' ἡμέραν] correxi οὐδὲ τὸ ἐφ' ἡμέραν. *imperator enim ipsis ne diaria quidem dabat.* τροφὴ τὸ ἐφ' ἡμέραν est *cibus in diem.* τὸ ἐφ' ἡμέραν adverbialiter ponitur.

— 18. ἐν τῷ Δείγματι] Citat h. l. Harpocr. v. Δεῖγμα.

1215. 1. πεντηκονταρχοῦντος] Citat. h. l. Harpocr. v. πεντηκόνταρχος.

— 10. ἄρτι μῦς—] Sententia est: voluit Apollodorus et contendit omni studio jus Atticæ civitatis adipisci. adeptus est. habet. jam intelligit, quantis cum tædiis et molestiis conjunctum sit hoc tantum bonum. mansisset inquilinus, liber a tot acerbitatibus et jacturis atque damnis rei familiaris. hoc ipse sibi suo jumento malum arcessivit.

— 20. ἵνα μὴ] correxi ἵνα μοι. ante quæ verba subaudiendum est ἃ ἔλεγον, vel καὶ ταῦτα ἔλεγον.

1216. 17. ὅ,τι ποιοῦντων] quid eorum quisque, quos ære meo conduxissem, ageret, essetne remex et nauta, an τῆς ὑπηρεσίας, an denique miles classiarius, ἐπιζάτης.

— ibid. καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ὁπόσου τις ἦν] sustuli comma et duo ista vocabula καὶ ὁπόσου. videtur in aliis libris fuisse: καὶ ἡ τιμὴ τίς ἦν. *quanti quisque conductus esset*, ut dedi. in aliis: καὶ ἡ τιμὴ δὲ ὁπόσου [scil. ἀργυρίου] τις ἦν. in illa lectione τις habet accentum, et significat *quænam.* in hac est enclíticum et significat *aliqua.*

— 18. ποδαπὸν] dedi ὁποδαπόν. vocabulum nescio an nusquam, præter hunc locum, in libris editis occurrens, sed idem cum vulgato significans.

— ibid. ἐκ πόσου ἡ καταλλαγὴ] dubito,

quid hoc sibi velit. num: ἐκ πόσου διαφόρειν εἴη ἡ καταλλαγὴ τοῦ Ἀττικοῦ νομίσματος ἀντὶ τοῦ Θασίου ἢ ἄλλου του. quanto intertrimento pecunia Attica cum Thasia, aut alius cujuscunque loci esset permutata. an potius: ἐκ πόσου τόκου εἴη τὸ συμβόλαιον. quantum fœnus esset de unaquaque summa æris alieni mihi dependendum. ἐκ πόσου, *quanti*, est, ut ἐξ ἐλαχίστου, *vilissimo pretio*, p. 1230. 5. an est ἐκ πόσου χρόνου. ex quonam tempore cœperim æs quodque alienum debere.

— pen. ἐκέλευεν] scil. Timomachus. Augustanus dat ἐκέλευον. quod possit ferri, *imperabant* illi duo, Timomochus puta et Polyeles. Sed præstat vulgata.

1217. 17. ὥστε αὐτὴ μὴ παρέχειν] videtur μὴ delendum esse. an nesciret resp. esse quosdam civium, qui possent armamenta de suo dare; qua ex ignoratione fieret, ut ipsa daret? h. e. ideone resp. daret armamenta, quod nesciret esse in civibus suis aliquos, qui possent ipsi dare?

— 22. διεφθαρμένον] ante διεφθαρμένον deest aut παρεχομένου, aut saltim καί. post idem vocab. διεφθαρμένον addidi μὲν, cui respondet δὲ v. 25.

1218. 7. αὐτὸς] correxi αὐτούς. *quod autem ad nautas et milites — attinet, si tu eos ais a me corruptos esse.* περὶ respondet Latino *de*, quod etiam hoc modo usurpatur.

1219. 19. Πραξικλεῖ] num Πραξιτέλει. notius quidem hoc nomen est, quam illud.

1220. 12. τριηραρχήματι] scil. τῷ ἐμῷ, et sic quoque τοῖς ἐπιβάταις, militibus, quibus ego essem usus. Est autem τριηράρχημα, sopellex triremis, armamenta omne genus. citat h. l. Harpocr. v. τριηράρχημα. nihilominus tamen antiquum hoc esse vitium suspicor, et leg. esse πληρώματι, *nautis*. v. p. 1217. 20. et pen.

1222. 4. τὸν ὑποδεχόμενον τοὺς φεύγοντας] subaudi οἷς ἐνέχεσθαι τοὺς φεύγοντας αὐτοὺς κελεύουσιν οἱ νόμοι.

— 26. Καλλίππῳ] post Καλλίππῳ, aut post μισθῶσαι, nullus dubito deesse παραδόντα, aut simile quid.

— 27. περιάγοι] *circumduceret* per oppida Græcæ illius oræ. Sed videtur potius e superioribus leg. esse παράγοι, *adduceret*, e Macedonia ad se in Thasum.

1223. 8. λήψεται] non mutassem, nisi codices λήψεσθαι præscripsissent. sic p. 1220. 14. οὐδεὶς γὰρ αὐτῷ παραμένει, pro οὐδένα γὰρ αὐτῷ παραμενεῖν.

— pen. ἀκαρῆ] citat h. l. Harpocr. v. ἀκαρεῖ, ubi vulgatæ ed. trajectione laborant. Leg. enim est: ἀκαρεῖ ἀντὶ τοῦ μικρὸν ἢ οὐδέν. παρ' Ἀντιφῶντι καὶ Δημοσθένει ἐν τῷ πρὸς Πολυκλέα. [non Κάλλιππον.] † Ἄκη. πόλις αὕτη ἐν Φοινικίᾳ, ἣν Νικάνωρ.

1224. 9. ἀνέγνωμεν] correxi ἀνέγνωκεν, scil. scriba.

1225. 16. ὧν ἀκούοντά με καὶ παρὰ τῶν—] malim ὧν ἀκούοντα τὰ μὲν παρὰ τῶν —nam με statim post loco suo insequitur.

1226. 13. τὸν νόμον] eandem legem, de qua jam p. 1224. 11. commemoraverat.

— 16. ὅπου] dedi de meo ὅποι. *quorsum auffugerit.*

— 17. χρόνῳ] post χρόνῳ videtur titulus νόμος deesse, et titulus ἀναλώματα.

— 23. ἢ ὑπὲρ] dedi ἢ οὐχ ὑπέρ. v. dicta ad p. 1198. 14.

— pen. ἀπιέναι] scil. ἀπροφασίστους, nil cunctantes.

## AD ORATIONEM PRO CORONA TRIERARCHALI.

Videtur in gratiam ejusdem Apollodori, Pasionis filii, esse scripta, pro quo agunt duæ superiores.

1228. 1. εἰ μὲν οὖν ὅτω] dat Augustani alterum exemplum; quod si verum est, necesse est nonnulla præcessisse, quibus hodie careamus.

— 9. παρεσκεύασαν] subaudi ἑαυτοῖς. alias præstaret in medio παρεσκευάσαντο.

1229. 2. τοῦτο] ad remotius, ἐκεῖνο ad propius redit (v. p. 1233. 17.), contra morem consuetum.

— ibid. τοῦτο] scil. τὸ ἐπιδεικνύναι ἑαυτοὺς ἀξίους τοῦ στεφάνου.

— 3. ἐκεῖνο] scil. τὸ ἐμὲ κακῶς λέγειν.

— 8. περιορμήσῃ] correxi περιορμίσῃ [ab ὁρμίζειν], tametsi malim παρορμίσῃ. et sic quoque deinceps. ut v. 9.

— 10. οὐ καθείλκυσαν] correxi οὐδὲ καθείλκυσαν. ne de tabulato quidem, ubi fabricata est, detraxerunt, nedum, ut ad stationem in portu condictam adduxerint.

— 16. ἀνήλωσα] subaudi εἰς ταῦτα τὰ σκεύη.

— 19. ἂν ἐπειρῶντο] contraxi in unum vocabulum ἀνεπειρῶντο. v. v. 22. est a verbo ἀναπειρᾶσθαι, quod est, præludium exercitiorum facere, seu in nave agenda, seu in fidibus pulsandis, seu in quacunque re, cujus fit periculum, et specimen expetitur.

1230. 2. τούτοις περὶ τοῦ στεφάνου λόγοις] malim τούτοις τῶν περὶ τοῦ στεφάνου λόγων.

— 10. καλῶς] post καλῶς videtur ἐμοὶ, aut ὑπ' ἐμοῦ deesse. *quæ autem ego vobis decenter præclarque inservii atque ministravi, eorum gratium postulare sibi a vobis haberi.*

— 15. Ἀλέξανδρον] Alexandrum Pheræum designat.

1231. 7. πικρὸν εἶναι νομίσας] poterat enim insolens, acerbum et arrogans videri, hominem privatum, qui coronam a populo peteret, cum vehementia orationis ludimagistrum decente populum in ipsum invehi, ejusque mores reprehendere.

— 8. αὐτὸ] malim αὐτοῦ, ut ad τὸν πικρὸν λόγον redeat. Est autem ἔργον (subjectum, ut vulgo usurpant) acerbæ orationis, facinus illud, in quo notando versatur vehemens et acerba oratio.

— 9. τοῦτ' ἔστι] hoc exsistit, quod scil. oratio mea sæva et amara videatur. Sin autem τοιοῦτός ἐστι præfertur ex Augustano, redit ad λόγος. ὁ ἐμὸς λόγος ἐστὶ τοιοῦτος.

— 11. ἔχει] scil. πρόδοσιν. manupretium, militi, cum conscribitur, in manus datum, quo non modo fiat alacrior, partiumque suarum studiosior, sed etiam necessaria quædam ad cultum victumque et ad commoditates militiæ sibi comparet.

— 13. εἰς ἐπίπλουν] malim εἰς ἔκπλουν. ad enavigandum e portu.

— 21. τὸ τρίτον μέρος] v. Petit. LL. AA. p. 469. Tertia pars corporis infamia notabatur tum, cum lingua, h. e. facultas in foro et in concione dicendi, interdicebatur.

— 26. προδικάζειν] correxi προδιδάσκειν. Vulgata videtur nata e varia lectione, quæ aliis in libris, ni fallor, versata quondam fuit, προδεκάζειν, *donis et gratia corrumpere*, ut flagitiosum aliquid agat.

— 27. ἐπειδήπερ παρῆλθον] dedi anctius ἐπειδήπερ εἰς τούτους τοὺς λόγους παρῆλθον. *quandoquidem in hanc disputationem incidi.*

1232. 5. σύλας] Citat h. l. Harpocr. v. σῦλαι. Literas commentitias, ab ipsis subjectas, quibus illi muniti, tanquam a rep. sibi additis, piraticam, in quoscunque volunt, exercent. *falsche Freybriefe* [*forged licenses*]. vel potius, propterea quod hi facinoribus suis efficiunt, ut ubique locorum in Athenienses exerceantur ἀνδροληψίαι et σῦλαι. *Arreste auf Menschen und Waaren* [*seizures of men and wares*].

— 12. τὰ τῶν αὐτῶν τρόπων ἁμαρτήματα] non displicet H. Wolfii conjectura τὰ παρὰ τὸν αὐτῶν τρόπον ἁμαρτ.— et recepi. errores enim labesque rei suæ, quæ cuique est, familiares, ex ipsorum enatas moribus culpaque sua contractas, emendant cladibus reip. Mihi venit aliquando in mentem: τὰ τῶν τοιουτοτρόπων ἁμαρτημ. *peccata enim hominum his et similibus moribus præditorum.*

— 17. γέγονε] post γέγονε videtur aliquid in hanc sententiam deesse: ὑμῖν δ' αἰσχρόν ἐστι κακοδοξεῖν. aut: ὑμῖν δ' οὐ πρέπει τῆς ὑμετέρας δόξης ἀμελεῖν.

— 21. περὶ τῶν συνειρηκότων] subaudi τοῖς ἡμετέροις ἀνταγωνισταῖς. v. p. 1218. 4.

— 24. ποτε] correxi τότε. *nuper* in causa simili. v. v. pen.

1233. 4. προσῆκεν] in Aug. est προσῆκεν. Suspicor sic, aut propemodum reliquisse Demosthenem: ἀλλ' οὐ, νὴ Δία, τῶν βελτίονων τοῖς ὑπηρετοῦσιν ἃ δεῖ [scil. ὑπηρετεῖν], χαρίζεσθαι ζουλομένων [vel κελευόντων] ἃ προσῆκεν [scil. χαρίζεσθαι ὑμᾶς, aut αὐτοὺς κελεύειν ὑμᾶς χαρίζεσθαι]. quasi per ejusmodi sermones relatum irent gratiam iis, qui secordia sua rem vestram publicam pessumdant, non autem, ita me deus amet, vellent gratificari, qua par est, illi parti civium vestrorum meliori, qui morem vestris imperiis gerentes, quæ oportet, vobis administrant, vestrisque studiis inserviunt.

— 14. ἡμᾶς] bene habet. meque, illosque una meos adversarios, corona quadam nobis ambobus communi.

— 17. τοῦθ'— ἐκεῖν'] rursus τοῦτο redit ad remotius, ἐκεῖνο ad propius, ut p. 1229. 2. neque enim *istud* unquam a me impetrabo, ut fieri patiar, quod illi postulant [ut scil. meum in coronæ communionem veniant], neque *hoc* feci, ut scil. meum trierarchatum alii elocaverim.

— 20. ποιῆσαι προσῆκον] locum hunc item non intelligo. dedi de meo sic: ὥσπερ οὐκ, ἄξια — ἀλλὰ γνώμην (subaudi μόνον) ἀποφήνασθαι. *quasi deceat eos, non ea facere, quæ digna sint mercede, sed solummodo pro auctoritate sua pronuntiare.*

— 24. ταύτην] quasi partes has in concione dicendi et auctores sententiæ populo se ferendi, velut aliquod sacerdotium tenerent jure hæreditario.

— 25. δεινὰ πάσχουσιν] id est, δεινοπαθοῦσιν, vociferantur, miserantur, lamentantur, velut insignem et enormem passi injuriam.

— 26. τῶν ἅπαξ εἰρηκότων] correxi τὸν ἅπαξ εἰρηκότα. videtur vulgata e varia lectione in libris quibusdam versata exstitisse: τῶν τιν' ἅπαξ εἰρηκότων.

1234. 1. οὐ πάντ' ἀπόλωλε] negativam addidi. *non omnia prorsus pereunt.* resp. non prorsus tota concidit.

— 7. αὐτοῖς] post αὐτοῖς videtur aliquid deesse, ut e. c. ἀπιέναι, ἀπαλλάττεσθαι, vel simile quid, tametsi largior, vulgatam ferri posse.

## AD ORATIONEM IN CALLIPPUM.

Videtur hic Callippus idem esse Callippus Pæanieusis orator, cujus meminit p. 87. 9. a quo se victum fatetur in causa παρανόμων. Actor rursus est idem Apollodorus.

1235. 2. ἄνθρωπος] significatur Callippus.

1236. 12. οὗτος ὃν καὶ αὐτὸς] transposui meo periculo primum vocabulum sic: ὃν καὶ οὗτος αὐτός. non tamen video, quæ vis insit in eo, ut Callippus eodem de Lycone agat, de quo actor.

— 14. Δεκελεῖ] detraxi unum λ. erat quidem forma hujus ethnici regularis Δεκελειεύς. Sed usitatum fuit Δεκελεύς. v. interpr. ad Herodot. 9. 73.

— 15. Λαμπρεῖ] Citat h. l. Harpocr. v. Λαμπτρεύς. nam sic ibi est exaratum, et sunt, qui hanc scriptionem præferant.

— pen. ἰδιώτης] bene habet, significatque hominem ignobilem, obscurum, v. p. 1243. 22. ubi ab ἰδιωτεία, obscuritate Cephisiadis ad claritatem et potentiam Callippi argumentatur.

1237. 9. ἐκπλέοντα αὐτὸν] anacoluthon. recta oratio postulabat ἐκπλέοντός αὐτοῦ.

— 14. τουτουΐ] erat enim Phormio præsto Apollodoro in judicio.

— 13. ἀποκρινομένου κ. τ. λ.] distinguo personas sic: Phormio respondet Callippo, se cæterosque mensæ socios Lyconem bene nosse. interrogat ad hæc Callippus, ἆρα καὶ ἐχρῆτο ὑμῖν. an mensa vestra utebatur Lyco, h. e. an pecunias suas per vos exercebat? ἔφη, aiebat, h. e. affirmabat, Phormio. Sed, addebat idem, cur tu, Callippe, hoc interrogas? quare ego interrogem? inquit Callippus, si scire vis, tibi dicam.

— 21. εὐθέως παραχρῆμα] bene habet. copia dicendi est. Solent hæc duo sæpissime inter se conjungi, cum summa celeritas indicanda est. Statim in illo ipso negotio, h. e. inter illam ipsam sermocinationem.

— 23. Λύκων Ἡρακλεώτης] bene habet. v. v. 12.

1238. 12. ἐπιγεγραμμένον] malim γεγραμμ. simplex.

— 16. οἶσθά τοι, ἔφη] malim οἶσθα τοίνυν, ἔφη.

1239. 7. πρόξενον] videtur horum verborum hæc sententia esse: Si quid Cephisiades mihi velit eripere, sciat, me proxenum esse Heracleotarum, cui difficile sit aliquid vi extorqueri.

— 10. εἰ μὴ] scil. βουλοίμην σοι χαρίζεσθαι.

— 18. οὗτος] est Callippus, ἐκεῖνος est Pasio, pater actoris.

— 21. εἴ τις] correxi ἥτις. Sed et ταύτην videtur post πίστις esse collocandum.

— 22. ἐγὼ] malim ἐμέ.

— 27. οὐδ' ἓν οἷς λέγει] corruptus locus. manifesto quædam desunt. e varietate lectionis nil colligitur, quo vitium sanetur. Est in ea οὐδὲν αὐτοῖς λέγει. et hoc recepi.

1240. 4. παρ' αὐτῷ] apud eum, Pasionem.

— ibid. ἄνευ αὐτοῦ] sine se, Callippo.

— 5. λαχὼν δὲ —] Sententia est: Cum Callippus jam exhibuisset arbitro libellum accusationis contra patrem actoris, Pasionem, pœnituisse ipsum, Callippum, facti, ideoque repetiisse illum libellum ab arbitro, et totam litem sustulisse, contra conditionem Pasioni proposuisse, si vellet, ut negotium amico communi permitteretur.

— 18. Θέλων] malim Θέλοντος. et hoc de meo dedi, ut sit sententia: sperant so vobis persuasuros, ut credatis, Lysithiden non fuisse commissurum, ut damnaret patrem, cum [vel,]si] pater nollet ipse sibi judex fieri, h. e. ultro desistere ab injusta lite, et satis Callippo facere.

— 22. ἐξούλης] propter detentam et denegatam Callippo pecuniam, quæ ipsi judicio arbitri esset adjudicata.

— 23 ἀργυρίου] non autem æris debiti, de quo nondum cognovit arbiter, aut judex, debeaturne, nec ne.

— 27. ὅτι μὲν οὖν προκαλεσαμένου] dedi de meo judicio: ὅτι μὲν οὖν οὐ προκαλεσάμενος. Quod itaque Callippus, nunc, patre vivis exemto, in dedecus ejus mentiatur, a se delatum ipsi jusjuraudum fuisse, quod non fuit.

1241. 8. ὑπὸ τοῦ Λύκωνος καὶ Φορμίωνος] post Λύκωνος adjeci comma, et postremæ voci duas postremas literas detraxi. redit hic nominativus, Φορμίων, ad id, quod e superioribus tacite repetendum est, καὶ ὅτι Φορμίων ἠθέλησε τούτῳ πίστιν δοῦναι. *item, quod Phormio sese obtulerit ad jusjurandum in hanc formulam* ἤ μὴν —.

— 10. et 11. αὐτῷ] utrumque redit ad Phormionem.

— 14. ἤ τε] correxi εἴ τι. *si quid*, aut *num quid*.

— 20. ἀμφοτέρας] tam eorum, qui mihi, actori, testantur, quam Phormionis.

— ibid. τὸν νόμον] significat legem illam, quæ p. hujus v. 4. fuit commemorata.

— 26. Θράκην] Valesius ad Harpocr. p. 211. emendat Ἄκην, quoniam Harpocr.

ex hac oratione in Callippum citat Ἄκη, neque in tota hac oratione locus reperiatur, cui nomen hoc urbis Phœnissæ conveniat, præter hunc. Sed forsitan deceptus ille fuit vitiosis, quibus utebatur, libris.

1242. 9. *οὐτωσὶ μὲν*] pro μὲν malim *φαίνεται*, sententia id postulante. nam alias locus est mutilus. *Constat jam, Lyconem Callippo tam familiariter esse usum.*

— 13. *μονονοὺ*] distraxi in duo vocabula *μόνον οὐ. hoc unum solum ausi non sunt Callippi familiares testimonio suo confirmare.*

— 15. *ἤδη*] si bene habet, est pro *εὖ ἴσθι, statim.* malim tamen *ῥᾴδιος. facilis.*

— 20. *οἰκείως*] subaudi *αὐτῷ*, vel *πρὸς αὐτόν.*

1243. 15. *οὐδὲν ἂν ψευσαμένῳ*] *qui non facile sit mentiturus.* addidi ἂν de meo.

— 16. *ἀπαλείφοντος*] bene habet, usurpantur *ἀπαλείφειν* et *ἀπαρύτειν* [scil. *ἀπὸ χρημάτων τινῶν*] de lucellis furtivis, cum de magno acervo clam parum quid avertunt, veluti detergentes, aut deradentes. aut, ut si quis jusculum carnis adipe, aut lac cremore denudet.

— 19. *ὠφλήκει*] scil. *δίκην.* non debuisset statim mulctam Callippo? non condemnatus statim fuisset a judicibus mulctæ Callippo luendæ?

— 20. Ἀρχεβιάδης] post nomen Archebiadis videtur δὲ deesse.

1244. 11. *προσκαλεσάμενος*] correxi *προκαλεσάμενος.* Sed superest aliud adhuc altius et pertinacius ulcus. pendent enim isti nominativi λαχὼν et *προκαλεσάμενος*, ut dubium nullum sit, quin verbum aliquod, a quo illi nominativi fulciantur, desideretur. non enim possum in animum inducere, hos nominativos positos esse loco genitivorum λαχόντος et *προκαλεσαμένου*, scil. *τούτου.* redit enim oratio ad Callippum.

— 17. *αὐτῷ*] redit ad Callippum.

— 24. ἴδιον] subaudi *συμφέρον.*

— pen. *διαῤῥάττεσθαι*] subaudi ὅ,τι *βούλεται.*

1245. 1. *δέομαι δὲ ὑμῶν*] Illud *δέομαι* hoc versu, demum v. 9. repetitur post multa interjecta, et oratio interpellata restauratur atque absolvitur.

— 4. *τούτῳ*] cohæret cum ἐξὸν v. 5. idem est ac si dixisset: *καὶ ἐπιδείκνυμι, ὅτι ἐξὸν τούτῳ, εἴπερ τι.*

— 7. *καὶ ταῦτα*] malim *καὶ τούτων.*

— 8. Λαβόντα] redit ad Cephisiadem. *et qui a nobis abstulerit certa documenta hujus rei fidem facientia.* μηδὲν ἧττον hoc sibi vult. quamquam pecuniam a nobis abstulit, tamen nihilominus ei fidem literis consignatam, et testibus confirmatam ipsi dedimus, ipsi legatam eam fuisse a Lycone pecuniam, et nos hoc contra litigatorem quemcunque testari paratos esse.

## AD ORATIONEM ADVERSUS NICOSTRATUM.

Actor est rursus Apollodorus, Pasionis filius.

1246. 3. *τὴν ἀπογραφὴν ἐποιησάμην*] actionem instituit titulo injustæ detentionis earum rerum, quæ reip. essent, non ejus, qui eas præter jus et fas detineret.

— 4. *τὸ μέγεθος τῆς ἀπογραφῆς*] magnitudo mulctæ mihi luendæ, si causa cadam. certabat enim actor periculo decem minarum ipsi, si vinceretur, luendarum, cum ipsa res, de qua certabat, quartam solummodo mulctæ partem valeret, duas scil. minas cum dimidia.

— 5. *ἀπεγραψάμην*] dedi *ἀπέγραψα*, ut est in marg. Lut. et sic quoque versu 7. malim *ἀπέγραψα μὲν ἄν.*

— 12. *ἀπογράψοντα*] Citat b. l. Harpocr. v. *ἀπογραφή.*

— 15. *τοῦτο*] abest ab Augustano male. mutabat Lambinus cum *τούτου.* haud prorsus absurde. ego vero servo; sed sic, ut aut *τι* tollatur, aut ei præponatur *μέγα*, ut sit *μέγα τι τοῦτο τεκμήριον, et ut hoc sit his hominibus* [Nicostrato, et ejus fratri, Arethusio] *magnum aliquod documentum*, unde nempe intelligatur, me ipsis inimicum non esse. nam si essem, ipse detulissem eos titulo detentarum et usurpatarum rerum, quæ sint in potestate reip. non autem alius id fecisset.

— 16. *πρὸς ὑμᾶς*] cohæret non cum *τὴν ἔχθραν*, sed cum *λέγοιμι. si ego ad vos commemorarem de mea cum his hominibus simultate.*

1247. 1. *τὰ τρία μέρη*] subaudi *ἐκ τῶν τεττάρων.* tres partes, e quatuor partibus, seu novem de duodecim. nam quarta mulctæ pars semper in ejusmodi causis reip. fisco adjudicabatur. v. ad p. 1379. 19. dicenda.

— 9. *τούτου*] id est, *τοῦ ἐγχωμένου.*

— 26. *παρὸς*] delevi. *oportebat me legatos* vestros *in Siciliam* proficisci jussos illuc nave mea *transportare.*

1248. 5. *παρὰ τούτου*] *e familia*, non mea, sed *hujus*, Nicostrati. subit hic mirari, cur veteres, servorum fugitivorum causa, e fuga retrahendorum, quorum singuli singulis fere minis venibant, tam longinqua, tam diuturna, tam molesta, tam sumtuosa itinera peragerent, tam denique periculosa, cum tanto rei suæ familiaris dispendio, qui possent alios servos ubique locorum vel decima parte illius æris

emere, quod illis in itinera ista insumendum esset.

— 18. ὡς ἐμὲ, πρῶτον μὲν ἠσπάζετο] sustoli μὲν et sic interpunxi: ὡς ἐμὲ πρῶτον, ἠσπάζετο. *cum rediisset Nicostratus domum, omniumque amicorum me primum convenisset, amplectebatur me.*

— 19. καὶ διωδύρετο] dedi καὶ διωδύρετο. verbum compositum, sed inventu rarius. paulo quid plus valet, quam simplex.

1249. 8. αὐτῷ Φορμίωνι] correxi τῷ Φορμ. in ἔχειν subauditur ἐμέ. *quia mihi tum male cum Phormione conveniebat.*

— 12. ὄντα] malim περιόντα. *reliqua facta*, reliquis, quæ a patre relicta habuissem, in remp. insumtis.

— 19. τὸ ἐκ γειτόνων] correxi τὸ ἐν γειτόνων. quod exsculpsi e lectione codicum τὸ ἐγγειτόνων, quod tametsi probo, verebar tamen, ne insolentia offenderet quosdam. ἐν cum genitivo componi, tam insolens non est, atque multis primo adspectu videbitur; ut in Commentariis ad Constantini Ceremoniale compluribus exemplis demonstratum dedi.

— 26. ᾧ τε] correxi ὅ, τε. *et id argentum, quod jam dependi.*

— 27. ἀπολήται] dedi ἀπόλωνται. redit enim ad τὰς χιλίας δραχμάς. dura est, fateor, constructio, sed Attica est, et vulgata non minus dura.

1250. 11. χρημάτων] dedi κτημάτων. opponebat enim Apollodorus pignori pro Nicostrato non τῶν χρημάτων aliquid, sed τῶν κτημάτων. domum, quod est κτῆμα. supellectilia autem domestica sunt χρήματα.

— 12. ὅσον ἐνδεῖ] deerant sedecim minæ. nam viginti sex minis redemtus e servitute fuerat Nicostratus, eique pecuniæ conficiendæ ergo decem minas ei Apollodorus jam donaverat.

— 15. φὴς] sc. σε ποιήσειν.

— 19. Παμβωτάδη] Citat h. l. Harpocr. v. Παμβωτάδης.

— 25. τοῖς πράγμασι] cohæret cum ὅ,τι χρησαίμην. *quod ego quid agerem in hac re tam ardua dubius, et perplexus, utpote qui essem juvenis.* malim tamen verba νέος ὢν pone ἄπειρος πραγμάτων v. 26. collocari. vel potius pone ἐγὼ collocavi de meo sensu.

— ult. μετὰ τῶν ἀντιδίκων] significat Phormionem ejusque advocatos.

1251. 3. ἀπόκλητον] correxi ἀπρόσκλητον, et paulo post in fine versus ἐπιβολὴν [pro ἐπιζυλήν]. Sententia loci perobscuri videtur hæc esse: Nicostratus inscribit me debitorem ærario, h. e. perficit atque impetrat, ut ærarius scriberet a quæstore, vel scriba publico, nomine mulctæ [ἐπιβολὴν] sex minarum et decem drachmarum, cui mulctæ essem condemnatus in lite ἀπροσκλήτῳ, ad quam obeundam ab actore ejusque subscriptoribus non fuissem citatus, agentibus contra me ex eo titulo, ἐξ ἐμφανῶν καταστάσεως, quod celarem res alienas, aut reip. aut etiam pupillis debitas; quas deberem coram sistere atque exhibere.

— 5. τὴν δίκην] id est, τὴν καταδίκην. cum per Lycidam, cognomine Molitorem dictum, effecisset, ut illa mihi mulcta irrogaretur. videtur hic Lycidas arbiter, seu judex pedaneus, illius causæ fuisse.

— 9. τῶν οἰκείων] sunt iidem, atque paulo ante commemorati, Phormio, Pasicles, et eorum consortes.

— 10. ἐνδεικνύναι] ἔνδειξις enim erat in eos, qui causas agerent, cum nondum ærario satisfecissent; qui si convincerentur hujus criminis rei, custodiæ dabantur.

— 12. δέκα δραχμῶν] nimis minuta videtur hæc esse summa, et vix digna, ob quam quis condemnetur ut ærarius. quare malim δέκα μνῶν. præsertim cum statim post dicat, ea supellectilia, quæ Arethusius e domo sua, Apollodori puta, vi exportasset, plus viginti minis valuisse, h. e. duplo plus. nam inter decem drachmas et viginti minas abnormis, et plane nulla est proportio.

— 14. κλητῆρας] post κλητῆρας deesse videtur ψευδεῖς.

— 19. τὸν μαρτυροῦντα] videtur enim alter subscriptorum τὴν κλῆσιν infitiatus esse, seu negasse, adfuisse, cum Arethusius Apollodorum in jus vocaret, id quod factum esse Apollodorus negabat.

— 20. τόνδ' Ἀρεθούσιον] sententia postulat τῷδ' [*huic*, aut, si mavis, articulum τῷ] Ἀρεθουσίῳ. aut, si bene habet vulgata, deest πρωτεκαλούμην. Apollodorum autem Arethusio ipsi τὴν τῆς ψευδοκλητείας δίκην intentasse. patet e p. 1252. 5. Num ergo leg. καὶ αὐτὸν δ' Ἀρεθούσιον. ibam adversus subscriptorem, et ipsum adeo Arethusium, h. e. jure eos prosequebar.

— ibid. τῆς ψευδοκλητείας] subaudi ἕνεκα. accusans eum falsæ subscriptionis, eique propterea litem denuncians. erat autem ψευδοκλητεία, cum quis libello accusationis suum nomen subscripsisset, professusque esset, reum, qui in jus vocatus non esset, a se una cum actore vocatum fuisse. Quo fiebat, ut reus, cum in judicio non compareret ad diem dictam, quippe qui nesciret, diem sibi dictam fuisse, contumaciæ damnaretur.

— 21. ἐλθὼν] scil. Arethusius.

— ibid. εἰς τὸ χωρίον] *in prædium*, meum puta. v. p. 1247. 16.

— 22. γενναῖα] correxi γενναίων. citat h. l. Harpocr. v. ἐμβεβλημένα, et Eustath. ad Hom. Odyss. Λ. p. 1405.

— 23. περιστοίχων] Citat h. l. Harpocr. v. περίστοιχοι. oleæ περίστοιχοι, vel circa quas στοῖχος, murus, esset ductus, vel

sepes. hic videntur ideo sic dictæ fuisse, quod essent aut in orbem horti, aut ad oram arearum consitæ, quibus in arcis olera, floresve, aliæve arbores frugiferæ exstarent; ita ut extremus earum arearum ambitus esset oleis consitus.

— 27. ῥωδωνιὰν] Citat Harp. v. ῥοδωνιά.

1252. 5. τὴν τῆς ψευδοκληρείας γρ.] idem est ac si dixisset: τὴν τῆς ψευδοκληρείας γραφὴν, τὴν ὑπ' ἐμοῦ κατ' αὐτοῦ ληχθεῖσαν.

— 7. ἀπιόντα] correxi ἀνιόντα. nam e Piræeo in Urbem euntes ἀνέβαινον, *adscendebant*, ex Urbe in Piræeum, κατέβαινον, *descendebant*.

— 13. διαμεμετρημένην] Citat h. l. Harpocr. v. διαμεμετρημένη ἡμέρα. Significat, ni fallor, hoc Apollodorus, sibi non licuisse multis verbis causam suam agere, quia dies illa judicialis, qua ista acta fuisset causa, per multas alias causas, etiam eadem die disceptandas, fuisset divisa et descripta. Brevi igitur illa oratione sua cum tamen Arethusium reum peregisset, tacite insinuat, ita perspicuam fuisse causæ suæ bonitatem, ut judices sine cunctatione secundum se, adversus Arethusium litem dedissent.

— 17. δι' ἐμοῦ] dedi δι' ἐμὲ de meo. *propter me*, meam in gratiam.

— 18. αὐτοὶ] Nicostratus et Arethusius.

1253. 5. εἰδότας] recte arbitror ab Aug. l. abesse. quo admisso τοὺς mutandum erit in τούτους. *hos ipsos producam ad vos, testes, penes quos opera corpore danda æra meruit, Cerdo, et quibus satis dedit Arethusius, aut quos jure persecutus est, pro Cerdone.*

— 6. τὸν δὲ Μάνην] sunt absoluti accusativi, cujusmodi accusativos usurpare Demosthenem exemplis aliquot jam supra constitit. *quod autem ad Manem attinet.* alias deesset ὅπως ἐκτήσατο, ἐρῶ. *Manetem autem quomodo nactus sit, nunc dicam.*

— 8. αὐτὸ] correxi αὐτῷ. *ei*, Arethusio puta.

— 9. ἀρχαῖον] post ἀρχαῖον pono comma. totum illud, tam caput vel sortem, quam usuras, reddiderit in hoc puero, tantidem æstimato, atque utramque efficiebat, sors cum usuris computata.

— 15. ἢ θέρος μισθοῦντο ἐκθερίσαι] idem est ac si dixisset: ἢ εἰ μισθοῦντο τὸ ἐκθερίσαι θέρος τι. aut si veniam metendæ alicujus segetis certa pacta mercede redemissent. solebant nempe hi rustici servi a fundorum dominis notas segetes aut fructus hortorum, vinearum, olivetorumve certa mercede redimere, ea lege, ut fructus demessi ipsorum essent, ipsisque liceret pro arbitrio suo vendere.

— 25. ἀνάγνωσις] reliqui vulgatam, existimans inter utramque lectionem nil interesse. Colligitur ex hoc loco, plures consuevisse interrogationes partium litigantium institui, antequam dies forensis ipsis constitueretur.

1254. 6. οὔτε γὰρ] correxi οὐδὲ γὰρ mea sponte. *etenim dominus et arbiter quæstionis per tormenta non eram.* et verba hæc οὐδὲ τῆς βασάνου κύριος ἦν parentheseos signis inclusi.

— 7. οὔτε καλῶς ἔχειν] subaudi a communi ἡγούμην.

— ibid. τὸ λεγόμενον] dedi τὰ λεγόμενα. post ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων v. 8. addidi ἐμὲ κρίνειν.

— 8. ἡγούμην μὴ οὐ τὴν ἄλλην] correxi ἡγούμην δὲ δεῖν τὴν ἀρχήν. *sed existimabam, illum archontem, ad cujus tribunal hæc causa pertineret, aut delectos a senatu.*

— 9. γράφεσθαι] *literis a scriba publico consignari et in acta publica referri curare debere.*

— pen. τῶν ὑμετέρων] mancipia enim Arethusii erant confiscata. sed judices populi personam gerebant.

1255. 9. ἡ ἀδελφὴ] alii οἱ ἀδελφοί. dubium, utrum rectius.

— 11. τὰ τούτων αὐτῶν] *ea bona, quæ ipsorum propria*, non Arethusii, *essent*. videntur ex hoc loco fratres Arethusii, Nicostratus et Dinon, advocati Arethusii fuisse, eos, contra quos hic Apollodorus pugnat.

## AD ORATIONEM IN CONONEM.

Actor hujus causæ est Aristo. v. p. 1266. 24. Cum hac oratione incipiunt in Codice Augustano Demosthenis orationes de causis privatis. Superscriptum enim ibi sic erat: ἰδιωτικοί. κατὰ Κόνωνος. Præterea, cum privatæ Demosthenis causæ rarissime a veteribus rhetoribus laudentur, hæc, ut in cæteris, seu, comparative, ut vulgo usurpant, laudatur creberrime.

1256. 1. ὑβρισθεὶς—] Citat h. l. Aristides τεχν. p. 126.

— 9. τῆς ὕβρεως γραφαῖς] Citat h. l. Harpocr. v. γραφή. necesse quoque est, ut idem h. l. in mente habuerit in v. ἄπαγε, nisi memoria eum fefellerit, ut hanc orationem pro alia citaret.

— 11. ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν, ἣν ἔχων ἐπεπόνθει] probo lectionem Augustani, qui sic exhibet: ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν [subaudi τὴν ἐμὴν, aut τὴν νῦν ἐμοὶ παροῦσαν] ἣν [id est,

ὑπὲρ τούτων, ἃ] ἐπεπόνθειν. nolui tamen vulgatam movere, quod suspicarer in aliis olim libris fuisse hanc lectionem: ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν, ἣν ἔχω, ὧν ἐπεπόνθειν. et sic dedi de inco.

— 13. ἰδίαν ἔλαχον δίκην] Citat h. l. Harpocr. v. δίκη.

— 17. ἡ μετὰ ταῦτ' ἀσέλγεια] v. p. 1265. 2.

1257. 4. Πάνακτον] Citat h. l. Harpocr. hac voce.

— 7. προσκρούματα] dedi προσκρούσματα. *offensæ*. nam κροῦμα non fere aliter, quam de modis musicis usurpatur.

— 8. συνέβη, ἐξ ὧν ἀκούσεσθε] distinxi et correxi sic: συνέβη. hic absoluta est istæc sententia. tum incipit nova. ἐξ ὧν δ', ἀκούσεσθε. *hinc* [id est, ab illa expeditione] *simultas nobis exstitit. Quibus autem e rebus ea exstiterit, jam ex me audietis.*

— 18. προσεούσουν] Citat h. l. Eustathius ad Homerum, cujus verba refert Casaubonus ad Athen. p. 42. conf. ad Mœrin Atticistam Pierson. p. 217.

— 20. ἀπεπεμψάμεθα] malim ἐπεμεμψάμεθα, ab ἐπιμέμφομαι. *leniter eos reprehendebamus, amice cum iis querebamur.* Wolfius vulgatam interpretatur *transmisimus, dissimulavimus.* verum, primum quidem, non hoc est ἀποπέμπεσθαι, sed παραπέμπειν. deinde, non transmisisse silentio atque dissimulatione actorem ejusque amicos istas injurias, sed vel maxime questos esse, constat ex addito ὡς δ' ἐχλεύαζεν ἡμᾶς — *ut vero nos subsannabant, et ne sic quidem finem faciebant injuriarum.* Subsannabat nempe Conon cum filiis Aristonem cum amicis, modeste querentes; et quamvis clementer objurgati, tamen ne sic quidem abstinebant.

— 21. καὶ οὐκ ἐπαύοντο] dedi ex Aug. καὶ οὐδ' ἐπαύσαντο. verumtamen ne sic quidem persanatos est locus. nullus enim dubito leg. esse: καὶ οὐδ' ὡς ἐπαύσαντο. quod modo sum interpretatus.

— ult. ταύτῃ τῇ ἐσπέρᾳ] qua scil. Imperator eos increpaverat.

1258. 1. τελευτῶντες δὲ —] Citat h. l. Aristides τέχν. p. 126. et 128.

— 17. πρότερος] dubitavi, utrum in locum v. πρότερος sufficerem πρὸς τούτοις, quod Dionysius dat. *præter illa priora.* sed potest vulgata locum tueri. *primus et princeps, auctor exempli.*

— 25. Λευκόρειον] Citat h. l. Harpocr. v. Λευκόρειον.

— 27. μὴ μαθεῖν] subaudi δύνασθαι ἡμᾶς, aut τινά.

— pen. Μελίτην] Citat h. l. Harpocr. v. Μελίτη.

— ibid. ἔπινον δ' ἄρ' ἐνταῦθα] pro δ' ἄρ' dedi γάρ. nam si dubie locutus esset, ut probabilitatem solam secutus, non addidisset ταῦτα γὰρ ὕστερον ἐπυθόμεθα.

1259. 12. οὕτω διέθηκαν —] Citat h. l. Aristides τεχν. p. 128.

— 13. συγκλεῖσαι] tantum enim cœni ejus oculis ingesserunt, et pugnis os ita contuderunt, ut tumor vultus non pateretur oculos aperiri.

— 19. σημεῖον] post σημεῖον videtur μέγιστον deesse.

— 24. γυμνὸς] pallio enim spoliatus fuerat. v. v. 11.

— 27. βαλανεῖον] non domesticum, sed publicum.

1260. 3. τούτου] redit ad Euxitheum. Sed si hoc μετὰ τούτου servatur, necesse est ἀπιόντας cum ἀπιόντα mutari, pluralem cum singulari, alias omittendum esset μετὰ τούτου. vel potius ordo verborum optandus est, qui est in Aug. et sic feci.

— 4. τῆς οἰκίας] subaudi τῆς τοῦ Μειδίου. ut colligitur ex insequentibus. v. v. 8.

— 6. ἄγουσι] dativus est h. l. pluralis particip. præs. *affuisse*, vel *interfuisse, cum adducerent ii medicum, qui arcessissent.*

— pen. ὡς οὖν καὶ ταῦτ' ἀληθῆ] addidi καί. refertur ad v. pen. p. 1259.

1261. 2. τούτου] dedi τούτων. Conone, Ctesia ejus filio, et Theogene, Andromenis filio. v. p. 1259. 10.

— 4. οὐ μετρίας] post οὐ μετρίας addidi τινάς. Etiam Toup. Emend. ad Suid. t. III. p. 277. fin. τινὰς e Suida addendum censet. citat h. l. Aristides τεχν. p. 238. et Suidas v. φαῦλον.

— 5. εἰς πᾶν] addunt quidam libri κακόν. non male illi quidem, sed potest etiam sine illo integra esse oratio. v. si placet, quæ ad Dionem Cassium scripsimus, p. 90. 32. item, quibus addi possunt hi loci Aristidis t. I. p. 246. 4. t. II. p. 155. 12. ubi ad τῶν subauditur φόβου καὶ ἀπονοίας. it. p. 297. 9. item p. 64. 8. ubi subauditur ἄχαρι, aut βλαβερόν. ut autem τὰ κακόφημα omittuntur, ita rursus quoque τὰ εὔφημα. sic ab Aristide t. II. p. 196. ult. omissum est ἀγαθὸν, vel ὄφελος. Sed hæc non sunt hujus loci.

— 17. ἱΰφάλλους] Ithyphallos illi sese appellitabant de impudentia et audacia ætatem, sexum, ordinem violante. αὐτολεκύθους autem de simplicitate vitæ et frugalitate, quæ pedissequos nullos desideraret, olearium gestantes ampullam, neque splendorem in victu et cultu affectaret, sed ipsamet sibi serviret necessariaque administraret, cujusmodi est gestatio ampullæ olearia ad balneum, aut in itinere, seu quia servo quis caret, seu quia molestias et fastidia vitæ pompaticæ abhorret. citat h. l. Harpocr. v. ἱΰφαλλοι et αὐτολήκυθοι.

— 22. κατεσκευάκασιν] correxi κατασκευάσει. et nescio, an pari modo etiam v. 13. πειράσεται legendum sit, pro πειράσε-

σθαι, tametsi non nesciam, illum infinitivum referri ad præmissum πέπυσμαι et sic vulgatam defendi posse. et addidi οὐ de meo ad κατασκευάσει. nos autem, quotquot sumus fratres, Conon oratione faciet, h. e. proponet, prædicabit, finget, mentietur, non lascivientes quidem et petulantes per temulentiam, et contumeliosos, cujusmodi sunt ipsius liberi, verumtamen stultos, morosos, sævos et acerbos.

— 27. ἐστὶν] non damno. videri tamen possit præmissum δόξει potius ἔσται postulare.

1262. 14. παρ' ὑμῖν] cohæret cum δίκην οὐ δώσει v. 15.

— 19. τοῦτον] est in Aug. pr. unde colligo Demosthenem dedisse: τοῦτον τὸν τρόπον γέγονεν. Ego de meo dedi: διὰ τί οὕτω γέγονεν.

1263. 10. ἡνίκα εἰλκόμην —] Citat h.l. Aristides τεχν. p. 270.

— 11. ὑγιὴς] bene habet. *cum domo exissem sanus et bene valens, eo reportarer sublimis inter manus gestantium.* nugatur ad h.l. Palmerius p. 647. Exerc.

— ult. ἀλλ' εἰ] subaudi μόνον.

1264. 1. ἅπερ νυνὶ] scil. φαίνεται πεποιηκώς. sed addidi οὗτος ex Augustano. *quæ fecisse hic*, Conon puta, *nunc deprehenditur.*

— 9. τούτοις] correxi τούτους. idem est ac si dixisset: καὶ αὐτὸς ἠξίου τούτους τιμᾶν καὶ δεδιέναι ἑαυτόν. *postulasset, ut hi quoque se, patrem, in honore et reverentia haberent.*

— 22. αὐτὸν] uncis inclusi. quod si servatur, necesse erit, ut τὸν — πατέρα v. 20. accipiatur pro accusativo absoluto, *quod attinet ad patrem.* v. p. 1253. 6.

1265. 5. τῶν τε παρόντων] malim τῶν δὲ παρόντων.

— ibid. οὐτοσὶ] correxi οὑτωσὶ in adverbio. *sic temere, insubide, in cassum.*

— 6. πρὸς τὸν ζωμὸν] Harpocration et, qui ex eo pro more suo excripsit, Suidas, v. λίθος, dant πρὸς τὸν λίθον. quod viri docti, Meursius, Valesius et Kusterus præferunt. iidem hoc versu pro ἐξορκίζοντες probant ἐξορκοῦντες. Sententia est: eos rixando, jocando, præstigiis et nugis a causa alienis rem usque ultra mediam noctem extraxisse.

— 14. τοὺς ἐχίνους] distinxi commate figendo post ἐχίνους, quod comma post ἐθέλειν expunxi. Sponsionem offerebant, sese velle tradere servos ad tormenta. cohæret enim ἐθέλειν cum προὐκαλοῦντο.

— 22. μὲν] respondet δὲ p. 1266. 1.

— ult. παρ' ἐκείνοις ἂν ἦν ἡ δίκη] fuissent mei necessarii eos apud Areopagitas de cæde accusaturi.

1266. 2. τοῦτο τὸ δίκαιον ἔχων] *sin autem ignoravit, auctorem vulnerum se a me dictitari, et hac ignorantia sese purgare atque excusare contendet, causabiturque, ut statim faciet, se, propterea quod ignorasset, culpam mali a me in se conferri, defensionem haud præparasse.*

— 3. ἀνεστηκὼς ἤδη] cum jam lecto resurrexissem, morbo liberatus et pristinæ bonæ valetudini redditus.

— 4. προσεκαλεσάμην] bene habet. cave Lambino hic ne credas. Subauditor πρὸς τὸν ἄρχοντα. non enim actor, in hac quidem causa, sponsione προεκλήσει, certabat, sed reus; actor autem reum προσεκαλεῖτο, ad judicem adesse jubebat.

— 10. ὧν ἕνεκ'] ante ὧν expunxi καὶ, quod si servetur, tum etiam sit καὶ τοὺς χρόνους legendum. Tria commendat actor judicibus puncta, quæ illos vult memori mente habere. 1. tempus oblatæ sponsionis, mediam puta noctem. 2. causam oblatæ sponsionis, scil. ludificandi ergo, et rem extrahendi. 3. temporis præteriti acta, quod Conon multa omiserit, quæ dudum illi fuissent agenda, si causam suam voluisset in tuto collocare. Sunt hæc tria ἀσύνδετα. aut si καὶ in capite secundi puncti ferimus, non poterimus facere, quin καὶ etiam tertio puncto, quod a verbis τοὺς χρόνους incipit, præfigatur.

— 12. αὐτὸ] correxi αὐτῷ. tempora superiora, quibus nunquam ita se gessit, ut constare possit eum voluisse justo hoc excusationis et defensionis titulo, τῇ προκλήσει, potiri. Magnum enim alias dabat pondus causæ rei, si posset probare, se sponsionem actori obtulisse de servis suis quæstioni per tormenta dedendis. Quem titulum excusationis, quo utebatur Conon, modis omnibus laborat actor infringere atque debilitare.

— 14. ἀξιώσας] scil. αὐτῷ γενέσθαι, quod præcessit.

— 15. ἅπερ παρ' ὑμῖν] scil. ἐλέγχεται νῦν ὑπ' ἐμοῦ. quoniam apud arbitrum perinde arguebatur, atque nunc a me apud vos, judices, arguitur, in his omnibus rebus deliquisse. dedi ἅπερ καὶ νῦν παρ' ὑμῖν.

— 16. πᾶσιν] subaudi ἀνθρώποις. non enim cohæret cum τοῖς ἐγκεκλημένοις.

— 20. Χαιρήτιος] videtur natum e lectione quorundam librorum Χαίριππος. correxi tamen Χαιρέτιμος et hic, et p. 1267. 20. quia meliores libri id exhibebant.

— 24. Κόναν, καὶ Ἀρίστωνα] sustuli comma et καί. *Cononem verbera Aristoni haud inflixisse.*

1267. 6. εἰσιέναι] subaudi εἰς τὸ δικαστήριον.

— ibid. τί γὰρ ἂν ἡ διὰ τί] scil. maluissem judicio contendere. Sed quid interest inter τί et διὰ τί. nihil, quod sciam, inter utrumque interest.

— 7. πρῶτον] dedi πρώτου. causæ cardo in eo vertebatur, quis primus verberasset,

quis cædendi fecisset initium.

— 17. ὄφελος] scil. ἔσται. mallem sic enunciatum fuisse: τοιοῦτον, ὥστ' ἐὰν ἅπαξ — οὐδὲν εἶναι τῆς ἀληθείας ὄφελος.

— 23. ἁπλᾶς] Citat h. l. Harpocr. v. ἁπλᾶς.

— pen. τυπτόμενον] scil. τινὰ ὑπό σου.

1268. 2. ἐῤῥάφθαι] bene habet. Lambinum hic ne audi. *opus fuisse, ut labium mihi acu medica consueretur.* v. p. 1270. 2.

— 6. ὅσα γὰρ μὴ δι' αὐτῶν] sobaudi γέγονε. *nulla enim in re poterunt testes exhibere, quæ non per ipsos solos, sed etiam per alios, gesta fuit, et in qua gerenda prater ipsos alii quoque interveniunt.*

— ibid. οὐδενός] id est, τούτων οὐδενός. Sententia hæc est: ὅσα μὴ δύνανται βεβαιοῦν δι' ἑαυτῶν μόνων, φάσκοντες ἢ ὀφθῆναι, ἢ ἀκουσθῆναι, ἢ γεγονέναι. ἀλλ' ἃ καὶ προσδεῖ τῆς ἔξωθεν πίστεως, τούτων μηδενὸς μάρτυρα παρέξουσι καθ' ἡμῶν.

1269. 2. ἀποβλέποντας] subaudi τινὰς, aut τοὺς ἀνθρώπους. in August. est ἀποβλέποντα in singulari, nempe τινά. perinde est.

— ibid. πιστεύειν] id est, τότε πιστεύειν. tum demum, neque citius, credere, si res et mores cum verbis congruant. possit tamen quoque legi οὐ πιστεύειν. oportet diffidere, si scil. orationi mores et facta minus respondeant. et hanc rationem videtur Wolf quoque secutus esse in Latinis.

— 5. παῤ ὑμῖν] idem est atque quod margo dat, παρ' ὑμῶν. *auctoritate vestra*, jussu vestro, judicio a vobis morte damnatus.

— 8. μειράκια] ante μειρ. malim καὶ addi, et pro ἔχειν legi ἔχοντας. *et [audio, puta] hos, cum adhuc essent adolescentes, et cognomen Triballorum gererent [a semet sibi inditum], Hecatæa devorasse.*

— 10. κατακαίειν] vitiosum esse liquet, non item, quomodo emendandum. codices aliqui dant κατεσθίειν, ad sententiam bene. quod recepi. videtor tamen Demosthenes potius καταπίνειν dedisse. aut, quod præfero, κατ' ἀγυιὰς, *per semitas*, aut *per compita*. Locom hunc egregie exposuit Hemsterhusius ad Luciani t. I. p. 330. Lectionem, quæ mihi inprimis probatur, κατ' ἀγυιὰς, si sequimur, cohærebit ea cum συλλέγοντας συνδειπνεῖν. *eos solitos fuisse, cum per compita collegissent Hecatæa, et testiculos porcellorum, — ex ejusmodi dopibus collectitiis opulas parare.*

— ibid. καὶ τοὺς ὄρχεις —] feliciter hunc locum sanavit laudatus modo Hemsterhusius ibidem loci, ad hunc modum: καὶ τοὺς ὄρχεις τοὺς ἐκ τῶν χοίρων, οἷς καθαίρουσιν [scil. οἱ πρυτάνεις]. *testiculos porcellorum, quibus Prytanes concionem purgant*, vel *februant, in publicum projectos.* et correxi ad mentem V. C. h. l. nemo honestus et paulo religiosior ejusmodi dapes attingebat, quippe quæ piaculares essent, sed solummodo aut pauperes eas tollebant, aut cynici, aut nemo.

— 13. ἢ ὁτιοῦν] scil. τούτων ποιεῖν, ἃ ποιοῦσιν οἱ ἄνθρωποι ῥᾷστα καὶ εὐχερέστατα.

— 16. μηδὲν μελήσας] correxi μηδ' ἂν μελλήσας. Sed ille vir est fide dignus, qui ne sanctunt quidem et legitimum quoddam jusjurandum unquam dixerit, per capita liberorum autem ut dejeraret, ne per somnium quidem in animum induxerit, quod jurisjurandi genus moribus et institutis vestris interdictum est, sed omnia prius tolerarit, quam id fecerit: aut, si prorsus facere nequeat, quin, cogente necessitate, juret, ita juret, ut jus et fas est [quibus verbis ipse semet designat]; ille semper dignior est, cui fides habeatur a vobis, quam is, qui —.

— 17. πρότερον] scil. quam, ut eo modo juret. Wolfius in hoc loco interpretando humani quid passus est, existimans subaudiri ἢ πιστὸς εἶναι. quæ ratio sensum supplendi prorsus abhorret. unde nil mirum, quod ipse, incommoditatem hujus interpretationis sentiens, admonitionem subjecerit, locum hunc suspicione mendæ non vacare.

— 22. καὶ ὁτιοῦν] καὶ significat h. l. non copulam, sed *quodcunque tandem.*

— 24. ὡς οὐ κατεπιορκησόμενος] suspectum mihi quidem hoc est. duplex mihi conjectura occurrit. aut: οὐχ ὡς σὺ [scil. ἠθέλησας ὀμνύναι] κατεπιορκησόμενος τὸ πρᾶγμα. *non, ut tu, spe atque contentione hanc causam perjurio vincendi.* quomodo etiam Wolf conjecit. aut: προσυβρισθῆναι παρὰ τῶν, ὡς σὺ, κατεπιορκησομένων τὸ πρᾶγμα. *et præterea quoque pati, ut injurias et contumelias ab iis accipiamus, qui, sicut tu, causam vincere vel perjurii adminiculo nil dubitabunt.* et hoc dedi de meo.

— pen. ἕνεκα] malim ἐναντίον. *coram vobis.*

1270. 3. καὶ εἰ μὲν εὐορκῶ —] Citat h. l. Aristides τέχν. p. 248.

— 27. χρήσιμοι] post v. χρήσιμοι addidi καὶ αὐτὸς, scil. ἐγώ. *et ipsemet ego, et pater meus.*

1271. 1. οὐδὲν οὔθ' οὗτος] mediam vocem addidi, scil. χρήσιμοι ὑμῖν γεγόνασι.

## AD ORATIONEM IN CALLICLEM.

1272. 17. ὁ πατὴρ] Tisias, ut patet e p. 1273. 7.

— 19. ἤδει] scil. τὸ ἀληθὲς τῶν πάλαι γεγονότων καὶ δεόντων περὶ τὸ χωρίον.

1273. 1. ἡμέτερον] vis videtur in hoc voc. inesse, prædium nostrum, quod juris nostri cum sit, nemini licet nos impedire, pro lubitu nostro in eo molientes quid et struentes.

— 8. ἀποικοδομεῖς] Citat h. l. Harpocr. v. ἀποικοδομεῖς.

— 12. εἴχες] malim εἶχετε. tu et pater tuus.

— 17. ὥσπερ ἐμοῦ νυνὶ] malim transponi vocabula, ὥσπερ νυνὶ, ἐμοῦ, aut ἐμοῦ, ὥσπερ νυνί.

— 19. ἐκεῖνος] scil. ὁ διαιτητής.

— 21. ῥᾳδίως] pro ῥᾳδίως alii dant εὐχερῶς, alii μισθοῦ. posterius facile admiserim, sed non sine altero, seu ῥᾳδίως, seu εὐχερῶς. τούτοις redit ad Calliclem et Callicratem et socios eorum.

1274. 10. ἀλλ' οὐχ οὗτοι] scil. voluerunt arbitris æquis rem permittere, quamquam nunc quidem dicent se voluisse.

— 16. τοῖς χωρίοις] non cum περιέχοντος cohæret, nam id accusativum sibi jungi postulat, sed cum συμβαίνει. Aut cohærebit hic dativus cum καταῤῥέον, ut ὕδωρ τοῖς χωρίοις καταῤῥέον idem sit, atque ὕδωρ εἰς τὰ χωρία καταῤῥέον.

— 20. τηνικαῦτα τοῦτ'] scil. τὸ ὕδωρ. Suspicatus tamen aliquando sum leg. esse τότ' loco pronominis. τηνικαῦτά τότε est plenonasmus Atticus.

1275. 13. συμβέβηκε] subaudi τῷ ἡμετέρῳ χωρίῳ. quod nescio an addendum sit.

1276. 9. ἀλλ' οὐκ ἂν τοὐναντίον] correxi ἀλλ' οὐκ αὐτὸ τοὐναντίον. *et annon potius, prorsus contrario modo, solemus nos omnes?*

1277. 2. ὥσπερ ἂν θάτερ'] pro media voce correxi ἀνά. *per reliqua quoque prædia*, in reliquis quoque prædiis, *quæcunque*.

— 10. ὃ] id est, διὸ, *quopropter*. ego tamen sic malim legi: ὃ δὲ καὶ πάντων ἐστὶ δεινότατον, Καλλικλῆς μέν (sine εἰ).

— 13. τοῦ χωρίου] scil. τοῦ ἡμετέρου, aut τοῦ ἑαυτοῦ ἰδίου.

— 24. γὰρ] correxi δέ. respondet enim præmisso μὲν v. 22. οὗτοι sunt Callicles, et Callicrates, et reliqui eorum socii. ἐκεῖνοι sunt vicini actoris. *tametsi*, ait, non desint, quibus vicini mei me offendant, et causam mihi præbeant cum ipsis querendi, hac tamen in parte nil peccant, neque me incusant ideo, quod ego in ipsorum fundos aquam e prædio meo immittam. εἰ καὶ κατὰ μηδὲν ἄλλο περὶ αὐτῶν ἐστὶ λέγειν, ὅτι μηδεμίαν αἰτίαν ἔχουσι.

1278. 1. ὄν] alii dant ὅς. utrumque recte. ὅς cohærebit cum ἥμαρτε, ὄν autem cum εἶσεσθε v. 7. Constructio est: ὄν εἶσεσθε σαφέστερον ὅτι ἥμαρτε, noto Atticismo, pro εἴσεσθε, ὅτι αὐτὸς ἥμαρτε.

— 4. χλίδον] Citat h. l. Harpocr. v. χλίδος.

— 16. ἐκείνης] redit ad matrem Calliclis.

— 27. τειχίον] est id, quod nos Germani appellamus *einen Schuppen*, aut *Schoppen* [*a shed, cart-house*], unde nomen *scabinorum* exstitit. est in villis area vacua, tecto superne munita, carrhis ibi reponendis. *porticum* dixeris.

— ibid. παλαιὸν] ruinosum, male fultum, tignis cariosis et exilibus.

— pen. ἐπακοδόμησεν] maceriæ villæ snæ viam publicam contingentis.

1279. 11. βεβλαμμένων] subaudi τούτων.

— 22. τὸ παράπαν ἅπαντα] alterutrum horum redundare videtur.

1280. 7. ἀποικοδομηθέντος] scil. τοῦ ὕδατος. *aqua ædificiis*, vel *mœnibus oppositis exclusa*. aut etiam τοῦ χωρίου. *villa hujus Calliclis adversus impetum aquæ communita*.

— 20. τοιαύτην ἑτέραν δίκην] qualis scil. prior illa fuit, aut etiam, qualis hæc est, quæ nunc agitatur.

— ibid. ἐπιγραψάμενος] ita machinatus, ut in libelli accusatorii a se in ista causa prætori exhibiti fronte, non meum, sed Callari nomen, servi mei, scriberetur a scriba publico. Sed quæ de causa Callari narrat, minus intelligo.

— 21. τῶν ἐμῶν δούλων] correxi τὸν ἐμὸν δοῦλον ex ingenio meo. non tamen me fugit, posse vulgatam defendi, si τινὰ subaudiatur.

1281. 20. χαλεπὸν ὂν] id est, καίτοι χαλεπόν ἐστι ζημιοῦσθαι.

## AD ORATIONEM IN DIONYSODORUM.

1282. 1. κοινωνός εἰμι] intelligitur hoc e p. 1284. 26.

1283. 4. γραμματιδίῳ] γραμματίδιον et βιβλίδιον quomodo differunt? videtur alterum ipsa membrana fuisse, in qua tabulæ contractus exararentur, alterum involucrum.

— 8. τὸ βέβαιον] si τὸ βέβαιον cohæret cum προϊέμεθα, et pecuniam significat, quam quis in manibus habet, tum stare quidem potest vulgata distinctio, sed pro λαβόντες leg. erit μαθόντες. qua de causa,

quo moti e manibus certum dimittimus pro incerto? nummos præsentes pro spe dubia. sin autem προϊέμεθα per se stat, et sic nude usurpatum est pro προϊέμεθα τὸ ἡμέτερον ἀργύριον, tum mutanda erit distinctio ad hunc modum: τί λαβόντες τὸ βέβαιον, quodnam genus securitatis vel cautionis adepti, προϊέμεθα, dimittimus nostros nummos?

— 20. ὥρα] bene habet. Appellant sic Græci eam anni partem, qua fruges et poma uvæque maturescunt et colliguntur.

1284. 1. ζημιώσων] mulctandus enim procul dubio secundum leges erat actor, si Dionysodorus potuisset evincere, actorem contra sententiam contractus egisse, qui contractus creditori jus adimebat debitorem de solutione pecuniarum creditarum postulandi, si navis perisset. sed aiebat Dionysodorus navim perisse, negabat actor.

— 10. ἡμῖν] mihi et socio meo Pamphilo.

— ibid. Μεταγειτνιῶνος] Ergo Metagitnion erat mensis vernus, quia contractus mercatorum vel navicullariorum plerumque semestres erant a mari aperto ad mare clausum.

— 11. ἐπὶ τῇ νηΐ] subaudi τῇ ἑαυτῶν.

— 19. ἀμφοτερόπλουν] Citat h. l. Harpocr. v. ἀμφοτερόπλουν.

1285. 3. ἄρξοντος] correxi ἄρξαντος. Hoc de Cleomene nihil comperi. constat tamen ex hoc loco, magnam ejus in Ægypto potestatem Alexandro M. superstite fuisse.

— 6. συνιστὰς] imperans, edicens, statuens, pro arbitrio suo, et mandans suis procuratoribus per literas, quanti identidem velit frumenta sua vendi.

— 9. ταῖς ἐμπορίαις] correxi ταῖς ἐμπορείαις. Kuster ad Suid. v. συνετιμήθη t. III. p. 403. qui locum hunc ibi, sed longe aliter, affert, vult τοῖς ἐμπορίοις, *naves ad emporia appellebant*. pronuncians, tam lectionem vulgatam ταῖς ἐμπορίαις, quam lectionem a Suida prolatam τοῖς ἐμπόροις perinde vitiosam esse. Ego vero ut in hoc Kustero assentior, ita conjecturam ejus probare nequeo. Sententia est: *alii* itinera maritima faciebant, iisdem in navibus, in quas impositæ essent merces a Cleomene ex Ægypto quaquaversum dimissæ, iisque mercibus ut custodes præerant, videntes, ut tuto in portus quæque suos devecherentur, in manusque eorum traderentur, quos Cleomenes in portu quoque constituisset, qui merces eas venderent.

— 21. ὁ Σικελικὸς κατάπλους] cum Athenas venisset classis frumentaria cum frumentis e Sicilia advectis.

— 23. οὗτος] Dionysodorus.

— 26. πέρας οὖν λαβὼν ὁ Παρμενίσκος] dedi πέρας δ' οὖν, λαβὲν γὰρ ὁ Παρμενίσκος. *ut breviter dicam, cum Parmeniscus accepisset literas.*

1286. 1. ἀποδίδοται] Ego de meo dedi ἀποδίδονται, quo in plurali omnis difficultas tollitur. venduut, Parmeniscus puta ejusque socii.

— 2. καταφρονήσαντες] desitne hic loci aliquid, nec ne, in dubio relinquam. pluralis certe numerus est tuendus. redit enim ad utrumque, Dionysodorum et Parmeniscum. si quid deest, videtur ὥστε φαίνονται deesse. *quo constat eos contemnisse.*

— 14. δανειστάντων] subaudi ἡμῶν.

— 17. αὐτοὶ δὲ οὐδὲν μᾶλλον —] Sententia est: illos nihilo propterea magis huc cum nave sua appellere, tametsi discrimen videant, in quod nos fraude sua conjecissent.

— 21. ἀλλὰ] hic non est adversativa, sed significat, *saltim, minimum*, si nihil aliud, hoc tamen.

— ibid. τοὺς τόκους — τοὺς ἐξ ἀρχῆς ὁμολογηθέντας] poterat enim actor, si stricto jure vellet uti, duplum postulare, quia conditionibus contractus non fuerat satisfactum.

— 26. τὸ πρὸς μέρος] omittunt aliqui præpositionem. ego vero teneo, existimans idem esse, atque si dictum esset: τὸ συμβαῖνον μέρος τοῦ τόκου πρὸς τὸ ἀνάλογον μέρος τοῦ πλοῦ.

1287, 6. οὐδὲν μᾶλλον] non ideo magis, quod sic præ se ferret, in animo habens oblatam pecuniam dare. æque parum in animo habebat id facere, quod aiebat, quam si nil dixisset.

— 15. τὸ ἐκ τῆς συγγραφῆς δίκαιον] quo poteramus duplum postulare.

— 19. ἀναιρούμεθα] correxi ἀναιρώμεθα. facetus est dialogismus actoris cum Dionysodoro. Tollite, ait Dionysodorus, tabulas contractus. Nos tollamus? respondet actor. tune serio vis, ut tollamus? id nunquam fiet.

— 20. οὐδέν γε μᾶλλον] scil. τοῦτο ποιήσομεν, ἢ ὁτιοῦν, scil. ἄλλο τῶν ἀδυνάτων, aut τῶν αἰσχρῶν καὶ δεινῶν. non magis hoc faciemus, quam aliud quicquam eorum, quæ fieri nequeunt, aut sunt turpia et infanda.

— 24. ἢ τί τὸ ἰσχυρὸν] possit hic articulus videri supervacaneus. verum tamen locus similis, qui est initio hujus orationis p. 1283. 8. possit ei succurrere. malim tamen ἢ τί ποτ' ἰσχυρόν.

1288. 4. κριθῆναι] ita positum est in bivio, ut a legente debeat tacite iterari. idem est ac si dixisset: ἀξιούντων ἡμῶν Διονυσόδωρον κριθῆναι [id est, ἐὰν κριθῆναι], ὡς ἑτοίμων ἡμῶν ὄντων κριθῆναι.

1289, 21. συγκεχωρηκέναι] id est, ἀφεικέναι, remisisse usuram argenti, quæ ipsis

ex præscripto contractus Rhodo Athenas erat solvenda. Nomen enim erat Alexandriæ contractum ea lege, ut Athenis persolveretur. Verum fœneratores illi cum Rhodum venissent, satis habebant, pecuniam recuperare cum ea usuræ parte, quæ esset ab Alexandria inde ad Rhodum solvenda; alteram partem usuræ, quæ fuisset Rhodo Athenas solvenda, remittebant.

— ibid. τοὺς εἰς Ῥόδον] via scil. æstimata, non ab Alexandria ad Rhodum, sed ab Athenis ad Rhodum.

1290. 8. πλόϊμον] vocabulum hoc, quod aliquoties per hanc orationem recurrit, ubique per ω exaravi.

— 14. ἂν μέντοι αὐτοὶ ἦσαν κύριοι αὐτοὶ δὲ οὐ ταῦτ' ἀπέστελλον] correxi: ὧν μέντοι αὐτοὶ ἦσαν κύριοι οὗτοι, οὐδὲ ταῦτ' ἀπέστελλον. *verum ne ea quidem omnia hi*, Dionysodorus et Parmeniscus, *quæ in potestate sua habebant, huc mittebant.* codices primum αὐτοὶ omittunt, ego servavi, sed contra secundum cum οὗτοι mutavi, meo arbitratu.

— 16. ἐκλεγόμενοι τίνων] idem est ac si dixisset: ἐκλεγόμενοι ἕνια, ὧν τιμαί.

— 25. ἀλλὰ τοῦ συμφέροντος ὑμῖν] fero vulgatam, si sententia est: ἀλλὰ τοῦ ἔχεσθαι ὑμᾶς τοῦ συμφέροντος ὑμῖν. *sed documento est, vos lucro vestro servire.* sed nescio, an orator sic reliquerit.

1291. 1. οὐδὲν ἀδικεῖται ὁ πεισθεὶς, ἢ ὁ πείτας] correxi: οὐδὲν ἀδικεῖται οὔθ' ὁ δοὺς, οὔθ' ὁ πεισθείς. vid. vulg. nata esse e varia lectione quorundam librorum, quæ fuit hæc, ni fallor: οὐδὲν ἀδικεῖται ὁ πεισθεὶς, οὐδ' ἀδικεῖ ὁ πείσας.

— 4. ποῦ] correxi ποῖ, *quo? quorsum.*

— 21. καὶ τὸ παρὰ τὴν ἄφεσιν] τὸ abest ab Aug. pr. quod si admittatur, quamquam ego equidem haud auctor sim, significabit περὶ τὴν ἄφεσιν, *quod attinet ad remissionem.*

1292. 13. τοῦτο] scil. τὸ περὶ τὴν συγγραφὴν καὶ τὰ ταύτης δίκαια.

1293. 16. ταῦτα] malim ταὐτὰ, aut καὶ ταὐτὰ, propter sequens ἡ αὐτὴ πρᾶξις. unde facile patiar abesse κοινὰ, quod a Bav. abest.

1294. 21. καὶ γὰρ τοῦτο — θεάσασθε τὴν ὑπερβολὴν] τούτου leg. videtur, aut καὶ τὴν ὑπερβολήν.

1295. 9. ὑπὸ τῶν δικαστῶν] tuo enim consilio id factum est. tu noluisti eam huc dirigere. cujus malitiæ si dignes dares pœnas, morte dares ab his judicibus condemnatus.

— 21. σύμπτωμα] Phrynichus p. 104. v. σύμπτωμα hoc uno loco ait a Demosthene usurpatum.

— 26. καὶ τοὺς τόκους] non autem duplum, ut in tabulis cautum erat.

1296. 26. ἔπεισαν ἡμᾶς] scil. λαμβάνειν.

1297. 10. κρίνετε] malim κρινεῖτε.

# AD APPELLATIONEM IN EUBULIDEM.

Genus actoris. Nescio quis generis pater.

Theocritides. Lysarete. Charisius. Lysanias.

Theocritus. Theocritides. Charisiades. Nicias.
Euxitheus, actor. Nicostratus.

1299. 11. πάσης] correxi πλείονος. vulgata si servatur, μᾶλλον erit ante ἢ τούτου addendum.

— 17. παροξύνεσθαι] correxi παρωξύνθαι. citat h. l. Harpocr. v. ἀποψήφισις.

— 21. τὸ καθ' αὑτὸν] scil. πρᾶγμα, vel πάθος, vel ὄνειδος, vel ἔγκλημα.

— ult. ἃ νομίζω — πρῶτον — δίκαια] f. ὃ νόμιζω — πρῶτον — δίκαιον.

1300. 10. τὴν τοῦ πράγματος ὀργὴν] id est, τὴν ὑπὲρ, vel κατὰ τοῦ πρ. indignationem vestram ob illud facinus, et animadversionem in ejus reos. Significat clandestinam violentamque multorum in jura civitatis invasionem.

1301. 4. ἔφεσιν] Citat h. l. Harpocr. v. ἔφεσις.

— 21. ἐνεκάλει] correxi ἀνεκάλει. *solebat* (aut Eubulides, aut potius scriba publicus) *nomina popularium recitare, si qui essent evocandi.*

1302. 27. παρὰ τούτων] dedi παρὰ τούτου. ab Eubulide. potest tamen vulgata ferri, si ad Eubulidis complices nequitiæ refertur.

1303. 3. ἐν ἅπασι] delevi præpositionem. vulgata si servatur, erit exponenda, in toto conventu popularium omnium.

— 15. ἡμῖν] correxi ὑμῖν ex mente Wolfii. jusserat enim senatus in peregrinos jura civitatis præter jus usurpantes inquiri.

— ibid. πλείους ἢ εἴκοσιν] non convenit cum superioribus p. 1301. 27. ubi ait in demotarum, qui cuncti erant 73, numero se fuisse ferme sexagesimum. Supererant ergo tredecim, non plus viginti. sed oratores causæ serviunt, eandem rem, prout expedit, modo amplificantes, modo extenuantes.

1304. 7. Δεκελικὸν] correxi Δεκελεικόν. conf. Valckenaer ad Ammon. p. 100. v. ξενίζειν.

1305. 10. καὶ] post εἶναι delevi, quod servari potest, si lectionem marginis Lutet. sequaris.

1306. 1. καὶ νῦν ἐγὼ λέγω] bene habet hæc lectio, solummodo a me erat distinctione adjuvanda et illuminanda. posui comma post ἐγὼ, ubi ζῶ subauditur. λέγω hic loci, ut sæpissime apud Demosthenem, et ejus imitatorem Aristidem, valet idem atque δηλονότι, *scilicet.*

— 3. ἢ πῶς δυνατὸν] videtur speciem scholii, aut variantis lectionis habere. idem enim est cum ἔνεστι.

— 7. ὑποψίαν τιν' ἔχειν] hoc τινὰ non cum ὑποψίαν cohæret, sed per se stat, et est masculinum, non fœmininum. et subauditur ἄνθρωπον. *hominem aliquem habere hanc suspicionem*, i. e. suspicari.

— 8. παρέσχετο] post παρέσχετο videtur deesse φάσκοντας εἶναι, aut ὁμολογοῦντας εἶναι. *si præstitit et in medium produxit cognatos, qui, cum affirmarent, aut faterentur, se cognatos ejus esse, tum iidem quoque bonorum suorum participem eum redderent.*

— 17. ἐκεῖνον τὸν ξένον] addidi articulum ex Aug. sine quo si esset, probarem Wolfii sententiam, ad ξένον addentis ὄντα.

1307. 4. κατ' ἐκεῖνον] a parte patris.

— 12. τοὺς μηδὲν ἐν γένει τιθέντας ἐάσαι] potest hæc lectio ferri, hactenus, ut ad ἐάσαι, qui est optativus, subaudiatur τοῦτο ποιεῖν, et ad τιθέντας subaudiatur τινάς. qui sinat quosdam, neque prohibeat, cum corpora hominum non cognatorum in monumentis gentilium tumulant. prætuli tamen e codicibus τοὺς μηδὲν ἐν γένει προσήκοντας τιθέναι ἐάσαι. Præpositionem ἐν si quis delere malit, haud intercedam.

— 24. εἰ καὶ κατὰ θάτερα] scil. μέρη τοῦ γένους. etiamsi a parte patris solummodo, aut a parte matris, civis fuisset, genitus a patre, qui esset civis, et matre, quæ non esset, aut a matre natus cive, a patre peregrino, tamen fuisset inter cives habendus, quippe qui natus esset ante archontem Euclidem, sub quo lex lata, ut postmodum, hoc est post illum annum, quo archon esset Euclides, quicunque liberos suscepisset e fœmina non cive, ut illi liberi nothi essent.

1308. 1. περὶ τὴν ἀγορὰν] dedi de meo περὶ τῆς ἀγορᾶς. *præter decreta, quæ agunt de foro et negotiis*, quæ in foro exercentur, ut mercatus est rerum venalium.

— 13. τοῦτον] scil. τὸν νόμον.

— ibid. ἐκεῖνος] Solon puta.

— 14. ὥστε ψηφίσασθαι πάλιν ἀνανεώσασθαι] correxi ἅστ' ἐψηφίσασθε πάλιν τὸν αὐτὸν [scil. νόμον] ἀνανεώσασθαι. *ut decerneretis, ut novus aliquis hujus legis lator,* vel *restaurator exsisteret.* qui fuit Aristopho. Sed quid opus erat legis a Solone latæ restauratione, cujus leges nunquam non in rep. viguerunt?

1309. 3. αὐτοὺς] correxi αὐτήν. Est idem atque si paulo latius dixisset: προσῆκε μαρτυρεῖν [aut ἦκειν] ἐπιδεικνύντας, ὅτι ξένη ἦν, τελοῦσα τὰ ἐν τῇ ἀγορᾷ τελούμενα ξενικὰ τέλη, καὶ ὅτι ἐκ ταύτης ἡ ἐκείνης χώρας ἦν, Λυδία, ἣ ὠρήσσα, μετὰ τὸ ἐξετάσαι, ὡδαπὴ ἦν, καὶ εἰ τὰ ξενικὰ τέλη ἐτέλει.

— 11. οὐδέν τι] correxi οὐδέν ὅ,τι οὐ. *nihil non,* quicquid in buccam venit.

1310. 1. ἐὰν] correxi ἃ οὗτος. *si demonstro vobis, et in conspectum vestrum produco, matris cognatos, homines liberos, quales oportet esse, negantes, interposito jurejurando, ea vera esse, quæ Eubulides de ea calumniose affirmat.* ταύτας τὰς διαβολὰς per appositionem dictum est, et exponit superiora, ἃ καταιτιᾶται.

— 4. καὶ] post εἶναι delevi. possit καὶ servari, si ὁσίαν, vel ἀληθῆ addatur, *sanctum,* vel *verum* et *justum suffragium.*

— ibid. θέσθαι] cohæret cum ἀκούσαντες v. pen. p. 1309. Juvat hic genus actoris a parte matris proponere, quo res magis declaratur.

Demostratus Melitensis suscepit

| ex uxore prima | | | ex uxore altera Chærestrata dicta | |
|---|---|---|---|---|
| 1 Amytheonem | | 2 filiam, quæ e Diodoro Alæensi peperit | 1 Timocratem | 2 Nicaretam, |
| Demostratus. | Callistratus. | Dexitheus. Ctesibium. | Euxitheus | quæ e Theocrito Halimusio peperit Euxitheum actorem. |
| | | | N. N. N. | |

— 16. μαρτυρήσεται] idem est atque μαρτυρήσει. et hæc monumenta publica hac de re testabuntur. nam in illis publicis monumentis stabant stelæ, vel cippi, nominibus ibi sepultorum inscripti.

— 17. Ἀλαιεῖ] videtur h. l. in animo habuisse Harpocr. v. Ἀλαιεύς.

— 22. Πλωθεὺς] Citat h. l. Harpocr. v. Πλωθεύς. utra sit verior scriptio, hæc, an Πλωθειεὺς, an utraque bona et usu comprobata, quærant alii. v. Vales. ad dictum Harpocr. locum.

1311. 8. ἀστὴν] ante ἀστὴν videtor αὐτὴν deesse.

— 13. συνώκησε] *convenerit in manus, et in thorum concesserit.*

— 14. αἰτιᾶται] scil. Eubulides.

— 16. διηγήσομαι] scil. *paulo post.* placeat sic et suspendit impatientiam judicum audiendi de causis, cur mater actoris nutricem egisset; ut paterentur antea aliud quid magis necessarium exponi.

— 22. τῶν τε θείων] copulativam addidi. ambo Theocriti patrui erant, Lysanias et Charisius.

— 26. Θρασυβούλου] de hac Thrasybuli in Lesbum expeditione v. Simson Chron. ad A. M. 3613. et 3615.

— 27. αὕτη] correxi αὐτή.

— pen. Κλειδίκου] correxi Κλειδίκου, id est, Κλεοδίκου.

1312. 7. παῖδας] bene habet, tametsi blandiri possit lectio Augustani παῖδα, cum Protomachus e Nicareta non nisi unam filiam susceperit. nam παῖδας ποιεῖσθαι nihil aliud est, quam παιδοποιεῖσθαι, et de omni prole usurpatur, sive ea singularis est, sive pluralis. ut etiam Latini voc. *liberi* usurpant, etiam de uno tantum infante. Forte voluit Aug. παιδοποιησάμενος uno vocabulo. Sed quid opus est, aies, his argutationibus? p. 1312. 10. filii Protomachi testes producuntur. Respondeo: non e Nicareta eos suscepit Protomachus, sed ex altera uxore, quam domum duxit post dimissam Nicaretam, quæ est illa ἐπίκληρος, si verum est, quod p. 1311. 11. dixit, Nicaretam Protomacho nil præter filiam peperisse.

— 8. ὅς] qui Protomachus.

— 9. ἀστὴν ταύτην καὶ πολῖτιν] qui differunt ἀστὸς et πολίτης?

— 15. παρὰ τοῦ Πρωτομάχου] nam e domo Protomachi adhuc superstitis in domum Theocriti concesserat Nicareta. Protomachus autem aliam duxerat uxorem, τὴν ἐπίκληρον. et ea liberos illos, qui v. 10. testes producuntur, sustulerat. Postmodum filiam, e Nicareta susceptam, vivus adhuc despondebat adultam Eunico Cholargensi.

— 21. ψηφίσαιντο] correxi ψηφίσαιτο in singulari. redit enim ad εἴ μηδείς. quorum illud in fine v. 18. hoc v. 20. legitur. *Si quis peregrinum me censeat esse, quamvis, in tanto numero testium me secundantium, nemini eorum controversiam de statu civili moveat.*

— ult. εἰ μὴ πολῖται] subaudi ὄντες, ἡμᾶς αὐτοὺς πολίτας ἀπεφαινόμεθα. *si nos, qui cives non essemus, tamen pro civibus nos gessissemus.*

1313. 18. ἐπιδείξω] post ἐπιδείξω videtur πεποιηκὼς, aut ποιῶν deesse, quod idem

est ac si dixisset, ἐπιδείξω, ὅτι ποιῶ, vel πεποίηκα. *planum faciam, me fecere, aut fecisse omnia, quæ me facere par erat, quippe qui producam testes.*

— 24. *προεκρίθην*] scil. κληροῦσθαι.

— 25. *τούτων*] pro Eubulide, et ejus sodalibus.

— ibid. *τοῦτον*] ipsum Eubulidem, qui, ut demarchus, necessario, de more, sacris omnibus demoticis intercrat.

1314. 6. *τὸν καιρὸν — ὃν οὐδεὶς*] cum civitas decerneret inquisitionem in inquilinos jura civitatis falso usurpantes; quod tempus nemo tum norat unquam venturum.

— 12. ἐκεῖνος μὲν ὁ καιρὸς] illud prius tempus, quum demotæ me dignum haberent, quem admitterent ad sortiendum super sacro Herculano faciendo.

— 17. εἰ] post ἀχθεσθῇ delevi. cohærent verba inter se sic: ἐγὼ ὑπείληφα ἐμαυτὸν Ἀθηναῖον. cætera καί μοι usque ad ἀχθεσθῇ parenthesis includenda sunt signis.

— 21. ἐξελεγχομένοις — ἀποκρυπτομένοις — προστοιουμένοις] idem est ac si dixisset: ἐξελεγχομένοις, ὅτι τούτους μὲν ἀποκρύπτονται, ὧν εἰσὶ, προσποιοῦνται δὲ τούτων εἶναι, ὧν οὐκ εἰσί.

— 27. ἀλλ' εἰ τοιοῦτον συνήδειν] scil. αὐτοῖς, δηλονότι, αὐτοὺς εἶναι ξένους.

— ibid. ἐζήτησα] dedi ἐζήτησ' [cum apostropho] *ἄν. quæsivissem parentes alios, quibus ipse memet oratione arrogarem, si conscius meis parentibus fuissem, eos esse peregrinos.* seu de meis si mihi certo constitisset, eos esse peregrinos, aut conditionis servilis.

1315. 2. ὀφελουμένους] correxi ὠφελ. *a me auditos, ornatos, beneficiis cumulatos.* et sic quoque sine dubio Wolfius exaravcrat.

— 16. Ἀπόλλωνος] Citat h. l. Harpocr. v. Ἀπόλλων πατρῷος.

— 25. ποῦ τί ποιήσας] videtur hic addendum esse φαίνομαι. *ubinam deprehendor fecisse aliquid, et quodnam est illud, quod deprehendor fecisse, eorum, quæ* —.

— 27. ὁ ἐμὸς πατὴρ] malim ante vocem postremam addito commate et articulo sic legi, ὁ ἐμὸς [subaudi πάππος], ὁ πατήρ. *ubi patris mei avus, ubi patris pater, ubi pater ipse.* ut tres sint, non duo, quemadmodum in vulgata, commemorati actoris majores. et sic nullus dubitavi meo periculo emendare.

1316. 4. μαρτυροῦντας, ὀμνύοντας] sustuli comma, et o posterius e voce secunda. *si testentur jurati se esse cognatos.*

— 8. Ἀλιμουσίων] Citat h. l. Harpocr. v. Ἀλιμούσιοι.

— 10. παρ' ὑμῶν] dedi παρ' ὑμῖν.

— 12. οὐδέν] exaravi cum apostropho οὐδέν', ut esset pro οὐδένα. *neminem a vobis fuisse privatum exclusumve, ab accusando, aut a defendendo.*

— 17. ὦ] correxi, ᾧ. *qua re, quo instituto.*

— 18. βουλεύοντας ἐξελέγχετε] correxi ἐπιζουλεύοντας ἐξηλέγχετε, in imperfecto, ob præmissum ἀπεστερεῖτε, ex auctoritate Augustani. aut si ἐξελέγχετε bene habet, tum ἀποστερεῖτε item, in præsenti, erit ex Aug. adsciscendum.

— 22. παρ' ἡμῖν] id est, ἐν τῷ ἡμετέρῳ δήμῳ, τῷ τῶν Ἀλιμουσίων.

— 25. ἀνδρώπων] scil. εἰσὶν ἀπεψηφισμένοι. *expulerunt e demo suo nonnullos grandes natu.*

1317. 6. δραχμὰς] imo vero μνᾶς. quinque drachmæ summa sunt æris nimis minuta. decem drachmas, si inter 73. demotas dividas, singuli vix obolos singulos accipiant.

— pen. τῷ τοῦτο δῆλον; ὅτι] forte sic est distinguendum: τῷ τοῦτο; [id est, ἐπὶ τίνι τοῦτο ἐποίησε] *cur sic? quid ita?* respondet: δῆλον, ὅτι — *ideo nempe, ut constat, quod* —.

— ibid. ἀπάσαις] subaudi ψήφοις. *calculis omnium demotarum.*

— ult. πατέρων] de meo patre, et de patre Eubulidis.

1318. 6. τούτων] redit ad Eubulidem ejusque socios. et cohæret cum ὅστις.

— 10. ὅτι] correxi ὅτε. *cum.*

— ibid. διστάσεως] *sine discordia.* malim tamen συστάσεως, *sine factione, collusione, conspiratione,* ut est in Bavarico, ut rei præsenti convenientius.

— 13. δοκιμασθέντας] hunc, aut similem hujus orationis locum in mente habuit Harpocr. v. δοκιμασθείς.

— 27. τὰ ὅπλα] *scuta,* non *arma.*

1319. 6. ἕνεκεν] vel, ut Aug. dat, ἕνεκα, non placet. Sententia postulat ὄντων, aut εὐπορούντα, aut simile quid. *cum sint tot argumenta,* aut *cum abundem tot argumentis causæ hujus meæ defendendæ.*

— 8. ἀφανίζειν] in Aug. est ἀφανίσειν. malim ἀφανίσαι. ob præmissum διαπεράσασθαι.

— 10. ἡ ἀτυχία] expunctio mei nominis ex albo demotarum.

— 15. καλοῦμεν] scil. μάρτυρας.

— ibid. ἔχων καὶ ἄλλα] addidi καί. citat h. l. Aristides τέχν. p. 132.

— 22. ὑμῖν] dedi de meo ἐν ὑμῖν. *ut vos audiatis,* vel loco vestro, aut ἐν ὑμῖν, *coram vobis.*

— 24. τέτταρες ἀνεψιοὶ] Theocritides, Charisiades, Niciades. quartum adhuc quæro.

— 25. ἀνεψιαδοῦς] Nicostratus.

— 26. αὐτῶν] scil. τῶν οἰκείων, v. 23. *tum illos, qui in matrimonium duxerunt mulieres, quæ sunt in eorum* [necessariorum patris mei puta] *numero.* in Augustano est αὐτῷ. potest etiam hoc explicari et defendi. τὰς ἀνεψιὰς τὰς οὔσας αὐτῷ, scil.

τῷ ἐμῷ πατρί.

— 27. δημόται] post δημόται videntur hæc deesse: παρ' οἷς συνέβη, *demotæ, apud quos contigit patri sæpius probari.*

— pen. καὶ αὐτοὶ διεψηφισμένοι φαίνονται] malim: καὶ αὐτοὶ δὲ οὗτοι ἐψηφισμένοι φαίνονται, scil. ὅτι ὁ ἐμὸς πατὴρ πολίτης ἦν. *et paret nunc, hos ipsos Eubulidem ejusque socios sententiis suis confirmasse, meum patrem civem esse.*

1320. 4. οἰκεῖοι] post οἰκεῖοι videtur εἶναι deesse. v. p. 1319. 23.

— 5. πρῶτον μὲν ἀδελφοῦ δύο υἱοί, εἶτα τοῦ ἑτέρου ἀδελφιδοῦ δύο υἱοί] Sic integravi hunc locum ex Augustano. quamquam ne in hac quidem lectione acquiesco. nam ἑτέρου additum demonstrat, aut ἀδελφοῦ pro ἀδελφιδοῦ leg. esse, aut pro hoc illud. Si utroque loco ἀδελφοῦ adoptamus, alterius fratris liberi erunt liberi Amytheonis, e quibus solus Demostratus supererat. alterius, liberi Timocratis. Verum Timocrati non fuit nisi unus Euxitheus. Ergone utroque loco ἀδελφιδοῦ est leg. Sed tum Demostrati, ex Amytheone nati, nulli liberi in superioribus sunt commemorati. Quare nescio, an satius sit lectionem marginis Lutetiani adoptare. Num est leg. πρῶτον μὲν ἀδελφιδοῦς [is est Euxitheus], εἶτα τοῦ ἑτέρου ἀδελφοῦ [is est Amytheon] υἱοὶ δύο. verum p. 1310. dixerat, filiorum Amytheonis solum Demostratum superesse. Quicquid ago, non expedio h. l.

— 20. διὰ τοῦτον τὸν ἀγῶνα] malim: διὰ τούτου τοῦ ἀγῶνος.

## AD DELATIONEM IN THEOCRINEM.

1322. 1. ἡμᾶν] erat enim actori frater, Aristocrates, cujus facit mentionem p. 1343. 4.

— 2. πρὸς τὴν πόλιν] h. e. in causa publica. tulerat enim pater actoris, qui actor est Epichares, legem, vetustis legibus adversantem, quo facto majestas populi violabatur. v. p. 1326. 2.

— 3. διπλοῦ] quia mulcta illa non fuerat stato tempore soluta.

— 6. ὑπολογισάμενος] Tayl. vult ὑπολογισάμενον. Sed vulgata bene habet. Infinitivus etiam cum nominativo amat copulari. vel referri potest nominativus ad ἠγησάμην.

1323. 4. ταῦτα] malim ταύτας. ut ad ἐνδείξεις redeat.

— 5. καινότατον] *novissimum, recentissimum.* nam alias vocabulum hoc solet orator aliter usurpare.

— 14. Νόμος. Φάσις.] Φάσις expunxi. recte enim p. 1324. 7. demum suo loco legitur. nondum illa Φάσις recitatur (nam id p. 1324. demum fit), sed lex solummodo.

— 18. ἔστι δὲ] correxi ἔτι δὲ judicio meo. *præterea quoque lex hæc ista denuntiat.* subauditur enim περὶ τούτων ὁ νόμος e v. 16.

— 20. ὦ Θεοκρίνη] hæc tibi dicta velim et scripta existimes.

— 22. τὰ τῆς πόλεως] scil. δίκαια, ἢ συμφέροντα.

— 23. κατὰ ταύτην τὴν ἔνδειξιν] secundum hanc, quam jussu patris contra te exhibui prætori, accusationem, titulo ἐνδείξεως.

— 24. φήναντι] correxi φήναντα ex editione et conjectura Wolfii. Constructio hæc est: *aio Theocrinem teneri τῷ* [*culpa* τοῦ] μὴ ἐπεξιλθεῖν, *quod non persecutus est litem,* φήναντα, *postcaquam, φάσιν exhibuisset contra Micionem.* φήναντα non cohæret cum Μικίωνα ita, ut ad eum referatur, sed refertur ad Θεοκρίνην. et est idem ac si dixisset: ἐπειδὴ ἔφηνεν ὁ Θεοκρίνης τὸν Μικίωνα.

1324. 4. καὶ μηδὲ ἐᾶτε λόγους λέγειν, εὑρεθήσεται τἀληθὴς] correxi: καὶ μὴ ἐᾶτε λόγους αὐτοὺς λέγειν [h. e. μὴ ἐπιτρέπητε αὐτοῖς λόγους λέγειν], εὑρήσετε τἀληθές. *invenietis verum, si non sinetis eos nugas agere, et mendaciis vos circumvenire.*

1325. 4. μήτε τοὺς ἄλλους] id est, τοὺς μὴ ἀδικοῦντας τῶν ἐμπόρων. dissimiles illis mercatoribus, improbis, h. e. probos et bonestos.

— 8. τῶν συκοφαντούντων] malim συκοφαντῶν in nominativo singulari, et sine articulo, tametsi sequitur αὐτῶν. nam τις complectitur multitudinem, et αὐτῶν idem est, atque τῶν τοιούτων. Sed potius dedi de meo sensu ποιῇ τὰ τῶν συκοφαντούντων.

— 13. εἰ μέν τι πεποινκότα] malim εἰ μέν τι εἰδὼς πεποινκότα. nam sine dubio deest h. l. aut εἰδώς, aut simile quid, tametsi Dorville ad Chariton. p. 642. Tayloro subscribit, existimanti πεποινκότα esse accusativum absolutum. Non me fugit, a Græcis ejusmodi accusativos absolutos usurpari. Sed hic locus illis nullus est, et poterant ei rei exempla accommodatiora proferri. Constructio est: εἰ καθυφῆκε Θεοκρίνης τὸ πρᾶγμα, εἰδὼς (*cum sciret, quamquam nosset*) τὸν Μικίωνα πεποινκότα τι τούτων, ἃ πεποινκέναι τὸν Μικίωνα ἔγραψεν ὁ Θεοκρίνης.

— 21. καὶ τὸν νόμον οὐ μόνον τὸν πρότερον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀρτίως] sensit Jurinus loci vitium, et quodammodo indicavit, sed non persanavit. Solummodo καὶ sustulit. Sed tum οὐ μόνον stare nequit. videtur orator dedisse: οὐ μὲν τὸν πρότερον, ἀλλά γε τὸν ἀρτίως — *non superiorem quidem illam legem violavit, verum tamen hanc certe posteriorem violavit.* dedi de meo: εἰ καὶ μὴ τὸν πρότερον, ἀλλά γε τὸν ἀρτίως.

— 25. πράττοντα] subaudi ἑαυτόν. nil erat, cur Wolfius hic obhæresceret, quamquam ejus πράττων, si libri dent, non sim repudiaturus. utrumque perinde bonum est. Sententia est: justis et honestis agendi modis indipisci partem bonorum ratam, h. e. dimidiam, ut e versu pen. constat.

1326. 7. φανήσεται] ante φανήσεται videtur deesse καὶ γὰρ κατὰ τοῦτον. *nam et ex hac lege constabit eum ærarium esse.* nisi brevius malumus ᾧ [scil. νόμῳ] φανήσεται, quo ducit Bavar. dans ὃ φανήσεται. facile potuit ω excidere in confinio cum eadem litera in fine vocis proximæ. et dedi ᾧ de meo.

— 15. ὀλίγον] correxi ὀλίγων. nam ea vera est lectio veterum editionum, præ qua neque Lambinus, ab inepto scholiasta deceptus, intrudere vitiosam, neque defendere factum hoc Taylorus, debuerat. opponuntur hic inter se *panci homines*, qui sunt mercatores et navicularii, cum *multis*, qui sunt tota tribus Attica, decima pars populi; tum homines *plerumque*, per maximam vitæ partem, *domo absentes*, cum iis, qui *nunquam domo absunt.*

— 16. ὥσπερ ὁ Μικίων] scil. πλεῖ, vel ποιεῖ. ὅστις non ad Micionem redit, sed ad Theocrinem.

— 20. εἰδὼς — διαζόμενος] *cum sciret*, vel *quamvis teneret leges — tamen per vim*

*et violentium sese in forum ingerens.*

— 21. βιαζόμενος] nil opus est, addi τούτους, scil. τοὺς νόμους. quamvis Taylor contendat id fieri oportere.

— 26. ὡς ἐκεῖνός (avus puta) ἐστιν] scil. ὁ ἐγγεγραμμένος, τεrarius, in tabulis publicis ærariorum scriptus.

1327. 2. ἐγγράφεται] dedi simplex γράφεται. videtur, cum in aliis libris hoc simplex esse, tum in aliis fuisse εἶτα γράφεται. *nihilominus tamen publicas agitat accusationes.* indeque nata esse vulgata lectio vitiosa.

— 4. οὖν] Sententiæ melius conveniat μέντοι, *verumtamen.*

— 5. τοῦτ' εἶναι] correxi τούτου εἶναι. *verumtamen ipsum confiteri Theocrinem, illud æs debitum,* non avi, sed *suum, ipsius Theocrinis hujus, esse.* nam τούτου redit ad reum, contra quem actor agit causam.

— ibid. κατετάξατο] deciderit cum tribulibus, de summa æris a se luendi, et certam sibi diem præfiniri curaverit, intra quam lueret.

— 8. ψήφισμα] cujus auctor fuit Scironides, aut, ut Augustanus perhibet, Critonides, cujus hæc fuisse videtur sententia: ut, si qui tribules ærarii essent, magistro tribus jus et potestas esset eos de reddendo ære debito admonere, et a recusantibus vel vi exigere.

— 15. ψήφισμα] videtur potius μαρτυρία, vel ὁμολογία τῶν φυλετῶν convenire.

— 17. ἢ τοῦτον] quam hunc Theocrinem luere debitum recusantem. nihil hic deest, quod visum fuit Tayloro. si quid tamen desit, videntur hæc desiderari: πεσμείναντα τὴν ἀνάγκην. *quod luitionem extraxerit, donec vis sibi admoveretur.*

— 21. προσῶφλεν] non Theocrines, sed ejus pater.

— 23. δικασαμένου] correxi διοικησαμένου. qui genitivus aptus est e v. ἐκτετικότος τοῦ πατρός. cum Pater Theocrinis decidisset cum Ctesicle, qui patronus erat causæ adversariorum, qui Ctesicles hic prævaricationis insimulatur. διοικεῖσθαι πρός τινα est, cum aliquo colludere, secreto depecisci, decidere, constituere, ut res amice aut tolerabilibus conditionibus transigatur. v. p. 1828. 4.

— οὐδὲν μὲν ἧττον] aut tollendum est μὲν, aut cum μέντοι mutandum. *quas tamen Theocrines nihilominus debet,* etiamsi pater ejus cum Ctesicle causam hanc transegit.

1328. 19. ὀφείλειν ὑμῖν] transposui verba, ut sententia sit: *non enim est exspectandum, Theocrinem vobis,* hoc est, *ad vos, esse confessurum, se ærario debere.*

— 22. οἴσειν] si bene habet, accipi debet pro εἰσοίσειν, vel προσοίσειν, *prolaturum esse.*

— 24. τοῖς ἐν αὐτοῖς τοῖς πράγμασι] servanda hic est præpositio ἐν. bene Græcum est ἐλέγχεσθαι ἐν τοῖς πράγμασι pro διὰ τῶν πραγμάτων, et solitum Demostheni sic loqui, quod index noster docebit, et præterea convenichat, parietem quasi quendam intergerinum esse, qui primum τοῖς ab altero dispesceret.

1329. 4. ὑπὸ λόγον] contraxi in unum vocabulum ὑπόλογον, id est, λόγου τινὸς καὶ μνήμης ἀξιωθεῖσαν, ἢ ὑπὸ τὸν λόγον ἠγμένην.

— 5. προσέχειν —] distinxi sic: προσέχειν [subaudi ὑμᾶς], νῦν πρῶτον ἀκούσαντας. *ut par sit vos ejusmodi cuidam causationi animum advertere, utpote qui nunc primum eam audiutis.*

— 21. ἐρωτῶντας] non plane defendi nequit. referri enim potest ad δίκαιον v. 18. prætuli tamen, quod meliores codices dabant, ἐρωτῶντες in nominativo, quod redit ad δόξετε.

— 25. ἡμῖν] non culpo, malim tamen ἐν ἡμῖν, *coram nobis.* facile potuit ἐν excidere propter proximum μέν.

— 27. τούτοις] actori et ejus advocatis.

— ult. παρὰ τούτου] a Theocrine.

— ibid. πεποινκυίας τῆς μαρτυρίας] correxi: πεποινκότος καὶ τούτου διὰ τῆς μαρτυρίας. redit τούτου ad scribam Euthybemum, et revocatur auditor atque lector ad p. 1324. 15.

1330. 7. ἀλλ' οὐ δίκαιον] scil. ὑμᾶς παρὰ τοὺς νόμους διὰ τοὺς τούτων λόγους ψηφίζεσθαι, v. p. 1329. 24.

— 14. μὲν] huic particulæ respondet δὲ p. 1331. 15. et v. præc. 14. μὲν iteratur in gratiam lectoris ad superiora revocandi.

— 18. ἐποίησε] videri queat subaudiri posse ἀποχειροτονηθῆναι. Sed multo est probabilius post v. ἅπασαν deesse ἀστεφάνωτον. *in causa fuit, ut senatus,* vel collegium Thesmothetarum, *corona privaretur.*

— 19. αὐτῶν] scil. τῶν ἀρχόντων.

1331. 6. ἐκεῖνος] post ἐκεῖνος addidi οὗτος. quorum illud ad fratrem Theocrinis, hoc ad ipsum Theocrinem redit.

— 8. προκαλεῖσθαι] correxi προσκαλεῖσθαι. *in jus vocare.*

— 9. ἐστὶ, καὶ κρείτ.] post ἐστὶ addidi duo vocabula καὶ πιστός. pro *infido* enim fratre habebatur is, qui fratris cædem non in peremtore judicio aut manu armata exsequeretur, sed cum homicida depecisceretur. *fidus* contra, qui pretium sanguinis omne recusaret, sed homicidam aut exsilio mulctaret, aut manu sua talionis ergo interficeret.

— 10. τοσούτων] scil. ὅσων δεῖται Θεοκρίνης.

— 12. πάντων] significat gulam, ventrem, vestem, familiam, domicilium, gestationes, balnea, ædificia, alia, in quibus luxus cernitur.

— 13. δι' ὧν] per ventrem et gulam.

malim tamen δι' ἄ.

— 18. *πατρὸς*] scil. *τοῦ ἡμετέρου*.

— 23. *λέγων*] et v. 26. *ψευδόμενος*, quod est dictum ἓν διὰ δυοῖν, pro *ψευδῶς λέγων*, ad Theocrinem redit. Causa hæc Charidemi plane nobis est obscura.

1332. 13. *δίδωσι πρὸ τὴν λῆξιν*] Wolfius edidit *δίδωσι πρώτην λῆξιν*. quod cum damnaret Taylorus, tamen in editione sua reddidit. in Ald. et Bavar. est *πρός*. dubius eram, num plane delerem, auctoritate fretus Augustani, a quo plane abest, an servarem *πρός*. placuit tandem servari, sed sic, ut uncis includerem. videtur duplex in libris antiquis olim versata esse h. l. lectio. altera hæc: *δίδωσι προσιὼν τὴν λῆξιν*. altera, quæ voce ista *προσιὼν* careret.

1333. 6. *τοὺς παράνομα*] mos loquendi postulat *τοὺς τὰ παράνομα*.

— 14. *μαρτυρίαι*] malim *μαρτυρία* in singulari. nam unius Aristomachi testimonium recitatur. et sic reperio quoque nunc in Aug. exaratum. quare sic restitui.

— 17. *λαβεῖν*] *a quibus nemo velit pecuniam accipere*, et ne in mentem quidem sibi venire spem ferendi ab iis alicujus emolumenti, quod inter omnes constet, eos non dare pecuniam, sed exigere.

— 22. *Θουκυδίδη*] adde tacite, in mente, cum legis, *μὴ πιστεύετε. nolite credere.*

1334. 1. *πρόφασίς ἐστι τῆς ἐνδείξεως ἡ γραφὴ*] Sententia videtur esse hæc: Theocrinem non alia de causa majestatis accusasse Demosthenem, quam ut hoc obtentu suæ adversus eum simultatis, et jactanda ad populum sua vigilantia et acerbitate erga omnes, qui majestatem populi deminutam irent, averteret a se discrimen hoc *τῆς ἐνδείξεως*.

— 3. *ψήφισμα*] correxi *ψηφίσματα* meo judicio. sunt enim duo psephismata, Thucydidis unum, alterum Demosthenis. v. p. 1333. 20. et v. 3. et totidem quoque Theocrinis erant *γραφαί*, una contra Thucydidem, altera contra Demosthenem.

— 7. *οὔτε*] aut *οὐδὲν* est leg. aut illo servato, statim post pro *τοῦτο δὲ* hoc ipso versu leg. est *τοῦτό τε*. sed prius malo. Pro *ἐνίους* maluit Wolf *Τενεδίους*, Taylor autem cum majori probabilitate *Αἰνίους*, *Ænios*, incolas Æni, urbis in Thracia. Etiam hic locus, ut alii quidam loci hujus orationis, est perobscurus, propter ignorationem causæ. Nescimus enim, quid Thucydides suo psephismate, quid Demosthenes suo decreverit, quid Theocrines contra accusaverit. Haud scio, an hæc loquendi obscuritas ponderis aliquid eorum sententiæ addat, qui orationem hanc Demosthenis esse negant.

— 8. *συκοφαντούμενοι*] et *πυθανόμενοι* v. 10. scil. Æmii, et *τοῦτο ἔπραξαν, ὅπερ ἀναγκαῖον ἦν αὐτοῖς*, v. 17. inter se cohærent.

— 16. *παραδεξάμενον*] id est, *ὑποσχόμενον*, ut Latinum *recepisse*, h. e. sponondisse. rarior hæc verbi significatio.

— 17. *ταῦτα*] malim *ταὐτά*. v. p. 1335. 4. partes tueri, studia eadem agitare.

1335. 7. *ἐνδεκάζοντας*] difficile cum sit de scriptione et significatione hujus vocabuli pronunciare, acquiescendum est grammaticorum de eo traditis. videtur *ἐνδεκάζειν* idem esse atque *συνδεκάζειν*. istæ duæ præpositiones *ἐν* et *σὺν* sæpe in compositis verbis inter se alternant. erit ergo significatio hujus verbi, una cum alio eandem decuriam, h. e. societatem, sodalitium, collegium, frequentare. in istiusmodi verbis et dictis proverbialibus non solet analogia grammatica strictissime observari; secundum quam utique *συνδεκατίζειν* melius conveniebat.

— 10. *τούτους*] correxi *ταύταις*, scil. *ταῖς προφάσεσι*.

— 17. *τοὺς αὐτοὺς ὑμῖν τούτους παράσχηται*] dedi. *easdem ipsas leges*.

— 18. *τῶν ὅπως ἔτυχε λεγόντων*] idem est ac si dixisset: *ἢ ὅταν τινὲς λέγωσιν ὅπως ἔτυχε*.

— ibid. *ἀλλὰ τοὺς αὐτοὺς*] id est, *ἀλλὰ δεῖ νομίζειν ὑμᾶς, τοὺς νόμους εἶναι τοὺς αὐτούς, ἐάν τέ τις αὐτοὺς ὑμῖν παράσχηται εὖ τοῖς ὀνόμασι συμπλέξας, ἐάν τε λέγῃ ὅπως ἔτυχε*.

— 21. *τοὐναντίον ἐστὶ*] *contrarium ejus verum est, quod hic affirmat.* affirmat autem Theocrines, se a sodalitio quodam inimicorum superari, sed contra est. non ille, sed ego ab istiusmodi collegio inimicorum contra me conspiratorum afflictus sum.

— 23. *ἐκεῖνος δ' οὗ, δῆλος*] correxi *ἐκείνως, δῆλον*, cæteris omissis. *hoc modo, ex hac narratione, constabit vobis.*

1336. 4. *τοῦτον*] Demosthenem.

— 12. *ἀνθυπωμόσατο*] Citat h. l. Harpocr. v. *ἀνθυπωμόσατο*.

— ibid. *ἐπήγγελκεν*] num *εἰσήγγελκεν*. nisi si *ἐπαγγέλλειν* est, *diem dicere, in judicium vocare.*

— 12. *αὐτῷ*] Demostheni.

— 22. *οὗτοι*] advocati Theocrinis, simultates cum Demosthene simulantes.

1337. 12. *κωλύειν τὸ πρᾶγμα*] aut plane delenda sunt hæc verba, aut si locus ipsis suus relinquendus tamen est, malim *τοὺς κωλύοντας τὸ πρᾶγμα. tam instituenda actione ex eo genere, cui nomen est γραφὴ, quam adscribendis et proferendis verbis ipsis earum legum, quæ rem ejusmodi vetant.*

— 20. *οὐδεὶς*] post *οὐδεὶς* deest *τί φήσομεν*, vel simile quid. nam alias labat constructio. pendent isti infinitivi *φροντίζειν* et *ἀξιοῦν*.

— 27. *ἀγνώσαντας*] correxi *ἀγνόησοντας* in futuro. *quasi vos ignoretis*, aut *sitis igno-*

*raturi.*

— ult. ὀφείλῃ] correxi et hic, et p. 1338. 6. et 14. ὄφλῃ. differunt hæc duo verba inter se. ὀφείλειν est *debere*, ut æs alienum, quocunque modo, quod nondum sit persolutum. ὄφλειν est *condemnari multctæ*, incipere æs debitum reip. vel ærario debere.

1338. 3. τοῦ νόμου δῆλον] malim τοῦ νόμου οὐ δῆλον. *quasi hoc ex ipsa lege non constaret.* est cavillantis.

— pen. οὓς ἔξεστι] correxi οἷς ἔξεστι. quod est planius, tametsi me haud fugit, posse vulgatam ferri, si οὓς accipiamus pro καθ' οὕς.

— ult. καθ' ὧν] correxi καθ' ὃν, scil. τρόπον.

— ibid. εἰσελήλυθα] correxi εἰσελήλυθας, secundam personam primæ sufficiens. quamquam, si recte rem supputas, non videtur inter primam et secundam personam differentia hic loci esse posse. cum εἰσέρχεσθαι tam de accusatore, quam de reo, usurpetur.

— ibid. ἀπολογήσασθαι] correxi ἀπολογῇ. nata videtur vulgata e varietate, quæ nescio an in vetustis libris fuerit ad hunc modum: ἀλλ' οὐ τολμᾷς καθ' ὃν εἰσελήλυθα [aut εἰσελήλυθας] τρόπον ἀπολογήσασθαι.

1339. 12. διαφυγόντες] post διαφυγόντες addidi πλοῖον, e Wolfii conjectura, quod convenientius videbatur, quam πλοῦν, quod plurimi libri dant. vix bene dici potest διαφεύγειν πλοῦν, *longam navigationem effugere*, sed bene dicitur μακρὸν πλοῖον, *longum navigium*, h. e. *piraticum, effugere.* Non διαφεύγομεν, nisi ea, quæ nos persequuntur. sed navis piratica quidem persequitur mercatoriam, non autem longa navigatio. ἢ διαφέρον τι bene habet; idem est ac si dixisset: ἢ ὥσπερ εἰ διαφέροι τι. aut quasi differat, vel intersit quidquam [ad studium puta, quæstumve, aut ad salutem mercatorum], posteaquam navem piraticam effugissent, tandem tamen in Theocrinem, tanquam in scopulum aliquem cœcum in portu latentem, incurrere, eoque sic in ipso portu naufragium facere. sub hac forma considerata oratio lectionem πλοῦν reddit paulo tamen probabilem.

— pen. ὑμᾶς] correxi ὑμεῖς. alloquitur Mœroclem, cæterosque Theocrinis advocatos.

— ult. τουτουσι] hos judices, coram quibus nunc stamus. Ego vero arbitratu meo transposui vocabula sic: κατὰ τουτουσὶ τοὺς νόμους. *secundum has leges.*

1340. 1. ἐᾶσαι] correxi ἐάσετε. vos ne aufugere sinetis et intactos illæsos transmittetis hos sceleratos, a quibus ut dignæ repetantur pœnæ, nil aliud requiritur, quam ut hi judices e suis subselliis sententiam condemnatoriam pronuncient. vulgata ἐᾶσαι videtur nata ex alia librorum Demosthenicorum lectione ἀξιοῦτε ἐᾶσαι.

— ibid. οὐκ ἄν γ' ἐσωφρονεῖτε] correxi: οὐκ ἂν γε σωφρονῆτε. *non profecto facietis hoc, si sapiatis.*

— 17. ὄν, τοῦτ' εἶναι] sic malim distingui atque legi: ὃν ταὐτὸ, εἶναι π. *faciendum mihi esse id, quod pater jusserit, præsertim cum idem quoque sit justum.* sed bene habet vulgata.

— 19. μετέχων δ' αὐτὸς τυγχάνω] malim negationem addi, aut in istum modum: μὴ μετέχων δ' αὐτὸς τυγχάνω. aut in hunc: μετέχων δ' αὐτὸς οὐ τυγχ. donec enim pater ἀτιμία notatus in vivis superarat, filius istius ignominiæ et calamitatis erat exsors, defunctoque patre demum incipiebat eam participare.

— 26. τῶν εἰπόντων] eorum, qui operam advocationis condixerant.

— pen. τῆς παῤῥησίας] suspicabar aliquando τῆς ἀπαῤῥησίας. *tantopere vincitur jus et fas a timiditate, libertatem loquendi suffocante.* Sententia est: tacent, quia nolunt loquendo discrimen adire causæ ejusmodi perdendæ, qua si cadant, simul etiam jus cum populo agendi, aut coram judicio standi amittant. Habuit Wolfium quoque hæc dictio male, quod ex ejus conjecturis apparet. Nunc tamen videtur vulgata stare posse, et ejus hæc sententia esse: Facultas cum aliis libere congrediendi et colloquendi [quæ libertas salva est et conservatur cavendo, ne cum iis, cum quibus libere agere velis, simultates suscipias, neve eos accuses], majoris a quibusdam fit, quam studium æquum et justum tuendi.

1341. 1. ἐν οὐκ ὀλίγῳ χρόνῳ] non incommodam reddit, fateor, hæc lectio sententiam. blandiebatur tamen magis sententia e lectione Augustani exsistens, a quo οὐκ abest. quare id uncis inclusi. magnam vim habet, actorem queri, multas sibi a reo factas esse per longum tempus injurias. sed non minus, opinor, valet, actorem queri, multis se modis a reo intra tempus brevissimum esse læsum.

— 8. οὗτος] meus pater.

— 16. σαφῶς] *clara, sonora voce.* malim tamen σοφῶς. *argute, scite, docte, subtiliter.*

— 19. διὰ τοῦτο] scil. τὸ ἐπιλείπειν ὑμᾶς τοὺς τοιούτους ῥήτορας, etiamsi quoque oratores hujusmodi vos destituant, iisque carendum sit vobis.

— 24. οὐδὲν] distraxi, meo judicio, in duo vocabula οὐδ' ἐν. *atqui ne pro concione quidem verba faciunt.* poterat tamen etiam lectio quorundam librorum οὐδὲν ἐν τῷ δήμῳ λ. probari. *nihil pro concione dicunt.*

— ibid. τοὺς ἐκεῖθεν] homines plebeios, ἐκ τοῦ δήμου.

— 25. ὃ] id est, δι' ὅ.

1342. 10. ἐκεῖνοι] scil. οἱ ἀδικοῦντες τὴν πόλιν.

— 16. τοὺς μὲν τῶν οἴκοι] post τοὺς μὲν videtur deesse ἐξιόντας, *domo discedentes*, aut ἀποδημοῦντας, *peregre proficiscentes*.

— 17. σώζειν] paulo dictum insolentius σώζειν τοὺς κακούργους, potest tamen utrumque defendi; prorsus ut Latinum *defendere* non modo est, *tueri*, sed etiam *arcere*. σώζειν h. l. est, ut v. 19. διασώσασθαι, *arcere, abigere, depellere*.

— 19. διασώσασθαι] accipio h. l. pro διώσασθαι, *a sese depellere*. Sententia hæc est: bona sua ab insidiis sceleratorum tutari et conservare salva licet. si cui domo de die sit exeundum, aut peregre proficiscendum, constituat custodes interim bonorum domi relictorum. Domi manere si cui licet per noctem, mali nil patietur, quia ipse adest. Quocunque modo, aliquo certe, datum est insidias improborum profligare, et salvum ex iis evadere. Haud infitiabor tamen, locum hunc non esse in tornatissimis. fuit aliquando, cum διώσασθαι in mentem veniret. et hoc prætuli.

— 21. ποῖ χρὴ πορευθέντας] videtur etiam hic aliquid deesse. non me fugit posse accusativos illos τοὺς δὲ τοιούτους συκοφαντοῦντας pro acousativis absolutis haberi. *quod attinet ad hos homines*. planior tamen utique foret oratio, si sic legeremus: ποῖ χρὴ πορευθέντας διαφεύγειν καὶ τῆς παρὰ τούτων ἀδείας τυχεῖν. *quo abeundum erit, ut hos Sycophantas effugiamus, ut tuti ab iis simus?*

— 27. ἀναμνησθέντες] inchoata hic oratio, per multas ambages posteaquam est circumducta, et per mæandros quasi irremeabiles distracta, tandem tamen p. 1343. 22. in v. βοηθήσατε renovatur atque absolvitur.

1343. 11. τοιούτους κινδύνους] discrimina, qualia nunc adimus.

— 13. δι' ὃν] correxi δι' οὕς. redit enim ad plures, ad Epicharem et ad Aristocratem.

— 25. τῶν λεγομένων] scil. ὑφ' ἡμῶν ἐν τῇ κατηγορίᾳ, καὶ ὑπὸ τούτου ἐν τῇ ἀπολογίᾳ.

# AD ORATIONEM IN NEÆRAM.

De Neæra v. Athenæum p. 593, 594.

Nihil video causæ, cur hæc oratio Demostheni abjudicetur, neque reperio in tota hac oratione quicquam oratore nostro indignum, cui eam omni modo ereptum it Taylorus, sed meras ille nugas agens. Actor causæ usque ad p. 1350. 9. est Theomnestus, Diniæ filius, gener Apollodori, inde autem Apollodorus ipse.

1345. 5. κηδεστὴς] scil. ὁ ἐμός. qui est Apollodorus, filius Pasionis.

— 13. περί τε τῆς πατρίδος] scil. ὅπως μὴ ἐκπέσωμεν αὐτῆς.

— ibid. καὶ περὶ ἀτιμίας] scil. ὅπως μὴ περιπέσωμεν αὐτῇ.

— 17. πατὴρ] scil. ὁ ἐμός. qui fuit Dinias.

— pen. ὄντας] malim τοὺς ὄντας.

1346. 3. δοκιμασθεὶς et ὁμόσας] cohærent hi nominativi cum ἔγραψε v. 14.

— 24. Ἀθηναίων] post Ἀθηναίων videtur ἐποίησεν, aut tale quid deesse. *ut jurato confirmavit, se optima consilia reip. daturum, ita re quoque verbis suis fidem fecit.*

— 23. ἀντέχει] Wolfius lectionem marginis Lutet. adeo probavit, ut editioni suæ quoque inferret. mihi nihil mutandum videtur præter id verbum, quod modo proposui, prn quo suspicor aut ἀντέλεγεν, aut ἀντεῖπεν esse leg. Colligas ferme ex h. l. orationem περὶ συντάξεων, quæ suadet pecunias theatrales in milites erogari, non ab ipso Demosthene, sed ab hoc Apollodoro esse recitatam, cujus nomine Demosthenes alias quoque multas orationes scripsit, eamque suasionem a populo non probatam, sed repudiatam, auctoremque talento mulctatum esse.

1347. 1. ἐξαπατήσαντι] Stephanus is est, qui hac tota oratione impugnatur.

— 27. ἡμῖν πᾶσιν] post ἡμῖν πᾶσιν videtur οὗτος deesse. *hic Stephanus.*

1348. 1. αὐτὸν] Apollodorum.

— 3. τὸν αὐτὸν ἔρανον] subaudi ὅνπερ εἰσέφερεν ἡμῖν. quare instituimus æquissima lege suis petere artibus iisdemque modis ulcisci, quibus nos perditum ivit. v. p. 1349. 10. Proprius pæne dixerim, Demostheni, in deliciis certe est usus v. ἔρανος, ut ad alia majoris momenti argumenta, quibus conficiatur orationem hanc a Demosthene profectam esse, etiam hic locus accedat.

— 6. ὡς ὤφλε τῷ δημοσίῳ] Jurini suspicio verba ὡς ὤφλε τῷ δημοσίῳ delenda esse, ut sententiam interturbantia, et ex alio loco huc, in locum alienissimum importune translata, mihi videtur perquam probabilis.

— 8. ἀφικόμενος] redit ad Apollodorum, παρακελευσάμενος autem v. 10. ad Stephanum.

— 10. παρακελευσάμενος] cum gratia et illecebris verborum adduxisset nescio quos, servilis conditionis homines, ut mercatores sese Cyrenæos ferrent.

— 11. προεῖπεν αὐτῷ τὸν Παλλάδιον φόνον] correxi: προεῖπεν αὐτῷ ἐπὶ Παλλαδίῳ φόνου [scil. ἕνεκα]. usus est Stephanus erga Apollodorum ea juris actione, quæ προειπεῖν, vel προαγορεύειν appellabatur, in illo judicio, quod ἐπὶ Παλλαδίῳ usurpatur, titulo cædis. Est autem προειπεῖν, cum actor reo, ut homicidæ, denuntiat, ut foro et civilibus omnibus causis sese abstineat, item sacris communibus, et ad causam cædis dicendam certa die in foro adsit.

— 12. ἔλεγε] Taylori ἔλαχε non displicet quidem, quia tamen sequitur, ἃ οὔτε ἐγένετο — quæ manifesto probant, Demosthenem hic ἔλεγε, non ἔλαχε usurpasse, ideo, servans ἔλεγε, malim τὴν δίκην deleri, aut sic legi: ἔλεγε λαχὼν τὴν δίκην, vel ἔλεγε παρὰ τὴν δίκην.

— 14. ἀρώμενος] videtur hoc delendum, sequitur enim statim ἐπαρασάμενος. quod sufficit. dedi de meo ἐπαρώμενος.

— 22. ἀνδρῶν] alii δραχμῶν. manifeste hoc quidem vitiosum, sed et vulgatum videtur reduudare atque delendum, ut e scholio natum.

— ibid. ἐκ πεντακοσίων] scil. ψήφων.

— 25. καὶ τῇ ἀδελφῇ] scil. τῆς ἐμῆς γυναικός.

— 27. προτέρῳ] illo περὶ συντάξεως.

— pen. τῷ ὑστέρῳ] illo de muliere Aphidnis interemta.

— ult. παρακαλούντων —] malim sic distingui et legi: παρακαλούντων δή με ἁπάντων, ἰδίᾳ προσιόντων ἐμοὶ, ἐπὶ τιμωρίαν — *cum itaque me omnes, in privatis et singularibus congressibus hortaventur, animum ad ultionem advertere.*

1349. 4. κηδεστῶν] possit bene habere videri, nisi præcessit ἀδελφῆς. nam κηδεσταὶ sunt socer et socrus. Sed socrus actor erat ipsius soror. et hæc soror modo commemorata fuit sigillatim. quare malim κηδεστοῦ, ut ad solum Apollodorum redeat.

— 10. καὶ ὥσπερ] leg. esse: καὶ δὴ, ὥσπερ — et sic dedi de meo. hic incipit apodosis — cum multi me bortati sint — καὶ δὴ — *tum ego itaque ad vos venio* —.

— 15. τὰς τῶν ἑτέρων θυγατέρας] aut tollendum erit τῶν. aliorum hominum fi-

lias, non ex se natas. aut, quod malim, cum Wolfio leg. τὰς τῶν ἑταιρῶν S. *meretricum filias.*

— 17. τῶν αὐτοῦ] sc. ἀγαθῶν, vel δώρων, vel δικαίων.

— pen. καλεῖσαι] videtur delendum, ut vitiosa lectio proximi καλέσαι.

— ibid. τῷ καλέσαι ἀγῶνι] verba errore operarum transposita in ordinem verum reduxi καλέσαι τῷ ἀγῶνι.

1350. 19. Ἀθηναῖον] correxi Ἀθηναίαν. jus enim civitatis erat munus P. A. quod illi jus ereptum ibat fraus Stephani.

1351. 4. Νικαρέτη —] offendor hic eo, quod et Nicareta nomen ancillæ sit, et Hippias servi, cum utrumque nomen sit hominum liberæ conditionis.

— 5. ἐκείνου] Charisii Elei puta, cujus coquus erat Hippias.

— 6. καὶ δυναμένη] possint hæc verba pro superfluis, et e scholio natis haberi. Sublatis quidem illis, neque sententiæ decedit quicquam, et elegantiæ accedit.

— ibid. φύσιν συνιδεῖν εὐπρεπῆ] potest, si necesse est, ferri. malim tamen: φύσιν συνιδεῖν, εἴ τινα εὐπρεπῆ, scil. παιδία ἦν, vel ἴδοι.

— 12. ἐκαρπώσατο] scil. Nicareta.

— 14. Στρατόλαν] nomen virile est Στρατολᾶς, pro Στρατόλαος, si modo nomen est, non certe fœmininum. quare suspicor leg. esse Στρατόκλειαν.

— 16. ἦν μὲν οὖν ἕκαστος αὐτῶν] imo vero ὅστις μὲν οὖν ἑκάστην αὐτῶν.

— 20. εἰργάζετο —] nescio, quæ mens Lambino esset spurcam et flagitiosam sententiam in locum sanum ingerenti, et nescio an pro invento suo venditanti, cum ab Hermogene mutuo sumsisset, quem cavit nominatim appellare.

— 23. ἐπανελθεῖν] est oratione exsequi ad principium rei redeunte: si dictio bene habet.

— 26. μνῆσαι] correxi μυῆσαι. et sic quoque p. 1352. 2. μυηθῇ correxi pro μνηθῇ. Cæterum quæ de Lysia sophista hic traduntur, quamquam Taylorus in vita Lysiæ negat ad oratorem illum celebrem pertinere, non video tamen, qui magnus error in vulgari sit sententia, et quæ magna vis ejus insit argumentis.

1352. 12. τὴν ἡλικίαν] videtur h. l. justam corporis staturam et proceritatem significare.

— 25. αὕτη] aut αὐτὴ leg. est in nominat. ab αὐτός. *ipsa quoque Nicareta comitabatur.* aut in dativo αὐτῇ, *comes ei* [Neæræ puta] *ibat Nicareta quoque.* et hoc dedi de meo.

1353. 15. Ἵππαρχος] Citat h. l. Harpocr. v. Ἵππαρχος.

— ibid. μεμισθωμένοι] bene habet, idemque est atque μισθασάμενοι. *cum eam* [Neæram] *are suo, ut sibi pateret, conduxissent.*

— 19. ὅτε γὰρ Λακεδαιμονίους —] v. Simson Chron. Cathol. ad A. M. 3636.

— 23. καὶ οὔσης] Taylorus suspicatur leg. esse καὶ οὐκ οὔσης. Sed fallitur, quamquam ipsemet fatetur, locum hunc sibi esse obscurum. Bene habet locus et tam planus est, ut velim alios quosdam Demosthenicos pariter planos esse. Commemorantur hic tres causæ, sat graves probabilesque, cur Xenoclides existimarit ab hac expeditione sibi cessandum esse. 1) quod illi expeditioni, cum adhuc deliberatione agitaretur, adversatus esset, eamque dissuasisset. 2) quod per muneris sui negotia ne mensem quidem Urbe abesse posset; quippe qui vectigal frumenti redemisset, quod frumentum e Ponto, Sicilia et Ægypto in portum Atticum invehebatur. debebat autem hoc vectigal menstruis ferme portionibus per prytanias, h. e. nova quaque prytania ineunte, dependi. 3) quod leges redemtori hujus vectigalis vacationem a militia darent. Propter has tres causas itaque Xenoclides domi manserat; et nihilominus tamen, a Stephano accusatus, mulctatus est.

1354. 3. αὐτὸν] solum, sine Xenoclide.

— 11. Τιμανορίδην] dedi Τιμανορίδας. et sic quoque p. 1355. 7. et 25. Τιμανορίδα. nam ea terminatio Dorica hominem Corinthium, origine Dorem, magis decet.

— 13. πολυτελὴς —] meretrix ea πολυτελὴς τοῖς ἐπιτάγμασιν appellatur, quæ amatoribus multa et sumtuosa imperat, eosque cogit ingentes sumtus in se facere assiduitate flagitationum.

— 16. αὐτοῖς] correxi αὐτῆς. est idem ac si dixisset: κατατιθέασι τριάκοντα μνᾶς τιμὴν τοῦ σώματος αὐτῆς. dependunt lenæ, Nicaretæ, trigiuta minas pretium corporis ipsius, Neæræ. quo ipsi soli eam haberent. vel potest τοῦ σώματος haberi pro seorsim posito, quod idem significet, atque ὑπὲρ τοῦ σώματος.

1355. 2. Φρυνίωνα] Phrynion hic cognatus erat Demosthenis. unde tanto fit probabilius, a Demosthene conscriptam esse, præsertim cum Apollodorus idem et idem Stephanus partes hic suas agunt, quorum pro illo tot aliæ exstant Demosthenis orationes, et contra hunc duæ, quas orationes nemo unquam in dubium vocavit, quin sint nostri oratoris.

— 12. αὐτῆς] id est, ὑπὲρ αὐτῆς. v. v. 14. et 16.

— 20. τὸν παραγενόμενον] malim τῶν παραγενομένων. unum illum e magno numero aliorum, qui isti negotio interfuerunt.

1356. 10. οἱ διάκονοι] Sententia est: Chabriæ servos, et reliquorum convivarum, cum domini cubitum issent, incepisse etiam ipsos epulari, jussisse mensas et

fercula inferri, et reliquias dapum devorasse, et inter eos Neæram volutatam esse.

— 13. Ξυπεταιῶνα] aut ἐκ Ξυπετέων videtur leg. aut Ξυπεταιωνέα a nominativo in εὺς exeunte. quod idem ad v. 15. etiam accommodabitur.

— 25. καὶ οὐχ ὡς ᾤετο] malim: καὶ οὐχ, ὡς ἄξιον [vel δεῖν] ᾤετο, ἠγαπᾶτο. *neque itu, ut oportere existimabat, amaretur.* quamquam vulgata quoque defendi potest, si μέλλον subaudiatur. *ut futurum autumaverat.*

1357. 4. τὸν ὕστερον πολέμον] posterius bellum dicit respectu prioris, illius magni atque diuturni Peloponnesiaci. v. Simson Chron. ad A. M. 3631. et Corsini Fast. Att. ad Olymp. CI. p. 4. Tomi IV.

— 8. πωλυτελὴς δ' ἦν] potest hic δὲ accipi, sive in consueto significatu, *autem*, sive pro γὰρ, *enim*, ut sæpe, quamquam tamen hoc malim h. l.

— 14. Τιμανονίδου] correxi Τιμανορίδου.

— 17. ἡ μάχη ἡ ἐν Λεύκτροις] v. Simson ad A. M. 3634.

— 21. ἐπιδοῦσα] non ab ἰδεῖν, sed ab ἐπιδοῦναι, vel ἐπιδιδόναι est repetendum. *cum obtulisset Neæra Stephano bona sua fidei et tutelæ ejus committenda.* conveniret tamen sententiæ melius ἐπιδεικνῦσα, *ostendens, demonstrans.*

— 27. φυσήσας] non abhorret a sententia, alioque in loco ipse amplecterer. malim tamen h. l. φήσας. *cum asseverasset.*

1358. 22. Ἀήτην] Αἰήτην novi, et id præterea quoque nomen poeticum. quare de Ἀήτην, ut nomine proprio virili Attico vehementer dubito.

1359. 12. μεμαθηκυῖα] si servatur, aptum est ab ἔχουσα ἦλθεν. v. 10. alias non displicet conjectura Lamb. μεμαθηκυῖαν, quod referetur ad δέοι αὐτὴν v. 9.

— 15. οὐ γάρ πω ἦν ῥήτωρ] colligas ex hoc loco, rhetoras seu oratores a rep. conductos certa mercede fuisse. Sed cui rei? quid acturos? quo tempore, quibus in causis pro concione dicturos?

— 17. μισθοῦ] designat eos, qui se paterentur, pro mercedula, legis aut sciti alicujus, quod alius auctor latum vellet, auctores scribi, et præscribi: erant enim, qui, cum suadere populo aliquid vellent, discrimen tamen mulctæ aut infamiæ subeundum, si lex sua improbaretur, reformidarent; quapropter alios, quibus opesque nullæ, et famæ suæ nulla cura esset, obscuros et pauperes quosdam homines subornabant, qui paterentur se in ejusmodi legis, aut sciti fronte pro auctoribus scribi.

— 23. οὐκ ἐλάττω] id est, οὐ μόνον οὐκ ἐλάττω.

— ult. τοῦτον] redit ad Theomnestum actorem, cujus advocatus (συνήγορος) solummodo erat Apollodorus. effecit, ut hic Theomnestus et ipsum (Stephanum puta) et hanc Neæram in judicium vocaret.

1360. 7. αὐτοῖς] scil. τοῖς ἐπιτηδείοις. *sibi, amicis.*

— 12. ἐν τῷ ἱερῷ] Metroo forsitan, id est, æde Matris Deum, ubi arbitri sedebant, quia prope Curiam erat.

— ibid. ἀμφοτέρων] Phrynion et Stephanus designantur.

1361. 5. διήλλαξαν] post hoc verbum addunt aliqui αὐτοὺς non male, neque tamen necessario.

— 11. ἐπὶ τῇ διαίτῃ καὶ τοῖς πράγμασιν] cum discessissent ii, qui utrique, tam Stephano, quam Phrynioni, advocati in arbitratu, et in toto illo contentioso negotio fuissent. Fuit tamen aliquando, cum suspicarer leg. esse: καὶ τοῖς πράγμασι κατέστησαν. scil. Stephanus et Phrynio, cum contentiones eorum conquievissent, et ad liquidum rediissent.

— 14. ὁπότε] malim ὁπότερα. *uter tandem eorum*, sive Stephanus, sive Phrynion, *haberet secum Neæram.*

1362. 6. Στρυβήλην] malim Στροβήλην, quod etiam p. 1386. 11. margo Lutet. dat, aut Στροβύλην, a στρέφεσθαι. *Strobilus* et *Strobila* sunt nomina servilia, ut *Dromo.* servorum est et ancillarum, ut sint εὐστρεφεῖς, agiles, versatiles.

— 8. Αἰγιλιεῖ] v. Vales. ad Harpocr. p. 4.

— 10. ἀκριβῶς τὸν βίον συνειλεγμένον] qui substantiolæ quicquid esset, misera cum diligentia et parsimonia collegisset, quod vix tuendæ vitæ sufficiat, ut recreationi et elegantiæ deliciisque nihil supersit.

— 12. ἐξήτει] correxi ἐζήτει, *quærebat, desiderabat, sectabatur.*

— 17. τὸ μὲν πρῶτον ἐξηπατήθη] sine dubio parum quid hic deest sententiæ. e. c. τὸ μὲν πρῶτον ἑαυτῷ ἐμέμφετο, ὅτι ἐξηπατήθη. *primum quidem ipse sibimet indignabatur*, vel *succensebat, quod passus esset sese tum decipi, ὅτ' ἠγγυᾶτο* [sic enim e Bav. correxi, id est, ὅτε], *cum in fidem suam accepisset uxorem sibi traditam.*

— 19. τῆς πρωικὸς] hæc duo verba delevi, ex mente Salmasii. Præter auctores ad h. l. citatos a Tayloro, v. Leopard. Emendat. XI. 17. t. III. Lampadis Criticæ Gruter. p. 227.

1363. 12. καὶ ταῖς ἐσχάταις ζημίαις περιπεσεῖν] aut καὶ est delendum, aut περιπεσεῖ in tertia persona sing. futuri indicativi, legendum. prius malim.

1364. 14. ἔπειτ' ἤδη] correxi de meo sensu ἐπείθετ' [id est, ἐπείθετο] ἤδη. poterat quoque ἐπείσθη δὴ dari.

— 18. πάλιν λαβεῖν] nihil aliud hic loci πάλιν significat, atque ἀνὰ in ἀναλαβεῖν. v. 23. Phrastor puerum secum habuerat antea nunquam. non poterat ergo proprie dici πάλιν λαμβάνειν. sed πάλιν non semper reversionem ad locum priorem significat,

sed etiam interdum, ut hic, translationem a parte hac in partem aliam. Fuerat puer ante id tempus penes matrem, jam pater eum πάλιν ad se, h. e. in partem aliam, transferebat, et adsciscebat.

— 22. τετελευτηκέναι] post τετελευτηκέναι deesse aliquid is, quicunque fuit, qui lectionem in margine Lutet. annotatam commentus est, bene vidit.

1365. 7. ὡς τὸν ἐκ —] post ὡς videtur ἑαυτοῦ ὄντα deesse. *tanquam ex se natum.* et addidi ἑαυτοῦ de meo. alias pro ὡς sufficiendum est ἂν, quod dant aliqui codices a Tayloro laudati.

1366. 13. γήμαντά γε] bene habet. *tametsi ritibus legitimis eam matrimonio duxisset.*

— 14. ἐπειδή τε ἐπείσθη] particalam copulantem τε e Bav. addidi. alias malueris ἐπεὶ δὲ ἐπείσθη.

1367. 27. ἀποπεφασμένως] Citat h. l. Harpocr. h. v. Sententia est: Epænetus disertis, districtis verbis aiebat Stephani domum lupanar esse.

— ult. αὐτοὺς] Stephanum, Neæram, Phanonem.

1368. 2. καὶ τὴν γραφὴν] malim: τοῦ καὶ τὴν γραφήν. facile potuit τοῦ in collisione cum Ἐπαινέτου interire.

— 6. αὐτὸν ἀφεῖσθαι] non Epænetus absolvendus erat a vadimonio, sed prædes, Aristomachus et Nausiphilus; quare autumo leg. esse: αὐτοὺς ἀφεῖσθαι.

— 24. ἐγγυητὰς] post ἐγγυητὰς malim τοὺς addi, *prædes, qui etiam iidem reconciliatores gratiæ fuerunt.*

— ult. αὐτοῦ] post αὐτοῦ videtur αὐτὸν deesse. quod est ad Epænetum referendum. nam alias, illo omisso, exsisteret per leges constructionis hæc absurdissima sententia, Nausiphilum et Aristomachum γραφὴν contra Stephanum ad judicem detulisse. Sed hæc est sententia: αὐτὸν, enim, Epænetum puta, id fecisse.

1369. 12. οὗτος οὐκ ἐτόλμησε] negativam auctoritate mea addidi. non enim audebat Stephanus coram judice contendere, et jure evincere, Epænetum esse mœchum. Vulgata si servetur, non possit orator id efficere, quod vult. Vult autem efficere, Phanonem civem Atticam non esse, sed peregrinam. et ipsum Stephanum hoc fateri. Sed in civibus solummodo locum habet τὸ λαβεῖν μοιχόν. Duobus argumentis conficit Apollodorus Phanonem peregrinam esse. 1. omnes homines norunt eam esse, et constitit id inter omnes ex indiciis notissimis, et haud dubiis. 2. ipse Stephanus fatetur. qui? non audebat in Epænetum jure agere titulo μοιχείας, stupri filiæ suæ illati.

— 15. αὐτὴν] redundat, sed non vitiose, positum in gratiam lectoris et auditoris, ut ad filum orationis revocetur. Constructio periodi trajectæ hæc est: εἰς τοσοῦτον ἀναιδείας ἦλθε Στέφανος — ὥστε μὴ ἀγαπᾶν, εἰ μόνον ἔφασκον ἀστὴν εἶναι τὴν περιφανῶς ἐγνωσμένην ξένην εἶναι.

— ibid. κατιδόντες] est nominativus absolutus, per sese stans, *cum vidissent*, vel *animadvertissent* Stephanus et Neæra et Phano.

— 19. εἰσήει] non Stephanus, sed Theogenes.

— 20. καὶ τὴν ἀρχὴν] non τὴν τοῦ βασιλέως τῶν ἱερῶν, nam ea Theogenis erat, sed τῆς παρεδρίας, dignitatem assessoris in concilio, vel collegio regis sacrorum. v. p. 1372. 24.

1370. 3. ἀκοῦσαι] post ἀκοῦσαι addidi πᾶσιν. quamquam melius adhuc existimo sic legi: ἃ δὲ μηδ' ἐπακοῦσαι πᾶσιν ὑμῖν οἷόν τ' ἐστιν.

— 20. ἔθετο] dedi ἔθεντο, scil. οἱ τότε Ἀθηναῖοι.

— ult. ἦν] malim ταύτην. non pendent sine fulcro hi nominativi ποιούμενος ὁ δῆμος, sed redeunt ad γράψαντες ἔστησαν. cum δῆμος sit nomen multitudinis, æquipollet plurali. aut alias deest post ποιούμενος, voc. ἔχει, aut παρέχεται, aut τηρεῖ, aut simile quid.

1371. 2. τήν γέ σοι δοθησομένην] sine dubio fuit olim, ut Tayl. conjecit, τῷ γε Διονύσῳ δοθ. videtur ultima syllaba v. Διονύσῳ in σοι superesse. aut alias leg. τὴν τῷ ζασιλεῖ δοθησομ. et recepi Taylori conjecturam Διονύσῳ.

— 5. ἵνα μὴ πολλοὶ] mirum videatur, quod ab omnibus sanctissime atque religiosissime observandum statuatur, id diligentissime celari. Sed veteres, quo quid vulgatius esset, tanto id profanius habebant; quapropter quo quid angustius et sanctius vellent haberi, tanto curiosius id occultabant. unde sacra arcana.

— 12. ἄξιον τιμωρήσασθαι] cum modo præcesserit ἄξιον, malim ἀξίως τιμ. *dignis modis animadvertere.* vel potius ἦ ἄξιον, *qua par est.* ut dedi de meo.

— 18. ἐν κανοῖς] *apud*, vel *ante canistra.* κανᾶ sunt illæ scaphæ, in quibus erat mola salsa, quæ capiti victimæ inspergebatur una cum cultro.

— 19. τῶν λεγομένων] malim τῶν γιγνομένων. *eorum, quæ inter ista sacra fiunt.*

— 24. Θεόγνια] sic etiam est in Bav. sed Θεοίνια contendit leg. esse Taylorus, non tamen, penes me quidem, caret omni probabilitate vulgata, nam Θεόγνια possunt esse quasi Θεογόνια. *natales Dei.* Conf. Ruhnken. in Auct. emend. ad Hesych. t. I. p. 999.

1372. 1. καὶ ὅτι οὐδ' αὐταῖς] f. καὶ ὅτι οἶδεν, ἃ οὐδ' αὐταῖς. *et eam scire ea, quæ ne ipsis quidem licet illis.*

— 2. ταῖς ὁρώσαις] malim ταῖς δρώσαις. *peragentibus ista sacra fœminis.* a δράω.

— 5. ἐπιδείξω] dedi de meo ἐπιδείξουσαν, ut ad μαρτυρίαν redeat. testimonium, quod semetipsum demonstret per res gestas ipsas palam factum et publice prostans.

— 6. καὶ οὐκ ἀληθῆ] delevi negativam. quam expungi oportere margo Lutet. quoque annotavit, et Wolf ab edit. sua quoque arcuit: Servari si debet, leg. erit: καὶ οὐχ ἥκιστα ἀληθῆ.

— 10. περὶ] malim πρός.

— 12. ἐζημίου] dictabat ei mulctam, quam tamen, ut ex insequentibus constat, damnato postmodum remisit.

1374. 2. εἰς ὃ] fero, malim tamen εἰς ἅ. *in quæ*, fana puta.

— 6. ἐφ' ᾗ] margo Lut. dat ἐφ' αἷς. non malum id quidem, si codices dent. bene tamen defendi potest vulgata, si accipias materialiter (verba enim legis ipsa sunt) et subaudiatur πᾶσαν ταύτην.

— 9. ὑπὲρ αὐτῶν] redit non ad mulieres, sed ad τὰ γιγνόμενα ὑπὸ τῶν τοιούτων γυναικῶν, ut si qua infamis in templum publicum ingressa fuerit.

— 11. αὐτὴν] correxi meo judicio αὐτάς. vel potius servato αὐτὴν leg. ὑβρισθεῖσαν. v. 10. et sic dedi de meo. subauditur τινα.

— 14. διδάσκων] correxi rursus meo judicio διδάσκαλον. ut redeat ad φόβον, qui *metus* appelletur *magister* τοῦ σωφρονεῖν, καὶ μηδὲν ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ δικαίως οἰκουρεῖν.

— 15. ἄν τι ἁμάρτῃ] subaudi γυνή τις.

— 24. ἐὰν δ' εἴη] correxi e Bav. ἐὰν δ' εἰσίσι. alias probassem magis ἐὰν δ' εἰσίῃ, aut simpliciter ἐὰν δὲ μὴ — *sin minus*, h. e. sin autem hoc minus fiat, quod hac lege præcipitur. sin autem in hanc legem peccatur.

1375. 5. βούλωνται] id est, βούληται. nam δῆμος est collectivum. Constructio est: καθ' οὓς ποιεῖσθαι δεῖ πολίτην, ἐάν τινα βούλωνται [scil. οἱ Ἀθηναῖοι] ποιεῖσθαι πολίτην. *quarum legum e formula* vel *præscripto civem oportet creare, si quem creare velint.* citat h. l. Harpocr. v. δημοποίητος.

— 7. ὅμως] malim ὑμεῖς. si bene habet vulgatum, significat aliquid deesse. E. c. οὓς [scil. νόμους] ἴστε μὲν καὶ αὐτοὶ ἡμοίως ἐμοί. *quas leges vos quoque nostis, perinde* atque *ego.*

— 8. ὁ δῆμος] hic loci est Heliæa, populum repræsentans.

— 19. τὰ γέρα ἀναιρεῖν] mediam vocem correxi γέρρα, cum geminato rho. et dedi de meo ἀναίρειν, barytone, a verbo non contracto αἴρω, *tollo. in altum attollere*, h. e. *exstruere tabernas.* Solebant nundinatores scrutorum Athenis in foro rerum venalium tabernas e cratibus compactiles, quotidie construendas et rursus demoliendas atque asportandas, exstruere, sub quibus sedentes tuti ab imbribus merces suas venderent. has tabernas Græci γέρρα appellabant, nos *Buden* appellamus.

1376. 3. πολλοὺς καὶ παλαιοὺς] prima duo vocabula uncis inclusi, quæ mihi videntur e varia lectione, sed ea vitiosa, irrepsisse.

— 8. ὥστε ἀγνοεῖν ὑμᾶς] potuisset quoque ὥστε οὐκ ἀγνοεῖν ὑμᾶς, utrumque pariter bene, sed diversa ratione. vulgata hoc dicit: *exempla hæc ita vetusta non sunt, ut necesse sit ea a vobis ignorari.* addita autem negativa hæc exsistit sententia: *exempla hæc vetusta non sunt, quo fit, ut vos ea nequeatis ignorare.*

— 24. καὶ πρὸς οὕς — ὄντας] idem est ac si dixisset: καὶ ὡς ἀγαθοὶ ἀνδρες ἐγένοντο οὗτοι, πρὸς οὓς διωρίσθη. *et quam fortes viri fuerint hi, quorum in gratiam peculiariter hæc lex sancita est.*

1377. 6. χώραν] subaudi ταύτην τὴν Ἀττικήν.

— 10. τὰς κύνας] correxi τὰς κυνᾶς, id est, κυνέας. hæc sunt tegmina capitum pellicea, sic dicta, quod primitus fierent e canum pellibus. *Mützen* nos appellamus. medio ævo *camelaucia* appellabant, quod vocabulum est e Latino *capillicia* detortum.

— 13. ἡμετέρας] malim ὑμετέρας. et sic quoque v. 17. non enim decet novitium civem Atheniensem tam arroganter ad judices loqui.

— 19. τελευταίαν] post τελευταίαν malim δὲ addi.

— 26. καὶ ἡ πόλις] καὶ videtur delendum.

— ult. φθονηθῶσιν] pro φθονηθῇ. præcessit enim ἡ πόλις ἠγεῖτο. verum quia ἡ πόλις h. l. cives Athenienses significat, ideo pluralem bic usurpat.

1378. 4. ναυμαχήσαντες] malim συναυμαχ.

— 8. τοῦ ἔργου] dedi de meo τοῦ τε ἔργου. significatur victoria de Persis reportata. et sic quoque v. 14.

— 12. ἐκκόψαντας] alii ἐκκολάψαντας. nullo ad sententiam discrimine, sed forsitan hoc est exquisitius.

— 15. καὶ ἐκ τοῦ γένους] malim καὶ τῶν ἐκ τοῦ γένους. *eorumque, qui regii generis essent Spartæ.*

— 27. καὶ αὐτοὶ] post καὶ αὐτοὶ deesse videtur καὶ αἱ γυναῖκες.

— ult. ἀλλὰ] post ἀλλὰ aut deest, aut subaudiendum est μόνον, vel μόνους.

1379. 2. μέγα] correxi μέγας. v. Dorvill. ad Chariton. p. 637.

— 11. οἱ Ἀθηναῖοι] personam hoc decebat historici, non oratoris ad Athenienses loquentis. quare malim οἱ τότε Ἀθηναῖοι.

— 19. τὰ δύο μέρη] *duas partes*, sed quotas? de tribus? an de quatuor? aut de quot tandem? incommoda ratio loquendi, nil definiens, et dubitationem re-

linquens. Sed sic solent Græci; et videor e loco superiori p. 1247. 1. ubi actor dicitur, qui reum ἀπογραφῆς peregerit, τὰ τρία μέρη proscriptorum rei bonorum accepisse, colligere, semper in talibus totum illi numero, qui indicatus est, proximum designari. ut a binario numerus est proximus ternarius, et ternario proximus est quaternarius. cum ergo τὰ δύο μέρη appellantur, subauditur de tribus, et cum τὰ τρία μέρη, subauditur de quatuor.

1380. 1. δέκα ἔτη] imo vero δύο ἔτη. biennium solummodo. res nota est e Thucydide. et error hic Demosthenis, si ejus est, et non potius librariorum, jam a viris doctis notatus est. Si Demosthenis hæc oratio non est, cui eum magno consensu omnes abjudicant, quamquam nullam plane causam video, cur faciant, ego equidem nullus dubito ejus esse, cujus in operibus circumfertur; verumtamen si ejus non est, possit ex hac tam prolixa de sorte Platæensium enarratione, tametsi cum causa præsenti vel maxime est conjuncta, Lycurgum videri auctorem prodere, quem digredi in vetustas historias amasse docet ejus una adhuc superstes in Leocratem oratio.

— 6. νύκτα] videtur ἀσέληνον deesse. *noctem illunem.*

— 19. ὁ νόμος] Solonis puta, de cautionibus et pactis observandis in adoptatione novi civis. Sententia est: constabit e decreto, statim recitando, quod Hippocrate auctore ratum habuistis, quanta vos ipsi religione Solonis illam legem soleatis observare. v. p. 1381. 17.

— 27. ἐκ γένους] subaudi τούτων μὴ μετεῖναι αὐτοῖς.

— ibid. μηδὲ τῶν ἐννέα ἀρχόντων] subaudi τῆς ἀρχῆς. sed videtur potius deesse γενέσθαι (v. p. 1376. 17.) aut λαχεῖν (v. p. 1381. 20.).

1381. 6. πρῶτον μὲν δοκιμασθῆναι —] videtur hic locus arguere p. 1380. pen. post verba τοὺς δ' ἐκ τούτων aliqua desiderari. nam quæ hic ex illo decreto repetuntur, ea ibi non leguntur.

— 17. τὸν νόμον διαρίσατο ἐν τῷ ψηφίσματι πρὸς αὐτοὺς εὐθέως] statim in ipso jam adhuc illo psephismate accommodavit ad eos, Platæenses puta, exceptionem et circumscriptionem (vel definitionem) legis a Solone latæ, paulo ante commemoratæ, de ratione novos cives adoptandi inter cives. disertis verbis etiam in causa Platæensium iteravit cautionem illam vetustæ legis, quæ cautio vetat cives factitios ad ullum magistratum sacerdotiumve admitti, et liberis eorum solummodo jus honores petendi tribuit. Cum Platæensibus illis in ipso statim suo psephismate sic decidit, et pactus est, eamque conditionem ab ipsis exegit, ut illa præcipua ne auderent unquam petere.

— 23. ὁμολογουμένους ἀρίστους τῶν Ἑλλήνων γεγενημένους] idem est ac si dixisset: τοὺς ὁμολογουμένους [vel περὶ ὧν ὁμολογεῖται], ὅτι ἄριστοι τῶν Ἑλλήνων γεγόνασι. vide similem constructionem p. 1382. 13. ἐγνωσμένην — εἰργασμένην] id est, περὶ ἧς πάντες γινώσκουσιν, ὅτι εἰργάσατο γῆς περίοδον. quam dictionem cur viri docti, nodum in scirpo quærentes, et nescio quæ ἀσύστατα comminiscentes, reprehendant, non video.

— 24. καλῶς] h. l. accipio pro σαφῶς.

— 25. διορίσασθαι] si bene hoc habet, necesse est, ut v. ult. legatur ἐάσαι. sin autem ibi servatur ἐάσετε. necesse est, ut v. 25. διωρίσασθε legatur. posterius si probamus, tum semicolon erit post οὐκοῦν δεινὸν v. 22. figendum, et tum nova incipit sententia. *Grave foret: adversus civitatem quidem finitimam, de qua constet inter omnes, eam omnium Græcorum optime de vobis fuisse meritam, curassetis tanta æquitate, et prudentia atque circumspectione agi, ut de singulis quibusque definiretur atque exciperetur, quæ ipsis concessa aut negata voluissetis: hanc vero sinetis impune civitati vestræ toti illudere fœminam, quæ tam palam, tam certe et liquide, ut dubitationi locus nullus supersit, per totam Græciam quæstum corpore fecerit.* v. ad p. 481. 4. dicta.

— 26. καὶ ἀκριβῶς] verba καὶ ἀκριβῶς, quæ ut perperam e superiori versu iterata volunt esse, ideoque expungi, quapropter etiam, ut dubia, uncis inclusi, si volumus servari, accipi debent, pro *certe, plane, sine controversia.* quasi posita sint pone ἐν ἁπάσῃ, *per totam profecto Græciam, ut constat, ita ut neguri nequeat.* Alias melius conveniret φανερῶς καὶ ἀπαραλύπτως.

1383. 2. οὐ γὰρ] verba hæc duo signis parentheseos inclusi. *non enim? annon sic dicetis?* sic perit quicquid visum fuit doctis viris obscuritatis, quæ nulla unquam in h. l. fuit.

— 13. ἐπιδείκνυνται] dedi ἐπιδείκνυτε ταύταις ποιεῖν. exemplum ipsis demonstratis faciendi, quicquid ipsis modo allubescat. Si ἐπιδείκνυνται servetur, sensu, *jactant, efferunt se, exsultant,* non possit ποιεῖν sequi, sed requiratur ποιοῦσαι. ἐπιδείκνυτε sumsi e Bav. ταύταις quodammodo de meo dedi, partim vero etiam e Bav. repetii, in quo est ταύτας.

— 18. γενόμενον] non me fugit, recte posse dici ἀγῶνα ἀποψηφίζεσθαι, pro causam aliquam absolvere, h. e. ut a foro suo alienam repudiare, ad tribunal suum non admittere, item secundum reum in ea causa jus dare. verumtamen hic melius convenire videtur γενομένου. in genitivo. *posteaquam semel illa causa in forum delata*

*fuit, ream absolvere.*

— 27. ἀποδῷ] *tribuat*, tanquam debitum. malim tamen ἐπιδῷ, *addat, dotis loco.* pater enim filiam ἐκδοὺς, elocans in matrimonium, ἐπιδίδωσιν, addit ei dotem.

— pen. ἀποφυγούσης ταύτης] idem est ac si dixisset: ὃ γενήσεται, ἐὰν αὕτη δι' ὑμᾶς [aut παρ' ὑμῖν] ἀποφύγῃ.

1384. 1. πολιτίδων] malim πολιτῶν. cur enim *matres* solummodo, non item *patres* commemorentur, quorum majus in ejusmodi re momentum est?

— 4. ἔξεῖναι αὐταῖς] videri possint redundare.

— 9. τοῦ μὴ] subaudi ὑπὲρ, vel χάριν. videtur tamen potius ἀντεχόμενος, vel tale quid deesse.

— 14. μετὰ πολλῶν] qui sint οἱ πολλοὶ τρόποι haud intelligens, dubito, sitne legendum potius μετὰ πολλῶν καὶ ἀσελγῶν ἀνθρώπων, in turba hominum et multorum et petulantium, an potius μετ' ἀκολάστων, aut μετὰ φαύλων, καὶ ἀσελγῶν τρόπων. an denique voc. τρόπων non mores hic loci, sed σχήματα πορνικὰ, posituras et gesticulationes turpes atque infames meretricum, significet. quod postremum si probetur, stare possit vulgata.

— 22. καὶ τί παραβεβήκασιν] videtur orator dedisse: καὶ τί ἀπειλοῦσι τοῖς παραβεβηκόσι. *et quid pœnarum leges comminentur iis, si qui præcepta legum violaverint.*

— 25. τήν τε ὄψιν] malim τὴν δὲ ὄψιν.

— ult. ἐκολάσατε] scil. mortis pœna.

1385. 1. καὶ ἄλλα] malim καὶ γὰρ ἄλλα τε.

— 2. αὐτῇ] correxi αὐλῇ. quod super foco, qui esset in aula domus illius, ubi Neæra Eleusine habitasset, Archias victimam immolasset, cum fas non esset, ea die victimam animantem, sed fruges solummodo, immolare; et præterea fas quoque non esset, ut sacerdos mas illa die sacra faceret, sed ut sacerdos fœmina.

— 4. ἐκείνης] correxi ἐκείνου. redit enim ad Archiam.

— 13. τοῦτο] correxi τοῦτον. Significatur Bacchus, cujus numen Archias pariter atque Neæra offenderant. hæc quidem eo, quod filiam regi sacrorum nuptum dedisset, quo factum, ut illa filia Baccho desponderetur pro uxore; ille vero, quod sacra præter fas ea die fecisset, quæ Baccho communiter cum Cerere sacra esset.

— 19. αὐτοῦ] Stephani puta.

— 27. ὡς οὐ γυναῖκα ἔχει αὐτὴν, ἀλλ' ἑταίραν] objectio hæc est diversa illi superiori v. 19. cum qua convenire videtur. nam ibi Stephanus fingitur hac utens excusatione, se Neæram non pro *uxore*, sed pro *pellice*, παλλακῇ, habere. hic autem inducitur Stephanus in hanc latebram se recipiens, Neæram sibi non pro *uxore*, sed pro ἑταίρᾳ, *socia*, esse. Demonstratur itaque discrimen, quod inter uxorem legitimam, et sic dictam παλλακὴν, et taudem inter ἑταίραν seu meretricem, interoedit.

1386. 1. αὐτοῦ τοῦ λόγου] id est, *excusationis, qua ipse*, Stephanus puta, *utitur.* potest itaque ferri. malim tamen τούτου τοῦ λόγου, pro τὴν αὐτοῦ ἀναίδειαν τοῦ λόγου, id est, ἐν τῷ λόγῳ.

— 2. ἀπολογίας] post ἀπολογίας videtur τούτου τε deesse.

— 11. Στρυβήλην] vid. ad p. 1362. 6. dicta.

— 16. καὶ μὴ εἰσιέναι τὴν γραφὴν ταύτην] videtur leg. esse: καὶ μὴ ἐᾶν εἰσιέναι τὴν γρ. τ. aut: καὶ μὴ εἰσιέναι [scil. αὐτὸς ἐγὼ εἰς τὸ δικαστήριον] γραψάμενος τὴν γρ. τ. aut tandem: καὶ μὴ εἰσάγειν τὴν γρ. τ.

1387. 5. Αἰγιαλεὺς] libri mei in hac lectione consentiunt, sed leg. est Αἰγιλιεύς. v. Taylor.

— 18. παρὰ Στεφάνῳ] superior locus p. 1386. 8. addebat οὖσα. potest abesse. mallem tamen etiam hic adesse.

— 20. ὅτι ἐκ Στεφάνου εἰσὶ] negativam μὴ addit in editione sua Wolfius, præcipitantia consilii actus. bene habet vulgata. non enim negabat Apollodorus illos Stephani liberos esse, sed negabat eos Stephanum e fœmina, quæ civis Atheniensis esset, suscepisse; verum aiebat eos e Neæra quæsitos esse, et Neæram illos jam peperisse tum, cum Stephanus eam Athenas traduceret.

— ult. ἀποτίνειν ὅτι βλαβείησαν] malim ἀποτίνειν καθ' ὅ, τι βλαβ.

1388. 2. ἠθέλησαν] potest ferri. Stephanus puta, et Neæra, et consortes discriminis. præferam tamen ἠθέλησε, quod margo Lutet. dat. v. p. 1387. 8.

## AD ORATIONEM FUNEBREM.

Conf. Taylori Lectiones Lysiacas c. 3. p. 234. editionis Lips.

1389. 3. ὄν] subaudi τοῦτο, scil. τὸ εἰπεῖν ἀξίως τῶν τετελευτηκότων.

— 8. ὅμως μέντοι] aut adsciscendum est e margine ὁμοίως, aut servato ὅμως, addendum post μέντοι erit ἐξ ἴσου, vel simile quid, sed recepi ὁμοίως.

— 9. εἶναι] [Anne hoc tolerandum: δοκεῖ μοι εἶναι διαλεχθῆναι? F. ἐνθάδε δεῖν ἐμοὶ δοκεῖ. TAYLOR.] id est, ἐνεῖναι, *datum esse, in potestate mea esse.*

— 18. λόγων] vocabuli hujus h. l. eadem est vis, atque Latini *artium.* ᾠήθησαν defendi potest. collectivum enim est πόλις. et possont οἱ πολῖται subaudiri. malim tamen ᾠήθη cum Wolfio.

— 22. ἀπηλλαττόμην] post ἀπηλλαττόμην videtur μόνην desiderari.

— 27. ἀρχῆς] suspicabar aliquando ἀρετῆς. Sed bene habet vulgata. *a stirpe*, seu *origine generis.*

1390. 6. εἰς τὰς ἐπήλυδας] [Anne hoc antiquitatem sapiat. Vid. Hesych. in ἐπήλυδας. TAYLOR.] videtur hic aliquid deesse. fortasse leg. εἰς τὰς ἄλλων ἐπήλυδας. *posteaquam aliorum in civitates venissent tanquam adventitii, inquilini.*

— 22. ἔχει] num ἐκείνοις. sed malui καὶ proximum insequens uncis includere.

1391. 2. ἐλθόντας] ἐλθόντες Aug. pr. R. quod nescio an melius vulgata sit. *primo statim impetu*, vel *aggressu.* vulgata significat, *qui subito ingruisset.*

— 17. τοὺς ἐμμέτρους] ἔμμετροι ποιηταὶ sunt οἱ ἐν μέτρῳ, τουτέστιν ἔπει, γράψαντες, qui carmina versibus justæ magnitudinis condiderunt, verbo epici, qui opponuntur τοῖς τῶν ᾀδομένων (scil. μελῶν) ποιηταῖς, hoc est, lyricis.

1392. 15. ταῦτα τὰ πραχθέντα] videtur hic aliquid deesse. f. πάλαι, aut ἑτέρους. *hæc olim*, aut *ab aliis gesta.*

— 18. δίδωσιν] addidi αὐτὴ, *ipsa sola per se.*

— ibid. ῥᾴδιον μὲν] aut tollendum est μὲν, aut cum μοι mutandum, aut cum οὐκ. *quæ facile non sit oratione exsequi.*

— 23. ἀμφοτέροις] post ἀμφοτέροις videtur ἁρμόττοντα deesse.

1393. 1. συμβουλομένους] [Quid? Anne *consentientes?* Hæreo de Hellenismo. TAYLOR.]

— 15. ἐνέγκαι] dedi ἤνεγκε et προσποιεῖ. *solet afferre gloriam.*

— 16. κἂν ὑπερβάλῃ] subandi τις, aut ὁ λέγων.

— 19. ἔργοις] h. e. *in aditu sum ipsius operis, quod mihi nunc agendum est.*

— ibid. περϊστάμενα] defendi possit. *Coram me stantia.* possint et alia subjici haud aliena, ut προσιστάμενα, *ad latus mihi stantia*, item παριστάμενα, *in mentem mihi venientia*, et περιϊστάμενα, *ne circumstantia.* quorum quodnam ab oratoris manu sit profectum, ecquis dixerit.

1394. 6. τῇ δὲ σώζεται] f. leg. τῇ δὲ τὰ ὄντα σώζεται. *altera autem fortunæ cuique suæ conservantur.*

— ibid. ἐν τούτοις] post ἐν τούτοις non video quid magnopere necesse sit, ut copula addatur. quod si tamen necesse sit, cum non omnino improbem οὖν marginis Lutet. præferam tamen δ'. ἐν τούτοις δ' ἀμφοτέροις.

— 9. εἰς σωτηρίαν] malim εἰς τὴν σωτηρίαν.

— 12. ταῦτα] scil. τὰ νῦν παρόντα πράγματα φαύλως διακείμενα.

— 13. προορώσης] redit ad ἀγνοίας. εἰρωνευομένης autem ad κακίας. hæc enim εἰρωνεύεται, simulat stupiditatem, aut ignorantiam, non autem ignorantia ipsa. quare malim προορῶσιν et εἰρωνευομένοις, utrumque in dativo plurali, ut referatur ad præmissum Ἕλλησι.

— ibid. ὑπήκουσαν] Græci, stupiditatem seu simulantes, seu veram rebus prodentes.

— 14. ἐμνησικάκησαν] Athenienses hoc bello defuncti, quorum laudes hac oratione prædicantur.

— 22. ἀμφοτέροις] dedi ἀμφότεροι. videtur aliis in libris hoc, in aliis παρ' ἀμφοτέροις fuisse. unde nata illa scriptionis aberratio.

— 26. ἔσχε —] Recte distinguunt Wolf et Lambinus sic: ἔσχε, τῇ τύχῃ πέπονθε —.

— ult. μὴ ἐπιζῆναι] satis ex his arbitror constare, orationem hanc, si unquam dicta fuit, in cæsos in pugna ad Chæroneam esse dictam, sed ab homine metu et desperatione perculso, cui spiritus essent dejecti, et plane exstincti.

1395. 3. ἐκεῖ] ibi ad Chæroneam, in illa, quam dixi, pugna.

— 16. χαλεπὴ τύχη] possit χαλεπὴ τύχη accipi pro difficili, sæva, mutabili, et ambos alternis premente atque extollente. videtur tamen aliquid deesse, c. c. προϊδεῖν, προορᾶν, σταθμᾶσθαι, vel simile quid. fortuna dubia, ancipiti, quæ utram in partem sit inclinatura, facile non sit providere. videntur etiam verba melius ita atque ordinatius collocari, ut arbitratu

meo collocavi: *ταῖς αὐτῶν ἀρεταῖς καὶ τῇ τοῦ προεστηκότος αὐτῶν ἐμπειρίᾳ καὶ τόλμῃ, ἢ τῇ παραδόξῳ καὶ χαλεπῇ τύχῃ κατωρθωκέναι οὐδένα, οὔτ' ἀναίσχυντον*—.

— 23. *ἐπὶ τούτῳ*] h. l. est idem atque *καθ' ἑαυτοῦ, contra se.* in castris sibi oppositis. pari modo accipitur v. 26.

— 24. *ἐκείνων*] eorum puta, qui in castris Philippi militarunt.

1396. 3. *ἐστὶ τούτων*] malim *ἐστὶ περὶ τούτων. de reliquo licet cuique his de rebus pro sensu suo arbitrari.*

— 5. *φανερὸν*] subauditur *τοῦτό ἐστι.*

— 26. *ἀσχημονήσῃ*—] malim *ἀσχημονήσῃ, εἰς οὐδὲν ἢ μικρὸν ὄνειδος. aut nulli, aut exiguæ ignominiæ id sibi cessurum esse.*

1397. 2. *τἀληθὲς δηλοῦν*] si bene habet, idem est atque *τοῦ τἀληθῆς δ.* sed addidi *τοῦ* de meo. *et alia multa præclara jura habent civitates, et in his hoc, quod nihil est, quod dicendi licentiam veritate nixam avertat atque prohibeat a veri pronuntiatione.*

— 16. *τὸν ἐπώνυμον*] hæc e casibus heroum eponymorum ducta ad virtutem acuendam momenta, sophisticum et Lycurgeum sapiunt ingenium. Demosthenes fortibus et virilibus utitur armis, non bis umbraticis.

— 18. *Ὑακινθίδας*] [Valesius ad Harpocr. v. *Ὑακινθίδες.* TAYLOR.]

— 27. *παρὰ τοῖς Ἕλλησι*] sententia postulat *παρὰ τὴν ἑαυτῶν δειλίαν, propter suam ignaviam.*

1398. 3. *ὑφ' οἷς*] dedi *ἐφ' οἷς* — id est, *ἐπὶ τούτοις, ἐν οἷς*, vel *δι' ὧν, super illis contumeliis, quibus fadari Græciam viderent.*

— 11. *στεῖλαι*] subaudi, aut *ἑαυτὸν*, quod vocabulum sæpissime omittitur subaudiendum, aut *τὸν στόλον.* ut idem hic significet atque *στείλασθαι.* alias supplementum Lessingiani *Θησέα* post *Ὁμηρος* addentis sit adsciscendum. Locus Homeri mihi neque succurrit, neque investiganti occurrit. nescio, an Atheniensium libri hoc in loco Homeri ad Athenas pertinente a lectione librorum, quibus nos bodie utimur, haud parum discrepaverint.

— 13. *τοὺς οἴκοι σύμπαντας*] dedi. Lectio codd. al. si optetur, tum leg. erit: *τοὺς οἴκοι σύμπαντας οἰκείους καὶ γονέας.*

— 16. *υἱὸν ὄντα*] malim abesse, ut e scholio nata. in *Σεμέλη* et *τῆς δὲ* subaudiatur a communi, ut aiunt, e proximis insequentibus vocabulum *γέγονεν*, et *ἐκεῖνος. Semelem esse natam e Cadmo, e Semele autem natum esse illum, quem fas non est* —.

— 23. *αὐτοῦ*] dedi *αὐτὸν* de meo pro vulgato *αὐτοῦ*, quod nihilominus tamen subaudiri debet ad *σύνεσιν* et *ἀλκήν. ipsius sapientia eum homini similem reddiderit, fortitudo autem draconi.*

— pen. *ὦν*] cohæret, non cum proximo *τὸ πρέπον*, sed cum remotiori *τὸ σαφές.*

1399. 6. *αὐτῶν*] semet ipsis, ut a tanto heroe prognatis, *indignum.* fuit, cum suspicarer *αὐτοῦ* leg. esse. *eo*, Ajace puta, suo eponymo.

— 8. *τῶν ὑπαρχόντων*] dubito utrum a *τὰ ὑπάρχοντα* repetam, an ab *οἱ ὑπάρχοντες.* si illud, dignæ fortunis illis, quæ sibi aut nascentibus ab ipsa generis nobilitate additæ, aut majorum virtute et gloria partæ fuissent. Sin hoc, dignæ conditoribus sui generis. *ὑπάρχειν τὸ γένος* est *ordiri stirpem, condere genus.*

— 12. *πλήρη*] post *πλήρη* videtur *ὁρῶντες* deesse.

— 14. *καὶ τὸν ἅπαντα*] malim *καὶ μᾶλλον τὸν ἅπαντα. longum per tempus, vel potius per omnem ætatem.*

1400. 2. *οὐδὲ περὶ ἐκείνων*] post *οὐδὲ* videtur aliquid excidisse. c. c. *ἀφικόμενος ἐκεῖθεν.* ut sic distinctus et sartus legatur et reddatur Latine totus hic locus: *οὐ γὰρ ἰδών τις, οὐδὲ ἀφικόμενος ἐκεῖθεν, περὶ ἐκείνων ταῦτ' ἀπήγγελκεν. de iis enim hæc nemo retulit, qui ibi vidisset, aut qui illinc missus ad nos huc venisset.*

— 3. *τῶν ἄνω*] malim: *τῶν προσηκουσῶν τοῖς ἄνω τιμῶν. quos dignos honoribus, diis superis convenientibus, judicamus nos, qui supersumus.*

— 4. *τούτοις*] *τούτους* dedi. *hos opinione atque prædicatione nostra divinantes* [h. e. non certo cognita atque explorata affirmantes, sed conjectantes solummodo], *censemus eosdem adipisci honores etiam ibi,* in beatorum insulis, quos illi vetusti heroes dicuntur et existimantur adepti esse. *καταμαντεύεσθαί τινος* est, aliquid de aliquo prædicare, non ex certa scientia, sed ex opinione e probabili conjectura ducta. cohæret hoc *τούτους* cum *τυγχάνειν.*

— 5. *αὐτοὺς*] dedi *αὐτοῖς*, quod redit ad modo dictos *τοὺς ἄνω*, deos superos. *eosdem honores, qui habentur illis,* diis puta superis. *αἱ αὐταὶ αὐτοῖς τιμαὶ* sunt *αἱ αὐταὶ τιμαί, ὧν τυγχάνουσιν αὐτοί, οἱ ἄνω δηλονότι.*

— 8. *ὡς τοὺς τοιούτους* — *ἑτέρων*] Esset utique convenientior orationis structura hæc: *ὡς τοὺς αὐτούς τε τοιούτους γεγονότας, καὶ πεφυκότας ἐκ τοιούτων ἑτέρων. eos, qui et ipsi sint tales, et nati sint e talibus aliis.* Aut, nisi hoc admitti velis, adsciscenda lectio marginis *γεγεννηκότας. eos, qui et genuissent tales viros, et ex aliis talibus ipsi quoque nati sint.* sed transponi de meo sensu vocabula sic: *γεγονότας αὐτοὺς, καὶ πεφυκότας ἐκ.*

— 20. *πᾶσιν*] dedi *παισίν. grave est liberis infantibus.*

# AD AMATORIUM.

Wesseling ad Herodotum p. 13. a pen. auctorem facit Androtionem, ductus causis, quas apud ipsum vide.

1401. 13. ὁ μὲν οὖν] ὃ dedi, in neutro articuli postpositivi, pro masculino præpositivi. quod habeas maxime amatorium hujus opusculi (id est, id, quod habeas præcipue pro natura et extremo hujus amatoriæ disputationis), hoc est, τὸ ἐρωτικὸν est id, quo et amantis erga amatum amor maxime declaratur, et amati res, decus, salus maxime ornatur atque stabilitur.

— 18. ὅς τις] dedi ὅν τις. Videtur auctor, quisquis fuit, ita dedisse : πάντα δὲ τοῦτον γέγραπται τὸν τρόπον, ὅν τις — *omnia autem ad hunc scripta sunt modum.*

— 19. Ἐλλίν] est libellus pugillaris, in quem subitarias cogitationes conjicimus, verbis sponte succurrentibus, non meditatis. et in quo lucubrationum rudimenta delineamus. v. p. 1283. 4. οἱ λεκτικοὶ τῶν λόγων sunt commentationes simplici, illaborata, facili, populari dictione conscriptæ, qua solemus ἐν τῷ λέγειν ἐκ τοῦ παραχρῆμα, in fortuitis aut familiaribus congressibus, uti.

— 20. ὁμοίως οἷς —] idem est ac si dixisset : ὁμοίως τούτοις τοῖς λόγοις, οὓς ἂν εἴποι τις ἐκ τοῦ παραχρῆμα.

— 23. τοὺς μὲν] illos prioris generis, τοὺς λεκτικούς. τοὺς δὲ, hosce posterioris, in longius tempus duraturos.

— pen. ἀποδεικτικοὺς] dedi ἐπιδεικτικούς. *ostensionales*, e genere orationum *demonstrativo* vulgo sic dicto ; quod nomen cur illi generi sit impositum, dixi pluribus ad Anthologiam Constantini Cephalæ. Vim ejus non videtur percepisse ille, quisquis fuit, qui in margine Lutet. apposuit τοῦ βίου.

1402. 10. δυσκόλως] aut adsciscenda est lectio marginis, aut leg. διακεῖσθαι, quod equidem malim. aut φαίνεσθαι vel ὁρᾶσθαι διακειμένους. quod de meo prætuli.

— 14. ἀπονοίᾳ] possit ferri. haud displicet tamen ἀπηνείᾳ marginis. *truculentiæ, scævitati.*

— 21. ὃ μόνον ἴδιον ἔθος] fort. leg. ὃ μόνον τὴ Δί' ἓν ἔθνος οὐχ ἅπασι. *quæ una, per Jovem, sola natio* (amantium puta) *non omnibus* — saltim ἔθνος de meo sensu dedi.

— ult. κεῖσθαι] *cumulate ornateque sint peractæ.* v. p. 1406. 6.

1403. 11. καὶ τὴν σὴν] καὶ videtur defectum prodere. malim abesse, aut aliud quid addi cum χαλεπὸν ad sententiam conveniens. fort. ἐπικίνδυνον.

— 12. ἐπικινδυνότερον] post ἐπικινδυνότερον addi velim τῷ. τῷ τὸν συμβουλεύειν μέλλοντα. *propterea quod ille, qui consilium dare vult.*

— 13. ὑπεύθυνον] non modo eventus dati consilii a consultore præstandus est, sed etiam vitæ ratio, moresque, ne præceptis repugnent.

1404. 9. ταῦτα δηλώσω] malim ταῦτα νῦν δηλῶσαι. *nunc*, propter oppositum, modo præmissum, ὕστερον.

— 12. καὶ τούτου τὸ χρῶμα] malim καὶ τοῦτο τὸ χρῶμα.

— 13. σῶμα] post σῶμα videtur καλὸν deesse.

— 20. φύσιν] dedi φύσεως. videtur in libris olim h. l. duplex versata esse lectio, ἐπ' ἀνθρώπου φύσεως ἔχει, altera ἐπ' ἀνθρώπου φύσιν ἕλκει. *pertrahit divinam majestatem ad humanam naturam.*

— 22. ἀνυποψίαστον] nemo suspicatur, illum colorem pigmentis quæsitum esse, seu factitium.

1405. 5. τῶν ὀμμάτων] subaudi ὄντων ἐπιφανεστάτων a communi.

— 18. τοσαύτας ὑπεναντιώσεις] fort. leg. τὰ τοσαύτας ἔχοντα ὑπεναντιώσεις πρὸς ἄλληλα. *fortuna res has nacta, tot inter se habentes adversitates*, vel *repugnantias.*

— 20. εὐχὴν] quasi signum aliquod perficiens e voto dedicandum. aut, ac si signum aliquod perfecisset, quod ille sibi a fortuna perfici et elaborari votis cunoeptis flagitasset.

— 22. ἱστᾶσα] Wolfii συνιστᾶσα cum probem, ausus tamen non sum recipere.

— 25. ἐπαινοῦντες] post ἐπαινοῦντες, aut circa, deesse videtur τι, aut τοῦτο μόνον. *hanc solam tuarum laudum.*

— ult. ὑποβάλοι] non caret specie ὑπερβάλοι marginis, ob insequens ὑπερτεῖναι. retineo tamen vulgatam.

1406. 1. ἧς μηδ'] malim ἥν. nam cum accusativo construitur, si bene commemini, verbum ὑπερτείνειν in sensu *superandi*, non cum genitivo.

— 7. τοσαῦτα ἐπαινέσαι ἔχω] malim τοσαῦτα ἐπαινέσας ἐῶ. *istis commemoratis laudibus, hoc argumentum depono*, ad aliud transiturus.

— 10. σοι] id est, ἐν σοὶ, vel ἐπί σοι. vel τὴν σὴν, scil. ἡλικίαν, vel ἢ σή.

— 11. ἐξαμαρτάνει] et v. 13. προήρηται, tueor et servo. redit enim ad *tua ætas.*

— ult. τοσοῦτο τούτων] malim τοσοῦτον ἐν τούτῳ.

1407. 2. περιγιγνῆσθαι] subaudi τῆς

μέμψεως καὶ ἐπιπλήξεως. *ut sævorum et morosorum omnium criminationes atque reprehensiones eluseris atque viceris, eo quod*—.

— 7. τῶν πλείστων] scil. ἐραστῶν.

— ibid. ὄν] scil. ἐρώμενον.

— 9. ἀρέσκειν] subaudi σέ. Constructio hæc est: συμβέβηκέ σοι τὸ ἀρέσκειν σε πᾶσι. *evenit tibi, ut omnibus arrideres.*

— 10. καλὸν] post καλὸν videtur τυγχάνειν deesse.

— 25. ἐρῶντι] ἔρωτι dedi, cum e Bav. tum conjectura mea. dudum enim ante, quam mihi liceret hunc codicem usurpare, in hanc emendationem incideram; cujus rei mihi testis esto mea interpretatio germanica, ante perfecta et ad librarium Lemgoam missa, quam codex Bav. ad me Monachio deferretur. elegantissima sententia, quamquam paulo floridior, et poeticæ magniloquentiæ similior. *cujusmodi ferme filius Cupidini deo e Virtute dea nasceretur*, si nasceretur unquam, laudibus utriusque parentis omnibus ornatus et cumulatus. o quam amabile corpus exsistere necesse est e congressione tot laudum et decorum, quot sunt Cupidini et Virtuti propria. fingi animo vix queat aliquid perfectius atque amabilius.

— 25. τὴν τοίνυν ἀνδρίαν] inchoata hic sententia non directe absolvitur, sed interrupta ab interjectis quibusdam, quæ signis parentheseos secrevi, rursus p. 1408. 3. resumitur in istis σοῦ δ' ἐπὶ πολλῶν.

1408. 4. ἀσκήσεως] designat exercitationem campestrem, seu eam, quæ fiebat in campo, ubi juventus docebatur arma tractare, rotare, jaculari, pyrrhichias agere, et quæ sunt alia hujus generis.

— 12. ἀποβαίνειν] Wolf. conjecturam ad h. l. refutat, vulgatamque tuetur Harpocr. v. ἀποβάτης.

— pen. τιθεμένοις] post τιθεμένοις addi velim αὐτό. *præter enim præmia victoribus proposita, ipsa exercitatio, a magistris adhibita* (hoc est, τὸ γυμνασθῆναι), *et a tironibus percepta multo studio diuturnaque contentione* (hoc est, τὸ μελετῆσαι). Lambini supplemento nil opus est. τὰ τιθέμενα, scil. ἆθλα, sunt præmia victoribus ab athlothetis proposita. Subauditur ὑπὸ τῶν ἀθλοθετῶν. ut addatur, necesse nil est.

1409. 3. τοσαύτης] malim utramque lectionem conjungi: μετὰ τοιαύτης καὶ τοσαύτης παρασκευῆς.

— 8. νομίζων] dedi e Wolfii conjectura, punctum v. 12. commate mutavi, et οὖν delevi, cujus si vestigia sint relinquenda, malim σὴν, cujus sunt satis perspicuæ notæ in οὖν. verum σὺν tametsi non est supervacaneum, latet tamen in participio verbi medii ἐπιδειξάμενος. nam ἐπιδειξάμενος φιλοπονίαν tantundem est, atque ἐπιδείξας τὴν σὴν φιλοπονίαν.

— 21. ταῦτα] dedi πάντας, nempe ἀγῶνας, e conjectura Wolfii, quo ducit lectio Paulinæ πάντα.

— 23. ἀφαιρεθέντων] dedi ἀφεθέντων. Significat, Epicratis currum neque inter primos, neque inter postremos, sed in media isse turba, et vel sic tamen palmam abstulisse.

1410. 3. ὁρῶν αὐτῶν] ὁρώντων malim, ut ad ἁπάντων redeat, αὐτῶν autem, quod redit ad ἵππων, servatum velim. *quippe qui viderent, horum equorum nonnullos*—.

— 5. τῇ τοῦ ζ. ὁρμῇ κρείττων] fors. καὶ τῆς τοῦ ζεύγους ὁρμῆς κρείττων. *ipsam vim et impetum bigarum illarum* (de quibus modo commemoraverat) *vicisti.* Loquitur de bigis adversarii, non de Epicratis. nam de bis si loqueretur, videtur potius ῥᾴμῃ dicturus fuisse.

— 7. διευτυχηκότας] eos, qui a principio certaminis secunda fortuna usi fuissent, et certam jam manibus tenere victoriam sperarent, quam tu eis extorsisti.

1411. 2. σαυτὸν] dedi σαυτοῦ. quod non cum προκρίνας, sed cum ἀξίους cohærebit. προκρίνας idem est atque κρίνας πρὸ ἄλλων. *quos cum tu præ aliis te dignos judicasses, amicos tibi deligis.*

— 5. προσυνέστησεν] dedi προσσυνέστησεν. *præter illos*, tibi a fortuna conciliatos amicos, necessarios, *adhuc tibi commendavit.*

— 6. μόνους ὀρθῶς γιγν.] f. μόνους σ' ὀρθῶς γιγνώσκοντας. *an eos appellem, qui soli te recte cognitum atque perspectum habeant.*

— 11. εὐδαιμονίσαι] ambigo inter εὐδαιμονίσαι et εὐδαιμονῆσαι. habet utraque lectio rationem suam. vulgata sic possit reddi: Sed ad virtutem, cujus ea sit ratio, ut possit mereaturque beatus prædicari, qui ea gaudet. altera sic: virtutem accommodatam vitæ beatæ perfruendæ. non displicet lectio ἐνευδαιμονῆσαι. verumtamen vulgata idem quoque valet. Sed prætuli ἐνεξαπατηθῆναι (de meo) v. 10. et ἐνευδαιμονῆσαι.

— 17. τούτων] scil. τῶν λόγων. malim tamen διὰ τούτων. laudibus, *quæ per hos* (τοὺς λόγους puta) *fiunt.*

1412. 6. οἱ δὲ τῆς τῶν ἐπιτηδευμάτων—] Sententia est: qui aliis quidem in partibus doctrinarum, aut a vero aberrarunt, aut justum modum consecuti non sunt, sive sua, sive magistrorum culpa.

— 14. ἐφ' ἑκατέρων] malim ἐφ' ἑκάτερον, scil. μέρος. *in utramque partem.*

— 21. ἐπιπολῆς] subaudi πραττόμενα, aut ἐπιτηδευόμενα.

— 27. εἰώθε] dedi de meo οὐκ εἴωθε. fortuita enim menti et proposito haud parent.

1413. ult. μάλιστα] subaudi a communi βελτίους γίγνονται αὗται αἱ φύσεις παρὰ τὴν παιδείαν.

1414. 6. ἔχουσαν] scil. si quis ἐν τῇ πείρᾳ διασφαλῇ.

— 8. δι' εὐτυχίαν πραγμάτων] vulgata bene habeat, an leg. sit: δι' εὐτυχίαν φύσεως ἐν μεταχειρίσει πραγμάτων, in medio relinquam.

1415. 1. ὑπερακράτως] prætuli ὑπερέκρεως. *in rebus, quas susciperet ageretque, omnibus modum excedens.*

— 11. καταστήσαντα] dedi καταστάντα. Sed et καὶ sec. v. 10. abesse malim. *qui, posteaquam civitate Tarentinorum potitus est, ita præclare humaniterque eam administravit.* Si καὶ servetur, etiam καταστήσαντα servandum sit, eique addendum ἑαυτόν.

1416. 14. ἧττον] post ἧττον videtur ὂν desiderari.

— 15. ἐγὼ μὲν οὖν οὔτ' αὐτὸς —] sententia est: non aliter sentio, quam verbis præ me fero. Philosophiam non tacite mecum contemno, quam oratione extollo, sed, ut eam tibi commendo, velut instrumentum omnibus remp. gestoris necessarium, ita memet ipse quoque ea indigere mihi inculco.

— 20. ἐὰν] videtur hic aliquid deesse.

— 24. ἡγοῦ κράτιστον —] videtur sententia postulare: ἡγοῦ καλὸν μὲν εἶναι τὸ πρωτεύειν ἐν ἅπασι, κράτιστον δὲ τὸ ἐν ἀρετῇ.

1418. 8. ἀλλ' οὖς] idem est ac si dixisset: ἀλλὰ τοιούτων, οἵους ἄν τις.

— 9. τις ἕλοιτο] post τις videtur deesse ἄριστα βεβουλευμένος. *optimo et sapientissimo usus consilio.*

— ibid. τῶν ἡλικιωτῶν] post τῶν ἡλικιωτῶν videtur τοὺς βελτίστους deesse.

Cujus ævi hoc sit opusculum, cujusve auctoris, haud constat. Nam Demosthenis non esse, propemodum liquet. Sæpe animus ad suspicionem propendit, deprimendum id esse ad ætatem Sophistarum, hoc est, ad sæcula, quibus Aristides, Dio Chrysostomus, Philostrati, Lucianus, et similes exstitere, qui adumbrare imitatione vetustiorum auctorum ingenia et scripta laborabant. Sin autem genuinus est sæculi Demosthenici fœtus, malim id Lycurgo, aut Hyperidi, aut Theophrasto Eresio tribuere. Sæpe factum est, ut, cum e vetusto quodam codice auctoris alicujus opera exscriberentur, quem in codicem alia quoque aliorum opuscula compacta essent, omnia, etiamsi aliena, eidem primario auctori adscriberentur. Quod, ut demonstravi nuper in Theocrito evenisse, idem etiam Demostheni nostro videtur in epitaphio, et erotico, et nescio, an in aliis quoque, evenisse. Erotici quidem et argumentum, et totus habitus orationis ab ingenio Demosthenico abhorret, Sophistam magis decens, quam oratorem. Haud scio, an commendatio Sophistices p. 1414. haud parum in hac re valeat. Cæterum oratio hujus libelli composita, gravis, morata, sapiens, virtutem respirans atque commendans, haud tamen pro more Demosthenis. Verum nimis est lubricum et fallax argumentum a dissimilitudine styli ductum. dicendi genus in eodem homine miris modis discrepare potest pro ætatum, et fortunarum, studiorumque diversitate. Iidem enim non semper iisdem delectamur, non iidem manemus. nimis denique multa Demosthenis perierunt, quam ut speremus, nos omnem Demosthenicæ orationis colorem tenere, possimusve tuto ei hoc opusculum abjudicare. quare causa hæc in medio relinquenda est.

# I. I. REISKII

## ANNOTATA

AD

# PROŒMIA.

Quo tempore hæc literis mando, dies est 17. Junii 1769. ad primum legenda accedo hæc proœmia, quæ nescio, qua ductus præjudicata aversatione antea contemseram. quapropter non ausim meditati quicquam et maturi ad hæc gymnasmatia promittere allaturum, sed ea solummodo, quæ prima lectio, cum contentione non acerrima suggerat.

1420. 17. μεταλαμβάνειν] non intelligo. Estne idem atque μεταγινώσκειν, mentem mutare, aliam inire viam consiliorum et rerum gerendarum? videtur.

1421. ult. ἦ] malim οἶον, scil. πάθοιτε. vel ὅ. v. v. 24.

1423. 16. δύναιτό τις] aut τις delendum, aut cum τῷ mutandum videtur. Sed dedi de meo ὁστισοῦν δύναιτο, ὅ,τι διδάξαι (in optativo). oratione ad id quoque adducere, quod demonstrarit.

1424. 11. ἥπερ ἆ] dedi de meo ἡ παρ' ἆ, secus atque ego sentio saluberrimum esse.

1425. 4. οἱ παραχρῆμα λόγοι χ.] malim: οἱ λόγοι τὴν παραχρῆμα χάριν.

— 12. εἰ δὲ σκοπεῖτε —] f. εἰ δὲ σκοπεῖν δεῖ, τί καὶ βούλεσθε, ὡς ἐκ τῶν ῥ. εὐδοκιμῆσαι, οὐ δέον, οὐκ ὀρθῶς. Sin autem explorare oportet, quid velitis dici, ut orator ex oratione sua laudem consequatur (id quod haud decet, recte non habet).

1427. 15. ὥσπερ ἐκ γένους] f. ὥσπερ ἱερωσύνην ἐκ γένους.

— 27. τῶν ἄλλων] post τῶν ἄλλων videtur ἁμαρτήματα deesse.

— pen. οὐ χαριεῖται] f. οὐχ ὁρᾶται, aut ποιεῖν — οὐχ αἱρεῖται.

1429. 17. τὰ] non cohæret cum proximo πράγματα, sed cum remotiori λελυμασμένα.

1430. 9. τοῦ] dedi de meo ἡ τοῦ. non minus vestrum est, quam ejus, qui auctor fuerit.

1434. 5. καὶ—μέχρι] lacuna hic loci est.

— 22. ὑπαρχόντων] post ὑπαρχόνταν, aut in hac regione, deesse videtur δηλοῦν, aut simile quid. addidi ex indice Lambini λέγειν.

1436. pen. τούτων] post τούτων addidi τῶν. illos ipsos, in res gestas invehentes easque reprehendentes.

— ult. καὶ ὑμᾶς] scil. εἰδέναι. aut leg. est ὑμεῖς, scil. οἴδατε.

1437. 10. δυνηθῶσιν] scil. οἱ ἀντιλέγοντες. eodem etiam redit ἔξουσιν.

1438. 22. οἱ μὲν] scil. ἐροῦσι ex insequente ἐρεῖ.

1440. 6. τῆς ἀμελείας] articulum de meo addidi. pendet hic genitivus e superiori v. ὑπερβολὴν v. 3.

1441. 11. τοῦ λόγου] malim aut τοῦ λέγειν, aut τῶν λόγων.

— 22. ἀποκεκώλυκεν] malim ἀποκεκωλύκεν.

— pen. ὁρῶν ἡγουμένους] dedi de meo ὁρᾶν ὑπουμένους. v. Hesych. v. ὑπουμένους.

1442. pen. τὸν χρόνον] malim τοσοῦτον χρόνον.

1443. 2. παρουσία] non damnabo. sed insolentior est h. l. dictio. melius conveniret μετουσία, aut περιουσία.

— 4. ἰδεῖν] primum uncis inclusi. prorsus delevisse præstiterat.

— 12. ὅτι οἱ τότε] hoc ὅτι iteratum est epexegeseos gratia, ut præmissum ὅτι per hoc alterum ei subjectum declararetur. perinde nobis erit, ac si Orator dixisset: τουτέστιν ὅτι οἱ τότε.

— 13. ποιήσητε] subaudi καὶ νῦν.

— 14. τοῖς τότε δόξασιν] quæ nunc improbatis et exagitatis. unde patet, proximum συνειπεῖν bene habere, immerito a Wolfio vexatum.

— 15. ταῦτα] post ταῦτα videtur λαβὲν, vel simile quid, deesse.

— 16. τούτων] ea scil. quæ vos hac in concione decernetis.

— 19. μήτε] dedi de meo μηδέ. *ne ipsa quidem a vobis decreta.*

— 21. εἴητε δ' ὥσπερ] hic desunt quædam. nisi hæc sit sententia: quo fiat, ut sitis in potestate eorum, qui primi dixerint, perinde atque sedilia in theatro eorum sunt, qui primi occupavere.

1444. 9. εἰδότας] post εἰδότας aut deest ὑμᾶς, aut certe subaudiendum est.

— 21. *βεβουλευμένων*] si sic manet sine articulo *τῶν*, erit masculinum, et subaudietur *ὑμᾶν*. accusare vos, qui consilia ceperitis atque decreveritis. sin autem *τῶν* præponatur, tum erit neutrius generis, et significat *ob decreta*.

1446. 2. *ἔχειν*] post *ἔχειν* videtur *εἰπεῖν* deesse.

— 7. *ἀκούοντας*] post *ἀκούοντας* videtur *δελεάσῃ*, vel simile quid, deesse.

— 10. *ἐγνωκὼς*] id est, *ἑαυτὸν πρῶτον πεπεικὼς περὶ ὧν λέγει, ὡς ἀληθῆ καὶ δίκαια καὶ συμφέροντα ὑμῖν λέγει. bona fide, serio, ex certa persuasione.*

— 21. *ἐκ πλείονος*] bene habet hic locus, a Lambino minus intellectus.

1447. 23. *ὄντας*] subaudi *τοιούτους*.

1449. 13. *μηδένα*] cohæret cum *τῶν συμβευλευόντων*.

— 21. *ὑπ' ἄλλου τινὸς* —] verba, more oratorum paulo durius trajecta, in constructione sic sunt ordinanda, ac si sic starent: *ὑπ' ἄλλου τινὸς ἐλέγχου — μετὰ τοῦ τῇ πόλει λυσιτελοῦντος*.

1450. 1. *ἅμα κρίνετε*] est *interea dum judicatis*.

— 21. *ἀναμένειν*] post *ἀναμένειν* videntur hæc verba excidisse: *ὅσα βλάβη φέρει οὐδέ*. ut sit hæc verborum constructio: *δοκεῖτέ μοι οὐδὲ παθόντες αἰσθέσθαι, ὅσα βλάβη φέρει τὸ ἀναμένειν ταῦτα δημοσίᾳ*.

— pen. *πλησίον ὄντας τῶν ἀμ.*] *recente adhuc memoria lapsuum suorum*. post *ἁμαρτημάτων* deesse videntur hæc: *τὸ μεμνῆσθαι ἀφ' ὁτῶν* (sic enim leg. videtur pro *ὅταν*).

1451. 6. *οὔτε ὀλιγωροῦσιν ἀπροσδόκητον παθεῖν*] *οὔτε ὀλιγωροῦσιν οὕτως ἀπροσδόκητον, ὥστε μηδὲν ἀπ' αὐτοῦ παθεῖν*. ut caventibus nihil accidit ita grave atque formidolosum, ut ei non jam dudum ante obviam ierint et præstruxerint, ita rursus socordibus nihil accidit ex improviso quamvis leve, unde non damnum, saltim aliquod, sentiant.

— 12. *σωφρονεῖν*] f. *φρονεῖν*.

— 19. *οὔτ' ἂν*] post *προαιρεῖσθαι* delevi meo arbitratu, interturbans sententiam. correctio est pravi *ὅταν* in v. 20.

— 20. *ὅταν ᾖ*] dedi de meo *οὔτ', ἂν ἦν*, id est, *οὔτε παρῆλθον, ἂν* (id est, *ἐὰν*) *ἦν τοὐναντίον. neque prodissem ad dicendum, si contrarium esset*, h. e. si omnes eadem quidem, sed prava et noxia scisceretis. *ἦν* imperfectum hic requirebatur.

— 25. *τούτων*] redit ad remotius: cum illis, qui mecum consentiunt.

— ult. *ἄν τι δοκῶμεν λέγειν*] malim: *ἄν τι δοκῶ ὑμῖν λέγειν*.

1452. 2. *ἐπὶ οἷς*] *ἐπὶ* delevi. *οἷς* idem est atque *ταῦτα, δι' ἃ*, vel *ἐφ' οἷς*. si causæ, vel argumenta, momenta, quibus ducti censemus vos labi, nullius esse ponderis arguantur.

1453. 25. *οὕτως*] post *οὕτως* deesse videtur *ἐλαφρῶς*, aut *κούφως*, aut *ἀνεξικάκως*, aut tale quid.

— ibid. *οἶμαι*] post *οἶμαι* delevi *μή*. dedecora ab objurgantibus admonitionis ergo objecta, cum ipsis insunt, ita ferre æquo animo audientes.

1454. 8. *προσῆχθαι*] si bene habet, idem est atque *εἰθίσθαι, προδεδιδάχθαι, perductos, pellectos, doctos et assuefactos vos esse*. sed tum *τῷ* proximum, quod nunc ante hoc verbum legitur, pone illud erit locandum, ut cohæreat cum *φιλονεικεῖν*. *φιλονεικεῖν ἐπαινέσαι* est idem atque *φιλονεικία ἐν τῷ* (vel *περὶ τὸ*) *ἐπαινεῖν, certare in laudando*. Meliusne sic legatur: *καὶ μὴ προεισῆχθαι, neque prius inductum, invectum esse in concionem morem τὸ τοὺς λόγους* — ubi ille articulus *τὸ* cohærebit cum *φιλονεικεῖν, certandi in laudando*.

— 18. *ταὐτὰ*] subaudi *ἐμοί. eadem mecum sciscit*.

— 25. *κοινότερον*] f. *ἐς κοινότερον*. vulgaris dictio *εἰς κοινὸν βουλεύεσθαι*. et *ἐς* facile potuit a fine proximi vocabuli absorberi.

1457. 15. *πολέμου*] malim *πολεμῶν*.

— pen. *αὐτὰ*] post *αὐτὰ* videtur *τοσούτῳ μᾶλλον* deesse.

1458. 1. *αὐτοὶ φανερὸν*] f. *αὐτοὶ ἑαυτοὺς φανερούς*.

— 6. *αὐτοὺς*] non cum *ἡμᾶς* cohæret, sed cum *τούς*. idem est ac si dixisset: *αὐτοὺς τοὺς ἐξηπατηκότας ἡμᾶς. illos ipsos, qui nos deceperunt*.

1459. 4. *λοιδορίαι*] post *λοιδορίαι* videntur quædam deesse, e. c. *οὐκ ἐπὶ τούτῳ γίγνονται ὅπως*, aut tale quid.

— 5. *ἐξελέγξωσιν*] post *ἐξελέγξωσιν* deest *ἀλλ'*. non eo pertinere, ut dedecora sua mutua denudent, sed vos faciunt multam dependere.

— 25. *οὐδὲν ἂν βούλοιντο*] malim aut *οὐδ' ἂν βούλοιντο*, aut *οὐδὲν οὐδ' ἂν βούλ*.

1460. 26. *αὐτοῦ*] aut *ὁμοῦ* malim, aut *ταὐτό*. idem et præclarum, et conducens reip. aut, quod eodem redit, *ἐν ταὐτῷ*.

— ult. *συνεχεῖς*] bene habet, sed post *οἶδε* videtur *ἔφοροι* deesse. proxima insequentia non intelligo.

1461. 8. *πολλὰ*] scil. *ἀρχάς*. honores mirifice fructuosos.

— ibid. *περιῆτε*] dedi *περιΐητε, circumeatis*.

— 13. *ὄντας*] subaudi a communi, *ἐπὶ τῶν πράξεων ἐᾶν*.

— 15. *τετελεσμένη*] dedi *τετελεσμένοι μωρία. cum ipsi sint initiati sacris Deæ Stultitiæ*. tum desunt quædam.

1462. 12. *τις ἂν αὐτοὺς εἰπεῖν ἔχοι*] f. *τις ἂν αὐτὸς τοὺς αὐτοὺς εἰπεῖν ἐθέλοι*.

# I. I. REISKII

## ANNOTATA

AD

# EPISTOLAS.

462. Titulum epistolæ primæ præscriptum ab initio ad p. 1463. 5. deduxi, et pone verbum ἐπιστέλλω collocavi.

— 3. δὲ] dedi δή.

1463. 4. ἐπινοίας] ambigo inter ἐπινοίας vulgatum, et ἐπιπνοίας, *inspirationis*.

— 15. ἔχειν] subaudi ὑμῖν. difficile vobis est acquiescere consilio vobis per epistolam dato, illudque sequi.

— 21. καὶ — εἰρῆσθαι] bene habent verba καὶ σὺν θεοῖς εἰρῆσθαι, subaudi μοι ταῦτα βούλομαι, pro volo, quod sunt, interjecta. *volo hoc, quod dicam, diis propitiis mihi dictum esse.* præferrem tamen utique εἰρήσθω, si codices id darent.

1464. 10. μηδὲν μηδ'] dedi μηδὲ ἓν μηδ'. *nam non idem omnes agere, neque, si quid agitis, id bona fide, sine dolo malo, agere.*

— 17. μήτε τῶν τῶν —] aut probanda est Wolfii conjectura: μήτε τῶν ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων συνηγωνισμένων τοῖς καθεστηκόσι μηδενί. aut minore motu pro τῶν priore leg. est τῳ enclitice, h. e. τινὶ, alicui, et ἐν ἑκάστῃ cum Wolfio, et tum συνηγωνισμένῳ in dativo, cum illo altero dativo τῳ cohærente. Pro καθεστηκόσι malim συνεστηκόσι. in genere masculino. *neque cuiquam, qui in sua quaque civitate præsentem rerum statum tuitus sit —.*

— 20. τοὺς συνειδότας —] videtur vulgata lectio, aut bona esse, aut saltim defendi posse, ad hanc sententiam: *illos, qui conscii sibi sunt, quod manifestum habeant periculum, ut necessarii conspiratorum.* Sic ad verbum: τοὺς συνειδότας αὐτοῖς ἔχουσι κίνδυνον (ubi ἔχουσι est dativus pluralis participii præsentis) idem est atque τοὺς συνειδότας αὐτοῖς, ὅτι ἔχουσι κίνδυνον (ubi ἔχουσι est tertia pluralis indicativi præsentis) ὡς ἀναγκαίοι τῶν συνεστηκότων. Appellat autem τὰ καθεστήκοτα statum Græciæ, qui tum erat, sub Alexandri M. et Antipatri Macedonumque reliquorum dominatu, libertatem Græciæ servitute oppressam tenentium. Jam exstincto Alexandro, aut sub extrema ejus tempora, Græci libertatem rursus affectabant. quibus auctor et Demosthenes, ut in neminem, qui Macedonum studiosus fuisset, ideo animo sint infesto. Hos amicos Macedonum appellat τοὺς συνεστηκότας. et οἱ ἀναγκαῖοι τῶν συνεστηκότων sunt ii, qui cum amicis Macedonum causam fecissent communem, cum illisque juncti fuissent vinculis necessitudinis indissolubilibus. Sententia igitur erit hæc: auctor vobis sim, ut animo erga neminem sitis acerbo eorum, si qui cum Macedonibus fecerint. Qui enim conscii sibi sint, se, ut necessarios et familiares scelerati sodalitii, manifestum in discrimen incursuros, eos metus ille ad conjunctionem animorum adiget tanto arctiorem, studiumque illis addet atque contentionem tanto alacriorem partes suas modis omnibus tuendi.

1465. 6. νομίζειν] post νομίζειν videtur ὅτι deesse.

— 15. αἰτίους] addidi quidem τοὺς e Bav. ante αἰτίους, verum ne sic quidem persanatus est hic locus, quem sic videtur Demosthenes reliquisse: ἢ κομιδῇ ὀλίγους τινὰς ἂν αὐτοὺς τοὺς αἰτίους καταλειφθῆναι. *aut oppido paucos quosdam relictum iri criminationi obnoxios.*

— 17. καὶ τῶν ἰδίων μέμνησθε] malim: καὶ τῶν ἰδίων οὐ (vel μὴ) μέμνησθε. *et privatæ si quæ suæ cuique oblatæ fuerint injuriæ, eas oblivioni date.*

— 25. πρῶτον] dedi πρῶτος. videtur in libris duplex fuisse lectio, in aliis hæc, πρῶτος puta, in nominativo, in aliis ἐμὲ πρῶτον, in accusativo, unde istæc nobis est reliqua facta, dum perisset ἐμὲ necessarium.

1466. 11. ἐκείνου] post ἐκείνου videtur ὅτε, vel simile quid, deesse. *Nunc igitur, eo sublato, cum fortuna quærat, quibuscum in postcrum stet (quos vos esse oportet), ducesque constituite.*

1467. 6. καταψηφιζομένους] distinxi melius sic, ut post καταψηφιζομένους comma ponerem, positum post ἁπάντων delerem, ubi in illo priore subauditur ἐμοῦ, in hoc posteriore τῶν ὑμετέρων καλῶν καὶ δικαίων. *vos vestris juribus atque decoribus vosmet ipsos exsuere, eaque rapientibus concedere,*

*non minus, quam me illis denudari simul, omnibusque meis reliquis fortunis.*

— 14. κρίνετε] sitne κρίνετε servandum (fingi enim potest, illa judicia de furti Harpalici sociis adhuc dum, quum Demosthenes has literas mitteret, agitata esse), an ἐκρίνετε, vel ἐκρίνατε legendum propter circumstantia præterita, in dubio id relinquam.

1468. 13. προσδοκᾶσθαι] dura dictio et insolens ἐλπίδα προσδικᾶσθαι. alius dixisset παρίστασθαι, aut προσδέικνυσθαι.

1469. 12. ἐγὼ πολιτευόμενον] post ἐγὼ videtur δικαίως, vel ὡς χρὴ, vel tale quid, deesse.

1470. 21. τῶν τε γραφέντων] sunt genitivi plurales generis masculini, non neutrius. idem est ac si dixisset: καὶ ἐκ πάντων, ὅσοι ἐγράψαν τῶν Ἀρπάλου χρημάτων μετεσχηκέναι, μόνος ἐγὼ διὰ τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων ἐπέσπασα τὴν πόλιν ἀνέγκλητον.

— ult. εἰπεῖν] hic loci valet ἐγκαλεῖν, αἰτιᾶσθαι. *criminari.*

1471. 11. ἀνεγκλήτου] ἀνελέγκτου dedi e Bav. malim tamen ἀνεξελέγκτου. vulgatam si tueri velimus, erit ἀνέγκλητος αἰτία, criminatio, quam fas non sit ad judicem in forum deferri, illegitima causa, incompetens.

1472. 4. τῇ] id est, ἐπὶ τῇ, *ob errorem circa me*, vel *in me commissum.* v. ep. 3. p. 1374. 8.

— 16. ἐμαυτῶ] subaudi παροῦσαν.

— 22. ἔπει] redit ad superiora μήτε ἀνάξιον ὑμῶν μηδὲν μοι συμβῆ. necesse enim erat, si Demosthenes violentas ipse sibi manus inferret, inde ad Athenienses invidiam redire.

— 25. αὖ] malim ἐς.

1473. 1. τούτω] dedi τοῦτο, id est, τοῦτον τὸν τρέσωσν, aut πρὸς τοῦτο, χρήσησθε, scil. ἐμοί.

— 18. ἀλλ' ἃ] dedi uno vocabulo ἀλλά. non tamen ideo satis hoc arbitror ad emendandum hunc locum. videtur orator dedisse: ἀλλὰ γὰρ τοῖς παροῦσιν. *verum delectatur quisque fruitarque crebra commemoratione rerum earum, quibus identidem utitur.*

1474. 2. ἔᾶσι] subaudi ἐμέ. idem est ac si dixisset: ἐὰν ἐμὲ ἐᾶσιν ἐν εἰρήνη, ὥσπερ ἐπὶ τοις ἄλλοις ποιοῦσιν, οὓς ἀφῆκατε ὑμεῖς. si, ut reliquos omittunt, a vobis absolutos, ita me quoque sinunt tranquillum, neque pergunt exagitare, sed patiuntur in urbe esse.

— Epistola tertia. v. 5. μὴ παριδεῖν] subaudi ταῦτα.

— 10. ἐκείνῳ ζῶντι] respondet καὶ ὑμῖν p. 1175. 17. ubi capta hic oratio, post longiorem interpellationem resumitur.

1476. 1. οὐ γὰρ ἂν —] idem est ac si dixisset: οὐ γαρ ἂν ἐποιεῖτε τοῦτο, εἰ μὴ καὶ ὑμῖν αὐτοῖς ἐδόκει τὸ πρᾶγμα τοιοῦτον εἶναι, οἷον ἀπεφαίνετο Λυκοῦργος. dictio δοκοῦν similis est illi ἐξὸν, παρὸν, ἐνὸν etc. videtur tamen sententia potius hæc convenire loco atque requiri. οὐ γὰρ ἂν [scil. ἐποιεῖτε] εἰ μὴ καὶ Λυκοῦργος ὑμῖν τοιοῦτος [οἷον ἔφην], ἐδόκει εἶναι.

— 13. οὐδενὸς γὰς] γὰς est *nempe, scilicet.*

— 25. εἰς τοὺς παῖδας] id est, εἰς τοὺς αὐτοῦ παῖδας, καὶ τὴν ὑμετέραν αὐτῶν εὐδοξίαν.

1477. 5. εἶναι· ὃ] integravi locum e Bav. paululum a me emendatum — εἶναι. τίμημα δ' ὁρῶν ὀκνοῦντας ἀφεῖναι. in quibus δ' ὁρῶν effeci e vitioso, quod ibi est δῶρον. *multam autem remittere vos cunctantes atque recusantes ego videns, quæ multa illis per calumniam solummodo et per invidiam est irrogata, non habeo, quod statuam.* τίμημα λόγῳ γεγονὸς est, multa non criminibus merita, sed ex criminationibus adversariorum contracta.

— 16. πράττειν] post πράττων videtur μάλιστα deesse.

— 18. δηλῶσαι — ἐξετάσας] possit bene habere, idemque esse, atque δηλῶσαι ἑαυτὸν ὅτι ἐξήτασε. *ausus non est prodere, semet indagavisse, cujates et unde orti sunt.* quia tamen hæc sententia ab hoc loco aliena est, malim σκυλεῦσαι. jacentes spoliare ausus non est, posteaquam cognovit, cujates essent.

1478. 23. προσήκει] dedi de meo προσῆκεν. *ne concionari quidem ipsi* (ut ærario) *licebat, secundum leges quidem*, quæ vetant debitorem fisci cum populo agere.

1479. 5. ὑπὲρ ζῶντος] probo Wolfii conjecturam ἢ περὶ ζῶντος, id est, ταύτῃ, ἢν περὶ ζ. possit quoque ἢ ἢν περὶ ζ. legi. post ἔχειν videtur νῦν deesse. aut certe subaudiri debet.

— 6. παρόντων] si bene habet, loco est vocabuli in hac re usitatioris περιόντων.

— 10. τῶν ἄλλων —] videtur sententia, hic loci mutilata, hæc ferme postulare et secum ferre, ut post τῶν ἄλλων addatur ἰδὼν, et post ἑτέραν ἀπομνημονεύσαντας· ἐκγόνοις. nam ἀπόγονος vix usurpatur. ego qui viderim, quot liberis patrum bene de vobis meritorum gratias paternorum meritorum retulistis. velim aliorum quoque nepotibus vos pares referre gratias.

— 13. τοιαῦτα] scil. τὸ ἀπομνημονεύειν τοῖς παισὶ τὰς πατρικὰς εὐεργεσίας.

— 14. τούτων] (ut et ταῦτα v. 11.) redit ad exempla grati memorisque animi a P. Æ. erga liberos patrum bene de se meritorum demonstrati.

— 19. χρήσιμοι] scil. τῇ πόλει.

— 21. ὑπολαμβάνεται] quæ non certo scimus, ut ea, quæ videmus ipsi præsentes, cum coram geruntur, sed eu, quæ fide aliena nuvimus.

— ibid. ἐωράκετε] post ἑωράκατε deusse videtur χάριν ὑμᾶς ὀφείλειν.

1480. 8. τοῦθ' οὕτω γίγνεται] non præter morem vestrum hoc, quod vos rogo, fieri, ut scil. Lycurgi liberis mulctæ paternæ dependendæ necessitatem remittatis.

— 22. φήσαιμεν] malim φήσαιμι, *ut nullus dubitem affirmare.*

— 25. θεμένων] malim τῶν τοῖς νόμοις πειθομένων.

1481. 4. ταῦτα] dedi ταὐτά. *eadem cum populo sentiat, populi studiosus sit.*

— 12. τῶν δὲ τοῖς θεοῖς ἀποδ.] malim : τῶν δ' ἐν τοῖς θεοῖς ἀποδεδειγμένων. *illæ autem,* Gratiæ puta, *inter deos sint relatæ.*

14. μέχρι τῆς παρόδου] donec accedat ad remp., donec nanciscerctur facultatem remp. gerendi.

— 27. Θυσίας] πατρῴας Θυσίαι videntur h. l. illæ esse, quas Athenienses quotannis Apollini Patroo, numini suo, Delphis per legationem offerebant.

1482. 9. ὁμοίους] id est, ὁμοίως ἡμῖν εὖνους πρὸς ὑμᾶς. *sin autem existimatis esse vobis adhuc aliquos, vestri pariter, atque nos fuimus, studiosos, haud invidebo illorum felicitati.* dedi ὁμοίως.

1483. 4. ἐν οἷς, εἴ τις —] idem est ac si dixisset : ἐν οἷς βουλοίμην ἂν ἐκεῖνον γενέσθαι, ὅστις ἐμοῦ κατέψευσται τοιαῦτα, δι' ἃ ἀπόλωλα. *quandoquidem ibi loci sunt meæ res nunc, ut ibidem esse velim omnes, si qui commenti in me sunt ementitas criminationes, propter quas perii.*

1484. 1. ἵνα οἷός τε ὦ] dedi de meo ἵνα, εἰ οἷός τε ὦ. *ut, si possim.*

— 10. χρόνον τὴν ἐκτ ] Wolfii editio dat εἰς τὴν ἔκτισιν. planior sic quidem facta est oratio. verum ne vulgata quidem est intolerabilis. τὴν ἔκτισιν διδόναι est, *alicui moram luendi debiti facere.* ὅσονπερ χρόνον idem est atque εἰς ὅσονπερ χρόνον.

— 16. τούτους ἵνα μὴ —] micamus hic in tenebris. verumtamen, qui certæ nihil opis possimus promittere, projiciamus temere conjecturam, a qua causa nihilo fiet deterior. post τούτους hoc versu addendum esse ὑφ' ὧν suspicor. cætera omnia immota servo, nisi quod punctum commate muto. quo admisso erit hæc sententia : τούτους, ὑφ' ὧν, ἵνα μὴ δ. propter hos, a quibus, ut, quæ scripta non poteraut dependere, ne dupla ea dependerent, persuaderi mihi passus sum, ut apud senatum [forte Areopagiticum] subscriptione meæ manus caverem sponderemque de certis quibusdam pensionibus præstandis.

— 20. ἀνακομισαίμην] nescio, an præstet ἂν κομισαίμην.

— 23. συνέξομαι] potest accipi pro συσχεθήσομαι. Continebor velut carcere. nescio tamen, an præstet συνέσομαι. est hoc quidem usitatius.

1485. 4. πρὸς τούτοις] id est, περὶ ταῦτα. ἐν τῇ τούτων παρασκευῇ. locus hic bene habet. in hac re comparanda, et peragenda, collectione mulctæ puta.

— 6. τἀφανὲς] malim τἀδρανὲς, id est, τὸ ἀδρανές. marcidam, languidam, exolctam, imbecillem majestatem senatus.

— 7. ἡ τὸν Ἄρειον πάγον] videntur scholium, idemque delenda esse. vulgatum τἀφανὲς v. 6. tueri si velis, interpretandum erit judicium in occulto habitum, clandestinum, causa indicta peractum, tabellarium.

— 14. ἄξιος] scil. εἰμὶ ἐγὼ ἀπωλολέναι. post χείρων v. 15. aut addendum, aut subintelligendum est, aut Ἀριστογείτονος, aut οὐδενός, aut denique ἐμοῦ. deterior nunc non sum, quam olim fui.

— 18. πρὸς σ. τ.] Aristogitonem puta. τετυχηκότα est accus. in singulari.

1486. 2. ἡ γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἥττα] locum hunc, laudato Demosthenis nomine, recitat Aristides t. I. p. 536. 3.

Ad epistolam quartam. 8. τῶν τοιούτων] præcepta sapientiæ designat, cujusmodi est sententia v. 6. proposita.

1487. 15. βλασφημίαν] id est, δυστυχίαν, ἣν ἐμοὶ βλασφημῶν ὁ Θηραμένης προφέρει.

1488. 17. ἕτερον] subaudi κακὸν, οἷον τὸ δουλεύειν, ὃ συνέβη τοῖς Ἀρκάσι.

1489, 5. τοῦ πατρός ἐστι κρείττων] non patitur se a pietate erga patrem vinci, neque ab ejus miseria se commoveri ad ipsi succurrendum.

— 6. οἷς] id est, ἐφ' οἷς, vel δι' ἃ, *ob quæ.*

— 15. δυσχεράναι ταῦτα —] malim sic distingui et emendari : δυσχεράναι. ταῦτα [scil. ἐμοὶ νῦν ἀρκείτω εἰρημένα] ἀπὸ τοσούτων, *hæc mihi nunc dicta satis sunto de tanta numero criminum atque dedecorum, ὧν μνησθεὶς, quæ, quicunque sibi ad animum revocat, is novit Therameni insidere, et multa numero, et fœda atque nefanda.*

— Ad epistolam quintam. 2. ἔχω] scil. διαγινώσκειν, *discernere,* aut ἀποφήνασθαι, *pronunciare.*

— 4. ἀγωνίζεσθαι] fort. ἀνταγωνίζεσθαι.

1490. 12. τῆς ἀπὸ τῆς Πλ.] τῆς pr. loco, quod uncis inclusi, dedi τὴν adoptatum ex edit. Wolfii. videtur in aliis libris fuisse, καὶ ταῦτα ἀπὸ τῆς Πλ. δ. id quod etiam margo Lutet. subjicit, in aliis καὶ ταύτην ἀπὸ τῆς Πλ. δ. vestigia utriusque lectionis cum remansissent, corrupta sunt conglutinata.

— 19. ἀρμηκὼς ἐμαυτὸν] dedi e margine Lutet. ἀρμηκὼς κατ' ἐμαυτόν. *qui ultro, sponte mea, ferar in caritatem tui.* possit tamen vulgata defendi. *qui ipse me impulerim atque incitarerim, auctorque mihimet fuerim tui amandi.*

— 20. ἃ δὴ ὑπολαμβ.] dedi de meo : δι' ἃ δὴ ὑπολαμβάνω. *propter ea, in quibus*

*mihi videor abs te contemtus atque delusus esse.*

— 22. οὕτως ἔξειν] scil. ὡς ἐγὼ φημι. ita rem eventuram, ut aio, scil. animum abs te meum abalienatum iri, etiamsi haud id præ me feram.

— 26. τὸ μὲν γὰρ εὖ βούλεσθαι] malim: τὸ μὲν γὰρ εὐδοκιμεῖν βούλεσθαι. *non enim nobis deest voluntas gloriam adipiscendi.* aut alias εὖ plane est delendum. *haud enim deest voluntas similis tui evadendi.*

1491. 2. τῶν εὖ φρονούντων χεῖρον] dedi τῶν σοῦ φρονοῦντων χεῖρον. *deterius, quam tu, sentientium.*

— pen. ἐπίστελλε] ἐπιστέλλειν hic loci significat mandare verbis, nuntio, quod is verbis item ei reddat, ad quem mittitur, sine epistola. In γράψας subauditur τοῦτον τὸν χρόνον. Sententia est: hoc tempus tu mihi aut per literas significa, aut etiam, si mavis familiarius, ut cum homine amico, agere, solummodo per nuntium, mandata verbis referentem.

— Ad epistolam sextam. 1. ἦλθεν] scil. e Thessalia e castris nostrorum ad Lamiam.

— 3. συνέδρους] qui videntur Delphis, aut ad Pylas, in conventu Amphictyonico sedisse. unde has quoque literas Demosthenes videtur dedisse.

— ibid. ἀγαθὰ] nobis puta, parti nostræ, Macedonibus adversanti, et libertati Græcorum asserendæ studenti.

— 5. ἀπολείπουσα] id est, παρέχουσα.

— 7. πρὸς Δείναρχον] Dinarchus enim, Macedonibus addictus, tum Corinthi, unde erat oriundus, exsulabat.

— 9. οἷαν —] quales rumores in caput eorum detorqueant dii, i. e. faciant dii, ut tam dira, atque illi de nobis rumore differunt, de ipsis prædicentur invicem.

— 10. ἀφικομένου] reverso e castris ad Lamiam, huc ad nos, in Pylis agentes.

— ibid. ἥκοντος] scil. πρὸς ὑμᾶς μετὰ τοῦ ταύτην τὴν παρ' ἐμοῦ ἐπιστολὴν φέροντος. Juvat perspicuitatis gratia illum, qui Demosthenis literas ad S. P. Q. A. pertulit Athenas, Apollodorum, comitem ejus Diodorum, appellare. Diodorum itaque e castris ad Lamiam cum Polemæstus (aut Ptolemæus potius) ad fratrem Elpinicum, in Pylis agentem, ubi Demosthenes item tum agebat, misisset, Elpinicus Diodorum ad Demosthenem adduxit, eique literas fratris ostendit, in quibus cum spes daretur Atheniensibus sic satis probabilis victoriæ, judicavit Demosthenes e re esse, illum Diodorum una cum Apollodoro Athenas a se mitti, quorum hic quidem has Demosthenis literas ad S. P. Q. A. perferret, ille vero de prælio Lamiaco memoriter in concione exponeret, testis oculatus.

1492. 1. κἀκείνου] redit ad Elpinicum.

— 2. ἀγαγόντος] scil. τοῦτον τὸν πεμφθέντα πρὸς ἑαυτὸν παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ μετὰ γραμμάτων.

— ibid. ἃ ἔλεγεν] ille a Ptolemæo ad fratrem Elpinicum missus.

— 4. στρατοπέδῳ] scil. τῷ πρὸς Λαμίαν.

— pen. τῶν θεῶν θελόντων —] malim: τῶν θεῶν θελόντων, ᾗ βούλεσθε, ἕξειν. *persuadete vobis, cætera quoque, diis propitiis, ita habitura in posterum, ut ipsi vultis.*

## REISKII
## ANNOTATORUM AD DEMOSTHENEM
## FINIS.

# HIERONYMI WOLFII
# IN I. OLYNTHIACAM
## ANNOTATIONES.

# HIERONYMI WOLFII
## AD ANNOTATIONES
# IN I. OLYNTHIACAM
## PROLEGOMENA.

ΛΟΓΟΣ] verbale nomen, *orationem* significat, et fontem orationis *rationem:* cujus verbi significatio latissime patet, usumque apud Ciceronem et alios Latinos habet multiplicem, ut illud apud Græcos: *definitionem* item et *causam*, aliaque plura, quæ persequi nostri instituti non est. Illud tamen studiosos tenere velim, ut, si compendio ad Græcæ linguæ cognitionem pervenire cupiunt, primas origines verborum studiose inquirant: primitivis derivata (libet enim artis vocabulis uti) composita simplicibus subjiciant, et ab his ad illa respiciant. Omnino enim statuendum est, vocabulorum alia esse prima, nec aliunde oriri. Alia vero a primis illis quasi fontibus derivari: ut a *vi*, primitivo, fieri videtur *vigeo*, *vita*, et *vir*, eo quod viribus præstet mulieri, quam quasi mollem aerem dici volunt. Quamobrem etiam majore cum venia mulieres voluptati et nugis operam dare possunt. Quod si verum est (ut per me quidem verum erit, nec enim his de rebus magnopere laboro) Græcis eodem modo erit ἀνὴρ, ὁ ἄνω ἀὴρ, id est, *superior aer*, non aquæ terræque, ut muliebris, sed igni et cælo vicinus. Est igitur viri, despectis rebus terrenis, alte spectare, et originis suæ meminisse: ut sit revera ἄνθρωπος, hoc est, ἄνω τρέπων ὤπα. quam Platonis etymologiam et disputationem de usu oculorum, Ovidius eleganter exposuit his versibus:

"Pronaque cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlumque videre
Jussit, et erectos ad sidera tollere vultus."

Altera nominis ἀνθρώπου, ratio, quam affert Plato, ὅτι ἀναζρεῖ ἃ ὄπωπε, philosophandum esse monet, et ea consideranda quæ videris. A *viro* descendit *virtus*, tum quod in viro potissimum reperiatur, tum quod virum maxime deceat: id quod et Virg. innuere videtur, his verbis:

"Multa viri virtus animo, multusque recursat
Gentis honos.—"

Sic παῖς primitivum esto (neque enim, tametsi pueri, mali præsertim, verberibus cum primis egeant, vel a παίω formari crediderim, vel a παίζω, etsi ludis et nugis gaudent pueri: magis placet παῖδα dicit quasi ζαιόν: neque Græci et Latini, sive recte, sive arroganter, linguam suam Hebræis acceptam referunt). Ab eo derivatur verbum παιδεύω, a quo παιδεία, παίδευμα, παίδευσις, παιδευτὴς, παιδευτήριον, παιδευτὸς, παιδευτικός: item παιδίον, παιδάριον, παιδαριώδης, παιδίσκη, παιδιὰ, παιδικὸν, παίζω: atque alia composita et derivata complura, quæ recensere nihil attinet. Equidem superstitionem non probo, et de multis dubitari, primane sint an derivata: in multis, etsi derivata esse appareat, eorum tamen originem non ostendi posse video: quid tamen vetat intueri verba, et scrutari naturam eorum subtilius et accuratius? præsertim quum diligenti, nec prorsus hebeti, et Græcæ linguæ non ignaro grammatico, tales etymologiæ ultro sese offerant. Nam derivata pleraque primas saltem syllabas primorum retinent, et ipsa cum terminatione tum multitudine syllabarum sese fere produnt. *Sylva*, *sus*, *fagus*, *mus*, a Græcis, ὕλη, ὗς, φηγὸς, μῦς, veniunt: *milito* a *milite*: *miles* autem fortassis a *mille*. nec enim pauci constituunt justum exercitum. *Lepus*, quasi *levipes*: *cura*, eo quod *cor urat*. *Jupiter*, *juvans pater*. *Luna*, a *lucendo*. *Sol*, a *solitudine* (alii audacius, quod super omnia luceat, dictum volunt). *Mavors*, quod *magna vortat*. *Gradivus*, quasi *grassator divus*. *Deus* a δέος, unde Statii Dapanens: Primus, inquit, in orbe deos fecit timor. Neque sane dii veterum, benefaciendo magis quam nocendo vim suam declarabant: quod utinam hominum nemo imi-

tetur, nisi quis a θεὶς formari putet, quod vel ἀπὸ τοῦ θεῖσθαι, vel ἀπὸ τοῦ θεῖν: ut et αἰθέρα, non παρὰ τὸ αἴθειν, sed παρὰ τὸ ἀεὶ θεῖν, dici putant. Hæc et hujus generis alia, si quis supervacaneæ diligentiæ esse putat, cum eo ego non magnopere contendam: sed idem tamen meminerit velim, Platonem et Aristotelem, philosophorum principes: Euripidem et Sophoclem, sapientissimos poetas: Varronem et Ciceronem Romanorum alterum doctissimum, alterum eloquentissimum (ne alios commemorem): ab hac ratione adeo non abhorruisse, ut eam laudi sibi ducerent, et in gravibus operibus ostentarent. Nam Hebræi quidem, quorum vetustissima esse lingua creditur, nullum pene verbum habent, cujus rationem reddere non soleant. Quod si cui tanti viri alicubi frigere videntur: is primum videat, ne suam opinionem illorum judicio arroganter anteponat. Deinde, aut calidius ipse aliquid proferat, aut nos lusu hoc nec inamœno, nec inutili, frui patiatur. Denique perstare potet, invitari pueros ad meditationis diligentiam, quam ad socordiæ licentiam, ad quam alioqui sumus propensiores. Illæ certe grammaticorum perceptiones de speciebus et figuris, nequaquam sine reprehensione possunt negligi. Nemo, qui periculum non fecit, credit, quantum hæc res, in speciem levis ac puerilis, et intelligentiam veram, et memoriam, et copiam verborum juvet. Quæ tametsi tironi initio paulo difficilior videbitur: ipso tamen usu facillima fiet: præsertim si grammatica præcepta perdidicerit: quæ cum alii complures, tum vero Nicolaus Clenardus (cum quo Ioannis Varennii syntaxin conjungi velim), magno ingenio breviter accurateque tradiderunt. Subsidio item sunt Græco-Latina Lexica, et tota Græca, ut Hesychii, Suidæ, Phavorini, Etymologicon magnum, aliaque commentaria Græcorum: quæ utinam ab homine docto et diligenti in unum Opus ordine alphabetico (qui, etsi non eruditissimus, expeditissimus tamen est) conflarentur, ut et tenuitati et commodis studiosorum consuleretur. Quod si non singula verba duntaxat, sed loquendi etiam modi peculiares, aut obscuriores, propriis atque elegantibus verbis Latine (quantum ullo modo fieri posset) redderentur, atque ita unum volumen, quod quatuor fortasse justis partibus constaret (quum nunc Lexicorum et dictionariorum, et observationum tanta moles fit, ut plaustro vix vehi queant) totam et Latinam et Græcam linguam complecteretur: is demum verus esset utriusque linguæ Thesaurus, hoc Cornucopiæ suo nomini respondens: et tale Opus, quo nihil unquam videretur editum vel perfectius, vel utilius, vel posteritatis memoria dignius, in hoc grammatico genere studiorum, a quo cætera pendent, ac oriuntur omnia: quamvis parenti ac nutrici suæ grammaticæ, reliquarum artium magistri et doctores, vulgo parum æqui aut grati sint. Tale opus si quisquam bis temporibus ingeniose, fideliter, erudite, addam etiam celeriter, confecere posset, Ioannes Oporinus posset: atque idem vellet, nisi ei rei familiaris tuendæ necessitas, otium et tempus, quibus in primis ad tantum negotium opus est, invideret. Ac principum profecto esset, ac rerumpublicarum, tales viros, qui ornandæ rei literariæ, et barbariei (pestis omnium deterrimæ) propulsandæ, tam voluntatem, quam etiam facultatem habent, liberalitate sua juvare: in quos non modo sine detrimento Reipublicæ, sed magna etiam et immortali cum gloria pecuniæ nonnihil conferre possent, quæ in res supervacaneas longe sæpe deterius profunditur. Sed ut ad institutum redeam: studiosus adolescens cognitione grammaticarum præceptionum instructus, et cum eorum quos dixi, Lexicis, tum vero Pollucis etiam et Budæi commentariis, et optimi cujusque auctoris fideli conversione adjutus, Græcæ linguæ cognitionem, sine qua manca est omnis eruditio, facile assequetur: si præsertim eam, de qua diximus, compositionis et derivationis rationem observarit. quam cujusmodi esse velim, quo rectius intelligatur, adscribam nonnulla propter rudiores, quæ ipse olim in meum usum annotavi. Verba igitur, ut dixi, alia prima sunt, alia derivata: quædam simplicia, composita quædam. Cum autem simplicia et primitiva non ita multa sint: facile possunt mandari memoriæ: et iis probe intellectis, infinita pene multitudo derivatorum et compositorum cognosci. Itaque Lexici tam copiosi vix decima pars necessaria erit homini studioso, et hanc rationem observanti. Sed tamen illud in primis præstandum est, ut primarum vocum πολυσημίαι percognitæ sint: quæ plerumque etiam in derivatis et compositis remanent, ut γράφω et *scribo* et *pingo* significat: ἐπιγράφω vel *inscribo* vel *appingo*: μετεπιγράφω vel *muto inscriptionem*, vel *renovo picturam*. Et quidem in his, quæ ex pluribus vocibus constant, sæpe vera significatio verbi est ex contextu orationis indaganda. Interdum etiam derivata, propter licentiam loquendi, longiuscule a significatione originis suæ recedunt, ut ῥυτὴρ, quod fit a ῥύομαι, id est *libero*, non significat *liberatorem*, sed *lorum* aut *flagellum*. στέμμα a στέφομαι, non *coronam* tantum, sed etiam *seriem generis* apud Latinos: unde Germanicum, Stammen. In talibus igitur, quæ non

adeo multa sunt, ut et in loquendi modis minus pervulgatis, ad Lexica recurrere necesse est: καίτοι συκῆν πολλάκις ἐπικουρίαν ὄντα. Derivatorum autem species (quanquam vel plures vel pauciores possent) septem a Grammaticis plerisque numerantur: comparativa, superlativa, patronymica, diminutiva, possessiva, denominativa, verbalis: in quarum postrema, cum maxima sit utilitas, de ea, omissis cæteris (quanquam earum quoque terminationes, formationes et significationes diligentius collectas et indicatas esse vellem a Græcis Grammaticis) ubi pauca dixerimus, et compositionis rationem breviter attigerimus, ad institutas Annotationes revertemur. Verbalia igitur pleraque formantur, ut apud Latinos a supinis, sic apud Græcos a passivis præteritis, iis quos παρακειμένους χρόνους vocant (nam παρωχημένος generale est, et sub se complectitur παρατατικὸν, παρακείμενον, ὑπερσυντελικὸν, ἀόριστον πρῶτον καὶ δεύτερον, qui non significatione variant, sed terminatione). Atque in his a singularis numeri persona prima, secunda et tertia. Deinde a παρακειμένοις mediis. Sed prius quam ad formationem accedimus: observationes quasdam tradamus.

## ANNOTATIO I.

1. Etsi præterita passiva et media omnia fœcundissima sunt, diligentissimeque excutienda: tamen etiam a reliquis temporibus quædam deduci videntur, ut a verbis in εύω verbalia in εία penacuta, ut παιδεύω, παιδεία, στρατεύω, στρατεία. A verbis in έω adjectiva in ὸς et ὸν et substantiva in ία per ι, ut ποιέω, τειχοποιεῖω, hinc fit ὁ καὶ ἡ τειχοποιὸς καὶ τὸ τειχοποιὸν, et ἡ τειχοποιΐα: a λέχομαι λεχὼ, a δόξω fit δόξα, ab αὔξω, αὔξη, ab ἔθηκα, θήκη, unde συνθήκη, διαθήκη, προσθήκη: a μνάω ἡ μνέω τὸ ὑπομιμνήσκω, ἡ μνεία, unde μνείαν ποιεῖσθαί τινος: a δώσω, δώσων, cognomentum Antigoni vana pollicentis: a δύναμαι, δύναμις, unde ἀδυναμία, ἐνδυναμόω, et alia fortasse, quæ suapte quisque industria observabit.

2. Non omnia verba gignunt de se tot verbalia, quæ quidem a bonis auctoribus usurpentur, quot analogia terminationes suppeditat: in causa est usus: "Quem penes arbitrium est, et jus et norma loquendi."

3. Verbalia quædam exstant, quorum verba non usurpentur, ut ἀνδραγάθημα: cum ἠνδραγάθημαι non dicatur. Sunt etiam, de quibus dubites, ipsane a verbis, an ab eis verba fiant: ut φωνὴ, φωνέω, βουλὴ, βούλομαι: in quibus fortasse dialecticorum ἡ κύκλῳ δεῖξις locum habent. Sed parum refert: et Priscianum libro hac de re octavo consulas licet. Participia et ipsa verbalia nomina sunt, cum significatione temporis.

4. Derivata, ut modo attigi, interdum a significatione primitivorum degenerant, ut ῥυτὴρ, a ῥύομαι: nisi quis παρὰ τὸ ἐρύομαι τὸ ἕλκομαι factum velit: quod et probabilius est.

5. In exercitatione grammatica perlustrandæ sunt omnes verbalium terminationes, atque una videndum, quæ receptæ in unoquoque verbo, quæ repudiatæ sint: etsi in hoc genere Græci multo liberiores sint, quam Latini: et analogiam in plerisque audacter sequuntur.

6. Derivata ipsa gignunt sæpe de se alia derivata, ut τύπτω τύπος, τυπικὸς, τυπώδης, τυπόω, τύπωμα, τύπωσις, τυπωτὴς, τυπωτὸς, τυπτικὸς, τυπωτέον, τυπωτέος: ut σώζω σέσωσαι, σωτὴρ, σωτήριος, σωτηριώδης, σωτηριακὸν, τουτέστι, τὸ εἰς ἐκφορὰν νεκροῦ διδόμενον, Hesychio auctore.

7. Interdum simplicium verborum derivata non usurpantur, sed compositorum, ut στῆμα, non dicitur, ut opinor, sed κατάστημα, σύστημα, παράστημα. Sic ab ἕσταται fit στατὸς et στάτης, unde στατέω ἄχρηστον, sed ἀποστατέω, προστατέω [προστάττω aliud est], item προστάτης, πρωτοστάτης, ἐπιστάτης, εὔχρηστα sunt. A τέθειται fit θετὸς et θετικός. Sed θέτης et θετέω ἄχρηστα· νομοθέτης, ἀγωνοθέτης, νομοθετέω, ἀθετέω, εὔχρηστα. A βέβαται fit βατὸς, βατικὸς, βατέον. Sed βάτης, βατήριος, βατεύω, βατέω ἄχρηστα· ἐπιβάτης, ἐπιβατήριος, ἐμβατεύω, ἀμφισβητέω, εὔχρηστα.

8. E contrario etiam composita quædam repudiantur, quorum simplicia usitata sunt: ut στήμων dicitur, sed καταστήμων aut παραστήμων non item.

9. In derivationibus et compositionibus fiunt [id quod exempla ostendent] crebræ detractiones, additiones, immutationes et transpositiones literarum, syncopæ item et ἐπενθέσεις.

10. Verba composita si usitata sunt, suos accentus et terminationes retinent etiam in verbalibus, ut καταπλήττω, καταπληκτὸς, καταπληκτικὸς, ἐκπλήττω, ἔκπληξις facit, unde ἀνεκπληξία, εὐκατάπληκτος, ἀκατάπληκτος, παροξυτόνως, quia ἀνεκπλήττω, εὐκαταπλήττω, ἀκαταπλήττω non dicitur. et sic de similibus.

## ANNOTATIO II.

Fœminina verbalia in ίς acutum, itemque denominativa quædam in άς et ίς, et masculinis et fœmininis substantivis jungi solent, ut προφητίδες παρθένοι, στρατηγίδες πύλαι, porta prætoria, Ἑλληνίδες πόλεις, λη-

στρίδες ναῦς, Ἑλλάδα γῆν, Τρωάδες γυναῖκες. Hæc igitur et id genus alia, in exercitatione Grammatica nihil habent periculi. Nam et plurimi casus nominum, et tempora certa verborum complurium, quæ Grammatici non excipiunt, in nullo videas esse usu. Equidem παρακείμενον imperativi activi, cum omnes Græcos codices, quos nancisci licuit, evoluerim, nullum unquam me legisse memini extra grammaticos libellos. Quare is cui Græce loqui et scribere propositum est, non nimis fretus esse debebit analogia, Lexicis item et collectaneis Grammaticis, absque optimorum scriptorum auctoritate. Ut autem ad id, de quo cœpi, redeam: λόγος fit a verbi λέγω, præterito medio, λέλογα, syllabico incremento λε abjecto, et α in ος converso. Sed omnium personarum terminationes, et quasi propagines ordine videamus.

1. Prima persona præteriti perfecti passivi in μαι desinens, gignit terminationem μή acutam, ut στίγμή ab ἔστιγμαι.

2. μη penacutam, ut γνώμη, φήμη, μνήμη, ab ἔγνωσμαι, πέφημαι ἢ πέφαμαι, μέμνημαι. Hinc etiam fiunt βαρύτονα in ῆμος, ut φῆμος, unde εὔφημος, δύσφημος, πολύφημος. Unde εὐφημία, εὐφημέω, εὐφημέομαι. Item φημίζω.

3. In μα βαρύτονον, ut τὸ στίγμα, φάσμα, μίασμα, ab ἔστιγμαι, πέφασμαι, μεμίασμαι. Ab hac terminatione fiunt alia, ut, a στίγμα, στιγματίας, στιγματικὸς, στιγματίζω, &c. a φρόνημα, φρονηματώδης, φρονηματίας, unde φρονηματίζομαι: ab οἴνημα, οἰνηματίας, ab ἔσπαρμαι, σπερματίας, σπερματίζω, σπερματικὸς: a πρᾶγμα, πραγματεὺς, πραγματώδης, πραγματεύομαι, πραγματεία, πραγματικός. Hæc terminatio et diminutiva in ιον gignit, ut σπέρμα, σπερμάτιον, ποίημα, ποιημάτιον, δράμα, δραμάτιον, γράμμα, γραμμάτιον. Ab hac voce fiunt etiam γραμματεὺς, γραμματεῖον, γραμματικὸς, γραμματιστής.

4. μός acutam, ut ὁρισμός, βαπτισμός: et quidem hujus generis multa et in μα et in μὸς desinunt. Dicitur enim et σχισμὸς et σχίσμα, et βάπτισμα: et ut μιασμὸς, ita et μίασμα. A βέβαμαι ἢ βέβημαι fit non modo βῆμα, βηματίζω, unde βηματιστὴς, sed et βαθμὸς et βαθμίς. ab ἔρρυσμαι, ῥυθμὸς, εὔρυθμος, εὐρυθμία, ἄρρυθμος, ῥυθμίζω, ῥυθμικός. ab ἔσταμαι, ἢ ἕστημαι, ἢ ἔστασμαι [fingenda enim sunt quædam inusitata nunc thenata, sed olim, ut probabile est, usitata: id quod derivata indicant] fit στῆμα, σύστημα, παράστημα, στήμων, στήμη, unde ἐπιστήμων, ἐπιστήμη, ἐπιστημονικὸς, πανεπιστήμων, πανεπιστημοσύνη. στασμὸς et κατ' ἀντιστοιχίαν σταθμὸς, ἐπίσταθμος, σταθμὴ, σταθμέω, σταθμίζω, ἀστάθμητος.

5. μων penacutam, quæ quidem adjectiva sunt, et in compositione maxime usitata, ut a πέπραγμαι fit præter ea, quæ paulo ante recensui, etiam πράγμων, cujus composita sunt, ἀπράγμων, φιλοπράγμων, πολυπράγμων. Sic ab ἐρέω, sive ῥέω, ut aliis placet, fit ῥῆμα, ῥηματικὸς, ῥηματίζομαι, unde ἐπιῤῥηματίζεσθαι, Grammaticorum verbum, quasi dicas adverbiascere, id est, in adverbium degenerare, et ῥήμων: unde μεγαλορῥήμων, εὐθυῤῥήμων. Ab his fiunt substantiva in σύνη desinentia, ut ἀπραγμοσύνη, et in υνον, ut μνημόσυνον, et adjectiva in κὸς, ut πολυπραγμονικὸς, γνωμονικὸς, μνημονικὸς, et verba in έω, ut πολυπραγμονέω, μεγαλορῥημονέω, εὐγνωμονέω, et in εύω, ut ἡγεμονεύω.

1. Secunda persona in ξαι et σαι desinens, gignit terminationem ξις et σις, ut λέξις, στάσις, a λέλεξαι, ἕστασαι. a στάσις fit στάσιμος, et compositum ἰσοστάσιος et στασιώδης, στασιάζω, unde alia plura eodem ordine, ut στασιασμὸς, στασιαστὴς, ἀστασίαστος, &c. A φρόνησις, δόκησις, ὠφέλησις, fiunt φρονήσιμος, δοκήσιμος, ὠφελήσιμος, et κατὰ συγκοπὴν, φρόνιμος, δόκιμος, ὠφέλιμος. A βρῶσις, πόσις, βρώσιμος, πόσιμος, pro quo πότιμος, κατ' ἀντιστοιχίαν dicitur. ἀμφισβήτησις, ἀμφισβητήσιμος. γνῶσις, γνώριμος et γνωρίζω. βάσις, βάσιμος. a πέφασαι ἢ πέφησαι fit φάσις. hinc πρόφασις et προφασίζομαι. Ab ἕστασαι ἢ ἕστησαι, fit στάσις et στῆσις. unde στηρίζω, κατ' ἀντιστοιχίαν, et στήριγμα, ἀστήρικτος. δόκιμος composita habet εὐδόκιμος, εὐδοκιμέω, παρευδοκιμέω, ἀδόκιμος, et derivatum δοκιμάζω, unde ἀποδοκιμάζω. Sed pro ἀφρόνιμος, ἀνωφέλιμος, dicitur ἄφρων, ἀνωφελὴς, sicut nec ἀδοκιμέω, sed ἀδοξέω dicitur.

2. Secunda terminatio est ία, in compositis frequentior. Sed tamen et simplicia quædam in ία desinunt, ut δεδοκίμασαι, δοκιμασία, μεγύμνασαι, γυμνασία, et γυμνάσιον neutro genere, diminuendi forma, ut πόσις, πόσιον, συμπόσιον. Complura utramque terminationem habent, ut θέρμανσις, θερμασία, ἴσχνανσις, ἰσχνανσία, ὕγρανσις, ὑγρασία, φλέγμανσις, φλεγμασία: quorum terminatio in α, τὸ ν abjicit. Composita, ut dixi, plerumque in ία desinunt, ut στάσις, κατάστασις, ἀκαταστασία, λύσις, εὐλυσία, ὅρασις, ἀορασία, ῥᾴξις, εὐπραξία, δυσπραξία, ἀπραξία, πλῆξις, ἀποπληξία: tametsi et ἀπόπληξις, quia et ἀποπλήττω dicitur.

3. Fiunt a verbalibus in ις desinentibus propria masculina in ας, ut λυσίας, σωσίας, κτησίας, a σέσωσαι σῶσις, κέκτηται κτῆσις, λέλυσαι λύσις, et adjectiva in ιος, ut κάθαρσις καθάρσιος, κτῆσις κτήσιος, λύσις λύσιος. Sic ἄρσις et ἀρσίμιος et ἀρσιος. unde compositum apud Suidam προηρσία, τὰ πρὸ τῆς ἀρσεως θύματα, καὶ προηρσίαι θυσίαι. a δόσις, ἐνδόσιμον.

4. Fiunt ab eadem terminatione diminutiva in ιον, ut κεκώμασαι, κώμασις, κωμάσιον. unde φιλοκωμάσιον, πόσις συμπόσιον, φρόνησις φρονήσιον, στάσις στάσιον, et κατ' ἀντιστοιχίαν, στάδιον, unde σταδιεῖς, σταδιαῖος, σταδιοδρόμος, στάδην. unde ἡ συστάδην μάχη, et παρασταδόν. Sic multa fiunt adverbia in δην desinentia, ut συλλήβδην, κρύβδην, βάδην, ἀνέδην, a συλλαμβάνω, κρύπτω, βαίνω, ἀνίημι.

1. A tertia persona verbalia fiunt in της penacutum, ut δηκλάτης, ἀποστάτης, ὑφάντης, συκοφάντης, συμπότης, ἀφέτης, ἀναιρέτης: in τής acutum, ut καθαρτής, ἐξηγητής: in τήρ acutum, ut σωτήρ, χαρακτήρ, κρατήρ, ἐλατήρ: in τωρ penacutum, ut ῥήτωρ, κτήτως, ἀντιλήπτωρ, πανδαμάτωρ, ἐπικρατήτωρ: in τρον, ut δίδακτρον, μήνυτρον, φίλτρον, pro φίλτηρον κατὰ συγκοπήν: in τρα penacutum, ut φλογίστρα et εὔστρα et σφαιρίστρα: in ήριος et ήριον antepenacutum, ut σωτήριος, καθαρτήριος, ἀλιτήριος, ἐλατήριον, ὠστήριον, δεσμωτήριον, ἐργαστήριον: a δεσμώτης et ἐργάτης quod τὸ σ abjecit. In ύς per ύ acutum, quæ fœminorum Ionica formatio est, ut κιθαριστύς, ὀργιστύς. Sed ὁ κιθαριστὴς et ἡ κιθαριστρὶς ἢ κιθαρίστρια, et ὁ ὀρχηστὴς et ἡ ὀρχηστρὶς communia sunt, id est, non pertinent ad Ionicam dialectum. ἡ ὀρχήστρα autem non saltatricem, sed locum, in quo saltatur, et scenam significat.

2. τὸς, τὴ, τὸν, est adjectivorum, passive significantium, ut αἱρετὸς, αἱρετὴ, αἱρετὸν, πρακτὸς, πρακτὴ, πρακτὸν, τμητὸς, ἡ, ὸν, σχιστὸς, ἡ, όν. Hæc aliquando per verbalia in ilis vertuntur, ut τμητὸς sectilis, σχιστὸς fissilis, ἀνεκδιήγητος (quod ob compositionem accentum mutat) inenarrabilis, inexplicabilis. Horum nominum ea vis est, ut aliquid posse fieri et confici ostendant: et alias per participium δυνάμενος ἢ οἷός τε ὢν, et infinitivum activæ vocis, etsi rarius, explicantur, ut παθητὸς, ὁ δυνάμενος ἢ οἷός τε ὢν πάσχειν. Sic et ϑιητός. passiva voce sæpius, et quidem plerumque, ut διδακτὸς, εὑρετὸς, ὁ δυνάμενος διδάσκεσθαι, εὑρίσκεσθαι, τὸ γνωστὸν τοῦ ϑεοῦ, τὸ γιγνώσκεσθαι δυνάμενον περὶ τοῦ ϑεοῦ. *Annotatio* 1. Interdum hæc usurpantur pro participiis passivis, ut in Evangelio, ἐν τοῖς γεννητοῖς τῶν γυναικῶν, pro, ἐν τοῖς γεγεννημένοις ἐκ γυναικῶν. Et apud D. Paulum, τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις ἔχοντες, pro γεγραμμένον. 2. Hæc admittunt in compositione particulas α, ευ, δυς, frequenter. sicut et terminatio in ις, ut κρατὸς, ἄκρατος, εὔκρατος, δύσκρατος: sic et κρᾶσις, ἀκρασία, εὐκρασία, δυσκρασία, ἐκκλοκρασία.

3. ικός acutum, ut ποιητικός, συστατικός, ἀναιρετικός, ή, όν. hæc active significant, et explicantur participio δυνάμενος, οἷός τ' ὢν, πεφυκὼς, εἰωθὼς, et similibus, cum infinitivo activæ vocis; ut ποιητικός, ὁ δυνάμενος ποιεῖν. Veteres hæc verterunt per adjectiva in ivus aut orius, ut ἐπιδεικτικὸν εἶδος, *genus demonstrativum*, παρακλητικὸς λόγος, *hortatoria oratio*, ῥητορικαὶ λέξεις, *oratoria verba*. Sed Cicero his terminationibus raro utitur, ac potius aut in participia in ns, aut verbalia in tor et trix mutat, ut τὸ ποιητικὸν αἴτιον, *causa conficiens* vel *effectrix*. ἀπόφανσις καταφατικὴ ἢ ἀποφατικὴ, *propositio aiens* vel *negans*. ἡ φιλοσοφία ἐξοριστικὴ κακίας, *philosophia expultrix vitiorum*. ἀνὴρ ῥητορικὸς, *homo orator*. Παπύριος ὁ δρομικὸς, *Papyrius cursor*: aut circuitione aliqua exprimit, ut ἀθλητικοὶ, *qui viribus ad luctandum*, δρομικοὶ, *qui velocitate ad cursum, valent*. *Annotatio* 1. Sive imperitia recentium scriptorum, sive librariorum culpa, terminationes τὸς et κὸς sæpe confunduntur, ut προαιρετὸς, προαιρετικὸς, et similia, cum plurimum intersit, ut ἡ δικαιοσύνη προαιρετὴ ἐστι, *justitia potest eligi, est in potestate hominis*. ὁ δίκαιος προαιρετικός ἐστι τῶν δικαίων, *vir bonus amplectitur res justas*, vel, *est justitiæ studiosus*. 2. Fiunt et denominativa in ικὸς eadem cum verbalibus significatione, ut δρομικὸς, *qui celeritate ad cursum valet*. νομικὸς, *legumperitus*.

4. έον penacutum, quæ adverbia ϑετικὰ Grammatici vocant, respondentia Gerundiis in *dum*, et verborum suorum casus adsciscentia, secus quam apud Latinos fit, ut, γραστέον μοὶ ἐπιστολήν. quo modo et veteres locuti fuerunt, *scribendum mihi est epistolam*.

5. έος, έα, έον, ut ποιητέος, έα, έον. Hæc respondent participiis in *dus*, *faciendus*, *da*, *dum*, ut γραπτέα μοί ἐστιν ἐπιστολή. Sed tamen adverbia in έον frequentius a veteribus Græcis usurpantur.

6. A masculinis tertiæ personæ fiunt fœminina vel in α vel in ις, ut σωτὴρ, σώτειρα, δοτὴρ, δότειρα, ποιητὴς, ποιήτρια, κιθαριστὴς, κιθαριστρὶς ἢ κιθαρίστρια, λῃστὴς, λῃστρίς. unde λῃστρικὸς adjectivum, λῃστήριον, λῃστεύω, λῃστεία.

7. Interdum idem verbum, diversæ terminationis verbalia gignit, ut a δέδοται fit δώτης, κατ' ἀντιστοιχίαν ἡ ἔκτασιν. Hesiodus: δώτη μέν τις ἔδωκεν, ἀδώτη δ' οὔ τις ἔδωκεν. et δότης, unde πλουτοδότα apud eundem. Apud Homerum: Θεοὶ δωτῆρες ἐάων. et δοτὴρ, Hesiodus: δῶς ἀγαθὴ ἅρπαξ δὲ κακὴ, Θανάτοιο δότειρα. δώτωρ apud Homerum: Ἑρμεία, Διὸς υἱὲ, διάκτορε, δῶτορ ἐάων. a δώτης fit etiam δωτίνη, idem quod δῶσις, δόσις, δᾶς, quod a δώω ἡ δόω fit. a πέπρακται, πρακτὴρ et Ionice πρηκτὴρ, εἰσπράκτωρ. Ab ἕστατι fit et στάτης ut ἀποστάτης, et στατέω ut προστατέω, et στατεύω, *torreo a sistendo succo*, ut opinor, quod et per Θ scribitur, et στατὸς, et στατικὸς, et σταϑερὸς, et εὐσταϑὴς, εὐστά-

θια, εἰσταθέω, mutato τ in θ : et ἄστατος, ἀστατέω, ἀστατία, ubi τ retinetur. Unde ἀκατάστατος, ἀκαταστασία.

*De Terminationibus Verbalium, quæ fiunt a verbo Medio.*

ή acutum, ut ζολή, συμβολή.

αιον antepenacutum, ut συμβόλαιον, τρόπαιον, quod et τροπαῖον dicitur.

αῖος penanflexum, ut πυγμαῖος, παρὰ τὴν πυγμήν.

αιος antepenacutum, ut προστρόπαιος, ἀποτρόπαιος.

ος antepenacutum, ut παράβολος, ὑπέρζολος.

ος penacutum, ut καλλιγράφος, ταχυγράφος, ζωγράφος. Hinc fiunt fœminina in ία penacutum, ut ὀρθογραφία, et verba in έω, ut ζωγραφέω, ὀρθοτομέω : et alia adjectiva in ικός, ut ὀρθογραφικός. Neutra in ον vel penacutum vel antepenacutum, ut σύμβολον, unde συμβολικός. in ιον, ut συμβούλιον, παρὰ τὴν συμβουλὴν καὶ τὸ βέβουλα.

Substantiva in εύς acutum, ut γραφεύς, ὁ ζωγράφος, συγγραφεύς. εῖον penanflexum, ut γραφεῖον. et diminutiva in ίδιον antepenacutum, ut γραφίδιον. Et hæ terminationes verbalium nunc occurrerunt, quamvis multo plures esse putem, sed rariores, quas studiosi privata industria observabunt oblatas: iidemque exempla tredecim conjugationum ordine persequentur ad hunc modum : ut si sumant verba γράφω, λέγω, φράζω, πράττω, σπείρω, ἀκούω, ῥέω, ἀγαπάω, ἀργυρόω, ἵημι, ἵστημι, δίδωμι. Quarta in μι, cum tempora mutuetur a primitivis, nulla de se gignit verbalia : nam ζεύγνυμι a ζεύγω, facit ζεῦγμα, ζεῦξις, ζευκτὸς, ζευκτικὸς, ζευκτέον, ζευκτέος. item ζεῦγος, ζεύγλη, ζυγὸς, ζυγὴ, ζυξ, ζύγιος, &c. Atque etiam uberior fuerit hæc exercitatio, et fructuosior, si omnes omnium conjugationum terminationes excutiantur, ut in prima λείβω, γράφω, πέμπω, ῥάπτω, et sic in reliquis. Sed quia in optatissimis discendi occasionibus detestanda est ignavia plurimorum : et nonnulli discendi cupidi, occasiones discendi non magnas habent : et hanc viam imperitis quasi digito demonstremus. Neque vero profiteor, me complecti omnia (id enim haud facile fuerit, nisi pellectis omnibus Lexicis, tantam varietatem diligentissime et quidem acri judicio adhibito observaris) sed quæ memoria mihi firma et ampla quam vellem, diligenter cogitanti suggessit, bono studio, quocunque eventu, in studiosorum gratiam annotavi : eo præsertim, quod grammatici (quos ego quidem viderim) in hac parte videntur non satis fuisse accurati.

*Primæ Conjugationis terminationes. βω, πω, πτω, φω.*

α. λείβω, *libo, stillo, sacrifico*, λεῖμμα, λεῖψις, λειπτὴς, λειπτὸς, λειπτικὸς, λειπτέον, λειπτέος, ἄχρηστα ὡς οἶμαι.

β. λείπω, *linquo*, λεῖμμα, *reliquiæ*, ut et λείψανον, λεῖψις, unde ἔκλειψις, ἔλλειψις, λειπτὴς, λειπτὸς [unde ἄλειπτος et ἀδιάλειπτος], ἄχρηστα ὡς οἶμαι, λειπτικὸς, unde ἐκλειπτικὸς, λειπτέον, λειπτέος.

γ. τύπτω, τύμμα, *flagrum, ictus*, τύψις, τυπτὴς, τυπτὸς, τυπτικὸς, ἄχρηστα ὡς οἶμαι. sed a τυπτὸς, τυπτέω, idem quod τύπτω.

δ. ἀλείφω, ἄλειμμα, ἄλειψις, ἀλείπτης, ἀλείπτρια, ἄλειπτρον, ἄλειπτος, ἀλειπτικὸς, ἀλειπτήριον, ἀλειπτέον, ἀλειπτέος, έα, έον.

α. Ab ἀορ. β. ἔλιβον, fortasse fit λιβὰς, unde ἀλίβας, τὸ ὄξος. a παρ. medio λοιβὴ, λοιβάσθαι, λοιβάσιον.

β. A futuro 1. λείψω, λείψανον. παρακ. medio λοιπὸς, ἡ, ὀν, ἐπίλοιπος, περίλοιπος.

γ. παρακ. medio, τύπος, τυπικὸς, τυπώδης, τυπόω, τύπωμα, τύπωσις, τυπωτὴς, τυπωτικὸς, τυπωτὲον, τυπωτέος. Hinc ὑποτυπόω, ὑποτύπωσις : quæ propter ordinem doctrinæ hujus puerilis repeto.

δ. Ab ἀλείφω fit ἄλειφα ἡ ἀλειφαρ. unde ἀλειφατίτης ἄρτος, et ἀλειφόω : unde ἀλείφωσις. a παρακ. medio ἀλοιφή.

II. λέγω, πλέκω, βρέχω, λέχω, τίκτω.

α. λέλεγμαι, λέγμα, λεγμὴ, λεγμὸς, λέγμων, λεγμονικὸς, λεγμοσύνη, λεγμονέω, ἄχρηστα, λέξις, unde αὐτολεξεὶ *totidem* vel *iisdem verbis*, λέκτης, λέκτωρ, ἄχρηστα ὡς οἶμαι, λεκτὸς, λεκτικὸς, λεκτέον, λεκτέος, έα, έον. λέλογα, λόγος, λογάριον, λογίδιον ἢ λογύδριον, λογὴ, λογὰς, λογάδην, καταλογάδην, λογίον, λογία, λογεὺς, λογίζομαι, λογιεὺς, λογικὸς, λόγιμος, ἐλλόγιμος, λόγιος, λογιότης, λογιστέον, λογιστεύω, λογιστήριον, λογιστὴς, λογέω, ἀλογέω, εὐλογέω, μακρολογέω, εὔλογος, ἄλογος, μακρολογία.

β. πέπλεγμαι, πλέγμα, πλεγμάτιον, πλέξης, πλεκτὸς ἄχρηστα ἴσως, πλεκτὸς, πλεκτικὸς, πλεκτέον, πλεκτέος. πέπλοκα, πλοκὴ, πλόκος πολύπλοκος.

γ. βέβρεγμαι, βρέγμα, βρέξις, βρεκτὸς, βρεκτὸς, βρεκτικὸς, βρεκτέον, βρεκτέος. βεβροχα, βροχὴ, βρόχος, nomen primitivum idem quod ἀγχόνη, sed verbale βρόχος, compositum habet διάβροχος.

δ. λέχω, λέλεγμαι (coincidit enim formatio cum verbo λέγω), nihil fit, nisi forte λέκτην, λέκτωρ, unde ἀλέκτωρ, *gallus gallinaceus*, sine lecto et exigui somni : qui et ἀλεκτρυὼν, unde ἀλεκτορὶς, et, quod ridet ut novum et affectatum Aristophanes, ἀλεκτρύαινα, λέκτριος, σύλλεκτρος. A λέλοχα.

λιχὰ, et λέχαι γυναῖκες αἱ λέχους ὀρεγόμεναι, et λέχος, λεχαῖος, λεχεποιὸς, λόχος, λοχαῖος, λόχιος, λοχεύω, λοχεία, λοχεύτρια, καὶ τὰ λοιπά.

ε. τίκτω nihil de se gignit, sed a τέκω fortasse fit τέκνον, τέκνιον, ἄτεκνος, δύστεκνος, εὔτεκνος, φιλότεκνος, τεκνόω τὸ τεκνοποιοῦμαι, unde τέκνωσις ἡ παιδοποιΐα. A τέτεγμαι, τέγμα, τέξις, τεκτὸς, τεκτὸς, τεκτικὸς, τεκτέον, τεκτέος, ἄχρηστα ἴσως. A τέτοκα, τόκος, τοκετὸς, τοκεὺς, τοκὰς, τοκίζω, τοκισμὸς, τοκιστὴς, καὶ τὰ λοιπά.

### III. ἄδω, πλήθω, ἀνύτω.

α. Ab ᾄσμαι, ᾆσμα, ἀσμάτιον· ᾄσις, ᾀστὴς, ᾀστὸς, ᾀστικὸς, ἄχρηστα ὡς οἶμαι. ᾀστέον, ᾀστέος. Ab ᾐδα fit κατ' ἀντιστοιχίαν, non ᾠδὸς, sed ᾠδὸς, ᾠδὴ, ᾠδεῖον, ᾠδικός. ἀοιδὸς vero, ἀοιδὴ, ἀοίδιμος, ab ἀείδω.

β. A πλήθω fit πλῆθος, unde παμπληθὴς, et ἡ πληθὺς ἴασται, unde πληθύω καὶ πλωθύνω. A πέπλησμαι, πλῆσμα, πλίσμη, πλησμόνη, πλῆσις, πλησίγναθος, πλησιφαὴς· unde videtur et πλήρης κατ' ἀντιστοιχίαν fieri, unde πληρῶ, πλήρωμα, καὶ τὰ λοιπά· πλωστὴς, ἄχρηστον, πλωστὸς, unde ἄπλωστος, ἁπλωστία, ἁπλωστεύομαι, πλωστικὸς, πλωστέον, πλωστέος.

γ. Ab ἤνυσμαι, ἄνυσμα ἴσως ἄχρηστον, ἄνυσις, ἀνύσιμος, (ἀνυστὴς,) ἀνυστὸς καὶ ἀνυτὸς, ὄθεν ἀνήνυτος, ἀνυστικὸς καὶ ἀνυτικὸς, ἀνυστέον, ἀνυστέος.

### IV. φράζω, στηρίζω, φράσσω ἢ φράττω, πτάσσω ἢ πτάττω.

α. A φράζω, πέφρασμαι, (φράσμα, φρασμὸς,) φράσμων, sed κατ' ἀντιστιχίαν, φράδμων dicitur: unde συμφράδμων, φραδμοσύνη· φράσις, ἡ φραστὺς, ὁ φραστὴς ἢ φραστὴρ, φράστωρ, φραστὸς, φραστικὸς, φραστέον, φραστέος. πέφραδα, φράδη, φραδὴς, εὐφραδὴς, ἀφραδὴς, ἀφραδὲω, &c.

β. στηρίζω, ἐστήριγμαι, στήριγμα, (στηριγμὸς, στήριξις, στηρικτὴς,) στηρικτὸς, ἀστήρικτος, (στηρικτικὸς,) στηρικτέον, στηρικτέος.

γ. φράσσω ἢ φράττω, πέφραγμαι, φράγμα, φραγμὸς, φραγμίτης. (φράξις, φρακτὴς,) φρακτὴρ, φρακτὸς, εὐφρακτος, κατάφρακτος, φρακτικὸς, φρακτέον, φρακτέος.

δ. πράσσω ἢ πράττω, τὸ πωλῶ (etsi ωπράσκω, ἐωπράσκον, in hac significatione potius usurpantur), πέπραμαι, (πρᾶμα,) πρᾶσις, ἀπρασία, πρατὴρ, πράτης, πρατίας, πράτηρια, πρατὸς, ἄπρατος, [πρατικὸς,] πρατήριον, πρατέον, πρατέος.

### V. σφάλλω, νέμω, κρίνω, σπείρω, τέμνω.

α. σφάλλω, ἔσφαλμαι, σφάλμα, [σφάλσις, σφάλτης, σφαλτὸς, σφαλτικὸς,] ἔσφαλα, σφαλὴς, ἀσφαλὴς, ἀσφάλεια, ἀσφαλίζω, σφαλερός.

β. νέμω, νέμος, νενέμημαι, [νέμημα,] νέμησις: unde νέμεσις, νεμέσιος, νεμεσάω, νεμεσίζω, &c. [νεμητὴς, νεμητὸς,] νεμητικὸς, νεμητέον, νεμητέος. νένομα, νομὴ, νομαῖος, νόμος, ἄνομος, ἀνομέω, ἀνομία, παράνομος, παρανομέω, ἔννομος, εὔνομος, εὐνομία, εὐνομέομαι, νομὸς, νόμιμος, νομίζω.

γ. κρίνω, κέκριμαι, κρίμα, κρίσις, ἀκρισία, κρίσιμος, κριτὴς, κριτὸς, κριτικὸς, κριτήριον, κριτέον, κριτέος. κέκρινα, εὐκρινὴς, εὐκρίνεια.

δ. σπείρω, σπείρα, ἔσπαρμαι, σπέρμα, σπερμάτιον, σπερματώδης, σπερμαίνω, σπερμόω, σπερματίας, σπερματικὸς, σπερματίζω. ἔσπορα, σπόρος, σπόριος, σπορὰ, σπορὰς, σπορεὺς, σπορὰδικὸς, σποριτὸς, σπόριμος, σπορὰδην.

ε. τέμνω, τέτμημαι, τμῆμα, τμῆσις, τμητὴρ, τμητὸς, τμητικὸς, τμηδὴν, τμητέον, τμητέος. τέτομα, τομὴ, τόμα, τομαῖος, τομάω, τομαῖον, τομικὸς, τομίας, τομὸς, τόμος, σύντομος, συντομία, ἀπότομος, ἀποτομία.

### VI. τίω, δύω, ῥώω, παίω, ψαύω, σείω, ἱππεύω, οἴω, κρούω, ὀπυίω.

α. Τίω [τίμα,] τιμάω, τιμὴ, τίσις, τισίας, [τιτὴς] τιτὸς, ἄτιτος, παλίντιτος, ἀτιτέω, τιτικὸς, τιτέον, τιτέος.

β. δύω, δύη, δέδυμαι, δῦμα, ἔνδυμα, δύσις, δύτης, δυτὸς, δυτρὸς, δυτικὸς, δυτέον, δυτέος.

γ. ῥώω [pro quo ῥωννύω καὶ ῥώννυμι], ἔῤῥωμαι, ῥώμη, ῥωμαλέος, ῥωμαῖος, ῥωμαϊκὸς, ῥωμαΐστι, ῥῶσις, ῥωστὴρ, ῥωστήριον, ῥωστὸς, εὔρωστος, ἄῤῥωστος, ἀῤῥωστέω, ἀῤῥώστημα, ῥωστικὸς, ῥωστέον, ῥωστέος.

δ. παίω. Quod hinc formetur, nihil occurrit [A παίζω quidem fit παῖγμα, παίγμων, unde φιλοπαίγμων, παιγνία, παίγνιον, παιγνιώδης, ὁ παιγνίων], nisi forte παιὰν καὶ παίων ἐνικὸν, καὶ παιήων inde formetur.

ε. ψαύω, ἔψαυμαι [ψαῦμα,] ψαῦσις, [ψαυστὴρ,] ψαυστὸς, ἄψαυστος, ψαυστικὸς, ψαυστέον, ψαυστέος.

ς. σείω, σέσεισμαι, σεισμὸς, [σεῖσις, σειστὴς,] σειστὸς, ἄσειστος [σειστικὸς] σειστέον, σειστέος.

ζ. ἱππεύω, ἱππεὺς, ἱππωσία, ἵππευμαι, ἵππευμα, ἵππευσις, [ἱππευτὴρ, ἱππευτὸς, ἱππευτικὸς,] ἱππευτέον, ἱππευτέος.

η. οἴω τὸ φέρω, ᾤμαι, ωσαι, ῶσται, οἰστὸς, ἀπρόϊστος, ἀνύποιστος, οἰστέον, καλπιστέον.

θ. κρούω, κέκρουμαι, κροῦμα, κρουματικὸς, κροῦσις, κρουστὸς, κρουστικὸς, κρουστέον, κρουστέος.

ι. ὀπυίω, quod hinc fiat, nihil scio. ἄγονον γὰρ τὸ ῥῆμα παρ' ἡμῖν γε τοῖς ἀγάμοις.

### γελάω, τελέω, ποιέω, ὁμόω, χρυσόω.

α. γελάω, γεγέλασμαι, [γέλασμα,] γέλα-

σις, γελάσιος, γελασῖνος, γελασινὸς, γελαστὴς, γελαστὸς, καταγέλαστος, γελαστικὸς, γελαστέον, γελαστέος.

β. τελέω, τετέλεσμαι, τέλεσμα, ἀποτέλεσμα, ἀποτελεσματικὸς, τέλεσις, τελεσιουργὸς, τελεστὴς, τελεστὸς, ἀτέλεστος, τελετὴ, τελεστέον, τελεστέος.

γ. ποιέω, ποιὸς, ποιΐα, ὀψοποιὸς, ὀψοποιΐα· πεποίημαι, ποίημα, ποιημάτιον, ποίησις, ποιητὴς, ποιήτρια, ποιητὸς, ἀποίητος, ποιητικὸς, ποιητέον.

δ. ὀμόω [pro quo ὀμνύω καὶ ὄμνυμι in usu est], ὀμώμοσμαι, [ὄμοσμα,] ὄμοσις, ἀνταμοσία, διωμοσία, συνωμοσία, ὠμότης, συνωμότης, ὠμοτὸς, ἀπώμοτος, [ὠμοτικὸς,] ὀμοτέον.

ε. χρυσόω, κεχρύσωμαι, χρύσωμα, χρύσωσις, [χρυσωτὴς, χρυσωτὸς, χρυσωτικὸς,] χρυσωτέον, χρυσωτέος.

ἵημι, ἵστημι, γνῶμι, κορέννυμι.

α. ἵημι, εἶμαι, ἕμα, ἔνεμα, ἕσις, ἄφεσις, σύνεσις, ἕτης, ἀφέτης, ἑτὸς, ἄφετος, ἀφετηρία, ἑτικὸς, ἀφετικὸς, ἑτέον, ἀφετέον, ἀφετέος.

β. ἵστημι. hujus derivata supra exposita sunt.

γ. γνῶμι (pro quo γινώσκω dicitur), ἔγνωσμαι, γνώμη, γνωμικὸς, γνώμων, γνωμονικὸς, ἀγνώμων, ἀγνωμοσύνη, ἀγνωμονέω, γνῶσις, γνωρίζα, γνώριμος, γνωστὴς, γνωστὸς, ἄγνωστος, γνωστικὸς, γνωστέον, γνωστέος.

δ. κορέννυμι, κεκόρεσμαι, [κόρεσμα, κόρεσις, κορεστὴς,] κορεστὸς, ἀκόρεστος, [κορεστικὸς,] κορεστέον, κορεστέος.

Sed quia πλησμονὴ ἁπάντων, ipsum hoc satiandi verbum nos admonet, manum de tabula: ne iis, quorum studiis consultum volumus, molesti simus. Studiosos autem rogatos volo, τὸ τοῦ Ἀριστοτέλους, ἀντὶ μὲν τῶν ἀναγεγραμμένων χάριν· ἀντὶ δὲ τῶν παραλελειμμένων, συγγνώμην. Otium enim et diligentius colligendi, et accuratius digerendi, mihi defuit. Interpretationem autem Latinam de industria prætermisi, cum vitandæ prolixitatis causa, tum ne ignavis omnia in os ingererentur. Qui enim paratissima Lexica consulere gravabitur: ne nostra quidem annotata magnifaciet. Sed tamen propter studiosos addamus unius verbi progeniem, in speciem parum fœcundi: ut videant, quantam hæc investigatio et observatio, verborum copiam gignat: quantoque compendio ad Græcæ linguæ cognitionem perducat. μνάω ἢ μνέω, τὸ ὑπομιμνήσκω, *in memoriam redigo, commonefacio, ut* Α. Ἰλ. τῶν νῦν μὲν μνήσασα, παρέζεο, *his in memoriam ei revocatis, assideto.* μνάομαι, *ambio*, μέμνημαι, *memini*, μνήμη, μνῆμα, ὑπόμνημα, μνημεῖον, μνήμων, μνημοσύνη, μνημόσυνον, μνημόνια Θεοδέκτου τὰ συμποτικὰ, μνημονικὸς, μνημονεύω, μνημόνευμα, ἀπομνημόνευμα, μνημόνευσις, μνημονευτὴς, μνημονευτὸς, μνημονευτικὸς, μνημονευτέον, μνημονευτέος, έα, έον, ἱερομνήμων, ἀμνήμων, ἀμνημονέω, ὑπομιμνήσκω, ὑπομνηματίζω, ὑπομνηματισμὸς, ἀναμιμνήσκω, μνῆσις, ἀνάμνησις, ὑπόμνησις, μνησίκακος, μνησικακία, μνησικακέω, μνῆστις, ἀμνηστία, μνηστὴρ, μνηστὴς, μνήστων, μνῆστρον, ἡ μνηστὴς, προμνήστρια ἡ προμνηστρὶς, *pronuba*, μνηστὸς, ἀείμνηστος, μνηστεύω, μνηστεία, μνηστευτὸς, μνήστευμα, μνήστευσις, μνηστεόν, μνηστέος.

Veniamus ad figuras, in quibus consideratur, utrum vocabulum seipso contentum sit ἵππος, ἄγω: an aliud, sive unum sive plura adsciscat, ut φίλιππος, ἀντεισάγω. Crebras autem fieri, ut in speciebus, sic in figuris etiam, literarum mutationes, additiones, detractiones: item multa esse composita, quorum simplicia non utraque sint in usu: et a simplicibus adjectivis, sæpe composita substantiva, et contra e substantivis adjectiva nasci, et quæ sunt ejus generis alia, facile docebit observationis diligentia. Nos quia Grammatici in ea re minus accurati, et pueri [quorum hic rationem potissimum habemus] nisi admoneantur et excitentur, negligentiores plerumque sunt: videamus quæ partes orationis inter se jungi soleant.

1. Reperiemus igitur, nomen componi cum nomine, ut ἀκριβοδίκαιον. Atque hic observanda sunt adjectiva compositionibus apta: ut πολὺς, ὀλίγος, μέγας, μικρὸς, ὑψηλὸς, ταπεινὸς, μακρὸς, βραχὺς, ταχὺς, βραδὺς, καλὸς, κακὸς, φίλος, ἄξιος, ἕτερος, ὀξὺς, ἀμβλὺς, παχὺς, λεπτὸς, ἄριστος, ῥᾴδιος, μόνος, πρῶτος, ὕστερος. et substantiva: ut εἶδος, κλέος, πάθος, μῖσος, σθένος, κράτος, ὕψος, κάλλος, πλῆθος, δίος, νῆσος, θεὸς, &c.

2. Nomen cum verbo, aut nomine verbali: ut ταχυπειθὴς, μεγαλοῤῥημονῶ, μενέλαος, ἑτεροθαλὴς ἀδελφός.

3. Cum adverbiis ἔρι, βου, ἀρι, νη, νε, ῥα, ζα, δὺς, εὖ, ἀ, ἀν vel ἀμ, pro ἄνευ, ἄνω, κάτω: quanquam hæc tria postrema inter præpositiones numerati possunt: ut ἐριγάστωρ, βουκέφαλος, ἀρίζηλος, νήριθμος, νέποδες, ῥᾴθυμος, δάφοινος, ζάπλουτος, δυσδαίμων, εὐδαίμων, ἀτυχὴς, ἀναίτιος ἀμβροσία, καταχθόνιος ἀνάθημα.

4. Cum participio: ut διομέδων.

5. Cum articulis, et prominine: ut ἅτερος, id est, ὁ ἕτερος, θάτερον, id est, τὸ ἕτερον, αὐτοδίδακτος, αὐτοκράτωρ, φίλαυτος.

6. Cum conjunctionibus: ut καλοσκἀγαθὸς, et καλοκἀγαθία.

7. Sed latissimum campum præpositiones obtinent, tam in nominum et verborum, quam in reliquarum partium, compositionibus: ut ἐνδύω, ἔμψυχος, ἐμβαίνω, εἴσοδος, εἰσέρχομαι, ἐκλιβω, ἐξαίρω, ἔκτασις, ἔξοδος, προβαίνω, προτροπὴ, προσεύχομαι, πρόσοδος, συντρέχω, συγγράφω, σύμβασις, ἀναγράφω, καταγράφω, ἐπιγράφω, ἀντεπι-

γράφω, περιγράφω, διαγράφω, ἀμφιλαβὴς, μεταγράφω, ἀπογράφω, παραγράφω, ὑπογράφω, ἀντιγράφω, ὑπεργράφω. Sed præstat in his ordinem alphabeticum sequi: ut ἀμφίβολος, ἀναφέρω, ἀντιστράπτω, ἀποχωρῶ, διαστέλλω, εἰσβάλλω, ἐκθλίβω, ἐξαίρω, ἐνδιαιτάω, ἐμπεριέχω, ἐπισπεύδω, καταβάλλω, μεταπρέπω, ξυμπαίζω, παραλαμβάνω, περιέχομαι, προσημαίνω, προσαναγκάζω, συνευνῶ, συμπήγνυμι, ὑπολογίζομαι, ὑπερασπολογοῦμαι. Hæ præpositiones, si vis earum diligenter sit cognita, et sua singulis compositis derivata subjiciantur, immensam vocabulorum copiam sine ullo negotio suppeditant. Neque tamen omnes cum omnibus aut verbis aut nominibus componi possunt: ut, in nostro themate λέγω, dicere licet προλέγω, ἐκλέγω, συλλέγω, ἀναλέγω, ἐπιλέγω, καταλέγω, διαλέγομαι, ἀπολέγω, ἀντιλέγω· ἐλλέγω autem, et παραλέγω [unde tamen extant ἐλλόγιμος et παράλογος], προσλέγω, περιλέγω, ἀμφιλέγω [unde ἀμφίλεκτος ἔρις, nisi malis nomen esse compositum], ὑπολέγω, ὑπερλέγω, aut in nullo, aut minus frequenti usu sunt. Jam ut a λέγω simplici nomina derivantur, sic etiam a compositis: ut, a συλλέγω fit σύλλεξις, συλλεκτὸς, συλλεκτικὸς, συλλεκτέος, συλλογὴ, σύλλογος, συλλογίζομαι, συλλογισμὸς, συλλογιστικὸς, et sic in cæteris, quæ quisque, Grammaticæ non imperitus, ipse per se facile et intelliget, et colliget: atque uno mentis obtutu, post non longam exercitationem, oblato primitivo et simplici vocabulo, derivata et composita percurret, atque ab his ad primam statim originem recurret. Quod utinam quam ego fructuosum esse expertus sum, tam multis imitari libeat. Sed hac de re satis ac nimium potius. Sunt enim hæc adolescentibus in exercitatione grammatica et demonstranda et inculcanda, ut et phraseologia: de qua pauca ex annotationibus in Evagoram Isocratis [quando earum differtur editio] adscribamus.

Grammatica verborum et rerum explicatio, facit ad intelligendam sententiam et dictionem auctoris. Restat, ut eadem ad loquendi scribendique usum accommodentur. Quæ res partim in iis ipsis quoque posita est, quæ modo annotavimus: sed maxime pendet a phraseologia, et colligendis loquendi formis. Ejus porro collectionis ratio maxime triplex est: una, ut omnem varietatem constructionis et significationis ejusdem verbi conquiras, cujusmodi est: τιμᾶν τινὰ, *honorare aliquem*; τἀληθὲς, id est, ἀληθεύειν, *non dissimulare veritatem*; θεοῖς, id est, καθιερῶσαι, *consecrare*; τινὶ τοσούτου, *tanti æstimare aliquem*; τὶ ἢ τινὰ πλείστου, *maximi facere aliquid vel aliquem*; τῆς ἀξίας, *tanti quanti est*; ἀντὶ πάντων, *anteponere omnibus*; πρὸ πολλῶν χρημάτων, *magnæ pecuniæ anteferre*, quod Demosthenes dixit, ἀντὶ πολλῶν χρημάτων ἐλέσθαι τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει. τιμᾶν πρὸ παντὸς χειρώσασθαί τινα, *nihil malle rerum omnium, quam subigere aliquem*. Apud Homerum est, τίω δὲ μὶν ἐν Καρὸς αἴσῃ, id est, *non pluris eum facio quam mercenarium militem*, τιμὴ enim, unde τιμάω, fit a τίω, quod et ulcisci et aliquando idem significat quod τιμᾶν. Τιμᾶν ἢ τιμᾶσθαί τινι ἐλάττονος, *minorem alicui mulctam irrogare, minoris æstimare litem*. τιμᾶν ὅ,τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαί τινα, *pronunciare quid alicui vel corpore luendum, vel quanta pecunia solvenda sit*. Hæc ab homine studioso e Lexicis colligere, non est difficile modo illis ubique tuto fidere liceret.

II. Altera ratio est eruditior et difficilior, cum loquendi modi ad certa quædam rerum capita ita revocantur, ut eadem de re dicendi varietas et copia maxima suppetat, optimi cujusque scriptoris auctoritate comprobata: sine qua, qui copiam affectant, sæpe fluunt [ut Horatii verbis utar] lutulenti. Latissime patet hæc ratio, et non modo acre judicium, sed et variam lectionem et singularem observationis diligentiam postulat. Conatus eam sequi bono quidem studio quidam est: sed defuit illi et judicium in colligendo, et eruditio in intelligendo, et facultas in convertendo. Nos unum locum summus, qui studium, curam, diligentiam significat, Græce σπουδάζειν, φροντίζειν, ἐπιμελεῖσθαι. σπουδάζειν μᾶλλον περὶ τῆς δόξης ἢ τοῦ βίου, *pluris facere gloriam, quam vitam*; περὶ τὴν πολιτείαν οὐχ ἧττον ἢ περὶ τὴν σωτηρίαν ὅλης τῆς πόλεως· περί τινα ἄνθρωπον, *studiosum esse alicujus*; ὑπέρ τινος, *alicui rei* aut *homini studere*; ποιήσασθαί σπουδὴν μεγάλην περί τι, *magno studio incumbere in aliquam rem*; τὶ μάλιστα σπουδῆς ἄξιον εἶναί τινι, *aliquid alicujus multum interesse, permaguam rem alicujus agi*: ποιήσασθαι σπουδὴν περί τι δοκοῦν ὠφέλιμον εἶναί τινι, vel πᾶσαν ποιεῖσθαι τὴν σπουδὴν περὶ, &c. *omni studio in id incumbere, quod e re alicujus fore videatur*. ἔχειν σπουδὴν ἐκλέξασθαι κριτὴν τὸν ἄριστον, *singulari diligentia judicem deligere quam optimum*. Eodem pertinet φροντίζειν μηδὲν, ἢ ὀλίγον τινὸς ἀνθρώπου ἢ πράγματος, οἷον τῶν σωμάτων τῆς σωτηρίας, &c. μέλειν τῷ βασιλεῖ τοῦ πλήθους. μέλειν τινὶ οὐδὲν τῆς ἀληθείας. ἀπορῶ πότερον ὑπολάβω μηδὲν μέλειν ἡμῖν τῶν κοινῶν πραγμάτων ἢ, φροντίζειν μὲν αὐτῶν, scilicet, ἡμᾶς. Notentur hic verba diversæ constructionis duriuscule conjuncta. τοῖς αὐτοῦ προσέχειν τὸν νοῦν· δεδιέναι καὶ προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς πράγμασι. τὸν βασιλέα κήδεσθαι τῶν οἴκων τῶν ἰδιωτῶν· τοὺς πενεστέρους κήδεσθαι τῶν οἴκων τῶν μεγάλων, ὥσπερ τῶν σφετέρων αὐτῶν. πρόνοιαν

ἔχειν ὑπέρ τινος· πολλὴν ποιεῖσθαι πρόνοιαν περί τινος· ποιεῖσθαί τινα πρόνοιαν καὶ μὴ παραμελῆσαι τῆς περὶ τοὺς προγόνους εὐσεβείας. μελετᾶν τὰ περὶ τὸν πόλεμον, exercere se in re militari: μεμελετηκότα εἶναι φείδεσθαι καὶ ἐργάζεσθαι ἐμμένειν τοῖς ἤθεσιν, οἷς παῖδες ὄντες ἐμελέτησαν ἀντὶ τοῦ, τούτοις ἃ ἐμελέτησαν· διαφυλάττειν τι ταῖς μελέταις. ποιεῖσθαι λόγον τινὸς ἀνθρώπου ἢ πράγματος, rationem habere. εὑρίσκειν τέχνας περὶ τὰ θηρία. περὶ παντὸς ποιεῖσθαι κεχαρισμένως ἄρχειν τοῖς ὑποτεταγμένοις. τοὺς νέους τυγχάνειν ἐπιμελείας πολλῆς, adolescentiam diligenter curari. διατρίβειν περὶ τὴν τῶν ἰδίων ἐπιμέλειαν· ἐπιμελεῖσθαι περί τινος· τὶ πολλῆς ἐπιμελείας δεῖσθαι· τοὺς θεοὺς ἔχειν ἐπιμέλειαν τῆς τῶν τέκνων ἀρετῆς· ἐπιμελεῖσθαι τῆς σωτηρίας· ἐπιμελεῖσθαι τῶν κοινῶν ὥσπερ τῶν οἰκειοτάτων· τῆς ὑγιείας πλείστην ἐπιμέλειαν ἔχειν, diligentissime curare valetudinem: ἐπιμελεῖσθαι τῶν περὶ τὸν βίον ἁπάντων, curam suscipere rerum quæ ad vitam degendam pertinent omnium: ποιεῖσθαί τινος τὴν ἐπιμέλειαν· ποιεῖσθαι ἐπιμέλειαν περὶ πράγματός τινος. Hæ formæ ex unn Isocrate sunt depromptæ, quibus ex aliis bonis auctoribus complures aliæ possunt adjungi.

*Observatio* 1. Casus personam designantes non ubique necesse est præponere verbis, nisi vel historiam aliquam, vel præceptum vitæ contineant: historiam, ut, ὁ Ἀρταξέρξης ἀπέκτεινε τὸν Εὐαγόραν: munus atque ollicium, aut contra, ut, ὁ βασιλεὺς ἐπιμελεῖται τῆς σωτηρίας τοῦ πλήθους: contrarium, οἱ ῥήτορες λοιδοροῦνται περὶ μεσεγγυημάτων σφίσιν αὐτοῖς, καὶ διχῇθεν καρποῦνται τὴν πόλιν. Nam ad hunc modum et historiæ, et utilia præcepta, et exempla tam sequenda, quam fugienda, memoriæ mandantur. Stultitiæ autem fuerit, simplicem laboris tui capero fructum, cum multiplicem possis. In aliis vero, ubi nulla talis causa subest, satis fuerit, particulas τὶς et τὶ adhibere, ut τινὰ φροντίζειν τινός, *aliquem curare aliquid* vel *aliquem*. Etsi τὸ τινὰ personam significans, cum antecedit verbum, nihil attinet adjungere. Nominativi autem ant accusativi rem significantes, nunquam sunt omittendi, quod plerunque peculiarem observationem postulant, neque sunt æque liberi, ac casus personam significantes, ut ὁ πλοῦτος ἀδίκως εἰς τὴν πόλιν εἰσελθὼν, προσαπώλεσε καὶ τὸν δικαίως ὑπάρξαντα.

*Observatio* 2. Nihil vetat, alicubi cognata vocabula et contraria (ubi scilicet locus aliquis minus late patet) conjungere, eodemque capite complecti: ne observatio hæc in infinitum vagata, grande volumen desideret. exempli gratia: primum hujus orationis verbum est, ὁρῶ, huic licet adjungere synonyma, βλέπειν, ἰδεῖν, δέρκειν (etsi poeticum hoc est), et si qua sunt alia. Et quia τὸ ὁρᾶν sensum significat, licet adjungere cætera quoque verba sensuum, ut, ἀκούειν, ὀσφραίνεσθαι, γεύεσθαι, ἅπτεσθαι. Et quia sensus corporis ad animum, animi sensus ad corpus transferuntur, nihil vetat his adjungere, τὸ καταγοεῖν, τὸ καταλαμβάνειν, τὸ αἰσθάνεσθαι, τὸ μεμνῆσθαι. Sed tamen, si qua ex his fœcundiora sunt, magnamque formularum varietatem suppeditant, peculiaris eis locus est assignandus; quo sit intentio expeditior.

*Observatio* 3. Non tantum casus pori verbis jungendi sunt, sed et substantivis adjectiva sua, et præpositiones cum suis casibus, et adverbia cohærentia verbo συγκατηγορήματα, denique omnia, quæ ad sententiæ perspicuitatem, et formulæ integritatem requiruntur.

III. Tertia ratio est tam ad inveniendum, quam ad utendum expeditior, cum insigni alicui nomini substantivo et adjectiva, et certa verba cum suis casibus et adverbiis et præpositionibus, subjiciuntur, cujus rei exemplum sit hoc: χάρις πολλὴ, πλείων, πλείστη, μεγάλη, μείζων, μεγίστη, τοσαύτη, ἀξία.

χάριν { ὁμολογεῖν, ὀφείλειν, ἔχειν, ἀπαιτεῖν τινὰ, ἀποδοῦναι } τινὶ, τινὸς, ὑπέρ τινος, ἀντί τινος.

Hæc ratio facilius incurrit in oculos, et magis excitat memoriam, quam cum nomen in magna turba quærendum est. Quis enim non facilius reperiat, gratiam habere, quam habere gratiam, cum ei verbo nomina pene sexcenta junguntur? Etsi ejus quoque incommodi remedium hoc fuerit, ut casus ordine alphabetico et majusculis scripti literis, subjiciantur verbis. Harum trium rationum deligat eam quisque quam sibi aptissimam putaverit. Ego omnes conjungendas existimo ei, qui puritati et copiæ Græci Latinique sermonis studet. Potest et quarta his adjici, omnia quidem illa facillima, et rudibus accommodatissima: sed ita demum utilis, si annotationes aut memoriæ mandentur, aut ordine alphabetico digerantur, aut indice adjuventur, aut tandem ad aliquam trium superiorum rationem revocentur. Sumamus exempli causa, primam Evagoræ periodum: ὁρᾶν τινὰ τιμῶντά τι. Licet et generale verbum subjicere, ὁρᾶν τινὰ ποιοῦντά ἢ πράττοντά τι. Est enim hæc Grammatica constructio ejusmodi, ut pecoliarem observationem, quæ periphrasenn maxime propria est, non desideret. Si libet τὸ εἰδικὸν, quod est in anctore, ponere, nihil vetat. ut ὁ Ἰσοκράτης ἑώρακε τὸν

Νικοκλέα τιμῶντα τὸν τάφον τοῦ πατρὸς (hic casus specialis est, τὸ τί vero generale). Adhærent participio τιμῶντα non tantum accusativus τάφον, sed etiam dativi complures, modum gerendæ rei significantes, quorum nonnulli adjunctos habent genitivos, ut, τῷ πλήθει καὶ τῷ κάλλει τῶν ἐπιφερομένων, καὶ χοροῖς, καὶ μουσικῇ, καὶ γυμνικοῖς ἀγῶσιν, ἵπποων τε καὶ τριηρῶν ἀμίλλαις. Prolixa hæc sunt, sed γενικῶς paucis comprehendi possunt: τινὰ τιμᾶν τι, ἢ τινά τινι, aliquem aliquid, vel aliquem aliqua re honorare. Tertium verbum est ἐπιφέρω hic ἐλλειπτικῶς positum, ut supra diximus. Quartum γυμνικοὶ ἀγῶνες: nam substantivis quoque non quævis adjectiva recte junguntur, nihilo magis quam omnes accusativi verbis activis aut quævis adverbia quibusvis verbis. 5. ἵπποων τε καὶ τριηρῶν ἅμιλλαι. Nam et genitivi jungendi substantivis, aliquando postulant observationem et delectum. 6. τινὰ λείπειν τινὸς πράγματος οὐδεμίαν ὑπερβολὴν, aliquem in utramque partem eum se præbere, ut ab aliis nihil addi possit: ut ad magnitudinem et amplitudinem facti aut rei alicujus nihil possit accedere. 7. τινὰ ἡγεῖσθαι. 8. τινὰ ἀποδέχεσθαί τι. et conjunctim, τινὰ ἡγεῖσθαι, τινὰ ἀποδέχεσθαί τι. 9. τινὰ ἀποδέχεσθαί τι εὐμενῶς. 10. τινὰ χαίρειν ὁρῶντά τι. 11. ἡ ἐπιμέλειά τινος περί τινα ἄνθρωπον. 12. τινὰ πολὺ ἔτι πλείω χάριν ἔχειν τινὶ ἢ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν. 13. τινὰ δυνηθῆναι διελθεῖν. 14. τινὰ διελθεῖν περί τινος πράγματος ἀξίως τῶν πεπραγμένων τινί. 15. τὰ ἐπιτηδεύματά τινος καὶ οἱ κίνδυνοι. Videndum enim est, quæ nomina et quæ verba conjungi soleant. Sic paulo ante tria cohærent, ἀποδέχεσθαι, χάριν ἔχειν, quæ omnia ad eandem personam et rem pertinent. 16. εἶναί τινι αἴσθησίν τινα περί τινος πράγματος, ἀντὶ τοῦ, τινὰ αἰσθάνεσθαί τινος. 17. τὶ γίγνεσθαι ἐνθάδε, ἢ, ἔν τινι τόπῳ. 18. Observetur et particula, εἰ, εἴ τίς ἐστιν αἴσθησις, εἴ τις δυνηθείη. 19. οἱ τετελευτηκότες, δηλονότι τὸν εἶναι, qui et νεκροὶ et κεκμηκότες et θανόντες dicuntur.

*Admonitio de Grammatica repetitione cum disserendi et dicendi arte conjungenda: ex annotationibus Wolfii in Græcam Clenardi Grammaticam.*

I. Ut natura, ita et ars, naturæ imitatrix ab imis et minimis ad summa et maxima quæque progreditur. Ea igitur ratione in arte Grammatica, primum Orthographia, inde Prosodia, post hanc Etymologia, perfecte explicanda esset, ac ita demum ad Syntaxin perveniendum.

II. Sed captus auditorum, ipsiusque doctrinæ ratio, hunc ordinem mutat utiliter, ut Etymologia, et in hac ipsa, inflexiones nominum et verborum, in primis traduntur, summoque studio inculcentur, quod reliquæ tres Grammaticæ partes, quamvis ab artis præceptis non abhorreant: usu tamen atque exercitatione et imitatione facilius propemodum discantur et certius.

III. Sed tamen Etymologia cognita, et exercitatione percepta, justus artis ordo prosequendus, nec Antesignani tantum scholia percurrenda sunt: sed et alia, quæ in utriusque linguæ Grammatica minus accurate tradita videntur, conquirere et addere profuerit. Exercitatio Grammatica complectitur Orthographiam, Prosodiam, Etymologiam, Syntaxin: quæ quatuor partes in uno quolibet vocabulo considerandæ sunt, si cum aliis junctum perfectam sententiam declarat.

Hujus exercitationis exemplum hoc esto: σοφία μόνη τῶν κτημάτων ἀθάνατον. Hic Orthographia me docet, scribendum esse σο non σω, φι non βη, (sic) α non η. Deinde Prosodia me docet, σο esse breve, φι eodem modo, α esse longum, et accentum et acutum in syllaba φί collocandum. Etymologia sequitur, quæ vim vocabuli declarans, σοφίαν interpretatur *sapientiam, doctrinam, solertiam.* Ostendit nomen esse appellativum, substantivum, ergo neque moveri neque comparari, generis esse fœminini, numeri singularis, figuræ simplicis, speciei derivativæ. Fieri enim a σοφὸς, quod a σαφὴς deducunt. Adjectiva autem in ος substantiva seu abstracta gignunt in ία, ότης, σύνη, ut σοφία, δεινότης, δικαιοσύνη. Derivatio hæc nihil obstat, quo minus alia inde deriventur, ut, σοφῶς, σοφίζω, σοφιστεύω. Sic, quia ante dixi, figuræ simplicis esse nomen, addere licet ἄσοφος, πάνσοφος, χειρίσοφος, δοξόσοφος. Casus esse nominativi, declinationis secundæ simplicium, et hoc inflecti modo, σοφία, σοφίας, &c. Cur vero non σοφίης, ut μούσης? Hic canones in promptu ubique esse oportet, cum non una et simplex alicujus accidentis est ratio. Hactenus Orthographiæ, Prosodiæ, Etymologiæ satisfactum, cujus postremæ proprium munus est, omnia cujusque partis orationis vocabula singulatim explicare atque inflectere. Transeamus ad Syntaxin, quæ in una voce spectari non potest, sed minimum duabus pluribusve inter se junctis. Cohærent autem in hac sententia inter sese, σοφία μόνη· μόνη κτημάτων· τῶν κτημάτων· κτημάταν, scilicet ἀνθρωπίνων· σοφία scilicet ἐστὶν ἀθάνατον· σοφία ἀθάνατον· ἀθάνατον, scilicet πρᾶγμα vel χρῆμα. Hæc regulis defendenda sunt. Neque enim τὸ ὅτι satis est, sed etiam τὸ διότι accedere oportet. Nulla enim ars, quæ præceptis et regulis constat, in Pythagoreo isto αὐτὸς ἔφα, acquiescit, sed αἰτιο-

λογίας postulat, quæ scientem ab ignorante distinguunt. Jam Grammaticæ satisfactum est, omnibus ejus legibus observatis. Transeatur ergo proxime ad Dialecticam: et quia in verbis error nullus est, sed summa potius elegantia: consideretur jam res ipsa, et sententiæ veritas, cujus indagatio, inventio, explicatio, confirmatio, cum mendacii refutatione, proposita est Dialecticæ. Quærendum igitur imprimis σοφία, quæ κατηγορία est, id est, quod summum genus habet σοφία; Respondeo, qualitas est. Quæ vox seu prædicabile? species seu forma ὑπάλληλος. Quod est ejus propinquum genus? Notitia, cognitio, scientia. Quæ species infima? σοφία θεοῦ (loquor enim nunc profano more, non Christiano), ἀγγέλων, δαιμόνων, ἀνθρώπων; ζώων, si tamen sapientia animalibus tribui potest: in quo sermonis usus observandus est. Neque enim, dum sermonis genus controversum fuerit, de reipsa unquam constabit. Quæ individua: σοφία τοῦ Ἀπόλλωνος, Θάλητος, Σωκράτους. Quæ differentia est σοφίας; Differt ab opinione, quia certa notitia est: a prudentia, quia in contemplatione rerum æternarum versatur (sunt enim hic definitiones necessariæ): differt a demonstratione, ut effectus a causa, &c. Quod proprium? Si credimus Isocrati, esse immortalem. Quæ accidentia? esse perpaucorum, anteferri opibus et voluptatibus, iisdemve postponi, ornari præmiis aut negligi, aut etiam male tractari. Unde sapiens queritur, ὅτι ἡ σοφία τοῦ πένητος ἐστὶν ἐξουθενωμένη, et vulgare est, plerisque audaciam esse pro sapientia.

*Observatio* 1. Iterum hoc loco repetendum est, non satis esse τὸ ὅτι attulisse, nisi quæstiones singulæ ex artis præceptis confirmatæ fuerint. δεῖ γὰρ τὸν λίθον τῇ σταθμῇ προσάγειν.

*Observatio* 2. Pleraque hactenus ex prædicabilibus et prædicamentis allata, in methodo simplicium quæstionum repetuntur. Itaque illa omitti potuissent, nisi monendi fuissent tyrones de usu simplicium illarum vocum.

*Quæstionum simplicium methodus.*

Estne aliqua sapientia? Hoc constat inter omnes, qui seu stulti seu sapientes habentur. Hoc enim nomine nihil magis tritum, apud utrosque: quod his quidem magnum est et venerabile; illis vero contemptum et deridiculum. Quod si quis hoc ceu dubium ponat, quod et Socrates et Pyrrhonii fecisse videntur: rationes excogitandæ erunt, quibus sapientiam aut esse, aut non esse demonstres. Unde autem eas rationes sumes? Loci quidem Dialectici te monebunt, quid quærendum sit, et qua via, quoque ordine. Ipsa autem argumenta, aut ex fonte ingenii tui, aut aliorum rivulis, hoc est, scriptis eruditorum haurientur: quod ita deprehendes, si duobus pari Dialecticæ cognitione instructis, quorum alter neque ingenio, neque doctrina valeat, alter utraque excellat, aliquod thema tractandum proponas. Quid ibi fiet? hebes ille et inops dialecticus, aut obmutescet, aut per pauca quædam et mutilata afferet. Ille vero alter e divite penu præstantis ingenii reconditæque doctrinæ, magnam copiam argumentorum depromet, eaque optimo ordine et forma conveniente, ex artis Dialecticæ præceptis disponet, atque communiet. Sunt sapientes ergo et sapientia. Est stultitia ergo et sapientia. Est cognitio rerum humanarum et divinarum, ergo et sapientia.

II. Etymologia, hæc in Grammatica examinatione tractata est, ut supervacua futura sit repetitio. Illud tamen hoc loco denuo inculcandum, nunquam fore probum dialecticum, qui non fuerit Grammaticus, hoc est, nisi vim omnem et multiplicem eorum verborum usum, quæ in quæstione versantur, ex optimis auctoribus perceperit. Hi igitur consulendi erunt, videndumque quot et quibus rebus, et quomodo vox quæque tribui soleat. Unde colligi potest, disputaturo de rebus, aut multa lectione, firmissimaque memoria, aut accuratis probatisque lexicis fore opus. Nam et verborum et rerum vis atque explicatio non a cujusvis libidine, distortove ingenio, sed a prudentia atque auctoritate veterum magna ex parte pendet. De verbi quidem germano et legitimo usu nisi constiterit: de re ipsa nunquam constabit. A sapio, ut palatum inter amara et dulcia, et subjectas his qualitates discernit: sic sapientia inter mala et bona. weisen instruere et demonstrare viam rerum gerendarum.

III. Sapientiæ definitionem tradit Cicero 2. de Officiis his verbis: "Sapientia (inquit) ut a veteribus definitur, rerum est divinarum et humanarum, causarumque quibus hæ res continentur, scientia. Informatrix recti judicii de iis rebus, quæ et quatenus in hominum notitiam veniunt." *Annotatio.* Ipsæ definitiones sæpe vocantur in controversiam, unde Rhetores τοῖς ὁρισμοῖς ἀντιτιθέασιν ἀνθορισμοὺς, ut judici etiam atque etiam videndum sit, Reusne an accusator, rem verius circumscripserit? Judicium autem hoc tantam ingenii vim, tantam doctrinæ copiam postulat atque flagitat, præter Dialecticorum formulas: ut, qui unam rei obscuræ et controversæ veram perspicuamque definitionem suo Marte protulerit, itaque defenderit, ut nihil contra dici possit: is in doctissimo-

rum numero recenseri posse videatur. Facile quidem est in definiendo afferre aliquid, quod generis et differentiæ loco esse velis. Illud vero difficillimum, verum genus, legitimamque differentiam attulisse. Idem hoc de cæteris quæstionibus etiam intelligatur.

IV. Causæ humanæ sapientiæ (nam de hac loquitur Isocrates) numerari possunt, εὐμοιρία φύσεως, liberalis institutio, magnus rerum usus, et consuetudo sapientum, continentia et temperantia in victu, diligens et assidua meditatio : ac potius (ut propiores et magis proprias causas attingamus) ut demonstratio in rebus humanis, sic patefactio in divinis vera sapientiæ causa statuetur. Felix siderum positus in hominis ortu. parentum εὐκρασία σώματος καὶ ψυχῆς. παιδομαθία, consuetudo sapientum. Cognitio Theologiæ et Philosophiæ, μελέτη, παρατήρησις, μακροβιότης, θεία ἐπίπνοια ἐξ ἐπικλήσεως. Sapientia est in mente humana, totius mundi machinam contemplante. αἱ περιστάσεις. Quis? instructus expositis vocibus. Ubi? inter eruditos et sapientes, in aere salubri et tenui, ut Athenis. ☌ Bœotia. Quando? vel in senectute.

V. Formæ seu species seu partes sunt (neque enim hæc, Cicerone auctore freti, accurate distinguimus) sapientia divina, diabolica, humana, et (si videbitur) etiam bestiarum. Possunt et ab objectis variæ sumi species, ut sit alia militaris, alia politica : alia in doctrinæ studiis, alia in aliarum artium operibus versetur. Nam his etiam, etsi fortasse minus exquisite, sapientiam communis loquendi usus tribuit, ut est ab Aristotele observatum.

VI. Officia sapientiæ esse statuo, contemplari veritatem, constantem atque perpetuam : mentem illustrare, hominem a terris ad cœlum revocare, et ad qualemcunque Dei similitudinem perducere : quæ in hac vita, utcunque inchoata, in altera, ipsius Dei consuetudine perficiatur.

VII. Cognata sunt, recta opinio, prudentia, ingenium, doctrina, philosophia, cujus finis est sapientia forma illa excellens in Deo : tenuis et obscura in homine. Contemplatio naturæ, doctrina morum, expolitio sermonis, vitæ necessitas et commoditas, omnes bonæ artes, in primis εὐβουλία.

VIII. Contraria. Stultitia, falsa opinio, inscitia, inertia, fraus.

IX. Exempla. Perfecta sapientia est in Deo, Dei filio, beatis geniis. Celebrantur tamen septem illi, Pythagoras, Anaxagoras, Socrates, Aristoteles, Cato, Lælius, Cicero, Seneca, &c. Sapientia Thaletis, Platonis, D. Pauli, &c. Hæc omnia (ut dictum est) quanquam variis agitari quæstionibus et controversiis implicari possunt, aliis alia reprehendentibus sive ut falsa, sive ut methodo male accommodata : nos tamen ea fingamus esse certa, recteque exposita, jamque a simplici voce ad quæstionem compositam, seu propositionem transeamus.

*Quæ est propositio ista?*

Categorica. Quanta? Indefinita.
Qualis? Verane an falsa?

Dubitari potest de veritate. Primum sitne κτῆμα, cum sub adspectum oculorum non cadat? sitne immortalis, cum et homines moriantur, et ex sapientibus nonnulli stulti fiant? Sitne sola immortalis? ac non potius immortalitatem, sive natura ejus, sive fama et memoria posteritatis spectetur, id bonum cum virtute, imo etiam cum stultitia, et vitio commune habeat? Celebratur enim non minus stultitia Corœbi, quam sapientia Salomonis. Plura discrimina propositionis persequi, non est instituti nostri, quod monendi causa tantum suscepimus.

*Observatio.* Hujusmodi θέσεις, θέματα, προβλήματα, ζητήματα, διαπορήσεις, seu quocunque alio nomine appellare libet, gignunt ἀνθυποφορὰς καὶ προκαταλήψεις, hoc est, ἀντιθέσεις καὶ λύσεις, sive ἀνασκευάς τε καὶ κατασκευάς. Re jam probata, firmaque materia comparata : Rhetorica, dissimulatis et Grammaticæ et Dialecticæ muneribus, sibique vendicatis tanquam propriis, ornandam suscipit sapientiam ex suis locis, partes orationis oratoriæ, et verborum sententiarumque figuris adhibendo. Hinc apparet, Grammaticam optimorum verborum sylvam congerere : eandem a Dialectica in suas classes digeri : Rhetoricam elegantem inde domum et variis signis picturisque illustrem exstruere. Id quod fieri nullo modo potest (sæpius enim tam necessaria admonitio repetenda est), nisi et copia verborum a Grammatica, et solida cognitio rerum a multiplici doctrina, judicium et censura veri a Dialectica suppeditetur. Sed hæc hactenus (πλεῖω γὰρ σχεδὸν τὰ πάρεργα τῶν ἔργων), quæ bono studio in medium attuli. Nunc ad institutum est redeundum.

## ANNOTATIONES IN LIBANII ARGUMENTUM.

P. 7. 1. ΛΙΒΑΝΙΟΥ] ὁ λιβανωτός, vel τὸ λιβανωτὸν (utroque enim genere dicitur), *thus.* λίβανος, *arbor thuris* est, et Arabiæ mons, qui cum Antilibano κοίλην Συρίαν, id est, *cavam Syriam* includit. Hinc Λιβάνιος, sive a monte Libano, sive a thure nomen

habet: quem Latine fortasse (quod tamen in propriis nominibus, quæ suæ linguæ reliquenda sunt, fieri non debet) *Thurinum* appellare possis. Fuit autem Antiochenus patria, sophistes celeberrimus: floruit temporibus Juliani imperatoris. Ejus orationes, declamationes, et ecphrases perelegantes exstant: quas aliquando Germanis etiam communicabit, ut spero, noster Oporinus: eoque magis, quod Augustana respublica anno 1564. manuscriptum codicem triplo majorem illo qui editus est, comparavit, haud gravatim typographo diligenti ejus usum communicatura. Vitam suam copiose et ornate, ut omnia, ipse descripsit. Quare nos hic non crimos longiores.

— ibid. ΥΠΟΘΕΣΙΣ] Alias Θέσει, hoc est, *consultationi, proposito*, seu *infinitæ quæstioni* opponitur, ac Ciceroni *causa* et *controversia* dicitur: alias *fundamentum*, et *quoddam quasi fulcrum*: alias *principium, institutum*. hic περιοχὴν, id est, *materiam, argumentum, summam brevemque negotii expositionem* significat. Hoc loco monitos studiosos velim: primum, varias eorundem vocabulorum significationes, diligenter esse colligendas, et exemplis probatissimorum auctorum illustrandas. Deinde, vix posse fieri, ut vocabula pleraque per se, quid proprie significent, intelligantur, nisi et phrasis et tota sententia consideretur. Tradunt igitur verba et sententiæ mutuas operas: et ut ex verbis sententiæ, sic e sententiis verba sæpe sunt intelligenda. Postremo, in conjunctis verbis ad Latini sermonis consuetudinem esse respiciendum, qui Græcum non per omnia sequitur, sed quædam mutat et invertit, quædam detrahit, quædam adjicit, ut alibi commodius ostendemus.

— ibid. ΤΟΥ] De usu et collocatione articulorum, iis magis laborandum est, ut et de ratione accentuum, qui scribere ipsi, quam qui legere Græca instituerunt: et in promptu sunt præcepta grammaticorum, quanquam in hac parte usus tam est varius, ut haud sciam an secertis adstringi legibus patiatur.

— ibid. ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΥ] Undecim Demosthenis orationes in Philippum, Macedonum regem, Græcorum libertatem oppressurum, una in ejus filium et successorem Alexandrum, exstant: quanquam una atque altera falso tribui Demostheni putantur. Hæ igitur appellationibus distinguuntur: ac nonnullæ indicant, non in quem, sed qua de re sint habitæ: ut Olynthiacæ, pro defensione Olynthiorum: Chersonesitana de tuenda Chersoneso, et Diopithis exercitu retinendo: alia de Halonneso, alia de servanda pace, alia de Philippi literis, alia de Alexandreo fœdere violato. Quare non miraberis, quum quatuor duntaxat orationes, vulgo Philippicæ inscribantur, ab Ulpiano mentionem aliquando fieri Philippicæ sextæ, aut nonæ.

— ibid. ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΥ] Ab Olyntho fiunt Ὀλυνθιακός et Ὀλύνθιος, adjectiva: sed illud fere rebus, hoc personis accommodatur: ut, Εὐθυκράτης καὶ Λασθένης Ὀλύνθιοι, τῆς πατρίδος προδόται· λόγος, ἡ πόλεμος Ὀλυνθιακός. Observandum igitur, quæ adjectiva personis, quæ rebus adjungi soleant, quæ utrisque.

— ibid. ΠΡΩΤΟΥ.] Tres esse Olynthiacas, nemo ignorat: an vero hæc prima sit Demosthenica concio, nostra vel nihil, vel parum interesse censeo.

— ibid. ΠΡΩΤΟΥ.] πρὸ, πρότερος, πρότατος, elisa τ litera, πρόατος, et per κρᾶσιν ο et α vocabulum, πρῶτος. Ac superlativa de pluribus, de binis usitatius comparativa dici, notum est.

— ibid. ΑΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΛΟΓΟΥ] Nihil vetat binos genitivos hoc modo conjungi, ut apud Ciceronem: "L. Syllæ, et C. Cæsaris translatio pecuniarum a justis dominis ad alienos." Significat enim prior auctorem, hoc est, personam, seu rem agentem: posterior personam, seu rem patientem. Quod ita deprehendes, si nomen verbo commutes, hoc modo: 'L. Sylla transtulit pecunias a justis dominis ad alienos.' Vel, 'a L. Sylla pecuniæ translatæ sunt a justis dominis ad alienos.' Posset etiam tertius accedere, Λιβανίου ὑπόθεσις Δημοσθένους λόγου: sed apud Latinos durius videretur, *Libanii argumentum Demosthenis Olynthiacæ orationis primæ*. Quare Δημοσθένους in adjectivum convertas licet, Δημοσθενείου, Demosthenicæ, hoc modo: *Libanii argumentum Demosthenicæ primæ orationis Olynthiacæ*. Sed quia hic quoque tria concurrunt adjectiva, non magna cum suavitate, genitivus λόγου mutari potest in accusativum, εἰς λόγον, sic fiet oratio dilucidior: *Argumentum Libanii in primam Demosthenis Olynthiacam orationem*. Possunt enim sæpe jungi nominibus in utraque lingua præpositiones, sive κατ' ἔλλειψιν, sive alia quapiam ratione, quæ verbis eorundem nominum jungi non possunt. ut apud Latinos, *amor in te meus* recte, dicitur: *amo in te*, pro *amo te*, non dicitur. sic apud Græcos, τὸ τῶν Ἑλλήνων εἰς τοὺς βαρβάρους μῖσος, dicere licet. οἱ Ἕλληνες μισοῦσιν εἰς τοὺς βαρβάρους, non item, sed μισοῦσι τοὺς βαρβάρους dicendum est. Similia per so quisque observabit, quæ multa sane sunt, in quibus a curiosis alioqui Grammaticis majorem diligentiam requiras.

— 2. Ὄλυνθος] *Grossi* sunt Latinis, ficus, ut alii volunt, immaturæ: ut alii, non maturescentes. Pausanias, qui præclara monimenta et historias totius Græciæ descripsit, eaque continet plurima

quæ apud nullum alium scriptorem reperiantur—is igitur Pausanias in Messeniacis sic scribit: τὸ δὲ δένδρον τὸν ἐρινεὸν πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων ὄλυνθον, αὐτοὶ δὲ οἱ Μεσσήνιοι τράγον καλοῦσι: hoc est, *Caprificum arborem multi Græcorum olynthum, ipsi autem Messenii tragum*, hoc est, *caprum, vocant.*

— ibid. ἦν] Observandum, una voce tria tempora comprehendi: imperfectum, perfectum, plusquamperfectum, ne semper interpreteris, *eram*: sed aliquando etiam, *fui*, et *fucram*: ut hic ἦν, *fuit*. Est enim Olynthus (ut Diodorus lib. 12. tradit) condita Olympiade 86. Περδίκκας, inquit, Μακεδὼν πείθει Χαλκιδέας Ὄλυνθον συνοικίζειν: ab Euthycrate et Lasthene civibus, prodita, capta a Philippo, et æquata solo: quam ejus victoriam cum quidam celebraret, quod præclaram urbem uno die evertisset, alius respondit, 'Atqui talem urbem nondum condidit,' significans, exstruere præclarius esse, quam destruere. Recte sane.

— ibid. ἐπὶ Θράκης] id est, ἐν τῇ Θράκῃ, *in Thracia*. non est exponendum, *ad Thraciam*: tum enim Græcum esset, πρὸς τὴν Θράκην. sed hic nihil vetat dicere, *Olynthus fuit urbs Thraciæ*. Amplior enim et frequentior est Græcis præpositionum usus, quam Latinis. Diligenter igitur observandum, quando in genitivos aut ablativos, quando in adjectiva nomina, quando in alios casus, sint convertendæ.

— ibid. Θρᾴκης] Θρᾷξ pro Θράϊξ, Ionice Θρῄξ. Θρᾷττα vel Θρᾴττα et Θρῄττα, Thracia mulier. Θράκη, Thracia regio. Θράκιος et Θρῄκιος, adjectivum. Horatius: "Otium bello furiosa Thrace," pro Thracia, Græca terminatione dixit. Est autem Europæ regio amplissima, finitima Macedoniæ. Descriptiones petendæ sunt e Strabone, Mela, Plinio, Ptolemæo: situs, e tabolis Geographicis. Supervacaneum enim est, in singulis locis auctorum totas artes et historias explicare, quæ rectius e suis quæque scriptoribus sumuntur. Breviter admonere lectorem, est satis. Quare nos in hoc genere, nisi postulare necessitas videatur, nusquam erimus longiores.

ibid. Ἑλληνικὸν] Ἕλληνα quidam Deucalionis, alii Phthii Thessali, Jovis alii filium faciunt, atque ab eo Ἕλληνας et Ἑλλάδα nomen accepisse dicunt: quum prius singuli populi suis quibusdam appellationibus, ut Bœoti, Thessali, Attici, Argivi, &c. vel Γραικοὶ (quod vocabulum et Latini retinuerunt) nominarentur. Ab Ἕλλην fit adjectivum Ἑλληνικός, ή, όν. Sed τὸ Ἑλληνικὸν, et τὰ Ἑλληνικὰ, (quod et in aliis plerisque fit adjectivis) substantive ἀντὶ τοῦ Ἑλλήνων, pro ipsis Græcis, aut rebus Græcorum gestis ponuntur.

— ibid. δὲ] *Vero, autem, sed, ac, at, atque.* Quæ particula quum Græcis frequentissima sit, et toties sine molestia repeti non possit: alias omittenda, alias plures clausulæ uno ambitu comprehendendæ videntur. Sed de hac plura diximus in præmonesi Isocratica.

— ibid. ταύτῃ τῶν ἐνοικούντων] Pro τῶν οἰκούντων ἐν ταύτῃ. Verbo composito resoluto, et præpositione suo casui juncta. Sic propter concinniorem sonum naturalis ordo constructionis, sæpe nonnihil immutatur: quæ res minus in bonis scriptoribus versatos aliquando perturbat. ταύτῃ dativus ab οὗτος, αὕτη, τοῦτο, sæpe adverbiascit, et significat, hoc loco, *hac de causa, in hac parte.*

— ibid. γένος] *Genus, gens*, ab inusitato verbo γένω. Sed Græci sæpe dicunt εἶδος, ubi Latini *genus*: ut, πολλὰ εἴδη τῶν συναλλαγμάτων, *multa genera contractuum.*

— ibid. ἀπὸ Χαλκίδος] *A Chalcide*, scilicet ἐληλυθὸς, ἀρμημένον, *Chalcidicum, Chalcide profectum.* χαλκὸς, æs. χαλκίδες igitur plures urbes dictæ sunt, a fodinis metallicis, quæ apud Germanos a montibus aut vallibus plerunque nomen habent, addito divi alicujus nomine: ut D. Annæ mons, Joachimi vallis. Sic nostra lingua dicuntur Halæ (quod a Græco ἅλς fit) oppida salinarum: ut Hala Suevica, Saxonica, in Œni vallibus.

— 3. τῆς ἐν Εὐβοίᾳ] Scilicet οὔσης, vel γενομένης, *ejus quæ est*, vel *fuit, in Eubœa, Euboicæ.* Εὐβοῖδος (quod et Εὐβοΐδος, ut apud Sophoclem, Εὐβοΐδα χώραν), Εὐβοϊκῆς. Εὔβοια dici videtur a *bonitate boum*, ut et Italiam volunt (habet et Βοιωτία nomen ἀπὸ τῆς βοὸς), Insulam eam esse maris Ægæi, Atticæ, Bœotiæque vicinam, notum est: hodie Nigropontum vocant: cum olim Μακρὶς diceretur, quod porrecta esset in longitudinem.

— ibid. Ἀθηναίων] Ἀθήνη et Ἀθηνάα, contracte Ἀθηνᾶ, quæ alio nomine Παλλὰς, a *vibranda hasta*, ut Latine *Minerva* a *minando*, in contentione cum Neptuno victrix, urbi olim et belli et sapientiæ gloria florentissimæ a Mahumete Turcico tyranno ante annos fere centum funditus deletæ, nomen fecisse perhibetur. Unde Plato 1. de Legibus: ὦ ξένε Ἀθηναῖε· οὐ γάρ σε Ἀττικὸν ἐθέλοιμ' ἂν προσαγορεύειν· δοκεῖς γάρ μοι τῆς θεοῦ ἐπωνυμίας ἄξιος εἶναι μᾶλλον ἐπονομάζεσθαι. hoc est: *O hospes Atheniensis: neque vero te Atticum appellare velim, quum deæ* (id est, Minervæ) *sis cognomento dignior.* Vere igitur poeta:

"Conveniunt (inquit) fatis nomina sæpe suis."

— ibid. ἄποικος] *Colona*: adjective, ὁ καὶ ἡ ἄποικος, καὶ τὸ ἄποικον. Item substantive, οἱ ἄποικοι, *coloni.* Unde verbum

ἀποικίζειν, *mittere in colonias:* ἀποικεῖν, *ire in colonias:* ἀποικία, *colonia.* cui ἡ μητρόπολις oppositur.

— ibid. καὶ ἔνδοξοι] Scilicet εἰσὶ, vel γεγόνασι. *Multa vero bella Olynthi, et celebria sunt,* vel *fuerunt.* Verbum εἰμὶ sæpissime a Græcis omittitur.

— ibid. τῆς Ὀλύνθου] *Olynthi,* τῶν Ὀλυνθίων κατὰ συνεκδοχὴν, id quod continet, pro eo quod continetur, est positum. Accommodata captui rudiorum docendi ratio est, Græca totidem verbis, iisdemque casibus et temporibus (tametsi nec sententia, nec constructio sibi constet) exprimere. Sed si id solum fiat, nihil esse queat ineptius. Progrediendum igitur paulatim est, ac primum constructio, post etiam phrasis corrigenda, denique etiam elegantiæ et concinnitatis habenda ratio. Hic igitur iterum in convertendo, compendio sum usus, ne bellum gerere, sæpius esset repetendum: et rei loco personam posui, quo planior, et minus molesta esset oratio. Nam hoc licere debet interpreti, si sententiæ nec accedat nec decedat quicquam, ut suo arbitratu verba quædam omittat, quædam addat, alia mutet, alia transponat. Magis tamen (si fieri nequeat, quin in alteram partem peccetur) probanda est superstitio, quam licentia, quæ raro caret erroribus, id quod multis exemplis non obscurorum interpretum possem planum facere.

— 4. Ἀθηναίοις τε] Hæc αἰτιολογία refertur ad ἔνδοξοι. Nam Atheniensium et Lacedæmoniorum semper summa fuit inter Græcos auctoritas, usque ad Alexandri Magni tempora. Possunt etiam ἔνδοξοι πόλεμοι intelligi de victoriis. πολλοὶ autem, quia plura fortasse gesserunt bella, quæ nos, amissis veteribus historicis, ignoramus. Quanquam fieri potest, ut sæpius eum iisdem Atheniensibus et Lacedæmoniis sit belligeratum, ut post annotabimus. Diodorus lib. 12. προσβοηθησάντων τοῖς Βοττιαίοις Ὀλυνθίων, ἠττήθησαν ὑπὸ τούτων μάχῃ οἱ τῶν Ἀθηναίων στρατηγοί. et: Ὀλύνθιοι στρατεύσαντες ἐπὶ πόλιν Μικύβερναν, φρουρουμένην ὑπ' Ἀθηναίων, τὴν μὲν φρουρὰν ἐξέβαλον, αὐτοὶ δὲ τὴν πόλιν κατέσχον. Isocrates Panegyrico: Λακεδαιμονίοις Ὀλυνθίοις καὶ Φλιασίοις νῦν πολεμοῦσι.

— ibid. ἄρχουσι] ὁ ἄρχων substantive, *princeps.* sed hic accipio pro participio, οἵ τινες ἦρχον, *qui imperarunt:* vel ὅτε ἦρχον, *cum imperarent.*

— ibid. τὸ παλαιὸν] κατὰ τὸ παλαιὸν, hoc est, πάλαι. refertur hoc adjectivum, adverbii vice positum, mea quidem sententia, rectius ad ἄρχουσι participium, quam ad verbum ἐπολέμησε. Nam ætate Libanii parebant tum Athenæ, tum reliqua Græcia, ut et Africæ, et Europæ, et Asiæ magnæ partes, Romanis: qui nunc præter imperii nomen, nihil fere habent imperii, nisi quod civili administrationi regnorum successit religionis auctoritas: quæ nec Europam totam amplectitur, et ab Asianis jam olim est repudiata. Meminit hujus belli Demosthenes Olynthiaca secunda.

— ibid. καὶ αὖθις Λακεδαιμονίοις] Scilicet ἄρχουσι τῶν Ἑλλήνων ἐπολέμησε. ζεῦγμα enim esse puto. Nam post devictum Xerxem imperarunt Lacedæmonii: a quibus propter Pausaniæ Spartanorum ducis libidines et violentiam, dominatus ad Athenienses translatus, tandem iisdem fere de causis Lacedæmoniis restitutus est: quos cum Thebani ad Leuctra superassent, imperium Græciæ Philippo Macedoni et Alexandro, atque successoribus eorum cessit, donec, Perseo devicto, ad Romanos fatorum serie devolutum est. Belli a Lacedæmoniis dum Græcis imperarent, illati Olynthiis, meminit Isocrates in Panegyrico. Locum hunc declarant Demosthenes atque Ulpianus, in oratione περὶ παραπρεσβείας, quorum verba supervacaneum esse duxi huc adscribere. Velim enim studiosos in legendis bonis auctoribus ipsos sibi conficere commentarios, eodem auctore a capite usque ad calcem diligenter evolvendo, et cum verbis, tum sententiis inter se conferendis. Quam rationem qui fugit, indignus est cui scribantur commentarii. Quod de iis etiam intelligendum est, qui easdem voces, sententias, historias, in prioribus orationibus expositas, quoties recurrunt, iterum de integro expliceri sibi volunt. Sed et horum pigritiæ succurrunt indices alphabetici.

— 5. χρόνῳ] σὺν τῷ χρόνῳ, *cum tempore, progressu temporis, tandem.* Dativi sæpe degenerant in adverbia.

— ibid. εἰς δύναμιν προεῖλθε μεγάλην] Loquendi modos quisque per se facile observabit: ut, προελθεῖν εἰς δύναμιν, πολεμεῖν τινί. facile item videbit, a Latinorum consuetudine quomodo differant. nec enim nos dicimus, *belligero tibi,* sed *bellum gero tecum, bellum gero contra te.* Sic, *urbs in potentiam progressa est magnam,* nolim ego dicere: sed, *pervenire ad potentiam, crescere, augeri potentiam alicujus, adipisci potentiam.* Neque vero perinde facile est, quæ intelligas, commode interpretari. Summopere igitur necessarium est, magnam Latini sermonis copiam in promtu esse Græcæ linguæ interpreti, quæ sine assidua optimi cujusque auctoris lectione neque parari, neque retineri potest. Quare hoc negotium non tantum eruditionem et diligentiam, sed legendi etiam otium requirit. Quod quia mihi defuit, sæpe minus expolita dictione uti sum coactus. Sed si vita superfuerit, operam dabo, ut in hac quoque re lectoribus æquis satis-

faciam.

— ibid. ὑπερεῖχεν] *Eminuit, excelluit,* sicut Virgilius de Roma,

> " Verum hæc tantum alias inter caput extulit urbes,
> Quantum lenta solent inter viburna cupressi."

— 6. πολύ τι γένος] *Multum quoddam genus,* hoc est, non parva multitudo, magnus numerus. Ulpianus docet 32. Græcas urbes Chalcidici generis fuisse in Thracia.

— ibid. Φιλίππῳ δὲ] Quia δὲ toties apud Latinos sine molestia repeti non potest, ego pro *autem,* posui *post.* Philippus autem notior est, quam ut quicquam de eo sit scribendum. Atque hic Lectorem Demosthenis monitum velim, Justinum, Diodorum Siculum, Æmylium Probum, Plutarchum, Pausaniam, sæpe esse consulendos. Quod si Theopompum et Ephorum haberemus, multa loca Græcorum scriptorum nobis essent planiora. Sed quum testimoniis historicorum destituimur, ipsis auctoribus credamus licet (quod idem et in Ciceronis lectione faciendum est) aut boni consulamus nostram ignorantiam, præsertim cum res capitis non agatur.

— ibid. συμμαχίαν] Ab *una pugnando* fit nomen, et tam inferendi quam propulsandi belli societatem complectitur. ἐπιμαχία, propulsandi duntaxat, ut apparet, ex Thucydide.

— 7. ποιησάμενοι Φιλίππῳ] Pro πρὸς Φίλιππον, eo nimirum, ne Macedonem hostem habere cogerentur, et ut cæteris hostibus facilius resisterent. Sunt enim coactæ sæpe magis, quam voluntariæ, societates et amicitiæ.

— ibid. πολεμοῦντες μετ' αὐτοῦ] συμμαχοῦντες αὐτῷ, id est, *conjunctis cum eo viribus, adjuvantes eum in bello.* Nam *gerere cum aliquo bellum,* est πολεμεῖν τινὶ, vel πρός τινα.

— ibid. πρὸς Ἀθηναίους] *Contra.* ut Cicero: " Unus furiosus gladiator, cum teterrimorum latronum manu contra patriam, &c. gerit bellum."

— ibid. τὸ κατ' ἀρχὰς] Capitur adverbialiter, pro ἐν τῇ ἀρχῇ, πρῶτον. Articulus τὸ, elegantiæ causa ex supervacaneo accedit. Quædam exemplaria uno verbo et accentu, τοκαταρχάς: id quod in multis accidit, ut vel ὑφὲν vel διαιρέτας legantur.

— ibid. καὶ τοῦτο μὲν — τοῦτο δὲ] *Partim, tum, alias, modo, nunc, et,* atque aliæ particulæ geminari solitæ, quas suspensivas Grammatici vocant, his articulis respondent.

— 8. Ἀνδεμοῦντα] Ἀνδεμόεις, ὀπώεις, ἀμαθόεις, τραπεζόεις, (όεις in ους contrahitur) masculina terminatio est. Ovidius tamen fœminino genere dixit.

> " — Gravidamque Amathunta metallis."

Strabo lib. 14. Samum insulam Ἀνθεμοῦντα fuisse dictam ait: sed hoc, de quo nunc agitur, oppidum, sicut et Potidæam, in Macedonia recenset Plinius lib. 4. cap. 10.

— ibid. εἰληφότες] *Accepta, cum accepissent:* vel, τῷ εἰληφέναι, διὰ τὸ εἰληφέναι, *ob acceptam, eo quod acceperant.* Nam sæpe causam significant participia.

— ibid. ἀμφισβητήσιμον] ὃς ἑκάτεροι ἀντεποιοῦντο. *de qua inter eos contentio erat, controversam, quam utrique sibi vendicabant.* Socrates philosophiam suam ἀμφισβητήσιμον ὄναρ nominabat: hoc est, *ambiguum somnium.*

— 9. Ποτίδαιαν] Vide Olynthiacam secundam.

— ibid. ἐχόντων] ὅτε εἶχον.

— ibid. Ὀλυνθίοις παρέδωκεν] Sic legendum est, non Ἀθηναίοις. παρέδωκεν autem, ἀντὶ τοῦ, ἔδωρήσατο. In prima Olynthiaca παραδοῦναι *deditionem* significat, ut ex Philippi epistola colligitur.

— 10. ὑποπτεύειν] ὑπόπτως πρὸς αὐτὸν ἔχειν.

— ibid. πολλὴν τὴν αὔξησιν] Nos non *multum incrementum,* sed vel *multum incrementi,* vel *magna incrementa* dicimus.

— 11. οὐ πιστὴν δὲ νῦν γνώμην] Perfidia Philippi exagitatur secunda Olynthiaca. Secutus est Philippus (id quod usitatum est hominibus bellicosis) Eteoclis Euripidei sententiam: εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι κάλλιστον ἀδικεῖν, τἆλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών. Quos versus Officiorum 1. convertit Cicero. " Nam si violandum est jus, regnandi gratia violandum est, aliis rebus pietatem colas." Cæterum observandum est diligenter, quæ adjectiva quibus substantivis jungi solent: ut γνώμη ἀγαθὴ, κακὴ, πιστή. et forma loquendi, κατὰ γνώμην, παρὰ γνώμην.

— ibid. ἀποδημοῦντα] *Cum observassent absentem, peregre profectum;* id est, observata ejus absentia, dilato consilio suo donec peregre abiisset. Cogitare debebant, eum qui abesset, redire posse: longas item esse regum manus, et multos oculos, atque aures.

— ibid. πέμψαντες πρέσβεις] Recte Pausanias: οὐδεὶς πόρος ἔστιν ἀνδρὶ πρᾶξαι, παρασῆναι τὸ καθῆκον ἐκ τοῦ θεοῦ. Frustra igitur suspicantur, frustra fidem frangunt, frustra bellum parant infelices Olynthii, quum venisset, ut Virgilius ait,

> " —Summa dies et ineluctabile fatum."

Sic Herodotus de Candaule: ἔδει ἄρα κα-

κῶς γενέσθαι τῷ Λυδῷ.

— 12. ποιοῦντες] Pro ἐποίουν dé.

— ibid. τὰς πρὸς Φίλιππον] Scilicet πεποιημένας. Nam articuli juncti præpositionibus, participia sæpe includunt: sicut paulo ante, τὴν πρὸς αὐτοὺς πόλεμον. ubi γενόμενον, aut tale quippiam subintelligitur.

— 13. συνετέθειντο] *Pepigerant.* Possit etiam legi συνετέθειτο impersonaliter, *convenerat inter eos.*

— 14. σπείσασθαι, ἐσπεισμένοις, λαβὼν, ἐπῆκεκεν, πεπόμφασι, παραβεβηκόσιν] A verbis σπένδω, λαμβάνω, ἐπιφέρω, πέμπω, παραβαίνω.

— ibid. δεόμενος] προφάσεως δέεται μόνον ἡ αἰτιολογία. Quæ sententia copiosius in oratione Megalopolitana declaratur. Significat autem πρόφασις, Ein fürwort, *prætextum*, interdum *causam, occasionem*, unde verbum προφασίζεσθαι. δεῖσθαι autem hic idem est quod ζητεῖν, εὔχεσθαι.

— pen. τοὺς ἑαυτοῦ] Scilicet αὐτοῦ τοῦ Φιλίππου. In Latino, si dicas, *suis*, ambiguum est: sed sententia tamen docet, ad Philippum, non ad Olynthios esse referendum.

— ult. ἐπῆκεγκε] Recte igitur divinarunt Olynthii, sed non recte consuluerunt: primum, qui cum tyranno belli societatem coierint (quanquam ignoscendum est vel necessitate coactis, vel fraude circumventis). Deinde, qui nimio rerum futurarum metu pacta et conventa violarint. Pœnas igitur dederunt et stultitiæ et perfidiæ suæ, non modo victi, sed et deleti a Philippo: ut in oratione περὶ παραπρεσβείας etiam Demosthenes indicat.

— ibid. οἱ δὲ πεπόμφασι] Obiter etiam hic observabis, hujus narrationis seriem. Orditur a situ Olynthi, et primis conditoribus. Deinde res gestas, incrementa, periculum, defectionem, legationem, ac denique causam, et summam orationis explicat, inserta etiam theatralis pecuniæ ratione.

— ibid. περὶ βοηθείας] Id est, βοήθειαν αἰτίσοντας. Sciebant enim Olynthii, Philippum sibi non magis esse formidabilem, quam Atheniensibus.

P. 8. 1. βοηθεῖν κελεύων] Hæc est propositio: Defendendos esse Olynthios, olim hostes Atheniensium, nunc lubricæ fidei socios Philippi, μᾶλλον δὲ ἀποστάτας. Quare adversarii Demosthenis plausibiliorem causam defendisse videntur.

— ibid. καί φησι τὴν] Confirmatio ab utili: quod unum a Græcis civitatibus spectari, non sine insigni criminatione suæ gentis, in Philippica testatur Isocrates: nec multo aliter Demosthenes in Megalopolitana et Rhodiaca.

— 3. παιεῖσθαι τὸν πόλεμον] Id est, τοῦ πολεμεῖν. *Facere bellum*, Latinis aliud est.

— 4. ὑπὸ Φιλίππῳ γένηται] ἐὰν ὁ Φίλιππος καταστρέψηται τὴν Ὄλυνθον, καὶ αὐτῆς ἐγκρατὴς γένηται.

— ibid. ἀνεῖσθαι] παραλ. infinitus, ab ἀνίημι, ἀνίεμαι: *remissam, laxatam, apertam esse viam*, pro ἀνεῷχθαι. Utilitas contrario illustratur.

— 5. φησὶ δὲ] Occupatio, pertinens ad locum facultatis, qui copiosius in secunda quam in prima Olynthiaca tractatur.

— ibid. οὐχ ὡς ὑπείληπται] Sic legendum, non οὕτως. Sed in exemplari quodam, sive Romano, sive Florentino (est enim ἀνώνυμον), paucarum Demosthenis orationum, legitur: φησὶ δὲ μὴ δυσμάχητον εἶναι τὸν Φίλιππον οὕτως, ὡς ὑπείληπται. Quibus in verbis, tametsi οὕτως abesse potest, ferri tamen idem etiam potest, ut sententia sit: *Esse quidem potentem Philippum, sed non invictum.*

— ibid. ὑπείληπται] Scilicet ὁ Φίλιππος, *quam existimetur*: ab ὑπολαμβάνομαι. ut in Busiride Isocratis: οἱ μειζόνως ἢ κατὰ τὴν ἀξίαν ὑπολαμβανόμενοι, *quorum major est existimatio, quam merentur.* Potest etiam ὑπείληπται capi impersonaliter, ut λέγεται, &c.

— ibid. θαρσύνων] ἵνα θαρσύνῃ, τοῦ θαρσῦναι.

— 7. διείλεκται] A διαλέγομαι, *observandum*, παρακειμένοις et ἀορίστοις sæpe uti Græcos, ubi Latini præsentibus magis delectantur. Hæc pars in tertia Olynthiaca tractatur maxime. Sic vides banc hypothesin non ad primam duntaxat, sed in universum ad omnes pertinere Olynthiacas.

— ibid. στρατιωτικὰ ἀντὶ θεωρικῶν] *Militares pro theatralibus*, id est, quum nunc sint theatrales, efficiendum ut sint militares. θεωρία *spectaculum* est, in festis deorum potissimum (alias *contemplatio*, quæ τῇ πράξει opponitur), unde θεωροὶ, et τὸ θεωρικὸν πλοῖον apud Platonem. *Spectaculares* dicere non licet: abutamur igitur *theatralibus*, quo verbo et Cicero est usus.

— 8. καὶ τὸ ἔθος] Verba sic ordines licet: καὶ ἀνάγκη σαφηνίσαι τὸ ἔθος, ὧν ἐχρῶντο, οὐ πρόδηλον ὄν: *morem, qui non ita notus est.* Potest etiam οὐ πρόδηλον ὄν, pro οὐ προδήλου ὄντος τοῦ ἔθους, capi. οὐ πρόδηλον, *subobscurum.*

— 9. λιθίνου] ἐκ λίθων κατεσκευασμένου.

— 10. καί που] ἀντὶ τοῦ, ἔστιν ὅπου, ἢ ἐστὶν ὅτε, hic poni videtur.

— 11. οἱ προεστῶτες] κατὰ συγκοπὴν τε καὶ κρᾶσιν, οἱ προεστηκότες, a verbo προΐστημι, *præsum.*

— 12. καταβαλόντα] καταβάλλειν, non tamen *dejicere* et *prosternere*, sed etiam *numerare* et *solvere debitam pecuniam*: sicut nostra lingua dicimus, das Geld erlegen. Unde ἡ πρώτη, δευτέρα, τρίτη καταβολὴ, *prima, secunda, tertia pensio* (quem vulgo *terminum* vocant), frist, zil,

zalung.

— ibid. θέαν ἔχειν] *Spectaculum habere*, pro, τοῦ θεᾶσθαι τόπον καὶ ἐξουσίαν, *spectandi locum et facultatem.*

— 13. ὀβολοὺς] Hoc nomine nostrate lingua abutimur, pro vilissimo nummulo: cum obulus Atticis fuerit sexta drachmæ pars, quarum octonæ aureum Rhenensem conficiunt, denæ Gallicum coronatum.

— 14. οὐκ εἰς τοῦτο] Alia exemplaria habent εἰς τόπους, sed nihil refert.

— pen. περὶ τὰς] *Circa expeditiones, in expeditionibus*, vel *ad expeditiones obeundas.* quanquam dubito, an pro περὶ, legendum sit ἐπὶ, vel πρός.

— ult. κατέστησαν] κατέστην et καταστῆναι, καταστὰς, ἀόρ. β. verbi activi καθίστημι, passive pro κατεστάθην, καταστασθῆναι, κατασταθεὶς, crebro usurpantur. Sed enumeremus tam activa quam absoluta seu passiva. Activa igitur fere sunt ἵστημι, ἵστην, ἕστακα, ἑστάκειν, ἔστησα, στήσω. Absoluta seu passiva: ἕστηκα, εἱστήκειν, ἔστην. Eadem est et participiorum, quæ hinc descendunt, ratio.

— ibid. στρατευόμενοι] ὅτε ἐστρατεύοντο, vel διὰ τὸ στρατεύεσθαι: addito articulo, οἱ στρατευόμενοι, interpretari opporteret, *ii qui militant*, vel *militabant*. Raro enim participia præsentia eo modo usurpant Latini, quo Græci. Activis quidem præteritis Græcorum respondent deponentia præterita Latinorum: ut ἀποδημήσας, ἐπανελθὼν, δειπνήσας, ἀριστήσας, *profectus, reversus, cœnatus, pransus.* Quod si deponentia defuerint, circuitionibus est utendum: ut, εἰληφὼς μισθὸν συνεμάχησε, *stipendium accepit, eumque in bello juvit*, vel *quum accepisset stipendium*, vel *accepto stipendio.* Sed hic persona agens non exprimitur: ut si dicas, *tyrannus hospitem male mulctatum interfecit*, ambiguum est, ipsene tyrannus hospitem male mulctarit, an alius. sed in Græco est certum, τὸν ξένον ὁ τύραννος ἀφειδῶς χρησάμενος ἀπέκτεινεν.

— ibid. μισθὸν] *Mercedem*, id est, stipendium, pecuniam quæ numerabatur militibus. nam cibaria etiam data esse militibus, quæ σιτηρέσιον appellarentur, e Philippicis, et oratione πρὸς Πολυκλέα videtur posse colligi, ut alio loco indicabimus. Est et apud Cæsarem frequens, *metiri frumentum militibus.*

p. 9. 1. μένοντες] οὐ στρατευόμενα. Potest participium hoc omitti, aut in verbum mutari: *manebant domi, et partiebantur.*

— ibid. διενέμοντο] διεδίδουν, διεμέριζον: formatio media est, significatio huc loco activa. Differunt tamen (non semper, sed aliquando) sic ab activis media, ut illa, *eum qui ipse facit aliquid*; hæc, *eum qui faciendum curat*, significent. ut, ἡ βουλὴ ἐποιήσατο τὰς τριήρεις, *senatus curavit faciendas triremes*; ὁ τέκτων ἐποίησε, *faber fecit*; ὁ καταψευδομαρτυρήσας, *qui falso testimonio oppressit*; ὁ καταψευδομαρτυρησάμενος, *qui falsos testes subornavit*; καταδικάσαι, judicis, καταδικάσασθαι, accusatoris, est. Germani pro ποιήσασθαι, machen lassen: interdum simpliciter machen καταχρηστικῶς dicunt: curatori id tribuentes, quod fit ab artifice.

— 2. ἐξιέναι] ἔξω τῆς χώρας ἡ πόλεως στρατεύεσθαι.

— ibid. νόμον ἔθεντο] θεῖναι νόμον, est *legem ferre, rogare*, θέσθαι νόμον, *jubere, sancire, comprobare.* hoc populus fecit, illud legislator Eubulus. τῷ θέσθαι, contrarium est τὸ λῦσαι καὶ καταψηφίσασθαι, *abrogare, improbare, repudiare*, legem.

— 3. θάνατον ἀπειλοῦντα] Brevius dicere licuisset: *capite sanxerunt, ne quis*, &c. sed cum Græca phrasis retineri potuerit, nulla mutandi causa fuit.

— ibid. τάξιν] τοῦ στρατευομένους λαμβάνειν μισθόν.

— ibid. καὶ γενέσθαι] ἐπεξήγησις.

— 5. ὅτι σὺ γράφεις] ὅτι et ὡς et γὰρ sæpe abundant in Latino sermone. Nec enim, *quod tu*, sed, *Tune? tu igitur?* dicendum est.

— ibid. ἐπιφέρει] *Infert, subjicit*: cujusmodi figura est subjectio.

— 6. τοσαῦτα μὲν] Alia exemplaria, ταῦτα μὲν, subintelligitur εἰρήσθω: *atque hæc de theatrali pecunia scilicet dicta sint.*

— 7. πολιτικῆς] πολιτικὴ δύναμις opponitur τοῖς ξένοις, aut ξενικοῖς στρατεύμασι.

— 8. εἰώθεσαν] Pro εἰώθεισαν, ab ἔθω, εἴωθα, εἰώθειν.

— ibid. τοῦτο γὰρ] τὸ μὴ αὐτοὺς στρατεύεσθαι.

— ibid. τὰ πράγματα] Scilicet τὴν ἡγεμονίαν. Apud Xenophontem, ἔρρει τὰ καλὰ, *perierunt bona*, id est, res nostræ sunt afflictæ, mutata est fortuna reipublicæ.

# ANNOTATIONES IN PRIMAM OLYNTHIACAM.

Πολιορκητικαὶ παρατηρήσεις εἰς τὸν ἀ τῶν Ὀλυνθιακῶν.

α'. Argumentum, status, propositio.

β'. Capita et loci argumentorum, honestum, utile, facile, necessarium.

γ'. Suasionis partes, exordium, confirmatio, peroratio.

δ'. ὁ χαρακτὴρ μέσος.

Argumentum ab Ulpiano et Libanio copiose est expositum. Causæ genus esse

suasorium, nemo non intelligit. Propositio est: opem esse ferendam Olynthiis. Confirmatio sumitur ab utilitate Atheniensium: illustratur contrariis, similitudinibus, exemplis: aspersas habet adhortationes et reprehensiones. Quæ omnia pertinent ad voluntatem excitandam: id quod fieri non potest, nisi etiam facultas adesse demonstretur: in qua sunt et hostium, et nostræ vires considerandæ. Demosthenes igitur Philippi potentiam extenuat, pecuniam non deesse Atheniensibus (nam de ea potissimum laboratur) et quanto præsidio futuri sint Olynthii, ostendit. Hæc autem capita utilitatis et facultatis varie implicantur, et sæpe repetuntur: quo magis ipsa res infigatur auditorum animis. Exordium ad benevolentiæ captationem minus, magis ad attentionem est accommodatum. Nam auditor jam antea docilis est, quum quæ res agatur, non ignoret; eam tamen (ut socors est vulgi ingenium) minus curet. Propositionem confirmatio sequitur, in qua sunt et narrationculæ, et occupationes, et confutationes nonnullæ. Peroratio non enumeratione argumentorum, aut affectuum commotione, sed distributione, constat, qua officii sui tria genera civium, adolescentes, divites, oratores admonet, ac voto brevi orationem concludit. Etsi enim Ulpianus in præfatione ab his verbis, δεῖ τοίνυν ὑμᾶς, ὦ ἄ. Ἀ. τὴν ἀκαιρίαν τὴν ἐκείνου, &c. Demosthenem ἄπτεσθαι τῶν ἐπιλόγων ait, ego tamen eidem magis assentior (si tamen idem auctor est) cum in enarratione dicit, eum πληρώσαντα τὴν ἐξέτασιν τοῦ δυνατοῦ εἰς προτροπὴν μετελθεῖν. Illum igitur μέρους μόνου, hunc πάντα δὴ ταῦτα δεῖ συνιδόντας, ὅλου τοῦ λόγου ἐπίλογον esse censeo. Sed de hoc, suo quisque arbitratu statuat. Nam in hoc artificii genere οἱ λόγοι καταπαλαίουσι τοὺς λόγους. Genus item dicendi quod sit, difficile est judicium. Fere nullam puto esse orationem, quæ tota vel gravi, vel attenuata, vel intermedia constet figura: sed sunt aliæ partes aliis tenuiores, aut grandiores. In hac tamen servari videtur maxima ex parte mediocritas; sic tamen, ut (id quod causæ magnitudo postulabat) nonnunquam assurgat altius. Cætera suis quæque locis brevius et commodius explicabuntur.

p. 9. 1. ἀντὶ πολλῶν] περίοδος τρίκωλος, μίρυρος, ἰσοσκελής, ἐπεμβολὴν ἔχουσα.

— ibid. οὐδὲν τῶν δέοντων ἐλλείποντες. Ἀμφιπολιτῶν] Fit partitio inter Pydnæos et Amphipolitas, non inter Pydnæos et Pydnæos. [Quid sibi velit V. D. in hac et tribus subsequentibus notis, parum intelligo.]

— ibid. ὑστάτους, τοὺς μάλισθ' ὑπὸ χεῖρα, προτεθρεύσει] *In res gerendas incumbet.* σύνταξις, *ratio accipiendi.*

— ibid. ἄνευ παραγμάτων] χωρὶς τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα. ἀδοξίαν] Notam infamiæ, maculam turpitudinis eluamus. κάλλιστα, optimo statu, ἐπιὼν, actis cuniculis, per insidias subiens. ἀντέχει, si respub. Olynthiorum Philippum sustinuerit, τὴν ὑπάρχουσαν ditionem illius, quam in potestate sua nunc habet. ἀλλ' ὦ τὰν, At, bone vir, nolet hoc facere Philippus Olynthiis excidium minatus postulata sua repudiantibus.

— ibid. πεισθέντες] Hinc oratorum πίθανὰ, argumenta ad persuadendum accommodata. ἐκφέρειν, ostendere. Commotio, ἀνακεφαλαίωσις, πάθος. quia metum periculi cum spe victoriæ permiscet, quæ maxime in hac parte augentur. Rhetores ingenium ad conjuncta referunt: in quibus latent attributa personarum, Cicero. præclara sunt, in quibus utilitatis species prius honestate contemnitur. Vicinis plerunque male convenit. κατὰ σύγκρισιν ostendit, quod καθ' αὐτὸ demonstrare non potuit. Estne objurgatio verborum magis an rerum? Accedendo ad singula, frangentur universa. πραγματικὸν, ad causam accommodatum.

p. 9. 1. ἀντὶ πολλῶν] Verbum verbo, *Pro multarum, o viri Athenienses, pecuniarum, vos elegisse existimo, si perspicuum factum sit futurum profore urbi, de quibus nunc speculamini.* Quis hæc non derideat? sunt enim manifeste absurda. Sed sæpe occurrunt non multo aptiora. quæ mediocriter literati, boni consulunt. cujusmodi sit, si πολλὰ χρήματα *multas pecunias* interpreteris, aut *multum pecuniæ.* Quæ tametsi non reprehendo, malo tamen dicere, *magnum pecuniam.* Talia linguarum discrimina diligenter consideranda sunt interpreti, ne modos, numeros, personas, tempora, partes orationis, vocabula, loquendi modos, collocationem verborum, et si qua sunt hujus generis alia, ubique superstitiose consectanda sibi putet: sed ut perpetuo meminerit, quomodo probatissimi quique auctores loqui soleant.

— ibid. ἀντὶ πολλῶν] Sumitur exordium a re, quam innuit esse magnam. Admiscetur et Atheniensium persona, ὑμᾶς, et oratoris, νομίζω: quæ ad benevolentiæ captationem pertinent. Ut enim odii vituperatio, sic amicitiæ laudatio principium est. Argumentum ex adjunctis.

— ibid. ἀντὶ πολλῶν] Hoc exordium enthymemate constat, hoc modo: De re ardua et obscura deliberatis, ergo cupide audiendi sunt suasores. Major propositio: In rebus arduis et obscuris consilia sunt attente audienda: cum per se nota sit satis, dissimulatur. Sed considerandæ sunt singulorum verborum pondera. Neque enim quicquam est in Demosthene otiosum.

— ibid. ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι] *o viri Athenienses.* Has particulas non esse otiosas, in Gnomologia ostendimus. Sed tamen, quum Cicero ubique fere dicat, Quirites, Judices, C. Aquili, Patres conscripti, Pontifices: et ego particulas, *o viri*, omitto, ut aut Latinis minus usitatas, aut Græcæ linguæ peculiares. Quanquam in antiquis exemplaribus, ὦ Ἀθηναῖοι tantum reperiri, affirmat Obsopœus. Nomen ἄνδρες etiam Æschines fere omittit.

— ibid. χρημάτων] *χρήματα, pecunia, pecuniæ.* Singulari numero χρῆμα *rem* significat, ut μέγα χρῆμα, *magna res.* μέγα τι χρῆμα Ῥηγίου, pro μέγα Ῥηγίου, elegans eloquendi modus, quæ Cicero penultima ad Appium epistola his verbis videtur imitatus: "Non horum (inquit) temporum, non horum hominum atque morum negotium." οὐ τούτων τῶν καιρῶν χρῆμα, ὅπερ ἐστὶν, οὗτοι οἱ καιροί.

— ibid. χρημάτων] Athenienses in hac re utile consilium magnæ pecuniæ anteferrent, ergo ardua est deliberatio.

— ibid. πολλῶν ἂν, ὦ ἄν. Ἀ. χρημάτων] Inter adjectivum et substantivum hic verba quatuor interponuntur. Sic post, inter articulum et nomen: τὴν τοῦ συμφέροντος ὑμῖν αἵρεσιν. Elegantes hæ trajectiones verborum, sonoræ item circumductionum clausulæ, ut συμβουλεύειν, γενέσθαι, sunt observandæ, atque in loco imitandæ.

— 2. ὑμᾶς] ἐμφατικῶς accipiendum esse, docet Ulpianus.

— ibid. ἂν ἐλέσθαι] ἄν, quam δυνητικὸν μόριον appellant Græci, potentialem, seu potentativum, ut vocant, complecti modum (imperativo duntaxat excepto) modis et participiis etiam jungi, notum est. Significat autem, *posse, velle, debere*, prout sententia postulat: ut hic, ἂν ἐλέσθαι, pro ἐθέλειν ἐλέσθαι. Latini per omnia subjunctivi tempora hoc genus locutionis pronuntiant, Linacro auctore. ἂν etiam pro ἐὰν ponitur, ut ἂν θεὸς ἐθέλοι. κἄν, κἂν, *sive, sive*, κἄν, *tametsi, saltem*, interdum et κἄν pro ἐάν. κἂν, καὶ ἐν. ἐλέσθαι, a verbo αἱροῦμαι.

— ibid. ἐλέσθαι] Noema: Publica utilitas anteponenda est magnis privatis opibus.

— ibid. νομίζω] Cur? quia estis magnanimi, quia reipub. amantes. Sic Atheniensibus id tribuit, quod etsi in eis non erat fortasse, tamen debebat esse, majus publicæ quam privatæ rei studium.

— ibid. νομίζω] Temeritatis est, affirmare tibi perspectum esse auditoris animum. Interdum tamen id callide fingunt oratores.

— ibid. εἰ φανερὸν γένοιτο] Ergo dubitant et ignorant auditores, quid sit e republica.

— ibid. γένοιτο τὸ] Vides Demosthenem menti servire magis quam auribus? mox, σκοπεῖτε ὅτε. Item, προσήκει προθύμως. paulo post, ἐθέλειν ἀκούειν. atque iterum, ἐπελθεῖν, εἰπεῖν. Item, εἴπερ ὑπέρ. Atque adeo non multo post, quasi gustata Hesiodi lauru, poeta repente nobis exsistit, τἀγαθὰ (si δὴ interponas, versus erit integer) τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον εἶναι. Hujus generis apud Demosthenem et Ciceronem permulta reperiuntur. Æquum igitur fuerit, eos etiam nobis interdum ignoscere, aut putare nos quoque dissimulandi artificii causa fecisse, quorum tantum est aurium fastidium.

— ibid. ἐλέσθαι νομίζω, εἰ φανερὸν γένοιτο] *Prælaturos arbitror, si perspicuum fiat*, ἐλέσθαι ἀντὶ τοῦ αἱρήσεσθαι· κατ' ἐναλλαγὴν χρόνου. Deinde ἐλέσθαι εἰ γένοιτο: particula εἰ cum optativo, sæpe loco accusativi, aut alterius casus quem verbum exigit, ponitur: quod et in Isocrate notavimus. Nam τὸ ἐλέσθαι certe accusativum, aut, qui idem valeat, infinitivum postulat, ut hic: ὑμᾶς ἐλέσθαι τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει, φανερὸν γενόμενον, hoc est, τὸ συνοῖσον, τὴν ὠφέλειαν τῆς πόλεως. Quoniam igitur verba auctoris Græca, totidem Latinis reddita, duriuscule cohærent, ego interpretatus sum: *rationem, qua perspicuum fiat:* aut (quod tantundem est) *declaretur, explicetur.* Nam, ut nihil facilius, sic nec puerilius quicquam est, et ineptius, quam verbum verbo annumerare: si quam ea res vel dictionis absurditatem, vel sententiarum obscuritatem pariat. Alioquin optarim me omnia totidem syllabis, atque adeo literis posse reddere. Modos loquendi insigniores per se quisque observabit: quod genus et hic est, τί ἀντὶ πολλῶν ἐλέσθαι χρημάτων, *aliquid magnæ pecuniæ anteferre.* In eodem sensu interdum et προαιροῦμαι ponitur, ut Clem. pædag. 3. τὴν ἀνθρώπειον κακοτεχνίαν πρὸ τῆς θείας αἱρεῖσθαι δημιουργίας.

— ibid. τὸ μέλλον] Ergo non præsentis duntaxat temporis habenda ratio, sed in longitudinem consulendum, neglectis illis binis obolis.

— ibid. τὸ μέλλον συνοίσειν] Nota circuitio futuri per verbum μέλλω, cum infinitivis, non abhorrens a pleonasmo: pro, τὸ συνοῖσον, a verbo συμφέρει. Similis est et Germanorum loquendi ratio, μέλλω τοῦτο ποιεῖν, ich werdt es thun. οὐ μέλλω ὑποίσειν, ich werdt es nicht leiden werden.

— ibid. συνοίσειν τῇ πόλει] Vide quam callide præ se ferat, Reipub. causam agi potius, quam Olynthiorum, quibus patrocinatur.

— 3. περὶ ὧν] Ergo recta est, repudiatis aliis cogitationibus, in bonum publicum intuendum.

— ibid. περὶ ὧν] Utrum ἀνθρώπων, ἢ πρα-

γμάτων; Item considerandum ὧν plurale, an pro οὗ singulari sit positum, καθ' ἑτέρωσιν numeri, usitatam Græcis.

— ibid. περὶ ὧν] περὶ ἐκείνων ἃ, vel, περὶ ἐκείνων, περὶ ὧν. Dicitur enim utrumque σκοπῶ τοῦτο, et σκοπῶ περὶ τούτου. Est aut ἑτέρωσις numeri, aut ἔλλειψις antecedentis, ἐν τούτοις περὶ ὧν. Sed si legas περὶ οὗ, scilicet τοῦ συνείσοντος τῇ πόλει, nihil opus est argutias quærere. Sententia est: deliberari nunc quid sit futurum e republica; cui privata lucella sint postponenda. Ad constructionem quod attinet: antecedens in hujusmodi loquendi modis omittitur; et in ejus casu, qui casus ad antecedens verbum pertinet, relativum ponitur, etiamsi verbum sequens aliom casum postulet: ut χρῶμαι οἷς ἐκτησάμην βιβλίοις, pro χρῶμαι τούτοις βιβλίοις ἃ ἐκτησάμην. Nam χρῶμαι dativum, κτῶμαι accusativum, postulat.

— ibid. περὶ ὧν νυνὶ σκοπεῖτε] *De quibus nunc deliberatis.* Est et hoc propter brevitatem obscurius. Ego igitur converti: *In hoc negotio, de quo deliberatis.* Ejus enim superstitionis legibus, ut Latina Græcis commatibus et colis verborum, atque adeo syllabarum numero et mensura respondeant, me solutum esse volo. Neque enim Ciceroni probatur, nimis magnum studium multamque operam in res obscuras atque difficiles conferre, easdemque non necessarias. Reprehendit et Dionysius Halicarnasseus in Isocrate, ὅτι δουλεύει ἡ διάνοια πολλάκις τῷ ῥυθμῷ τῆς λέξεως, καὶ τοῦ κομψοῦ λείπεται τὸ ἀληθινόν. Quare nos dimensiones istas syllabarum iis relinquemus, qui abundant otio: sententias bona fide appendisse atque annumerasse contenti.

— ibid. ὅτε] Adverbium temporis, *quum, quando:* cui nonnunquam respondet τότε, *tum.* Hic, pro ἐπειδή, ut etiam Latina illa sæpe videtur capi. Sequitur enim τοῦδ', quod sententiam non generalem aut ὑποθετικὴν esse sinit, sed affirmativam facit, et ad præsens negotium adstringit.

— ibid. ὅτε οὕτως ἔχει] Supra dubitanter proposuit, verbo νομίζω: nunc asseveranter concludit, et arduam esse deliberationem, et attente consilia esse audienda. Sic in progressu fit animosior oratio.

— 4. προσήκει] Officii vestri est, ergo faciendum.

— ibid. προθύμως] Ergo non adversandom snasori, non oscitanter audiendum.

— ibid. ἐθέλειν] Ex animo igitur, non defungendi gratia faciendum.

— ibid. ἀκούειν τῶν βουλομένων] Verba sensnum jungi genitivis, notum est, interdum etiam accusativis Ἀττικῶς.

— ibid. τῶν βουλομένων] Ergo etiam volontas boni consulenda est, et nemo excludendus.

— ult. συμβουλεύειν] Sacra res est consilium, et cum religione quadam tum dandum, tum accipiendum.

— ibid. συμβουλεύειν] Absolute hic ponitur. alias jungitur dativo, accusativo, infinitivo: ut συμβουλεύω σοὶ τοῦτο, vel συμβουλεύω σοὶ ποιῆσαι τοῦτο.

— ibid. οὐ γὰρ μόνον] αἰτιολογία, Cor omnes audiendi sint. Argumentum ex fine, quod tractatur distributione partium. Sed in oratoribus non tam spectandum est quid, quam cur quicque dicant.

— ibid. οὐ μόνον — ἀλλὰ καὶ] Distributio bipertita consiliorum, immeditata et subita.

— ibid. τι χρήσιμον ἐσκεμμένος] Semetipsum innuit, qui diligentior quam ingeniosior habebatur. et verecunde ostendit, se utile consilium afferre, magna diligentia quæsitum. sed judicium non suum, sed populi esse profitetur: et aliis etiam dicendi potestatem dat. Sic neque alios oratores alienat, et populum simul et conciliat, et attentum facit. Notabis hic obiter, meditationis finem esse utile consilium: quod, tametsi non semper assequimur (multis enim sæpe rebus honesti conatus impediuntur) plus tamen est constantiæ rationis tribuendum, quam fortunæ temeritati.

— ibid. ἐσκεμμένος] a σκέπτομαι. Academicorum, qui σκεπτικοὶ dicebantur, verbum, ἐπέχω περὶ τούτου, καὶ διασκέπτομαι: id est, *nondum hac de re pronuntio, sed amplius deliberandum esse censeo.*

— ibid. ἥκει] Dubitari potest, an legendum sit ἥκοι. per οι, aut ἥκῃ, per η. Quanquam enim sæpe indicativis utuntur Græci subjunctivorum loco, aut optativorum, ea res tamen non raro librariis accepta referri potest. Quid enim facilius (indoctis præsertim, aut parum attentis, atque petulantibus) quam vocales, diphthongos, accentus, distinctiones inter se permiscere, crucemque figere (ut Virgilius dicere solebat) grammaticis?

p. 10. 1. τοῦτο ἂν] Fortasse, τοῦτ' ἄν, Sæpe enim oscitantes aut scioli librarii, vocales pro apostrophis, et contra, scribunt: id quod in carminibus facile deprehenditur.

— ibid. τοῦτ' ἂν ἀκούσαντες λάβοιτε] λάβοιτε ἂν τοῦτο, ἀκούσαντες. Nam participium hic, pro ἐπειδὰν ἀκούσητε, scilicet τοῦ ἐσκεμμένου χρήσιμόν τι ἥκοντος, *id accipere licebit, ubi eum audieritis:* absolute ponitur, aut ἐλλειπτικῶς. Potest et τοῦτο ad utrumque referri verbum, λάβοιτε τοῦτο, ἀκούσαντες τοῦτο: quam figuram Græci Grammatici ἀπὸ κοινοῦ vocant, Latini ζεῦγμα, Græco verbo et ipsi.

— ibid. ἀκούσαντες λάβοιτε] ἀκούσοιτε καὶ λάβοιτε, *audiaris et amplectamini:* vel,

*audita re accipiatis, auditum sequamini.*

— ibid. *ἀκούσαντες λάβοιτε*] Quasi dicat: Nullus est audiendi labor, quum magna esse possit utilitas.

— ibid. *τῆς ὑμετέρας τύχης*] Fortunati sunt Athenienses, ergo neque supplices deserere, neque hostem metuere, et cum spe optima esse debent. Sic miscet affectus inter se contrarios, injicit solicitudinem, et postea consolatur.

— ibid. *τῆς ὑμετέρας τύχης*] Scilicet *ἔχγον ἢ ἔθος εἶναι*, id est, *τὴν ὑμετέραν τύχην εἶναι ταυτην, ὑμᾶς οὕτως εὐτυχεῖν.* Demosthenes sæpe testatur, in Philippicis præsertim, et oratione de Corona, fortunatos esse Athenienses: multisque in locis eorum et ignaviam et temeritatem haud obscure reprehendit. *ἡ τῶν Ἀθηναίων δυσβουλία* olim proverbio exagitata, contraque *ἡ εὐτυχία*, celebrata fuit, noctuæ Palladiæ beneficio. Potuit igitur et illa respublica dicere: *Θέλω τύχης σταλαγμὸν, ἢ πίδον φρενῶν, ἧς μὴ παρούσης δυστυχοῦσιν αἱ φρένες.*

— 2. *ὑπολαμβάνω*] Iterum fugit affirmandi temeritatem.

— ibid. *πολλὰ τῶν δεόντων*] Vide ut non plus tribuat ingeniis oratorum, quam urbis felicitati.

— ibid. *πολλὰ τῶν δεόντων*] Pro, *πολλὰ τὰ δέοντα.* participium *δέον* fit ab impersonali *δεῖ, decet, debet, oportet, opus est, opportunum est, requiritur, ad rem facit.* Unde etiam participii significatio nota est, quod tamen sæpe absolute capitur, pro *quum oporteat, oporteret:* ut, *δέον σπουδάζειν, τὰ παιδάρια παίζει, cum seriæ res agendæ essent, pueri ludunt.* Pericles quum in bello Peloponnesiaco magistratus Lacedæmoniorum corruptisset, *πεντήκοντα τάλαντα εἰς δέον ἀνηλωκέναι ἔφη*, hoc est, *se quinquaginta impendisse talenta dixit, quo fuisset opus.*

— 3. *ἐνίοις*] Ut Demadi, qui excellentissimo et promptissimo fuisse ingenio perhibetur.

— ibid. *ἐκ τοῦ παραχρῆμα*] Scilicet *χρόνου, ex eo tempore, quod juxta rem est*, id est, extempore, subito, impræmeditato.

— ibid. *ἐπελθεῖν*] *subiisse, succurrisse*, id est, *ἐπὶ νοῦν ἐλθεῖν, in mentem venisse, venire, venturum esse.* Licet enim non raro præterita Græcorum, præsentibus, aut etiam futuris reddere: et contra, præsentia præteritis aut futuris: prout sententia postulat, cui perpetuo serviendum est, et a nimia servitute verborum recedendum.

— ibid. *ἐπελθεῖν, εἰπεῖν*] *Succurrisse, dixisse*, id est, *dicturis in mentem venisse*, vel, *quæ dicant.* Ego *dictu opportuna* converti, non quod *δέοντα εἰπεῖν* cohærere necessario putarem: sed quia sic opportunius verba collocari, et sententiæ nihil decedere videbatur. Quanquam me non fugit, Ciceronem in Academicis eodem modo locutum esse: "Illud autem (inquit) mihi ante hoc tempus nunquam in mentem venit a te requirere," id est, *ἐκεῖνο δ' οὐ πώποτ' ἐμοὶ πρότερον ἐπῆλθε παρά σου ἀπαιτεῖν ἢ ἐκζητεῖν.*

— ibid. *ἐξ ἁπάντων*] Scilicet, *τῶν λεχθέντων, τῶν συμβεβουλευμένων.*

— ibid. *ὥστ' ἐξ*] Enthymena est inversum, antecedens posteriore loco positum habens, quod sic recto proferas ordine licet: Ex multorum sententiis facilis est optimi consilii delectus. Ergo sunt omnes audiendi.

— ibid. *ὥστ' ἐξ ἁπάντων*] Tum iis quæ præmeditati, tum iis quæ ingeniosi ex tempore afferunt.

— ibid. *ῥᾳδίαν*] *ῥᾴδιος, ῥᾴων*, unde *ῥαΐζω, ῥᾷστος*, Ionice *ῥηΐδιος, ῥᾳθυμεῖν, ῥᾳδιουργεῖν, ῥᾳστώνη.*

— ibid. *ῥᾳδίαν*] Pertinet et hoc ad consolandum simul, et excitandum auditorem.

— 4. *τοῦ συμφέροντος*] *conferentis, utilis, utilitatis, ejus quod expedit.*

— ibid. *ὑμῖν*] *ἐμφατικῶς*, Græcorum prudentissimis. Nam Pausanias Democratiam Athenienſium ideo diutissime durasse dicit, quod et prudentia et observantia legum reliquis præstiterint.

— ibid. *αἵρεσιν*] Est igitur oratoris *ἡ εὕρεσις*, auditoris *ἡ αἵρεσις.* sed utraque requirit ingenium, fortunam, animi attentionem.

— ibid. *αἵρεσιν*] Sicut dicimus, *αἱροῦμαι ἐξ ἁπάντων τὸ συμφέρον*: sic, *αἵρεσις τοῦ συμφέροντος ἐξ ἁπάντων.* Postea conjunges, *γενέσθαι ὑμῖν ῥᾳδίαν* non, *τοῦ συμφέροντος ὑμῖν.* quanquam hoc quoque tam sententia quam constructio patitur.

— 5. *ὁ μὲν οὖν παρὼν*] Exordio apte annectit propositionem, neque eam nudam, sed ornatam et instructam, ac poetica ferme licentia tractatam, sic tamen, ut oratoria verecundia servetur. Est autem propositio generalis: Græciæ principatus est recuperandus vestra industria. additur circumstantia temporis opportunissimi: ut non Demosthenes, aut quisquam alius orator, sed ipsa occasio consilium dare videatur. hanc si quis *προκατάστασιν* appellare mavult, non impedio. Sequitur enim hujus argumenti propria, his verbis: *ἔστι δὴ τάγ' ἐμοὶ δοκοῦντα.*

— ibid. *ὁ μὲν οὖν*] Sequitur in redditione, *ἡμεῖς δέ.*

— ibid. *ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς*] *χρόνος, tempus et mora: καιρὸς, pars et qualitas* est *τοῦ χρόνου*, ac sæpe pro *temporibus et qualitate negotiorum*, seu *circumstantiis*, interdum etiam pro *modo et mensura* capitur: ut *καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος, modus est pulcherrima virtus.* Item *μηδὲν ἄγαν, καὶ-*

ἐῶ πάντα πρόσεστι καλά. Suidas καιρὸν definit, τὸ ἐφ' ἑκάστου πράγματος καίριον καὶ χρησιμώτατον, id est, *opportunitatem, et commodissimum cujusque rei gerendæ tempus:* quod non aliud est quam εὐκαιρία, *occasio*, sed et τὴν ἀκαιρίαν complectitur, τῇ εὐκαιρίᾳ contrariam. ac simpliciter sic usurpatur varie, ut Latinis *tempus*. Quare quam Cicero in Officiis nominat *inscitiam temporis*, Græce fuerit ἄγνοια τοῦ καιροῦ: quanquam et ἀπειροκαλία dici queat: Potest igitur ὁ παρὼν καιρὸς exponi, *hæc occasio*, ut referatur ad Olynthiorum auxilii petitionem. Potest etiam intelligi de conditione præsentium rerum omnium, ut respiciat non modo Atheniensem rempub. sed ad totius Græciæ statum, et ad Philippi grassationes atque insidias: id quod mihi magis placet. Neque tamen enim qui *occasionem* interpretetur, reprehendendum puto. Nam quum nec in sensu quicquam absurditatis est, et natura vocabuli multiplicem explicationem patitur: liberum suum cuique judicium esse debet. Is tamen maxime probandus erit, qui et Græci scriptoris sententiam acutissime perspiciet, et verbis maxime propriis atque ornatis eloquetur. In quo tanta est difficultas, ut a pancissimis (ne nullis dicam) utrumque videam præstari: et me cum venia, et citra notam ignominiosam, inter cæteros posse interpretes tolerari existimem.

— ibid. *μονονουχί*] Hoc additur, ne poetam potius quam oratorem agere videatur. Cicero 10. Epist. "Et postquam de meo cursu Reipublicæ sum voce revocatus, nunquam per M. Antonium quietus fui."

— 6. *οὐχί*] Dicimus, *οὐ, οὐκ, οὐχ, οὐχί*, prout consonans, aut vocalis, eaque vel tenuis, vel aspirata sequitur. Nam in hujusmodi vocabulis, quæ pluribus scribuntur modis, non tam discrimen significationis, quam compositionis elegantia consideratur.

— ibid. *λέγει φωνὴν ἀφιεῖς*] Occasione ipsa clamante, quis cunctetur? quis oratorum perplexis disputationibus potius moveatur?

— ibid. *ἀφιεὶς*] præsens, *ἀφεῖς, ἀόρ. β.* ab *ἀφίημι*.

— ibid. *ὅτι*] *quod, quia, eo quod:* sed plerumque Latine per infinitivum redditur. Apud philosophos, *τὸ ὅτι*, nuda præcepta, *τὸ διότι* causas præceptorum, significat: et si dubito an pro eo dicendum sit, *διὰ τί*, quod nec Petro Cortomeo, viro doctissimo, et principi poetarum, qui nostra ætate versus Græcos scripserunt, displicet.

— ibid. *τῶν πραγμάτων ὑμῖν ἐκείνων*] Quarum? *τῆς τῶν Ὀλυνθίων συμμαχίας, ἢ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀρχῆς.* Si ἐκείνων ad Olynthios refertur, respicit non ad præsentem deliberationem, sed ad situm urbis: alioqui *τούτων* dicendum fuisset.

— ibid. *ὑμῖν αὐτοῖς*] Quasi dicat: Non sunt istæ occasiones negligendæ; nec sperandum cætera ultro recte habitura.

— ibid. *ἡμῖν ἐκείνων αὐτοῖς*] Quasi dicat: Non est quod speretis deos dormientibus vobis omnia confecturos.

— 7. *ἀντιλαμπτέον*] Ab *ἀντιλαμβάνεσθαι, defendere, suspicere, juvare*, die packen angreifen.

— ibid. *εἴπερ ὑπὲρ*] Gravissima appendix, sive ut Ulpianus, *κατασκευὴ καὶ εἴσοδος τοῦ συμφέροντος.* Non igitur, ut video, res Olynthiorum sed salus Atheniensium agitur. quis hic non vigilet? quis in se quicquam desiderari patiatur? Propositio: Res strenue gerenda. Ratio: quia non poteritis alioqui esse incolumes.

— ibid. *ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῶν*] *αὐτῶν*, si tenui spiritu legatur, subintelligi potest *πραγμάτων*, ut referatur sive ad conservationem principatus Græciæ, sive ad defensionem Olynthiorum, ut sit sententia: *Si rei bene gerendæ occasionem non vultis amittere.* sed malo *αὐτῶν*, cum aspiratione, ut de ipsis Atheniensibus intelligatur, ac pro *ὑμῶν αὐτῶν* accipiatur.

— 8. *ὑμεῖς δ' οὐκ οἶδ'*] Modesta socordiæ reprehensio, mitigata primum suæ personæ admistione: deinde dubitatione, seu dissimulatione, quam *ὑποσιώπησιν* vocat Ulpianus. Germanus orator fortasse dixisset: Sed flagitiosa est vestra socordia. Sententia certe est: Et salus nostra et præsens negotium parum nobis curæ est: securi sumus, et negligentes: non exaudimus vocem excitantis nos occasionis.

— ibid. *οὐκ οἶδ'*] Vos autem scitis melius: vos non ignoratis, otium et privata lucella vobis esse majori curæ, quam reipub. dignitatem et salutem. Observa ordinem, primum exponit, quid oporteat fieri. Deinde reprehendit officii neglectum. Vulgo inter verba et res multum interesse dicitur: idque verum est. Plerique enim aliud præ se ferunt verbis, quam animo clausum gerunt. Ita etiam, si per omnes humanæ vitæ actiones vageris, ea minime fieri deprehendes, quæ fieri maxime oportebat: et contra.

— ibid. *ὅν τινα τρόπον ἔχειν*] ἐλλειπτικῶς pro *καθ' ὅν τινα τρόπον*, pro *ὡς, quo pacto, quomodo*, aut active, *ἔχειν τρόπον, præbere se. Nescio quales nos præbeamus, quomodo simus animati, affecti erga negotia hæc.* Ex his verbis apparet, causam Olynthiorum Atheniensibus non admodum fuisse cordi. Quod hic tecte ac dissimulanter, id in 4. Philippica libere eloquitur, his verbis: *οὐδέν ἐστι, ὦ ἄ. Ἀ., τῶν πάντων δυσκολώτατον εἰς τὸ παρὸν, ἢ ὅτι ταῖς γνώμαις ὑμεῖς ἀφεστήκατε τῶν πραγμάτων*, &c.

— ibid. ἔχειν] *habere*, scilicet nos. Sæpe idem valet quod εἶναι. τοῦθ' οὕτως ἔχει, *hoc ita habet*, id est, res ita est. προθύμως ἔχω, *prompte habeo*, id est, sum promptus. Sententia est: Nescio qui fiat, ut simus negligentiores quam par est.

— 9. ἔστι δή] Propositio, quam Ulp. γνώμης ἀπόφανσιν vocat.

— ibid. τάχ' ἐμοὶ δοκούντα] Magna verecundia orationis. quasi dicat: Si quis aliquid habet melius, facile patior.

— ibid. τὰ δοκοῦντα] τὰ ἀρέσκοντά μοι. αὕτη ἡ γνώμη μού ἐστι, sic censeo.

— ibid. ψηφίσασθαι] Pro, ψηφιστέον εἶναι, ὅτι δεῖ ψηφίσασθαι.

— ibid. ψηφίσασθαι] Quatuor partes propositio complectitur: decretum, instructionemque celerem, et civium expeditionem (est autem in paucis verbis magna vis, ἤδη τὴν ταχίστην, ἐνθένδε: quibus αἰτιολογίαν subjicit, ab ipsorum Atheniensium exemplo) deniqne legationem, eamque et disertam et strenuam. Admirabilis est oratio Demosthenica, et paucissimis verbis ingentem vim sententiarum complectitur.

— 10. ἤδη] ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ μηδὲν ἀναβαλλομένους, ἢ προφασιζομένους.

— ibid. καὶ παρεσκευάσθαι] Scilicet τὴν βοήθειαν, *comparanda esse auxilia*, vel ἡμᾶς, *nos instrui oportere ad bellum*, ut sit, παρασκευασθῆναι εἰς πόλεμον. Sententia plana est: sed ego hæc inquiro et tracto scrupulosius, tum ut appareat me in conversione præstantissimi auctoris non obiter nec temere versatum esse, sed singula pene verba ad libellam aurificum expendisse: tum ut studiosos ad similem diligentiam incitem. Etsi enim justum mihi tempus defuit ad Demosthenem convertendum: tamen ipsa assiduitas, et perpetuæ lucubrationes, idem mihi præstiterunt, quod aliis præstare solet otium, meditandi videlicet, et expendendi singula facultatem. Genus ipsum quidem orationis limare simul haud licuit: sed licebit, ut spero, aliquando, et quidem brevi.

— ibid. τὴν ταχίστην] κατὰ τὴν ταχίστην ὁδόν. Quasi dicat, *celerrima via*, sic enim exponunt Grammatici. Utcunque sit, idem est quod ὡς τάχιστα, *quam primum*, *primo quoque tempore*. Observabis etiam hic particulas, ἤδη, et τὴν ταχίστην: quarum prior ad decretum, posterior ad apparatum belli refertur. prudenter omnino. Rebus enim ab omni parte satis cognitis, decernere proclive est: sed in Atheniensi republica multæ moræ intercedebant, quo minus ea quæ decreta erant (ut ex oratione περὶ Στεφάνου καὶ κατ' Ἀνδροτίωνος intelligitur, atque ex aliis pluribus) mature absolverentur. Quare ait, παρασκευάσασθαι τὴν ταχίστην, non ἤδη.

— 11. ἐνθένδε] ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως: hinc mittendis civibus, non alibi mercenario milite conscribendo.

— ibid. βοηθήσητε] βοήθειαν πέμψητε, ἡγοῦν πολιτικὴν δύναμιν, ἀλλ' οὐ ξένους. Miserunt tandem Athenienses Olynthiis auxilio, ut in oratione Falsæ legationis auctor est Demosthenes, decies mille conductitios, quater mille cives, quinquaginta triremes: quæ tamen eis omnia, proditorum scelere, nihil profuerunt.

— ibid. καὶ μὴ πάθητε] *et non patiamini*, id est, admittatis, vobis accidat, eveniat.

— ibid. καὶ μὴ πάθητε] Vaticinatur Demosthenes. Accidit enim, ut exclusis hyeme Atheniensium navibus, Olynthus caperetur: quæ si venissent maturius, servari potuisset. Usque adeo nihil proficiunt optimi et prudentissimi viri apud degenerem populum. est αἰτιολογία, sumpta ab exemplo superiorum temporum.

— 12. ὥσπερ καὶ πρότερον] Infra verbum repetit: ὥσπερ ἤδη πολλάκις πεπόνθατε.

— ibid. πρότερον] Fortasse quum amissa est Amphipolis, Pydna, Potidæa, Methone, Pagasæ: quæ loca paulo post ipse recensebit.

— ibid. πρεσβείαν δὲ πέμπειν] *et legationem mittendam*. Nihil vetat, pro *legatione* dicere *legatos*. Licet nomina rerum et personarum sæpe inter se commutare.

— ibid. ἥ τις ταῦτ' ἐρεῖ] Scilicet, decreta esse auxilia, delectus haberi Athenis, apparari bellum.

— pen. καὶ παρέσται τοῖς πράγμασι] Quibus? deliberationibus Olynthiorum de propulsando Philippo, ut consilio juvent Olynthios.

— ibid. ὡς ἔστι μάλιστα] Declarat id quod supra dixit brevius, καὶ μὴ πάθητε: remque eo deducit, ut innuat, societatem Olynthiorum magis ambiendam esse Atheniensibus, quam Olynthiis Atheniensium: qui, si non juventur, facilem receptum habeant in Philippi gratiam et societatem. Callida enim ratio est excitandi cunctantes et tergiversantes, apponere æmulum, ut si ipsi cessent, alium prærepturum esse intelligant.

— ibid. τοῦτο δέος] Pro τοῦτο φοβητέον: *hic metus*, pro, *hoc maxime tuendum*.

— ult. πανοῦργος] ὁ πᾶν ἔργον τολμῶν τε καὶ μηχανώμενος, *qui nihil non audet atque experitur*, *callidus*, *improbus*, *veterator*.

— ibid. μὴ πανοῦργος ὦν] Non Olynthiorum levitatem, sed Philippi calliditatem adducit. Argumentum ab ingenio et moribus sumptum, referri potest ad causam efficientem, aut ad conjuncta, in quibus latent attributa personarum.

— ibid. ὢν] ἐπειδή ἐστι, *quum sit*. *exsistere* non est εἶναι, sed ἀνατέλλειν, φαίνεσθαι,

ἄρχεσθαι. Quare ἂν inepte redditur, *exsistens*, est et *ens* nihilo melius. sed hoc participium, ut et alia, Latini sæpe dissimulant: aliquando circuitu verborum exprimunt. ut, ἐμοῦ ὑπατεύοντος, *quum ego essem consul, in consulatu meo*: ἐμοῦ ὑπάτου ὄντος, *me consule*.

— ibid. δεινὸς πράγμασι χρῆσθαι] *Peritus utendi rebus*, qui scit uti foro, qui nullas amittit occasiones. Verba sonant: *peritus utendi rebus*.

P. 11. 1. εἰκαν] τῷ εἴκειν, *cedens*, id est, cedendo. Nam participia Græcis etiam gerundi, ut vocant, modum continent: sæpe etiam per verba conjunctionibus, aut relativis, qui, quæ, quod, additis, reddduntur commodius. quod quando et quomodo fieri debeat, usu discetur melius quam præceptis.

— ibid. τὰ μὲν εἰκαν] Distributio, tres rei gerendæ modos significans.

— ibid. ἡνίκα ἂν τύχῃ] *quando acciderit, alicubi fortasse, ubi res ita tulerit*. Videtur impersonaliter capi, pro ἡνίκα ἂν συμβῇ. In oratione Rhodia: ἔργῳ, inquit, πειραθέντες καὶ διδαχθέντες, ὅτι πολλῶν κακῶν ἡ ἄνοια πολλοῖς αἰτία γίγνεται τάχ' ἂν εἰ τύχοιεν (scilicet οἱ Ῥόδιοι personaliter) σωφρονέστεροι πρὸς τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου γένοιντο. Potest et hoc personaliter exponi: *ὁ Φίλιππος εἴκων, ἡνίκα ἂν τύχῃ, cedendo ubi et quando ei visum fuerit; ubi putarit, se id sine suo detrimento facturum*. est ἀόρ. Ϛ. subjunctivi, a τυγχάνω.

— 2. ἀξιόπιστος] Valet hæc parenthesis ad conflandum Philippo odium, et incutiendum terrorem Atheniensibus.

— ibid. ἀξιόπιστος] Scilicet ἀπειλῶν, *minitanti ei fides haberi potest*. quasi dicat: satis perspecta est Philippi in malefaciendo benignitas.

— ibid. εἰκότως] ἐκ τῶν εἰκότων, *neque mirum, merito, haud injuria, non ab re, probabile est*. A Demosthene sæpe in fine circumductionis collocatur, εἰκότως absolute, et significat, *neque id injuria, idque merito*.

— ibid. ἡμᾶς διαβάλλων] *nos criminando*, non quidem ut insidiantes aliorum libertati (nam id crimen in ipso Philippo hærebat magis), sed aut ut parum potentes, aut (quod magis probo) ut ignavos, negligentes, parum fidos et acres societatis atque amicitiæ cultores.

— ibid. ἡμᾶς — καὶ τὴν ἀπουσίαν] Declarat τὸ, διαβάλλων ἡμᾶς, atque adeo vaticinatur. Nam ἡ τῶν Ἀθηναίων ἀπουσία nonnulla ex parte et ipsa in causa fuit, ut Olynthus exscinderetur: quum eorum quadraginta triremes venissent serius, et cætera auxilia parum firma essent, ut in Midiana refert Ulpianus.

— 3. τρέψηται] In Ulpiano legitur τρέψῃ, activa, non media voce. quod si retinet esset, legendum putarem, τρέψῃ τε καὶ παρασπάσῃ τί. Sed parum refert, et παρασπάσητε sonum habet ampliorem.

— ibid. τρέψηται] Scilicet, τὶ, vel τὰς γνώμας τῶν Ὀλυνθίων: *vertat ac mutet aliquid, avertat animos Olynthiorum a nostra societate*.

— 4. παρασπάσηται] *revellat, convellat, surripiat*.

— ibid. τι τῶν ὅλων πραγμάτων] τὰ ὅλα πράγματα, *totæ res, summa rerum*. Fortasse Græciæ principatum innuit, aut aliquid rem maximi momenti. Sententia est: Ne Olynthios a nobis alienatos ad suam pelliciat amicitiam, atque ad nos oppugnandos firmior veniat. Maxima subtilitas est hujus orationis, et nonnulla etiam ex brevitate obscuritas. Sed Atheniensibus rerum illarum gnaris omnia declarare copiosius opus non fuit.

— 5. οὐ μὴν ἀλλ'] Terrori consolationem miscet, ac Philippi calliditati prudentiam Olynthiorum opponit, atque illas rationes eis affingit, quas fortasse non considerarunt, sed considerare debuerunt.

— ibid. ἐπιεικῶς] Alioquin est, *æque, valde, commode*: hic *tantundem* valet, ac si dicas, *bene cecidit, bene habet*.

— 6. δυσμαχώτατον] *expugnatu difficillimum, in gerendis cum eo bellis nobis incommodissimum, id quo tutissimus est, quo maxime nititur*. Sic ejus potentiam callidissime extenuat.

— ibid. δυσμαχώτατον — καὶ βέλτιστον] Παραδόξου, sive ἀπροσδοκήτου speciem habet: sed nihil vetat, eandem rem diversa ratione et commodare et incommodare. Sic ingravescens ætas et prudentiam affert, et corporis debilitatem. Adolescentia, cum vigore animorum et corporum alacritate valeat: affectibus rapitur, non ratione ducitur. Unde Poeta, id est:

> ἄφρονες αἱ ξανθαὶ, αἱ πολὺ ἀδρανέες.
> *Pauca juventa sapit, pauca senecta valet.*

Et Horatius:

> "Omnis commoditas sua fert incommoda secum."

Item:

> "Multa ferunt anni venientes commoda secum:
> Multa recedentes adimunt —."

Id est, οἱ ἐπερχόμενοι, οἱ ἀπεχόμενοι. non, ὅτε ἐπέχονται. ut hic obiter videas, majorem esse Græcorum proprietatem propter articulum, vel adjectum, vel omissum.

— ibid. δυσμαχώτατον] Extenuatio potentiæ Philippi, quasi dicat: Hoc uno potens est Philippus, quod unus rerum potitur. Quanquam hic respondere Philippus possit illo versiculo: πόλλ' οἶδ'

ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα. Recte enim Pindarus: ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις μεγάλοι τόδ' ἔσχατον κορυφοῦνται βασιλεῦσιν. Et apud Æsopum, cani de fœcunditate glorianti, leæna se unum inquit parere, sed leonem.

— ibid. τῶν Φιλίππου πραγμάτων] Quasi dicat: quod ad cætera attinet, pertenues sunt ejus opes.

— ibid. καὶ βέλτιστον] Scilicet ἐστὶν, *etiam optimum est nobis.* τοῦτο καὶ idem est. Nota καὶ sæpe redundare, sæpe per *etiam* aut *vel* interpretandum.

— 7. τὸ μὲν γὰρ] Prioris partis αἰτιολογία, distributione sive enumeratione constans. Nam quum duarum partium propositio sit, duplici etiam ratione, seu potius expositione declaratur. Monarchiam enim bellis gerendis opportunam esse, pro confesso sumit.

— ibid. ἐκεῖνον, ἕνα ὄντα] *illum, qui est unus: eum unum, quod is unus.* Sententia est: Unius imperium ad res gerendas opportunum, liberis civitatibus suspectum esse. Plato Theæteto: Μέλισσον μὲν οὖν καὶ τοὺς ἄλλους, οἳ ἓν ἑστὸς λέγουσι τὸ πᾶν, αἰσχυνόμενος μὴ φορτικῶς σκώπτωμεν, ἧττον αἰσχύνομαι, ἢ ἕνα ὄντα Παρμενίδην.

— pen. καὶ ῥητῶν] ῥητὰ καὶ ἀπόῤῥητα, sunt *dicenda et tacenda, aperta et arcana.* Neque reprehendendum putem: si quis *fas et nefas, fanda et nefanda,* interpretetur. Quia honesta vulgari, flagitiosa celari solent.

— ibid. καὶ ἀποῤῥήτων] Facilius tacentur et latent ea quæ unus novit, quam quæ plures. Quanti autem intersit, imperatorum ignorari consilia, declaravit Cæcilius Metellus, cum diceret, Se tunicam in ignem conjectorum, si sciret arcanorum esse consciam.

— ibid. στρατηγὸν καὶ δεσπότην] Atheniensium duces non erant δεσπόται καὶ αὐτοκράτορες, non licebat eis suo arbitratu quidvis agere, ut dictatoribus: sed metuere iram populi cogebantur, qui decem aliquando duces, ut et ante illos virum de republica præclare meritum Miltiadem Cimonis patrem, refragante Socrate, capitis condemnavit. Sic fiebat, ut aliquando facerent, non quæ esse optima, sed quæ facillime probari posse populo credebant.

— ult. ταμίαν] *quæstorem,* qui ipse claves habet ærarii, nec exspectare cogitur, dum tributa extorqueantur, ut vestri duces. vel, ταμίαν appellat *administratorem,* eum qui negotiis præest, ut Homerus:

Ζεὺς ὅστ' ἀνθρώποις ταμίης πολέμοιο τέτυκται.

*Jupiter et belli et pacis mortalibus auctor.*

Quam sententiam etsi Plutarchus suo quodam consilio reprehendit: tamen poeta sapientissimus, bella non exsistere tantum consilio numinis, mortalium scelera pu-



nientis, sed eorum eventus etiam regi divinitus significat. Sic Philippus excitatus est ad punienda flagitia, socordiam et arrogantiam Græcorum, ac in primis Atheniensium, qui oracula Socratis, Platonis, Isocratis, Demosthenis, et aliorum (omnes enim viri sapientes vaticinari multa, non minus quam Delphicus Apollo quondam, et possunt et solent) contempserunt. nec ætati nostræ exempla desunt. Sed hæc ἔξω τῆς ὑποθέσεως.

P. 12. 1. ταχὺ καὶ κατὰ καιρὸν] Uno jubente, omnes in officio sunt, non intercedunt prolixæ disputationes: non exspectanda est aliorum, eorumque non raro dissentientium, et malorum civium auctoritas. Monarchiæ commoda, Democratiæ incommoda, vide copiosius in Isocratis συμβουλευτικῷ, et in oratione περὶ Στεφάνου, ubi Demosthenes acta sua et copias, cum actis et copiis Philippi, eleganti contentione comparat.

— ibid. καὶ κατὰ καιρὸν] *In tempore, mature.* Nam celeritas in bellis plurimum valet. unde Lucani Cæsar:

"Tolle moras semper nocuit differre paratis."

Demosthenes autem sæpe queritur, Athenienses apparandi tempus in deliberando consumere, atque actum agere.

— 2. πολλῷ προέχει] *Multum excellit:* sicut dicunt μικρῷ μείζων, *paulo major.* τῇ κεφαλῇ μακρότερος, *capite longior,* Dess kopffs, oder umben kopff lenger.

— ibid. πρὸς δὲ τὰς] Alterius partis declaratio.

— ibid. τὰς καταλλαγὰς] διαλλαγὰς, quod magis est proprium, sed illud sonantius: καί τοι οὐ τὰ νομίσματα μόνον, ἀλλὰ καὶ αἱ φιλίαι καὶ αἱ ἔχθραι καταλλάττονται. *reconciliationem, pacificationem.* Nam Philippum Olynthiis intulisse bellum, docet Libanius.

— 3. ἃς ἂν ἐκεῖνος] Videtur πρᾶγ' ἱστορίαν εἶναι, confictum ad terrendos Athenienses: si ipsi repudient Olynthios, præsto eis fore Philippum, intercipiendæ societatis cupidum.

— ibid. ἃς ἂν — ἄσμενος] *Cupidus, libens:* nomen ex participio videtur a verbo ἄδω, *placeo,* venire. unde ἡσμένος, et spiritu accentuque mutato, ἄσμενος, ἀσμένως, ἀσμενέστερον, ἀσμενέστατα, ἀσμενίζω ἐσθίων, ἀντὶ τοῦ, ἄσμενος ἐσθίω.

— ibid. ποιήσεται] Philippica tertia, Ὀλυνθίοις τεταράκοντ' ἀπέχων τῆς πόλεως στάδια εἶπεν, ὅτι δεῖ δυοῖν θάτερον, ἢ ἐκείνους ἐν Ὀλύνθῳ μὴ οἰκεῖν, ἢ αὐτὸν ἐν Μακεδονίᾳ, Videtur igitur hic Demosthenes non historiæ veritati, sed causæ servire: nisi fortasse post hanc orationem habitam, demum ea dixerit, cum illi postulata ejus repudiassent.

— 4. ἐναντίας ἔχει] οὐ μόνον οὐ πολλῷ προέχει, ἀλλὰ καὶ ἐμποδών ἐστι. Quia tyrannis cum liberis civitatibus diu convenire non potest; cum illi dominari omnibus, hæ servire nemini velint. In tanta autem diversitate studiorum et voluntatum, constans esse societas nulla potest, et simulatio pacis atque amicitiæ multis exitio fuit.

— ibid. δῆλον γὰρ] ἐπαγωγὴ τῆς αἰτίας. Confirmatio alterius partis, Philippum esse monarcham vobis prodest. Cur? Quia Olynthii cum eo non redibunt in gratiam. Quamobrem? Quod nec deditionem, nec reconciliationem sibi bene cessuram prævident, partim exemplis edocti, partim diversa imperii popularis et regni ratione admoniti. Sunt autem infirmi per se, et in summo discrimine versantur. Ex his concluditur, fore ut constanter societatem colant Athenienses, et Philippum prohibeant, quo minus invadat Atticam: id quod vehementer sit expetendum Atheniensibus.

— ibid. ὅτι νῦν οὐ] Exaggeratio periculi per negationem, seu collationem.

— pen. ἀναστάσεως] Alias *resurrectio*, hic *excidium*: unde πόλις ἀνάστατος γενομένη, *urbis eversa, e qua cives pelluntur.*

— ibid. ἀνδραποδισμοῦ] Quum cives sub corona veneunt, atque in servitutem abducuntur. In oratione Chersonesitana utrumque uno verbo complectitur: ὡς οὖν, inquit, ὑπὲρ τῶν ἐσχάτων ὄντος τοῦ ἀγῶνος, οὕτω προσήκει γινώσκειν. Illud etiam hic monendum est, nihil interesse, tametsi pro excidio et servitute salutem et libertatem dicas, nisi quod illa vocabula quodammodo ad terrorem augendum atrociora sunt.

— ibid. καὶ ἴστασιν] Unde? Ex Philippi minis, et ejus ingenii crudelitate, in aliis declarata.

— ult. Ἀμφιπολιτᾶν τοὺς παραδόντας] Pro, Ἀμφιπολιτὰς τοὺς παραδόντας. ut postea, Πυδναίων τοὺς ὑποδεξαμένους, pro, Πυδναίους: ut Plinius, "Nigræ lanarum," "canum degeneres," pro, nigræ lanæ, canes degeneres. Non enim puto certos aliquos deditionis et receptionis auctores, sed totam civitatem significari: ut partitio fiat, non inter ipsos Amphipolitas et ipsos Pydnæos, quasi per seditionem aut proditionem res actæ sint: sed inter Amphipolitas et Pydnæos, et inter τὸ παραδοῦναι καὶ τὸ ὑποδέξασθαι. Quomodo Pydnæos tractarit, ex historia mihi non constat: sed oppidum vel direptum esse, vel in servitutem redactum, facile hinc colligitur. Amphipolitanos clementer a Philippo habitos, ejectis tamen adversariis scribit Diodorus.

— ibid. τοὺς παραδόντας] παραδοῦναι τὴν πόλιν, *dedere urbem, deditionem facere.* Nam Philippus in suis ad Athenienses literis scribit, ἐκπολιορκήσας ἔλαβεν τὸ χωρίον. Post, Amphipolitas in fidem et clientelam Atheniensium committere se voluisse dicit: κελεύοντες ὑμᾶς ἐκπλεῖν, καὶ παραλαμβάνειν τὴν πόλιν.

P. 13. 1. τοὺς ὑποδεξαμένους] *Qui oppido tanquam amicum receperunt.* Historia de Pydna, quod ego sciam, non exstat: sed satis apparet, Philippum hospitem pro hoste se gessisse. sicut apud Ovidium Tarquinius: "Hospes ut hostis init penetralia Collatini." Et patrum memoria magnus quidam princeps urbis non parvæ proceres munuit, ne in posterum quenquam cum exercitu ipsis fortiore intra mœnia, quam vis amicum, reciperent.

— ibid. καὶ ὅλως] *denique, ad summam, in universum.*

— ibid. καὶ ὅλως] Hæc sententia proprie ad illud, πρὸς τὰς καταλλαγὰς ἐναντίως ἔχει, confirmandum pertinet. sed interseruit periculi magnitudinem, eamque exemplis approbavit, quo firmior esset illa propositio.

— ibid. ἄπιστον] Scilicet χρῆμα. ut Virgilius: "Varium et mutabile semper Fœmina." et, "Dulce satis humor." Item, "Triste lupus stabulis."—

— ibid. ἄπιστον] Id est, οἱ τύραννοι ἄπιστοί εἰσιν ταῖς πολιτείαις, id est, *tyranni non sunt fideles, non servant fidem rebuspublicis.* Sed malo passive interpretari: *Respublicæ tyrannis fidem habere non debent, non tutæ sunt.* Hæc sententia secunda Philippica declaratur his verbis: οὐκ ἀσφαλεῖς ταῖς πολιτείαις αἱ πρὸς τοὺς τυράννους αὗται λίαν ὁμιλίαι.

— 2. κἂν — ἔχωσι] *Si etiam habeant,* ἐὰν ἔχωσι καὶ.

— ibid. ὅμορον] Sic Plutarchus de Thebanis et Atheniensibus loquens: καὶ μάλιστα, inquit, ταῖς διὰ τὴν γειτνίασιν ἀψιμαχίαις, ἀναξαινομέναις ἑκάστοτε τῶν πολεμικῶν πρὸς ἀλλήλας διαφορῶν ταῖς πόλεσι. et Ulpianus: αὐτό, inquit, τὸ πλησιάζον τοῦ τόπου, ὥσπερ εἴωθεν τὰ ἐγκλήματα τίκτειν. Interpretationem eo non adscribo, quod utrumque locum rudis Lector ex mea conversione potest petere.

— 3. ἔχωσιν] Scilicet αἱ πολιτεῖαι. Nam ἡ τυραννὶς singularis numeri est: sed sententia eodem recidit. Nam si ager Olynthiorum vicinus est Philippi, ergo et Philippi ager Olynthiis. τὸ γὰρ ὅμορον τῶν πρός τι ἐστί.

— 4. ταῦτ' οὖν ἐγνωκότας] Conclusio propositionis, ipsorum auditorum assensu firmata, atque amplificata copia verborum, et repetitione.

— ibid. ἐγνωκότας] Quasi dicat: Ipsi intelligitis vera esse quæ dico.

— ibid. ταῦτ' ἐγνωκότας ὑμᾶς φημὶ δεῖν] Id est, ἐπειδὴ ἐγνώκατε ταῦτα, φημὶ δεῖν ὑμᾶς: si Latine conversum velis.

— 5. ἄλλ' ἃ προσήκει] Scilicet ὑμῖν. Quæ nam illa sunt? Gloria majorum, Græ-

ciæ principatus, oppressis opitulandi consuetudo, grassationes et injuriæ Philippi, periculi magnitudo, nisi ei resistatur.

— ibid. ἐνθυμουμένους] Tribuit eis prudentiam, quod est εὐνοίας παρασκευαστικόν. Recte enim Cicero benevolentiam, attentionem, docilitatem, etsi maxime in exordiis, non in solis tamen illis, sed per totam orationem, captandam esse monet.

— ibid. φημὶ] *dico, affirmo, censeo.*

— ibid. ἐθελῆσαι] Scilicet, αὐτοὺς ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν Ὀλυνθιακῶν πραγμάτων, καὶ βοηθεῖν τοῖς Ὀλυνθίοις.

— ibid. ἐθελῆσαι καὶ παροξυνθῆναι] Incrementum.

— 6. παροξυνθῆναι] Scilicet κατὰ Φιλίππου, *exacui, excitari contra Philippum*, sive ad iracundiam, sive ad rem strenue gerendam. Nam utroque modo verbum hoc exponi potest.

— ibid. τῷ πολέμῳ προσέχειν] Scilicet τὸν νοῦν, *bello intendere animum, toto animo incumbere in bellum:* sic et Latini dicunt, vel *advertere*, vel *animum advertere.*

— ibid. εἴπερ ποτε] Quasi dicat: Nullum unquam fuit magis necessarium gerendi belli tempus.

— ibid. εἴπερ ποτε καὶ νῦν] *si unquam, et nunc*, id est, si ullum unquam fuit necessarium gerendi belli tempus, nunc certe est. Sic enim rectius distingui puto, quam si, εἴπερ ποτε καὶ νῦν χρήματα εἰσφέροντας, conjungatur.

— 7. χρήματα εἰσφέροντας] Pecuniæ sunt nervi bellorum, non minus quam diffidentia sapientiæ: quam ægre autem, et minime προθύμως Athenienses tributa contulerint, ex multis nostri auctoris orationibus apparet, Androtioniana præsertim.

— ibid. εἰσφέροντας] *conferendo, exeundo, omittendo.*

— ibid. εἰσφέροντας] Distributio, modum gerendæ rei declarans.

— 8. καὶ μηδὲν ἐλλείποντας] Sic complectitur etiam ea quæ non enumerat. Hæc igitur, ut dixi, est propositionis repetitio, specie conclusionis.

— ibid. οὐδὲ γὰρ] Ratio a turpi, seu necessario. Nam et turpe est, ea quæ exoptaris negligere: et cavere turpitudinem, necessarium.

— ibid. οὐδὲ γὰρ λόγος] Videtur λόγος *veram causam, rationem, defensionem, excusationem, σκῆψις, prætextum, commentitiam atque inanem et simulatam*, significare. Quod discrimen, si cui displicet, συναγυμίαν et verba idem significantia esse dicat.

— 9. ἔδ' ὑμῖν] ἔτι ὑμῖν, κατ' ἀπόστροφον.

— 10. ἐκπολεμῶσαι] πολεμίους ποιῆσαι, *hostes reddendos, ad bellum Philippo inferendum concitandos.* ἐκπολεμόω per ε, *expungo:* ἐκπολεμόω per ο aliud est. Hæc eo annoto, quod compertum habeo, magnos, ut habentur, doctores, in hujusmodi minutis rebus, ex fiducia ingeniorum, doctrinæque persuasione minus diligentes, hallucinari. Ego vero censeo, ei qui docere velit, accurate intuenda esse omnia, nec suo duntaxat fidendum ingenio, sed consulendos omnes omnium eorum qui haberi possunt commentarios atque interpretationes. Alioqui se modo turpiter dabit, modo minus præclare suo fungetur officio. Scio quid, et cur dicam, εἷς ἀνὴρ οὐ πάνυ ὀρᾷ.

— 11. αὐτόματον] ὁ καὶ ἡ αὐτόματος, καὶ τὸ αὐτόματον, *id quod ultro et sponte fit.* ἡ τύχη, καὶ τὸ αὐτόματον, quorum hoc *casum*, illud *fortunam* interpretantur, prolixas in Physicis Aristoteli disputationes pepererunt.

— ibid. καὶ ταῦτα ὡς ἂν] Amplificatio a modo.

— ibid. καὶ ταῦτα] ἄλλως τε, *præsertim, idque*, amplificandi particula ex aliqua circumstantia. ut Cicero: "Quanquam te M. F. annum jam audientem Cratippum, idque Athenis, &c."

— pen. εἰ μὲν γὰρ] Declaratio amplificationis, illustrata contrario.

— ibid. ὑφ' ὑμῶν] Ratiocinatur a causa efficiente, seu impellente. Persuasio infirma, odium et metus, constans causa est inimicitiarum. Id igitur quod supra dixit, de constantia Olynthiorum, hic repetit. Nam ad tria illa incommoda, quæ in præfatione recenset Ulpianus, bellum esse alienum, deesse pecuniam, potentem esse Philippum: quartum etiam hoc, suspicio de inconstantia Olynthiorum, videtur adjungi posse (neque enim alioqui et primo loco posuisset, et repetiisset) nisi quis pertinere malit ad tacite amplificandum Olynthiorum periculum, quibus eversis, in metu futuri sint Athenienses.

— ibid. πεισθέντες] A πείθομαι, *persuasi* (quod participium in Rhetoricis ad Herennium sæpius usurpatur), *adducti, impulsi, consilio et impulsu nostro.* Hinc oratorum argumenta dicuntur πιθανὰ, id est, *ad persuadendum accommodata.*

— ibid. ἀνείλοντο] Ab ἀναιρεῖσθαι. Sed observandum, quæ tempora verborum, in qua notione sint usitatiora. Deinde considerandum, an ἐπενεγκεῖν (ut Libanius) et ἐξενεγκεῖν (ut Demosthenes postea) τὸν πόλεμον, idem sit quod ἀνελέσθαι. an vero hoc, *propulsare bellum, nec reformidare:* illa, *inferre* significent? An vero inter ἐκφέρειν καὶ ἐπιφέρειν tale discrimen sit, quale illud Livianum est: "Nec ostenderunt (inquit) bellum prius quam intulerunt." In secunda quidem Philippica, τὴν μὲν ἔχθραν τὴν πρὸς ὑμᾶς αὐτὸς ἀνῄρητο. quum ait, ἔχθραν ἀναιρεῖσθαι πρός τινα, est *suscipere alicujus*, vel *cum aliquo* (nam utrumque dicitur) *inimicitias.* Dubitationes hujusmodi nulla ratione melius explicari possent, quam si omnes ejusdem verbi

loquendi modi ex optimis quibusque auctoribus congererentur. Quale opus a me annos abhinc duodecim institutum atque inchoatum, crebræ migrationes et occupationes interruperunt.

— ult. καὶ μέχρι του] Pro, *μέχρι τινὸς χρόνου, ad tempus, οὐ βεβαίως, non constanter.* Sub finem hujus orationis, εἰς ἅπαντα τὸν πρὸ τοῦ πόλεμον. ibi τοῦ non pro τινὸς, sed pro τούτου ponitur. Quanquam dubitari potest, an πρὸ τούτου πρότερον, vel πρῶτον πόλεμον potius sit legendum. Nam ἡ κακογραφία καὶ ἀγνωσία, multas nobis parit (si diis placet) elegantias, et observationes.

P. 14. 1. ταῦτ' ἂν ἐγνωκότες] *hæc sentirent, in hac sententia manerent.* ταῦτα, *hæc:* ταὐτὰ, pro τὰ αὐτὰ, *eadem,* et ταὐτ'.

— ibid. ἐκ τῶν πρὸς αὐτοὺς ἐγκλημάτων] *ob crimina illata sibi a Philippo,* qui eos ut perfidos et fœdifragos criminatur, ob pacem nobiscum factam. Si non πρὸς αὐτοὺς, sed πρὸς αὐτὸν legeretur, sententia esset, *propter injurias, quibus se ab eo affectos esse queruntur.*

— 2. μισοῦσι (τὸν Φίλιππον) ἔχειν] ἀντὶ τοῦ, ἔξειν.

— 3. ὑπὲρ ὧν] ἐκείνων ἃ. quæ sunt illa? ἡ ἀνάστασις καὶ ἀνδραποδισμὸς τῆς πατρίδος. Ecce iterum vaticinatus est Demosthenes. Evenerunt enim ea, quæ timere dixit Olynthios.

— ibid. καὶ πεπόνθασιν] A πάσχω, vel antiquo verbo πένθω. Colligitur ex hoc loco, non inani suspicione impulsos Olynthios, pacem fecisse cum Atheniensibus: sed ex aliquibus sibi factis injuriis perspexisse Philippi mentem, graviora cogitantis.

— ibid. οὐ δεῖ δὴ] Conclusio, cui statim subjicit ætiologiam, a perniciosæ cessationis, et salutaris industriæ exemplis.

— 4. παραπεπτωκότα] A παραπίπτω, *casu oblatam.*

— 5. ταὐτὸν ὅπερ] Cicero, "Non eadem est collatio accusatoris et rei."

— 6. εἰ γὰρ ὅθ'] Collatio contrariorum, quid fieri debuisset.

— ibid. ὅθ' ὅτε, *quando:* non, ὅτι, *quod.*

— ibid. ἥκομεν βεζοηθηκότες] *veniremus auxiliati,* scilicet, pulsis Thebanis. Vide in oratione Chersonesitana concionem Timothei. Nisi forte intelligendum est de Macedonibus, auctore Demosthene, pulsis. cujus rei Plutarchus meminit in vita nostri auctoris.

— 7. παρῆσαν] *aderant.* Possit etiam legi παρῆισαν, *prodiissent.* Est enim παρίεναι verbum de iis usurpari solitum, qui surgunt, ac in medium prodeunt, ad habendam concionem, τουτὶ pro τοῦτο, ut supra ταὐτὸν pro ταὐτό. Non ignorari puto, illud esse Atticum: in hoc ν ἐφελκυστικὸν, ut vocant, accedere, ad vitandam τὴν παφάλληλον τῶν φωνέντων θέσιν, ut Dionysius Halicarnasseus loquitur.

— ibid. Ἀμφιπολιτῶν] Scilicet πρέσβεις.

— ult. εἰ — παρειχόμεθα] *Si exhibebamus,* pro, *exhibuissemus,* ἐναλλαγὴ Græcis et necessaria et frequens. et mox sequitur, εἴχετ' ἄν, *haberetis, habuissetis.* Carent enim optativi et subjunctivi imperfectis et plusquamperfectis: eaque supplent imperfectis indicativi, alias addito ἀν, alias omisso. Sic etiam παρακειμένοις καὶ ὑπερσυντελίκοις καὶ ἀορίστοις utuntur: οὐκ ἂν πεποίηκεν, ἐπεποιήκει, ἐποίησε.

P. 15. 2. τότε] Quasi dicat, *statim:* sine ullo sumptu et labore, misso tantum instructo adhuc et victore exercitu.

— ibid. τῶν μετὰ ταῦτα] Scilicet, γενομένων, ἠκολουθηκότων.

— 3. ἀπηλλαγμένοι] Ab ἀπαλλάττομαι.

— ibid. πραγμάτων] ἀσχολιῶν, λιπῶν, δαπανῶν, πολέμων. Amphipolitanum bellum constitisse Atheniensibus mille ducentis talentis, docet Ulpianus, plus sexta parte æstimationis agri Attici, quæ fuit, ut in oratione περὶ Συμμοριῶν legimus, ἑξάκις χιλίων ταλάντων. Illud igitur vere fuit hamo aureo piscari, quod et nostra ætate factum meminimus. Demosthenes Olynthiaca secunda 1500. ταλάντων meminit, τῶν μάτην ἀναλωμένων. Bellum autem illud fuisse tam Philippo quam Atheniensibus grave, tum ex Demosthene constat, tum ex Isocratis etiam nostri Philippica.

— ibid. ἡνίκα — εἰ τότε] Observandæ sunt tales particulæ.

ibid. Πύδνα] Amphipolis inter Macedoniam et Thraciam: Pydna Macedoniæ, Potidæa Thraciæ, Methone Achaiæ, Pagasæ Thessaliæ oppidum, sicut et Pheræ, et Magnesia.

— 4. καθέκαστα] κατὰ ἕκαστα, *per singula, singulatim.*

— 5. πολιορκούμενα ἀπηγγέλλετο] Atticum, pro ἀπηγγέλλοντο. ἑτέρωσις numeri, quanquam optimus quisque scriptor perpetuo sic loqui solet, ac neutris pluralibus verba jungere singularia.

ibid. τούτων ἑνὶ] Scilicet τῶν χωρίων, τῶν πόλεων.

— 6. ὡς προσῆκεν] Mature, ac justis copiis, nisi quis ita malit intelligero, ὡς προσῆκεν βοηθεῖν, ut significet, ex officio debuisse Athenienses illis ferre opem.

— 7. αὐτοὶ] διὰ πολιτῶν, καὶ μὴ διὰ ξένων ποιούμενοι τὰς βοηθείας.

ibid. ῥᾴονι] Effectus, sive eventus industriæ.

— 8. νῦν δὲ] Quid non fieri debuisse.

— 9. αὐτόματα] αὐτομάτως, ἀργούντων ὑμῶν, καὶ διονυσιαζόντων, ἐν κρεανομίαις καταζόντων, καὶ χορεῖς ἐρριμμένων πρὸς τὴν θεαχμὴν, καὶ τὸ τριώβολον, ut Lucianus ait.

ibid. πύξησαμεν] Effectus, sive eventus cessationis.

— ult. *νυνὶ δὲ καιρὸς*] Consolatio. Iterum inculcat occasionem, atque amplificat felicitatem Atheniensium, quæ eo pertinet, ut ostendat vires eis non deesse, si voluntas non desit: neque præsentia solum, sed superiora etiam tempora laudat.

— ibid. *νυνὶ δὲ καιρὸς ἥκει, τίς; οὗτος ὁ*] Alii sic distinguunt, *ἥκει, τὶς οὗτος, ὁ.* Alii, *ἥκει τὶς, οὗτος ὁ.* quæ haud scio an rectissima sit. Nescio enim quomodo hic interrogatio mihi asperior videtur. *τὸ τὶς* idem quod *οὐκ εὐκαταφρόνητος.*

P. 16. 1. *αὐτόματος*] Quasi dicat: Quanquam stultum atque improbum est votum vestrum, tamen idipsum factum est quod exspectastis. *αὐτόματα σχήσειν καλῶς*, et, *καιρὸς ἥκει αὐτόματος*, se mutuo respiciunt.

— ibid. *τῶν πρότερον*] Etiam supra monui, articulos cum adverbiis degenerare in nomina adjectiva. Est igitur *ὁ ἡ τὸ πρότερον*, idem quod *ὁ πρωτέρος, ἡ πρωτέρα, τὸ πρότερον.* Ac *τῶν πρότερον*, Ἑλληνικώτερον μέν· *τῶν προτέρων* δέ, *συμφωνότερον.*

— 3. *καὶ ἔμοιγε δοκεῖ*] Verecunde proponit, deorum benignitati habendam esse gratiam.

— ibid. *ἔμοιγε δοκεῖ*] Sequitur verbum *ἔχειν*, non subintelligitur *ὡς.*

— ibid. *δίκαιος*] Ergo iniqui sunt, qui divina beneficia non agnoscunt, qui fortunam accusant.

— 4. *λογιστὴς*] Ergo non vivendum more pecudum: non minus accurate, vel magis potius ineunda ratio divinorum erga nos beneficiorum, quam pecuniæ.

— ibid. *ὑπηργμένων*] Ab *ὑπάρχω*, cujus multi sunt et elegantes loquendi modi. *καταστὰς*, pro *καταστασθεὶς, γενόμενος.*

— 5. *καίπερ ἐχόντων*] *Προκατάληψις.* Occurri enim ei potuisset: Quid? Tu diis haberi gratiam jubes? tu urbis felicitatem prædicas, post tot acceptas clades? in tanta perturbatione reipublicæ?

— 6. *ἂν ἔχειν αὐτοῖς χάριν, εἰκότως*] *ἔχειν εἰκότως* conjungi possunt. Sed si ante *εἰκότως* interpungatur, eaque vox absolute capiatur, *Δημοσθενικώτερον ἂν εἶναι δόξειε.*

— ibid. *τὸ μὲν γὰρ*] Ætiologia, constans translatione. removet enim culpam a diis, et confert in Atheniensium negligentiam.

— ibid. *τὸ — ἀπολωλεκέναι*] *Perdidisse*, id est, quod perdidimus. Sic commutata fere est Græcis et Latinis infinitivi ratio. Nam quod ii per infinitivum efferunt, illi per *ὅτι*, et contra, non semper, sed sæpe. Ab *ἀπόλλυμι*, vel *ἀπολέω, ἀπωλολέναι, perisse:* hoc passivæ, illud activæ significationis.

— ibid. *πολλὰ*] Ut Amphipolim, Potidæam, Halonnesum, Pæparethum, Cardiam (cujus quidem jactura gravissima est: *τῆς γὰρ καρδίας ἀπολωλυίας οὐδὲν ἔστιν ὄφελος, καὶ τὰ ῥώμης*), atque alia.

— 7. *τῆς ἡμετέρας ἀμελείας θείη*] *νομίσειεν εἶναι.* Verbum *θεῖναι* respicit nomen *λογιστής.* quasi dicat, in hac ratione inenuda calculos ponet ad socordiam nostram, ad divinam beneficentiam, &c.

— 8. *μήτε πάλαι*] Ergo incommodorum dilatio est in bonis numeranda. Sic pius ille Hierosolymorum rex Ezechias, quum e vate cognovisset posteritatis excidium, quo haud dubie graviter angebatur: Sit pax, inquit, in diebus nostris: de cætero fiat, quod æquum et bonum Domino videbitur.

— ibid. *πεφηνέναι*] A *φαίνομαι*, præteritum medium. formandi rationem pete a Grammaticis.

— 9. *τούτων*] Scilicet, *ὧν ἀπωλωλέκαμεν καὶ πεπόνθαμεν.*

— ibid. *ἀντίῤῥοπον*] *depultricem horum, exæquantem hæc, quæ sit paris ponderis et momenti*, translatio a trutinis sumta.

— 10. *τῆς παρ' ἐκείνων*] Id est, *ἐκείνων.* supra *παρὰ τῶν θεῶν*, id est, *θεόθεν, divinitus.*

— 11. *ἀλλ' οἶμαι*] Iterum, postquam dixit quid fieri debeat, subjicit collationem, quid non fiat, aut non recte fiat. Omnino amplissimus hic est locus, et nunquam non dicendi copiam suppeditat. Nam et semper officium facere debebamus, et nunquam fere facimus.

— ibid. *οἶμαι*] Hoc verbum, ut et *δοκεῖ, φαίνεται, ὡς εἰκὸς*, apud Græcos suum habet usum et elegantiam: ut et *γε, δὲ δὴ, τοι*, alia hujus generis. sed apud Latinos aliquando sine sententiæ detrimento, ut *Ἑλληνικοὶ ἰδιωτισμοὶ*, negligi, aliquando alia forma orationis posse inseri videntur.

— ibid. *παρόμοιόν ἐστι*] Apta similitudo. Nam et pecunia facillime consumitur, et rei bene gerendæ occasio paulo momento elabitur. Vide ut non sit simplex et quotidiana Demosthenis oratio, sed suis ornamentis in magna etiam brevitate et specie simplicitatis constet: ut collationibus contrariorum, occupationibus, similitudinibus, sententiis, exemplis illustretur. Potuisset enim sic dicere: Nos, cum agendæ essent Deo gratiæ, beneficiorum ejus sumus immemores.

— ibid. *παρόμοιον ὥσπερ, καὶ περὶ τῶν πραγμάτων οὕτως*] Observanda est hæc *ἀπόδοσις.* post *τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ.*

— 12. *κτήσεως*] Non tam *possessionem* significat, quam *acquisitionem.*

— ibid. *ὅσα λάβῃ καὶ σώσῃ*] *καὶ, etiam. Si quam acceperit, eam etiam conservarit.*

— 13. *ἀναλώσας λάθῃ*] Ab *ἀναλίσκω*, vel *ἀναλόω*, et *λανθάνω. λανθάνω ἀναλίσκων*, vel *ἀναλίσκω λανθάνων, imprudens consumo non animadverto me consumere.* id quod

philosophis facillime accidit, tum quod pecuniæ non multum eis dari solet: tum quod idipsum quod datur, minus curant: tum quod fortunam non tam propitiam habent, quam animum liberalem. Sic λαβὲ βιώσας, vel βίωθι λαθάνων.

— 14. *συνανάλωσε*] *Una absumpsit*, pro absumit, ut in Isocrate annotavimus.

— ibid. *τὸ μεμνῆσθαι τῇ τύχῃ τὴν χάριν*] *memoriam accepti a fortuna beneficii*.

— 15. *μὴ χρησάμενοι ὀρθῶς*] Id quod fit vel socordia, vel stultitia. Unde etiam Germani dicunt, Multos a Deo salutari qui eum resalutare nesciant: id quod non aliud est, quam *τοῖς καιροῖς καὶ τοῖς παρὰ τῶν θεῶν ὑπηγγυμένοις μὴ χρῆσθαι ὀρθῶς*.

— ult. *πρὸς γὰρ τὸ*] *Γνώμη*: quæ non quid debeat fieri, sed quid vulgo fiat, indicat. *ἔστι γὰρ τῆς γνώμης, τὸ μὲν ἐκ προλήψεως, τὸ δὲ ἐκ παρατηρήσεως*. Sic Cicero: "Vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa, judicat."

— ibid. *τὸ ἐκβὰν*] Ab *ἐκβαίνει evenit*. Sic Cicero: "Id consilium ita nobis probabatur, ut de eo homines ex eventu judicaturos videremus."

— ibid. *ἕκαστον τῶν*] Pro *ἕκαστα τὰ προϋπάρξαντα*, id est, *καιροὶ, εὐκαιρίαι*.

P. 17. 1. *ὡς τὰ πολλὰ*] *plerumque, fere, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τὸ πλεῖστον*.

— ibid. *κρίνεται*] Scilicet, a vulgo. Nam eruditi in causas rerum intuentur.

— ibid. *διὸ καὶ σφόδρα*] Conclusio in hanc sententiam: Quo superiori tempore negligentiores fuimus, eo nos nunc alaciores esse convenit.

— ibid. *διὸ καὶ σφόδρα*] *καὶ* hic est *ἐπιτάσεως*, ut cum dicunt *καὶ μάλα*.

— 2. *ἵνα ταῦτ'*] Ætiologia: Tum ut rem in integrum restituamus, tum ut infamiam aboleamus.

— ibid. *ταῦτ'*] *τὰ ἠμελημένα, correctis iis quæ negleximus*. nisi quis malit *ταῦτα* referre ad *τὰ λοιπὰ*, et *ἐπανορθώσασθαι* interpretari pro *κατορθῶν, rite administrare*: in quo et ipso nihil sane est incommodi.

— 3. *τὴν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἀδοξίαν*] Scilicet *γενομένην*. apud Latinos certe, nisi dicas, *susceptum ob rem male gestam dedecus*, horridius fuerit.

— 4. *εἰ δὲ προησόμεθα*] Iterum confert officii cultum et neglectum, atque utriusque eventus: et in ipsam causæ arcem (ut Cicero loquitur) invadit: ostendendo, non tam Olynthiorum quam Atheniensium salutem agi.

— ibid. *προησόμεθα*] *projiciemus* (nam hoc verbo et Cæsar utitur), *deseremus, amittemus, destituemus, negligemus*, a *προΐεμαι*.

— ibid. *προησόμεθα — καταστρέφεται*] Non improbo hanc lectionem, sed malim subjunctivo per *ω* et *η*, *προησώμεθα, καταστρέφηται*. Suspecta enim mihi est inscitia et oscitantia librariorum, qui *τὰ χαρακτηριστικὰ γράμματα* modorum non observant, *ο ε ει ου* indicativi, *οι αι* optativi, *ω η* subjunctivi: qui certe modus hic requiritur, *ὑποθετικῶς λεγομένων τούτων, ἀλλὰ μὴ ἀποφαντικῶς*. Neque necesse est ad *χρόνων ἐναλλαγὴν* confugere.

— 6. *τί τὸ κωλύον ἔσται*] *Ἐμφατικώτερον*, quam si dixisset, *τί κωλύσει; τὸ κωλύον βαδίζειν, prohibens, quod prohibeat ire, quo minus eat*.

— 7. *ὅποι βούλεται*] *quo vult. κατ' εὐφημισμὸν*, ne male ominetur, si dicat, eum etiam in Atticam ire et velle et posse.

— 8. *ἆρά γε λογίζεταί τις*] Narratio historica rerum Philippi gestarum, qua credibile facere studet, venturum esse Philippum in Atticam. id quod socordes Athenienses non prius credere potuerunt, quam ad Chæroneam victi sunt. non tamen id aperte dicit, sed ad diligentiam et negligentiam eam accommodat: quia non tam perterrefacere, quam expergefacere cives suos conatur, eorumque offensionem cavet.

— ibid. *τίς ὑμῶν*] Quasi dicat: Ita securi estis, ut nemo vestrum id considerare videatur; alioqui futuri essetis diligentiores et cautiores.

— 10. *τὸ κατ' ἀρχάς*] *Διαιρέτως*. Alii *ὑφὲν* scribunt *τοκαταρχὰς*, ut et *ὁπωσδήποτε, παραγνάμην, ὀντινοῦν, δηλονότι, τουτέστι, παραχρῆμα, τοιαῦτον, ἐξυπαρχῆς*. Alii singulis vocibus suos spiritus atque accentus tribuunt.

— ibid. *λαβὼν*, &c. *εἶτα ἐπέβη*] *cum cæpisset*, &c. *demum ingressus est in Thessaliam*.

— 12. *Θετταλίας*] Quasi dicat: Oppidis captis potentissimam nationem est aggressus, ut Isocrates in oratione de Pace his verbis declarat: *Θετταλοὶ μεγίστους πλούτους παραλαβόντες, καὶ δύναμιν μεγίστην καὶ πλείστην ἔχοντες*. Et paulo post: *ὄντων*, inquit, *αὐτοῖς πλέον ἢ τρισχιλίων ἱππέων, καὶ πελταστῶν ἀναριθμήτων*.

— pen. *πάνθ'*] Scilicet, *ταῦτα πάντα*.

— ult. *ἐκβαλὼν*] Ut Terem et Cersobleptem, ut apparet ex Philippi literis.

— ibid. *καταστήσας*] Fuerunt etiam alii duo, ut ex Aristocratea oratione apparet, *Ἀμάδοκος καὶ Βηρισάδης*: quibus, an vero aliis, regna confirmarit, ego affirmare, propter historiæ ignorationem, non possum. Sitalci tamen regnum confirmasse videtur.

P. 18. 1. *ἠσθένησε*] *ἐνόσησε*. Meminit et in Philippicis: *τέθνηκεν ὁ Φίλιππος; οὐ μὰ Δί', ἀλλ' ἀσθενεῖ. τί δ' ὑμῖν διαφέρει; τὸ ἀσθενεῖν, ἀντὶ τοῦ, ἠττῆσθαι τῇ μάχῃ τῇ πρὸς Ὀνόμαρχον*: videtur et verbo et sententiæ alienum. Est et *ῥᾴτατα* aliud, quam *ἅπασαν τὴν δύναμιν ἀναλαβεῖν*, id est, *omnes suas copias educere*.

— ibid. ῥαΐσας] *ubi cæpit habere melius, levato morbo,* ῥαΐζω trisyllabum fit a ῥᾷον. ῥαΐζω dissyllabum, *lacero.* λυκορραισταὶ κύνες, in Euripidis epitaphio.

— 2. ῥαθυμεῖν] ῥᾳθυμία, quasi ῥᾴδιος θυμός, *facilitas animi, omissior animus,* non satis acer et intentus, atque ad voluptatem pronior.

— ibid. ἐπεχείρησε] *manus attulit, aggressus est.*

— ult. Ἰλλυριοὺς] Illyris Italiam, Germaniam, et Macedoniam attingit.

— ibid. Παίονας] Pæonia: Justino Macedoniæ pars est. non multum abludit a Pannoniæ nomine. Zonaras, οἱ Παννόνιοι, inquit, *νέμονται* μὲν πρὸς τῇ Δαλματίᾳ, παρ' αὐτὸν δὲ τὸν Ἴστρον, ἀπὸ Νωρίκου μέχρι τῆς ἐν Εὐρώπῃ Μυσίας, etc. πρὸς δὲ τῇ Ῥοδόπῃ καὶ πρὸς αὐτῇ τῇ Μακεδονίᾳ τὸ τῶν Γαιόνων ἔθνος ἐστί.

— ibid. Ἀρύμβαν] Alii Ἀρύββαν, ut Pausanias, non per *μ*, sed per duo *ββ*. Scribunt nonnulli u, ut parum a *μ* distet. fuit patruus, θεῖος πρὸς πατρὸς Olympiadis, uxoris Philippi, Epiri princeps. Plutarchus Ἀρύβαν uno Ϛ scribit, eique tribuit filium Æaciden, nepotem Pyrrhum, Fratrem Arymbæ fuit Neoptolemus Olympiadis pater.

P. 19. 1. ὅπῃ τίς ἂν εἴπῃ] *Quo quis dicat,* id est, Et quo non?

— ibid. τί οὖν τις ἂν εἴποι] Ἀνθυποφορά. Conciliat autem hæc interrogatio, et orationi varietatem, quæ ad cavendum auditoris fastidium aptissima est, et ætiologiæ aditum præbet commodiorem.

— 2. γνῶτε — ὡς ἀλυσιτελὲς, καὶ τὴν φιλοπραγμοσύνην] Ejusdem verbi diversa constructio. φιλοπραγμοσύνη, *animus alacer, inquietus, strenuus, qui delectatur gerendis rebus.* πολυπραγμοσύνη, tametsi multas occupationes significare videatur, tamen in vitio plerumque ponitur, ut Latinis *curiositas* et *importunitas.*

— 5. ᾗ συζῇ] *Cum qua vivit,* id est, quæ individua ejus comes est, in qua omne suum studium et ætatem consumpsit. συμβιῶναι idem valet quod συζῆν, ut in oratione de Corona: ἐγὼ μὲν δὴ τοιαύτη συμβεβίωκα τύχῃ.

— ibid. ὑφ' ἧς] Argumentum a natura Philippi, naturam autem ejus ex actionibus conjicit: ac statim e natura et actionibus tam Philippi quam Atheniensium, colligit eventum: ac vaticinatur id, quod, quanquam sero, tandem tamen accidit sub Antipatro, Alexandri Magni successore.

— ibid. ὑφ' ἧς —] *Præ qua non est, ut contentus rebus gestis, otium agat,* id est, quæ eum quiescere non patietur, ἀγαπᾶν καὶ στέργειν cum dativo, *acquiescere, æqui bonique facere*: alias *amare* significant.

— 7. σχήσει] Ab ἔχω, vel σχέω.

— ibid. τῶν ὑπαρχόντων] τῶν ἤδε πεπραγμένων, τῆς δόξης τε καὶ δυνάμεως.

— ult. ἐῤῥωμένως] Ut ἀνειμένως, ἐντεταμένως, adverbium e participio: quod comparatur, ἐῤῥωμένος, ἐῤῥωμενέστερος, ἐῤῥωμενέστατος. unde formatio adverbii non obscura est.

— ibid. σκοπεῖτε] Ἐπιτροπή. Primum auditoribus judicium permittit: post ipse pronunciat aperte, id quod hactenus recte dixit.

— ibid. σκοπεῖσθε εἰς τί ποτ' ἐλπὶς (scilicet ἐστὶ, vel εἴη) ταῦτα τελευτῆσαι] *in quid tandem hæc finitura esse, spes sit.* Verbum τελευτῶ absolute ponitur, ut et apud Plutarchum in Conviviis, διαγωγή ἐστιν ἐν οἴνῳ τὸ συμπόσιον, εἰς φιλίαν ὑπὸ χάριτος τελευτῶσα. Idem in Theseo: τῆς μὲν Ἑλένης ἁρπαγὴν, πολέμου μὲν ἐπιμελῆσαι τὴν Ἀττικὴν, αὐτῷ δ' εἰς φυγὴν καὶ ὄλεθρον τελευτῆσαι.

P. 20. 2. τὸν ἐκεῖθεν] *bellum illic gestum.* ἐκεῖθεν, *illinc,* ὁ ἐκεῖθεν πόλεμος. Nos nullum tale adjectivum possumus fingere. ἥξοντα, pro ἥξειν. Sæpe Græci accusativis participiorum utuntur, ubi Latini infinitivis: in iis maxime verbis, quæ Moschopulus, τὰ γνωριστικὰ, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς ὄψεως appellat, ut, οἶδα, εὑρίσκω, ὁρῶ, etc.

— 3. ἀλλὰ μὲν εἰ τοῦτο] Ostendit, Philippum Olyntho capta invasurum Araticam: nunc eam calamitatem, verecunde tamen, cauteque amplificat.

— 4. μὴ τὸν αὐτόν] Similitudo.

— ibid. τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ] Possit etiam legi ὅνπερ.

— ibid. οἱ δανειζόμενοι] *qui mutuum sumunt*: οἱ δανείζοντες, *qui dant mutuum.*

— pen. ἐπὶ τόκοις μεγάλοις] Varia fuisse usurarum genera, ex forensibus Demosthenis orationibus apparet, de quibus ibi agetur commodius.

— ult. τῶν ἀρχαίων ἀπέστησαν] *domo profugiunt.* Suidas, ἀρχαῖα τὰ κεφάλαια τῶν τόκων, interpretatur. Sed Ulpianus τῶν ἀρχαίων exponit τῶν ἐνεχύρων, *pignoribus cedunt.* quod genus sunt ædes, prædia, vestes, etc. pro ἀπέστησαν alibi usurpat, ἐξέστησαν. οἱ δ', inquit, ἐπειδὰν διαλύειν ἐδέησαν οἷς ἄφειλον, ἐξέστησαν ἁπάντων τῶν ὄντων. Item Aristophanes νεφέλαις. ἰὼ κλαίετ' ὦ Ξολοστάται αὐτοί τε καὶ τἀρχαῖα καὶ τόκοι τόκων· οὐδὲν γὰρ ἄν με φλαῦρον ἐργάσαισθ' ἔτι. Budæus τἀρχαῖα τὰ πατρῷα exponit.

P. 21. 1. ἐπὶ πολλῷ] Scilicet, τόκῳ, βλάβει.

— ibid. καὶ ἅπαντα] Elegans antitheton.

— 2. πολλὰ καὶ χαλεπὰ] *Multa difficilia.* τὸ *et* non incommode omittitur. Quæ autem sunt illa? tributum conferre, opem ferre periclitantibus, ipsos militare, excubias agere, stare in acie, vel vincere vel occumbere, in perpetuo esse metu de pa-

triæ servitate et excidio.

— ibid. ἂν οὐκ ἠβουλόμεθα] ἐκείνων ἄ. genitivus partitive positus. ἠβουλόμεθα pro ἐβουλόμεθα, Ἀττικῶς. Verba sic ordinanda sunt: δέδοικα, etc. μὴ ἔλθωμεν ὕστερον εἰς ἀνάγκην ποιεῖν πολλὰ καὶ χαλεπὰ ἂν οὐκ ἠβουλόμεθα.

— ibid. ἠβουλόμεθα] Scilicet, μέχρι τοῦδε, quæ hactenus fucere noluimus. non est, ἂν οὐκ ἀν βουλοίμεθα, quæ nollemus. quanquam eodem fere sententia recidit.

— 4. ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ] Id est, τῇ Ἀττικῇ, τῶν, scilicet, ὄντων, vel κτημάτων, est ἐπεξήγησις. Quasi dicat, de aris et focis.

— 4. τὸ μὲν οὖν] Προκατάληψις, sumpta a discrimine reprehensionis, et proprio consilii.

— 7. ἐγὼ δὲ] Novo quasi exordio captat benevolentiam auditorum, cum modesta reprehensione iniquitatis eorum, seu conquestione potius, et sui ergo rempublicam studii commendatione.

— 9. αἰτίους — ὑστάτους] ὑστάτους, in Aldino codice oscitantia librarii omissum puto. Nam sententiæ non incommodat, et in προοιμίοις δημηγορικοῖς eodem modo usurpatur. Cæsar in Catilinaria: "Plerique mortales (inquit) postrema meminere." Vulgus proxima quæque meminit, cætera obliviscitur: cujus ingenium in oratione Falsæ Legationis egregie describitur. In hanc sententiam etiam secunda Philippica: ὀρῶ γάρ, inquit, ὰς τὰ πολλὰ ἐνίους, οὐκ εἰς τοὺς αἰτίους, ἀλλ' εἰς τοὺς ὑπὸ χεῖρα μάλιστα τὴν ὀργὴν ἀφιέντας.

— ibid. εἰπόντας ἐν ὀργῇ ποιεῖσθε] Id est, τοῖς εἰποῦσιν ὀργίζεσθε.

— 10. κατὰ γνώμην] *ex sententia, ita ut volebatis.* subintelligitur, τὴν ὑμετέραν. contrarium hujus, παρὰ γνώμην.

— 11. ἰδίαν] *propriam*, id est, suam, vel meam potius, τὴν ἐμαυτοῦ. Sequitur enim primæ personæ verbum ἡγοῦμαι: *privatam, privatæ securitatis ratione habita, privati periculi metu.* Sic etiam οἰκεῖος sæpe usurpatur.

— ibid. ὑποστείλασθαι] *dissimulare.* μηδὲν ὑποστειλάμενον εἰπεῖν, *aperte dicere*, ab ὑποστέλλομαι.

— 12. φημὶ δὴ δι᾽ χῆ] Repetitio propositionis, et declaratio. Supra enim in hoc loco, ἔστι δὴ τάγ' ἐμοὶ δοκοῦντα, censuit opem ferendam esse Olynthiis: nunc, quo pacto id fieri debeat, ostendit, καὶ τὸν τρόπον τῆς βοηθείας εἰσηγεῖται, ἔστι δ' οὗτος τοῦ δυνατοῦ κεφαλαίου.

— ibid. δι᾽ χῆ] Ulpianus putat, Demosthenem iniquum postulare, ut æquum ferat. et fortasse accommodat se ambitioni Atheniensium, τῶν ἐν τοῖς ψηφίσμασι τὰ μέγιστα αἰρουμένων, ut in Philip. ait. Sed nostra nihil interest divinare, nec incerta pro certis habenda sunt.

— ibid. δι᾽ χῆ βοηθητέον εἶναι τοῖς πράγμασιν ὑμῖν] Gemini dativi eidem additi adverbio, βοηθητέον ὑμῖν τοῖς πράγμασιν, id est, ὑμᾶς δεῖν βοηθεῖν τοῖς πράγμασι.

— ibid. δι᾽ χῆ] ἐν δυοῖν τόποιν.

— 13. τὰς πόλεις] δύω καὶ τριάκοντα τοῦ Χαλκιδικοῦ γένους.

— 15. κακῶς ποιεῖν τὴν χώραν] *malefacere regioni, infestare, vastari, populari.*

— antep. ὑπομείνας τοῦτο] Quis vero rex ita sit immanis, ut alienæ ditionis cupiditate, vastari suam patcretur? Pericle tamen auctore hoc fecerunt Athenienses, ut Atticam ab Archidamo vastari paterentur, et ipsi interim classe missa Peloponnesum infestarent, itaque Lacedæmonios domum revocarent. Thucydides lib. 2.

— pen. παραστήσεται] *coget ad deditionem.*

— ibid. οἰκείαν] Scilicet, χώραν, id est, Μακεδονίαν.

P. 22. 1. προκαθεδεῖται] Futurum secundum medium, a προσκαθέζομαι, *in res gerendas incumbet.*

— 2. τοῖς πράγμασι] τῇ πολιορκίᾳ καὶ τῷ πολέμῳ, ducet bellum. De his enim rebus loquitur.

— ibid. τῶν πολιορκουμένων] Ἐμφατικῶς. obsidionis mora intolerabilis. Troja decimo, Numantia tertio demum et decimo anno, expugnata est. Sed rara hæc sunt exempla, nostro præsertim seculo, quo mœnia magis ad ostentationem, quam ad defensionem comparata esse videri possunt.

— 3. δεῖ δὲ] Conclusio.

— ibid. πολλὴν καὶ διχῇ] *Bifariam*, id est, διπλῆν, vel διττὴν, *gemina esse auxilia.*

— 4. καὶ περὶ μὲν] Hactenus tractata est voluntas, cur Athenienses strenue juvare debeant Olynthios: nunc transit ad alteram partem, facultatem.

— 5. περὶ δὲ χρημάτων πόρου] *De pecuniæ autem commeatu.* Sic etiam Cicero sæpe loquitur, id est, quod attinet ad parandæ pecuniæ rationem.

— ibid. ἔστιν ὦ ἄνδρες] Cum asseveratione et amplificatione proponit, Satis esse pecuniæ.

— ibid. ἔστιν — ἔστιν] Ἐμφατικὴ repetitio.

— 6. οὐδενὶ τῶν ἄλλων] Ὑπερβολή. Non plus quam Philippo, non plus quam regi Persarum. Sed respexit ad Græcos quorum opes fuerunt tenues.

— 7. οὕτως ὡς βούλεσθε] Ὑποσιώπησις. Nolnit enim dicere, ἐν ταῖς θεωρίαις καὶ ταῖς ἑορταῖς.

— ibid. εἰ μὲν οὖν] Ὑποθετικὸν δίκωλον.

— 8. ταῦτ' ἀποδώσετε] τὰ θεωρικὰ, ὥσπερ χρέος ὀφειλόμενον.

— ibid. ἀποδώσετε] Pecunia reddenda est, ergo non est vestra.

— 9. οὐδενὸς — προσδεῖ] Id est, δεῖ πρὸς

τοῖς θεωρικοῖς· αὐτάρκη ἐστὶ τὰ προσοδευόμενα τῇ πόλει χρήματα.

— ibid. μᾶλλον δὲ παντὸς] Correctio et παρανομασία. Malo autem δὲ παντὸς legere, quam δ' ἅπαντος: ut et supra, ἀποδώσετε, quam ἀνταποδώσετε.

— pen. τί οὖν, ἄν τις εἴποι] Ἀνθυποφορὰ, cui respondet distinctione verborum, γράφω et ἡγοῦμαι δεῖν.

— ibid. τί οὖν] Sic ordina verba: εἴποι τις ἂν, τί οὖν; σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά; Sicut dicit Cicero, "Quid? Quid ergo?"

— ibid. σὺ γράφεις] γράφειν, *scribere, decernere, decretum facere, ferre legem.*

— ult. οὐκ ἔγωγε] Scilicet γράφω, ἀλλ' ἡγοῦμαι. Argutia sententiæ sita est in verbis γράφειν, quod capitale erat: et ἡγεῖσθαι. quod etsi odiosum, periculi tamen expers. Nec enim cogitationis pœna cuiquam, ut jurisconsulti dicunt, patienda est.

P. 23. 1. ταῦτ' εἶναι] Si igitur jam ante sunt militantium, quid opus est novo decreto? sed hoc negabat plebs Atheniensis. Potest etiam repeti verbum δεῖν, ut sit sententia: ἡγοῦμαι δεῖν ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά.

— 2. καὶ μίαν — εἶναι] Hæc sententia in tertia Olynthiaca repetitur, et clarius explicatur: τὴν αὐτὴν τοῦ λαβεῖν, τοῦ στρατεύεσθαι, etc. τάξιν ποιήσας. Exstat hujus argumenti tota oratio περὶ συντάξεως, ubi de hoc vocabulo plura dicturi sumus.

— ibid. σύνταξιν εἶναι, etc. ὑμεῖς δὲ] Iterum confert, τὸ δέον καὶ τὸ γινόμενον.

— 3. οὕτω πως ἄνευ πραγμάτων] ἄνευ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα. μηδὲν ποιοῦντες τῶν δέοντων. otiosi, *nihil administrantes et gerentes.* Quis istuc nollet? sic certe ἐν ταῖς μακάρων νήσοις vivitur.

— 4. ἔστι δὴ λοιπὸν] Eventum ignaviæ ostendit: et tacite monet, ut alienam pecuniam non accipere, quam suam amittere, malint.

— 5. πολλῶν] Scilicet χρημάτων. Recenset Plutarchus Crobyli dictum: ὅτι ὁ πόλεμος τεταγμένα οὐ σιτεῖται. *bellum demenso non pasci.* et Thucydides: ὅτι ὁ πόλεμος ἥκιστα ἐπὶ ῥητοῖς προχωρεῖ, id est, incertos esse bellorum eventus, vel, ut Livius loquitur, "eventus nusquam minus respondere quam in bellis."

— 6. δεῖ δὴ χρημάτων] Γνώμη ἀποφαντικὴ, cui qui fidem non habet, is abeat in forum rerum vænalium sine pecunia: imo in curiam etiam, et ecclesiam.

— ibid. δεῖ δὴ χρημάτων] Scilicet, εἰς τὸν πόλεμον. quanquam in pace etiam. Eget autem pecunia frugalissimus quisque minime, luxuriosissimus maxime. Ita enim fit, ut canit Ovidius:

"Quærere ut absumant, absumpta requirere certant,
Sic ipsæ vitiis sunt alimenta vices."

Nemo tamen, ut nunc vivitur, sine pecunia commode potest vivere.

— 7. τῶν δεόντων] Scilicet, τῷ πολίμᾳ. Referendæ sunt enim pleræque sententiæ ad id negotium, cui adhibentur.

— ibid. λέγουσι δὲ καὶ ἄλλους] His verbis et arrogantiam vitat, et Atheniensium facultatem auget.

— 8. καὶ ἕως ἐστὶ] Iterum admonet occasionis.

— 10. ἄξιον δὲ ἐνθυμηθῆναι] Ostendit, pecuniam non deesse Atheniensibus. Sed id nondum satis est ad animos eorum confirmandos, quos potentia Macedonis solicitat. Eam igitur et ipsam nunc convellere et labefactare conatur: idque iis rationibus, quas ordine videbimus.

— ibid. ἄξιον] *dignum*, id est, operæ pretium. ἐνθυμητέον, ἐνθυμεῖσθαι χρή.

— ibid. ἐνθυμηθῆναι] *cogitationem suscipere.*

— ibid. τὰ πράγματα] Sic ordinabis: ἐν ᾧ (scilicet τόπῳ) τὰ πράγματα τὰ Φιλίππου, καθέστηκε νυνί. *quo in loco sint res Philippi, qui sit status ejus.*

— pen. οὔτε γὰρ ὡς δοκεῖ] Primum inficiatione proponit, Philippum non esse revera potentem, aut hoc tempore fortunatum, sed falso putari talem ab imperitis. Deinde remotione partium idipsum comprobat.

— ibid. οὐδὲ γὰρ] Verba sic ordinabis: τὰ πράγματα αὐτοῦ οὐκ εὐπρεπῶς (scilicet ἔχει) (ὡς δοκεῖ, καὶ φήσειέ τις ἄν, μὴ σκοπῶν ἀκριβῶς) οὐδὲ (οὕτως, scilicet ἔχει) ὡς ἂν ἔχοι κάλλιστα. *res ejus non decenter (ut videtur, et dicere queat is qui non accurate inspexerit) neque ita se habent, ut haberent, si essent præclarissimæ.* Potuisset brevius dicere: τὰ πράγματα αὐτοῦ οὔτ' εὐπρεπῶς, οὔτε κάλλιστ' ἔχει, ὡς δοκεῖ, etc. *status rerum ejus non est pulcherrimus:* ut Cicero dicit, "In senatu pulcherrime cum staremus."

P. 24. 1. οὔτ' ἂν ἐξένεγκεν] I. Olynthiorum rebellio inopinata.

— ibid. ἐξένεγκεν] ab ἐκφέρω.

— 2. τοῦτον] τὸν Ὀλυνθιακόν.

— ibid. πολεμεῖν αὐτὸν] Scilicet τὸν πόλεμον. notus Atticismus.

— ibid. ᾠήθη] ab οἴομαι.

— 3. ὡς ἐπιὼν] *tanquam vel statim aggressus*, id est, Tum cum bellum susciperet, sperabat se primo impetu confecturum esse omnia: quæ spes eum fefellit. Hoc igitur quia præter spem evenit, etc. Possunt etiam (quanquam aliquanto coactius) verba sic ordinari: ἀλλ' ἤλπιζεν ἀναιρήσεσθαι πάντα τὰ πράγματα, ὡς τότε, ἐπιών. *sperabat omnia se negotia confecturum esse, ut tunc* (scilicet, quum Amphipolim, Pydnam, Potidæam, etc. cepit), *primo impetu:* vel, *quum primum invasisset, speravit fore ut Olynthii statim*

*sese dederent.* Quod Lucianus in laudatione Demosthenis sub Antipatri persona dicit, κάλυμά τι καὶ πρόβολος ἡμῖν ὁ ἄνθρωπός ἐστι, μὴ πάντ' ἔχειν ἐξ ἐπιδρομῆς: idem est.

— 4. κἄτα] καὶ εἶτα. διέψευσται, a διαψεύδομαι.

— 5. παρὰ γνώμην] *præter exspectationem, aliter quam voluit.* Supra κατὰ γνώμην, est hujus contrarium.

— 6. εἶτα τὰ τῶν Θετταλῶν] II. Perfidia Thessalorum. Diodorus lib. 11. fol. 283. de pugna ad Tanagram, τῶν μὲν Θετταλῶν μεταβαλόντων ἐν τῇ μάχῃ πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους.

— ibid. τὰ τῶν Θετταλῶν] Ulpianus hic argutias quærit. sed ut dicimus, τὰ τῆς δικαιοσύνης, pro *justitia*: sic etiam τὰ τῶν Θεσσαλῶν, dici puto pro *Thessalis*.

— ibid. ταῦτα γὰρ] Id est, οὗτοι οἱ Θεσσαλοί.

— 9. εἰσὶν ἐψηφισμένοι] Id est, ἐψηφίσαντο.

— 10. τειχίζειν] ὀχυρῶσαι, φρουρίον ἐνοικοδομεῖν.

— ibid. τοὺς λιμένας] τὰς προσόδους τῶν λιμένων.

— pen. τὰς ἀγορὰς] τὰ τέλη τῶν ἐμπορίων.

— ibid. τὰ κοινὰ] τὸ κοινὸν, *Respublica*, quanquam et Cicero *commune* hoc modo dixit, ut et τὸ κωμικὸν καὶ τὸ τραγικὸν, Comicum et Tragicum, dure satis.

— ult. δέοι] Latinis hic utendum esset infinitivo δεῖν.

— ibid. διοικεῖν] *administrare, sustentare.*

P. 25. 2. εἰς στενὸν κομιδῇ καταστήσεται αὐτῷ] *in admodum arctum redigentur.* Sicut Comicus: "Nunc meæ in arctum coguntur copiæ."

— ibid. τὰ τῆς τροφῆς τῶν ξένων] Id est, ἡ τροφὴ τῶν ξένων.

— 4. τούτους ἅπαντας] Scilicet τοὺς ὑπὸ Φιλίππου ὄντας καὶ δεδουλωμένους.

— ibid. αὐτονόμους] Sic ordina: ἥδιον ἂν εἶναι αὐτονόμους καὶ ἐλευθέρους. Neque enim puto multum inter αὐτονομίαν καὶ ἐλευθερίαν interesse. Paconibus imperabat Philippus. Non igitur ii suis, sed regis legibus vivebant. Erant enim ejus mandata leges, sicut vere dicit Isocrates: pag. 11. v. 50. ἰσχυρότατον εἶναι νόμον τὸν τρόπον τῶν βασιλέων. Jam si ab alienis mandatis pendebant, non erant liberi (habebant enim dominum) si non liberi, ergo servi: quod verbum statim sequitur. Sic ὁ μὴ αὐτόνομος ὢν, οὐκ ἔστιν ἐλεύθερος· ὁ μὴ ἐλεύθερος δοῦλος. quod de iis duntaxat intelligendum est, qui non legi, sed regi sive tyranno parent. Alioqui veniemus in Euripideam disputationem, et Stoice concludemus, neminem prorsus esse liberum, cui ullus vel homo vel affectus dominetur. Quod equidem parum abest quin verum esse confitear.

— 6. ἀνθεις] Ut homines bellicosi, et bostes vincere soliti. Magis autem dolent insueta mala: et, ut Virgilius ait, "Quondam etiam victis redit in præcordia virtus." Sed ii qui virtute carent, rectissime faciunt, si æquis animis ferant servitutem. Sic quoniam leve fit, quod bene fertur onus.

— ibid. καταλούειν] Ἐμφατικῶς. quasi dicat, πάνθ' ὑπηρετεῖν καὶ τὰ δίκαια, καὶ τὰ ἐναντία. *morem ei gerere in rebus omnibus, sive justis, sive injustis.* Id quod Creon apud Sophoclem τυραννικῶς a civibus postulat.

— ibid. ἀνθρωπος] Id est, ὁ Φίλιππος ἐστὶν ὑβριστής. sic malo, quam ὁ Φίλιππός ἐστιν ἄνθρωπος ὑβριστος. articulus ὁ et verum ἐστὶν omissa, turbant rudiores.

— ibid. ὑβριστής] ὑπερήφανος, ἄδικος, τύραννος. cujus cantilena est:

"Sic volo sic jubeo, sit pro ratione voluntas."

— 7. ὡς φασι] Cautus est Demosthenes, ac vanitatis opinionem cavet, in vituperando Philippo: cui laus humanitatis, sive veræ, sive pro re nata simulatæ, tribuebatur.

— ibid. καὶ μὰ Δι'] Προκατάληψις.

— ibid. οὐδὲν] Pro οὐκ. sed illud majorem habet ἔμφασιν.

— ibid. τὸ γὰρ εὖ πράττειν] Refutatio ejus quod objici poterat, Philippum esse humanum, et justum: sumitur ab adjunctis. Comitatur enim felicitatem insuitatam plerumque insolentia, insolentiam odium, odium defectio novarumque rerum studium sequitur.

— ibid. τὸ εὖ πράττειν] ἡ εὐπραξία, ἡ εὐτυχία.

— 8. παρὰ τὴν ἀξίαν] Ἄξιος, α, ον, *dignus, a, um.* ἡ ἀξία, substantive, *dignitas, pretium, meritum.* κατ' ἀξίαν, id est, ἀξίως, *pro dignitate,* ὑπὲρ τὴν ἀξίαν, *supra dignitatem,* παρ' ἀξίαν, *contra dignitatem.* Significat igitur, Philippum ob improbitatem indignum esse tantis successibus. In β. Ὀλιγθ. οἱ παρὰ τὴν ἀξίαν αὐτῶν δεδουλωμένοι Θεσσαλοί. Quos, cum hic perfidos vocet, ibi tamen Philippo anteponit. Atque hæc vulgaris expositio vocabuli est: sed mihi nescio quomodo interdum non tam *dignitatem,* quam aliquid, quod modum et consuetudinem excedit, significare videtur. ut, τὸ εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν, sit *immodica et inusitata felicitas,* παράλογος εὐτυχία, quam ipse etiam Philippus apud Lucianum sibi tribuit, his verbis: τῇ παραδόξῳ ῥοπῇ τῆς τύχης τῇ πολλὰ πολλάκις ἡμῖν συνειργασμένῃ κεκρατήκαμεν. Pausanias item in Messeniacis: διὰ δὲ τὴν κουφότητα οὐ χαλεπῶς ἀποφευγόντων τῶν Μεσσηνίων, ἀπορία τοῖς Λακεδαιμονίοις, καὶ ἀπ' αὐτῆς ἤδη

καὶ ὀργὴ γίνεται, πεφύκασι δέ πως οἱ ἄνθρωποι μάλιστ' ἔχειν ἀκρατῶς πρὸς τὰ παρ' ἀξίαν. hoc est (ut ego quidem interpretor: qui volet, transferat aliter), *cum autem Messenii, ut homines expediti, haud difficulter refugerent: æstuare Lacedæmonii, atque ex eo jam etiam irasci cæperunt. Natura enim ita fert, ut ea maxime commoveant homines, quæ ab usitata ratione recedunt.* Indignum scilicet facinus judicabant Lacones, se a fugitivis Messeniis ita vexari, ut Antonius a Parthis: quos in stataria pugna facile confecissent.

— ibid. ἀφορμὴ] *occasio, initium, ansa.* μεταφορικῶς. interdum ἐνθήκη, id est, *sors mensæ argentariorum.*

— ibid. τοῦ κακῶς φρονεῖν] *desipiendi.* τὸ εὖ φρονεῖν, *sapere.* Num φρονεῖν verbum est mediæ significationis, declarans quamcunque mentis et voluntatis affectionem. unde μέγα φρονεῖν, *superbire, fretum esse aliqua re.*

— ibid. τοῖς ἀνοήτοις] *incogitantibus, minus attentis.* Nam οἱ μωροὶ perpetuo κακῶς φρενοῦσι. Potest autem interdum etiam vir prudens vel ex incogitantia, vel perturbatione animi aliqua præpeditus, κακῶς φρονεῖν, præsertim in rebus secundis. Unde poeta: " Difficile est (inquit) æqua commoda mente pati." Declaratur autem hæc sententia in Areopagitici Isocratis exordio: et Cicero primo de officiis sapienter præcipit, prospera fortuna quo pacto sit ferenda. Eusebius ἐν τῷ συλλογῳ· ὁ ἄφθονος πλοῦτος ἐμπόδιον πρὸς τὸ καλῶς φρονεῖν ὑπάρχει. et Æschylus: ἢ βαρὺ φέρημ' ἄνθρωπος εὐτυχῶν ἄφρων.

— 9. διόπερ πολλάκις] Conclusio. Ergo verisimile est, Philippum non tam facile retenturum esse potentiam, quam paravit: sed aut deceptus est, aut decepit Demosthenes. Aut enim manserunt hi omnes, aut vi certe retenti sunt in fide, atque in officio.

— ibid. διόπερ πολλάκις] His verbis innuit, Philippum socios amissurum esse. τὸ φυλάξαι τοῦ κτήσασθαι, pro τὸ φυλάττειν τοῦ κτᾶσθαι. ἀόριστοι loco ἐνεστώτων. In oratione περὶ συμμοριῶν· τὸν ἀγῶνα τὸν ἐκ τοῦ πολέμου ῥᾴδιον ἂν συμβάντα, pro συμβησόμενον ponit, ut infra ζημιωθῆναι pro ζημιωθήσεσθαι.

— 10. δεῖ τοίνυν ὑμᾶς] Loco facultatis absoluto, in quo et Atheniensibus belli nervos pecuniam non deesse, et Philippi res non in optimo esse loco, probare contendit: ad exhortationem accedit, id quod usitate fit. Ut enim in ædificando, fundamenta primum jaciuntur, ac tum demum parietes, tectum et ornatus adduntur: sic etiam in suadendo primum docenda res, et confirmanda est, post ad exhortationem veniendum.

— pen. τὴν ἀκαιρίαν, τὴν ἐκείνου] τοῦ Φιλίππου. Quæ autem est illa ἀκαιρία? Bellum Olynthiorum, Thessalorum perfidia, Barbari studentes novis rebus, quorum fidem lubricam etiam Alexander initio regni est expertus. Vide Arrianum libro 1.

— ibid. καιρὸν ὑμέτερον νομίσαντας] Sic Plancus ad Ciceronem: " interim maximam hic solicitudinem curamque sustineo: ne, inter aliena vitia, hæ gentes (Gallia citerior et ulterior) nostra mala suam putent occasionem."

— ult. συνάρασθαι] Iterum distributione utitur.

— ibid. συνάρασθαι] A συναίρομαι, *adjuto.* Proposito σὺν fere perpetuo etiam in compositione dativum postulat, cui sæpe accedit accusativus: ut συμβουλεύω σοὶ τὰ δέοντα. Potest igitur hic etiam dativus τῷ καιρῷ, vel τῇ τύχῃ (ut Ulpianus monet), vel τοῖς Ὀλυνθίοις, subintelligi.

P. 26. 1. πρεσβευομένους] τῷ πρεσβεύεσθαι.

— ibid. ἐφ' ἃ] Scilicet χωρία, pro, ἐφ' οὓς τῶν Ἑλλήνων δεῖ.

— 2. καὶ παροξύνοντας] τῷ παροξύνειν.

— ibid. λογιζομένους] καὶ λογίζεσθαι.

— ibid. λογιζομένους] Ab exemplo hostis Philippi, quo et terrorem eis incutit, et odium in eum atque indignationem inflammat.

— 4. τῇ χώρᾳ] τῇ Ἀττικῇ, τῇ ὑμετέρᾳ, *si vester ager bello infestaretur.* Est declaratio ejus quod præcessit. Quæ optatior Philippo dari contra Athenienses possit occasio? Si, ut ille nunc in Macedoniæ vicina Thracia Olynthiaco bello vexabitur: sic in Atticæ finibus hostilis esset exercitus.

— ibid. λογιζομένους — πῶς ἂν οἴεσθε] Hæc male cohærent. Dicendum enim fuisset, λογιζομένους πῶς ἂν ἑτοίμως ἐφ' ἡμᾶς ἔλθοι. sed Demosthenes αὐτὸν οἴεσθε ex affectu interposuit. Affectus autem leges grammaticæ non minus negligunt, quam reipub.

— 5. εἶτα] *postea, deinde, demum.* sæpe *et* ut Virgil· " Et dubitamus adhuc factis acquirere famam? εἶτ' ὀκνοῦμεν ἔτι διὰ καλῶν ἔργων δόξαν κτήσασθαι;

— ibid. ἃ πάσχοιτε ταῦτα] Usitate apud Græcos, nec apud Ciceronem raro, prius relativum antecedente ponitur, ut in Epistola ad Curionem: " Exspectationem tu una re facillime vinces, si hoc statueris, quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus eæ laudes comparantur, in iis esse elaborandum." Naturalis enim ordo talis esset: In iis artibus esse elaborandum, quibus eæ laudes parantur, quarum gloriam adamaris.

— 6. τολμήσετε] Quia præcessit αἰσχύνεσθαι, utrumque indicativi modi. Sed quia πάσχοιτε supra scriptum est possit

et hic τολμήσαιτε καὶ αἰσχύνησθε legi.

— 8. ἔτι τοίνυν] Amplificatio per collationem. Primum autem affirmat, omnino esse bellum cum Philippo gerendum; idque sic probat, quod Philippus et cupiat impressionem facere in Atticam, et eum nemo, nisi ipsi Athenienses, prohibere aut possit, aut velit. Deinde ostendit, quanto præstabilius sit, foris quam domi bellom gerere.

— 10. ἐὰν τὰ τῶν Ὀλυνθίων ἀντέχῃ] ἐὰν οἱ Ὀλύνθιοι μὴ ἡττηθῶσι, μὴ ἐκπολιορκηθῶσι.

— 11. τὴν ἐκείνου — τὴν ὑπάρχουσαν] Id est, πατρῴαν χώραν, τὴν Μακεδονίαν, ἣν νῦν ἔχει. quasi dicat: Adeo non licebit Philippo Atticam invadere, ut de Macedonia ipsa, regno patrio, sit venturus in periculum. ὑπάρχουσα χώρα Philippi, est Macedonia, cæteræque quas subegerat: μέλλουσαι, Olynthus et Athenæ, si rem bene gessisset.

— 12. καὶ τὴν οἰκείαν καρπούμενοι] *etiam fruentes.* alioqui si καὶ, *et* exponat, constructio postulabit non καρπούμενοι, sed καρπώσεσθαι. Quare si qui τὴν ὑπάρχουσαν καὶ τὴν οἰκείαν ταύτην conjungunt, et ad Athenienses referunt, nihil delinquunt. quanquam prior illa expositio mihi magis placeret, si conjunctio καὶ abesset, ac tota periodus sic distingueretur: καὶ τὴν ἐκείνου κακῶς ποιήσετε τὴν ὑπάρχουσαν· καὶ τὴν οἰκείαν ταύτην, etc. Sed hoc si displicet, sic distingue: κακῶς ποιήσετε· τὴν ὑπάρχουσαν καὶ τὴν οἰκείαν ταύτην etc.

— 13. ἀν δ' ἐκεῖνα] Scilicet, τὰ ἐπὶ Θράκης, τὴν Ὄλυνθον.

— ibid. τίς αὐτὸν] Remotione partium probat, nihil Philippo obstare posse.

— pen. δεῦρο] Supra dixit, ὅποι βούλεται, sic audacius et apertius in progressu loquitur.

— ibid. ζαδίζειν] Lene verbum est. sequitur declaratio satis gravis, καὶ συνεισβαλοῦσιν. Est enim εἰσβάλλειν, *hostiliter invadere, impressionem facere.*

— ibid. μὴ λίαν] προεπίπληξις, προδιόρθωσις, sive προθεραπεία.

— ibid. μὴ ᾖ] *ne sit, ne videatur.* petit veniam libertati orationis. Qui μὴ ᾖ exponunt, ἐὰν μὴ ᾖ λίαν πικρὸν εἰπεῖν, λέγοιμ' ἂν ὅτι καὶ συνεισβαλοῦσιν: de suo verba Demostheni larginntur.

— ult. καὶ συνεισβαλοῦσιν] Inversio.

— ibid. ἀλλὰ Φωκεῖς] Scilicet κωλύσουσιν αὐτὸν δεῦρο ζαδίζειν. In Phocide fuerunt viginti duæ urbes, et inter cæteras etiam Delphi. Est autem Phocis Bœotiæ finitima.

— ibid. οἱ τὴν οἰκείαν] Argomentum a minori ad majus, et ab absurdo.

— ibid. οἳ τὴν] Brevitate utitur. Sententia clara est, sed verba sic absolvi possunt: πῶς ἂν τὴν Ἀττικὴν φυλάξωσι; *Atticam quo pacto tuebuntur?*

P. 27. 1. τὴν οἰκείαν] Scilicet χώραν, τὴν Φωκίδα.

— ibid. οἷοί τε ὄντες] Id est, δυνάμενοι οἷος, *qualis*, cum particula τὲ et εἰμὶ significat δύναμαι: et declinatur per omnes casus, numeros, et genera, more aliorum adjectivorum. in secunda Olynthiaca, ἀνδρὸς οὐδαμῶς οἷόν τε ψεύδεσθαι, participium ὄντος est omissum: et ipsum οἷόν τε, non tam pro δυναμένου quam βουλομένου vel εἰθισμένου videtur poni. Quis enim est, qui mentiri non possit? quum paucissimi sint, qui, commodi præsertim sui causa, mentiri non et velint et soleant. Nam scite mentiri, quod ejus esse dicit Plato, qui rectissime vera possit dicere, aliud est.

— ibid. βοηθήσητε] Scilicet αὐτοῖς.

— 2. ἡ ἄλλος τίς] Thessalos tacuit, quia eos a Philippo esse alienos ostendit. Quare propensiores in Athenienses amicitiam videri poterant. Hactenus igitur ostendit, Philippo non defore facultatem, Olyntho capta, in Atticam invadendi. Nunc eum etiam velle, probandum est. Voluntas enim et facultas, ut in omni genere actionum humanarum, sic in conjecturis etiam et consiliis dominantur.

— ibid. ἀλλ' ὦ τὰν] Ἀνθυποφορά. Fortasse nolet, etsi possit.

— ibid. ἀλλ' ὦ τὰν] ὦ ἑτᾶν, *o bone, o socie, heus tu.* Vocativus irregularis ab ἕτης, *socius, civis, amicus, æqualis, necessarius.* ἀλλ' ὦ τὰν, *at vero, at hercule.*

— 3. τῶν ἀτοπωτάτων] Refutatio sumpta a signo. Ait se facturum: ergo vult. sed multa dicuntur alias vanitate quadam ingenii, alias certo consilio, et terroris causa. Quare hnc argumentum non perpetuo verum est, et in Philippicis certiores conjecturas affert Demostbenes.

— ibid. τῶν ἀτοπωτάτων] Id est, ἀτοπώτατον.

— ibid. μέντ'] μέντοι.

— ibid. ἃ νῦν ἀνοίαν] Argumentum a minori ad majus. Jactat se facturum, quum non potest. Quanto magis faciet, quum poterit? Incidit et absurdum: Jactare te facturum, quæ nolis, non convenit.

— ibid. ἀνοιαν ὀφλισκάνων] *incogitantiam debens:* id est, cum incogitantiæ reprehensione, ob quam jactantiam parum prudens habetur, parum considerate. Pertinet hoc etiam ad consolationem Atheniensium, et eorum potentiæ celebrationem. sic ὀφλισκάνειν γέλωτα, μέμψιν, *esse deridendum, esse reprehendendum,* ὀφλισκάνειν δίκην, οἱ ὀφλόντες et ἀφληκότες, quid sit in Forensibus commodius dicetur.

— 4. δυνηθεὶς] ἐὰν δυνηθῇ.

— ibid. ἀλλὰ μὴν ἡλίκα] Jam tandem explicat discrimen, idque κατὰ παράλει-

ψιν, amplificatum a circumstantiis temporis et personarum, et alia collatione, adjecto argumento a minori ad majus, et a turpi.

— 5. οὐδὲ λόγου προσδεῖν] Sicut alibi, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ, scilicet λόγου. quanquam alii aliter exponunt, pro πολλοῦ γε καὶ δεῖ. de quo alibi commodius disputabimus.

— 6. δεήσειεν] a δεῖ.

— 7. ἔξω] Scilicet τῆς πόλεως, οὐχὶ δ' ἐν Μακεδονίᾳ.

— ibid. καὶ ὅσα] Verba sic ordina: καὶ λαμβάνειν τῶν ἐκ τῆς χώρας, ὅσα ἀνάγκη (scilicet ἐστὶ λαμβάνειν) χρωμένους στρατοπέδῳ, id est, τούτους οἷς χρῶνται· ὅπως λαμβάνωσιν οἱ χρώμενοι. Nulla mihi esse causa videtur, cur χρωμένοις dativum per οι scribas pro χρωμένους accusativo pro ου.

— 8. τῶν ἐκ τῆς χώρας] Articulus elegantiæ causa accedit, et genitivus partem significat: Hostes non τῶν, sed τὰ ἐκ τῆς χώρας rapiunt.

— 9. ζημιωθῆναι] ζημιωθήσεσθαι.

— ibid. τοὺς γεωργοῦντας ὑμῶν] τούτους ὑμῶν οἳ γεωργοῦσι, *eos e vobis qui agros colunt, qui prædia foris habent, agricolas vestræ urbis, agricolas vestros.* Etsi enim ὑμῶν hic non possessionem, sed partitionem significat: non tamen video cur sic interpretari non liceat, quum Latini scriptores in iis sententiis, quas a Græcis mutuantur, propter vitandas verborum ambages, alias minus proprie, alias obscurius loqui soleant. Quanquam ea ratio ad dissimulanda eorum furta non parum facit: dum ipsi auctores videri non accepta referre Græcis volunt, quæ conscribunt.

— 10. ὑμῶν] Legitur et ἡμῶν per η. quæ permutatio frequentissima cum sit, ex sententia facile plerumque dijudicari potest.

— ibid. πρὸ τοῦ] πρὸ τούτου, Amphipolitanum, in quod, auctore Ulpiano, 1200 talenta sunt impensa.

— 11. δεδαπάνηται] *impensum est.* impersonale, a δαπανάομαι. vel δεδαπανήκατε.

— ibid. ὅσα] ἀντὶ τοῦ, πόσα, sicut dicunt, μεγάλα, μικρὰ, πολλὰ, ὀλίγα, ὠφελεῖσθαι, ἐλάπτεσθαι, adverbialiter.

— 12. ζημιωθήσεσθαι] Scilicet τοὺς γεωργοῦντας ὑμῶν. Aut absolute, *quantum damni datum iri.* a ζημιόω.

— ibid. καὶ προσέσται] Aldus πρόσεσθ', sine καὶ legit. ac omitti καὶ, mihi non displicet: malim tamen προσέσται futurum, quam πρόσεστι præsens.

— ibid. ἡ ὕβρις] Scilicet ἡ τῶν πολεμίων, *protervitas et petulantia illa militaris:* quod genus hominum ingluviem suam explesse non contentum (ut de stupris et cædibus taceamus) vinum effundit, frumentum in viam abjicit, instrumentum et supellectilem dissipat, segetes conculcat, arbores frugiferas succidit, villas incendit: omnibus denique modis declarat se pestem et perniciem esse humani generis, rerumque a Deo nostris usibus conditarum; summaque contentione id agit, ut ferocissimarum belluarum superet immanitatem. ὕβριν hic non significare *contumeliam*, aut *dedecus*, quod suscepturi sint Athenienses, vel ex Ulpiani προλεγομένοις intelligitur, cujus (ut nos quidem restituimus) hæc verba sunt: τίνα δὲ ἐργάσονται οἱ πολέμιοι, καὶ ἀναγκαίως, καὶ ὑβρίζοντες, τὴν χώραν. Idem in oratione περὶ παραπρεσβείας, ubi de Phocensium agitur excidio, ἔχει δὲ, inquit, καὶ τῆς ὕβρεως τῶν πολεμίων ἔμφασιν· ἡ γὰρ κατασκαφὴ περιεργότερον εἶδος τῆς συμφορᾶς.

— ibid. καὶ ἔτι] *atque insuper rerum pudor*, id est, rei male gestæ atque ignaviæ et socordiæ dedecus. hoc jam ad Athenienses pertinet, ὕβρις est τῶν ποιούντων, οὐχὶ δὲ τῶν ὑπομενόντων.

— 13. οὐδεμιᾶς] Ut enim inter utilitates laus et gloria, sic vituperatio et ignominia inter damna recensetur. Plato ια' πολιτειῶν. τῷ ἡττηθέντι παρὰ τοῦ νομοθέτου ψόγος καὶ ὄνειδος κεῖσθω· πολλῶν χρημάτων νοῦν κεκτημένῳ ζημία βαρυτέρα.

— ibid. τοῖς γε σώφροσιν] σώφρων sæpe non tam est *modestus* et *temperans*, quam *cordatus*, ὁ σῶν ἔχων τὴν φρένα. Homines bruti gloria non ducuntur, dedecore non moventur.

— 15. πάντα δὴ ταῦτα] Peroratio, distributione, ut initio dixi, constans trimembri, singulis partibus ratione addita, κατὰ πρόσαπόδοσιν,

— ibid. συνιδόντας] εἴδω, οἶδα, *novi.* εἶδον, *vidi.* ἰδὼν, συνιδὼν, *qui in conspectu habet omnia.* cujus notionis est et σύνοψις nomen, a συνόπτομαι, vel συνοράω.

— 16. ἀπωθεῖν] ἀπωθέω, vel ἀπώθω, *amolior.*

— ibid. ἐκεῖσε] εἰς Μακεδονίαν.

— 17. ὑπὲρ τῶν πολλῶν] Scilicet χρημάτων, ὑπαρχόντων, ὄντων. Volunt etiam πλούσιον παρὰ τὴν πολλὴν οὐσίαν, dici, ut *locupletem* a *plenis loculis.*

— ibid. καλῶς ποιοῦντες] *bene facientes.* Ego hic non accipio pro εὐτυχεῖν, quod Latini nonnunquam dicunt *facillime agitare:* sed formulam esse puto, qua exprobrationis et invidentiæ suspicionem deprecetur. quasi dicat: Quas opes equidem eis non invideo. id quod paupercula plebecula facit, divitibus obtrectare solita: sine quorum ope tamen vivere non potest, tranquillo reipublicæ statu. Sic Cicero in Verrinis aliquoties, quum clari viri mentionem facit, hac parenthesi utitur: "Quem, ut ejus virtus meretur, honoris causa nomino." Est interdum approbationis, ut apud Lucianum in laudatione Demosthenis: καὶ καλῶς γε, ἔφη,

ποιοῦσιν Ἀθηναῖοι, Χάρητα μὲν καὶ Διοπείθην καὶ Πρόξενον, καὶ τοιούτους τινὰς ἀποδεικνύντες στρατηγεῖν: recte faciunt, qui duces creent. Philippica quarta: μετὰ ταῦτ' ἡ τύχη καλῶς ποιοῦσα, πολλὰ πεποίηκε τὰ κοινά. Qua ratione Livius: "Rempub. (inquit) benignitate deum esse gratiæ referendæ." Ibidem paulo post: ἔρχονται μεθέξοντες τούτου, καὶ καλῶς ποιοῦσιν, hoc est, *in quo nihil delinquunt.*

— pen. τοὺς δ' ἐν ἡλικίᾳ] τοὺς νέους. ἡ γὰρ νεότης κατ' ἐξοχὴν ἡλικία λέγεται, καθάπερ ποιητὴς μὲν Ὅμηρος, ῥήτωρ δ' ὁ Δημοσθένης.

— ult. τὴν τοῦ πολεμεῖν] Hæc una causa excusare posset milites, si non aliud ipsi spectarent, nec illam rei bellicæ peritiam tantis sceleribus emerent.

P. 28. 1. ἀκεραίου] εἰρήνην ἀγούσης, καὶ μὴ πορθουμένης.

— 2. τοὺς δὲ λέγοντας] τοὺς ῥήτορας, καὶ δημαγωγούς, qua forma veteres Hebræi τοὺς προφήτας, ὁρῶντας ἐκάλουν.

— ibid. τῶν πεπολιτευμένων] τῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ λεχθέντων τε καὶ πραχθέντων αὐτοῖς.

— ibid. εὐθῦναι] ἐν γὰρ τῇ τῶν Ἀθηναίων πολιτείᾳ μηδεὶς τῶν κοινόν τι διοικησάντων ἦν ἀνεύθυνος, ἀλλ' ἔδει τοὺς δικαίους μὲν γενομένους ἐπαινεῖσθαι, καὶ στέργειν ταύτην τὴν τιμὴν, τοὺς δὲ κακῶς διοικήσαντας μηδεμιᾶς συγγάμης τυγχάνειν, ἀλλὰ ταῖς μεγίσταις ζημίαις περιπίπτειν, ut in Areopagitico noster ait Isocrates. et Æschines κατὰ Κτησιφῶντος.

— 3. ὁποῖ' ἄττα] Pro ὁποῖά τινα, ἄττα pro ἅτινα, sicut τοῦ, τῷ, pro τινὸς, τινὶ, sæpe usurpatur. ἄττα ἰδιωτισμῷ Ἀττικῷ apud Platonem ad fastidium usque inculcatur.

— ibid. περιστῇ] Sic Virgilius: "Neo quæ circumstent te deinde pericula cernis?" εἶτ' οὐχ ὁρᾷς ὁποῖοί σε κίνδυνοι περίστανται; Hæc addo, ut pueros moneam, esse eis Græca Latine, Latina Græce reddenda, et interdum proprio marte circumductionem unam atque alteram Græce scribendam. Neque enim sola lectione Græcæ linguæ cognitionem assequentur, nisi etiam styli exercitatio (utinam et loquendi consuetudo) accesserit.

— ult. χρηστὰ] Scilicet τὰ πράγματα.

— ibid. εἴη] εἴθε subintelligitur, *utinam.*

— ibid. παντὸς] Scilicet ἀνθρώπου, τῶν πλουσίων, τῶν ἐν ἡλικίᾳ, τῶν λεγόντων. Utinam divites liberaliter tributa conferant, adolescentes strenue militent, oratores rectissimo consilio me non adversentur. Nam ut in exordio ad dicendum invitavit omnes, sic a contraria sententia dicenda nunc eosdem deterret.

— ibid. παντὸς ἕνεκα] μηδενὸς κωλύοντος καὶ ἐμποδὼν ὄντος, ἀλλὰ πάντων συμπροθυμουμένων. Habet τὸ ἕνεκα perelegantem sæpe usum, de quo alibi dicemus.

— ibid. χρηστὰ δ' εἴη] εὐχή. Ut autem Demosthenes comprecatione claudit orationem: sic mihi etiam vota facienda, vel candidi lectores potius rogandi sunt, ut operam meam, quam in Demosthene interpretando posui, æqui bonique faciant. Merebatur (quod et ipse fateor) ac requirebat præstantissimus auctor, conversionem luculentiorem; ac talem, qualem nemo facile dabit, nisi et ingenio, et doctrina, et eloquentia floreat, otioque abundet. Ego vero, et quam illa tennia, vel nulla potius in me sint, agnosco, et tali commoditate locorum et temporum sum usus, qualem illis precor, qui me ut alterum Herostratum calumniabuntur, nec ipsi tamen edent meliora. Quo genere hominum nihil est nec arrogantius, nec odiosius. Neque ego ad eos quicquam lucubrationum mearum pertinere volo. Delectentur illi sane otio et fastu suo, et supercilia erigant, nasumque corrugent, quantum volent: ac me sive inservire Demosthenis amatoribus, sive etiam frustra laborare patiantur. Ut enim, quod volui et debui, non sim assecutus, id mihi cum multis commune erit. Conatus tanti Operis, cum paucis, ac nullis potius.

Neque idem hic facere poterunt malevoli homines, atque alienæ laudis obtrectatores, quod in Isocratis mei conversione facere quosdam audio. Qui, quum ego locos (id quod tam æquis animis accipi velim ab omnibus, quam verum esse fatentur multi docti et æqui laborum meorum æstimatores) amplius bis mille (quanquam duplicem, aut majorem etiam numerum vere possem dicere) ab aliis interpretibus, etsi doctissimis viris, sive propter festinationem et occupationes, sive temporum vitio, sive etiam quod nervos suos in opere grammatico, majoribus rebus pares, intendere noluerunt, parum dextre perspicueque conversos, summa diligentia et fide sim interpretatus, atque illustrarim: me tamen ut corniculam Æsopicam, alienis pennis instructum et ornatum, subito in publicum provolasse cavillentur. Nam eos ex animo loqui, persuadere nullo modo mihi possum. Alioqui se et omni carere judicio, et neque Græcum legisse Isocratem, neque conversiones aliorum, et meam vel inter se, vel cum archetypo contulisse fatentur. Quum igitur eorum arrogantia et vanitas obscura non sit: quam boni doctique sint homines, equidem nescio. Neque enim a meis mihi rebus tantum est otii, neque ea ingenii curiositas, ut in alienas aut vacet inquirere, aut libeat. Sed hoc tamen affirmare non dubitem, eos vel temeritatis et inscitiæ, vel malevo-

lentiæ a semetipsis condemnari. Quod si mihi non credunt, sciscitentur doctos: aut ipsi legant alias interpretationes, et conferant: atque intelligere discant, non tam referre quid quisque primus, quam quid optime fecerit. Atque in ea collatione, si me ullam circumductionem ab aliis esse mutuatum deprehendent, si alios fidelius et dilucidius interpretatos esse intelligent, non recuso, quo minus et alienas lucubrationes compilasse et supervacaneum cœpisse laborem dicar. Sin prava multa correxi, multa obscura illustravi, a sententia ne longe recederem, sedulo cavi, et quæ loca mihi non satis essent explorata, lectorem ipse monui: quid habent isti cur de mea existimatione detrahant, meumque laborem aspernentur? Illorum quidem reprehensiones æquiore ferrem animo, qui genus orationis ornatius, et ad imitationem veterum magis elimatum, a me postularent. Sed hac de re quia suo loco egi prolixius, nunc pluribus non est opus. In Demosthene autem, a turpissimo furti crimine et suspicione (quod ego ex animo detestor, et ignotus omnibus esse mallem, quam aut supervacaneo labore perdere tempus, aut alienæ gloriæ falsam quasi bæreditatem cernere) cum res ipsa me, tum illud etiam vindicat, quod etsi nonnullæ orationes ab aliis conversæ sunt, eæque paucæ, nemo tamen (quod ego quidem cognoscere potuerim) jam bis mille annorum spatio Demosthenem totum interpretandum suscepit, aliis alii rebus deterriti: opinione difficultatis, ut mihi persuadeo, plerique. Ego vero, etsi alicubi dubitationem, ignorationem nonnunquam meam ingenue confiteor, et nusquam id scire videri volo, quod ignoro (quo vitio, et suo et aliorum malo, non pauci laborant), in spe tamen optima sum, æquos lectores (in tanto præsertim Opere) veniam et fortunæ meæ (quam cum Isocratem ederem, satis deploravi, et frustra quidem. In eodem enim adhuc luto hæremus, idem saxum etiamnum versamus) et occupationibus, et ingenii tenuitati daturos. Ita enim sum paratus, ut et candide, quæ scio, docere studeam; et quæ ignoro (quæ plurima esse haud nego) verecunde ab aliis, et animo non solum æquissimo, sed etiam gratissimo discere cupiam. Neque facultatem ademptam mihi volo eam, qua plerique tum veterum, tum recentium scriptorum usi sunt, atque utuntur, ut meum hoc Opus per otium aliquando retexam, et accuratius, ornatius, atque uberius omnia pertractem. Cum enim Solonem, virum sapientissimum, profiteri non puducrit, se discendo semper multa senescere: cur ego, si longior ætas, aut major commoditas studiorum, et doctorum consuetudo, aliquanto plus doctrinæ mihi contulerit, dubitem id quoque studiosis impertiri? Cur studiosi, quod nunc pro tempore præstiti, etsi minus absolute et ornate quam vellem, et decebat, id aspernentur, ac non potius boni consulant, se aliquid a nobis habere quod prosit, quam si nullum prorsus ex nostris laboribus fructum cœpissent? Id quod sæpe accidit eruditis: qui dum nihil nisi omnibus numeris absolutum in publicum emittere volunt, aut morte intercepti (id quod Oporinus sæpe mihi occinnit), aut aliis negotiis impediti, nihil omnino emittunt. Denique cum nihil in rebus humanis sit perfectum, et nemo nisi plane impudens, vel Epistolas familiares Cic. se penitus intelligere profiteri audeat: veniam dandam esse censco nostris quoque scriptis minus expolitis, neque incessendam, si qua nos fugerunt in Demosthene, auctore gravissimo et difficillimo, inscitiam; sed vel boni consulendam, vel emendandam. Hoc enim polliceor omnibus, qui privato aliquo scripto, et sine convitio atque acerbitate, me de erratis aliquibus aut parum exquisito genere dictionis admonuerint, aut ea mihi explicarint quæ ignoro: eos me summo beneficio devinctum sibi habituros. Quæ autem iis a me gratia debeatur, qui me vel pro suggesto aut bene de se meritum, aut saltem per calumniam proscindunt, vel scripta sua Wolfiani nominis suggillatione exornant, ἓν μὲν ἢ δύο ἢ καὶ τρία ἐλαττώματα λυγκέως ὀξυδερκέστεροι κατιδόντες, μυρία δὲ κατορθώματα Τειρεσίου τυφλότεροι παριδόντες, judicent alii, nec ipsi mireutur, εἴ ποτε ἔργα παλίντιτα αὖθις ἔλωνται.

# ΙΕΡΩΝΥΜΟΥ ΒΟΛΦΙΟΥ

## Ω ΤΙΓΓΙΕΩΣ ΤΩΝ ΕΚ ΤΗΙ ΣΒΕΥΙΑΙ ΡΑΙΤΩΝ ΚΑΙΝΩΝ

## ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ

*Εἰς τὰ Σχόλια τὰ εἰς ἅπαντας τοὺς Δημοσθένους λόγους, τὰ περὶ τὴν τῶν λέξεων καὶ φράσεων ἀκριβῆ ἐξήγησιν, τῶν ἀπορίαν τισὶ παρέχειν δοκούντων ἐν τοῖς μάλιστ' ἀσχολούμενα.*

---

ΕΝ τε τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις, πλείστοις ἀγνωμονεστάτοις κριταῖς περιτυχόντες, καὶ νῦν ἔτι πλείοσι ἴσεσθαι τοὺς συκοφαντήσοντας τοῦτο τὸ ἐγχείρημα, τῶν χάριν εἰσομένων, προειδότες, οὐκ ἀποδειλιᾶν προεῤῥήμεθα· ἀλλὰ κατὰ δύναμιν. ἅπερ τὸ εἰκοστὸν ἤδη τοῦτ' ἔτος ἐπηγγελμένοι τυγχάνομεν, ἐκτελέσαι φιλοτιμησομεθα, οὐδενὸς οὔτε κέρδους οὔτε δοξαρίου ὀρεγόμενοι, ἀλλὰ τοῖς φιλέλλησι τῶν μειρακίων χαριούμενοι, ἐφ' ὅσον ἂν ἡμῖν ὁ θεὸς τήν τε ζωὴν καὶ ἰσχὺν συγγραφικὴν χορηγήσειε. καὶ τὰ μὲν τῆς δεινότητος τῆς ἐν τοῖς λόγοις, καὶ τὰ πανοῦργα τῶν ῥητορευμάτων, τὰ τοῖς μὲν οὕτως τοῖς δὲ ἐκείνως τεχνολογούμενα, τοῖς πλείοσι σχολῆς εὐποροῦσι, πολυπραγμονεῖν παρεικότες, τὰ περὶ τὰς λέξεις καὶ τὰς φράσεις, τὰς ἀσαφῶς ἔχειν δοκούσας, ἐφ' ὅσον ἂν οἷοιτ' ὦμεν ἀκριβωσόμεθα, τάς τε τῶν πάλαι σοφῶν τὰ τοιαῦτα, καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς πεπαιδευμένων ἀνδρῶν μαρτυρίας, ὅπη ἂν παρήκῃ παρατιθέντες. ταῦτα τοίνυν διὰ βραχέων προοιμιάσαμενοι, ἐπ' αὐτὸ ἤδη τὸ ἔργον τρεψόμεθα, ἐπὶ τῇ θείᾳ χρηστότητι μᾶλλον, ἢ τῇ ἰδίᾳ σοφίᾳ, πεποιθότες.

## ΚΑΙΝΑ ΕΙΣ ΤΟΝ Α. ΤΩΝ ΟΛΥΝΘΙΑΚΩΝ

### ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΛΟΓΩΝ ΣΧΟΛΙΑ.

P. 9. 1. Ἀντὶ πολλῶν ἂν χρημάτων ὑμᾶς ἐλέσθαι νομίζω, εἰ φανερὸν γένοιτο] ἂν ἐλέσθαι, ἀντὶ τοῦ, αἱρήσεσθαι, εἰ γένοιτο, ἀντὶ τοῦ, αἱρήσεσθαι τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει, φανερὸν γενόμενον. παρατηρητέον τοῖς φιλέλλησι τὰς τοιαύτας περιφράσεις διὰ τοῦ, εἰ, συνδέσμου, ἀντὶ τῆς πτώσεως, ἥνπερ ἂν τὸ προηγούμενον ῥῆμα ἀπαιτῇ, κειμένου.

— ibid. ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι] Ἑλληνισμὸς Δημοσθένει συνήθης, ἡ προσθήκη. ὦ ἄνδρες, ὃν οἱ Ῥωμαῖοι σπανιώτερον μιμοῦνται.

— 2. τὸ μέλλον συνοίσειν] περίφρασις, τὸ συνοῖσον, ἀνθ' οὗ καὶ τὸ μέλλον συμφέρειν διὰ τοῦ ἐνεστῶτος εἰπεῖν σύνηθες.

— 3. περὶ ὧν νυνὶ σκοπεῖτε] ἤγουν τῶν μελλόντων συνοίσειν τῇ πόλει πραγμάτων. ἡ δὲ σύνταξις τῆς διανοίας, μᾶλλον ἢ τῆς λέξεως, στοχάζεται· ἡ ἐλλειπτικῶς τὸ συνοῖσον ἐν τούτοις, περὶ ὧν, ἤγουν τῆς συμμαχίας τοῖς Ὀλυνθίοις, τὸ δὲ εἰ ἀναγκοίη τις ἐνικῶς περὶ οὗ, τοῦ μέλλοντος συνοίσειν τῇ πόλει, οὐχὶ δὲ οὔτε τοῖς Ὀλυνθίοις, οὔτε τοῖς τῶν θεωρικῶν ἐφεμένοις· προσεκτικὸν γὰρ τὸ ῥητόν.

P. 10. 1. τῆς ἡμετέρας τύχης ὑπολαμβάνατ] ἤγουν, ἴδιον εἶναι τὸ ἐπελθεῖν ἑνίοις. τὸ ἐπὶ νοῦν ἐλθεῖν, εἰπεῖν, ὅπως ἂν εἴπωσι.

— 2. ἐκ τοῦ παραχρῆμα] οὐκ ἐσκεμμένοις καθάπερ ἐμοὶ, πολλὰ τῶν δεόντων, πολλὰ τὰ δέοντα, καὶ συνοίσοντα τῇ πόλει.

— 3. ὥστ' ἐξ ἁπάντων] τῶν τε μετὰ σκέψεως, καὶ τῶν χωρὶς ταύτης εἰρημένων, διὰ τὸ σαφὲς τοῦ πράγματος καὶ ἥκιστ' ἀμφισβητήσιμον. ἢ, ἀντὶ τοῦ, δι' ἅπαντα ταῦτα.

— 4. τὴν αἵρεσιν γενέσθαι ὑμῖν] ὥσθ' ὑμᾶς αἱρεῖσθαι δύναται ῥᾳδίως τὸ συμφέρον.

— 5. ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς] τῆς τε συμμαχίας τῆς πρὸς τοὺς Ὀλυνθίους, καὶ καθ' ὃν ὅτε Φίλιππος τοσοῦτον ἰσχύων, τυραννεῖν ἁπάντων ἐπιχειρεῖ, καὶ ὑμεῖς ταπεινὰ πράττετε, πῶς δὲ ἀποροῦσιν οἱ Ἀθηναῖοι, τοῦ καιροῦ οὕτως ἐναργοῦς ὄντος· διὰ τὸ ῥᾳδύμως αὐτοὺς ἔχειν, καὶ ἐκπεπλῆχθαι τὴν Φιλίππου δύναμιν δηλονότι.

— ibid. μονονουχὶ λέγει φωνὴν ἀφιεὶς] σχεδὸν λέγει καὶ φωνεῖ, ἡ βοᾷ, ἐπιτείνας τὴν φωνὴν, καὶ διατεινόμενος διὰ τὴν σπουδὴν τὴν περὶ ὑμᾶς, φοβούμενος, μὴ κατὰ τὸ εἰωθὸς παραμελήσητε τῶν πραγμάτων, ἀποδειλιῶντες καὶ ἐθελοκακοῦντες.

— 6. τῶν πραγμάτων ὑμῖν ἐκείνων] πότερον τῶν ἐπὶ Θράκης; ἢ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας; ἢ τοῦ πρὸς Φίλιππον πολέμου; καίτοι πάντα ταῦτ' ἔχεταί πως ἀλλήλων.

— ibid. ὑμῖν αὐτοῖς] τοῖς νῦν μὲν ῥᾳθυ-

μοῦσιν, ἐπ' ἄλλοις δέ τισι ἐλπίδας ἔχουσι.

— 7. ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῶν] πότερον ἑαυτῶν, αἰνιττόμενος ὅτι κινδυνεύουσιν; ἢ αὐτῶν τῶν πραγμάτων, τῶν ἄρτι εἰρημένων;

— 8. ὅν τινα τρόπον] ὅπως ἢ ὁποίως.

— ibid. ἔχειν] διακεῖσθαι πρὸς αὐτὰ ῥαθύμως δηλονότι καὶ ἀμελῶς, εἰδὼς σαφῶς γε ὀκνὰν δὲ ἐξειπεῖν. καὶ μέχρι τοῦδε προῆκται τὸ προοίμιον, τῇ μὲν προσεκτικὸν, τῇ δὲ καὶ ἠρέμα ἐπιτιμητικὸν ὑπάρχον. ἐνείη δ' ἂν ἴσως καὶ εὐνοϊκόν τι, διά τε τὸ ἦθος τοῦ λέγοντος, καὶ τὴν ἐπιεικῆ περὶ τῶν ἀκράτων ὑπόληψιν.

— 9. ἔστι τὰ δοκοῦντα] ταῦτα δοκεῖ μοι. αὕτη ἡ περιβολὴ τοῦ λόγου, καὶ γνώμης ἀπόφανσις, τριμερὴς οὖσα· ἧς τὸ δεύτερον μόριον αἰτιολογεῖται.

— ibid. τάχ' ἐμοὶ] τὰ γὰρ ἑτέρως δοκοῦντα, εἰ μήπω ἠκούσατε, ἀκούσεσθέ γε μετ' ὀλίγον.

— ibid. ψηφίσασθαι] ἤγουν δεῖν ὑμᾶς.

— 10. ἤδη] ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ μηδὲν ἀναβαλλομένους.

— ibid. καὶ παρασκευάσασθαι] πότερον τὴν βοήθειαν; ἢ ἑαυτούς; ἢ τὰ περὶ τὸν πόλεμον; ἢ μᾶλλον ἅπαντα ταῦτα;

— ibid. τὴν ταχίστην] ὡς τάχιστα.

— 11. ὅπως ἐνθένδε] διὰ πολιτικῆς στρατιᾶς, ἀλλὰ μὴ διὰ ξένων καὶ ἐπιστολιμαίων δυνάμεων.

— ibid. βοηθήσητε] τοῖς Ὀλυνθίοις.

— ibid. καὶ μὴ πάθητε] ἰδιωτισμὸς Ἑλληνικὸς, κατὰ Ῥωμαίους δὲ λεκτέον· ὅπως μὴ συμβῇ ἢ συμπέσῃ ὑμῖν.

— ibid. ταὐτὸν ὅπερ] πεπόνθατε.

— 12. καὶ τὸ πρότερον] ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἔδει τοίνυν ὑμῖν τὰ παθήματα μαθήματα γενέσθαι, εἴ περ ἐσωφρονεῖτε.

— ibid. πρεσβείαν δὲ πέμπειν] πρέσβεις, πρᾶγμα ἀντὶ προσώπου. ἤγουν πρὸς τοὺς Ὀλυνθίους. τὸ δὲ πέμπειν πρεσβείαν, ἀντὶ τοῦ πρεσβεύειν, λόγος ἀντ' ὀνόματος.

— ibid. ἥτις ταὐτ' ἐρεῖ] τὸ ψηφίσασθαι ὑμᾶς τὴν βοήθειαν, καὶ παρασκευάσασθαι. πότερον δὲ ταῦτα ἢ ταὐτά;

— pen. καὶ παρέσται τοῖς πράγμασι] ταῖς τε συμβουλαῖς, καὶ ταῖς παρασκευαῖς τῶν Ὀλυνθίων, ταῖς πρὸς τὸν πόλεμον.

— ibid. ὡς ἔστι μάλιστα τοῦτο δέος] δεῖ μάλιστα τοῦτο φοβεῖσθαι. αὕτη ἡ κατασκευὴ ὅτι βλαβερὸν τὸ προϊέσθαι Ὀλυνθίους, καὶ τοὐναντίου, ὅτι συμφέρον τὸ προσδέχεσθαι.

— ult. μὴ, πανοῦργος ὤν] ἐκ τῆς Φιλίππου φύσεως καὶ τοῦ πιθανοῦ αἰτίου τὸ δυνατὸν τοῦ μεταπείσαι τοὺς Ὀλυνθίους παρίστησι. πανοῦργος δὲ ὁ πάντα μηχανώμενος ἐπὶ τῷ ἰδίῳ συμφέροντι, κἂν δίκαια κἂν ἄδικα ᾖ.

— ibid. δεινὸς ἀνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι] οὓς νῦν πρακτικοὺς καὶ πολιτικοὺς ὀνομάζουσιν, ὧν ἡ τέχνη εἰρωνεύεσθαι, ὑποκρίνεσθαι, ψεύδεσθαι, καὶ ἐπιορκεῖν δὲ, ἂν χρεία ᾖ, καθάπερ ὁ Λύσανδρος ἔλεγε, δεῖν τοὺς μὲν παῖδας τοῖς ἀστραγάλοις, τοὺς δ' ἄνδρας τοῖς ὅρκοις παίζειν.

11. 1. τὰ μὲν εἰκὼν] τὰ μέρη τῆς πανουργίας καὶ τῆς δεινότητος.

— ibid. εἰκὼν] ῥωμαϊστὶ, τῷ εἰκεῖν, τῷ ἀπειλεῖν, τῷ διαβάλλειν· δηλοῦται γὰρ ὁ τρόπος τῆς πράξεως.

— ibid. νίκα ἂν τύχῃ] ἤγουν ὁ Φίλιππος· ὅταν αὐτῷ καιρὸς ᾖ ἢ δόξειε συμφέρειν. ἡ φράσις, νίκα ἂν ἐγὼ τύχω, σὺ τύχῃς, ὁ δεῖνα τύχῃ, ἡμεῖς τύχωμεν, ὑμεῖς τύχητε, οἱ δεῖνα τύχωσιν. Ἰσοκράτης Ἀρεοπαγιτικῷ· ὁπότε δὲ τύχοιεν, τὰς πατρίους Θυσίας ἐξέλιπον.

— 2. ἀξιόπιστος δ' ἂν εἰκότως φαίνοιτο] ἤγουν ἀπειλᾶν μᾶλλον, ἢ ἐπαγγελλόμενος, καὶ εἴκων ταῖς ἀξιώσεσι τῶν Ὀλυνθίων. διαβολὴ Φιλίππου εἰς ἀμότητα, ἐκφοβῆσαι δυναμένη καὶ ἀνεγεῖραι καὶ τοὺς Ἀθηναίους.

— ibid. ἀξιόπιστος] οὕτω καὶ Ὅμηρος· Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χάσεται ἀνδρὶ χέρηϊ· εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτήμαρ καταπέψῃ, Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ, Ἐν στήθεσσιν ἑοῖσι.

— ibid. τὰ δ' ἡμᾶς διαβάλλων] ὡς ῥᾳθύμως ἔχοντας καὶ ὑστεροῦντας τῶν καιρῶν, καὶ προδιδόντας τῇ μελλήσει τοὺς συμμάχους. τί οὖν λοιπὸν τοῖς Ὀλυνθίοις, μήτε καθ' αὐτοὺς ἀξιομάχοις οὖσι πρὸς Φίλιππον, καὶ ὑφ' ἡμῶν ἐγκαταλειπομένοις, ἢ παραδοῦναι σφᾶς αὐτοὺς Φιλίππῳ, χρῆσθαι ὅτι ἂν βούλοιτο, κἀκείνῳ συμμαχεῖν καθ' ὑμῶν;

— 3. τρέψηταί τι καὶ παρασπάσηται τῶν ὅλων πραγμάτων] τίνα δὲ τὰ ὅλα πράγματα; ἃς' ἡ τῶν Ὀλυνθίων συμμαχία τοῖς Ἀθηναίοις. πῶς δὲ τρέψεται Φίλιππος; οὐχὶ τοὺς Ὀλυνθίους ἑαυτῷ μὲν ὑποχειρίους ποιησάμενος, Ἀθηναίων δ' ἀποστήσας; αἰνίττεται ἐνταῦθα. ὅπερ ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος διαρρήδην εἰρηκεν· ὅτι ὁ ἀντωνούμενος, καὶ ταχὺ τοὺς πας' Ἀθηναίων ἀπελαυνομένους προσδεξόμενος, καὶ χρήματα προσδήσων, ἕτοιμος ὑπάρχει.

— 5. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιεικῶς] μετὰ τὴν ἔκπληξιν παραμυθία· ὅτι οἱ Ὀλυνθίοι οὐκ ἐνδάσουσι τῷ Φιλίππῳ, οὐδ' ἀποστήσονται τῶν Ἀθηναίων· ὅπερ ὑποπτεύσαντάς τινας εἰκὸς ἀπροθύμως σχεῖν πρὸς τὴν βοήθειαν.

— ibid. ἐπιεικῶς] κατ' ἐπιείκειαν τῆς τύχης καὶ τὴν τῶν θεῶν εὐμένειαν. Σουΐδας, ἐπιεικῶς, τὸ πάνυ, τὸ παραδόξως καὶ παρ' ἐλπίδα, τὸ μετ' ἐπιεικείας καὶ χρηστότητος, τὸ μετρίως, συμμέτρως, ἱκανῶς.

— ibid. τοῦθ' ὅπερ δυσμαχώτατόν ἐστι] τοῦτο δι' ὅπερ ὁ Φίλιππος χαλεπώτατος προσπολεμῆσαί ἐστι.

— 6. καὶ βέλτιστον] ἤγουν ἐστὶν ὑμῖν· οὐχ ἁπλῶς δὲ, ἀλλ' ὅσον πρὸς τὴν παροῦσαν συμμαχίαν. ὅ,τι δὲ τοῦτ' ἐστὶν, αὐτὸς ἤδη σαφῶς δηλώσει.

— 7. τὸ γὰρ εἶναι πάντων ἐκεῖνον] τὸ αὐτοκράτορα εἶναι τὸν Φίλιππον.

— ibid. τὸ γὰρ εἶναι πάντων ἐκεῖνον] διότι ἐστὶν ἐκεῖνος ἁπάντων κύριος, ἡ κυριότης ἐκείνου, εἰ λέγειν ἐξεῖν. τὰ γὰρ ἀπαρέμφατα ἀντ' ὀνομαστικῶν ἐνταῦθα κεῖται.

— ibid. ἕνα ὄντα] βασιλέα καὶ μονάρχην. Πλάτων Θεαιτήτῳ Μέλισσον μὲν καὶ τοὺς ἄλ-

λους, οἳ ἓν ἐστὰς λέγουσι τὸ πᾶν, αἰσχυνόμενος μὴ φορτικῶς σκοπᾶμεν, ἥττων αἰσχυνόμαι, ἢ ἕνα ὄντα Παρμενίδην, ἀντίδες τὴν Ἀθήνησιν ὀχλοκρατίαν, ἐκ τῶν Ξενοφῶντος περὶ τῆς τῶν Ἀθηναίων πολιτείας, καὶ τὰ ἐξ Ἰσοκράτους Νικοκλέους περὶ μοναρχίας σύγκριτε τούτοις.

— ibid. κύριον καὶ ῥητῶν καὶ ἀπορρήτων] ῥητὰ μὲν ὅσα πάντας γνῶναι μηδὲν ἐστι τὸ καλύων· ἀπόρρητα δὲ, ὅσα μόνους εἰδέναι προσῆκει τοὺς τοῖς πράγμασιν ἐφεστηκότας. τί δ' ἂν εἴη ἐν δημοκρατίᾳ ἀπόρρητον; ἐν τῷ περὶ Στεφάνου φησὶν ὁ ῥήτωρ μόνων τῶν λόγων γενέσθαι κύριος.

— pen. καὶ ἅμα στρατηγόν] οὐχὶ δὲ ξεναγοῖς ἀνατίθεσθαι τὰ ὅλα πράγματα, καθάπερ οἱ Ἀθηναῖοι ποιεῖν φιλοῦσι.

— ibid. καὶ δεσπότην] τὸ ἐξουσίαν ἔχειν διοικεῖν ἅπαντα καθὼς βούλεται.

— ult. καὶ ταμίαν] τὸ ἕτοιμα ἔχειν τὰ χρήματα, μηδ' ἀναγκάζεσθαι εἰσφορὰς ποιεῖσθαι, ὥσπερ ὑμεῖς.

— ibid. καὶ πανταχοῦ αὐτὸν παρεῖναι τῷ στρατεύματι] τοῦτ' ἔδει ἂν καὶ τοὺς Ἀθηναίους μιμεῖσθαι, ἐπειδὴ τὰ λοιπὰ διὰ τὸ δημοκρατεῖσθαι οὐκ ἠδυνήθησαν. παραθήσουσι ἐνταῦθα τὴν περίφρασιν τοῦ μοναρχου ἐξ ἀπαριθμήσεως τῶν μερῶν συνεστηκυῖαν· οἷον, εἷς κύριος, στρατηγὸς, δεσπότης, ταμίας ἀεὶ παρών.

12. 1. πρὸς μὲν τὸ πράττεσθαι] ὅπως ἂν πραχθῇ.

— ibid. τὰ τοῦ πολέμου] πράγματα δηλονότι, τὰ πολεμικὰ ἔργα, αὐτὸν τὸν πόλεμον.

— ibid. ταχὺ καὶ κατὰ καιρὸν] δεῖ γὰρ σπεύδειν βραδέως τὸν στρατηγὸν, τουτέστι, μέλλειν μὲν οὐδαμῶς, μὴ φθάνειν μέντοι τὸν καιρόν. ἀντίθες τούτοις τὴν τῶν Ἀθηναίων μέλλησίν τε καὶ ὑστέρησιν.

— 2. πολλῷ προέχει] συνενόει τῷ διατιθήμαι τῆς δημοκρατικῆς πολυαρχίας, καὶ ὀλιγαρχίας, καὶ ἀκουσίας, καὶ ἀχρηματίας. τὸ πολλῷ καὶ τὸ πολὺ μετὰ τῶν συγκριτικῶν καὶ ὑπερθετικῶν, καὶ τῶν τούτοις ἰσοδυναμούντων συντάσσεται. Ἰσοκράτης· πολὺ καταδεέστερα τῆς δόξης, καὶ πολὺ μεγίστην διαφορὰν εἰλήφασιν.

— ibid. πρὸς δὲ τὰς καταλλαγὰς] τὰς διαλλαγὰς, καὶ τὸ διαλύσασθαι τὸν πόλεμον.

— 3. ἃς ἂν ἐκεῖνος ποιήσηται ἄσμενος] πάλιν ἐκφοβεῖ τὸν ἀκροατὴν, τὸν ἀντωνούμενον παρατιθεὶς, ἅμα δὲ δηλῶν, ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι μᾶλλον χρήζουσι τῆς τῶν Ὀλυνθίων συμμαχίας, ἥπερ οὗτοι τῆς τῶν Ἀθηναίων.

— ibid. ἄσμενος ποιήσηται] προθυμεῖται καὶ ἐφίεται πιεῖσθαι. ἡ φράσις περιφραστική. τινὰ ἄσμενον ποιήσασθαι τὰς καταλλαγὰς, ἀντὶ τοῦ, διαλλάττεσθαι πρὸς τινὰ ἢ τινί.

— 4. ἐναντίως ἔχει] ἤγουν ἡ μοναρχία· ἐναντία ἐστὶν, ἐναντιοῦται. ἀντίκειται τὸ ῥητὸν, τῷ, πολλῷ προέχει.

— ibid. δῆλον γάρ ἐστι τοῖς Ὀλυνθίοις] εἰ δὲ διαλλάττοιντο πρὸς Φίλιππον· ἀδεῶς ἂν τὴν ἑαυτῶν οἰκοῖεν, φαίη τις ἄν. ἀλλ' ὁ ῥήτωρ εὐθὺς ταύτην θεραπεύει τὴν ὑπόληψιν, τὸ τῆς ἀπιστίας φάρμακον ἐγκαταμιγνύς.

— 5. οὐ περὶ δόξης] τρία τῶν πολέμων εἴδη παρίστησιν, ὧν τὸ μὲν πρῶτον φιλότιμον καὶ κενόδοξον· τὸ δεύτερον δὲ, πλεονεκτικόν· τὸ δὲ τελευταῖον, ἀναγκαῖον καὶ ἄφυκτον.

— ibid. ἀλλ' ἀναστάσεως] ἡ τῶν νεκρῶν ἀνάστασις παρὰ τοῖς θεολόγοις, ἕτερον. ἐνταῦθα δὲ τὸ ἀναστῆσαι ταὐτὸν τῷ ἐξορίσαι καὶ τὸ ἀναστῆναι τῷ ἐξορίζεσθαι, καὶ ἀνάστατον γενέσθαι, καταπρεφεσθαι, πορθεῖσθαι.

— pen. καὶ ἀνδραποδισμοῦ] ἀνδράποδα οἱ δοῦλοι, παρὰ τὸ μὴ δραπετεύειν, ὥσπερ οἱ Σκύθαι παρ' Ἡροδότῳ τοὺς Ἴανας ἀδρηστότατα ἀνδράποδα ἐκάλουν. Διογένης δὲ παίζων ἐτυμολογεῖ, διότι ἀνδρῶν πόδας μὲν ἔχουσιν οἱ δοῦλοι, οὐχὶ δὲ καὶ νοῦν. ἀφ' οὗ ἀνδραποδίζειν, τὸ τὰ ἀνδράπεδα ἀπάγειν, ἢ καταδουλοῦν· καὶ ἀνδραποδίζεσθαι καὶ ἐξανδραποδίζεσθαι, ὅθεν ἀνδραποδιστὴς, καὶ ἀνδραποδισμὸς, ἡ καταδούλωσις καὶ αἰχμαλωσία. πῶς δὲ πολεμοῦσιν Ὀλύνθιοι ὑπὲρ ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ; μᾶν βουλόμενοι ἀνάστατον γενέσθαι καὶ ἐξανδραποδίζεσθαι τὴν πατρίδα; μηδαμῶς, νὴ Δία, οὐχ οὕτω μαίνονται, καίτοι γέγονε τοῦτο, ὥσπερ μαντικῶς τὰ δυσοιώνιστα ταῦτα τεθεικότος ὀνόματα τοῦ ῥήτορος μᾶλλον, ἢ τὰ εὐφημα τὴν σωτηρίαν καὶ τὴν ἐλευθερίαν· ἀλλὰ δεῖ προσεπινοεῖν, εἰ καταπολεμηθείσαν καὶ πολεμοῦσιν, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀνάστατον γενέσθαι καὶ ἐξανδραποδίζεσθαι τὴν πατρίδα, ἀλλὰ σώζεσθαι καὶ αὐτονομεῖσθαι, κινδυνεύουσι δὲ περὶ ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ, εἴ τι αὐτῶν σφάλμα γένοιτο, ὥσπερ καὶ γέγονεν, Εὐδυκράτους μὲν καὶ Λασθένους προδόντων τὴν πόλιν, τῆς δὲ παρ' Ἀθηναίων βοηθείας ὑστερησάσης διὰ τὸν χειμῶνα.

— ibid. καὶ ἴσασιν] ἐπίστανται, ἐγνώκασι.

— ult. ἅτε ἐποίησε] ὄντινα τρόπον προσηνέχθη αὐτοῖς, τυραννικῶς δήπου καὶ πολεμίου δίκην.

— ibid. Ἀμφιπολιτῶν τοὺς παραδόντας] πότερον οὐ πάντας τοὺς Ἀμφιπολίτας, ἀλλ' ἑνίους μόνον αὐτῶν, τοὺς τῆς παραδόσεως αἰτίους γενομένους, οὕσπερ εὐεργέτας ἔδει νομίζειν μᾶλλον τῶν λοιπῶν ἁπάντων· ἢ Ἀμφιπολιτῶν καὶ Πυδναίων τοὺς, ἀντὶ τοῦ, τοὺς τε Ἀμφιπολίτας καὶ τοὺς Πυδναίους, τοὺς ὑποδεξαμένους καὶ παραδόντας; ἐπιλείπει ἡμᾶς τἀκριβὲς τῆς ἱστορίας, ἐξ ἧσπερ ἂν ἀκριβέστερον ἠδυνήθημεν καὶ περὶ τῆς φράσεως κρίνειν. Σουΐδας, Ἀμφίπολις, πόλις τῆς Θρᾴκης· περὶ ἧς πλείω ἐν τοῖς ἡμῶν εἰς Ἰσοκράτην σχολίοις, δι' ἅπερ ἐν τούτοις ἥττων μακρολογήσομεν, ἵνα μὴ δὶς ἡ κράμβη θάνατος. Στέφανος, Πύδνα Μακεδονίας πόλις, ἡ καὶ Κύδνα.

— ibid. τοὺς παραδόντας] βιαζομένους δηλονότι τῷ πολέμῳ, καὶ φοβουμένους, μὴ ἐκπολιορκηθῶσι.

13. 1. τοὺς ὑποδεξαμένους] ὡς ξένον καὶ

φίλον ὁ νοῦς· ὅτι οἱ Ὀλύνθιοι ταῖς τε τῶν Ἀμφιπολιτῶν καὶ Πυδναίων συμφοραῖς σωφρονισθέντες, καὶ τὴν δημοκρατίας καὶ τυραννίδος ἐναντίωσιν ὑπολογισάμενοι, οὔτε πιστεύσουσι Φιλίππῳ, οὔτ' Ἀθηναίων ἀποστήσονται.

— ibid. καὶ ὅλως ἄπιστον οἶμαι] γνώμη καθόλου, ἧς ἡ αἰτιολογία προφανὴς ἐκ τῶν διαφόρων σκοπῶν. αἱ μὲν γὰρ πολιτεῖαι τῆς αὐτονομίας καὶ ἐλευθερίας ἐφίενται· αἱ καὶ τυραννίδες μάλιστα μὲν ἁπάντων· εἰ δὲ μὴ, τῶν γε ὁμόρων ἄρχειν ἐπιθυμοῦσιν.

— ibid. ἄπιστον] οὐχ οἷόντ' ἐστὶ ταῖς πολιτείαις ἢ τοῖς αὐτονομουμένοις πιστεύειν τῇ τυραννίδι, ἤγουν τοῖς μονάρχαις καὶ βασιλεῦσι.

— 2. οἶμαι] τοῦτο μὲν διαβεβαιωτικόν· τὸ δ' οἴομαι διστακτικὸν εἶναί φασι.

— ibid. ἄλλως τε] καὶ μάλιστα ἔαν.

— ibid. χώραν ὅμορον ἔχωσιν] εἴτε αἱ πολιτεῖαι εἴτε αἱ τυραννίδες. τῶν γὰρ πρός τι τὸ ὅμορον, καὶ ἀντιστρέφον.

— ibid. ὅμορον] Πλούταρχος βίῳ Δημοσθένους καὶ μάλιστα ταῖς διὰ τὴν γειτνίασιν ἀψιμαχίαις, ἀναξαινομένων ἑκάστοτε τῶν πολεμικῶν πρὸς ἀλλήλους διαφορῶν.

— 4. ταῦτ' οὖν ἐγνωκότας] συμπέρασμα τῆς κατασκευῆς. ἡ δὲ τάξις· φημὶ οὖν, ὦ ἄ. Ἀ., δεῖν ὑμᾶς ἐγνωκότας ταῦτα, καὶ ἐνθυμουμένους τἆλλα πάντα ἃ προσήκει, δεῖν ἐθελῆσαι, καὶ τὰ λοιπά.

— ibid. ἐγνωκότας καὶ ἐνθυμουμένους] πότερον ἐπειδὴ ἐγνώκατε καὶ ἐνθυμεῖσθε; ἢ μᾶλλον, δεῖ ὑμᾶς γινώσκειν ταῦτα καὶ ἐνθυμεῖσθαι;

— ibid. ταῦτα] τὰ περὶ τῆς εὐπίστου καὶ βεβαίας συμμαχίας τῶν Ὀλυνθίων.

— 5. τἆλλα ἃ προσήκει πάντα] τίνα δὲ ταῦτα; αἵ τε Φιλίππου ἐπιβουλαὶ, καὶ αἱ τῶν προγόνων ἀρεταὶ, καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως καὶ αἱ ἐκ τῆς ὀλιγωρίας ἐσόμεναι βλάβαι καὶ κίνδυνοι.

ibid. δεῖν ἐθελῆσαι] βοηθεῖν Ὀλυνθίοις.

— 6. καὶ παροξυνθῆναι] κατὰ Φιλίππου, ἐφυβρίζοντος τῇ Ἑλλάδι. δοκεῖ δὲ τὸ ῥῆμα ἐνθάδε μᾶλλον σπουδῆς καὶ προθυμίας, ἢ ὀργῆς καὶ θυμοῦ σημαντικὸν εἶναι.

— ibid. καὶ τῷ πολέμῳ] τῷ πρὸς Φίλιππον.

— ibid. προσέχειν] τὸν νοῦν, ἐπιμελεῖσθαι τοῦ πολέμου.

— ibid. εἴ πέρ ποτε] προσείχετε. φιλοπόλεμοι δ' ἄγαν ἐγένοντο οἱ Ἀθηναῖοι ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις, ὡς ἐν τῷ Ἰσοκράτους Εἰρηνικῷ ἐγνώκαμεν.

— 7. χρήματα εἰσφέροντας] τῷ εἰσφέρειν, τῷ ἐξιέναι, τῷ ἐλλείπειν μηδέν.

— ibid. αὐτοὺς ἐξιόντας] οὐχὶ δὲ ξένους μισθωτοὺς πέμποντας.

— ibid. προθύμως] μὴ ἀποκρυπτομένους τὴν ουσίαν, καὶ ἀπορίαν σκηπτομένους, ἢ ἀτάκτους ὄντας.

— 8. μηδὲν ἐλλείποντας] μήτε γνώμαις, μήτε σώμασι, μήτε χρήμασι, μήτε ταῖς ἄλλαις παρασκευαῖς.

— ibid. οὐδὲ γὰρ λόγος] τῷ συμπεράσματι ἑτέρας ἐπάγει κατασκευὰς, καὶ πρῶτον ἐκ τῆς κρίσεως αὐτῶν τῶν ἀκροατῶν, οἳ καὶ μετὰ πόνων καὶ δαπάνης διαπράττεσθαι ἐσπούδασαν τὸ νῦν αὐτομάτως εὐτυχηθέν.

— ibid. οὐδὲ γὰρ λόγος] ἀληθὴς κυὶ εὐπρεπής. πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι δειλοί τε καὶ ἐσθλοί.

— ibid. οὐδὲ σκῆψις] πρόφασις πιθανή.

— 9. τὰ δέοντα ποιεῖν] τοῖς Ὀλυνθίοις συμμαχεῖν.

— 10. ὃ πάντες ἐθρυλλεῖτε] συχνῶς ἐλέγετε.

— ibid. ὡς δεῖ] ὅτι δεῖ, δεῖν.

— ibid. ἐκπολεμῶσαι] παροξῦναι πολεμεῖν Φιλίππῳ, ἢ πολεμίους ποιῆσαι.

— 11. αὐτόματον] ἀπὸ τύχης, ἀδαπάνως καὶ ἀκονιτί.

— ibid. καὶ ταῦτα] ἔτι δὲ καὶ ἐπιῤῥηματικῶς. αὔξησις ἀπὸ τοῦ τρόπου. ὁ τόπος, ὅτι πιστότερος σύμμαχος, καὶ βεβαιότερος, ὁ αὐθαίρετος, τοῦ πεισθέντος.

— pen. ἀνείλοντο τὸν πόλεμον] ἐπεχείρησαν πολεμεῖν.

— ult. μέχρι του] μέχρι τινὸς χρόνου.

14. 1. ταῦτ' ἂν] ταὐτὰ ἡμῖν, ἢ, τὸ πολεμεῖν δεῖν. πάλιν ἀνακυκλοῖ, τὸ καὶ πρὸ ολίγου ῥηθὲν, ὅτι οὐ δεῖ φοβεῖσθαι τὸ εὐμετάβολον καὶ ἄπιστον τῶν Ὀλυνθίων. ὁ στοχασμός· ὅτι οὐκ εἰκὸς, τοὺς μισοῦντας καὶ φοβουμένους διαλλάττεσθαι.

— ibid. ἐκ τῶν πρὸς αὐτοὺς ἐγκλημάτων] διότι ἐνεκάλεσεν αὐτοῖς ἀπιστίαν, καὶ ἐπιορκίαν, καὶ ἀχαριστίαν, ἀναλάμβανε τὴν Λιβανίου ὑπόθεσιν.

— 2. εἰκός] ἐστι.

— ibid. τὴν ἔχθραν ἔχειν] καὶ νῦν, καὶ ἔπειτα ἕξειν, ἐχθροὺς ἔσεσθαι Φιλίππῳ, ἀπεχθήσεσθαι.

— 3. ὑπὲρ ὧν φοβοῦνται] ὑπὲρ τούτων ἅ. τὴν ἀνάστασιν δήπου καὶ ἀνδραποδισμὸν τῆς πατρίδος.

— ibid. καὶ πεπόνθασιν] οὐ μόνον ἄρα ἐκ ψιλῆς ὑποψίας, ἀλλὰ καὶ πεπλεονεκτημένοι καὶ ἀδικηθέντες, Φιλίππου ἀπέστησαν. σημείωσαι, ὅτι ἐκ μὲν τῶν ἐγκλημάτων μῖσος, ἐκ δὲ τῶν παθημάτων φόβος, ἐξ ἀμφοῖν δὲ τούτοιν ἔχθρα βεβαία γίγνεται.

— ibid. οὐ δεῖ δὴ τοιοῦτον] συμπέρασμα τοῦ περιστατικοῦ.

— 4. παραπεπτωκότα] αὐτομάτως γενόμενον.

— 5. ἀφεῖναι] παραμελεῖν αὐτοῦ. εἰκάζειν τὸν καιρὸν ὀρνέῳ δοκεῖ, ὑποχειρίῳ μὲν γενομένῳ, εὐπετῶς δι' ἂν, εἰ μὴ κρατηθῇ, πάλιν ἀφιπταμένῳ.

— ibid. οὐδὲ παθεῖν ταὐτὸν ὅπερ] αἰτιολογία παραδειγματώδης, τὴν ἐκ τῆς ὀλιγωρίας βλάβην συνιστῶσα.

— 6. εἰ γὰρ, ὅθ' ἥκομεν Εὐβοεῦσι βεβοηθηκότες] πῇ μὲν ἐγκωμιαστικὰ ταῦτ' ἔστι τῆς τε ἀνδρείας καὶ τῆς φιλανθρωπίας τῶν Ἀθηναίων· πῇ δὲ ἐπιτιμητικὰ, διότι συντεταγμένην ἔτι ἔχοντες καὶ καλλίνικον τὴν δύνα-

μιν, ἠμέλησαν τοῦ καιροῦ, ῥᾳδίως ἂν σάσαντες τοὺς ἱκέτας, καὶ τὴν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἡγεμονίαν ἀναλαβόντες.

— 7. Ἀμφιπολιτᾶν Ἱέραξ] γενικαὶ ἐπὶ μερισμῷ κείμεναι· εἰ μὴ ἄρα συνενοεῖν δεῖ πρέσβεις.

— ibid. παρῆσαν — ἐπὶ τουτὶ τὸ βῆμα] παρὰ τὸ πάρειμι, τὸ παρὼν εἰμι. ἢ παρῆσαν, παρὰ τὸ παρίεναι, τὸ προελθεῖν. σημείωσαι, ὅτι οἱ πρέσβεις Ἀθήνησιν ἀπὸ τοῦ βήματος ἐδημηγόρουν.

— pen. κελεύοντες] μονονοὺ προστάττοντες ἐπὶ τῷ συμφέροντι ὑμᾶς.

15. 1. ὑπὲρ τῆς τῶν Εὐβοέων σωτηρίας] Πλούταρχος, Δημοσθένει· Δημοσθένης εἰς Εὔβοιαν ἐξώρμησε τοὺς Ἀθηναίους, καταδεδουλωμένην ὑπὸ τῶν τυράννων Φιλίππῳ. καὶ τὰ ἑξῆς. ἐγκωμιαστικὸν ἐστι τουτὶ τὸ παράδειγμα, καὶ διὰ τοῦτ' εὐνοϊκὴν ἅμα καὶ συστατικὸν τοῦ δυνατοῦ τῶν Ἀθηναίων. σημείωσαι δὲ, ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι μᾶλλον ὑπὲρ ἑτέρων ἢ ἑαυτῶν προθυμεῖσθαι λέγονται· οὐχὶ μέντοι τοσοῦτον ἴσως δι' ἐπιείκειαν τοῦ τρόπου, ὅσον διὰ τὰς τῶν δημαγωγῶν δωροδοκίας καὶ παρρησίας, ἢ καὶ τῆς ἰδίας ἀσφαλείας καὶ δυναστείας ἕνεκα.

— 2. τῶν μετὰ ταῦτα] γενομένων.

— 3. πραγμάτων] ἀσχολιῶν καὶ πολέμων ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως· περὶ ἧς, Ἰσοκράτους τοῦ πρὸς Φίλιππον προοιμίου ἀναγνωστέον.

— ibid. Ποτίδαια] Στέφανος, πόλις Θρᾴκης. Πλίνιος δὲ, Μακεδονίας εἶναί φησι ταύτην, Κασσάνδρειαν πρώην λεγομένην. ἐξαλλάσσονται δὲ τὰς προσηγορίας αἵ τε χῶραι καὶ αἱ πόλεις κατὰ τὸ δοκοῦν τοῖς κρατοῦσι.

— 4. Μεθώνη] πλείους ταὐτὸν εἶχον τοὔνομα. νοητέον δ' ἐνταῦθα τὴν εἴτ' ἐπὶ Μακεδονίας εἴτ' ἐπὶ Θρᾴκης.

— ibid. Παγασαί] Θετταλίας, πλησίον Πηλίου τοῦ ὄρους. ἀφ' ὧν ὁ Παγασίτης κόλπος ἀνόμασται.

— ibid. τἆλλα] χωρία, ἴσως τὰ ἐπὶ Θρᾴκης περὶ ὧν ὕστερον.

— ibid. ἵνα μὴ καθέκαστα λέγων] ἀποδιαξις, μεγάλης καὶ συχνῆς ῥᾳθυμίας ἐλεγκτική.

— 5. εἰ τότε τούτων] τῶν τόπων ἢ χωρίων ἐστί.

— 6. τῷ πρώτῳ] τούτου γὰρ ἀποκρουσθεὶς, οὐκ ἂν ἦλθεν ἐπὶ τὸ δεύτερον.

— ibid. προθύμως] κατὰ καιρὸν, καὶ μετὰ τῆς προσηκούσης παρασκευῆς.

— ibid. ὡς προσῆκεν] αὐτοὺς βοηθεῖν.

— 7. αὐτοί] ἀλλ' οὐ διὰ ξένων.

— ibid. ῥᾴονι καὶ πολὺ ταπεινοτέρῳ] ῥᾴων ἂν ἦν προσωλεμεῖν, καὶ πολὺ ταπεινότερος καὶ ἀσθενέστερος.

— ibid. ἐχράμεθα] πειράμεθ' ἂν αὐτοῦ κατὰ τὸν πόλεμον.

— 8. νῦν δὲ τὸ μὲν παρὸν] τῷ δέοντι ὑποτάττει τὸ γενόμενον.

— ibid. τὸ παρὸν] τοὺς παραπεπτωκότας καιρούς, καὶ συμμάχους τοὺς παραγενομένους.

— 9. σχήσειν] ἕξειν. εὐελπιστία ἀνοήτων ἀνδρῶν.

— ibid. καὶ ηὐξήσαμεν καὶ κατεστήσαμεν τηλικοῦτον] μὴ κωλύσαντες δῆπου αὐξηθῆναι καὶ μέγαν γενέσθαι.

— pen. ἡλίκος οὐδείς πω] ἀλλ' οὐ πολλῷ ὕστερον μέγιστος ἁπάντων τῶν τῆς Εὐρώπης βασιλέων, τῶν πώποτε γενομένων, Ἀλέξανδρος ἐγένετο· τὴν δύναμιν προπαρασκευάσαντος αὐτῷ Φιλίππου, καθάπερ Δαρεῖδου τῷ Σολομῶντι τὴν περιουσίαν εἰς τὴν τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ὀνομαστοτάτου ναοῦ κατασκευήν.

— ult. νυνὶ δὲ καιρὸς ἥκει] τοῦ καθελεῖν, καὶ πάλιν μικρὸν καταστῆσαι Φίλιππον, καὶ τοῦ πολὺ ταπεινότερον χρῆσθαι αὐτῷ. τίς;

οὗτος ὁ τῶν Ὀλυνθίων.

— ibid. νυνὶ δὲ καιρὸς] μετὰ τὴν ἐπιτίμησιν τῇ ὀλιγωρίᾳ καὶ τῆς διὰ ταύτην ζημίας διήγησιν, παραμυθία παραθαρρυντικὴ τῶν ἀκροατῶν, ὡς θεοφίλων ὄντων καὶ εὐτυχούντων, δὲ προτρεπτικὴ ἐπ' εὐχαριστίαν καὶ προθυμίαν πρακτικήν.

16. 1. αὐτόματος τῇ πόλει] διαφωνεῖται ἡ διάστιξις. ἔνιοι γὰρ συνέζευξαν· τίς οὗτος; ἐπιζεύξαντες· ὁ τῶν Ὀλυνθίων. ἕτεροι δὲ μηδεμίαν δόντες ἐρώτησιν, ἐφεξῆς ἀνέγνωσαν οὕτως· νυνὶ δὲ καιρὸς ἥκει τις, τουτέστιν, οὐκ εὐκαταφρόνητος, οὗτος ὁ τῶν Ὀλυνθίων, αὐτόματος τῇ πόλει. καὶ ὁ μὲν νοῦς ὁ αὐτὸς ὁπωσοῦν ἂν τις ἀναγνοίη· δριμυτέρα δὲ ἡ ἐρώτησις.

— ibid. ὁ καιρὸς τῶν Ὀλυνθίων αὐτόματος ἥκει τῇ πόλει] ἐν τοῖς ἄνω, καιρὸν παραπεπτωκότα ἔλεξεν. ὁ δὲ καιρὸς τῶν Ὀλυνθίων τούτοις μὲν αὐτοῖς ἀκαιρία ἐγένετο (οὐ γὰρ εὐτυχὲς δυνατώτερον πολεμεῖν), τοῖς δ' Ἀθηναίοις εὐκαιρίαν ἔδοξε παρασχεῖν τοῦ καταγανίσασθαι Φίλιππον, καὶ τοῦ τὴν ἐν τοῖς Ἕλλησι δυναστείαν ἀναλαβεῖν. ἀλλὰ καὶ οὗτοι ἐψεύσθησαν τῶν ἐλπίδων, ἐναντιωθείσης δήπουθεν τῆς φορᾶς τῶν καιρῶν.

— ibid. τῶν πρωτέρων ἐκείνων] γράφεται καὶ, τῶν πρότερον, τοῦ δήπου τῶν Ἀμφιπολιτῶν, καὶ τοῦ τῶν Πυδναίων, καὶ τῶν λοιπῶν.

— 3. καὶ ἔμοιγε δοκεῖ] ἡ τάξις· καὶ λογιστής τις δίκαιος τῶν ὑπηργμένων παρὰ τῶν θεῶν ἡμῖν, ἂν καταστᾷς, δοκεῖ μοι ἔχειν ἂν εἰκότως αὐτοῖς χάριν μεγάλην ἅμως καίπερ πολλῶν οὐκ ἐχόντων ὡς δεῖ.

— ibid. ἂν — καταστᾷς] ἀντὶ τοῦ, εἰ κατασταθείη τις. σημείωσαι, ὅτι τὸ ἵστημι, ἵστην, ἔστακα, ἑστάκειν, ἕστησα, στήσω, ἅμα πᾶσι τοῖς συνδέτοις, ἐνεργητικῶς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον λαμβάνονται. τὸ δὲ ἕστηκα, ἑστήκειν, ἕστην, νῦν μὲν οὐδετέρως, νὺν δὲ παθητικῶς.

— ibid. ἔμοιγε δοκεῖ] ἠδικῶς, καὶ οὐκ ἀνθάδως, ἀλλὰ προκαταληπτικῶς.

— ibid. δίκαιος λογιστὴς] ὁ οὐ μόνον τὰ δεδαπανημένα καὶ ἀτυχηθέντα, ἀλλὰ καὶ τὰ εὐπορηθέντα καὶ κατορθωθέντα λογιζόμενος. προφητικῇ τινὶ καὶ ἀποστολικῇ ἔοικε νουθεσίᾳ τὸ ῥητὸν, τῇ τῶν ἀνθρώπων μεμψιμοιρίᾳ καὶ ἀγνωμοσύνῃ καὶ ἀχαριστίᾳ τῇ εἰς τὸ θεῖον, δικαιότατ' ἐπιτιμώσῃ. οἱ πολλοὶ γὰρ τὸν καιρὸν οὐχ ὁρῶμεν, ἢ ὁρῶντες ἀφίεμεν, ἢ

λαβόντες οὐδ' ὁσίως οὔτε σωφρόνως αὐτῷ χρώμεθα. εἶτα οὐ τῇ ἑαυτῶν ἀφροσύνῃ καὶ ῥᾳθυμίᾳ καὶ ἀβελτερίᾳ ὀργιζόμεθα, ἀλλὰ τῇ θείᾳ προνοίᾳ καὶ διοικήσει τῶν ἀνθρωπίνων ἐγκαλοῦμεν ἀτυχήσαντες, ἢ μὴ πάνδ' ὅσα ἠβουλήθημεν κατορθώσαντες, ἀδικώτατοι λογισταὶ καὶ ἄγαν φίλαυτοι καὶ μεμψίμοιροι ὑπάρχοντες.

— 4. τῶν ὑπηργμένων παρὰ τῶν Θεῶν ἡμῖν] τῶν Θείων εὐεργεσιῶν, τῶν παραπεπτωκότων καιρῶν, καὶ αὐτομάτων ὑκόντων τῇ πόλει. ἡ φράσις, τινὰ ὑπάρχειν τί τινι, μᾶλλον δὲ, τινί τι ὑπῆρχθαι παρά τινος, καίτοι καὶ τοῦτο σπανιώτερον, κοινότερον δὲ, τὸ ὑπάρχειν τί τινι παρά τινος. ἐν ἑτέροις, τὸ ὑπάρχειν πρότερον, τῷ ἀμύνεσθαι, ἀντίκειται.

— 6. τὸ μὲν γὰρ] λύσις ἀντιθέτως μεταστατική. ὁ νοῦς, ὅτι ἕτερόν ἐστι τὸ ἀμελεῖν τοῦ ἀτυχεῖν, καὶ ὅτι ἔνιοι κακῶς πράττουσιν οὐ παρὰ τὴν τύχην, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἰδίαν ὀλιγωρίαν· ἕτερον γὰρ καὶ τὸ ἐπιμελεῖσθαι τοῦ εὐτυχεῖν.

— ibid. τὸ ἀπολωλεκέναι] ἡμᾶς, ἢ, τὸ πολλὰ ἀπολωλέναι ἡμῖν. τοῦ ἀπολωλεκέναι πολλὰ ἐν τῷ πολέμῳ ἡ αἰτία ἀμέλεια ἡ ἡμετέρα.

— ibid. πολλὰ] καὶ χρήματα καὶ χωρία, ἔτι δὲ στρατιώτας καὶ δόξαν.

— 7. τῆς ἡμετέρας ἀμελείας] ἔργον ἢ ἴδιον εἶναι.

— ibid. Θείη τις ἂν] νομίσειε τὴν ἡμετέραν ἀμέλειαν αἰτίαν εἶναι, καὶ αἰτιάσαιτο ταύτην τῆς ἀωσβολῆς, οὐχὶ δὲ τὴν τύχην.

— 8. τὸ δὲ μήτε πάλαι τοῦτο πεπονθέναι] καὶ πρὸ τοῦ Φιλιππικοῦ πολέμου, καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ χρονώτερον· ἰδοὺ, ὅπως καὶ ἡ ἀναβολὴ τῶν κακῶν ἐν ἀγαθοῦ μοίρᾳ τίθεται. πόσῳ δὲ εὐχαριστότερον δέχεσθαι δεῖ τὴν τοῦ θεοῦ εἰς ἡμᾶς μακροθυμίαν, χάραν ἡμῖν τοῦ μετανοῆσαι διδόντος;

— ibid. τὸ μὴ πεπονθέναι] ὅτι οὐκ ἐπάθομεν, ὅτι πέφηνεν, παρακείμενος μέσος τοῦ φαίνομαι. δεῖ δὲ τοὺς σχηματισμοὺς τῶν ῥημάτων, καὶ τἆλλα τὰ γενικὰ, ἐκ τῶν γραμματικῶν προμαθόντα κανόνων, εἶθ' οὕτως ἐπιχειρεῖν τῇ Δημοσθένους ἀναγνώσει· ἀλλὰ μὴ παρ' ἡμῶν τὰ τοιαῦτα προσδοκᾶν. ὁ γὰρ τὰ τῆς γραμματικῆς τέχνης οὐκ ἀπηκριβωμένος, οὐδέποτ' ἂν ῥήτωρ ἀγαθὸς γένοιτο.

— 9. τούτων ἀντίῤῥοπον] ἐξισάξειν δυναμένην καὶ ἀντισηκοῦν τὰ ἀπολωλότα, καὶ τὴν ἡμῶν πλάστιγγα ἐξίσου καταστῆσαι τῇ Φιλίππου, καὶ ἰσόσταθμον καὶ ἰσῤῥοπον ἀπεργάζεσθαι.

— 10. ἂν χρῆσθαι] αὐτῇ τῇ συμμαχίᾳ.

— ibid. τῆς παρ' ἐκείναν] οὔσης ἢ ὑπαρχούσης ἡμῖν· τῆς τῶν Θεῶν, ἢ, τῆς θείας εὐνοίας εἰς ἡμᾶς.

— ibid. εὐεργέτημα] εἶναι.

— ibid. ἔγωγε Θείην] ψηφισαίμην ἂν, θείμην ἂν τὴν ψῆφον μὴ πρὸς τὴν ἀτυχίαν ἡμῶν, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν Θεῶν εὔνοιαν.

— 11. ἀλλ' οἶμαι παρόμοιόν ἐστιν ὥσπερ καὶ περὶ] δι' ὁμοιώσεως παρίστησι τὴν ἀνθρωπίνην ἀμέλειάν τε καὶ ἀχαριστίαν, ἐπικοσμῶν καὶ ἐναργέστερον ποιῶν τὸν λόγον.

— ibid. παρόμοιόν ἐστιν ὥσπερ καὶ] παρατήρει τὰ ἀποδοτικὰ μόρια· οἷς ἐν τῇ ἑξῆς περιόδῳ ὑπέζευξε· καὶ περὶ τῶν πραγμάτων οὕτως.

— 12. κτήσεως] πορισμοῦ, ὅταν τις, ἅπερ ἐπορίσατο, ταῦτ' ἐσωσε καὶ διεφύλαξε.

— ibid. λάβῃ καὶ σώσῃ] πρὸς τῷ λαβεῖν σώσῃ καὶ περιποιήσηται.

— 13. τῇ τύχῃ] τῇ παρὰ τῶν Θεῶν εὐνοίᾳ. ἡμῖν μὲν γὰρ τύχη ἐστὶ καὶ αὐτόματον· τῇ δὲ αἰτίᾳ, τῷ Θεῷ φημὶ, τῷ δικαιότατα οὐ παραιτίῳ, ἀλλὰ παναιτίῳ λεγομένῳ, καὶ πρὸ πάντων αἰώνων πάντα τά τε μέγιστα καὶ τὰ ἐλάχιστα προενοημακότι τε καὶ διατάξαντι, μήτε τύχῃ μήτε αὐτόματον οὐδὲν, ἀλλὰ σοφίᾳ καὶ προνοίᾳ τὸ πᾶν.

— ibid. ἂν δ' ἀναλώσας λάθῃ] ἐὰν κατ' ὀλίγον καὶ μὴ αἰσθανόμενος ἀναλώσῃ, ἀεὶ μὲν ἀφαιρῶν, μηδὲν δὲ προστιθείς.

— 14. συνανάλωσε] ἀνάλωσε σὺν τοῖς χρήμασι.

— ibid. καὶ τὸ μεμνῆσθαι τὴν χάριν] τὴν μνήμην τῆς εὐεργεσίας.

— ibid. καὶ περὶ τῶν πραγμάτων οὕτως] ἠδυνήθη ἂν διὰ μιᾶς περιόδου ἀπαρτίσαι τὴν ἔννοιαν, οὐτωσίπως· ὥσπερ ἐπὶ τῆς τῶν χρημάτων κτήσεως, ἂν μὲν ὅσα ἄν τις λάβῃ, ταῦτα καὶ σώσῃ, μεγάλην ἔχει τῇ τύχῃ τὴν χάριν· ἂν δὲ ἀναλώσας λάθῃ, συνανάλωσε καὶ τὸ μεμνῆσθαι τῇ τύχῃ ἐπὶ χάριν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων, εἰ μὴ χρησάμενοι τοῖς καιροῖς ὀρθῶς, οὐδ' εἰ συνέβη τι παρὰ τῶν θεῶν χρηστὸν, μνημονεύουσι. δοκεῖ δὲ διακόψαι καὶ μερίσαι τὴν περίοδον διὰ τὸ πολύκωλον.

— ult. πρὸς γὰρ τὸ τελευταῖον ἐκθάν] πρὸς τὸ ἐκβὰν τελευταῖον, ἐπιῤῥηματικῶς οἶμαι. κατὰ τὸ τελευταῖον.

— ibid. ἕκαστον τῶν προϋπαρξάντων] ἔνιοι τῶν πρὶν ὑπαρξάντων.

17. 1. ὧς τὰ πολλὰ] ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, σχεδὸν ἀεί.

— ibid. κρίνεται] ὑπὸ τῶν ἀδίκων λογιστῶν. τῆς μὲν γὰρ τελευτῆς χρηστῆς οὔσης, χρηστὰ καὶ τὰ προηγησάμενα φαῦλα κρίνεται· φαύλης δὲ, φαῦλα καὶ ταῦτα, καίτοι κάλλιστα γενόμενα. ἐν ἅπασι γὰρ τοῖς ἔργοις (καθά φησιν Ἰσοκράτης) οὐχ οὕτω τῆς ἀρχῆς μνημονεύομεν, ὡς τῆς τελευτῆς αἴσθησιν λαμβάνομεν.

— ibid. διὸ καὶ σφόδρα δεῖ] ἐπειδὴ πολλῶν, φησὶν, αἰσχρῶς κατημελήσαμεν, δεῖ σωφρόνως ἐπιμελεῖσθαι τῶν τε παρόντων καὶ τῶν μελλόντων.

— 2. ἵνα ταῦτα] πότερον τὰ λοιπὰ, ἢ τὰ κατημελημένα πρότερον; ὃ καὶ μᾶλλον ἀρέσκει. τὸ μὲν γὰρ ἐπανορθώσασθαι, τοῖς ἐπταισμένοις· τὸ δὲ κατορθῶσαι, τοῖς ἐν χερσὶ μᾶλλον οἰκειότερον εἶναι δοκεῖ.

— 3. τὴν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις] γενομένην ἡμῖν.

— ibid. πεπραγμένοις] αἰσχρῶς δηλονότι, μᾶλλον δὲ κατημελημένοις.

— ibid. ἀδοξίαν] τὴν μᾶλλον ἀνιῶσαν Ἀθηναίους τῆς ἐλάβης, οὐχὶ τοσοῦτον φιλοχρημάτως ἔχοντας, ὅσον φιλοτίμως, καὶ φιλεγκωμίους ὄντας. ἡ μὲν πρώτη πίστις ἐκ τοῦ συμφέροντος, ἡ δευτέρα δὲ αὖτη ἐκ τοῦ ἐνδόξου, ἡ δὲ τρίτη ἐκ τοῦ ἐπικινδύνου, ἡ νῦν τεθειτομένη.

— 4. εἰ δὲ προκρόμεθα] ἀπελάσομεν, ἀδοκήθους ἀποπέμψομεν, οὐ προσδεξόμεθα συμμάχους.

— ibid. καὶ τούτους τοὺς ἀνθρώπους] τοὺς Ὀλυνθίους, τοὺς τηλικαύτην δύναμιν ἔχοντας, πόλεις μὲν λβ', ἱππεῖς δὲ αφ', τοὺς βεβαίους ἡμῖν συμμαχήσαντας ἄν.

— 5. ἐκεῖνος] Φίλιππος, ὁ κοινὸς ἐχθρός.

— ibid. καταστρέψηται] ἐκπολιορκήσῃ Ὄλυνθον, δυνατώτερός γε ὢν πολλῷ.

— 6. φρασάτω τις ἐμοὶ] ἀνακίνωσις διαβεβαιωτική.

— ibid. τί τὸ κωλύον ἔσται] τί κωλύσει.

— ibid. ἔτι] μετὰ τὸ χειρώσασθαι Ὀλυνθίους, τοὺς, ἄλλοσέ πη τρεπομένου Φιλίππου, τὴν Μακεδονίαν πορθήσαντας ἄν.

— ibid. βαδίζειν] ἡ μετὰ στρατεύματος δηλονότι.

— 7. ὅποι βούλεται] εἴτε ἐπ' ἄλλας Ἑλληνίδας πόλεις, εἴτε καὶ ἐπ' αὐτὰς τὰς Ἀθήνας. ἡ πρόθεσις τοῦδε τοῦ τόπου· ὅτι Φίλιππος Ὀλυνθίους καταστρεψάμενος, οἷόσ' ἔσται ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν Ἀττικήν.

— 8. ἄρ' ἀγε λογίζεταί τις ὑμῶν] νῦν ἠρέμα κατασκευάζει ἐκ τῆς φύσεως τῆς Φιλίππου, τῆς ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐγνωσμένης, ὅτι καὶ βουλήσεται ἐαδίζειν ἐπ' Ἀθηναίους.

— ibid. λογίζεται] ὅπερ τῆς διανοίας ἐστί.

— ibid. τις ὑμῶν] εἰ πάντες οὐ δύνασθε.

— 9. καὶ θεωρεῖ] ὅπερ τῆς αἰσθήσεώς ἐστι. τὰ μὲν γὰρ βουλεύματα Φιλίππου, τοὺς γείτονας πρῶτον καταδουλώσασθαι βουλομένου, ἀδηλότερα τοῖς πολλοῖς· τὰ δὲ πεπραγμένα, φανερὰ καὶ τοῖς ἀνοήτως καὶ ῥᾳδύμως ἔχουσιν, ὥσπερ τὰ ἐν τοῖς θεάτροις γιγνόμενα. ὁ δὲ Δημοσθένης πρὸ πολλοῦ τῆς Φιλίππου προαιρέσεως αἰσθόμενος, καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς τυραννίδος, τῆς τοῦ Μακεδόνος, τῇ Ἑλλάδι ὑποφυομένης, ἰᾶσθαι σπουδάσας, ἀδίκως τὸ τῆς πολυπραγμοσύνης ἔχειν ἔγκλημα δοκεῖ, εἰς τὸ πρανεστικὸν καὶ φιλόπατρι δικαιότερος ἂν ἐπαινεῖσθαι.

— ibid. τὸν τρίτον δι' ὃν] ὄντινα τρίτον.

— ibid. μέγας] δυνατός. ἀντίκειται γὰρ τῷ ἀσθενεῖ, τῷ ἀδυνάτῳ.

— ibid. ἀσθενὴς ὤν] οὐ ναὶ μὰ Δία οὔτε τὸ σῶμα, οὔτε τὴν ψυχήν, ὥσπερ ὁ Δημοσθένης (ἔρρωτο γὰρ ἄμφω ταῦτ' οὐχ ὡς ἔτυχεν, ἀλλ' ἐναμίλλους τοῖς μάλιστα περὶ ἑκάτερον τούτων πὐτυχηκόσιν) ἀλλ' ὀλίγην δύναμιν ἔχων, παραλαβὼν, ὅτ' εἰς τὴν ἀρχὴν καθίστατο, τὰ μὲν βασίλεια χρημάτων κενα καὶ πάντα κατηναλωμένα, τὰ πράγματα δὲ ταραχῆς μεστὰ, καὶ πολλῆς ἐπιμελείας δεόμενα, καὶ φυλακῆς καὶ δαπάνης.

— 10. τὸ καταρχὰς] ἐπιρρηματικῶς, ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς ἀρχῆς. Ἀλέξανδρος ἐν τῇ Ἀριανοῦ ζ' Φίλιππος παραλαβὼν ἡμᾶς (τοὺς Μακεδόνας) πλάνητας καὶ ἀπόρους ἐν διφθέραις τοὺς πολλοὺς νέμοντας ἀνὰ τὰ ὄρη πρόβατα ὀλίγα, καὶ ὑπὲρ τούτων κακῶς μαχομένους Ἰλλυριοῖς τε καὶ Τριβαλλοῖς καὶ τοῖς ὁμόροις Θρᾳξὶ, χλαμύδας μὲν ὑμῖν ἀντὶ τῶν διφθερῶν φορεῖν ἔδωκε. καὶ τὰ λοιπά.

— ibid. τὸ πρῶτον Ἀμφίπολιν λαβὼν] τὰ ἱστορικὰ ταῦτα ἐκ τῶν συγγραφέων, τῶν πᾶσι προκειμένων, συζητεῖτωσαν οἱ σπουδαῖοι, Διοδώρου φημὶ τοῦ Σικελιώτου, Πλουτάρχου, Ἰουστίνου, Γεμίστου, καὶ εἴ τινες ἕτεροι. τοὺς γὰρ παλαιοὺς, Θεόπομπον καὶ Ἔφορον, καὶ ἄλλους, εἴτε ὁ χρόνος, εἴτε ὁ τοῦ Κρόνου φθόνος, ἡμᾶς ἀπεστέρησεν· ἔτι δὲ, ἐκ τῶν Λιβανίου ὑποθέσεων, καὶ τῶν Οὐλπιανοῦ ἐξηγήσεων, καίτοι οὐ παντα χοῦ εὐδοκιμουσῶν. ὁ δὲ τῶν βιβλίων ἀπορῶν, ἄμεινον βουλεύσεται, τὰς Δημοσθένους διηγήσεις ἀποδεχόμενος, ἢ τὸν σχολιαστὴν, τὸν τὰ μηδὲν ὠφελοῦντα μὴ πονήσαντα μάτην, αἰτιώμενος. οἱ μὲν γὰρ ἱστοριογράφοι καὶ ῥήτορες παραχαράττουσιν ἔσθ' ὅτου, ἐπὶ νίκῃ τοῦ προκειμένου, τὴν ἀλήθειαν ἐξεπίτηδες. τὸ δὲ παρατιθέναι τὰ βιβλία τῶν συγγραφέων, τοῖς μὲν ἀμελοῦσι τούτοις ἐντυχεῖν εὐηθες, τοῖς δὲ προειδόσι περιττόν· τὸ δὲ κατὰ διέξοδον ἀπομνημονεύειν, ἀπέραιτον ὁμοῦ καὶ διὰ τὴν μακρολογίαν ἀηδέστατον. ὑπομνήσομεν δ' ὅμως τὸν ἀναγνώστην, ὅπου ἂν καιρὸς εἶναι δόξειεν.

— ibid. λαβὼν] κατὰ κράτος ἑλὼν, κατὰ Διόδωρον, οὐχὶ δὲ παραδόντων τῶν πολιτῶν.

— 11. Πύδναν] ἣν χειρωσάμενος καὶ ἐξανδραποδισάμενος παρέδωκε τοῖς Ὀλυνθίοις.

— ibid. Ποτίδαιαν] ἣν ὡμολόγησε μὲν περιποιήσειν Ὀλυνθίοις, παραδεδωκέναι δ' αὐτὸν ταύτην, οὐ διαῤῥήδην λέγει Διόδωρος.

— ibid. Μεθώνην] τὴν Θρᾳκίαν, ἣν κατέσκαψε Φίλιππος. οὐχὶ δὲ τὴν ἐν τῷ Ἑρμιονικῷ κόλπῳ τῆς Πελοποννήσου. Στράβων τῇ θ', οἷς προσέσχηκε Διόδωρος· Παγὰς δὲ χειρασάμενος, ἠνάγκασεν ὑποταγῆναι.

— 12. εἶτα Θετταλίας ἐπέβη] ὑπὸ τῶν Ἀλευαδῶν παρακαλούμενος κατὰ Λυκόφρονος καὶ Τισιφόνου, τῶν Ἀλέξανδρον τὸν Φεραῖον ἀποκτεινάντων. Διόδωρος τῇ ις. σελίδι φ ι ζ. συγγραφεὺς πλείστου μὲν ἄξιος διὰ τὸ σωματοποιῆσαι τὰς ἱστορίας, ἃς εἴτε ὁ χρόνος εἴτε ὁ φθόνος ἀνάπαλιν διεμέλισεν· οὐ πανταχῆ δὲ, διὰ τὸ μεγαλεπίβολον καὶ παντοδαπὸν, εὐκαιρήσας ἀκριβώσασθαι, καὶ διαρθρῶσαι τοῖς τε καιροῖς καὶ τοῖς τόποις, τὰς κατὰ μέρος ἱστορίας.

— ibid. Φεραὰς, Παγασὰς, Μαγνησίαν] Θετταλικαὶ πόλεις· ἑτέρα δὲ Μαγνησία, ἡ τῆς Μυγδονίας ἢ Μαιονίας, ἡ πρὸς Μαιάνδρῳ ποταμῷ.

— pen. πάνθ' ὅν] τὰ λοιπὰ τῆς Θετταλίας χωρία.

— ibid. ὃν ἐβούλετ' εὐτρεπίσας τρίπον] κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτῷ διοικήσας.

— ult. ὤχετ' εἰς Θρᾴκην] Διόδωρος τῇ φ κ. δ'. σελίδι κατὰ τὴν Μακεδονίαν γ' βασι-

λεῖς συνέστησαν ἐπὶ τὸν Φίλιππον, ὅ τε τῶν Θρᾳκῶν, καὶ Παιόνων, καὶ Ἰλλυριῶν. ἀλλ' οὐ περὶ τούτων ἔοικε λέγοντι νῦν ὁ ῥήτωρ, ἀλλὰ περὶ Τήρου, καὶ Κερσοβλέπτου, καὶ Σιτάλκου. ὧν αὐτὸς ὁ Φίλιππος ἐν τῇ ἐπιστολῇ μέμνηται.

— ibid. τοὺς μὲν ἐκβαλὼν] Τήρην καὶ Κερσοβλέπτην.

— ibid. τοὺς δὲ καταστήσας] Σιτάλκην οἶμαι.

18. 1. ἠσθένησε] ἐνόσησε, ἠῤῥάστησε. τῷ Γ Ὀλ. ἠγγέλθη Φίλιππος ἀσθενῶν καὶ τεθνεώς. καὶ ἐν τῷ Α τῶν Φιλιππικῶν· τέθνηκε Φίλιππος, οὐ μὰ Δί', ἀλλὰ ζῇ. τί δ' ὑμῖν διαφέρει: ταχὺ γὰρ ἕτερον Φίλιππον ποιήσετε.

— ibid. πάλιν ῥαίσας] ῥάσνος γενομένου τοῦ νοσήματος.

— ibid. οὐκ ἐπὶ τὸ ῥᾳθυμεῖν] τὴν ῥᾳθυμίαν, τὴν ἄνεσιν τῆς ψυχῆς, τὴν ἀπραξίαν καὶ φιληδονίαν.

— 2. ἀπέκλινεν] ἀπὸ τῆς πρώην φιλοπραγμοσύνης ἑαυτὸν κἂν ὀλίγον ἔτρεψε.

— ibid. Ὀλυνθίοις ἐπεχείρησε] πολεμεῖν, ἢ ἀπολύτως, ἐπιχειρεῖν τινί, τὸ ἔρχεσθαι ἐπ' αὐτὸν, καταγωνισόμενον. ἐγκωμιαστικός ἐστιν οὗτος ὁ τόπος, οἱόσπερ καὶ παρ' Ἰσοκράτει, τῶν Φιλίππου κατορθωμάτων· οὐ μὰ Δία κατ' εὔνοιαν τὴν πρὸς ἐκεῖνον παρεισφρηθείς, ἀλλ' ἅμα μὲν πρὸς ἔκπληξιν, ἅμα δὲ πρὸς ζῆλον τῶν Ἀθηναίων εἰσαχθείς.

— ult. τὰς δ' ἐπ' Ἰλλυριοὺς] παραλειπτικὴ προσθήκη πλειόνων στρατειῶν.

— ibid. Ἀρύμβαν] ἔνιοι Ἀρύβαν, ἔνιοι Ἀρύββαν διπλασιαζομένου τοῦ β, γράφουσι. Σουίδας· Ἀρύβας, Ἀλκέτου μὲν ἦν παῖς, Μολοσσῶν δὲ βασιλεύς. Παυσανίας ἐν Ἀττικοῖς· Πύῤῥος μὲν ἐξ Αἰακίδου τοῦ Ἀρύββου, Ἀλέξανδρος δ' ἐξ Ὀλυμπιάδος τῆς Νεοπτολέμου θυγατρὸς, ἐγεννήθη. Νεοπτολέμου δὲ καὶ Ἀρύββου πατὴρ ἦν Ἀλκέτας ὁ Θαρύπου.

19. 1. τί οὖν τις ἂν εἴποι] κατὰ προκατάληψιν ἡ ἐπιδιόρθωσιν αἰτιολογία, καὶ ἐφαρμογὴ τοῦ διηγήματος τῇ ὑποθέσει.

— 2. νῦν] ὅτε τὸ γενόμενον οὐκ ἂν ἀγέννητον γένοιτο, καὶ μηδὲν ἔσται πλέον ἀκούσασιν ἡμῖν.

— ibid. ἵνα γνῶτε] τῇ διανοίᾳ.

— 3. καὶ αἴσθησθε] ταῖς αἰσθήσεσι καταλάβητε, οὐκ ἀκούοντες μόνον, ἀλλὰ σχεδὸν ὁρῶντες καὶ ἀπτόμενοι. ἐν τοῖς ἄνω· ἀρά γε λογίζεταί τις ὑμῶν καὶ θεωρεῖ. Σουίδας· αἴσθομαί σου, δι' αἰσθήσεως ἐπιλαμβάνομαι· αἰσθόμενοι, νοήσαντες.

— ibid. ἀμφότερα, καὶ τὸ, καὶ τὴν] ῥήματι ὀνοματικῷ ἐπίζευγξὲν ὄνομα.

— ibid. προίεσθαι] ἡ πρόεσις ὅτι σφόδρα ἐστὶ ἐλαφερά.

— ibid. καθέκαστον αἰεί τι τῶν πραγμάτων] ἡ ἑκάστων καὶ συνεχὴς ἀμέλεια, ἀθρόα γίγνεται ἐλάβη.

— 4. αἰεί τι τῶν πραγμάτων] τῶν ὅλων δήπου μέρος τι, ἕως ἂν τὸ σύνολον διαφθαρῇ.

— 5. τὴν φιλοπραγμοσύνην] ἡ μὲν πολυπραγμοσύνη ἐπὶ κακῷ λαμβάνεται· ἡ δὲ φιλοπραγμοσύνη ἐπαινετὴ ἂν εἴη, δικαία γε οὖσα. ἀλλ' αὕτη ἡ τοῦ Φιλίππου γέγονε πλεονεκτικὴ, εὐσχημόνων μέντοι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἐνίοτε δὲ καὶ ἀναγκαίων λαβομένη πρφάσεων, καὶ νῦν μὲν ἀμυνομένη τοὺς προϋπάρξαντας, νῦν δὲ βοηθοῦσα τοῖς δεομένοις, νῦν δὲ ἐπεξεργαζομένη οἷς ἐνεστήσατο.

— ibid. πρὸς ἅπαντας] Ἕλληνάς τε καὶ βαρβάρους.

— ibid. ᾗ χρῆται] ἐπὶ τῷ ἰδίῳ συμφέροντι.

— ibid. καὶ συζῇ Φίλιππος] χρήματα ὡς ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι· ὦδε, ὦ Φίλιππε, βίος σοὶ φιλοπραγμοσύνη.

— ibid. ὑφ' ἧς οὐκ ἔστιν ὅπως ἡσυχίαν σχήσει] ἡ φιλοπραγμοσύνη οὐκ ἐπιτρέψει αὐτῷ ἡσυχάζειν.

— 6. ἀγαπήσας] ἀρκεσθεὶς, ἅπλωστος ὤν. μαντεία ἐκ τοῦ ποιητικοῦ αἰτίου (τῆς φύσεώς φημι) τῶν ἀποβησομένων.

— 7. εἰ δ' ὁ μὲν ὡς] αἰτίθεσις φιλοπραγμοσύνης καὶ ἀμελείας, στοχαστικὴ τῶν ἑκατέρας ἀποτελεσμάτων.

— ibid. μεῖζον τῶν ὑπαρχόντων] τῶν προειργασμένων.

— ibid. ὡς δεῖ πράττειν] πρακτέον εἶναι.

— pen. ἐγνωκὼς ἔσται] ἀξιώσει, καὶ βεβαίως ἐμμενεῖ ταύτῃ τῇ γνώμῃ.

— ibid. ὑμεῖς δὲ] γράφεται καὶ, ἡμεῖς, ἐγνωκότες ἐσόμεθα, ἢ ἔσεσθε.

— ibid. ἀντιλαμβάνεσθαι] δεῖ ἀντιλαμβάνεσθαι.

— ult. ἐῤῥωμένως] μετὰ σπουδῆς καὶ προθυμίας ἐπιχειρεῖν τοῖς πράγμασι.

— ibid. ἐλπίζει] ἐλπίζειν δεῖ.

20. 1. τελευτῆσαι] τελευτήσειν. ἡ φράσις· τόδε τελευτᾷ εἰς τόδε, ἀντὶ τοῦ, τοῦδε αὖτη ἐστὶν ἡ τελευτή. ἡ μὲν Φιλίππου φιλοπραγμοσύνη τελευτήσει εἰς καταδούλωσιν ὅλης τῆς Ἑλλάδος· ἡ δὲ τῶν Ἀθηναίων ῥᾳθυμία εἰς ἀσωσολὴν ἅμα τῇ ἀρχῇ καὶ τῆς ἐλευθερίας. Πλούταρχος· διαγωγή ἐστιν ἐν οἴνῳ τὸ συμπόσιον, εἰς φιλίαν ὑπὸ χάριτος τελευτῶσα. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ Θησεῖ· τὴν Ἑλένης ἁρπαγὴν, πολέμου μὲν ἐμπλῆσαι τὴν Ἀττικὴν, αὐτῷ δὲ εἰς φυγὴν καὶ ὄλεθρον τελευτῆσαι.

— ibid. πρὸς θεῶν] ἐπόμοσις καὶ ἐπιμαρτυρία δεινή.

— ibid. τίς οὕτως εὐήθης] ἀπλοϊκὸς, καὶ ἀπρονόητος, καὶ ἀλόγιστος, εὐήθεις (φησὶν ὁ τῶν Ἀριστοτέλους Ῥητορικῶν σχολιαστὴς) εἰσὶν, ὧν τὸ ἦθος εὐπεριάγωγον.

— 2. ὅστις ἀγνοεῖ] οὐ πρόοιδεν. ἐμφατικὴ ἡ λέξις.

— ibid. τὸν ἐκεῖθεν] τὸν ἐξ Ὀλύνθου, τὸν Ὀλυνθιακόν.

— ibid. δεῦρο] εἰς τὴν Ἀττικήν.

— ibid. ἤξοντα] ἥξειν, Ἑλληνικὴ χρῆσις μετοχικῆς αἰτιατικῆς ἀντ' ἀπαρεμφάτων τῶν παρὰ Λατίνοις. οὕτω γὰρ (φησὶν ὁ Μοσχόπουλος) τὰ γνωσιστικὰ ῥήματα, καὶ τὰ τοῦ ὁρᾶν σημαντικὰ, συντάσσεται πρὸς τὰς τῶν μετοχῶν αἰτιατικάς.

— ibid. ἂν ἀμελήσωμεν] τῆς τῶν Ὀλυν-

δίαν σωτηρίας.

— 3. ἀλλὰ μὴν εἰ τοῦτο γενήσεται] εἰ Φίλιππος ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν ἔλθῃ. τὰ ἐκβησόμενα δι' ὁμοιώσεως παρίστησι.

— 4. μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον — ὥσπερ — οὕτω καὶ ἡμεῖς] παρατήρει τὰ ὁμοιωτικὰ μόρια.

— ibid. δανειζόμενοι] δανείζει ὁ διδοὺς, δανείζεται ὁ λαμβάνων, ἐπὶ τόκῳ χρήματα.

— pen. εὐπορήσαντες] ἐκ τῶν ἀλλοτρίων χρημάτων.

— ibid. μικρὸν χρόνον] διότι οἱ μεγάλοι τόκοι ταχέως ὅλην τὴν οὐσίαν ὑφείλοντο, καθάπερ τὸ πῦρ τὰ οἰκήματα, εἰ μὴ φθάσας τις σβέσῃ, κατανάλωσεν. σημεῖον δὲ, οἱ μεγάλοι μὲν καὶ ἀνέλπιστοι· πλοῦτοι τῶν δανειστῶν, αἱ δὲ ἀθρόαι τῶν δανειζομένων ἀπώλειαι. τοὺς Ἰουδαϊκοὺς τόκους τῶν ἀριθμητικῶν τῶν παρ' ἡμῖν τις νεωστὶ συλλογισάμενος ἐξ ὀλίγων δραχμῶν οὐ πολλοῦ χρόνου εἰς παμπόλλας μυριάδας προελθεῖν εἰθισμένους ἀπέδειξεν.

— ult. ὕστερον] μετὰ χρόνον, τελευτῶντες.

— ibid. καὶ τῶν ἀρχαίων] τῶν ὄντων ἐξ ἀρχῆς αὐτοῖς κτημάτων, τῆς πατρικῆς οὐσίας. Δημοσθένης· οἱ δ', ἐπειδὴ διαλύειν ἐδέησεν οἷς ὤφειλον, ἐξέστησαν ἁπάντων τῶν ὄντων. Σουΐδας· ἀρχαῖα τὰ κεφάλαια τῶν χρεῶν· ἀνθ' οὗ Ἡσύχιος, τῶν δανείων· καὶ, ἐχρήσαντο οἱ ῥήτορες τῷ ἀρχαίῳ ἐπὶ τοῦ δανειζομένου τὸ ἀργύριον. ἐπιφέρει δὲ μαρτυρίαν Δημοσθένους ἐκ τοῦ πρὸς Νικόστρατον, τῷ δανείζοντι προσήκουσαν· δανείσας ἀργύριον Ἀρχίππῳ, οὐχ οἷός τε ἦν αὐτὸ ἀπολαβεῖν οὔτε τόκον οὔτε ἀρχαῖον. Ἰσοκράτης Τραπεζιτικῷ· καὶ ὁμολόγησεν οὗτος αὐτῷ καὶ τὸ ἀρχαῖον καὶ τοὺς τόκους τοὺς γιγνομένους ἀποδώσειν. Ἡσύχιος, ἀρχαίοις, τοῖς ἐξ ἀρχῆς παραδεδομένοις, περὶ τῶν παλαιῶν παραδόσεων λέγειν δοκεῖ. Δημοσθένης κατ' Ἀφόβου· ἐρωτηθεὶς δ' ὑπὸ τοῦ διαιτητοῦ, τὴν οὐσίαν τὴν αὐτοῦ, πότερον ἐκ τῶν ἐπικαρπιῶν, ἢ τἀρχαῖα ἀναλίσκων, διῴκηκεν; τοῦτο τὸ παράδειγμα δεῦρο ἁρμόττει, τὰ πατρῷα δήπου καὶ προϋπάρξαντα κτήματα δηλοῦν, τὰ ἠνεγκυρασμένα δήπου τοῖς δανεισταῖς. διαιότερον γὰρ τὸ ἐκλαβεῖν, ὅτι οἱ δανείζοντες πρὸς τοῖς τόκοις καὶ τὸ κεφάλαιον ἀπώλεσαν (καίτοι καὶ τοῦτο ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς καιρῷ πολλοῖς συμβὰν τῶν τοῖς βασιλεῦσιν ἐπὶ μεγάλοις τόκοις δανεισάντων), τοῦ τῶν ἀρχαίων ὀνόματος, οὐχ ἧττον τὴν πατρῴαν οὐσίαν, ἢ τὸ κεφάλαιον σημαίνοντος. ἡ μὲν γὰρ ἀεὶ τῶν Ἀθηναίων ῥᾳδυμία τόκοις μεγάλοις, τὸ δὲ τῶν ἀρχαίων ἀποστῆναι τῇ πανελεθρίᾳ, παρέμοιον. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· ἰὼ κλαίετ', ὦ βολοστάται, αὐτοί τε καὶ τἀρχαῖα, καὶ τόκοι τόκων· οἰδὲν γὰρ ἄν με φλαῦρον ἐργάσαισθ' ἔτι.

21. 1. ἐπὶ πολλῶ] τόκῳ· μεγάλα διὰ ταύτην τὴν ῥᾳθυμίαν ζημιωθησόμενοι.

— ibid. φανῶμεν ἐῤῥᾳθυμηκότες] Latinisti, fanerov γένοιτο ἡμᾶς ἐῤῥᾳθυμηκέναι.

— ibid. ἅπαντα πρὸς ἡδονὴν ζητοῦντες] ἴσας, ἅπαντα τὰ πρὸς ἡδονὴν, ἡγουν ἀνήκοντα, τουτέστι, μόνα τὰ ἡδέα ζητοῦντες, φιλήδονοι μᾶλλον ὄντες ἢ φίλαρχοι καὶ φιλοπόλεμοι.

— 2. πολλὰ καὶ χαλεπὰ] ἡ τάξις· μὴ ἔλθωμεν εἰς ἀνάγκην ποιεῖν (τοῦ ποιεῖν) πολλὰ καὶ χαλεπὰ (ἤγουν τούτων), ὧν, ἀντὶ τοῦ, ἃ, οὐκ ἠβουλήθημεν, ἤγουν, ποιεῖν μέχρι τοῦδε.

— 3. εἰς ἀνάγκην ἐλθωμεν] ἀναγκασθῶμεν.

— ibid. κινδυνεύσωμεν] εἰς κίνδυνον καταστῶμεν τοῦ ἀπολέσαι τὴν Ἀττικήν· ἤ, μὴ μάχεσθαι δέῃ ὑπὲρ αὐτῆς. τὸ γὰρ κινδυνεύειν κατ' ἐπίτασιν πολλάκις ταὐτὸν τῷ ἀγωνίζεσθαι καὶ μάχεσθαι.

— 4. περὶ τῶν ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ] ὄντων, τῶν δήμων καὶ πολιχνίων, καὶ λιμένων, καὶ προσόδων, καὶ ἀργυρείων μετάλλων, καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων.

— 5. τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾶν] μέχρι τοῦδε μὲν ἔπειθεν, ὅτι καὶ συμφέρον καὶ ἀναγκαῖόν ἐστι τὸ βοηθεῖν Ὀλυνθίοις, τάς τε συμφορὰς τὰς γεγενημένας παραμυθησάμενος, καὶ εὐτυχίαν αὐτοῖς μαρτυρήσας, καὶ τῇ ῥᾳθυμίᾳ ἐπιτιμήσας. νῦν δὲ τὸν τρόπον τῆς βοηθείας ἐξηγεῖται, καινῷ προοιμίῳ μεταβατικῶς καὶ προκαταληπτικῶς εὔνοιαν λαμβάνων καὶ δεικνὺς, ἑαυτὸν φιλόπολιν μᾶλλον ἢ φίλαυτον ὄντα, καὶ τῆς παραυτίκα χάριτος τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει προτιμῶντα· ἅμα δὲ καὶ τοῦτ' αἰνιττόμενος, ὅτι οὐ δίκαιον τῶν ἐν ταῖς πράξεσι πταισμάτων, ὧν ἡ τύχη κυρία, τὰς αἰτίας τῷ πιστῷ συμβούλῳ ἀνατιθέναι, μάντις κἀνταῦθα γενόμενος κακῶν, καὶ οὐ τὸ κρῆγον εἴπας· αἰεί οἱ φίλα φρεσσὶν ἐὸν κακὰ μαντεύεσθαι. μᾶλλον δέ γε εἰκὸς, τοὺς πάλαι ῥήτορας διαφόρως ποιήσασθαι καὶ συγγράψαι τοὺς λόγους, ἐκ τῶν συμβάντων πολλὰ καὶ προσθέντας καὶ ἀφελόντας καὶ ἐναλλαξάντας, προμηθεῖς γενομένους μετὰ τὰ πράγματα.

— ibid. τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾶν] ἡ ὑποφορὰ, παύου ἐπιτιμῶν (παροξυντικὸν γάρ), ἀρξαι δὲ συμβουλεύειν.

— ibid. καὶ παντὸς εἶναι] οὕτω καὶ τὸ οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς. πάντας δύνασθαι ἐπιτιμᾶν, εἰκῇ μέντοι ἄνευ ἐλέγχων. τὸ δὲ ὀρθῶς τοῦ ποιεῖν, οὐχ ἧττον τῶν εὖ φρονούντων ἔργον, τοῦ τὰ δέοντα συμβουλεῦσαι.

— 6. τὸ δ' ἀποφαίνεσθαι, τοῦτ'] πλεονασμὸς ἐμφατικὸς, ὁ νοῦς· μετὰ τὸ ἐπιτιμῆσαι καὶ συμβουλεύσω καίπερ ἐπικίνδυνον καὶ εὐδιάβλητον ὑπάρχον.

— 7. ἐγὼ δὲ οὐκ ἀγνῶ μὲν] ἀποκρισις συγκαταθετικὴ, τὸ μὲν μῖσος παραιτουμένη, εὔνοιαν δὲ μνηστεύουσα.

— 8. πολλάκις] οὐκ ἀεί.

— ibid. οὐ τοὺς αἰτίους] τῶν συμφορῶν, τοὺς στρατηγοὺς δηλονότι, καὶ τῶν πολιτῶν τοὺς ἐλλείποντάς τι τῶν δεόντων.

— 9. ἀλλὰ τοὺς ὑστάτους] ταύτην τὴν λέξιν εἰσὶν οἱ παρέλκειν οἰόμενοι. δοκεῖ δὲ κἀμοὶ οὐχ ὕστατος, ἀλλ' ἐν τοῖς πρώτοις μᾶλλον συμβουλεῦσαι βοηθεῖν Ὀλυνθίοις ὁ Δημοσθένης, προτρέπων γε ἐν τῷ προοιμίῳ ἀκούειν καὶ ἑτέρων. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ἀλλοδι εὑρίσκεται· κατὰ χώραν μένειν ἐάσωμεν τῶν πολλῶν τὰ τελευταῖα μάλιστα μεμνημένων.

— 10. ἐν ὀργῇ ποιεῖσθε] ὀργίζεσθε τοῖς εἰποῦσι· περὶ τῶν πραγμάτων, τοῖς συμβουλεύσασι, μᾶλλον δὲ τοῖς πείσασιν ὑμᾶς. οὗτοι γὰρ ἐν δίκῃ νομίζοιντ' ἂν οἱ ὕστατοι εἰπόντες, μεθ' οὓς τοῖς ἄλλοις μηδὲν ἂν ἀρῆσθαι δόξετε.

— ibid. ἄν τι] ἐάν τι, εἴ τι.

— ibid. οὐ κατὰ γνώμην] τὴν ὑμετέραν· παρὰ γνώμην.

— 11. σκοποῦνθ'] ἐμὲ, μᾶλλον δὲ πάντα συνμβουλεύοντα.

— ibid. ὑποστείλασθαι] ἀποσιωπᾶν ταῦτα, ἢ, μὴ παῤῥησίᾳ εἰπεῖν. Ἰσοκράτης· εἰ δὲ δεῖ μηδὲν ὑποστειλάμενον εἰπεῖν, ἀλλὰ παῤῥησίᾳ χρησάμενον, καὶ παντάπασιν ἀνειμένως λέγοντα.

— 12. φημὶ δὴ] ἡ μὲν πρώτη γνώμης ἀποφανσις ἐγένετο περὶ τοῦ δεῖν βοηθῆσαι· αὕτη δὲ ἡ δευτέρα, περὶ τοῦ πῶς δεῖ τοῦτο ποιεῖν, τὸ τοῦ τρόπου, ὅπερ πλείστης φρονήσεως ἔργον, καὶ προνοίας οὐ τῆς τυχούσης δεόμενόν ἐστιν. ἡ τάξις· φημὶ βοηθητέον εἶναι ὑμῖν, τουτέστιν, ὅτι δεῖ βοηθεῖν ὑμᾶς, διχῇ τοῖς πράγμασι. τίσι καὶ τίνων; τοῖς ἑαυτῶν τε, καὶ τοῖς τῶν Ὀλυνθίων. πῶς δὲ, καὶ τίνα τρόπον; τῷ τε σώζειν, καὶ τῷ κακῶς ποιεῖν. πῶς δὲ κακῶς ποιεῖν; καὶ τριήρεσι καὶ στρατιώταις.

— ibid. διχῇ] τὸ γενικὸν.

— 13. τῷ τε σώζειν] τὸ εἰδικὸν ἀ. πῶς δέ; χρήμασιν ἢ ψηφίσμασιν; οὐκ, ἀλλὰ δυνάμει πολιτικῇ. τοῦτο γὰρ τὸ ἐκπέμπειν δηλοῦν δοκεῖ, τὸ ἐκ τῆς πόλεως πέμπειν, οὐχὶ δὲ ξενολογεῖν ἑτέρωθι.

— ibid. τὰς πόλεις] τὰς λβ'. τὰς ἐπὶ Θρᾴκης, τὰς τοῦ Χαλκιδικοῦ γένους οὔσας.

— 15. καὶ τῷ κακῶς ποιεῖν] τὸ εἰδικὸν β'. πῶς δέ; καὶ τριήρεσι καὶ στρατιώταις.

— ibid. τὴν ἐκείνου] τοῦ νεοπλούτου καὶ πλεονέκτου.

— ibid. τοῦ Φιλίππου χώραν] τὴν Μακεδονίαν.

— 16. καὶ τριήρεσι καὶ στρατιώταις] ναυτικῇ δυνάμει, τῇ ληστευσούσῃ τὰ παράλια τῆς χώρας. ἴσως δὲ, ταῖς μὲν τριήρεσι τὴν παραλίαν, τοῖς δὲ στρατιώταις καὶ τὰ μεσόγαια. ἀλλὰ περίεργον ἤδη ἡ ἀκριβολογία.

— ibid. εἰ δὲ θατέρου τούτων] αἰτιολογία τῆς γνώμης ἐκ τοῦ ἀναγκαίου, εὐλαβῆς μέντοι διά τε τὸ μέγεθος τῆς παρασκευῆς, καὶ διὰ τὸ ἄδηλον τῆς ἀνάγκης.

— ibid. θατέρου] θάτερον, τὸ ἕτερον κατὰ κρᾶσιν.

— 17. ὀκνῶ μὴ μάταιος] ὥσπερ καὶ γεγένηται. ἰδοὺ καὶ πάλιν τὸν μάντιν τῶν κακῶν. περὶ δὲ τῆς καταστροφῆς τῆς Ὀλύνθου ὅρα τὰ ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας, περὶ τῶν προδοτῶν.

— 18. εἴτε γὰρ ὑμῶν] διασάφησις τοῦ ἀναγκαίου στοχαστικὴ κατὰ διλήμματα.

— ibid. ὑπομείνας τοῦτο] διὰ τὸ σφόδρα ἐπιθυμεῖν κρατῆσαι τῆς Ὀλύνθου, ἐπειδὴ ἀγγέλλειν αὐτοῖς ἐκέλευσεν, πρὸ τῆς ἁλώσεως, ὅτι δυοῖν θάτερον, ἢ ἐκείνους ἐν Ὀλύνθῳ, ἢ αὐτὸν ἐν Μακεδονίᾳ μὴ δεῖ οἰκεῖν.

— pen. Ὄλυνθον παραστήσεται] αἱρήσει καταστρέψεται, παραλήψεται· ὁμολογία δ' ἴσως μᾶλλον, ἢ κατὰ κράτος.

— ibid. ἐπὶ τὴν οἰκείαν] χώραν.

— ult. ἀμυνεῖται] ἐκδιώξει τοὺς παρ' ἡμῶν στρατιώτας.

— ibid. βοηθησάντων εἰς Ὄλυνθον] τοῖς Ὀλυνθίοις, μᾶλλον δὲ τῇ πόλει αὐτῶν.

22. 1. ἀκινδύνως ἔχοντα] οὐ κινδυνεύοντα, ἐν ἀσφαλεῖ καθεστῶτα.

— ibid. τὰ οἴκοι] τὴν οἰκείαν χώραν, τὰ οἰκεῖα.

— ibid. προσκαθεδεῖται καὶ προσεδρεῦσει τοῖς πράγμασι] μηκυνεῖ τὴν πολιορκίαν, ὥσπερ σχολὴν ἄγων· κωλύων μόνον βοηθείας καὶ ἐπισιτισμὸν εἰσελθεῖν, ἢ τοὺς ἐγκεκλεισμένους ἐξελθεῖν.

— 2. περίεσται τῷ χρόνῳ] εἴτε ἐπιλιπόντων αὐτοὺς τῶν ἐπιτηδείων, εἴτε τῶν πολιτῶν καὶ στρατιωτῶν πρὸς ἀλλήλους στασιαζόντων, εἴτε τὰ τῆς πολιορκίας ταλαίπωρα δυσχεραινόντων, εἴτε καὶ λοιμοῦ ἅμα λιμῷ ἐνσκήψαντος. ταῦτα γὰρ ἀναθήματα τῶν πολιορκιῶν.

— ibid. τῷ χρόνῳ] τῷ ἀμβλύνοντι τὰς προθυμίας καὶ τῶν ἀνδρειοτάτων εἶναι δοκούντων, ἄλλωστε μηδεμιᾶς ἀλλαχόθεν ἐλπίδος ὑπολειπομένης, καίτοι ὀχυρᾶς οὔσης καὶ δυσαλώτου τῆς πόλεως.

— 3. δεῖ δὴ] συμπέρασμα τῆς γνώμης.

— ibid. πολλὴν εἶναι τὴν βοήθειαν] τοιαύτη καὶ γέγονεν, μυρίοις μὲν ξένοις καὶ τριήρεσι πεντήκοντα τῶν Ἀθηναίων βοηθησάντων αὐτοῖς, τῶν πολιτῶν δὲ τετρακισχιλίοις.

— ibid. καὶ διχῇ] τοῦτο δὲ πότερον γέγονεν οὐκ ἔχω διϊσχυρίζεσθαι.

— 4. καὶ περὶ μὲν τῆς βοηθείας] μετάβασις ἀπὸ τοῦ δέοντος ἐπὶ τὸ δυνατὸν, οὗπερ οὐ τοὐλάχιστον μέρος, ἡ τῶν χρημάτων εὐπορία, τὰ νεῦρα τοῦ πολέμου τοῦ μεμετρημένα οὐ σιτοῦντος. κατ' ἐκείνους γὰρ τοὺς χρόνους πολυανθρωπότατοι ἦσαν αἱ Ἀθῆναι, καὶ πολύ τι πλῆθος τῶν ξενιτευομένων καὶ πλανωμένων Ἑλλήνων, ὡς ἐν τοῖς Ἰσοκράτους ἐγνωμεν.

— 5. περὶ δὲ χρημάτων πόρου] ὥστε πεισθέντων μὲν ἤδη τῶν Ἀθηναίων ὅτι δεῖ βοηθεῖν, ζητούντων δὲ πόθεν θρέψουσι τοὺς στρατιώτας, ταῦτα λέγει.

— ibid. περὶ πόρου] πόθεν δεῖ πορίζεσθαι χρήματα, γιγνώσκω, ὅτι ἐστὶν ὑμῖν ἕτοιμα. ἡ πρόθεσις τοῦδε τοῦ τόπου· ὅτι εὐποροῦσι μὲν στρατιωτικῶν χρημάτων Ἀθηναῖοι, οὐκ εἰς δέον δ' ἀναλίσκουσι ταῦτα.

— ibid. ἔστιν] ἐπανάληψις διαβεβαιωτικὴ τοσαῦτα ὅσα.

— 6. οὐδενὶ τῶν ἄλλων] οὐδενὶ ἄλλῳ ἀνθρώπῳ, Ἕλλην δήπου. ὡς ἐν τῷ περὶ συμμοριῶν· ἐν ταύτῃ τῇ πόλει χρήματα ἐνεστιν ὀλίγου δέω πρὸς ἅπασας τὰς ἄλλας εἰπεῖν πόλεις. χωρὶς γὰρ προσδιορισμοῦ, ὑπερβολικώτατον ἂν εἴη. τί γὰρ τὰ τῶν Ἀθηναίων ἦν πρὸς διακοσίας καὶ χιλίας καμήλους ἃς βασιλεῖ χρήματ' ἄγειν φασὶν οὗτοι;

— 7. στρατιωτικὰ] ἵνα μὴ περὶ τῶν ἰδιωτικῶν λέγειν δοκῇ.

— ibid. οὕτως ὡς βούλεσθε] ἀρχοῦντες καὶ πανηγυρίζοντες, ἀντὶ στρατιωτικῶν θεωρικὰ ποιησάμενοι.

— 8. τοῖς στρατευομένοις] εἴτε τῶν πολιτῶν, εἴτε τῶν ξένων.

— ibid. ἀποδώσετε] οὓς ἀφείλεσθε παρὰ τὸ προσῆκον.

— 9. ὑμῖν προσδεῖ] οὐδενὸς δεῖσθε πόρου πρὸς τοῖς ὑπάρχουσι χρήμασι.

— ibid. μᾶλλον δ' ἅπαντος] ἐπανόρθωσις αἰχητική.

— ibid. ἐνδεῖ] οὐδεῖς πόρος ἐξαρκέσει.

— pen. τί οὖν ἄν τις] ἀντίθεσις, ὅτι σὺ παράϊσμα γράφεις, περὶ ψυχῆς κινδυνεύων; ἡ τάξις· τὶς εἶποι ἄν, τί οὖν λέγεις;

— ibid. σὺ γράφεις] νόμον εἰσφέρεις, κελεύοντα ταῦτα εἶναι στρατιωτικά.

— ult. μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε] γράφω, ἤγουν νομοθετῶ. ἄρνησις τοῦ ὑποφερομένου, κατὰ διαστολήν· ὅτι ἕτερον μὲν τὸ γράφειν, ἕτερον δὲ τὸ ἠγεῖσθαί τί ἐστι.

23. 1. καὶ ταῦτ' εἶναι] τὰ χρήματα ἃ λαμβάνετε.

— 2. καὶ μίαν σύνταξιν εἶναι] ἡγοῦμαι.

— ibid. τὴν αὐτὴν τοῦ τε] ὁ μὲν λαμβάνων χρήματα, στρατευέτω· ὁ δὲ ἀργῶν, ἀποχειροτονείτω. τούτου δὲ γενομένου, πολλοὶ ἂν τῶν νῦν εὐπορούντων πτωχεύσειαν, πολλοὶ δὲ τῶν ἀπορούντων, πλουτήσειαν· νῦν δὲ πολλάκις ἄμεινον πράττει ἡ ἀργία τῆς φιλοπονίας.

— 3. ὑμεῖς δὲ] τῷ δέοντι ἀντέδηκε τὸ παρὰ τὸ δέον γιγνόμενον.

— 4. εἰς τὰς ἑορτὰς] τὰς ἐπὶ μὲν τῇ τιμῇ τῇ τῶν θεῶν καθεστώσας, εἰς ἀργίαν δὲ τῶν πολλῶν καὶ μέθην καὶ ἀπόλαυσιν τελευτώσας.

— ibid. ἔστι δὴ λοιπὸν οἶμαι] διδάξας ὅτι πολεμεῖν ἀνάγκη, πρόδηλον δὲ ὂν ὅτι χωρὶς χρημάτων εὐπορίας τοῦτ' ἀδύνατον, αἵρεσις τοῖς ἀκροαταῖς ἐστὶν, ἤτοι ἀποστῆναι τῶν θεωρικῶν, ἢ ἐκ τῶν ἰδίων εἰσφέρειν· ὧν ἑκάτερον μὲν βαρύ, κουφότερον δὲ, τὸ ἐᾶν ταλλότρια, ἄλλωστε μικρὰ ὄντα, τοῦ δαπανᾶν πολλὰ τῶν ἰαυτοῦ.

— 5. ἂν πολλῶν] χρημάτων.

— ibid. δέῃ] εἰς τὰς περὶ τὸν πόλεμον δαπάνας.

— ibid. πολλὰ] ὅπερ ἀληθές.

— ibid. ἂν ὀλίγων] πῶς δέ; δυνατοῦ μὲν ὄντος τοῦ Φιλίππου, ἀνάγκης δ' οὔσης πολλὴν καὶ δίχη τὴν βοήθειαν εἶναι, μηκυνομένων δὲ ὡς τὰ πολλὰ τῶν πολέμων. προέταξε δὲ τὴν ἰδίαν γνώμην, ὅτι πολλῶν δεήσει· κατὰ συνδρομὴν δὲ καὶ τὴν τῶν ἀκροατῶν ὑπόληψιν ἐπιεικῶς ὑπέζευξεν, ὥσπερ εὐχόμενος.

— 6, δεῖ δὴ] ἕτεροι, δεῖ δέ. ὁ νοῦς· τὸ δεῖν μὲν χρημάτων, ὁμολογούμενον· τὸ δὲ ὁπόσων, ἀμφισβητούμενον. κρεῖττον δ' ἀεὶ περιεῖναί τι τοῦ ἐνδεῖν· καίτοι τούτου τοῦ λογισμοῦ ἁπλησίας παραιτίου γιγνομένου.

— ibid. καὶ ἄνευ τούτων] γνώμη πρὸς τὸ παρὸν ἁρμόττουσα. ἔστι δ' ὁ λόγος περὶ πολιτικῶν καὶ πολεμικῶν πραγμάτων. οὕτω καὶ Ἀριστοτέλης περὶ τῆς ἐλευθεριότητος διαλεγόμενος· ἀδύνατον δὲ, ἢ μὴ ῥᾴδιον, τὰ καλὰ πράττειν ἀχορήγητον ὄντα.

— 7. λέγουσι δὲ] τῶν λυπούντων, ἀναγκαίως μὲν, εὐλαβῶς δὲ, ἅπτεται, φοβούμενος οἶμαι, μήπως ἀποδειλίασειαν διὰ ταῦτα τὴν στρατείαν· καὶ παραμυθίᾳ ἐπᾴρει.

— ibid. καὶ ἄλλους τινὰς ἄλλοι πόρους] οὐ πρὸς ἡμᾶς ἐστὶ τὸ, ὁποῖοί τινες οὗτοι ἂν εἶεν πολυπραγμονεῖν, οὐδὲν μὲν διαφέρον ἡμῖν, πολλῶν δὲ τῶν κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς νῦν ἀγνοουμένων· διαγκαιότερον δὲ καὶ χρησιμώτερον ἴσως, σκοπεῖν, τίνες ἡμῶν οἱ πόροι καὶ πόθεν, καὶ τίνα τρόπον εἰς τὰς καθ' ἡμέραν χρείας ἡμῶν διαρκέσειαν, καὶ εἰς τὸ μέλλον παραμείνειαν ἡμῖν;

— 8. ὧν ἕλεσθε] ἐπιτροπὴ, ὡς περιουσίας πόρων οὔσης.

— 9. ἐὰν ἐστὶ καιρὸς] τὰ τοῦ τρόπου τῆς βοηθείας ἐκθεὶς, καὶ περὶ πόρου χρημάτων διαλεχθεὶς, ἐπὶ τὴν προτροπὴν ἐπανέρχεται. καὶ τὸ μὲν κεφάλαιον τοῦ λόγου, ὅτι συμφέρει βοηθεῖν Ὀλυνθίοις, τοῖς βεβαίοις συμμάχοις ἐσομένοις καὶ τὸν Μακεδόνα τῆς Ἀττικῆς ἀποσχέσθαι παρασκευάσουσιν. ἐπεὶ δὲ τὸ συμμαχεῖν δαπανηρὸν, ἔδειξεν ὅτι καὶ χρημάτων εὐποροῦσιν, τούτων δ' οὐκ ἐξαρκούντων, εἰ δυνατώτερος ἦ ὁ ἀνταγωνιζόμενος, καιρὸν ἔχει τοῦ καὶ τὴν τῶν πολεμίων μειῶσαι δύναμιν, καίπερ οὐκ εὐκαταφρόνητον ὑπάρχουσαν.

— 10. ἄξιον δὲ ἐνθυμηθῆναι] ἐνθύμησιν καὶ λογισμὸν ἀπαιτεῖ, οὐκ ἀρκούμενος τῇ φαντασίᾳ τῇ ἔξωθεν τῆς Φιλίππου δυνάμεως. ὁ δὲ τόπος ἦτοι στοχαστικὸς, καὶ παρακινδυνευτικῶς διϊσχυριζόμενος τὰ μὴ βεβαίως ἐγνωσμένα, ἢ ἐκ τῶν θρυλλουμένων τοῖς πολλοῖς καὶ ἀκοῆς τινὸς εἰλημμένος.

— ibid. τὰ πράγματα ἐν ᾧ] ἡ Ἑλληνισμός ἐστι, λογίσασθαι τὰ πράγματα, ἢ ὑπερβατόν τι κατά γε Λατίνους, ἀντὶ τοῦ, λογίσασθαι τὰ πράγματα τὰ Φιλίππου ἐν ᾧ καθέστηκεν. τὸ τὰ πράγματα γὰρ ἀναφερόμενον μὲν ἐπὶ τὸ λογίσασθαι, αἰτιατικὴ· ἐπὶ δὲ τὸ καθέστηκεν, ὀνομαστικὴ ἂν εἴη.

— pen. οὔτε γὰρ ὡς δοκεῖ] ἀνασκευὴ δόξης λυποῦσης τὸν λόγον.

— ult. μὴ σκοπῶν ἀκριβῶς] οἱ δὴ τοιοῦτοι μακαρίζουσι τοὺς πλουσίους καὶ τοὺς δυνάστας, δι' ἄγνοιαν τῶν ὑπούλων καὶ ἔνδοθεν ἐμφωλευόντων κακῶν.

— ibid. εὐπρεπῶς] εὐσχημόνως καὶ πρὸς τὸ ἔξωθεν φαινόμενον.

24. 1. οὐδ' ὡς ἂν κάλλιστα ἔχοι] ἤγουν καθέστηκεν ἀπὸ κοινοῦ ἐκ τῆς ἔμπροσθεν περιόδου. σκληρὸν γὰρ, τὸ, οὐδ' ἔχει οὕτως, ὡς ἂν ἔχοι κάλλιστα. αὕτη ἡ πρόθεσις· ὁ Φίλιππος οὐ μάλα εὐτυχεῖ νῦν. προκατάληψις ἀνασκευαστικὴ διὰ ψιλῆς ἀποφάνσεως· καίτοι τοῦτ' οἰομένων τῶν ἀνοήτων.

— ibid. οὗτ' ἂν ἐξήνεγκε τὸν πόλεμόν ποτε] τὸ συντεταγμένον καὶ συνακολουθοῦν τῇ ἀτυχίᾳ, τὸ ἡσυχάζειν, ἡ πολυπραγμονήσαντα ἀπερισκέπτως, μετανοεῖν.

— 2. εἰ πολεμεῖν αὐτὸν] ἐκφέρειν πόλεμον, τὸ δηλοῦν ὅτι πολεμήσει τις, ὅπερ ἐν νῷ τέως εἶχεν. ἐπιφέρειν δὲ, τὸ αὐτῷ τῷ ἔργῳ πολεμεῖν, τὸ δὲ πολεμεῖν πόλεμον, Ἀττικισμός.

— 3. ἀλλ' ὡς ἐπιὼν] τῇ Ὀλύνθῳ· τῇ πρώτῃ προσβολῇ καταπληξάμενος τοὺς ἀφεστῶτας, καὶ ἐξ ἐφόδου κατὰ κράτος λήψεσθαι τὴν πόλιν, προσδοκήσας.

— ibid. τότε ἤλπιζε] ὅτε ἐξέφερε τὸν πόλεμον.

— 4. ἀναιρήσεσθαι ἅπαντα τὰ πράγματα] παραχρῆμα καταπολεμήσας τοὺς Ὀλυνθίους, ἀπαλλαγήσεσθαι πάντων τῶν πραγμάτων.

— ibid. κᾆτα διέψευσται] καὶ εἶτα, μετὰ τὸ ἐξενεγκεῖν τὸν πόλεμον, διέψευσται ταύτης τῆς ἐλπίδος, ἀνταράντων αὐτῷ τῶν Ὀλυνθίων, καὶ οὐκ ἐνδιδόντων ἑαυτοὺς, ἀλλ' ἀμυνομένων τὸν ἐπιόντα.

— ibid. τοῦτο δὴ γεγονὸς παρὰ γνώμην] παρὰ προσδοκίαν καὶ ἐλπίδα συμβάν.

— 5. ταράττει αὐτὸν] τὴν ἡσυχίαν τῆς ψυχῆς ἀφαιρεῖται.

— ibid. καὶ πολλὴν ἀθυμίαν] ἀναλογιζομένῳ τό τε μέγεθος τῆς δαπάνης, καὶ τὸ μῆκος τοῦ χρόνου, καὶ τὴν δύναμιν τὴν ὑμετέραν.

— 6. εἶτα τὰ τῶν Θετταλῶν] πράγματα ταράττει αὐτὸν, τουτέστιν αὐτοὶ οἱ Θετταλοὶ μὴ ἐμμένοντες τοῖς ὁμολογουμένοις. τοῦτο δὲ ἄπιστον δοκοῦν, διὰ τὸ νεωστὶ εὐεργετηθῆναι αὐτοὺς, κατασκευάζει ἐκ τῆς φύσεως καὶ συνθείας αὐτῶν τὴν ἀπιστίαν.

— ibid. ταῦτα γὰρ ἄπιστα] οἱ κατηγορικῶς ἐντυγχάνοντες, τὸ κἂν ἅπαξ γενόμενον ἀεὶ γενέσθαι λέγουσι. Διόδωρος τῇ ια. περὶ τῆς πρὸς Τανάγρᾳ μάχης γράφων, τοὺς Θετταλοὺς φησὶν ἀποστάντας Ἀθηναίων ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ μεταβαλέσθαι πρὸς Λακεδαιμονίους, εἰ δέ τῳ μᾶλλον ἀρέσκει τὸ περὶ Ἰάσονος Μήδειαν τὰ μέγιστ' εὐεργετήσασαν ἀπολιπόντος, περὶ Ἀράτου τοῦ Θετταλοῦ τὸ σόφισμα, παρομοιῶδες γενόμενον, ἐμοῦγε ἕνεκα κεχρήσθω τούτοις.

— 7. φύσει καὶ ἀεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις] συντομία δεινοτάτη καὶ αἰξητικωτάτη.

— ibid. φύσει] ἀμεταβόλως εἶναι δοκούσῃ.

— ibid. καὶ ἀεὶ] μηδέποτε ἐπιλιπούσῃ.

— ibid. πᾶσιν ἀνθρώποις] οὐ μόνον ἡμῖν. οὐδ' ἄλλοις εὐεργέταις.

— 8. κομιδῇ δ'] ὥσπερ δὲ ἦν ἀεὶ τὰ τῶν Θετταλῶν, ἅπιστα δηλονότι καὶ εὐμετάβολα, τοιαῦτα κομιδῇ ἐστὶ καὶ νῦν Φιλίππῳ. Ἰσοκράτης ἐν τῇ πρὸς τοὺς Ἰάσονος παῖδας ἐπιστολῇ, ἐρᾷ, φησὶν, τὰς συμμαχίας (τῶν Θετταλῶν δήπου) τὰς πρὸς τοὺς Ἀθηναίους γιγνομένας, ταχέως διαλυομένας.

— ibid. καὶ γὰρ Παγασὰς;] πόλις Θετταλίας ἐπὶ Σαλάττης, ὕδατι ὁ Παγασίτης κόλπος.

— 9. ἀπαιτεῖν] ἀφαιρησόμενοι ἣν ἔδοσαν.

— ibid. εἰσὶν ἐψηφισμένοι] ἐψηφίσαντο.

— ibid. καὶ Μαγνησίαν] τῆς Θετταλίας.

— 10. τειχίζειν] ὀχυροῦν, ἵνα μὴ ἐπιτείχισμα σφίσιν αὐτοῖς γένοιτο μᾶλλον, ἢ ἀσφάλεια Φιλίππῳ καὶ ταῦτα μὲν ἀποφαντικῶς ἔλεξεν. τὰ δ' ἑξῆς ἐξ ἀκοῆς, ἴσως γε πεπλασμένης ἐπ' αἰξήσει τῆς ἀτυχίας.

— pen. ὡς δώσοιεν ἔτι καρποῦσθαι] ὅτι οὐκέτι ἐπιτρέψουσιν αὐτῷ τὰς ἐκ τῶν λιμένων καὶ ἀγορῶν ἢ ἐμπορίων προσόδους καὶ τὰ τελώνια λαμβάνειν, ἃ ἔδοσαν ὑπὲρ τῆς πρὸς τοὺς τυράννους Λυκόφρονα καὶ Τισίφονον συμμαχίας, περὶ ὧν Διόδωρος τῆς ις τῇ φιζ σελίδι.

— ibid. τὰ γὰρ κοινὰ] αἰτιολογία τοῦ ψηφίσματος καὶ τῶν λεγομένων.

— ibid. τὰ κοινὰ] πράγματα, τὰς πολιτείας.

— ult. τῶν Θετταλῶν] ἔνιοι, τὰ Θετταλῶν, ὅπερ μᾶλλον ἀρέσκει μοι.

— ibid. ἀπὸ τούτων] τῶν λιμένων καὶ προσόδων.

— ibid. δέοι] ὡς, ἢ, ὅτι δέοι, ἀντὶ τοῦ, δεῖν.

— ibid. διοικεῖν] ταῦτα τὰ χρήματα ἀναλωτέα εἶναι εἰς τὰς χρείας τῶν ἐν Θετταλίᾳ πολιτῶν. οἱ ἐπὶ τῆς διοικήσεως Ἀθήνησιν ἐλέγοντο, οἱ ἐπιμελούμενοι τῶν δημοσίων προσόδων.

— ibid. οὐ Φίλιππον λαμβάνειν] Μακεδόνα ὄντα, καὶ μηδὲν ὠρισμένον Θετταλοῖς.

25. 1. ἂν δὲ τούτων] τὸ συμβησόμενον Φιλίππῳ κακὸν ἐκ τῆς τῶν Θετταλῶν ἀπιστίας.

— ibid. τῶν χεημάτων] τῶν ἐκ Παγασῶν, Μαγνησίας, λιμένων καὶ ἀγορῶν, προσόδων.

— 2. εἰς στενὸν] ἡ τάξις· τὰ τῆς τροφῆς τοῖς ξένοις, τουτέστιν, ἡ τροφὴ τῶν ξένων, καταστήσεται αὐτῷ εἰς κομιδῇ στενὸν, ἀντὶ τοῦ, στενὴ ἔσται καὶ οὐκ εὔπορος, οὐκ εὐπορήσει χρημάτων εἰς τροφὴν ξένων. ἀδύνατον δὲ ἄρχειν ἀμίσθων. οὐ δὲ Μακεδονικὴ δύναμις καθ' αὑτὴν ἀσθενὴς, καὶ ἐν προσβήκης μέρει, ὡς ὕστερον ἐρεῖ. ὁμοία ταύτῃ φράσις, παρ' Ἀρριανῷ τῇ γ'. πολλοῖς γὰρ δὴ ἐν ἴσῳ τὰ τῆς ἀξιώσεως ἐδόκει πρός τε αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ πρὸς Μακεδόνων καθεστηκέναι, ἀντὶ τοῦ, ἡ ἀξίωσις πολλῶν ἴση ἦν παρ' Ἀλεξάνδρῳ καὶ Μακεδόσι.

— 3. ἀλλὰ μὴν τόν γε Παίονα] ἐτέρωσις ἀριθμοῦ. εἰ μὴ τάχα περὶ τοῖν βασιλέοιν τῶν Παιόνων τε καὶ Ἰλλυριῶν λέγει.

— 4. καὶ ἁπλῶς] ὅλως δέ.

— ibid. τούτους ἅπαντας] τοὺς τε Παίονας καὶ τοὺς Ἰλλυριοὺς, μᾶλλον δὲ, τοὺς ὑπὸ Φιλίππου καταδουλωθέντας, Ἀμφιπολίτας, Πυδναίους, Παγασαίους, Ποτιδαιάτας, Μεθωναίους, Θετταλοὺς, καὶ τοὺς λειπους.

— ibid. ἡγεῖσθαι χρὴ] ἡ τάξις· χρὴ ἡγεῖσθαι τούτους ἅπαντας εἶναι ἂν ἥδιον, ἀντὶ τοῦ, μᾶλλον βούλεσθαι εἶναι αὐτονόμους καὶ ἐλευθέρους, ἢ δούλους. δουλεῖαν δὲ λέγει καὶ τὴν συμμαχίαν, κατηναγκασμένην μᾶλλον ἢ αὐθαίρετον γενομένην. καίτοι ἔνιοι τούτων καὶ φόρων ὑποτελεῖς ἦσαν, καὶ εἰ δημοκρατούμενοι δουλεύειν ἠγοῦνται τοὺς βασιλευομένους, οὐ μάλα διαμαρτάνοντες τῆς ἀληθείας.

— ib. καὶ γὰρ ἀήθεις] πάντες μὲν φιλελεύθεροι, μᾶλλον δὲ, εἰ μὴ εἰθισμένοι δουλεύειν.

— 6. τοῦ κατακούειν] καὶ τὰ δίκαια καὶ τὰ ἄδικα ἀκούειν, καὶ πείθεσθαι πάντα.

— ibid. τινὶς] οὐδὲ τῶν ἐγχωρίων βασιλέων.

— ibid. καὶ ἄνθρωπος ὑβριστὴς] δι' ἀπαιδευσίαν ἐδείξεν ἀσθενῆ ὄντα Φίλιππον, διά τε τὸν παρ' Ὀλυνθίων πόλεμον, καὶ διὰ τὴν τῶν ἐκ Θετταλίας προσόδων ἀποστέρησιν, καὶ διὰ τὸ ἀποστατικὰς ἔχειν τοὺς βαρβάρους καὶ καταδουλωθέντας. νῦν δὲ καιροῦ λαβόμενος, τὸν Φιλίππου τρόπον ψέγει, ὡς ἀξιομισῆ ὄντα, διὰ τὴν ὕβριν καὶ ὑπερηφανίαν.

— ibid. ὑβριστὴς] ὕβρις ἡ μετὰ προπηλακισμοῦ καὶ ἐπηρείας· αἰκία δὲ, αἱ πληγαὶ μόνον. ὕβρις φυτεύει τύραννον. ὑβριστὴς, θρασὺς καὶ λοίδορος. Σουίδας· ὁ καὶ ἐτυμολογῶν ὡς ὕποσαν βάρος ἢ ὑπὸ βάρος οὖσαν. Ἡσύχιος· ὑβριστὴς, ὑπερήφανος, ἀγνώμων. δηλοῖ δὲ ὅτι οὐδὲ μετρίας δουλείας τυχεῖν ἐστὶ παρὰ Φιλίππου.

— 7. ἅς φασι] δηλονότι οἱ συκοφαντοῦντες. ὁμιλητικώτατος γὰρ ὁ Φίλιππος γέγονε, καὶ μετρίως ἤνεγκε τὰς εὐτυχίας. μάρτυρα δὲ τὴν φήμην παρέχεται, τοῦ μὴ ψευδόμενος ἐλέγχεσθαι.

— ibid. καὶ μὰ Δί' οὐδὲν ἄπιστον ἴσως] τὸ λεγόμενον δήπου περὶ αὐτοῦ.

— ibid. τὸ γὰρ εὐπράττειν] διὰ ταύτης τῆς γνώμης παίστησιν, ὅτι εἰ καὶ φύσει μέτριος ὑπῆρξεν, ὅμως ὑπὸ τῆς τύχης διέφθαρται.

— 8. παρὰ τὴν ἀξίαν] ἀνάξιον ὄντα εὐπραγίας, ἢ, ὑπερβαλλόντως εὐπράττειν καὶ παραλόγως.

— ibid. τοῦ κακῶς φρονεῖν] τοῦ ἐξυβρίζειν, καὶ ἀφαιρεθῆναι τὴν γνῶσιν τῆς φύσεως, καθά φησιν Ἰσοκράτης.

— 9. διόπερ πολλάκις] ἀκόλουθον τῇ μὲν εὐτυχίᾳ τὸ κακῶς φρονεῖν, τῇ δὲ ἀφροσύνῃ τὸ ἀποβάλλειν τὰ διὰ τὴν τύχην ὑπάρξαντα.

— ibid. πολλάκις δοκεῖ] οὐκ ἀεὶ εὐλαβῶς λέγει.

— ibid. τὸ φυλάξαι] χαλεπὸν μὲν καὶ τοῦτο, ἄλλως τε τυραννουμένης ἢ πολεμουμένης τῆς πατρίδος, καθ' αὐτό· χαλεπὸν δὲ καὶ δι' ἀφροσύνην καὶ ἀμέλειαν. χαλεπώτερον μέντοι τὸ κτήσασθαι, ὅπερ καὶ αὐτὸς ὁ ῥήτωρ ὕστερον ἐρεῖ.

— 10. τοῦ κτήσασθαι] τὸ μὲν πατρῴαν οὐσίαν ἢ κληρονομίαν, ἢ δωρεὰν βασιλικὴν παραλαμβάνειν, ῥᾴδιον· τὸ δὲ ἐξ ἀπόρου καὶ ἀσθενοῦς πλούσιον γενέσθαι καὶ δυνατὸν, ἄλλως τ' οὐ διὰ τύχην τινὰ, ἀλλὰ διὰ τῆς ἰδίας ἐπιμελείας, παγχάλεπον.

— ibid. δεῖ τοίνυν ὑμᾶς] συμπέρασμα πρυτανεπτικὸν, ἐκ τῶν περὶ Φιλίππου δυσχερῶν. ἅπερ εἰς τὸ τῶν Ἀθηναίων δυνατὸν ἀναφέρεται, οὐχ ἧττον ἢ καὶ ἡ τῶν Ὀλυνθίων συμμαχία, καὶ ἡ τῶν χρημάτων εὐπορία.

— ult. ἑτοίμως συνάρασθαι] σὺν τῇ τύχῃ καὶ τῷ καιρῷ ἄρασθαι.

26. 1. καὶ πρεσβευομένους] πάλιν ἡ τρόπος τῆς μεταχειρίσεως.

— ibid. ἐφ' ἃ] χωρία, ἀντὶ τοῦ, ἐφ' οἷς ἐπῆρκεν.

— 2. παροξύνοντας] εἰς τὸν κατὰ Φιλίππου πόλεμον.

— ibid. τοὺς ἄλλους] Ἕλληνας.

— ibid. λογιζομένους] ἐκ παραδείγματος τοῦ πολεμίου παραζηλοῖ τοὺς ἀκροατάς.

— ibid. λογιζομένους] δεῖ ὑμᾶς νομίσαντας, συνάρασθαι, καὶ πρεσβευομένους, τῷ πρεσβεύεσθαι καὶ τῷ στρατεύεσθαι, καὶ τῷ παροξύνει· λογιζομένους, καὶ λογίζεσθαι. παρατηρητέον τὴν διάφορον χρῆσιν τῶν μετοχῶν, ἥνπερ οἱ Λατῖνοι ὀλιγάκις μιμοῦνται.

— 4. πρὸς τῇ χώρᾳ] τῇ Ἀττικῇ, τῇ ὑμετέρᾳ· καθάπερ νυνὶ πρὸς τῇ Φιλίππου χώρᾳ ἔσται ὁ πόλεμος. ἐγγὺς γὰρ Μακεδονίας ἡ Θράκη.

— ibid. πῶς ἂν αὐτὸν οἴεσθε] ὑπερβατόν. τὸ γὰρ ἀπλοῦν οὕτωσί πως ἂν προαχθείη· ὡς, εἰ Φίλιππος λάβοι, καὶ τὰ λοιπὰ, ἑτοιμότατ' ἂν ἐφ' ὑμᾶς ἔλθοι.

— 5. εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε] ἴσως γραπτέον αἰσχύνεσθε, καὶ, οὐ τολμήσαιτε, τῷ ἀορίστῳ τῶν εὐκτικῶν διὰ τῆς αι. πρωτοτροπὴ δὲ τὸ ῥητὸν ἐκ τοῦ αἰσχροῦ, ὁριμυτέρα τῇ ἐρωτήσει γενομένη. ἡ τάξις· εἶτ' οὐκ αἰσχύναισθ' ἄν, εἰ καιρὸν ἔχοντες μηδ' οὐ τολμήσαιτε ποιεῖν ταῦτα, ἃ πάθοιτ' ἄν, ὑπὸ Φιλίππου δηλονότι, εἰ δύναιτ' ἐκεῖνος ποιῆσαι ὑμᾶς, τὸ ἀξίωμα· ὅτι αἰσχρὸν τὸ νικᾶσθαι ταῖς τῶν ἐχθρῶν κακοποιίαις· πολιτικὸν μὲν, καὶ πᾶσιν ἔμφυτόν τε καὶ σπουδαζόμενον, ἥκιστα δὲ τῷ εὐαγγελικῷ παραγγέλματι συμφωνοῦν. παρεμπλέκει δὲ τῇ Ἀθηναίων δυνάμει, καὶ δίκαια ἀμύνῃ, τὴν Φιλίππου ἐπιβουλὴν τε καὶ ἀδυναμίαν μάλα τεχνικῶς.

— 8. ἔτι τοίνυν, ὦ ἄ. Ἀ.] ἐπιμονὴ ταῖς ἐπιβουλαῖς ταῖς Φιλίππου, ὡς ἀναμφισβητήτοις, οὖσιν, ὅπερ ἴσως οἱ πολλοὶ οὐκ ἐπίστευον, σύγκρισιν ἔχουσα πολέμου ὁμόρου καὶ ὑπερορίου ὁμολογουμένην καὶ ἐναργῆ. οἱ γὰρ τοῦ πολέμου πλεῖστον ἀπέχοντες (τῶν γε λοιπῶν ἴσων ὑπαρχόντων) ἀσφαλέστατοι καὶ ἀζημιώτατοι.

— ibid. μηδὲ τοῦθ' ὑμᾶς λανθανέτω] εὖ εἰδέναι ὑμᾶς χρὴ, καὶ μὴ κεναῖς ἐλπίσιν ἐπανέχοντας, ἐν ἀσφαλεῖ εἶναι πάντα ὑπολαμβάνειν. ἡ πρόθεσις αὕτη.

— 10. ἐὰν μὲν γὰρ] ἡ αἰτιολογία διασαφητικὴ τῆς προθέσεως.

— 11. τὴν ἐκείνου] χώραν.

— 12. τὴν ὑπάρχουσαν] ἐκείνου, τὴν Μακεδονίαν, πατρῴαν ἀρχὴν οὖσαν. ἔστι δὲ καὶ κατὰ παράλληλον συζεῦξαι, τὸ, ἀδεῶς καρπούμενοι ταύτην τὴν ὑπάρχουσαν καὶ τὴν οἰκείαν, ἤγουν τὴν Ἀττικήν.

— 13. ἀν δ' ἐκεῖνα] τὰ τῶν Ὀλυνθίων. ἡ πρόθεσις· ὅτι λαβὼν Ὄλυνθον Φίλιππος, εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐμβαλεῖ.

— ibid. τίς αὐτὸν ἔτι] αἰτιολογία ἐκ τοῦ δυνατοῦ ἀνασκευαστικὴ κατ' ἀπαρίθμησιν τῶν δοκούντων κωλυμάτων, καὶ οἱονεὶ προβόλων εἶναι Φιλίππῳ.

— pen. Θηβαῖοι ;] οἱ ἀεί πως τοῖς Ἀθηναίοις πολεμίους ἔχοντες.

— ibid. μὴ λίαν σμικρὸν] μὴ νομίζετε

μείσει τῷ ἐκείνων, εὐνοϊκῶς ὑμῖν ἐχόντων, ταῦτά με λέγειν.

— ult. καὶ συνεισβαλοῦσιν] τῷ Φιλίππῳ εἰς τὴν Ἀττικήν.

— ibid. ἑτοίμως] οὐκ ἀναβαλλόμενοι, διὰ τὸ ἐμφωλεῦον εἰς ὑμᾶς μῖσος καιροῦ μόνον δεόμενοι καὶ προφάσεως.

— ibid. ἀλλὰ Φωκεῖς;] οἱ κατὰ τὸν ἱερὸν καλούμενον πόλεμον κακῶς φερόμενοι καὶ τελευτῶντες πανολεθρίᾳ σχεδὸν περιπεσόντες.

— ibid. οἱ τὴν οἰκείαν] χώραν, τὴν Φωκίδα.

27. 1. οὐχ οἷοί τε ὄντες] οὐ δυνάμενοι, ἀδυνατοῦντες.

— ibid. φυλάττειν] ἀμύνεσθαι τὰς εἰσβολὰς τῶν Θηβαίων, τῶν τῷ ἱερῷ τῷ ἐν Δελφοῖς βοηθούντων, ὑπὸ Φωκέων κατειλημμένῳ διὰ τὴν ὑπὸ τῶν Ἀμφικτυόνων αὐτοῖς ἐπαγομένην ζημίαν. ἀλλὰ ταῦτα μαθεῖν δεῖ ἐκ τῆς εἰς Διοδώρου, καὶ ἑτέραν τῶν περὶ ἐκείνου τοῦ πολέμου γραφάντων.

— ibid. ἐὰν μὴ βοηθήσητε ὑμεῖς] αὐτοῖς. ὅπερ καὶ ἐποίησαν ὕστερον, μ' ναῦς κατὰ Φιλίππου, καὶ Πρόξενον ναύαρχον, ἀλλ' ὑστερήσαντα τοῦ καιροῦ διὰ τὸν χειμῶνα, πέμψαντες, ὡς ἐκ τοῦ περὶ τῆς παραπρεσβείας γνωσόμεθα.

— 2. ἀλλ' ὦ τὰν οὐχὶ βουλήσεται;] μέχρι τοῦδε, ὅτι δυνήσεται Φίλιππος ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν, διδάξας, νῦν κατ' ἀνθυποφορὰν, ὅτι καὶ βουλήσεται, διὰ βραχέων δείκνυσιν, αὐτὸν Φίλιππον μάρτυρα παρεχόμενος.

— 3. τῶν ἀτοπωτάτων] ἓν ἀπὸ τῶν ἀτοπωτάτων τουτέστιν ἀτοπώτατον.

— ibid. μέντ' ἂν εἴη] μέντοι ἂν εἴη.

— ibid. εἰ ἄ] ἡ τάξις· εἰ δυνηθεὶς (ἐὰν δυνηθείη, ὑποθετικῶς) μὴ πράξει ταῦτα, ἃ νῦν, καίπερ ἄνοιαν ὀφλισκάνων, ὅμως ἐκλαλεῖ.

— ibid. ἄνοιαν ὀφλισκάνων] ἄνους εἶναι δοκῶν διὰ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως καὶ τῆς δυνάμεως τῆς ὑμετέρας. δικαιότερον δ' ἂν οἱ Ἀθηναῖοι, οὓς δυσὶ τούτοις λεξιδίοις Θωπεύει ὁ ῥήτωρ, ἄνοιαν ὠφλισκάνειν, ἀδύνατον οἰόμενοι τοῦτ' εἶναι τῷ Μακεδόνι, οὕπερ ὀλίγῳ δεήσαντες κατὰ τὰ περὶ Χαιρώνειαν ἐπειράθησαν.

— 4. ἐκλαλεῖ] κρατεῖν τῆς γλώττης, διὰ τὸ σφόδρα ὀρέγεσθαι καὶ ὀνειροπολεῖν τὴν τῆς Ἀττικῆς κατάληψιν, οὐ δυνάμενος. ἴσως δ' ἔπλασε τοῦθ' ὁ ῥήτωρ εἰς ἔκπληξιν τῶν ἀκροατῶν.

— ibid. ἀλλὰ μὴν ἡλίκα ἐστὶ τὰ διάφορα] σύγκρισις τοῖν πολέμοιν, καὶ ἀπόδειξις, ὅτι ὁ ὑπερόριος πλείστῳ ἀζημιώτερος τοῦ ἐγχωρίου.

— 5. οὐδὲ λόγου προσδεῖν] τοῦ ἀποδείξοντες τόδε· αὐτόπιστον καὶ φανερὸν εἶναι πᾶσι.

— 6. εἰ γὰρ ὑμᾶς] παρελειπτικῶς μὲν προέθετο. νῦν δὲ αὐτὸ τὸ παραλελεῖφθαι δοκοῦν ἐξηγεῖται κατὰ μείωσιν καὶ αὔξησιν.

— ibid. ὑμᾶς αὐτοὺς] τοὺς εἰς δύναμιν φεισομένους τῶν ἰδίων κτημάτων.

— ibid. τριάκοντα ἡμέρας μόνας] ὀλίγοι δὲ πόλεμοι ἑνὶ μηνὶ ἢ καὶ δύσιν ἢ τρίσιν εἰλήφασι τὸ τέλος.

— 7. ἔξω γενέσθαι] ἔξω τῆς πόλεως στρατοπεδεύεσθαι.

— ibid. καὶ ὅσα] καὶ λαμβάνειν ὑμᾶς τῶν ἐκ τῆς χώρας ὄντων τοσαῦτα ὅσα λαμβάνειν ἀναγκαῖόν ἐστι τοὺς στρατοπεδευομένους.

— ibid. ὅσα ἀνάγκη] οἷον ξύλα, σῖτον, οἶνον, ἔλαιον, χυλὸν τοῖς ὑποζυγίοις, καὶ τὰ λοιπά.

— 8. μηδενὸς ὄντος ἐν αὐτῇ] τῇ χώρα. γράφεται δὲ καὶ, ἐν αὐτοῖς, δηλονότι τοῖς ἀγροῖς. ἀλλ' ἡμαρτῆσθαι δοκεῖ ἡ γραφή.

— 9. πλέον ἂν ζημιωθῆναι] ἀόριστος ἀντὶ μέλλοντος, μετὰ τοῦ δυνητικοῦ μορίου ζημιωθήσεσθαι, τουτέστι βλαβήσεσθαι.

— ibid. τοὺς γεωργοῦντας ὑμῶν] πολλοστημόριον ὄντας τῆς πόλεως.

— 10. ὑμῶν] τούτους ὑμῶν ὅσοι γεωργοί ἐστε.

— ibid. πλέον ἢ ὅσα] πλείω τούτων ἄ.

— ibid. τὸν πρὸ τοῦ] πρὸ τούτου, τὸν πρότερον, εἴτε τὸν ὑπὲρ τῆς Ἀργαίου καταγωγῆς, εἴτε τὸν περὶ Ἀμφιπόλεως γενόμενον.

— 11. δεδαπάνηται] ὑφ' ὑμῶν τῶν γεωργούντων, ἢ καὶ συμπάσης τῆς πόλεως. τῶν δ' ἀναλωμάτων τὸν ἀριθμὸν, Οὐλπιανὸς ἀνέγραψεν· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ Γ τῶν Ὀλ. πλείω δ' ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀνηλώκαμεν εἰς οὐδὲν δέον· καὶ Ἰσοκράτης δὲ ἐν τῷ Ἀρειοπαγιτικῷ, πλείω δ' ἢ χίλια τάλαντα μάτην εἰς τοὺς ξένους ἀπανηλωκότες.

— ibid. εἰ δὲ δὴ πόλεμός τις ἥξει] τῶν πολεμίων ἀντιστρατοπεδευομένων ὑμῖν.

— ibid. πόσα] αὗται αἱ αἰτιατικαὶ, πόσα, ὅσα, ἡλίκα, πηλίκα, τοσαῦτα, τηλικαῦτα, μεγάλα, μικρὰ, ὀλίγα, πολλὰ, καὶ ἕτεραι τοιουτότροποι, ἐπιῤῥηματιζόμεναί πως, τοῖς ῥήμασι περίκεινται.

— ibid. χρὴ νομίσαι] νομιστέον, Λατινιστί.

— 12. ζημιωθήσεσθαι] ὑμᾶς.

— ibid. προσέσται ἡ ὕβρις] τοῖς ἀναγκαίοις οὐκ ἀρκουμένη, ἀλλὰ ζημιωδῶς τὰ περιόντα διαφθείρουσα, καὶ λυμαινομένη πάντα οἷς ἂν ἐντύχῃ. οὕτω πῶς τὴν ὕβριν καὶ Οὐλπιανὸς ἐξέλαβεν, ἐν τοῖς προλεγομένοις εἰπών· τίνα δὲ ἐργάσονται οἱ πολέμιοι, καὶ ἀναγκαίως καὶ ὑβρίζοντες, τὴν χώραν. καὶ εἰς τὸν περὶ παραπρεσβείας· ἔχει δὲ καὶ τῆς ὕβρεως τῶν πολεμίων τὴν ἐμφασιν, ἡ γὰρ κατασκαφὴ περιεργότερον εἶδος τῆς συμφορᾶς.

— 13. ἡ τῶν πραγμάτων αἰσχύνη] ἤγουν προσέσται τῷ πολέμῳ τῷ ἐγχωρίῳ. πῶς δέ; διότι ῥᾳδυμοῦντες, καὶ ἀμελοῦντες, καὶ πάντας τοὺς καιροὺς τοὺς παραπεπτωκότας ἀφέντες, περιείδομεν ἑαυτοὺς εἰς τοιοῦτον πόλεμον καταστάντας. ἐγγενόμενον πόῤῥωθεν ἀμύνεσθαι τὸν Μακεδόνα, ἡ αἰσχύνη τῶν πραγμάτων. ἡ αἰσχύνη ὑμῶν ἐπὶ τῷ κακῶς χρήσασθαι τοῖς πράγμασιν, ἡ τῶν πολεμίων ὕβρις μὴ ὅτι μεγάλα βλάψει, ἀλλὰ καὶ καταισχυνεῖ ἡμᾶς.

— ibid. οὐδεμιᾶς ἐλάττων] τὸ ποιῆσαν τὴν βλαβὴν αἴτιον, φαῦλον ὑπάρξαν αὐτῇ τῇ βλάβῃ ἰσοστάσιον, μᾶλλον δὲ καὶ βαρύτερον. Πλάτων ἐν πολιτείᾳ· τῷ ἠττηθέντι, παρὰ τοῦ νομοθέτου, ψόγος καὶ ὀνειδος κεῖσθω, πολλῶν χρημάτων ναῦν κεκτημένῳ ζημία βαζυτέρα.

— ibid. τοῖσγε σώφροσι] τοῖς σῶς τὰς φρένας ἔχουσι, καὶ δόξης καλῆς ὀρεγομένοις, ἧς ἀμελοῦσιν οἱ μεθύοντες καὶ ἀκόλαστοι, καὶ μηδὲν τῶν μελλόντων ἔσεσθαι ὑπολογιζόμενοι. τὸ ἐνθύμημα ἐκ τοῦ αἰσχροῦ καὶ τοῦ βλαβεροῦ.

— 15. πάντα δὴ ταῦτα δεῖ] ἐπίλογος προτρεπτικὸς ἐπὶ τὰ δέοντα κατὰ μερισμὸν τῶν ἀκροατῶν.

— ibid. πάντα ταῦτα] τὰ εἰρημένα, ἅπερ οὐκ ἀνακεφαλαιοῖ, ἐπεὶ εὐμνημόνευτος διὰ τὸ σύντομον ὁ λόγος. ἦν δὲ τὰ μάλιστα κατεπείγοντα, ὅ τε καιρὸς ἰσχυρᾶς καὶ βεβαίας συμμαχίας, καὶ ἡ δύναμις τῆς πόλεως, καὶ ἡ ἐλπὶς τοῦ ἀναλαβεῖν τὴν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἡγεμονίαν, καὶ ὁ φόβος ὁ παρὰ τοῦ Μακεδόνος, καὶ τῆς παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀδοξίας.

— ibid. δεῖ συνιδόντας βοηθεῖν] δεῖ συνιδεῖν καὶ βοηθεῖν.

— 16. καὶ ἀπωθεῖν] ὥσπερ ἤδη ἐπικείμενον ὑμῖν.

— ibid. ἐκεῖσε] εἰς Ὄλυνθον, μᾶλλον δὲ εἰς Μακεδονίαν.

— ibid. ἵν' ὑπὲρ] τὰ τελικὰ αἴτια προτρεπτικὰ ὄντα.

— 17. τῶν πολλῶν] κτημάτων καὶ χρημάτων.

— ibid. ὧν ἔχουσι] τὸ ὑποτακτικὸν ἄρθρον οὐχὶ τῶν ἐπομένων, ἀλλὰ τῶν προηγουμένων τῆς πτώσεως στοχάζεται· Λατινιστὶ δ' εἰπεῖν ἔδει, ἃ ἔχουσι. πάνυ τεχνικῶς δὲ μικραῖς δαπάναις, ἀσφαλῆ κτῆσιν τῶν πολλῶν προξενούσας, ἀντέθηκεν, τήν τε φιλοτιμίαν καὶ αἰδὼ ἐπεγείρων, καὶ τὸν κίνδυνον μείζω τῶν ἀναλωμάτων ἐσόμενον, εἰ μὴ προεῖντο τὰ χρήματα, αἰνιττόμενος· θαυμαστὸς ὢν ὁ ῥήτωρ, νοῦν πλεῖστον ἐν ὀλίγοις ῥήμασιν ἐκφέρων.

— ibid. καλῶς ποιοῦντες] οὐχὶ σημαίνει τὸ, εὖ πράττοντες, ἀλλὰ φράσις ἐστὶν ἐπ' εὐφημισμῷ λεγομένη καὶ ἀποδοχῇ, ἅμα δὲ καὶ τοῦ φθόνου ἀποσκευάζουσα τὴν ὑπόνοιαν.

— pen. τοὺς δ' ἐν ἡλικίᾳ] ὄντας τῇ νεανικῇ, τοὺς νεωτέρους, τοὺς ἤδη ἀνδρωθέντας.

28. 1. φοβεροὶ] τοῖς πολεμίοις, διὰ τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν ἐμπειρίαν· ὅπως ἂν φοβῶνται τοῖς Ἀθηναίοις ἐπιχειρεῖν, συγκεκροτημένοις τὰ πολεμικά.

— ibid. τῆς οἰκείας] χώρας ἀκεραίου οὔσης, καὶ ἀπορθήτου ὑπὸ τῶν πολεμίων.

— 2. τοὺς δὲ λέγοντας] τοὺς ῥήτορας, τοὺς ἐπὶ τὸ βῆμα παριόντας, καὶ συμβουλεύοντας τῇ πόλει.

— ibid. ἵν' αἱ τῶν πεπολιτευμένων] τῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ συμβουλευθέντων καὶ πραχθέντων.

— ibid. εὐθῦναι] οὐδεὶς γὰρ οὔτε τῶν λεγόντων οὔτε τῶν πραττόντων ἀνυπεύθυνος ἦν Ἀθήνῃσι. δηλοῦσι δὲ τοῦθ' αἱ παρὰ τοῖς ῥήτορσι κατηγορίαι.

— 3. ὡς ὁποῖ' ἄτ'] αἰτιολογία κίνδυνον ἀπειλοῦσα τοῖς ἐναντιουμένοις τῷ λόγῳ, καὶ θάρσος αὐτοῦ ὑπεμφαίνουσα ὑπὲρ τῶν συμβεβουλευμένων.

— ibid. ὁποῖάττα] ὁποῖά τινα. ἅττα ἀντὶ τοῦ ἅτινα Ἀττικιστί. εἴτε πονηρὰ εἴτε χρηστά.

— ibid. ὑμᾶς περιστῇ] ὑμῖν συμπέσῃ. ὁ νοῦς· ὅτι εὖ πραττούσης μὲν τῆς πόλεως, ὃ γένοιτ' ἄν, βοηθούσης αὐτῆς τοῖς Ὀλυνθίοις, εὐδοκιμήσουσι· δυστυχούσης δὲ καὶ πολεμουμένης, ζημιωθήσονται.

— pen. τοιοῦτοι κριταὶ] οὐκ ἄρ' ἀσφαλὲς συμβουλεύειν, εἴγε δεῖ καὶ τῆς τύχης δοῦναι λόγον, ἀσταθμητοτάτου πράγματος.

— ult. ἔσεσθε] διηγεῖται μὲν τὸ γιγνόμενον ὡς τὰ πολλά· ὁμοῦ δὲ καὶ προτρέπει ποιεῖν τοῦτο τὸν δῆμον τοῦ καταπλῆξαι ἕνεκα τοὺς ἐναντιουμένους.

— ibid. χρηστὰ δ' εἴη] τὰ πράγματα· εἴθε εὐτυχοῖ ἡ πόλις.

— ibid. παντὸς ἕνεκα] μηδενὸς μὲν ἐμποδὼν γενομένου τῇ εὐπραγίᾳ τῆς πόλεως· πάντων δὲ συμπροθυμουμένων, τῶν τε πλουσίων καὶ τῶν νεωτέρων καὶ τῶν ῥητόρων τὰ δέοντα ποιούντων. περὶ δὲ τῶν θεωρικῶν οὐδεὶς λόγος, ἐπειδὴ πλεόνων ὄντων τῶν ἀπόρων, οὐ συνέφερεν εἰς τὸ πεῖσαι τὸ ἐνδιατρίβειν τῇ μνείᾳ τούτων. κᾄμοιγε δοκεῖ μεμνῆσθαι τούτων, ὅπως ἂν καιρὸν σχῇ τοῦ ἀνεπαχθῶς περὶ τῆς εἰσφορᾶς εἰπεῖν, τῆς οὐχ ἧττον τοὺς εὐπόρους λυπούσης, ἢ τῆς τῶν θεωρικῶν ἀφαιρέσεως τοὺς πένητας.

# ANDREÆ DOUNÆI

## PRÆLECTIONES

# IN PHILIPPICAM DE PACE

# IN ARGUMENTUM.

[P. 5. ed. Doun.] p. 135. 1. Περὶ Ἀμφιπόλεως] Amphipolis civitas est Thraciæ, vetus Atheniensium colonia. Bellum ex eo de illa cum Philippo, quod eam majores ejus aliquando tenuissent. Thucydides [lib. 4. c. 102.] Βρασίδας ἔχων τοὺς ἐπὶ Θρᾴκης ξυμμάχους, ἐστράτευσεν ἐς Ἀμφίπολιν τὴν ἐπὶ Στρυμόνι ποταμῷ, Ἀθηναίων ἀποικίαν. οἱ Ἀθηναῖοι Ἄγνωνος τοῦ Νικίου οἰκιστοῦ ἐκπεμφθέντος Ἴδωναζ ἐξελάσαντες ἔκτισαν τὸ χωρίον, ὅπερ πρότερον Ἐνέα Ὁδοὶ ἐκαλεῖτο. Ἀμφίπολιν δ' Ἄγνων ἀνόμασεν ὅτι ἐπ' ἀμφότερα περιῤῥέοντος τοῦ Στρυμόνος, τείχει μακρῷ ἀπολαβὼν ἐκ ποταμοῦ ἐς ποταμόν, περιφανῆ ἐς θάλασσάν τε καὶ ἤπειρον ᾠκισεν. *Et quod muro longiore interseptam, tam in mare quam continentem versus conspicuam posuit.* Eadem fere lib. 1. [c. 100.] legas.

— 4. τὸν Φωκικὸν καταλύσειν πόλεμον] ὃς δεκαέτης ἦν, decenne erat hoc bellum, sicuti Trojanum, sacrumque est appellatum, eo quod pro rebus repetitis Apollinis Delphici gestum est. Cum enim Amphictyones multassent grandi pecunia Phocenses, quam non possent exsolvere, quod coluissent agrum Apollini consecratum, auctor erat Philomelus, homo audacissimus, templum Apollinis caperent, belloque se defenderent. Consule Æschinem contra Ctesiphontem, [t. III. p. 537. Reisk. Orr. Grr.]. Diodorus autem sic [l. 16. c. 23. p. 99. ed. Wess.] ἐπὶ τούτων ὁ κληθεὶς ἱερὸς πόλεμος συνέστη, [p. 6. ed. D.] καὶ διέμεινεν ἔτη ἑννέα. Φιλόμηλος γὰρ ὁ Φωκεὺς, ἀνὴρ θράσει καὶ παρανομίᾳ διαφέρων, κατελάβετο μὲν τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερόν· ἐξέκαυσε δὲ τὸν ἱερὸν πόλεμον διὰ τοιαύτας τινὰς αἰτίας. οἱ Φωκεῖς ἐπεργασάμενοι πολλὴν τῆς ἱερᾶς χώρας, τῆς ὀνομαζομένης Κιῤῥαίας, δίκας ὑπέσχον ἐν Ἀμφικτύοσι, καὶ πολλοῖς ταλάντοις κατεκρίθησαν. οὐκ ἐκτινόντων δ' αὐτῶν τὰ ὀφλήματα, οἱ ἱερομνήμονες ἐν Ἀμφικτύοσι κατηγόρουν τῶν Φωκέων, καὶ τὸ συνέδριον ἠξίουν καθιερῶσαι τὴν χώραν τῶν ἀποστερούντων τὸν θεόν. Hieromnemones sunt, qui causas civitatum agebant apud Amphictyones, ex eo nominati, quod illis memorabant, quæ corrigenda videbantur. Quales sunt apud nos (nam et Amphictyones tractabant res ad religionem Apollinis Delphici pertinentes) quos sacræ Convocationis Clericos appellamus. Suidas, [t. II. p. 101. ed. Kust.] ἱερομνήμονες, οἱ πεμπόμενοι εἰς τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον ἐξ ἑκάστης πόλεως τῶν τε συνεδρίου μετεχουσῶν. Melius Hesychius [t. II. p. 26. Alb. add. Harpocr.]: οἱ πεμπόμενοι εἰς Πυλαίαν ἱερογραμματεῖς. Mittebant enim eo civitates, ni fallor, quæ jus non habebant τῆς Ἀμφικτυονίας, aut iidem erunt ἱερομνήμονες καὶ πυλαγόραι, quod non videtur. πυλαγόραι γὰρ οἱ προεστῶτες τῆς Πυλαίας, qui præsunt conventui, Hesychius. Hi sunt Amphictyones ipsi. Porro dicti sunt ἱερομνήμονες, ut dixi, quod eo deferebant querelas, μνήμων enim *monitor*, non solum *memor*. Ut quidam Achilli comes a matre est additus, qui illum moneret, ne quem filiorum Apollinis occideret. Is μνήμων Lycophroni [Cass. v. 241.] dicitur. Sic et Epicharmus, μισῶ μνάμονα συμπόταν. non qui meminisset eorum, quæ dicta sunt in convivio, sed qui memorasset aliis, [p. 7. ed. D.] et foras eliminasset. aut quod literis, quæ cum Amphictyonibus agerent vel egissent, consignata habebant: ideoque ἱερογραμματεῖς etiam dicti. Cum in eo res esset, ut ager Phocensium consecraretur, Philomelus, cujus summa erat inter suos auctoritas, egit cum eis διδάσκων, ὡς ἐκτίσαι μὲν οὐ δύνανται τὰ χρήματα, διὰ τὸ μέγεθος τῆς καταδίκης· περιορᾶν δὲ καθιερωμένην τὴν χώραν, ἀνάνδρων ὑπάρχειν. [Diod. S. l. l.] Itaque ad arma itum est ejus impulsu.

— 6. τῶν Ἀθηναίων περιπλευσάντων εἰς τὰς καλουμένας Πύλας, ἀπεκρούσθη τῆς εἰσόδου] Historia est apud Demosthenem περὶ τῆς παραπ. [p. 443. ed. Reisk. t. I.] ὅτε γὰρ τὸ πρῶτον Φωκέας ἐκράτησεν ὁ Φίλιππος, καὶ διέφθειρε τοὺς ξένους αὐτῶν, καὶ τὸν ἡγούμενον καὶ στρατηγοῦντα Ὀνόμαρχον, τότε τῶν ὄντων ἁπάντων ἀνθρώπων οὐδενὸς οὔτε Ἕλληνος οὔτε βαρβάρου Φωκεῦσι ξυνθήσαντος, πλὴν ὑμῶν, οὐχ ὅπως παῤῆλθεν, ἢ διεπράξατο, ἂν ἠβουλήθη τι παρελθών, ἀλλ' οὐδὲ προσελθεῖν ἐγγὺς ἠδυνήθη. *Non dico penetravit, aut quicquam eorum, quæ cogitavit, effecit, sed ne prope quidem potuit accedere.* Refert hoc idem Justinus [lib. 8. c. 2. p. 218. ed. A. Gron.] his verbis: "Sed Athenienses audito belli eventu, ne in Græciam Philippus transiret, angustias Thermopylarum, pari ratione sicuti antea advenientibus Persis, occupavere. Sed non simili virtute aut causa." At non Athenienses occupavere, sed Lacedæmonii, quum dux eorum Leonidas cæsus est, cum ccc Spartianis, qua clade insignis est hic locus. Sed fuere cum illis ex aliis civitatibus ad mille omnes. Cæterum clarius hoc alibi

noster explicat Demosthenes [pro Corona. p. 236. ed. Reisk.] *ἵνα μὴ δεῦρο ἀπαγγείλάντων αὐτῶν, ὅτι μέλλει καὶ παρασκευάζεται πορεύεσθαι, ἐξέλθοιτε ὑμεῖς, καὶ περιπλεύσαντες ταῖς τριήρεσιν εἰς Πύλας ἅσπερ πρότερον*, [p. 8. ed. D.] *κλείσοιτε τὸν πορθμόν.* i. *τὴν δίοδον, transitum.* Sic apud Strabonem Κασκίας, et Κιλικίας Πύλας, quæ sunt locorum angustiæ [l. XIV. p. 994. Alm. I. p. 103.]. Sed de Thermopylis in oratione dicetur. Livius [l. X. c. 2.]: "Circumvectus inde Brundusii promontorium," *περιπλεύσας τὸ ἀκρωτήριον.*

— 8. *τὸ τῶν Φωκέων ἔθνος ἀνάστατον πεποίηκε*] *sedibus expulit.* Herodotus [lib. 1. 15. p. 8. ed. Wess.] *ἐπὶ τούτου τυραννεύοντος Σαρδίων, Κιμμέριοι ἐξ ἠθέων ὑπὸ Σκυθέων τῶν νομάδων ἐξαναστάντες, ἀπικέατο ἐς Ἀσίην, καὶ Σάρδις πλὴν ἀκροπόλιος εἷλον. Cimmerii sedibus pulsi a Scythis nomadibus, venere in Asiam.* Thucydides [lib. 4. c. 54.] *ἀνέστησαν γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι Κυθηρίους.* Schol. *μετῴκισαν* [Ita jam correctum est in ed. Baver. p. 599. t. I. Beck.] non *μετῴκησαν*, ut editum est. Hoc enim *ἀνέστησαν* aorist. primus, illud secundus, *ἀπὸ τοῦ ἀνέστη ἀνέστησαν.* Hinc *ἡ μετοικεσία Βαβυλῶνος* [Matth. i. 11.] est *ἀνάστασις, migratio.* Virg. [Ecl. ix. 4.] "Hæc mea sunt, veteres migrate coloni." At quod Dem. [Olynth. II. p. 18. Reisk.] *εἶτα τῆς ἑαυτῶν πατρίδος νομίζων ἀνάστασιν εἶναι*, significatione activa *subversionem* accipimus *ἐκ τοῦ ἀναστῆσαι.* Quemadmodum Æschylus Agamemnonem vocat *ἀναστατῆρ' Ἰλίου.* [Agam. 1236. ubi tamen *ἀναστάτης.*] Idem [Agam. 598.] *φράζων ἄλωσιν Ἰλίου τ' ἀνάστασιν.* Cic. [ad Attic. i. lib. 16. p. 700. t. II. Græv.] "Dymæos agro pulsos, mare infestum habere, nil mirum." *ἀναστηθέντας τῆς χώρας.* Quod ad nomen verbale attinet, Strabo [lib. XII. p. 813. Alm.] *Τιγράνης ἅπαντας ἀναστάτους ἐποίησεν εἰς Μεσοποταμίαν, omnes transtulit.* Sed in eo, quod Dem. [*περὶ παραπ.* p. 446. Reisk.] ait, est metonymia, *καὶ ἀνάστατος αὐτῶν ἡ χώρα γέγονε*, regio pro incolis, ut Flaccus. [Epp. II, 1, 156.] "Græcia capta ferum victorem cepit, et artes Intulit agresti Latio." Sophocles [Trachiniis. v. 39. s.] *ἡμεῖς μὲν ἐν Τραχῖνι τῇδ' ἀνάστατοι ξένῳ παρ' ἀνδρὶ ναίομεν.* Herculis cum conjuge ob cædem Iphiti Calydonio pulsi Trachina cessserunt. Hinc novum verbum, [p. 9. ed. D.] *οἱ τὴν οἰκουμένην ἀναστατώσαντες* [Act. 17. v. 7.] i. *ἀνάστατον ποιήσαντες.* Paulus [Gal. 5. v. 12.] *ὄφελον καὶ ἀποκόψονται οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς.* Beza: "utinam abscinderentur, qui vos inquietant." Vetus: "qui vos conturbant." Exponit autem ille, *qui vos sedibus vestris pellunt.* Ego, *qui vos de statu vestro dejiciunt.* Nam pseudoapostoli legem prædicantes, dejicere eos nitebantur de fide, quam Evangelium induxit. Illud Actorum Beza vertit: "qui orbis terrarum statum subverterunt." Harpocration [p. 41. Blancard.] *ἀνασκευάσασθαι, τὸ λεγόμενον ἐν τῷ βίῳ ἀναστατωθῆναι.* Est enim apud Dem. [p. 895. et 1204. t. II. Reisk.] de trapezitis et argentariis, *ἀνασκευάζειν τὴν τράπεζαν, to break*, quos vocamus, *bankrupts.* Chrysostomus, *τοῦτο τὴν οἰκουμένην ἀνάστατον ἐποίησε, τοῦτο πάντα συνέχει.* Quod Lucas uno verbo. Postremo quid sit hic *ἀνάστασις*, illud prophetæ docet, *ἀνάστα καὶ πορεύου, ὅτι οὐκ ἔστι σοι ἀνάπαυσις*, [Mich. cap. 2. v. 10.] cum captivitatem populo denuntiaret. Surgunt enim, suis sedibus relictis, qui migrant.

— 9. *καὶ τὴν τῶν Φωκέων ἐν Ἀμφικτύοσι χώραν*] Qui locus præcipuus fuit; habebant enim Phocenses prærogativam oraculi, *τὴν προμαντείαν*, et bina in Amphictyonum conventu suffragia. Quapropter non dubitabant, inquit idem Diodorus, [XVI. 23.] illud in se decretum Amphictyonum rescindere: *αὐτοὺς γὰρ τὸ παλαιὸν τοῦ μαντείου τὴν ἐξουσίαν καὶ πρόστασίαν ἐσχηκέναι.* Quod Homeri testimonio firmabant in Catalogo navium [Iliad. II. 517. 519.]:

> Αὐτὰρ Φωκήων Σχέδιος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον,
> Οἳ Κυπάρισσον ἔχον, Πυθῶνά τε πετρήεσσαν.

Pytho civitas est, Delphi cives. Ut Messenæ in Sicilia cives non Messenii dicebantur, sed Mamertini. *χώρα* non est hic *regio*, sed *locus.* ut *κατὰ χώραν μένειν*, [p. 10. ed. D.] et *ἐᾶν κατὰ χώραν. suo loco manere*, et *loco non movere.* Themistius, *ἀεὶ δ' ἐν χώρᾳ δευτέρᾳ τῆς τιμῆς ἱστάμενος, εἰ ἄρα σοι καὶ μᾶλλον ἡ πρώτη προσήκει.* Sic etiam Latini loquuntur. Livius [lib. 9. c. 30.] "Tribuni militum a populo seni deni crearentur, quæ antea perquam paucis suffragio populi relictis locis, dictatorum et consulum ferme erant beneficia." Est igitur *χώρα*, locus dignitatis, et gradus.

— 11. *οὐ τῷ πράγματι συνιστάμενος*] Cui contrarium est in fine, *πρὸς τὴν τοιαύτην ὑπόνοιαν ἱστάμενος.* Nam alioqui *τὸ συνίστασθαι* significat *coitionem fácere*, ut *καὶ συνέστη ὁ λαὸς ἐπὶ Ἀαρών.* [Exod. 32. v. 1.] *σύστασις, coitio, conspiratio.* Nonnunquam *congressio*, ut quod ait Comicus [Ter. Phormione, II. 2. 32.] "prima coitio est acerrima." Unde *ἡ συστάδην μάχη.*

— 12. *μετέχειν τοῦ Ἑλληνικοῦ συνεδρίου τὸν Μακεδόνα*] Contemptui fueront Macedones, quibus ante Alexandrum et Philippum nulla gens humilior. *οὐδ' ἐτέλουν εἰς τοὺς Ἕλληνας*, sed in barbaris habebantur. Hanc indignitatem non hac quidem oratione Demosthenes (hic enim pugnat pro

Philippo), sed alia profert [περὶ παραπ. p. 446. ed. Reisk.] οἱ μὲν ὄντες Ἀμφικτύονες φεύγουσι καὶ ἐξελήλανται, nempe Phocenses. Hi enim inter eos principatum obtinebant, ut diximus: οἱ δὲ οὐδεπώποτε ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ γενόμενοι, Μακεδόνες καὶ βάρβαροι, νῦν Ἀμφικτύονες εἶναι βιάζονται. συνέδριον, *consilium*, παρὰ τὴν ἕδραν, *sedem*, ἀπὸ τοῦ ἕζομαι. Servius [ad Virg. Æneid. 9, 4.] "Nam et ipsa consilia a sedendo, quasi considia dicta sunt. Sedentium enim animi tranquilliores fiunt." Ut Ὀδυσσεὺς, Ulysses, δάκρυον, lacryma. Plautus [Mostellaria, Fragm. p. 1492, s. Taubm.] "sine juxta aram sedeam, et dabo meliora consilia," ἐτυμολογικῶς. Varronis est, [p. 11. ed. D.] opinor, "Sedendo vincunt Romani" [Satyra Menippea]. Nam bello Punico II. Senatus rempub. restituebat post Cannensem acceptam calamitatem. Parvi sunt foris arma, nisi est consilium domi. Itaque τὸ συνέδριον *consilium* vertimus, ne cui mirum esse videatur, non *concilium*. Cic. [de Oratore 3. c. 1. §. 2.] "Videndum sibi esse aliud consilium, illo senatu se rempub. regere non posse." Certe senatus est συνέδριον. Idem [Philip. 5. c. 5.] "O consessum judicum præclarum: O dignitatem consilii admirandam: avet animus apud consilium illud pro reo dicere."

— 13. προσκεκρουκέναι γὰρ λέγει τοῖς Ἀθηναίοις] *offendisse apud Athenienses.* προσκρούειν, *offensionem alicujus incurrere.* M. Tullius [pro P. Sextio, c. 49.] "Temporibus illis, qui populares erant, offendebant illi quidem apud graves et honestos homines: sed populi judiciis atque omni significatione florebant." Significationem vocat τὴν ἐπισημασίαν, sequitur enim, "his in theatro plaudebatur." Dem. [contra Timocratem p. 711. ed. Reisk.] ἐγὼ γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, προσέκρουσα ἀνθρώπῳ πονηρῷ, καὶ φιλαπεχθήμονι, καὶ θεοῖς ἐχθρῷ, ὦ τελευτῶσα πρόσεκρουσεν ἡ πόλις ὅλη. *Ego offensus sum homini improbo, atque inimicitiarum appetenti.* προσκρούειν, *in hominem offendere*, προσκόπτειν, *in lapidem.*

P. 136. 1. οὗτος δὲ ὁ λόγος παρεσκευάσθη μὲν, οὐκ εἰρῆσθαι δέ μοι δοκεῖ] Non assentior Libanio, neque credo, Demosthenem scripsisse orationes, quas absconderet, aut scrinio contineret: neque ejusmodi sunt ejus scripta, quæ lucem reformident. Ex Ciceronc apud Hieronymum [adv. Ruffinum init. t. III. p. 89. b. ed. Basil. Acad. 1. c. 1.] legimus: "Intemperantis esse arbitror, scribere quicquam, quod occultari velis." Et causa, quam affert Libanius, nulla est. Cum accusaret, inquit, Æschinem, [p. 12. ed. D.] hoc ei inter cetera objecit, suasisse eum, ut Philippus Amphictyon fieret: quod ne Philocrates quidem ausus est promulgare, quamvis esset audacia singulari. Non igitur hoc in alio culparet, quod ipse fecisset. Sed ego nego Demosthenem fecisse idem quod Æschines. Nam si princeps, ut ille fortasse, hoc suasisset, si primus auctor exstitisset hujus sententiæ, aut aliis id suadentibus suffragatus fuisset: merito forsitan reprehendendus videretur. Nunc cum rex jam cooptatus esset in collegium, idque omnes fere Græciæ civitates assensu suo comprobarent, unus commune decretum rescindere non debuit, neque id, quod actum erat, infringere: præsertim quum patriæ magnum ex ea re periculum creari videret. Aliud est enim ferre, siquid ferendum est, et probare, quod probandum non est. Multa enim ferenda, quæ non probanda, ut etiam in sua rep. Cicero docet, [Familiar. epp. l. 6. ep. 4. et al.] non propter se, sed ne gravius suscipiatur incommodum. Illi vero neque pax unquam cum Philippo placuit admodum, neque certe scitum hoc Amphictyonicum de Philippo factum voluit. Sed quum utrumque firmatum esset, neutrum improbare rectum putavit. Neque erat, cur eum hujus orationis vel habitæ, vel editæ pœniteret. Et Libanius ipse Demosthenem omni culpa liberat, quum ait, καὶ Δημοσθένης παραινεῖ συγχωρεῖν. Aliud est autem aliquid concedere propter aliquam necessitatem, ac primo decernere. At suspicionem acceptæ mercedis veritus est, καὶ δέξαν τοῦ φιλιππίζειν. Quid? hoc illi igitur, [p. 13. ed. D.] cum orationem scripsisset, et dicturus esset, in mentem venit: antequam inciperet scribere, non venit? aut palam suasisse, famam ejus lædere: compositam persuasionem edidisse, non lædere? Quanquam neque illa nostri defensio prætermittenda est, etiamsi verum esset, quod Libanius suspicatur. Non idem semper oratori sentiendum est: aut siquid nunc secus atque olim dixerit, inconstantiæ fama metuenda: sed temporibus, ut res et causa postulat, serviendum. Nam et Cicero [pro Cluentio, c. 50, 51.] quum sibi audiret objectum, id quod aliquando diceret, superioribus suis orationibus haud consentire, non negat, nec culpam aliquam reformidat, sed ingenue fatetur, et clarissimi oratoris exempla L. Crassi illam infamiam depellit. Postremo si scriptionem hanc celatam voluit, quæ ratio fuit supprimendi? res erat scriptione non magnopere digna? at gravissimam fuisse constat, in qua magna utilitas reip. magnum periculum ageretur. an ipsi, quod scripserat, displicebat? at nihil nisi elaboratum industria, perfectum ingenio molitus est unquam. Neque hic sui dissimilis est, quod res ipsa indicat. Denique si tacuit, quod meditatus est, cur in lucem edidit? in quo non minor erat, aut etiam major

jactura opinionis.

— 5. καὶ μὴ δόξῃ φιλιππίζειν] Demosthenem φιλιππίζειν? quis hoc credat? ante medius fidius ipse Apollo Pythius ἐφιλίππισεν ἄν: de quo Cicero [de divinat. II. c. 57.] "Demosthenes quidem, qui abhinc annos prope CCC. fuit, jam φιλιππίζειν Pythiam dicebat, id est, quasi cum Philippo facere" (hinc *factiones* dicimus). Sic μηδίζειν, ἀττικίζειν, λακωνίζειν, [p. 14. ed. D.] Persico et Peloponnesiaco bellis. Plutarchus in vita dixit δημοσθενίζειν pro eo quod Demostheni studere.

— pen. πρὸς τοιαύτην τινὰ ὑπόνοιαν ἱστάμενος] Sic loquutus est etiam in alio quodam argumento Libanius [περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ. p. 89. ed. Reisk.] καὶ οἱ φιλιππίζοντες τῶν ῥητόρων, κατατρέχουσι τοῦ Διοπείθους, καὶ κολάζειν ἀξιοῦσιν αὐτόν. πρὸς οὖς ὁ Δημοσθένης διχῇ ὑπὲρ Διοπείθους ἵσταται. Chrysostomus in Iohannem: εἰ μὴ πρὸς τὴν ὑπόνοιαν ταύτην ἱστάμενος ἐπανέλαβε. *Suspicionem* vocat tacitam objectionem in mente auditoris hærentem. ἵστασθαι πρὸς, *resistere*, προσίστασθαι, *ad scopulum* sive *obicem adhærescere*. Euripides [Iphigenia Aul. 23.] τὸ δὲ φιλότιμον γλυκὺ μὲν, λυπεῖ δὲ προστιτάμενον. Decursus enim honorum crux est homini ambitioso, si iohibetur. Et sunt ἰσοδύναμα multa, quæ colligit Eustathius [in 4. Odyss.], ἀντιστρόφως λεγόμενα. Ut κηριμύντης apud Lycophronem [Cass. 663.] et ἀλεξίκακος. Idem enim κὴρ καὶ κακὸν, ἀμύνειν καὶ ἀλέξειν. Sic φερένικος et νικηφόρος, ἀελλόπους καὶ ποδήνεμος. Quippe idem ἄελλα καὶ ἄνεμος.

— ult. συνιστὰς ἑαυτὸν] συστῆσαι non solum *commendare, et per literas ignotum laudare alteri*, sed proprie *coram adducere in notitiam, et præsentem sistere*. Dem. [ad Timotheum, p. 1190. ed. Reisk.] καὶ ἐδεῖτο αὐτοῦ συστήσας Φιλώνδαν, ἐπειδὰν ἀφίκηται ἐκ Μακεδονίας ὁ Φιλώνδας, ὃν συνίστη οὗτος τῷ πατρὶ τῷ ἐμῷ, ἄγων ξύλα τὰ δοθέντα τούτῳ ὑπὸ Ἀμύντου, τὸ ναῦλον τῶν ξύλων παρασχεῖν. Amyntas rex Macedoniæ Timotheo dederat ligna, quæ deportaturus inde erat Athenas Philondas quidam navicularius. Hunc Timotheus Pasioni trapezitæ, cui magnam pecuniam debebat, præsentem exhibuit, ut nosceret, et Philondæ jussit, [p. 15. ed. D.] si ligna deportasset, naulum solvere. Quod filius Pasionis Apollodorus a Timotheo cum reliqua pecunia repetit. Plato [Charmide. p. 110. t. V. ed. Bip.] παῖ, ἔφη, κάλει Χαρμίδην, εἰπὼν, ὅτι βούλομαι αὐτὸν ἰατρῷ συστῆσαι περὶ τῆς ἀσθενείας, ἧς πρώην πρός με ἔλεγεν, ὅτι ἀσθενεῖ. Medicus iste erat Socrates, cui tradendus fuit Charmides. Cic. [pro Cœlio, c. 17.] "Ob hanc causam parens tibi hunc puerum commendarit et tradidit, ut in amoribus atque in voluptatibus adolescentiam suam collocaret?" Cæsar [Bell. Gall. lib. 7. cap. 38.] "Et una Viridomarus, pari ætate et gratia, sed genere dispari, quem Cæsar sibi ab Divitiaco traditum, ad summam dignitatem ex humili loco perduxerat." Lego *produxerat*, quod verum esse alio loco demonstrabimus. Curtius [de reb. Alex. VII. 1, 28. "Ab illo traditi ad hunc gradum amicitiæ tuæ ascendimus." Horatius ad Claudium Neronem [lib. i. ep. 9. 1. ss.]:

> "Septimius, Claudi, nimirum intelligit unus,
> Quanti me facias. Nam cum rogat et prece cogit,
> Scilicet ut tibi se laudare et tradere coner,
> Dignum mente domoque legentis honesta Neronis."

Postremo concludit epistolam hac συστάσει [epist. 9. lib. 1. v. 13.]:

> "Scribe tui gregis hunc, et fortem crede bonumque."

Et quoniam ejusmodi commendatio sive traditio non fit sine laudatione aliqua, bene copulavit laudare et tradere. Sed τὸ συστῆσαι κυρίως est id, quod diximus ex Demosthene, coram sistere ignotum pro bono viro. Non ut Paulus et receptior usus [2 Cor. 3, 1.] ἀρχόμεθα πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνειν; ἢ μὴ χρῄζομεν ὥς τινες συστατικῶν ἐπιστολῶν πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐξ ὑμῶν συστατικῶν. Sic enim legendum, non εἰ μὴ χρῄζομεν. Beza: "ant num indigemus?" Epictetus de Socrate [Enchir. c. 46. ed. Schweigh.] ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν βουλόμενοι φιλοσόφοις ὑπ' αὐτοῦ συσταθῆναι [p. 16. ed. D.], κἀκεῖνος ἀπῆγεν αὐτούς. Ille coram adducebat eos, non per literas commendabat. ἀπάγειν interdum *adducere*, ut ἀπελθεῖν, *adire*, ἀποβλέπειν, *adspicere*.

— ibid. καὶ ἀδωροδόκητον] δωροδοκεῖν, *munera accipere*, δῶρα δέχεσθαι. Sed χ in κ mutatur Ἰωνικῶς. Ut καπνοδόκη, ἰστοδόκη, ἰοδόκη, *pharetra*. πανδοκεῖον, πανδοκεὺς, *stabulum, stabularius*. Sic δωροδόκος, *qui munera accipit*, ἀδωροδόκητος, *integer, nulla largitione corruptus*, δωροδοκία, nonnunquam non *munerum acceptio*, sed *ipsa largitio*, seu *corruptela*. Diodorus [lib. 16. c. 33. t. II. 107. ed. Wessel.] καὶ γὰρ τοὺς Θετταλοὺς, μέγιστον ἔχοντας τῶν συμμάχων ἀξίωμα, δωροδοκήσας ἔπεισε τὴν ἡσυχίαν ἔχειν. Et est quasi conjugatio τῶν Ἑβραίων Hiphil, ant δωροδοκεῖν, *accipere quod des*: quomodo dixit Paulus [Eph. iv. 8.] "et dedit dona hominibus:" secundum Hebræam veritatem, accepit quæ daret scilicet.

# IN ORATIONEM.

[P. 21. ed. Doun.] p. 136. 1. *ὁρῶ μὲν*] Solent Oratores initio dicendi, quo majorem sibi favorem concilient, duras partes suas prædicare, et causæ, quam agunt, demonstrare difficultatem. Favent enim omnes atque succurrunt laborantibus, gravi defatigatos onere sublevant. Tale est exordium Ciceronis pro P. Quinctio [c. 1.] "Quæ res in civitate duæ plurimum possunt, hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore, summa gratia et eloquentia; quarum alteram, C. Aquilli, vereor, alterum metuo. eloquentia Q. Hortensii ne me dicendo impediat, nonnihil commoveor. Gratia Sexti Nævii ne P. Quinctio noceat, id vero non mediocriter pertimesco. Neque hoc tantopere quærendum videretur, hæc summa in illis esse, si in nobis essent saltem mediocria. Verum ita se res habet, ut ego, qui neque usu satis, et ingenio parum possum, cum patrono disertissimo comparer: P. Quinctius, cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ sunt amicorum copiæ, cum adversario gratiosissimo contendat. Illud quoque nobis accedit incommodum, quod M. Junius, qui hanc causam, Aquilli, aliquoties apud te egit, homo et in aliis causis exercitatus, et in hac multum et sæpe versatus, hoc tempore abest nova legatione impeditus: et ad me ventum est, qui ut summa haberem cetera, temporis quidem certe vix satis habui, ut rem tantam tot controversiis implicatam possem cognoscere." Tale est et pro Corona [p. 226. ed. Reisk.] Demosthenis procœmium: *πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγ' ἐλαττοῦμαι κατὰ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα Αἰσχίνου. δύο δέ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ μεγάλα· ἓν μὲν, ὅτι οὐ περὶ τῶν ἴσων ἀγωνίζομαι. οὐ γάρ ἐστιν ἴσον νῦν ἐμοὶ τῆς παρ' ὑμῶν εὐνοίας διαμαρτεῖν, καὶ τούτῳ μὴ ἐλεῖν τὴν γραφήν. ἀλλ' ἐμοὶ μὲν, οὐ βούλομαι δὲ δυσχερὲς εἰπεῖν οὐδὲν ἀρχόμενος τοῦ λόγου. οὗτος δὲ ἐκ περιουσίας ἐμοῦ κατηγορεῖ, ἕτερον δ', ὃ φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει, τῶν μὲν λοιδοριῶν καὶ τῶν κατηγοριῶν ἀκούειν ἡδέως, τοῖς ἐπαινοῦσι δ' αὐτοὺς ἄχθεσθαι. τούτων τοίνυν ὃ μέν ἐστι πρὸς ἡδονὴν, τούτῳ δέδοται· ὃ δὲ πᾶσιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐνοχλεῖ, λοιπὸν ἐμοί. κἂν μὲν εὐλαβούμενος τοῦτο μὴ λέγω τὰ πεπραγμένα ἐμαυτῷ, οὐκ ἔχειν ἀπολύσασθαι τὰ κατηγορημένα δόξω, οὐδ' ἐφ' οἷς ἀξιῶ τιμᾶσθαι, δεικνύναι. ἂν δὲ ἐφ' ἃ καὶ πεποίηκα καὶ πεπολίτευμαι βαδίζω, πολλάκις λέγειν ἀναγκασθήσομαι περὶ ἐμαυτοῦ.* Sic visum est primam Ciceronis, neque eam optimam, cum postrema fere Demosthenis, quam habuit, sed præstantissima comparare. Hæc incommodorum commemoratio, *καὶ ἐλαττωμάτων ἀπαρίθμησις*, mirifice studium in nos auditorum excitat. Nec non Isocrates idem fecit in sua quoque *περὶ τῆς εἰρήνης* [t. II. p. 170. Auger.] *ἅπασι γάρ ἐστι φανερὸν, ὅτι μᾶλλον ἡδέσθη τοῖς παρακαλοῦσιν ὑμᾶς ἐπὶ τὸν πόλεμον*, [p. 23. ed. D.] *ἢ τοῖς περὶ τῆς εἰρήνης συμβουλεύουσιν.* His enim meliore conditione adversarios suos esse ostendit. Neque hoc solum summi rhetores faciunt, sed Lysias quoque in principio de bonis Aristophanis [p. 192. ed. Alter.] *αἰτήσομαι οὖν ὑμᾶς δίκαια καὶ ῥᾴδια χαρίσασθαι, ἄνευ ὀργῆς, καὶ ἡμῶν ἀκοῦσαι, ὥσπερ τῶν κατηγόρων. ἀνάγκη γὰρ τὸν ἀπολογούμενον, κἂν ἐξ ἴσου ἀκροᾶσθε, ἔλαττον ἔχειν. οἱ μὲν γὰρ ἐκ πολλοῦ χρόνου ἐπιβουλεύοντες, αὐτοὶ ἄνευ κινδύνου ὄντες, τὴν κατηγορίαν ἐποιήσαντο, ἡμεῖς δὲ ἀγωνιζόμεθα μετὰ δέους, καὶ διαβολῆς, καὶ κινδύνου μεγίστου. εἰκὸς οὖν ὑμᾶς εὔνοιαν πλείω ἔχειν τοῖς ἀπολογουμένοις. Nos causam dicimus cum timore et criminatione, et magno periculo. Quare æquum est majorem nobis impartire vos benevolentiam.* Sic Sallustius quoque exorsus est ad Cæsarem [de constituenda rep. epist. ii.] "Scio ego, quam difficile atque asperum factu sit, consilium dare regi, aut imperatori, postremo cuiquam mortali, cujus opes in excelso sunt. Quippe cum et illis consultorum copiæ adsint, neque de futuro quisquam satis callidus satisque prudens sit. Quinetiam sæpe prava magis, quam bona, consilia prospere eveniunt, quia plerasque res fortuna ex libidine sua agitat." Et Cato [auctore Gellio], quum legem sumptuariam suadebat, sic exorsus est: "Scio, mihi negotium esse cum ventre, qui non habet aureis."

— ibid. *ὁρῶ*] Justi cujusque exordii partes sunt quatuor, ut docet Hermogenes [*ἐν τῷ περὶ εὑρέσεων.* lib. i. p. 28. Sturm.] *πρότασις, κατασκευὴ, ἀξίωσις, ᾔτησις*, quas hic ordine omnes reperiemus. *ὁρῶ τὰ παρόντα πράγματα πολλὴν δυσκολίαν ἔχοντα καὶ ταραχὴν*) *ἡ πρώτη πρότασις*, cui vice *τῆς κατασκευῆς* adjuncta est duplex *αἰτιολογία*, (quam Aristoteles *ἐπίλογον* vocat, et *ἐπιλέγειν τὴν αἰτίαν* [Rhetor. ii. 21.]) *οὐ μόνον τῷ, ἀλλὰ καὶ τῷ. δυσκόλου δ' ὄντος φύσει καὶ χαλεποῦ*) [p. 24. ed. D.] *δευτέρα πρότασις. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι*) *κατασκευή. ἂν ἐθελήσητε τοῦ Σορυβεῖν καὶ φιλονεικεῖν ἀποστάντες, ἀκούειν*) *ἀξίωσις*, quum, quid velimus ac fieri postulemus, ostenditur. Ut Ciceronis illa postulatio pro Quinctio [c. 1.] "Quæ quo plura sunt, C. Aquilli, eo te, et hos, qui tibi in consilio adsunt, meliori mente nostra verba audire oportebit, ut multis incommodis veritas debilitata, tandem æquitate talium virorum recreetur." *οἶμαι ἔξειν καὶ λέγειν καὶ συμβου-*

λεύειν, δι' ὧν καὶ τὰ παρόντα ἔσται βελτίω, καὶ τὰ προειμένα σωθήσεται) βάσις, quasi pes exordii, aut gradus atque aditus ad reliquam orationem. Πολλῷ χαλεπώτερον ὑμεῖς αὐτὸ πεποιήκατε, παῤῥησία, quam Hermogenes [περὶ ἰδ. p. 82.] τραχύτητα, Cornificius [ad Herennium, IV. 36.] *licentiam* appellat. "Licentia est (inquit), quum apud eos, quos aut vereri, aut metuere debemus, tamen aliquid pro jure nostro dicimus, quod eos minime offendat, aut quos ii diligunt, cum in aliquo errato vere reprehendi posse videantur." Ut nunc justa et libera est hæc reprehensio Demosthenis, sed non nimis acerba. At hujus propositionis confirmatio plus habet acerbitatis. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι) Sed ea quoque modificatione quadam mitigata est. Nam si ita dixisset: Vos deliberandi rationem vestra pravitate fecistis impeditiorem, aut: Cæteri mortales antequam agunt, deliberant, vos post factum, tam estis præposteri, nimis fuisset aspere dictum, ne dicam ὑβριστικῶς: nunc et modicæ sunt ejus reprehensiones et breves. Non ut in sua de pace Isocrates, λίαν καταφορικῶς per totum fere exordium pravam consuetudinem [p. 25. ed. D.] Atheniensium atque iniquitatem in audiendis concionatoribus insectatur, qui compositos adulationi libenter audirent, eos autem aversarentur, qui saluberrima monebant. At Demosthenes, nunquam ille quidem perniciosus assentator populi fuit, quem δημαγωγὸν et δημοκόπον vocant: contraque acris objurgator sæpenumero: quod gravitatis est, magnaque eum auctoritate apud suos fuisse declarat. Non est enim personæ levis populum universum objurgare. Mirum fortasse videatur, hoc illum fecisse in exordio, quod alliciendis voluntatibus destinatum est. Sed sensum suorum civium pulcre calluit. Novit, quid illis placeret, vel offenderet, et quatenus. Porro τὸ τραχέως τι λέγειν, Chrysostomus ad Paulinas epistolas, ἐντρεπτικῶς dicit, ut quum Apostolus sit πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω. Omnis enim gravis reprehensio pudorem incutit.

P. 136. 2. *δυσκολίαν*] Athenæus [lib. vi. p. 262. A. ed. Casaub.] Φιλιππίδης ἐν ἀναπεύσει, ψωμοκολακεύων καὶ παρεισιὼν ἀεί. κυρίως δὲ ὁ κόλαξ ἐπὶ τούτου κεῖται. κόλον γὰρ ἡ τροφή. ὅθεν ὁ βουκόλος, *armentarius*, καὶ ὁ δύσκολος, ὃς ἔστι δυσάρεστος καὶ σκυθρός. Quo nomine ægrum nos dicimus, eo quod ægris difficile est placere, præsertim in cibis. ψωμὸς, *buccea*. εὔκολος, *facilis*. Suetonius [Cæs. c. 53.] "indifferens circa cibos" ἐτυμολογικῶς. εὐκολία, *facilitas, æquanimitas*. δυσκολία, *morositas*. Tertullianus [de præscriptionibus adversus hæreticos, c. 40.] "Nonne manifeste diabolus morositatem Judaicæ legis imitatus est." Sic vocat accuratam illam descriptionem instrumenti veteris atque anxias observationes Legis. Lex enim posita est populo duræ cervicis, inquit Augustinus: et jugum fuit, teste Petro, quod neque ipsi, [p. 26. ed. D.] neque patres eorum ferre potuerunt [Act. xiv. 10.]. Atque in his, quæ nunc scribimus, forsitan multa morositas inest. Sane quidem ad grammaticas minutias sic descendere, dum studemus prodesse studiosis, πολλὴν ἔχει δυσκολίαν. M. Tullius [de senectute, c. 14.] "At sunt morosi, et auxii, et iracundi, et difficiles senes, si quærimus, etiam avari. Sed hæc morum vitia sunt, non senectutis." Idem [de Offic. i. c. 25.] "In liberis vero populis, et in juris æquabilitate exercenda est facilitas, et altitudo animi quæ dicitur, ne, si irascamur aut intempestive accedentibus, aut impudenter rogantibus, in morositatem inutilem et odiosam incidamus." *Morositas, δυσκολία, facilitas, εὐκολία*. Terentius [Adelphis, III. 3. 36.] "Inepta lenitas patris, et facilitas prava." Livius [lib. VIII. c. 34.] "Nunc patres comes, et senes faciles de alieno imperio spreto, tanquam rei parvæ, disciplinæ militaris eversæ juventuti gratiam facere." Aristophanes de Sophocle [in Ranis, v. 82.] ὁ δ' εὔκολος μὲν ἐνθάδ', εὔκολος δ' ἐκεῖ. *Hic et apud inferos.* Cic. [Acad. IV. c. 31.] "Faciliorque erit, ut albam esse nivem probet, quam erat Anaxagoras, qui id non modo ita esse negabat, sed sibi, quia sciret aquam nigram esse, unde illa concreta esset, albam ipsam esse ne videri quidem." εὐκολώτερος ἔσται. apud Petrum [1 Petr. ii. v. 18.] vetus interpr. "Famuli subditi estote in omni timore dominis, non solum bonis et modestis, sed etiam dyscolis." Nunc habemus in Græco, ἀλλὰ καὶ τοῖς σκολιοῖς. Videtur legisse δυσκόλοις. Nam et parva mutatio est: et morositas vitium est dominorum non minus quam senum: præterea Græca verba aut Hebræa retinere, quum satis commode non possunt exprimi, solemne est interpretibus. Sed Græcum pro Græco reddere, opinor, novum. [p. 27. ed. D.] Dem. ὡς ἐγὼ μὲν ὕδωρ πίνων εἰκότως δύσκολος καὶ δύστροπός εἰμί τις ἄνθρωπος [Philipp. II. p. 73. R.] Hic ad verbum *morosus* est. Plato [de Legg.] ἄνθρωπος δύσκολον θρέμμα, καὶ χαλεπὸν κτῆμα. Cic. [de Oratore II. c. 4.] "Magis adeo id facilitate, quam alia ulla culpa mea contigit." εὐκολία.

— ibid. οὐ μόνον τῷ πολλὰ προεῖσθαι] προΐημι, ἥσω, προεῖκα, pass. προεῖμαι. infinit. προεῖσθαι παρακείμενος. προέσθαι καὶ προΐεσθαι declarant vel *negligentia* vel *proditione amittere*. Cæsar [lib. VI. c. 8.] "Cohortati inter se, ne speratam prædam e manibus dimitterent." παρακελευσάμενοι ἀλλήλοις τὴν ἐλπιζομένην ὠφέλειαν μὴ προΐε-

σθαι. quanquam hoc sæpius Latini dicunt *de manibus amittere*. Terentius [in Phormione I. 2. 91.] "Nunc amitte quæso hunc." Donatus: "Hoc, quod nos dicimus dimitte, antiqui etiam dicebant amitte." Sallustius: "pactione amisso publico legato," pro *dimisso*. B. Hieronymus [contra Rufinum], "Melius est amittere, quod, velimus nolimus, aliquando perituram est. Melius est sponte dimittere, quam id amittere, pro quo omnia dimittenda sunt." Dionysius Hal. [lib. v. c. 66. p. 1005. ed. Reisk.] εἰς ἅπαντα γὰρ ταῦτα τοῖς δεομένοις ἀφορμῆς, οὐδένα τῶν εὐπόρων τὰ ἑαυτοῦ χρήματα προΐσεσθαι. Pollux [III. 113. Onomast.], ὁ ψυχὴν ἂν ἀργυρίου προέμενος. *Qui vel animam pecunia addiceret.* ὁ δεόμενος ἀφορμῆς est, *qui nihil habet a patre relictum, unde rem faciat.* Et hi coguntur pecuniam, quæ est ἀφορμὴ, fœnore alicunde accipere, quam augeant. Hoc igitur verbum et de iis dicitur, qui facile credunt pecuniam. credere enim est committere. Cui contrarium περιέχεσθαι, *complexu tenere*. M. Tullius [pro P. Sulla, c. 20.] "Illud erat genus hominum horribile et pertimescendum, qui tanto amore suas possessiones complexi tenebant, ut ab his membra divelli citius ac distrahi posse diceres." [p. 28. ed. D.] Sic ad Atticum [II. 6.] "Ita sum complexus otium, ut ab eo divelli non queam." Eupolis apud Pollucem [Onom. III. 115.] ἦδη χορηγὸν πώποτε ῥυπαρώτερον τοῦδ' εἶδες; Θᾶττον ἂν τοῦ αἵματος, ἢ χρημάτων μεταδώη τινί. Scribit Philosophus [Ethicorum IV. c. 2.] liberalem προετικὸν εἶναι χρημάτων. ῥυπαρὸς est *sordidus*. Pro avaro non sæpe apud Græcos positum invenies, ut hic. Greg. Naz. δεῖ μὴ προΐεσθαι τὸν καιρὸν, οὗ πάλιν τυχεῖν ἀμήχανον. Ex hoc et Latinum verbum *promitto*. Nam qui promisit aliquid, non potest revocare promissum. Nescit vox missa reverti.

— pen. καὶ μηδὲν εἶναι προῦργου περὶ αὐτῶν εὖ λέγειν] Cic. [de Off. I. 31.] "Neque enim attinet repugnare naturæ." οὐδέν ἐστι προῦργου μάχεσθαι τῇ φύσει. Sic hunc locum interpretati sumus. Dem. in epistola quadam [II. p. 1468. R.] τὸν φθόνον δεδιὼς, περὶς ὃν οὐδὲν ἐστι προῦργου τἀληθῆ λέγειν. Hoc verissimum esse, utinam non nemo, ne dicam me ipsum, non esset expertus. ut recte φθόνον ἄμαχον Euripides [Rhes. 456.] dixisse videatur. Legant, qui volunt, Ciceronis pro Cluentio. Nam et Cluentium non verum aliquod crimen, sed inveterata invidia atque infamia premebat, quam Cicero sic deprecatur [c. 2.] "Etenim sicut aliis in locis parum firmamenti, et parum virium veritas habet: sic in hoc loco falsa invidia imbecilla esse debet. Dominetur in concionibus, jaceat in judiciis. Valeat in opinionibus et sermonibus imperitorum: ab ingeniis prudentium repudietur. Vehementes habeat repentinos impetus: spatio interposito, et causa cognita consenescat. Denique illa definitio judiciorum æquorum, quæ nobis a majoribus tradita est, retineatur, ut in judiciis et sine invidia culpa plectatur, et sine culpa invidia ponatur." Hanc hominum innocentissimi vitare non potuerunt. [p. 29. ed. D.] Nam nostrum quoque Demosthenem invidia falsa auri, quod attulit Athenas Harpalus quæstor Alexandri, judiciumque iniquum Areopagitarum pertulit, in quæstione, "Quo illud aurum pervenerat," ut Cluentium invidia judicii Juniani. Hic autem φθόνος atque invidia est *μέμψις*, ut quodam in loco Scholiastes Thucydidis exponit. Hanc Homerus *νέμεσιν*, quam Eustathius δικαίαν μέμψιν interpretatur. Sophocles [Trachiniis, v. 250. s.] τοῦ λόγου δ' οὐ χρὴ φθόνον, γύναι, προσεῖναι, Ζεὺς ὅτου πράκτωρ φανῇ. Schol. μέμψιν. Arist. [Elench. Sophist. Tract. I. c. 2. §. 6.] ἔπεὶ δέ ἐστί τισι μᾶλλον πρὸ ἔργου, τὸ δοκεῖν εἶναι σοφοῖς, ἢ εἶναι καὶ μὴ δοκεῖν. Lucianus [Gall. c. 1. t. II. p. 704. Reitz.] προοδοῦ ἔσῃ τοῦτο εἰς τὰ ἄλφιτα πεπονηκώς. ἀλφίτοις i. polenta Græci victitabant, ut pulte Romani. πρὸ ἔργου sic dicitur, ut πρὸ ὁδοῦ. τουτέστιν ὑπὲρ ἔργου, καὶ ὑπὲρ ὁδοῦ. vel πρὸς ἔργον. *quod pro re* vel *in rem facit*. Hesiodus [Opp. et D. 577.]:

> Ἠὼς δὲ προφέρει μὲν ὁδοῦ, προφέρει δὲ καὶ ἔργου.

*Aurora confert ad iter, confert ad opus faciundum.* Nam hic πρὸ poni videtur ἀντὶ τοῦ ὑπὲρ, ut προέχειν apud Oratores per metalepsin est ὑπερέχειν, ὑπὲρ enim tam πρὸ significat, quod nos dicimus, *for*, quam *super*. τὸ γὰρ προμαχεῖν est ὑπερμαχεῖν, et προκινδυνεύειν, ὑπερκινδυνεύειν. At ὑπερέχειν est *excellere*. Idem ergo τὸ προέχειν. Hæc est μετάληψις. Apud Herodotum [lib. 9. p. 704. ed. Wess.] legimus: οὐ γάρ τι προῦχει τουτέων μεμνῆσθαι. i. *horum meminisse* οὐκ ἔχει τι πρὸ ἔργου. Hic προέχειν est προφέρειν. Nam sæpe apud eundem ἔχειν καὶ φέρειν usurpantur pro eo quod est aliquo *pertinere*, ut τὸ μὲν ἐς τοὺς Ἀργείους φέρον. Et mox: τὸ μὲν ἐς τοὺς Ἀργείους ἔχον. Sic necesse habemus, more nutricum minima mansa in os inserere parvulis, [p. 30. ed. D.] ut avis Homerica [Iliados IX. 324.] κακῶς δέ τέ οἱ πέλει αὐτῇ. Arist. [Rhet. III. cap. 15.] percallidum genus est criminationis, inquit: πολλὰ ἀγαθὰ προσθέντα, ὃ εἰς τὸ πρᾶγμα προφέρει, ἓν ψέξαι. *Pluribus præpositis laudabilibus, unum vituperare, quod potius est*, aut *quod plus rei fert* (id est enim *refert* Verrio, ut Festus). τοιοῦτοι δὲ τεχνικώτατοι καὶ ἀδικώτατοι. Cic. [in somnio, c. 1. in Fragm.] "Cum in Africam

venissem, nihil mihi potius fuit, quam ut Massanissam convenirem." Gaza vertit: οὐδὲν ἦν μοι πρότερον. Thucydides [lib. I. c. 123.] εἰ ἄρα πλούτῳ τε καὶ ἐξουσίᾳ ὀλίγον προφέρετε. Scholiastes, ὑπερφέρετε, quod est ὑπερέχετε καὶ προέχετε. Ælianus [Var. Hist. I. 3. 1.] καὶ τῶν ἄλλων ὑπερφέρουσι κατὰ πολύ. Theocritus [Idyll. XII. 5.]

"Οσσον παρθενικὴ προφέρει τριγάμοιο γυναικός.

*Quantum virgo præcellit ter nuptæ mulieri.*

P. 137. 1. μηδὲ καθ' ἓν τὸ συμφέρον πάντας ἡγεῖσθαι] Reddere solemus hoc verbi, *ducere*, sed modo significat, *suadere*. Proprie, *præire*. Qui suadet enim, quasi præit sua sententia cæteris. Euripides: Λύγκος δίου τοῦ παντὸς ἡγεῖται λόγος. Hic quartum regit casum alio sensu. Dionysius Hal. [Arch. Rom. V. 65.] παρέσχετο τὴν Ἀθηναίων πόλιν — ἄφεσιν χρεῶν τοῖς ἀπόροις ψηφισαμένην, Σόλωνος προκαθηγησαμένου, καὶ οὐδένα τῇ πόλει τοῦ πολιτεύματος τοῦδε ἐπιτιμᾷν, οὐδὲ τὸν ἡγησάμενον [in Huds. et Reisk. εἰσηγησάμενον] αὐτὸ δημοκόπον καὶ πονηρὸν καλεῖν [ἀποκαλεῖν Huds. e Vat.]. *Exhibuit civitatem Atheniensium, quæ novas tabulas egentibus Solone auctore decrevit. Neque quisquam inventus est, qui consilium hoc in rep. vitio civitati verteret, aut qui id suaderet, improbe popularem vocaret.* At sæpius cum genitivo, ut idem hic auctor paulo ante [c. 64.] ἦν δὲ ταύτης ἡγούμενος τῆς γνώμης Μάρκος Οὐαλέριος. Sed usitatius dicunt εἰσηγεῖσθαι νόμον ἢ γνώμην. [p. 31. ed. D.] Plato [Critone, c. 8.] πρῶτον μὲν ταύτῃ οὐκ ὀρθῶς εἰσηχῇ, εἰσηγούμενος τῆς τῶν πολλῶν δόξης δεῖν ὑμᾶς φροντίζειν, περὶ τῶν δικαίων καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν, καὶ τῶν ἐναντίων. τὸ εἰσηγεῖσθαι, Cicero quodam in loco dicit, in rem quamque honestam atque utilem inducere. Chrysostomus [in Genesin Ser. IV. p. 34. t. II. ed. Francof.] καὶ πρῶτον μὲν παιδεύσωμεν ἑαυτούς, νικᾶν τὸν πλησίον τῇ ἀγάπῃ, καὶ κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι, ὑπερέχοντας ἑαυτῶν τοὺς πέλας ἡγεῖσθαι, duos conjungit locos Apostoli, quorum alter explicat alterum, Phil. ii. v. 3. et Rom. xii. v. 11. Hic enim προηγεῖσθαι non est *præire*, ut volgo redditur, sed *suojudicio anteferre alios, atque honore priores putare*: illic ἡγεῖσθαι, *ducere, æstimare*, ejusdem utrumque sententiæ: et est posterius interpretatio prioris, id quod etiam casus docet. τὸ γὰρ προηγεῖσθαι præcedere gignendi vel dandi casum postulat.

— 3. ἔτι πολλῷ χαλεπώτερον ὑμεῖς αὐτὸ πεποιήκατε] Scholiastes [recentior] ad Electram Sophoclis [v. 559.] λέγεται τὸ ἔτι παρὰ τοῖς κοινοῖς ἀντὶ τοῦ ἀκμὴν, οἷον ἔτι νέος ἐστί. (*He is yet young:* nostrum enim a Græco est reciproce.) καὶ, ἔτι σοιῶ τόδε. λέγεται δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ τούτῳ. vel potius ἀντὶ τοῦ, πρὸς τούτῳ. sic enim dicunt, ἔτι δὲ πρὸς τούτοις, quæ significatio est hujus loci. Quod ait ἀντὶ τοῦ ἀκμὴν παρὰ τοῖς κοινοῖς, i. *vulgaribus*, videtur confirmare illorum opinionem, qui negant Isocratis esse Atheniensis illam παραίνεσιν ad Demonicum, sed nescio cujus Apolloniatæ rhetoris, quia videlicet in ea scriptum est [t. I. p. 6. Aug.] καὶ σὺ μὲν ἀκμὴν φιλοσοφεῖς, *et tu quidem cum maxime philosopharis*, ut et illud Evangelii [Matthæi xv. 16.] καὶ ὑμεῖς ἀκμὴν ἀσύνετοί ἐστε; *Vos etiam adhuc insipientes estis?* quod est ἔτι, *yet*, ex Græco per anagrammatismum. [p. 32. ed. D.] Hoc frequens est apud Polybium, quod Casaubonus ex Seneca *cum maxime* vertit. Sed falsum est, quod hic Scholiastes ait, hunc usum esse tantum παρὰ τοῖς κοινοῖς, nisi si Xenophon est habendus ἐν τοῖς κοινοῖς, cujus hoc est [Ἀναβάσεως IV. 3. 19.] τὰ μὲν σκευοφόρα τῶν Ἑλλήνων, καὶ ὁ ὄχλος ἀκμὴν διέβαινεν [Eum Xenoph. locum laudant Mœris p. 79. Phrynich. p. 48. Tho. Mag. p. 378. ubi vidd. Intpp. Beck.] *impedimenta Græcorum, et turba adhuc erat in trajiciendo.* Quamobrem usus est verbo τοῦ παρατατικοῦ χρόνου. Quod tempus durantem adhuc actionem notat. παρατείνειν enim *extendere et continuare.* Valeant igitur, qui illam luculentam orationem abjudicant Isocrate, ducti tam tenui conjectura, quæ etiam falsa est. Etiamnum, ἔτι καὶ νῦν. quod hoc Ciceronis docet [ad Attic. II. ep. 7.] "Illud quid sit, scire cupio, quod jacit obscure jam etiam;" et est II. significationis. Donatus [in Hecyram Ter. Act. v. sc. 3. v. 13.] "Etiam adverbium est vel consentientis, vel reminiscentis. Sed magis reminiscentis modo." Sic Cic. "Etiam quod pene præterii etc." Est igitur vocula hæc ὁμώνυμος. Cic. "De geographia etiam atque etiam deliberabimus," ἔτι καὶ ἔτι. [ad Atticum II. ep. 7. init.] Pollicitus fuerat Attico suo se scripturum aliquid de situ terrarum. Sed quia res erat; quæ non posset ἀνθρωγραφεῖσθαι, diu cunctatus est, et tandem omisit, ut ipse ait.

— 4. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι πρὸ τῶν πραγμάτων εἰώθασι χρῆσθαι τῷ βουλεύεσθαι] Hæc eadem habentur totidem verbis Philippica iv. [p. 139. ed. Reisk.] Sallustius [cont. Cat. procem.] "Sed diu magnum inter mortales certamen fuit, vine corporis an virtute animi res militaris magis procederet. Nam et prius quam incipias consulto, et ubi consulueris mature facto opus est." Hinc nos vertimus πρὸ τῶν πραγμάτων, *ante quam incipiunt.*

ὑμῖν δὲ μετὰ τὰ πράγματα. [p. 33. ed. D.] si facta consiliis posteriora sunt ordine, absurdum est post facta consilium capere. Quod enim factum est, infectum fieri non potest. Et ne agendi quidem hoc tempus est, nedum consulendi. Bene enim apud Platonem Crito [in Crit. c. 5. extr. Fisch.] ἀλλὰ βουλεύου. μᾶλλον δὲ οὐδὲ βουλεύεσθαι ἔτι ὥρα ἀλλὰ βεβουλεῦσθαι. Hic τὸ ἔτι significat ἀκμήν. Thucydides [lib. i. c. 78.] ἰόντες τε οἱ ἄνθρωποι εἰς τοὺς πολέμους, τῶν ἔργων πρότερον ἔχονται, ἃ χρὴν ὕστερον δρᾶν· κακοπαθοῦντες δὲ ἤδη, τῶν λόγων ἄπτονται. Hæc Thucydides, quæ videtur Demosthenes, ut multa hujus auctoris, imitatus.

— 6. ἐκ δὲ τούτου συμβαίνει] Bene τὰ συμβάντα τῆς ἀβουλίας addit, ut moneat errorum, et diligentiores faciat ad melius postea consulendum.

— 7. τὸν μὲν οἷς ἂν ἁμάρτητε, ἐπιτιμῶντα] Ulpianus in Olynth. I. [p. 20. ed. Colon.] τὸ μὲν ὑφείζειν καὶ λοιδορεῖν παντὶ ῥᾴδιον. τὸ δὲ ἐπιτιμᾶν, ὅπερ ἐστὶ νουθετοῦντος, καὶ τὸ συμφέρον ἐπὶ τιμῇ τῶν ἀκουόντων λέγοντος, οὐ παντός ἐστι. docet hic verbi notationem, ἡ γὰρ ἐπιτίμησις οὐκ ἐφ' ὕβρει γίγνεται τῶν ἀκουόντων, ἀλλὰ ἐπὶ τῇ τιμῇ. Itaque eam Paulus appellat ἐπιτιμίαν, [2 Cor. II. 6.] cui contraria est ἡ ἀτιμία. ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων. *Sufficit ejusmodi objurgatio hæc a pluribus.* sed *pœnam* hic potius notat. Hermogenes [περὶ στάσεων, ultimo cap.] certe pro *pœna* posuit: εἰ καὶ ἑταῖρα, ἀλλὰ ἰδίαν ἔχουσά γε τῆς ὡραιεργίας ταύτης ἐπιτιμίαν, μὴ ὁμοίαν εἶναι ταῖς ἐλευθέραις, μηδὲ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσθαι. Sapientiæ III. [v. 10.] οἱ δὲ ἀσεβεῖς καθὰ ἐλογίσαντο, ἔξουσιν ἐπιτιμίαν. Est et *objurgatio* pœna quædam. pro quo Dem. τὰ ἐπιτίμια, καὶ τὸ ἐπιτίμιον. τὴν ἐπιτιμίαν, *statum incolumem dignitatis.*

— 8. εὐδοκιμεῖν] *bene audire, plausum referre post disertam orationem habitam,* [p. 34. ed. D.] aut *rem bene gestam,* quod etiam εὐημερεῖν dicitur. Plato, [de rep. 1. p. 151. s. t. VI. Bip.] ἀλλὰ τὸ τοῦ Θεμιστοκλέους εὖ ἔχει, ὃς τῷ Σεριφίῳ λοιδορουμένῳ καὶ λέγοντι, ὅτι οὐ δι' αὐτὸν, ἀλλὰ διὰ τὴν πόλιν εὐδοκιμοῖ, ἀπεκρίνατο, ὅτι οὔτ' ἂν αὐτὸς Σερίφιος ὢν ὀνομαστὸς ἐγένετο, οὔτ' ἐκεῖνος Ἀθηναῖος. Cic. vertit, [de senectute, c. 3.] "Ut Themistocles fertur Seriphio cuidam in jurgio respondisse, cum ille dixisset, non eum sua, sed patriæ gloria splendorem assequutum, Nec hercule, inquit, si ego Seriphius essem, nobilis, nec tu si Atheniensis esses, clarus unquam fuisses." Vertit διὰ τὴν πόλιν εὐδοκιμεῖν, *patriæ gloria splendorem assequi.* Inest etiam gloria in significatione verbi. ἀπὸ τοῦ δοκεῖν, unde δόξα, δόκιμος, εὐδόκιμος, *probus, bene probatus.* Itaque addit noster ἐξηγητικῶς, καὶ δοκεῖν εὖ λέγειν. Præterea Cicero vertit ὀνομαστὸς, *nobilis, clarus* autem est εὐδόκιμος. Porro legisse apud Platonem videtur, τῷ Σεριφίῳ. Sed potius dicendum fuit Σεριφίῳ τῷ, *Seriphio cuipiam.*

— 10. οὐ μὴν καίπερ τούτων οὕτως ἐχόντων, οἶμαι καὶ πεπεικὼς ἐμαυτὸν ἀνέστηκα] Se ipsum conclusit in angustias, ut, si inde se posset expedire, et exitum invenire, admirabilior viderctur, quod hic pollicetur. Talis est clausula exordii pro Corona, [p. 227. Reisk.] πειράσομαι μὲν οὖν ὡς μετριώτατα τοῦτο ποιεῖν. Sic et Isocrates in illa de pace, quam memoravimus, [p. 176. s. t. II. Aug.] ἐγὼ δὲ οἶδα μὲν, ὅτι πρόσαντές ἐστιν ἐναντιοῦσθαι ταῖς ὑμετέραις ἐπιθυμίαις — ὅμως δὲ καὶ τούτων ὑπαρχόντων οὐκ ἂν ἀποσταίην ὧν διενοήθην. *Equidem scio, quam sit arduum vestris adversari cupiditatibus. Sed quamvis ita sit, a proposito non desistam.*

— ibid. οἶμαι] Moratum. τὸ γὰρ εὐδοιαστῶς λέγειν, ἠθικὸν ποιεῖ τὸν λόγον, [p. 35. ed. D.] inquit Hermogenes, [de Id. lib. 1. p. 64.] τὸ δὲ ἀποφαντικῶς, σεμνόν. *Dubitanter dicere et hæsitanter moratum orationem facit, asseveranter gravem.* Non dicit φησὶ, quod asseverationis est, sed οἶμαι, *puto.* Sed quia hoc verbum non nihil diffidentiæ præ se fert, bonam spem, quæ sequuntur, ostendunt, καὶ πεπεικὼς ἐμαυτὸν ἀνέστηκα. Non temere enim, tali prudentia cognitus, quicquam sibi persuaserit.

— 12. ὡς ὑπὲρ πόλεως βουλευομένοις προσήκει] *ut pro patria consultantes decet.* Sic Cicero supra, διὰ τὴν πόλιν εὐδοκιμεῖν, *patriæ gloria splendorem assequi.* Euripides, [Ione 261.] πατρὶς γῆ δ' Ἀθναίων πόλις. Chrysostomus [Ser. 11. in Evang. Io.] de Ioanne Evangelista: ποίας οὖν ἦν πατρίδος; πατρίδος μὲν οὐδεμιᾶς, κώμης δὲ εὐτελοῦς, καὶ χώρας φαυλοτέρας καὶ οὐδὲν φερούσης ἀγαθόν. Nihil enim ex Galilæa boni. Erat autem Ioannes de Bethsaida Galilææ. Xenophon de Corinthiis, quorum Argivi civitatem occupaverant: αἰσθόμενοι δὲ ἀφανιζομένην τὴν πόλιν, διὰ τὸ καὶ ὅρους ἀνασπᾶσθαι, καὶ Ἄργος ἀντὶ Κορίνθου τὴν πατρίδα αὐτῶν ὀνομάζεσθαι. [Rerum Græcarum IV. c. 4. §. 6.] Idem ibidem mox, [§. 6. p. 207. Schneid.] πειρωμένους δὲ τὴν πατρίδα, ὅσπερ ἦν ἐξ ἀρχῆς, Κόρινθον ποιῆσαι. M. Tullius, [de legibus II. c. 2.] "Sed illud tamen quale est, quod paulo ante dixisti, hunc locum (idem ego te accipio dicere Arpinum) germanam patriam esse vestram? numquid vos duas habetis patrias? anne est illa una patria communis? nisi forte sapienti illi Catoni fuit patria, non Roma, sed Tusculum. M. Ego mehercule et illi et omnibus municipibus duas esse censeo patrias, unam naturæ, alteram civitatis. Ut ille Cato, cum esset

Tusculi natus, in populi Ro. civitatem susceptus est. Itaque quum ortu Tusculanus esset, [p. 36. ed. D.] civitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram civitatis." Hinc Euripides Ione, [294.] Εὔβοι' Ἀθήναις ἐστί τις γείτων πόλις. πολίτης est ἐπιχώριος, ut Strabo, quem conterraneum dicimus. Lucas, [Evang. XV. 15.] πορευθεὶς ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας ἐκείνης. Non dicit τῆς πόλεως. χώρα producit χωρίον, quod et oppidum est et rus. A quo χωρίτης apud Xenophontem, [Hell. III. 2. 22.] rusticus, agrestis. ἀπὸ τοῦ χωρίον κατὰ μετάθεσιν καὶ ἐπενθεσιν τοῦ τ, country, countryman. sic rusticum et civem dicimus. χωρίτην καὶ πολίτην. Cic. ad Atticum, [lib. II. ep. i. p. 167. ed. Græv.] "quod in eis orationibus, quæ Philippicæ nominantur, enituerat civis ille tuus Demosthenes." Erat enim Atticus Atheniensium civitate donatus, et inde cognomen hoc deportavit. Proximum in lege Græci nonnunquam vertunt πολίτην.

— 13. ἔξειν καὶ λέγειν καὶ συμβουλεύειν] His verbis erigit auditorum animos, et spe meliore permulcet. Nam illa anceps atque difficilis consilii capiendi ratio, quam proposuit, abjicere et debilitare potuit.

— 15. τὰ προειμένα σωθήσεται] amissa recuperentur. Dem. [de ementita Legatione, p. 348. ed. Reisk.] πολλάκις συμβαίνει πολλῶν πραγμάτων καὶ μεγάλων καιρὸν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ γίγνεσθαι, ὃν ἐάν τις καθυφῇ τοῖς ἐναντίοις καὶ προδῷ, οὐδ' ἂν ὁτιοῦν ποιῇ, πάλιν οἷός τ' ἔσται σῶσαι. Occasionem (quæ velox est, ut inquit Hippocrates [Prædict. II. 29, 117. Aph. I. 1.]) siquis oblatam dimiserit hostibus et prodiderit, ne si quidvis quidem fecerit, rursus poterit reciperare. Idem ille medicorum Princeps: χρόνος ἐστὶν, ἐν ᾧ καιρός. καὶ καιρὸς, ἐν ᾧ χρόνος οὐ πολύς. ἄκεσις χρόνῳ, ἔστι δ' ὑνίκα καὶ καιρῷ. Quædam enim curationes diuturnæ sunt: nonnunquam medicinam adjuvat ipsa opportunitas et occasio. Sed hoc frequentius dicunt ἀνασάζειν καὶ ἀνακτᾶσθαι. [p. 37. ed. D.] M. Tullius, [pro Milone, c. 37.] "me non potuisse Milonis salutem tueri per eosdem, per quos nostram ille servasset?" at in exilium pulsus est, et per Milonem inter ceteros restitutus. Idem, [pro Rabirio Postumo, c. 10.] "Nam ut ventum est Alexandriam ad Auletem, hæc una ratio a Rege proposita Postumo est servandæ pecuniæ, si curationem et quasi dispensationem regiam suscepisset." Grandem pecuniam regi crediderat Postumus. Hinc σωτὴρ, Dominus, qui servavit nos, cum eramus perditi. Itaque hujus vim vocabuli contra Verrem [II. 63.] negat Latine posse exprimi Cicero. Virg. Ecloga 9. [v. 7—10.]

" Certe equidem audieram, qua se subducere colles
Incipiunt, mollique jugum demittere clivo,
Usque ad aquam et veteris jam fracta cacumina fagi,
Omuia carminibus vestrum servasse Menalcam."

id est, recuperasse, inquit Servius. Nam omnes possessiones suas bello civili Virgilius amiserat, qui Menalcæ nomine est intelligendus teste Fabio. [lib. VIII. Inst. Or. c. 6. §. 46.] Sic enim ille agens de allegoria sive translatione: " Ut (inquit), in Bucolicis, Certe equidem audieram, et quæ sequuntur usque ad finem quarti versus. Hoc enim loco præter nomen, cetera propriis decisa sunt verbis. Verum non pastor Menalcas, sed Virgilius est intelligendus." Hæc Fabius.

— ibid. προειμένα] neglecta et prodita. De priore acceptione jam diximus. De proditione unum aut alterum addamus exemplum. Dem. [Philip. II. p. 68. ed. Reisk.] κέκρισθε γὰρ ἐκ τούτων τῶν ἔργων μόνοι τῶν πάντων, οὐδενὸς ἂν κέρδους τὰ κοινὰ δίκαια τῶν Ἑλλήνων προέσθαι. Isocrates, [Panegyrico, c. 43. ed. Mor.] ἐκεῖνοι γὰρ ὑστερήσαντες τῶν βαρβάρων, [p. 38. ed. D.] καὶ προέμενοί τινας τῶν συμμάχων, ἠναγκάσθησαν ὀλίγοι πρὸς πολλοὺς κινδυνεύειν. Plutarchus [in Phocione, c. 26.] post victoriam Antipatri non magnam, αἴσχιστα προήκαντο τὴν ἐλευθερίαν, postquam, inquit, ἠττήθησαν οἱ Ἕλληνες οὔτε μεγάλην ἧτταν, οὔτε πολλῶν πεσόντων. id quod Otho fecit magna cum laude, uno prælio victus ab æmulo. [v. Tacitus, Hist. II. 47. s.]

— 16. [p. 39. ed. Doun.] ἀκριβῶς δὲ εἰδὼς] Προδιεράστεια. Cum enim dicturus esset, quæ ipse aliquando dixisset in concionibus apud populum, quæ recte quidem erant et verissime dicta, sed a populo repudiata: ea autem ipsum commemorare, et laudes suas prædicare, invidiosum et molestum auditoribus: ante illius orationis, quam habiturus est, invidiam mitigat. Quæ quidem oratio nec ipsa ad causam pertinet, quamvis sit necessaria: sed extrinsecus assumpta est, ut προκατασκευὴ suasionis illius, quam parat. Est igitur hæc, quam nunc tractamus, quasi præmunitio præmunitionis: ne, dum fidem et auctoritatem sibi conciliare meditatur, odium atque invidiam quærat.

— 17. περὶ ὧν αὐτὸς εἶπέ τις] Repetiturus est aliquot suasiones suas, in quibus non est auditus: et tamen in iis ab ipso rectum et verum stetit, quo nunc facilius audientiam consequatur. Cum autem omnis jactatio molesta et odiosa est, tum ingenii maxime. πάντες γὰρ ἀμωσγέπως ἀντιποιοῦνται τῆς ἀρετῆς, inquit Plato [Pro-

tagora]. Sed non omnes possunt esse sapientes neque diserti. Itaque in his major videtur esse excellentia, [p. 40. ed. D.] eo quod rara sunt, nec multis communia. Qui justitiam et integritatem sibi non asserit, fatuus est. Qui sapientiam aut eloquentiam, arrogans.

— ibid. καὶ περὶ αὐτοῦ] Hinc περιαυτολογία. Plutarchus, [Quomodo se quis sine invidia laudaverit, p. 133. t. VIII. Reisk.] ἀλλὰ καὶ τοὺς στεφανουμένους ἐν τοῖς ἀγῶσιν, ἕτεροι νικῶντας ἀναγορεύουσι, τὴν ἀηδίαν τῆς περιαυτολογίας ἀφαιροῦντες. Absurdum est enim quemquam esse præconem suæ laudis.

— ibid. παρ' ὑμῖν τῶν πάνυ λυσιτελούντων τοῖς τολμῶσιν ὄν] Hic et impudentiam eorum notat, qui caudam popello jactarent: et levitatem Atheniensium, qui talibus præberent aures. Estque in his quædam τραχύτης, sed lenior, quam dicit παρ' ὑμῖν.

— 18. τῶν πάνυ λυσιτελούντων] Si illi faciunt hoc cum aliquo suo compendio, dabitis veniam mihi, si id ego faciam nullo meo, sed vestro commodo. Nihil est enim, quod sperem a vobis propter hoc ipsum amplius. τὸ λυσιτελοῦν autem est, gratia quam inibant apud populum, et beneficia ex gratia. Porro λυσιτελεῖν aliquid dicitur proprie, cum fructus æquat, aut etiam superat sumptum, et commodum pensat impensam: aut ubi compendium majus est impendio. τέλος enim δαπάνη, *sumptus*, et τελεῖν, δαπανᾶν, *sumptum facere*. Unde est πολυτελὴς, *sumptuosus*, et εὐτελὴς, *nullius pretii*. λύειν, *luere, solvere*. Thucydides, [lib. IV. c. 60.] κακῶς ἡμᾶς αὐτοὺς ποιούντων τέλεσι τοῖς οἰκείοις. Scholiastes, τέλεσι, ταῖς δαπάναις, ὅθεν καὶ εὐτελὲς καὶ πολυτελές. Dem. [Philip. III. p. 73. ed. Reisk.] Χερρόνησον δὲ τοῖς αὐτοῦ τέλεσι διορύξειν. Philippus pollicitus est Atheniensibus, se peninsulam hanc, quæ ditionis eorum erat, *suis sumptibus perfossurum*, atque effecturum insulam, [p. 41. ed. D.] ut multi conati sunt Isthmum Corinthiacum perfodere. Xenophon, [Rerum Græcarum V. c. 3. §. 21.] τοσοῦτον γὰρ ἐγκράτεια γαστρὸς διαφέρει, ὥστε οἱ Φλιάσιοι τὸν ἥμισυν συμψηφισάμενοι σῖτον τελεῖν ἢ πρόσθεν, καὶ τοῦτο ποιοῦντες, τὸν διπλάσιον τοῦ εἰκότος χρόνον πολιορκούμενοι διήρκεσαν. *Tantum continentia ventris præstat, ut Phliasii, cum decrevissent, dimidium ejus, quod solebant ante, frumenti consumere, idque fecissent, duplo diutius, quam posse viderentur, obsessi durarent.* διαρκεῖν est ἀντέχειν aliis, pro quo Thucydides ἀνταρκεῖν. hic igitur τελεῖν est δαπανᾶν, ut, quod Horatius dicit, "fruges consumere nati," σῖτον τελεῖν καὶ ἀναλίσκειν πεφυκότες. Varro primo de re rustica, [c. 8.] "Vineam sunt qui putent sumptu fructum devorare." Catullus, [Carm. 114, 2. s.] Formianus saltus dives

"Fertur, qui quot res in se habet egregias?
Aucupia omne genus, pisces, prata, arva, ferasque.
Nequicquam. fructus sumptibus exsuperat."

Plato, [de rep. II. p. 219. s. t. VI. ed. Bip.] λυσιτελέστερα δὲ τῶν δικαίων τὰ ἄδικα, ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος λέγουσι, καὶ ὡς λυσιτελεῖ τὸ ἀδικεῖν, ἐὰν λανθάνῃ. Strabo [lib. III. p. 221. ed. Almel.] scribit, nasci in quadam Hispaniæ parte plumbum, cui aliquid argenti sit admistum, non tantum tamen, ut expediat repurgare: παραμέμικται μέν τι καὶ ἀργυρίου μικρὸν, οὐχ ὥστε δὲ καὶ λυσιτελεῖν ἀποκαθαίρειν. Xenophon, [ἐν τῷ περὶ προσόδων, c. 4. §. 6.] καὶ ὅταν γε πολὺς σῖτός τε καὶ οἶνος γένηται, ἀξίων ὄντων τῶν καρπῶν, ἀλυσιτελεῖς αἱ γεωργίαι γίγνονται. Aristophanes, [Eqq. 642.] Nunquam vidimus ἀφύας ἀξιωτέρους, viliores pisciculos, minoris venire, quod enim bene emptum est, valet pecuniam. [p. 42. ed. D.] Apud Plinium legimus, [lib. XVIII. Hist. Nat. sect. 7. §. 4.] nihil minus expedire, quam optime colere agrum: "bene colere necessarium est, optime damnosum. Domino aliquas messes colligere non expedit, si computetur impendium operæ." M. Tullius, [actione in Verrem II. lib. i. c. 3.] "Ut ego hunc unum ejusmodi reum post hominum memoriam fuisse arbitrer, cui damnari expediret." Sallustius, [b. Jug. c. 77.] "Ita Jugurtha ratus, aut capta urbe operæ pretium fore," ἢ πόλεως ἀλούσης λυσιτελήσειν. Arist. [Politicorum II. cap. 5. p. 90. s. ed. Conring.] ostendens, quantis opibus et copiis civitatem esse oportet, quam abundantem divitiis et refertam, inquit: ἴσως οὖν ἄριστος ὅρος, τὸ μὴ λυσιτελεῖν τοῖς πρείττοσι διὰ τὴν ὑπερβολὴν πολεμεῖν — οἷον εὔβουλος Αὐτοφραδάτου μέλλοντος Ἀταρνέα πολιορκεῖν, ἐκέλευσεν αὐτὸν σκεψάμενον, ἐν πόσῳ χρόνῳ λήψεται τὸ χωρίον, λογίσασθαι τοῦ χρόνου τούτου τὴν δαπάνην. ἐθέλειν γὰρ ἔλαττον τούτου λαβὼν ἐκλιπεῖν ἤδη τὸν Ἀταρνέα. Suetonius, [Augusto, c. 25.] "Prœlium quidem aut bellum suscipiendum omnino negabat Augustus, nisi quum major emolumenti spes, quam damni metus ostenderetur. Nam minima commoda non minimo sectantes discrimine, similes aiebat esse aureo hamo piscantibus: cujus abrupti damnum nulla captura pensari posset." Simile est huic apud Thucydidem [lib. V. c. 16.] Laconicum illud proverbium, quod illis oraculo quodam editum fuit: Διὸς υἱοῦ ἡμιθέου τὸ σπέρμα ἐκ τῆς ἀλλοτρίας ἐς τὴν ἑαυτῶν ἀναφέρειν, εἰ δὲ μή, ἀργυρέα εἰλάκαν εἰλάξειν. Jovis filius semideus est Hercules, cujus

Πλειστάναξ, rex eorum, ἀπόγονος. Reges enim Lacedæmoniorum erant Hercule oriundi. Hunc reducendum in patriam Apollo monebat, aut famem exspectandam. ἀναφέρειν γὰρ τὸ κατάγειν. εὐλάκαν δὲ τὴν ὕνιν Lacedæmonii dicunt, id est, *vomerem*. [p. 43. ed. D.] εὐλάξειν, ἀρόσειν. hoc igitur voluit oraculum: οὐ λυσιτελήσειν αὐτοῖς τὴν γῆν γεωργεῖν, ὥσπερ εἰ ἀρχυρεῖς ἐργαλείοις ἐχρῶντο, ait Scholiastes, [p. 713. t. I. ed. Gottleb.] ut igitur οὐ λυσιτελεῖ, si quis aureo piscaretur hamo, sic οὐ λύει τὰ τέλη, si vel aureo vel argenteo vomere fruges quæreret, sed plus detrimenti quam emolumenti caperet. Sic enim Sophocles dixit, [Œdipo Tyranno, v. 316. s.] διαλελυμένας, φρονεῖν ὡς δεινόν, ἔνθα μὴ τέλη λύει φρονοῦντι. ubi Triclinius: ἔνθα τὸ φρονεῖν οὐ λυσιτελεῖ, *non operæ pretium est, non expedit, non est tanti*. Juvenalis [IX. Sat. v. 27. s.]

"Utile et hoc multis vitæ genus, at mihi nullum
Inde operæ pretium."

Cic. [ad Atticum II. ep. 13. extr.] "quare mihi crede, φιλοσοφῶμεν. Juratus tibi possum dicere, nihil esse tanti," id est, οὐδὲν εἶναι λυσιτελέστερον τοῦ φιλοσοφεῖν. Plinius junior ad Trajanum, [Panegyrico, c. 6. §. 2.] "Si tamen hæc sola erat ratio, quæ te publicæ salutis gubernaculis admoveret, prope est ut exclamem, tanti fuisse." λυσιτελῆσαι. Simile illud Lucani, [lib. I. v. 33. s. 37. s.]

"Quod si non aliam venturo fata Neroni
Invenere viam, etc.
Jam nihil, o Superi, querimur. scelera ista nefasque
Hac mercede placent."

quasi diceret, est tanti defunctos esse tot bellis civilibus. Euripides [in Alcestide, v. 630. s.] simplici verbo:

φημὶ τοιούτους γάμους
λύειν βροτοῖσιν, ἢ γαμεῖν οὐκ ἄξιον.

*aut uxorem ducere non expedit*. quanquam aliter Scholiastes ille exponit locum Sophoclis: εἴρηται, φησὶν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν φόρεις ὑποκειμένων, οὓς εἴ τις τῶν φόρων ἐξέλει, λυσιτελεῖ. [p. 44. ed. D.] Nam τὸ τέλος est etiam φόρος, *vectigal, tributum. prodest hic quidem, et valde commodus est, si quis tributorum onera demat*. Sed prior significatio τοῦ τέλους huic verbo mihi videtur aptior. Sophocles [in Electra, vs. 1005.]

λύει γαρ ἡμᾶς οὐδὲν, οὐδ' ἐπωφελεῖ.

quod utri sit interpretationi propius, Lector judicet. Athenæus [lib. VI. p. 227. F. ed. Casaub.] κἂν μὲν οὐσίαν ἔχῃ, ἧς αἱ πρόσοδοι λύουσι τἀναλώματα. *si rem habet, cujus reditus pensant impensas*. Postremo tanquam Culophonem illud Juvenalis quoque addamus, [Sat. III. v. 21. s.]

"Hic tunc Umbritius, quando artibus, inquit, honestis
Nullus in urbe locus, nulla emolumenta laborum,"

migremus ex urbe, id est, quando compendia atque emolumenta non compensant labores, quos studiis impendimus.

— ibid. τοῖς τολμῶσιν ὦν] Quasi non omnes id auderent, ac ne multi quidem: nullus denique non audacia singulari præditus. καὶ τοῦτό μοι δοκεῖ λέγειν ἀποτεινόμενος πρὸς Αἰσχίνην· ὃς ἐκ Μακεδονίας ἐπανελθὼν ἀπὸ τῆς πρεσβείας, μακροὺς διεξῆλθεν ἐν τῷ δήμῳ πρὸς τὸν Φίλιππον εἰρημένους αὐτῷ ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως λόγους, ut ipse jactat φιλοτιμούμενος ἐν τῇ ἀπολογίᾳ τῆς παραπρεσβείας, sæpe hac arte promeritus populum.

— ibid. οὕτως ἡγοῦμαι φορτικὸν καὶ ἐπαχθὲς] Hæc duo nomina, quæ sæpe ut συνώνυμα copulantur, Seneca ad verbum expressit, [de beneficiis II. c. 2.] "Molestum verbum est, onerosum, et demisso vultu dicendum, Rogo." φορτίον enim *onus*, ἐπαχθὲς, *molestum*. ἄχθομαι, *moleste fero*. Dem. [pro Corona, p. 226.] τοῖς ἐπαινοῦσι δ' ἑαυτοὺς ἄχθεσθαι. Laertius, [Vit. Philos. VII. 112.] ἄχθος λύπη βαρύνουσα. Cic. "ægritudo premens," vel potius gravans. [p. 45. ed. D.] ἄχθος etiam est *onus*, ut ἑτάσιον ἄχθος ἀρούρης, *telluris inutile pondus*. Sophocles de Diis, [Ajace Lorario, vs. 951.] καὶ μὴν ἄγαν ὑπερῤῥιθὲς τόδ' ἄχθος ἤνυσαν· qui interemerant Ajacem, et Minervam inquit. Est etiam ἄχος, λύπη, *molestia*, unde ἄχθος, ut μαλακὸς μαλθακὸς addita litera. Cic. [pro Rabirio Post. c. 10.] "odiosum negotium Postumo videbatur." φορτικὸν πρᾶγμα. "molestum etiam nomen ipsum." ἐπαχθὲς καὶ τοὔνομα. Terentius, [Heautont. III. 3, 6.] 'vel heri in convivio quam immodestus fuisti? quam molestus?' φορτικὸν enim fuit καὶ ἄκοσμον, 'manum non abstinere, amicam amici subagitare in convivio,' [vel *subigitare*, ut ed. Bentlei. qui et in loco antea laudato dedit: vel heri in vino —. *Beck.*] ut Comicus loquitur. Jam si molestum et grave est ab alio laudari nimis, ut inquit Euripides, [Orest. 1162.] ζάρος τι κἀν τῷδ' ἔστιν αἰνεῖσθαι λίαν, quanto magis, si te ipsum importune laudaveris. "Antonius mihi, inquit Cicero, [ad Atticum X. ep. 8.] præmisit odiosas literas," in quibus erat, "Quia te nimio plus diligo, non possum dissimulare, mihi famam quoque, quamvis sit falsa, magni esse." φορτικὰ γράμματα. Veruntamen Pindarus affirmans, [Olymp. IX. 59.] τὸ καυχᾶσθαι παρὰ καιρὸν μανίαισιν ὑποκρέκειν, id est, συνᾴδειν, *concinere insaniis*, tempus esse indicat, cum id ἐμμελῶς fiat. nam et Plutarchi libellus est περὶ τοῦ ἀνεπιφθόνως ἐπαινεῖν ἑαυτόν. Xe-

nophontis est, [Mem. II. 1, 31.] cuique laudem ex ore alieno τῶν ἀκουσμάτων ἥδιστον εἶναι, sed ex suo de se τοῖς ἑτέροις λυπηρότατον. quod est etiam in proverbiis Salomonis. Suarum laudum præconibus ait Demosthenes, [de Corona, p. 270.] τὸ τοὺς ἀκούοντας ἀλγεῖν ποιεῖν, ὅταν λέγωσιν, οὐ δοκεῖν τοιούτους εἶναι περίεστι. Plutarchus [t. VIII. p. 132. s. Reisk.] τὸ περὶ ἑαυτοῦ λέγειν, ὥς τι ὄντος ἢ δυναμένου, λόγῳ μὲν ἐπαχθὲς ἀποφαίνουσι πάντες, καὶ ἀνελεύθερον· ἔργῳ δὲ οὐ πολλοὶ τὴν ἀηδίαν αὐτοῦ διαπεφεύγασιν. [p. 46. ed. D.] et mox, φορτικωτάτη κέχρηται μεγαλουχίᾳ. Philosophus [Aristot. Eth. I. c. IV.] οἱ μὲν πολλοὶ καὶ φορτικώτατοι τὴν ἡδονὴν summum bonum ponunt: οἱ δὲ χαρίεντες καὶ πρακτικοὶ τιμήν. Notanda est antithesis. χαρίεντες, homines sunt elegantes et urbani, ut ὁ χαρίεις Ἀριστοφάνης. Sed interdum tamen est φορτικὸς, ut Chrysostomus dixit τὴν φορτικὴν κωμῳδίαν. Cæterum omnia sic ad tenue elimare, μήποτε φορτικὸν ᾖ. Sed hoc a principio videndum fuit. Nunc, quoniam cœpimus, danda nimirum vela sunt ventis.

— 19. ὥστε ἀνάγκην οὖσαν ὁρῶν ὅμως ἀποκνῶ] Venia danda est necessitati, quæ nulla tenetur lege: et tamen hoc se refugere dicit, tantum superest illi modestiæ. Pro Corona autem et hanc causam complectitur, et quicquid est in re vitii vel odii, mirifice transfert in adversarium: ὅ, τι δ' ἂν τὸ πρᾶγμα αὐτὸ ἀναγκάζῃ, τοῦτον τὴν αἰτίαν οὗτός ἐστι δίκαιος ἔχειν, ὁ τοιοῦτον ἀγῶνα ἐνστησάμενος. Hoc imitatur Tullius in Sallustium [c. 1.] εἰ γνήσιος ὁ λόγος: "Id vos, si forte offendimini, justius huic, quam mihi succensere debetis, qui initium introduxit." Hermog. [Methodo δεινότητος, p. 60.] Demosthenes, inquit, pro Corona, quum se laudaturus esset: καὶ τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν, πολλάκις χρῆται τῇ ἀνάγκῃ λέγων, ἐὰν δὲ ἐφ' ἃ πεποίηκα καὶ πεπολίτευμαι βαδίζω, πολλάκις λέγειν ἀναγκασθήσομαι περὶ ἐμαυτοῦ. Tres autem sunt methodi, inquit, quum hoc ἀνεπαχθῶς facere possumus, κοινότης λόγου, ἀνάγκης προσποίησις, προσώπου ὑπαλλαγή. De necessitatis simulatione jam diximus. τῆς κοινότητος exemplum præbet Isocratis ad Demonicum παραίνεσις. Hoc enim voluit dicere: Ego sum vir optimus, mi Demonice, et solus amicus fidelis tui patris mortui, tibique ipsi benevolus. [p. 47. ed. D.] Sed si palam ita dixisset, nimis ἐπαχθὲς esset καὶ εὐμίσητον. πῶς οὖν ἀνεπαχθῶς ἐμεθόδευσε τὸν λόγον; inde a principio statim: κοινῷ τῷ λόγῳ χρῆται, περί τε σπουδαίων ἀνδρῶν καὶ φαύλων λέγων, καὶ διακρίνων τὰ ἤδη τῶν ἀγαθῶν καὶ πονηρῶν φίλων. οὕτως δὲ αὐτὸς ὢν φαίνεται τῶν ἀγαθῶν. Hæc Hermogenes. Vide principium orationis. Idem mox: ἐπεὶ δὲ τῇ ἀνάγκῃ πολλάκις χρώμενος Δημοσθένης ὕποπτος ἦν, καὶ τῇ τοῦ προσώπου ὑπαλλαγῇ χρῆται, *commutatione personæ*. Hoc autem est: ὅταν τι μέτριον λέγῃ, τότε πρὸς τοὺς Ἀθηναίους λέγει. ὅταν δὲ ὑπερήφανον καὶ ἐπαχθὲς, πρὸς Αἰσχίνην. ut [de Corona, p. 325.] οὐ λίθοις ἐτείχισα τὴν πόλιν, οὐδὲ πλίνθοις ἐγὼ, ἀλλὰ τὸν ἐμὸν τειχισμὸν εἰ βούλει σκοπεῖν, εὑρήσεις ὅπλα, καὶ πόλεις, καὶ συμμάχους. Hæc enim habita ad Athenienses oratio ferenda non erat: conversa ad Æschinem nullam habet invidiam. Rursus, inquit, quæ de suo largitus est populo, si dixisset ad populum, gravis fuisset oratio: λέγει δὲ πῶς; ὧν μέντοι ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ἐπέδωκα, οὐδεμίαν ἡμέραν ὑπεύθυνος εἶναί φημι. ἀκούεις, Αἰσχίνη; κατ' ἀποστροφὴν, ad Æschinem avertit orationem, ἵνα δοκοίη τὸν ἐχθρὸν λυπεῖν, καὶ μὴ τοὺς Ἀθηναίους ὀνειδίζειν [de Corona, p. 263. ed. R.]. Dicit, audin' Æschine? quasi aurem vellicans.

— 20. νομίζω δ' ἄμεινον ἂν ὑμᾶς περὶ ὧν νῦν ἐγὼ, κρῖναι] Est igitur hoc concedendum, in loco si feceris, et quum est necessarium atque utile audientibus. Nam inanis gloriæ causa facere ineptum est, et non ferendum. Non ergo sui gratia nunc sua prædicat, sed illorum, quo melius de re præsente judicent. Plutarchus [t. VIII. p. 135. Reisk.] ἔστιν ἧ παρακινδυνεύσειεν ἂν ὁ πολιτικὸς ἀνὴρ, ἅψασθαι τῆς καλουμένης περιαυτολογίας, πρὸς οὐδεμίαν αὐτοῦ δόξαν καὶ χάριν, ἀλλὰ καιροῦ καὶ πράξεως ἀπαιτούσης. Ut Pericles apud Thucydidem, [Lib. II. de b. Pelop. c. 60.] καίτοι ἐμοὶ τοιούτῳ ἀνδρὶ ὀργίζεσθε, [p. 48. ed. D.] ὃς οὐδενὸς ἧσσων οἶμαι εἶναι, γνῶναί τε τὰ δέοντα, καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα, φιλόπολίς τε καὶ χρημάτων κρείσσων. Quæ omnia fuere in nostro Demosthene. Nam et populus illi fortasse succensuit, quod, cum Philippo semper adversatus esset, nunc pro Philippo diceret: et quis illo vel intelligendo vel eloquendo promptior? quis amantior patriæ, aut qui minus pecunia capi posset? contra salutem reip. duntaxat. Nam si privatim minime sprevit, non fuit vituperandus. Confer cum his, quæ supra retulimus et procemio pro Corona de excusatione τῆς περιαυτολογίας. Ideo namque integrum locum adscripsimus.

[P. 49. ed. Doun.] — ult. πρῶτον μὲν ἡνίκ' ἔπειθόν τινες ὑμᾶς] Προκατασκευὴ, qua fidem præstruit iis, quæ dicenda sunt, ex ante dictis in concione Atheniensium, in quibus sagacitatem suam eventus comprobavit. Itaque hanc Tertullianus præstructionem, alii præmunitionem vocant. [p. 50. ed. D.] Ulpianos: εἰδὼς τὸ χαλεπὸν τῆς ὑποθέσεως, καὶ ὅτι δυσχερῶς προσήσονται, σύστασιν ποιεῖται τῶν οἰκείων λόγων, ὡς μὴ ἀμαρτόντων μηδέποτε, μηδὲ διαπιπτόντων περὶ τὰς ὑποθέσεις: ut errata sua pristina agnoscentes, cum illi bene monenti non obtemperarent, nunc in idem peccatum non incidant. Notandum in Ulpiano ver-

bum προσήσονται, contrariùm fere τῷ προίσθαι, de quo diximus. προσίεσθαι, *admittere, ad se recipere.* Nonnunquam *admittere in se facinus.* Xenophon [Κυρ. παιδ. VII. 1. 13.] ἐγὼ γὰρ κακὴν οὐδὲν οὐδ' αἰσχρὸν ἑκὰν εἶναι προσήσομαι. Horatius:

"Tu nihil admittis in te formidine pœnæ."

P. 138. 1. τῶν ἐν Εὐβοίᾳ πραγμάτων ταραττομένων] Tacitus [lib. II. Anu. c. 1.] "Sisenna Statilio Tauro, L. Libone Coss. motæ orientis res, provinciæque Romanæ." Res et πράγματα Græcis Latinisque eodem modo πληθυντικῶς usurpantur. Virg. [Æneid. III. vs. 1. 2.]

"Postquam res Asiæ Priamique evertere gentem
Immeritam visum superis."

Servius: "Res quamvis multa, prout locus exegerit, significet, modo tamen imperium: aut res hic pro universo statu Asiæ." nam Priami regnum comprehendebat totam minorem Asiam, ut Eustathius docet. hinc Romanos rerum dominos dixit. item, rerumque reliquit habenas. Idem de apibus [Georg. IV. vs. 449.]

"Venimus huc lapsis quæsitum oracula rebus."

Est enim apis civile animal, ut docet Aristoteles [Polit. I. c. 2. p. 6. Conring.] Regem habent et πολιτείαν. διότι δὲ πολιτικὸν ὁ ἄνθρωπος ζῶον, πάσης μελίττης καὶ παντὸς ἀγελαίου ζώου μᾶλλον, δῆλον. Ovidius [IX. Metam. v. 19. s.] [p. 51. ed. D.]

"Nec gener externis hospes tibi missus ab oris,
Sed popularis ero, rerum pars una tuarum."

Hinc dicimus *rerum potitus,* ἐγκρατὴς τῶν πραγμάτων. interdum singulariter. Ennius [Fragm. p. 127. ed. Hessel.] "Moribus antiqueis res stat Romana vireisque." Dem. [Philipp. IV. p. 142. ed. R.] τὸ τῶν ἀναγκαίων τινὰς ἀποστερεῖν, κοινῇ κακόνους ἐστὶ ποιεῖν πολλοὺς ἀνθρώπους τοῖς πράγμασιν. *illwillers to the state.* M. Tullius, [pro lege Manil. c. 7.] "Erit igitur humanitatis vestræ, magnum eorum civium numerum calamitate prohibere: sapientiæ, videre multorum civium calamitatem a repub. sejunctam esse non posse."

— ibid. ταραττομένων] Proprie dicitur hoc verbum de aqua limo turbida. Ioannes [Evang. V. 4.] ἄγγελος ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ, καὶ ὁ πρῶτος ἐμβὰς μετὰ τὴν ταραχὴν τοῦ ὕδατος ὑγιὴς ἐγίνετο. Mox, ὅταν ταραχθῇ τὸ ὕδωρ. Aristophanes [Equitibus, v. 860. ss.]

ὅπερ γὰρ οἱ τὰς ἐγχέλεις θηρώμενοι, πέπονθας.
ὅταν μὲν ἡ λίμνη καταστῇ, λαμβάνουσιν οὐδέν,
ὅταν δ' ἄνω τε καὶ κάτω τὸν βόρβορον κυκῶσιν,
αἱροῦσι, καὶ σὺ λαμβάνεις, ἢν τὴν πόλιν ταράττῃς.

*Quod iis, qui captant anguillas, hoc tibi usu venit* etc. Vides opponi ταράττειν καὶ καταστῆναι. τὸ κυκᾶν καὶ ταράττειν, *miscere, turbare,* verba sunt συνώνυμα. Plutarchus, [in Pyrrho, c. 7. p. 728. t. II. R.] τῷ δ' Ἀλεξάνδρῳ τῶν πραγμάτων ἤδη κατάστασιν ἐχόντων. Cui contrarium hic ταραττομένων τῶν πραγμάτων. Dem. [contra Leptinem. p. 460. ed. R. (p. 17. ed. Wolf.)] ἐπειδὴ δὲ ἡ πόλις εἰς ἓν ἦλθε, καὶ τὰ πράγματα κατέστη. καταστῆναι, *sidere,* καταστῆσαι, *sedare.* Paulus [1 Cor. XIV. 33.] οὐ γάρ ἐστιν ἀκαταστασίας ὁ θεὸς, ἀλλ' εἰρήνης. Chrysostomus ἀκαταστασίαν exponit σύγχυσιν, ταραχήν. κατάστασις, *status,* ἀπὸ τοῦ καταστῆναι. Sed a significatione τοῦ καταστῆσαι, *constitutio, sedatio.* Comicus [Terent. Adelph. V. 1. 12. ss.]: [p. 52. ed. D.]

"In ipsa turba, atque in peccato maximo,
Quod vix sedatum satis est, potasti, scelus,
Quasi re bene gesta."

ἐν αὐτῇ τῇ ταραχῇ, ὦ μιαρὲ, ἣ μόλις ἤδη κατέστη, πεπώκατε. Sic μετάστασις τῆς αἰτίας, *translatio criminis,* et μετάστασις, *cessio.*

— ibid. βοηθεῖν Πλουτάρχῳ] Historia est apud Plutarchum in Phocione [c. 12. p. 313. t. IV. R.] nusquam, opinor, clarius exposita. παραδυομένου δὲ εἰς Εὔβοιαν Φιλίππου, καὶ δύναμιν ἐκ Μακεδονίας διαβιβάζοντος, καὶ τὰς πόλεις οἰκειουμένου διὰ τυράννων, Πλουτάρχου δὲ τοῦ Ἐρετριέως καλοῦντος τοὺς Ἀθηναίους, καὶ δεομένου τὴν νῆσον ἐξελέσθαι καταλαμβανομένην ὑπὸ τοῦ Μακεδόνος, ἀπεστάλη στρατηγὸς Φωκίων, ἔχων δύναμιν οὐ πολλὴν, ὡς τῶν ἐκεῖ συστησομένων ἑτοίμως πρὸς αὐτόν. *Cum penetrasset in Eubœam Philippus, copiisque e Macedonia trajectis civitates sibi per tyrannos adjungeret: Plutarchus autem Eretriensis advocaret Athenienses, atque oraret insulam a Macedone occupatam liberarent, parvo cum exercitu dux missus est Phocion, quasi qui illic erant cito se ei conjungerent.* Meminit hujus expeditionis Æschines quoque contra Ctesiphontem p. 480. t. III. ed. Reisk.] ἀλλ' ἐπειδὴ τάχιστα διέβητε εἰς Εὔβοιαν Πλουτάρχῳ βοηθήσοντες, τοὺς μὲν πρώτους χρόνους ἀλλ' οὖν προσεποιοῦθ' ὑμῖν εἶναι φίλοι, *primis temporibus saltem simulabant, se vobis esse amicos,* nempe Chalcidenses. βοηθεῖν, *succurrere* ad verbum. Qui laborant

enim et in periculo sunt, invocant et inclamant opem implorantes, quibus confestim ab auxiliantibus subvenitur. *παρὰ τὴν ζοὴν καὶ θεῖν.* Dem. [contra Midiam. p. 586.] *ἡ δὲ τῶν νόμων ἰσχὺς, τίς ἐστιν; ἀρ' ἄν τις ὑμῶν ἀδικούμενος ἀνακράγῃ, προσδραμοῦνται καὶ παρέσονται βοηθοῦντες;* [p. 53. ed. D.] *οὐ. γράμματα γὰρ γεγραμμένα ἐστὶ, καὶ οὐχὶ δύναιτ' ἂν τοῦτο ποιῆσαι.* Sic, opinor, Paulus ait: "legem sine spiritu non esse vitalem, sed literam occidentem." [2 Cor. III. 6.] Et hinc Augustini liber de spiritu et litera. Pergit orator: *τίς οὖν αὐτῶν δύναμίς ἐστιν; ὑμεῖς, ἐὰν βεβαιῶτε αὐτοὺς, καὶ παρέχητε κυρίους ἀεὶ τῷ δεομένῳ.* Ut igitur legum vis Atheniensium in ipsis Atheniensibus erat, qui illas sibi firmarent: sic Dei lex vitalis est illis, qui in se habent legem spiritus vitæ: cæteris omnibus lethalis. Scholiastes Thucydides [I. 107.] *βοηδρομεῖν*, quod idem est, *μετὰ βοῆς δραμεῖν*, ut qui latrones persequuntur, *with hue and cry. βοηθοῦσι γὰρ τοῖς νόμοις.*

— 2. *καὶ πόλεμον ἄδοξον καὶ δαπανηρὸν ἄρασθαι*] Dissuasit hanc expeditionem Demosthenes, quia videbat et sumptus non parvi futuram, et præter dignitatem esse Atheniensium tyrannum tueri. Tyrannum enim fuisse Plutarchum, docent hæc Dem. [Philipp. III. p. 125.] *ἀλλ' ἐν Ἐρετρίᾳ, ἐπειδή γ' ἀπαλλαγέντος τοῦ Πλουτάρχου, καὶ τῶν ξένων, ὁ δῆμος εἶχε τὴν πόλιν, οἱ μὲν ἐφ' ἡμᾶς ἦγον τὰ πράγματα, οἱ δ' ἐπὶ Φίλιππον.* Tyrannorum erat peregrinos milites contra cives alere. Porro ignominiosum bellum vocat, quia inde discessum est magno cum periculo exercitus, ut Æschines testatur, et simul quid turpius esse potuit, quam populum Atheniensem, qui semper Græcorum omnium libertatis assertor et vindex erat, *νῦν ἀναφαίνεσθαι τοὺς τυράννους δορυφορεῖντα?* Num si vellent hoc bellum suscipere, debebant sibi Eubœam asserere, quam majores eorum habuissent, non sic inde expellere Philippum, ut sordidum tyrannum in maxima civitate illius insulæ relinquerent. [p. 54. ed. D.] Nulla autem hic Phocionis mentio, cujus auspiciis res illa gesta est, quia non admodum amicus fertur fuisse Demostheni. *ἄδοξον ἀντὶ τοῦ κακόδοξον, infame*, ut Lycophron [Cass. 102.] Helenam *ἄνυμφον* nuncupat, *τουτέστι κακόνυμφον, male nuptam*, aut *infelicem sponsam*. Apud Virg. [Æn. II. 23. IV. 8.] contra *male sanus, male fidus* pro eo quod est insanus, infidus. Sic Isocrates [*περὶ τῆς εἰρήνης*, p. 190. t. II. Aug.] dixit *κακῶς εἰδότες ἀντὶ τοῦ ἀγνοοῦντες*. Cicero vertit δόξαν, *bonam famam, ἀδοξίαν, infamiam.*

— ibid. *δαπανηρὸν*] Ulpianus, *ἀναλωτικὸν χρημάτων πολλῶν. δαπανᾶν, nimis omnia profundere, effusos sumptus facere, prodigere.*

— ibid. *πόλεμον ἄρασθαι*] *bellum suscipere.* Dem. [ad Philippi epistolam. p. 156.] *ὁ νῦν εἰκὸς παθεῖν ἐκεῖνον, μεῖζον φορτίον ἢ καθ' αὑτὸν ἀράμενον. qui gravius suis humeris onus sustulit. αἴρομαι, tollo*, vel *tollor. ἀροῦμαι, ἠράμην, ἄρασθαι.* Xenophon [Anab. V. 7, 16.] dixit, *πόλεμον ἀναιρεῖσθαι.* Cic. [Tuscul. I. 35.] "Non imparatus arma sumpsisset." Sallustius [Bell. Jug. c. 79.] "Omne bellum sumi facile: cæterum ægerrime desinere: non in ejusdem potestate initinm ejus et finem esse. Incipere cuivis etiam ignavo licere (malim suscipere), deponi non nisi cum victores velint." In eandem sententiam Thucydides [lib. VI. c. 18.] *οὐκ ἔστιν*, inquit, *ταμιεύεσθαι (τὸν πόλεμον)*, tantum ejus promere, quantum volumus, quasi in cella conditum haberemus.

— 3. *πρῶτος καὶ μόνος*] Huic dissimile est, quod convertit Demonax apud Lucianum [c. 29. t. II. p. 386. ed. Reitz.] *Ἀγαθοκλέους δὲ τοῦ περιπατητικοῦ μέγα φρονοῦντος, ὅτι μόνος αὐτός ἐστι καὶ πρῶτος τῶν διαλεκτικῶν, ἔφη, καὶ μήν, ὦ Ἀγαθόκλεις, εἰ μὲν πρῶτος, οὐ μόνος· εἰ δὲ μόνος, οὐ πρῶτος.* B Hieronymus de Cicerone et Demosthene, ad Ciceronem dirigens [p. 55. ed. D.] sermonem: "Tibi ille præripuit, ne primus orator esses, tu illi, ne solus." [ad Nepotianum.] Quasi, si Cicero post Demosthenem non exstitisset, solus orator fuisset Demosthenes: si Demosthenes non antegressus esset, Cicero primus. Reliqui rhetores nullo in numero. An potuit quisquam duos summos oratores æquiore judicio suspendere? Sed de comparatione illorum dicam alio loco, si Deus voluerit. Isocrates [Or. contra Euthyn. p. 340. t. III. Aug.] *οὐ μόνος οὐδὲ πρῶτος Εὐθύνους τοιαῦτα πεποίηκε.* Dem. [de falsa legatione, p. 438.] *ὃς γὰρ ἑαυτὸν τάξας τῶν ἀπιστούντων εἶναι Φιλίππῳ, καὶ μόνος καὶ πρῶτος ἰδὼν, ὅτι κοινὸς ἐχθρὸς ἐκεῖνός ἐστιν ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων, ἠτυμόλησε καὶ προῦδωκε καὶ γέγονεν ἐξαίφνης ὑπὲρ Φιλίππου, πῶς οὐχὶ πολλάκις ἔσθ' οὗτος ἄξιος ἀπολωλέναι;* Objicit illi *τὴν ἐμπλεξίαν πολιτείας.* Hoc enim verbo utitur Æschines, et præclare respondet huic crimini. [in defensione falsæ legationis p. 327. t. III. R.] *τοῖς γὰρ καιροῖς συμπεριφέρεσθαι ἀνάγκη καὶ ἄνδρα καὶ πόλιν πρὸς τὸ κράτιστον.* "Nunquam præstantibus in rep. gubernanda viris laudata est in una sententia perpetua permansio." Vide totam illam Ciceronis ad Lentolum epistolam. [lib. I. ep. 9. ad Famm.] Quod Æschines ait, *πρὸς τὸ κράτιστον*, significat Philippi magnitudinem fuisse tantam, cui non posset obsisti. Lucas, [Act. I. 1.] *ὦ κράτιστε Θεόφιλε.* Videtur, inquit Theophylactus, hic Theophilus tum magistratum habuisse: sic enim Paulus, *ὦ κράτιστε Φῆστε. κράτος, im-*

*perium.* Cic. " Quod me, ut scribam aliquid, hortaris, crescit mihi quidem materies, sed tota res etiam nunc fluctuat: quæ si desederit, magis erunt judicata, quæ scribam. Quæ si statim a me ferre non potueris, primos habebis tamen, et aliquandiu solus. [ad Attic. II. ep. 12. p. 235. Græv.] *Quæ si desederint,* ἂ ἐὰν καταστῇ. De quo verbo paulo ante dictum est. Opponuntur *desidere* et *fluctuare.*

[P. 56. ed. D.] — ibid. παρελθὲν ἀντεῖπον] Plutarchus hoc plene, παρελθὲν εἰς μέσον Σόλων ἔλεγεν. Livius [lib. III. c. 67.] " Etsi mihi nullius noxæ conscius, Quirites, sum, tamen cum pudore summo in cuncionem vestram processi." παρελήλυθα. quo verbo noster post pauca utitur. Hæc T. Quintius Capitolinus. παρελθεῖν dicuntur oratores, quum rostra conscendunt, quum ad dicendum accedunt. Isocrates [de Pace, p. 168. t. II. Aug.] ἅπαντες μὲν εἰάσασιν οἱ παριόντες ἐνθάδε, ταῦτα μέγιστα φάσκειν εἶναι καὶ μάλιστα σπουδῆς ἄξια τῇ πόλει, περὶ ὧν ἂν αὐτοὶ μέλλωσι συμβουλεύειν. Dem. [Olynth. III. p. 29.] πέπεισμαι γὰρ ἐξ ὧν παρὼν καὶ ἀκούων σύνοιδα, τὰ πλείω τῶν πραγμάτων ὑμᾶς ἐκπεφευγέναι, τῷ μὴ βούλεσθαι τὰ δέοντα ποιεῖν, οὐ τῷ μὴ συνιέναι. Videtur legendum παρεών. Non enim Demosthenes semper auditor tantum, sed suas quoque dicendi vices habuit: hoc igitur dicit, sibi compertum esse ex iis, quæ vel ipse in concionibus dixerat, vel alios audiverat, plura negotia vos fugisse, eo quod nolitis facere, non quod, quæ facto opus sunt, non intelligatis. Non semper aderat mutus. Idem Isocrates in eadem [p. 178.] παρελήλυθα γὰρ οὐ χαριούμενος, οὐδὲ χειροτονίαν μνηστεύσων, ἀλλ' ἀποφανούμενος ἃ τυγχάνω γιγνώσκων. *Ad dicendum surrexi, non ut, quæ grata vobis sint, dicerem, aut vestra suffragia ambiendi studio, sed ut, quæ sentium, ederem.* Notabis τὸ μνηστεύειν sic dictum, ut Latini dicunt *ambire,* unde *ambitus,* injusta petitio magistratus. Synesius: νόμος ἀνατείνεται πολλὰ καὶ χαλεπὰ τοῖς μνηστεύουσι τὴν τῆς ἐνεγκούσης ἀρχήν. *Lex minatur multa atque acerba ambientibus imperium patriæ.* ἡ θρεψαμένη, *patria, quæ nos aluit.* ἡ ἐνεγκοῦσα, *quæ tulit.* Thucydides [lib. IV. c. 86.] αὐτός τε οὐκ ἐπὶ τῷ κακῷ, ἐπ' ἐλευθερώσει δὲ τῶν Ἑλλήνων παρελήλυθα. Dicit Brasidas, [p. 57. ed. D.] se venisse in Thraciam, ut liberaret Græcos, non ut eis aliquid mali crearet. Hic παρὰ significat *ad.* Julianus, ἥξεις φίλος παρὰ φίλον.

— ibid. καὶ μονονοὺ διεσπάσθην] I. *nisi quod non sum discerptus ab eis, cætera passus sum omnia:* nihil aliud in me præterniserunt ad summam injuriam. Sic apud Thucydidem ὀσονοὺ, ὁσονούπω. mox, αὐτίκα δὴ μάλα. Athenæus [lib. VI. p. 224. med. Casaub.] μονονυχὶ γὰρ καὶ τὰς Νηρηΐδας ὀψανήκει. De lautis obsonatoribus dici solitum, ipsas Nereides obsonati sunt. Dem. [Olynth. I. p. 13.] ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς λέγει, μονονυχὶ φωνὴν ἀφιείς, ὅτι τῶν πραγμάτων ὑμῖν ἐκείναν αὐτοῖς ἀντιληπτέον ἐστί. γλυκότης est Hermogeni [in methodo δεινότητος], quum rebus inanimis sermo vel sensus tribuitur. Et est προσωποποιΐα τις. Porro τὸ μονονυχὶ φωνὴν ἀφιείς, est apud eundem βραχεῖα προσθήκη, quæ mollit τὴν αὐθάδειαν τοῦ διανοήματος. Præsens, inquit, occasio clamat, tantum non voce missa, res illas vobis esse ipsis capessendas. Xenocrates [Axiocho, qui Æschini Socr. fere tribuitur, c. 3. §. 3. Fisch.] ὅτι δεῖ ἐπιεικῶς διαγαγόντας, εὐθύμως μονονυχὶ παιανίζοντας, εἰς τὸ χρεὼν ἀπιέναι. Non enim Platonis est dialogus ille, sed nothus habetur. Est autem de contemptione mortis. τὸ χρεὼν, *fatum.* Pausanias, [I. 11. 4. Descr. Gr.] τὸ χρεὼν ἐπέλαβε, *supremus dies corripuit.* Oportet, inquit, quum moderate vixeris, hilariter tantum non canentem io pæan, ad naturæ necessitatem abire, ut cygni cum cantu et volnptate moriuntur. Erat autem duplex pæan, quem Marti canebant ante prœlium, et quem Apollini post victoriam. Suetonius, [Tiberio, c. 11.] "Sed increbrescente rumore, quasi ad occasionem majoris spei commoraretur, tantum non adversis tempestatibus Rhodum enavigavit, amœnitate et salubritate insulæ [p. 58. ed. D.] *jam* inde captus, quum ad eam ab Armenia rediens appulisset." Dem. [Philipp. IV. p. 136. ed. R.] μὴ τοίνυν ζητεῖτε ἔν τινα, ἀνδ' ὧν Φίλιππος ἐξαμαρτάνει, μισήσετε, καὶ τοῖς παρ' ἐκείνου μισθαρνοῦσι διασπάσεσθαι παραβαλεῖτε. et tanquam canibus, *mercenariis ejus dilacerandum objiciatis.* διασπᾶσθαι, proprie *divelli, distrahi:* σπᾶν, *trahere, vellere.*

— 4. ἐπὶ μικροῖς λήμμασι] *parva mercede* vel *lucro.* λῆμμα, *a bribe,* or *fee.* παρὰ τὸ λαμβάνειν, quod est κατ' ἐξοχὴν καὶ ἰδίως, δωροδοκεῖν. Paulus [2 Cor. XI. 20.] ἀνέχεσθε γάρ, εἴ τις ὑμᾶς καταδουλοῖ, εἴ τις κατεσθίει, εἴ τις λαμβάνει· fuerunt enim prædicatores, qui non solum pretium a Corinthiis prædicationis acciperent, sed etiam παραδόντες εἰς οἰκείας, ipsos exederent, ipse autem gratis prædicavit, ἀδάπανον θέμενος τὸ εὐαγγέλιον, ut gloriatur. Dem. [περὶ παραπρ. p. 380.] οὕτως ὅλος ἦν περὶς τῷ λήμματι. *tam penitus lucro fuit intentus.* Varro, [lib. IV. de L. L. p. 29. ed. Gothofr.] " lucrum a luendo, si umplius exsolveris, quam quanti esset ceptum," a mancipe scilicet. Mancipes enim et redemptores conducebant opera publica atque etiam privata faciunda, quos Græci vocant ἐργολάβους. quod si censor qui locaverat, plus pacto daret, in lucro putabatur. Sic emendamus et interpre-

tamur, una vocula trajecta, Varronis locum a Scaligero prætermissum [lib. IV. extr.] "Lucrum est amplius solutum, quam quanti esset ceptum," id est, *conductum*. Nam et *manceps* a capiendo dicitur, quod est ἐργολαβεῖν. Augustinus [de sermone Domini in monte] "Mammona apud Hebræos divitiæ appellari dicuntur. Congruit et Punicum nomen. Nam lucrum Punice mammon dicitur." Porri Pœni sunt Phœnices de terra Canaan, et Augustino Punica lingua erat vernacula. [p. 59. ed. D.] *Lucellum* vocabatur, id est, λημμάτιον, quod in provincia milites capiebant beneficio Prætoris, maxime qui erant de cohorte Prætoria, quod Josephus Scaliger ex Cicerone nos docuit. Liberalis, inquit Philosophus, [Ethic. IV.] versatur περὶ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν· μᾶλλον δ' ἐν τῇ δόσει cernitur. Sed ut illiberale est aliquando non dare: sic sordidum interdum accipere. Eidem Aristoteli λήμματα sunt, major et minor propositiones syllogismi.

— 6. μετὰ τοῦ προσόφλειν αἰσχύνην] *cum eo quod ignominiæ nota vobis inusta est, supra damnum quod accepistis, præter labores et pericula*: dixit enim illos bellum suscepisse ἄδοξον καὶ δαπανηρόν. Ultra pecuniæ jacturam et sanguinis, ingens etiam dedecus suscepistis. Dem. [περὶ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ. p. 93.] ὑστερίζοντας δὲ τῶν ἔργων αἰσχύνην προσοφλισκάνειν ὑμῖν συμβαίνει. Dionysius Hal. [lib. V. c. 64.] φθάσαι τε τῇ πολιτείᾳ ταύτην τὸν δῆμον προσοικειωσαμένους παρήνει, οὔτε πρότους τὸ πολίτευμα τοῦτο καθιστημένους, οὔτε αἰσχύνην δι' αὐτὸ μεγάλην ὀφλήσοντας. Auctor fuit patribus consul Valerius subvenire egentibus τῇ τῶν χρεῶν ἀποκοπῇ, *novis tabulis*. nam neque novum hoc institutum esse, nec ipsis dedecori fore. quippe idem fecisse civitates nobilissimas. ὄφλοντες sunt *judicio damnati*. pœnam enim debent sive sit capitis, seu pecuniæ tantisper dum exsolverint. ὄφλημα γὰρ ἐπὶ τῶν καταδίκων λέγεται, inquit Julius Pollux, ὀφείλημα de pecunia credita. Quanquam apud Platonem in Legibus, μετὰ τὴν ὄφλησιν, *post damnationem*, est æstimatio pœnæ, ὅ τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι, sed ante æstimationem pœna debetur, licet incerta. Cic. "quæ est igitur ejus oratio, qua facit eum Plato [p. 60. ed. D.] usum apud judices jam morte mulctatum?" θάνατον ὠφληκότα. non enim potuit morte affectus loqui judicibus. Jam si laus et gloria virtutis justissimum est præmium, vitiorum et peccatorum ignominia et dedecus pœna est, et quidem gravissima ingenuis hominibus. quare bene dicuntur αἰσχύνην ὀφλισκάνειν, *probrum debere* aut *luere*. Sic etiam ὀφλίσκειν μωρίαν ἢ ἁμαθίαν. grave est enim καταγνωσθῆναι μωρίας, *stultitiæ damnari*. dicunt etiam καταγιγνώσκω σου πολλὴν εὐήθειαν. καταγιγνώσκειν est *condemnare*. Item ὄφλειν γέλωτα. nam derideri turpissimum est. Horatius de navi sua [Od. I. 14, 15.] "tu nisi ventis debes ludibrium cave." Tertullianus [Apologetico c. 2. p. 9. t. V. ed. Semi.] "Debito pœnæ nocens expuogendus est, non eximendus." translatum a creditoribus, qui nomina expungunt de tabulis, pecunia soluta. Plautus [Milite Glor.] "ut nomen expungatur, nequid debeam." vel ab iis, qui capitali supplicio afficiuntur, et de his magnus ille auctor. vel, ut quibusdam placet, a militibus, qui de catalogo delentur. Danielis [1. v. 10.] וחיבתם ראשי למלך Theodotion, καὶ καταδικάσητε τὴν κεφαλήν μου τῷ βασιλεῖ. apud Rabbinos מחויבים ὄφλοντες, nam Chaldæis חוב *peccatum*. ad verbum ὀφείλημα, *debitum*, quia peccato pœna debetur. ὀφείλω, contractum ὄφλω, ὀφλίσκω, ὀφλισκάνω. προσόφλειν sic dicitur, ut μισθὸν ἐντελῆ σοι τελέσω, καὶ χάριν προσείσομαι. *I will pay well, and thank you too*. Chrys. [de Sacerdotio IV. p. 212. ed. Bengel.] ἐξὸν γὰρ αὐτῷ σώζεσθαι καθ' ἑαυτὸν, καὶ ἑτέρους προσαπόλυσι μεθ' ἑαυτοῦ, si sit indoctus sacerdos vel indignus. Dem. [Olynth. III. p. 37.] καὶ τὸ πάντων ἀναιδέστατον, τῶν ὑμετέρων αὐτῶν χάριν προσοφείλετε. vestra accipitis, *et quod ignavissimum est*, [p. 61. ed. D.] *gratium insuper habetis*. hic πρὸς est *ultro*. Livius [lib. V. c. 37.] "Interim Galli, postquam accepere, ultro honorem habitum violatoribus juris humani." id est, præterquam quod pœnas non dederunt, insuper honorem habitum. His addatur cumulus. Euripides [in Oreste 1245.] ἢ ζῆν ἅπασιν ἢ δανεῖν ὀφείλεται. Scholiastes ἀπόκειται. Heb. IX. [v. 27.] καθ' ὅσον ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν. sumptum a debitoribus, qui ubi nomen expungunt, ἀναιροῦνται τὰς συγγραφάς, ut est in Dem. [ad Phormion. p. 916.] privatis orationibus: quod dum debetur, ἡ συγγραφὴ κεῖται [Demosth. pag. laud.] παρὰ τῷ δανείζοντι. vel ἀπὸ τῶν κειμένων νόμων, ut vet. *omnibus statutum est mori*, pœna enim legibus constituta est sontibus. et *mors* ὄφλημα, ἐκ τῆς παλαιᾶς καταδίκης: *morte moriëris*. Idem Scholiastes, χρὴ, ἀπόκειται, unde τὸ χρεὼν, *mors*. Æschines [contra Clesiphontem, p. 395.] κλοπῆς ἕνεκα τὰς εὐθύνας ὠφληκότας. *peculatus in reddenda ratione damnati*.

— 8. πάντες ὑμεῖς ἔγνωτε] Hoc illud est pervulgatum Hesiodi, παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω, præcessit enim μετὰ τοῦ προσόφλειν καὶ παθεῖν οἷα τῶν ὄντων ἀνθρώπων οὐδένες πεπόνθασι. Sic alibi παραφράζει πῆμα κακὸς γείτων ejusdem. οὐκ ἦν ἄρα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χαλεπώτερον οὐδὲν, ἢ γείτονος πονηροῦ καὶ πλεονέκτου τυχεῖν, ὅπερ ἐμοὶ νυνὶ

συμβέβηκεν [ad Callielem, p. 1272.] Hinc Herodotus, παθήματα, μαθήματα: et Livius, "stultorum usus magister." Adagia sunt, 'Ictus piscator sapit,' et, 'Sero sapiunt Phryges.' Festus: "Proverbium est natum a Trojanis, qui decimo demum anno velle cœperunt Helenam quæque cum ea rapta erant reddere Achivis," ut est apud Homerum. Alii censent ab equo, quem temere intra muros receperant.

[P. 62. ed. D.] Ibid. τήν τε τῶν ταῦτα πεισάντων κακίαν, καὶ τὸν τὰ βέλτιστα εἰρηκότα ἐμὲ] ἑαυτὸν ἀντεξετάζει πρὸς τοὺς ἄλλους ῥήτορας, a quibus pæne discerptus est, cum illis contradiceret solus: et culpam omnem in eos transfert. Populum hic quidem non accusat. Itaque οἵοις πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀίσσουσι, quod Homerus de Tiresia apud inferos [Odyss. K. 495.] κακίαν *vitiositatem* Cicero vertit [Tusc. IV. 15.] *Malitia* enim est πανουργία. Sed illud proverbiale [Matth. VI. 34.] ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς, aliud est, κάκωσις, *vexatio*.

[P. 64. ed. D.] — pen. κατιδὼν Νεοπτόλεμον τὸν ὑποκριτὴν] Historia est in argumento τοῦ περὶ τῆς παραπρεσβείας Demosthenis, non Libanii, sed alterius cujusdam ἀνωνύμου [p. 335. t. I. Reisk.] Quum enim, inquit, diu belligerassent Athenienses et Philippus περὶ τῆς Ἀμφιπόλεως, et uterque pacem cuperet, sed neuter præpudore vellet petere, forte evenit tale quid. Aristodemus et Neoptolemus tragœdiarum actores erant. Hi propter artificium licentiam atque impunitatem habebant eundi quo vellent, vel ipsos ad hostes. Et quum in Macedoniam pervenissent, ἐπεδείξαντο τὴν οἰκείαν τέχνην. Quos tam comiter excepit rex, ut præter artificii quæstum, magnam insuper a se pecuniam adderet. Hac occasione arrepta Philippus, cum eos domum dimitteret, dixit, ὅτι φίλος εἰμὶ τοῖς Ἀθηναίοις. Quod quum illi ad suos renuntiassent uberius, et multa, ut fit, addidissent præterea, Philippum esse φιλέλληνα καὶ φιλαθηναῖον, humanissimum τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον, beneficentissimum, expetere amicitiam populi, velle, si detur occasio, civitati benefacere, et plura hujuscemodi, οὕτω διέθηκαν τὸν δῆμον, ut nihil magis quam pacem atque amicitiam regis cuperent. Tum Demosthenes, cui Philippus merito semper suspectus esset, [p. 65. ed. D.] et qui belli tuba, non pacis auctor omni tempore fuisset, ac fraudem aliquam subesse suspicaretur, monuit populum, ne levissimis auctoribus crederent, neu quid temere de re tanta statuerent: sed non est auditus. Quod illi magno dolori fuit, histriones audiri, se despici, cum saluberrimum consilium dedisset, ut ipse mox dicit. Æschines [περὶ παραπρ. p. 200. t. III. Reisk. Oratt.] πέμπουσι πρεσβευτὴν Ἀριστόδημον τὸν ὑποκριτὴν πρὸς Φίλιππον διὰ τὴν γνῶσιν καὶ φιλανθρωπίαν τῆς τέχνης. *ob notitiam et artis gratiam*, sic Hieronymus Wolfius: grata enim plerisque est histrionum ars. Æschines φιλανθρωπίαν, quod Demosthenes πρόσχημα. Nam quod humanitatem præ se fert, honestam habet speciem. Etsi nunc non valde honestum est, hanc artem factitare.

— ult. τὸν ὑποκριτὴν] *histrionem, ludium, ludionem*. His enim nominibus appellat Livius [lib. VII. c. 2.] sic scribens: "Ceterum parva quoque (ut ferme principia omnia) et ea ipsa peregrina res fuit. Sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu, ludiones ex Hetruria acciti, ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus more Tusco dabant. Imitari deinde eos juventus, simul inconditis inter se jocularia fundentes versibus cœpere. Nec absoni a voce motus erant. Vernaculis artificibus, quia hister Tusco verbo ludius vocabatur, nomen histrionibus inditum." ἀγωνίζεσθαι, *certare, agere*: idem κρίνεσθαι verbum medium. Ælianus [de animalibus, lib. XVII. cap. XXXIV.] κάμηλοι δ' ἀριθμοῦνται πλείους· αἱ μέγισται κατὰ τοὺς ἵππους τοὺς μεγίστους, εὐτειχὲς ἄγαν· ἁπαλαὶ γὰρ σφόδρα εἰσὶν αἱ τούτων τρίχες, ὡς καὶ τοῖς Μιλησίοις ἐρίοις ἀντικρίνεσθαι· *ut lanis Milesiis certent*. non, ut interpretes, *comparentur*. Virg. [Georg. II. 136.] [p. 66. ed. D.]

> " Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus
> Laudibus Italiæ certent."

Addit μελίγλωσσος, οὐκοῦν ἐκ τούτων οἱ ἱερεῖς ἐσθῆτα ἀμφιέννυνται, καὶ οἱ τῶν Κασπίων πλουσιώτατοι καὶ δυνατώτατοι. Quo minus mirum, his amictum fuisse Baptistam. Nam Dominus, quum dixit [Matth. XI. 8.] quid visum exiistis in desertum? ἄνθρωπον μαλακοῖς ἠμφιεσμένον; non negat Joannem mollibus vestitum fuisse, affirmat potius: sed si talia vos delectant, visuntur, inquit, in regiis molliores. Neque hæc mea solius sententia est, sed aliis idem video videri compluribus. De locustis etiam, quibus vescebatur vir sanctus, habeo quod dicam contra communem opinionem, sed hoc alias, nunc quod agimus, si prius unum illud ejusdem Æliani protulero [lib. VI. c. LXI.] quod evidentius, hoc quod docemus, ostendit: ποῦ δὲ ὁ γενναῖος ὁ τοῦ Εὐνόμου δύναιτο τοῖς τῆς φύσεως νόμοις ἀμιλλᾶσθαί τε καὶ ἀντικρίνεσθαι. *ubi ille potest egregius Lycurgus cum naturæ legibus certare et contendere?* Irrisio Lycurgi, quasi suis legibus naturæ leges æquare contendisset. Hor. [Epp. I. 18. 29.] "nec (contendere noli) stultitiam patientur opes." ac si

diceret: Tu pauper es, ego dives, noli mecum certare victu cultuque, aut reliquo vitæ splendore. ἄμιλλα, *certamen*, ἐφάμιλλος, *æmulus et pene par*, atque inde ductus. Itaque illud hujus auctoris loco superiore dici potuit: ἀπαλαὶ σφόδρα αἱ τούτων τρίχες, ὥστε τοῖς Μιλησίοις ἐρίοις ἐφαμίλλους γενέσθαι. Nunc ad propositum revertamur. Idem κρίνεσθαι plane quod ἀγωνίζεσθαι sive in scena, sive in foro, sive in acie. Lysias: οὐ γὰρ μόνον περὶ τῆς οὐσίας ἀγωνιζόμεθα, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς πολιτείας. [p. 67. ed. D.] *non solum de fortunis omnibus, verum etiam de civitate certamus.* Idem esset, si dixisset κινδυμεθα. Certabant poetæ, certabant histriones, quis meliorem dedisset, aut melius egisset fabulam: et qui vicisset (judices enim erant certaminis, ut ex Demosthenis contra Midiam novimus) aliquid præmii capiebat. Horatius [in Arte poet. v. 220.]

> " Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum."

*Cernere* et *certare* a Græco κρίνεσθαι. Hinc ὑποκριτὴς idem quod ἀγωνιστὴς, *actor*. ὑποκρίνεσθαι, *agere partem in fabula*, sed sub persona. Ex quo illud: " Fletus hæredis sub persona risus est." Dem. de Æschine [de Corona, p. 288.] Οἰνόμαον κακῶς ὑποκρινόμενος ἐπέτρεψας. Actitavit enim Æschines tragœdias, antequam orator evasit. Themistius: πρόσωπον Ἀγαμέμνονος ὑποκρίνεται, Μύδακός τις ὢν ἢ Θεαρίων. Hinc in sacris ὑποκριτὴς, *simulator*, quæ significatio recentioris est usus, sed Themistio [Or. XXI. p. 251. Hard.] quoque cognita. Ait enim, ὃ καλεῖται ὑπὸ τῶν νῦν ἀνθρώπων ὑπόκρισις, nempe *simulatio*. Appianus: δεινὸς δὲ ὢν ὁ Καῖσαρ ὑποκρίνεσθαι, *simulare et dissimulare*, quod Attici dicunt εἰρωνεύεσθαι. Arist. [Rhet. III. cap. XII. p. 461. t. II. Col.] *oratoriam actionem* ὑπόκρισιν vocat, cujus est: ἔστι δὲ λέξις, γραφικὴ μὲν ἡ ἀκριβεστάτη, ἀγωνιστικὴ δὲ ἡ ὑποκριτικωτάτη. λέξιν dicit *oratoriam dictionem* sive *elocutionem*. Lucian. [Pseudol. 7. t. III. p. 169. Reitz.] ἀλλοτρίων λόγων ὑποκριτής. Jam quod ait Ulpianus veteres appellasse ὑποκριτὰς ipsos poetas (fabulas enim agebant ipsi), τοὺς δὲ νῦν ὑποκριτὰς, τὸν μὲν δευτεραγωνιστὴν, τὸν δὲ τριταγωνιστὴν, primum confirmat id quod diximus, ὑποκριτὴν dici παρὰ τὸ κρίνεσθαι, quod est *certare*, non κρίνειν: [p. 68. ed. D.] deinde idem in usu fuit veteri more Romanis teste Livio. scribit enim loco supra citato: " Livius (cognomine Andronicus) post aliquot annos idem (scilicet id quod tum omnes erant) suorum carminum actor." sic semel explicanda erat hujus vocabuli ratio, quam pauci intelligebant.

Ibid. τῷ μὲν προσχήματι τῆς τέχνης] Tacitus [Annal. IV. 3.] " Sumitur in conscientiam Eudemus, amicus ac medicus Liviæ, specie artis frequens secretis." Plutarchus [in Lycurgo, c. 4. §. 1. ed. Leop.] ἀπέστειλεν εἰς τὴν Σπάρτην Θάλητα, ποιητὴν μὲν δοκοῦντα εἶναι λυρικῶν μελῶν, καὶ πρόσχημα τὴν τέχνην ταύτην πεποιημένον. Et nos hic *artificii speciem* interpretamur, vide si recte. Sophocles [Electra. vs. 681. s.]

> Κεῖνος γὰρ ἐλθὼν εἰς τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος
> Πρόσχημ' ἀγῶνος.

Triclinius, εἶδος, καλλώπισμα, λέγει δὲ τοῦς Δελφοὺς, καὶ τὰ Πύθια. Si desunt oratori, quæ sunt in specie posita, utpote vox, gestus, os decorum, non potest excellere [Cic. de Oratore]. hæc sunt enim τὸ πρόσχημα τοῦ ῥήτορος. καλλώπισμα, *speciosus ornatus*. Persius [Sat. III. 30.] " Ad populum phaleras, ego te intus et in cute novi." Phaleræ μεταφορικῶς καλλώπισμα. Clemens Alex. [προτρεπτικῶν p. 23. ed. Potter.] ἐθέλω δ' ὑμῖν ἐν χρῷ τοὺς θεοὺς αὐτοὺς ἐπιδεῖξαι, ὁποῖοί τινες καὶ οἵτινες, ἵνα ἤδη ποτὲ τῆς πλάνης λήξητε. M. Tullius [de claris oratoribus, c. 91.] " Nunc quoniam totum hic non nævo aliquo aut crepundiis, sed corpore omni videris velle cognoscere, complectar nonnulla, etiam quæ fortasse videantur minus necessaria." In fabulis agnitiones, id est, ἀναγνωρίσεις, fere fiunt per nævos corporis aut crepundia, quæ cum infantibus exponi solebant. Glossarium: *crepundia*, γνωρίσματα. Cicero dicit *corpore omni*, pro eo quod Clemens ἐν χρῷ, Persius *in cute*. unde apud Lucianum ἐν χρῷ κείρεσθαι. [p. 69. ed. D.] Lucretius *summum corpus* appellat [lib. IV. 46. s.]

> " Dico igitur rerum effigies, tenuesque figuras
> Mittier ab rebus summo de corpore earum."

Sophocles, ut et Strabo, sic dixit Delphos πρόσχημα τῆς Ἑλλάδος, quemadmodum Aristides Athenas [Panatbenaico, p. 170. ed. Canter. t. I.] τὸ τῆς Ἑλλάδος πρόσχημα καθαρῶς ἀνήρηται. quomodo Athenæus eandem urbem Ἑλλάδα τῆς Ἑλλάδος nuncupat, ut Romam ἐπιτομὴν τῆς οἰκουμένης. [Dipnos. VI. p. 254. I. p. 20.] Plutarchus [Camillo, c. 2. t. I. p. 504. Reisk.] de Veiis urbe Tuscorum, ἣν δὲ πρόσχημα τῆς Τυῤῥηνίας ἡ πόλις. Euripides epistola quadam ad Archelaum. [Epist. I. 6.] Alii calumniabantur: ὡς ἐπίδειξιν οὖσαν τὸ πρᾶγμα, καὶ πρόσχημα μᾶλλον εἰς τοὺς πολλούς. Dem. [pro Corona, p. 287. sq.] ἵνα ἐὰν μὲν δέξωνται ταῦτα, καὶ πείσθῶσιν ὑμῖν, καὶ ἃ βουλόμεθα ὦμεν διωκημένοι, καὶ μετὰ προσχήματος ἀξίου τῆς πόλεως ταῦτα πράξωμεν. cum ho-

*nesta specie*, nempe ne supplices illis fuisse videamur, aut illorum egnisse auxilio plus quam illi nostro. Aristides [Siciliensi I. p. 11. t. II. ed. Cant.] οἷς οὐκ εἴ τι πεισόμεθα εἰς πλεῖω λόγον ἥκει σκοπεῖν, ἀλλὰ τί πεάξαντες ἐν καλῷ τοῦ σχήματος εἴημεν ἄν. Clemens Alexandrinus [πρωτρεπτικῷ, p. 3. s. Pott.] ἄνδρες τινὲς οὐκ ἄνδρες, ἀπατηλοὶ, πρόσχήματι μουσικῆς λυμαινάμενοι τὸν βίον. βίος est, quod nos *mundum*. Paulus [1 Cor. VII. v. 31.] παράγει τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου. *præterit mundi hujus species*, non *figura*, ut Vetus. *Speciem* vero nominat, quam Lucas in Actis φαντασίαν, Ioannes Apostolus ἀλαζόνειαν τοῦ βίου. Tacitus [Hist. I. c. 13.] " mox suspectum Othonem in eadem Poppæa, in provinciam Lusitaniam specie legationis seposuit," πρόσχήματι πρεσβείας, quod sæpius est πρόφασις. Herodotus [lib. VII. 157. p. 577. Wess.] πρόσχημα μὲν ποιεύμενος ὡς ἐπ' Ἀθήνας ἐλαύνων, ἐν νόῳ δ' ἔχων πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ὑπ' ἑωυτῷ ποιήσασθαι. nos dicimus *countenance* or *semblance*. [p. 70. ed. D.] Sophocles [Electra vs. 525.]

> Πατὴρ γὰρ, οὐδὲν ἄλλο, σοὶ πρόσχημ' ἀεὶ,
> ὡς ἐξ ἐμοῦ τέθνηκεν.

Tacitus [Histor. I. c. 19.] " Censuerant patres, mittendos ad Germanicum exercitum legatos. agitatum secreto, num et Piso proficisceretur, majore prætexto." ἐπὶ μείζονι προσχήματι. sequitur enim: " illi auctoritatem Senatus, hic dignationem Cæsaris laturus." Erat enim Piso Cæsar jam adoptione factus a Galba, hoc legationi dignationem addidit, ἀξίωσιν καὶ πρόσχημα, quod *prætextum* vocat, qui vulgatius πρόφασις. neque erat, quod Lipsius suspectum haberet hunc locum, quem ego præstabo sanum. Sed nemo melius explicat vim hujus vocabuli, quam Plato [de Republ. II. p. 365. t. II. ed. Steph. s. t. VI. p. 222. Bip.] πρόθυρα μὲν καὶ σχῆμα κύκλῳ περὶ ἑμαυτὸν, σκιαγραφίαν ἀρετῆς περιγεγραπτέν, τὴν δὲ τοῦ σοφωτάτου Ἀρχιλόχου ἀλάπεκα ἑλκτέν ἐξόπιθεν κερδαλέαν καὶ ποικίλην. πρόθυρον est πρόσχημα τῆς οἰκίας, *frontispicium* vocant. Seneca de rebus externis [ad Helviam, c. 5.] " Intra nihil habentia fronti simile." ἐντὸς οὐδὲν ὅμοιον ἔχοντα τῷ προσχήματι. Æschines [Epist. XI. p. 78. ed. Samuel.] τὴν ὑπὸ πρόσχημα παῤῥησίας ὁδὸν τοῦ κολακεύειν ἑλόμενοι. quod callidissimum genus est adulationis. Plutarchus [in Cæsare, c. 30.] Cæsaris, inquit, postulatio, τὸ πρόσχημα τῆς δικαιολογίας λαμπρὸν εἶχε. Chrysost. πρόσχημα τὴν εὐσέβειαν ποιούμενοι χρηματισμῶν. quod non magis olim quam hodie factitatum est.

Ibid. τυγχάνοντα ἀδείας] Nos *salvum conductum* dicimus. M. Tullius [in Cat. III. c. 4.] " Introduxi Vulturcium sine Gallis. fidem ei publicam jussu senatus dedi. hortatus sum, ut ea, quæ sciret, sine timore indicaret." id est, ἀδεῶς. δέος enim *timor*, a quo περιδεὴς, ῥοφοδεὴς, quod Cicero [p. 71. ed. D.] exprimens, " quicquid increpuerit, timeri Catilinam." [in Cat. I. 7.] *Fides publica* est ἄδεια. Dem. quid est quod domum e foro secure reditis? ὅτι τῇ ψυχῇ τοῦθ' ἕκαστος οἷδε καὶ θαῤῥεῖ καὶ πεπίστευκε τῇ πολιτείᾳ, μηδένα αὐτὸν ἕλξειν, μήθ' ὑβριεῖν, μήτε τυπτήσειν. εἶτ' ἐφ' ἣν ἀδειαν αὐτοὶ πορεύεσθε, ταύτην οὐ βεβαιώσαντες ἐμοὶ βαδιεῖσθε. [contra Midiam. p. 585.] Seneca [Hercule furente, v. 651. s.] " vix adhuc tuta est fides vitalis auræ, cum ab inferis in lucem rediit." Appianus [Bell. Civ. I. c. 77. p. 108. t. II. ed. Schweigh.] Senatus legatos misit ad Sullam, qui illum reconciliarent inimicis ac dicerent, εἴ τινος ἀσφαλείας δέοιτο, τῇ βουλῇ τάχιστα ἐπιστέλλαι. *si sibi timeret, ac securitatem aliquam requireret, quam primum faceret senatum certiorem.* quibus Sulla respondet: ἀσφάλειαν αὐτὸς μᾶλλον αὐτοῖς, καὶ τοῖς ἐς αὐτον καταφυγοῦσιν ἐς ἀεὶ παρέξειν, στρατὸν ἔχων εὔνουν. [l. I. c. 79.] *vos mihi securitatem? ego vobis potius, omnibusque ad me confugientibus in sempiternum præstabo, qui mihi fidelem atque amicum habeam exercitum.* quo verbo non obscure significabat, inquit auctor, se militum, quam habebat, manum non dimissurum, sed in animo habere regnum. Vides, *publicam fidem* dici etiam ἀσφάλειαν. Euripides [Phœnissis, v. 274. s.]

> ἁπλισμένος δὲ χεῖρα τῶδε φασγάνῳ,
> τὰ πίστ' ἐμαυτῷ τοῦ δράσους παρέξομαι,

id est, τὴν πίστιν, *fidem publicam*, τὴν ἄδειαν. Venit quidem Polynices in urbem ὑπόσπονδος καὶ ξιφήρης, sed dextra armata plus ei securitatis dedit, quam fides matris. Thucydides [lib. IV. c. 92.] νικήσαντες αὐτοὺς ἐν Κορωνείᾳ, πολλὴν ἄδειαν μέχρι τοῦδε τῇ Βοιωτίᾳ κατεστήσαμεν. Lysias [Epitaphio, p. 75. t. V. ed. Reisk.] καὶ τῶν παίδων τὰ μὲν σώματα εἰς ἄδειαν κατέστησαν, ἀπαλλάξαντες δὲ τοῦ δέους καὶ τὰς ψυχὰς ἠλευθέρωσαν. [p. 72. ed. D.] *Licentium* quoque *poeticam* vocat Eustathius ἄδειαν. Sed hæc potius est ἐξουσία. Dem. [περὶ τῆς παραπ.] ἐπὶ τῇ τῆς εἰρήνης ἐξουσίᾳ βαδίζοντες ἐκεῖσε διεφθείροντο. Nonnunquam *impunitatem* vertimus. Hor. [lib. I. Od. 17. 5.] " Impune tutum per nemus arbutos quærunt latentes." De capellis suis.

P. 139. 2. καὶ δικαιοῦντα Φιλίππῳ τὰ παῤ' ὑμῖν] Hoc est πράττοντα. Sic enim Thucydides: idem τὸ πρυτανεύειν nisi quod hoc translatum a rep. Atheniensium. Tribus Athenis erant decem. οἱ πεντακόσιοι

(οἵτινες ἦσαν βουλὴ ἐναύσιος ἔξω τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς, quæ perpetua erat) lecti quinquaginta de singulis tribubus, sic annuum imperium inter se dividebant, ut singuli quinquaginta in dies quinque et triginta remp. administrarent. Hæc enim est decima pars anni, qui apud Athenienses erat dierum quatuor et quadraginta supra trecentos, quoniam menses suos totumque annum ad cursum lunæ, non solis, sicut Ægyptii, metiebantur: a quibus Plato et Eudoxus rationem anni solaris magno labore didicerunt, ut Strabo scribit. Porro numerus hic dierum annum apud eos efficit lunarem: qui ut esset solari congruus, menses habebant ἐμβολιμαίους, ut Romani quoque eadem ratione menses intercalabant, anteaquam Julius Cæsar omnia in hunc ordinem redegisset, quem nos retinemus etiamnum. Jam illi quinquaginta, qui per mensem et paulo plus imperium obtinebant, dicti sunt πρυτάνεις, et tribus ex qua erant, πρυτανεύουσα. Æschines [contra Ctesiphontem, p. 387. ed. Reisk.] οὐδ' ἡ προεδρεύουσα (πρυτανεύουσα) φυλὴ, τὸ δέκατον μέρος τῆς πόλεως. Vide plura ad illam κατ' Ἀνδροτίωνος, quæ scripsimus. [Hæc, quantum scimus, non sunt in lucem edita. *Beck.*] Harpocration, τὸ δέκατον μέρος τῆς βουλῆς τῶν πεντακοσίων [p. 73. ed. D.] πρυτάνεις ἐλέγοντο, πεντήκοντα ἄνδρες ἀπὸ μιᾶς φυλῆς, οἱ διοικοῦντες ἅπαντα τὰ ὑπὸ τῆς βουλῆς ταττόμενα. Idem hunc ipsum locum designans: πρυτανεύοντα, κυρίως μὲν ἀντὶ τοῦ πρυτανέα ὄντα· ἀντὶ δὲ τοῦ διοικοῦντα, Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς. Ulpianus: εἰσὶ δὲ ἄρχοντες τῆς βουλῆς οἱ πρυτάνεις. Hinc πρυτανεύειν μεταφορικῶς, *regere atque administrare quovis modo.* Nam et Græci theologi Deum τὸν πρύτανιν τοῦ κόσμου καὶ τῶν ὅλων memorant. Sophocles Trachiniis, [vs. 26.] τέλος δ' ἔθηκε Ζεὺς ἀγάνιος καλῶς. Scholiastes, ὁ πρύτανις τοῦ ἀγῶνος.

— ibid. διοικοῦντα Φιλίππῳ καὶ πρυτανεύοντα] *ad Philippi commodum omnia regentem et moderantem.* Ut hodieque reges habent suos agentes, quos vocant, apud exteras nationes. Dem. [περὶ τῆς τῶν Ῥοδίων ἐλευθερίας, p. 191. ed. Reisk.] φανήσεται δὲ ὁ πρυτανεύσας ταῦτα καὶ πείσας Μαύσωλος, φίλος εἶναι φάσκων Ῥοδίων, τὴν ἐλευθερίαν αὐτῶν ἀφῃρημένος. Basilius: πάντως που τοῦ ἐν σοφίᾳ τὰ ἡμέτερα διοικοῦντος Θεοῦ, κατὰ τὰ ἀθεώρητα τῆς αὐτοῦ δικαιοσύνης κρίματα, πλείονι χρόνῳ παραταθῆναι ἡμᾶς ἐν τοῖς πειρασμοῖς τούτοις οἰκονομήσαντος. Idem, διοικεῖν καὶ οἰκονομεῖν. παρατείνεσθαι, *torqueri.* Gregorius [in epist. contra Julian.] τυχὸν καὶκεῖνον ἐπισχεθῆναι τῆς ἀσεβείας διὰ τούτων ἐπεντεύξετο, *per hæc agebatur.* Synesius: ἐῤῥωμένως διαβιώσῃς φιλοσοφίας εὐθυμίαν πρυτανευούσης ἀνύμνα. *strenue totum vitæ cursum conficias philosophia securitatem animi procurante tranquillam.*

— 3. οὔτε τῆς συκοφαντίας ἰδίας] Athenæus [lib. III. c. 2. p. 74. Casaub.] Ἴστρος ἐν τοῖς Ἀττικοῖς, οὐδ' ἐξάγεσθαί φησι τῆς Ἀττικῆς, τὰς ἀπ' αὐτῶν γινομένας ἰσχάδας, ἵνα μόνοι ἀπολαύσιεν οἱ κατοικοῦντες· καὶ ἐπεὶ πολλοὶ ἐνεφανίζοντο διακλέπτοντες, οἱ τούτους μηνύοντες τοῖς δικασταῖς [p. 74. ed. D.] ἐκλήθησαν τότε πρῶτον συκοφάνται. σῦκον enim *ficus.* φαίνειν, μηνύειν, *indicare, deferre.* συκοφάντης, *delator, quadruplator,* qui quartam partem præmii loco capiebat: tres in fiscum redactæ sunt. Festus aliter [p. 459. Gothofr. Auct. l. I.] "Sycophantas quidam ex hac causa dictos putant. Atticos quondam juvenes solitos aiunt in hortos quorundam irrumpere, ficosque deligere. Quam ob causam legem factam, qui id fecisset, capitale esset ei, quam pœnam qui persequerentur ob parvula detrimenta, sycophantas appellatos." Magna in his diversitas. Sed res eodem redit. Cur autem Scaliger hic Festum Istro, Latinos Græcis anteferret, non video. Mihi quidem probabilius est quod Ister tradit. Nam et apud nos pœna est exportantibus frumentum in annonæ caritate: nec verisimile est capitalem pœnam constitutam tam levem ob noxam. Comicus Alexis more comœdiæ ludit in hoc vocabulo [Athen. III. c. 3. p. 74.]

> Ὁ συκοφάντης οὐ δικαίως τοὔνομα
> ἐν τοῖσι μοχθηροῖσίν ἐστι κείμενον.
> ἔδει γὰρ ὅστις χρηστὸς ἦν ἡδύς τ' ἀνὴρ,
> τὰ σῦκα προστεθέντα δηλοῦν τὸν τρόπον.
> νυνὶ δὲ πρὸς μοχθηρὸν ἡδὺ προστεθὲν
> ἀπορεῖν πεποίηκε, διὰ τί τοῦθ' οὕτως ἔχει.

— 6. εἰ γὰρ ἐν Διονύσου τραγῳδοὺς ἐθεάσασθε] τραχύτης, sed non nimis aspera, ut illa, εἴπερ ὑμεῖς τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτάφοις, καὶ μὴ ἐν ταῖς πτέρναις καταπεπατημένον φορεῖτε. [περὶ τῆς Ἀλοννήσου, p. 88.] *si quidem vos cerebrum in capite, non in calcibus conculcatum geritis.* Quis hoc diceret ad populum, penes quem erat imperii majestas et summa rerum? Certe non Demosthenes. [p. 75. ed. D.] Itaque opinantur illum orationem non esse Demosthenis, sed vel Hegesippi, sicut Libanius sentit, vel alterius cujuspiam. Novimus in δημοκρατίᾳ παῤῥησίαν libertatemque concedi (itaque hanc formam Cornificius [ad Herenn. IV. 36. s.] *licentiam* appellat), qua sæpe Demosthenes utitur, et multa perquam aspere dicit objurgans populum. Sed hæc est immodica: ὕβρις καὶ λοιδορία, εὐτέλειά τε δεινὴ πρόσεστι περὶ τὴν ἑρμήνειαν, inquit Libanius. Denique stilus et elocutio nostri non esse arguunt. Hermog. δυσχερὲς παρὰ Δημοσθένει καθαρὰν εὐρεῖν τραχύτητα. Fere enim semper acerbitatem ejus suavitate aliqua temperat. Sed si usquam ulla

est, hæc certe est καθαρὰ, qua nunc utitur. Nec est quod quisquam reprehendat. Suam enim ulciscitur perquam gravem injuriam. Inclementius dictum et persimile est hoc ejusdem, sed non ἀπαραμύθητον: εἰ γὰρ ἀνδραπόδων πόλις, ἀλλὰ μὴ τῶν ἄρχειν ἑτέραν ἀξιούντων, ὁμολογεῖται εἶναι, οὐκ ἂν οὕτως, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰς ὕβρεις ἠνέσχεσθε τὰς τούτου. [κατ' Ἀνδροτίωνος. p. 614.] Acerbum est, mancipiorum civitas, sed παραμυθία, quod sequitur, non eorum, qui se dignos censent aliis imperare. Alibi [Phil. IV. p. 133.] segnitiem eorum, et gravem quasi veternum ac soporem increpans, ait similes esse hominibus μανδραγόραν πεπωκόσι. De cujus vi soporifera vide Dioscoridem. [Mat. Med. IV. 76.] Quid asperius dici potuit?

— 7. ἐν Διονύσου τραγῳδοὺς] Hoc dicit propter Neoptolemum ὑποκριτήν. Nam nisi ejus mentionem ante fecisset, frigidum esset hoc dicere. Nunc est δριμύτης πρὸς τῇ τραχύτητι διὰ τὴν ἀναφορὰν, καὶ κατ' ἀκολουθίαν τῶν προῤῥηθέντων, inquit Hermogenes [ἐν τῷ περὶ δριμύτητος].

[p. 76. ed. D.] — ibid. ἐν Διονύσου] ἐκλειπτικῶς, subaudiendum theatro, ut, 'ventum erat ad Vestæ,' 'ubi ad Diauæ veneris,' 'Hectoris Andromache.' Sic apud Homerum [Iliad. ζ. 47.]

πολλὰ δ' ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς κειμήλια κεῖται.

Subaudis οἴκῳ. Et opportune Διονύσου meminit. Histriones enim, quod erat Neoptolemus, appellatos Athenæus affirmat, τοὺς περὶ Διόνυσον τεχνίτας, maxime tragœdos. Διόνυσος dictus est ἀπὸ τοῦ Διὸς καὶ Νύσης, monte Indiæ, ubi versatus est. Jovis est enim et Semeles filius. Lucanus [lib. I. 63. ss.]

"——— nec si te pectore vates
Accipiam, Cirrhæa velim secreta moventem
Sollicitare Deum, Bacchumque avertere Nysa.
Tu satis ad vires Romana in carmina dandas."

Invocat nescio quem, vice Apollinis et Liberi, quod unum numen est, si Macrobio credimus. Cirrha civitas Phocensis prope Delphos. Porro Baccho tragœdias actitabant, et victori dabatur hircus, qui τράγος. nomen inde, ut ex Horatio jam diximus. Caper autem immolabatur Baccho, quod vites roderet, ut Cereri porca, quæ pando rostro segetes eruit. Unde Epigramma [Eveni Parii] τῆς ἀμπέλου πρὸς τράγον [Schol. in Plutum Arist. 1130. Anthol. Brunck. t. I. p. 165. Jacobs. I. p. 97.]

Κήν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ἴμαξ δέ τε καρποφορήσω,
ὅσσον ἐπισπεῖσαί σοι, τράγε, δυομένῳ.

Festus; "Capræ dictæ, quod omne virgultum carpant, et maxime vitem." Virg. [Georg. II. 375. ss.]

"Frigora nec tantum cana concreta pruina,
Aut gravis incumbens scopulis arentibus æstas,
Quantum illi nocuere greges, durique venenum
Dentis, et admorso signata in stirpe cicatrix.
Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Cæditur, et veteres ineunt proscenia ludi."

[p. 77. ed. D.] Hinc τραγῳδός. ἀοιδὴ, ᾠδὴ, *cantio*. Sed ἀείδειν veteribus est φράζειν, inquit Strabo [Geogr. I. p. 34. Almel.] Contra *dicere* Latinis *canere*, ut, 'Quantum sat erit tua dicere facta.'

— 8. οὐκ ἂν οὗτος οὗτ' ἐκείνου πρὸς χάριν οὔτ' ἐμοῦ πρὸς ἀπέχθειαν ἠκούετε] Dolenter hoc dicit suam illis exprobrans injuriam. Et est hic βαρύτης πρὸς τῇ τραχύτητι καὶ δριμύτητι. Sic enim solet noster συμπλέκειν τὰς ἰδέας. Hermogenes [ἐν τῷ περὶ βαρύτητ.] ἡ βαρύτης ἐνοίας μὲν ἔχει τὰς ὀνειδιστικὰς ἀπάσας, ὅταν τὰς εὐεργεσίας τις ἑαυτοῦ λέγων, τὸ μηδενὸς, ἢ ἐλαττόναν ἠξιῶσθαι, ἢ καὶ τοὐναντίον, ὅτι καὶ τιμωρίας ἀντὶ τιμῆς ἠξίωται, ὀνειδίζῃ. οὕτω γὰρ καὶ μάλιστα βαρὺς ὁ λόγος γίνεται, εἰ παρατιθείη τις τοὺς οὐδὲν ἢ μικρὰ εὐεργετήσαντας, ἢ καὶ τοὐναντίον ἠδικηκότας, εἶτα τυχόντας ὧν αὐτὸς οὐκ ἠξιώθη. Nonne hoc nunc evidenter conqueritur Demosthenes, se talem virum, tam bene de rep. meritum, non potuisse apud suos cives λόγου τυχεῖν, præsertim quum de eorum commodis diceret: histriones et levissimos homines, qui multum nocuerant, potuisse. Itaque addit Hermog. ταὐτὸν δὲ συμβαίνει, κἂν εἰ λέγοι τις, ὅτι τὸν δεῖνα μὲν φαῦλον ὄντα τούτων ἠξιώσατε, ἐμὲ δὲ ὡς ἑτέρως προαιρούμενον τῶν ἐναντίων. "Spernitur orator bonus, horridus miles amatur," magna cum indignatione Ennius dixit. quid? audiri ludionem, amari: oratorem optimum sperni, nonne multo est indignius? Pharnabazus satrapa regis Persarum, quum apud Xenophontem exprobrasset Agesilao πάνυ βαρέως sua in Græcos merita, ad ultimum, quo magis illos oneraret, [p. 78. ed. D.] hæc addit: εἰ οὖν ἐγὼ μὴ γιγνώσκω μήτε τὰ δίκαια, μήτε τὰ ὅσια, ὑμεῖς διδάξατέ με, ὅπως ταῦτ' ἔστιν ἀνδρῶν ἐπισταμένων χάριτας ἀποδιδόναι. [Rerum Græcarum, IV. 1. 14.] sibi detrahit, quod illis tribuat admodum onerose. D. Paulus ταύτῃ βαρύτητι multum utitur, præsertim ad Corinthios, ut χωρὶς ἡμῶν ἐβασιλεύσατε. [1 Cor. IV. 8.] Chrysostomus: πολλῆς γέμει βαρύτητος ὁ λόγος. quare? διὰ τὴν εἰρωνείαν videlicet,

quam Hermog. μέθοδον εἶναι λέγει τῆς βαρύτητος. tale est et illud. [1 Cor. IV. 10.] ἡμεῖς μὲν μωροὶ διὰ Χριστόν· ὑμεῖς δὲ φρόνιμοι ἐν Χριστῷ. Herm. γίγνονται μέντοι βαρύτητες καὶ τῶν ἐπιεικῶν πως εἶναι δοκούσῶν ἐννοιῶν μεθοδευθεῖσαί πως. quæ sit autem methodus illa, his quæ sequuntur, docet: ὅταν μειονεκτῇ τις ἑκών, ἢ συγχωρῇ πλεονεκτεῖν τῷ ἐχθρῷ. (quod nunc Paulus facit.) sic Pharmbazus supra λίαν εἰρωνικῶς. ἢ καὶ τῶν ἐναντίων φαίνηται ἢ ἑαυτὸν ἢ τὸν ἐχθρὸν ἀξιῶν καὶ ὀνομάτων καὶ πραγμάτων. cujus exemplum posuit illud Dem. [pro Corona, p. 288. ed. Reisk.] τότε ὁ Παιανιεὺς ἐγὼ βάταλος, Οἰνομάου τοῦ Κοθωκίδου σου πλείονος ἄξιος ὢν ἐφάνην τῇ πόλει. Chrysostomus tamen ad hunc Pauli locum, πάλιν καὶ τοῦτο ἐντρεπτικῶς εἴρηκε, quod magis est τῆς τραχύτητος, ut diximus. Sed qui ista olim in scholis rhetorum didicisset, neque perfecte post longum tempus meminisset, confundit interdum vel parum explicat. Nam et illud [2 Cor. XI. 19.] ἡδέως ἀνέχεσθε τῶν ἀφρόνων φρόνιμοι ὄντες, quis non videt gravissimam esse εἰρωνείαν καὶ πολλῆς γέμειν βαρύτητος; magis quam superior locus prioris Epistolæ, quem citavimus. tamen hoc ibi Chrys. notavit, hic non observat. Est autem tale prorsus, quale illud sqq. [contra Midiam p. 536.] εἴτε τις βούλεται νομίσαι μανίαν· μανία γὰρ ἴσως ἐστὶ τὸ ὑπὲρ δύναμίν τι ποιεῖν. [p. 79. ed. D.] Herm. πάνυ γὰρ βαρέως ἐνταῦθα τὴν φιλοτιμίαν ἑαυτοῦ, μανίαν ὠνόμασε, quum sua sponte, non jussus choragi munus subiit. sicuti Paulus: ἀφροσύνην τὴν ἑαυτοῦ καύχησιν· τὸ καυχᾶσθαι γὰρ ἐστὶ φιλοτιμεῖσθαι. Velut: ἐὰν γὰρ εὐαγγελίζωμαι, οὐκ ἔστι μοι καύχημα. Quid igitur? ἵνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον, *gratis prædicans*. [1 Cor. IX. 18.] ἐπὶ τούτῳ γὰρ Παῦλος ἐφιλοτιμεῖτο. "Et mori me satius," inquit, "quam ut quis mihi auferat hanc φιλοτιμίαν." ἀλλὰ κέντει τὸν πῶλον περὶ τὴν νύσσαν, φαίη τις ἄν. καὶ δὴ ποιήσω. [Proverbium.] Paulus a Corinthiis nihil ceperat. κατενάρκησα γὰρ οὐδενός, inquit. Ejus æmuli multum ceperant: et quidem nonnullos eorum compilaverant. Et tamen illos audiebant πρὸς χάριν: Paulum non illi quidem πρὸς ἀπέχθειαν, ut Athenienses Dem. sed tamen non ita libenter. Cum igitur ait [2 Cor. XI. 20.] ἀνέχεσθε γὰρ, εἴ τις καταδουλοῖ, εἴ τις κατεσθίει, εἴ τις ἐπαίρεται, εἴ τις ὑμᾶς εἰς πρόσωπον δέρει, nonne id ipsum est quod Herm. τεθεώρηκε scribens: μάλιστα μὲν βαρὺς ὁ λόγος γίνεται, εἰ παρατιθείη τις τοὺς οὐδὲν ἢ μικρὰ εὐεργετήσαντας, ἢ καὶ τοὐναντίον ἠδικηκότας, εἶτα τυχόντας ὧν αὐτὸς οὐκ ἠξιώθη. Ad quem Pauli locum Chrysostomus: ὁρᾷς ὅτι οὐ δείκνυσιν αὐτοὺς λαμβάνοντας, ἀλλὰ καὶ μεθ' ὑπερβολῆς. τὸ γὰρ κατεσθίειν τοῦτο δηλοῖ. Quod notandum ad eum locum, ubi λῆμμα quid esset diximus. Postremo quod ait Apostolus: "Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris ecclesiis? nisi quod ego ipse non gravavi vos. donate mihi hanc injuriam:" [2 Cor. XII. 13.] ἀντικρὺς ἐστι δεινὴ βαρύτης. Jam hæc ut placitura sint, vereor. Certe meliora sunt τῶν ἀναλύσεων, quæ scribi solent in epistolas Pauli, si quis omnia exsequi posset, quod experiundum est. [p. 80. ed. D.] Nam aureum illud os majoribus intentum, oscitanter atque alucinans hoc facit ἐκ περιουσίας. At hæc parvi momenti sunt, inquis. Si inutilia sunt, prorsus relinquenda erant. Sin fructum aliquem afferunt, ἀκριβέστερον tractanda. Hæc quidem vetus disciplina est, quæ tot egregios peperit: non ἡ ἀναλυτικὴ nuper exorta. πρὸς χάριν valet κεχαρισμένως: πρὸς ἀπέχθειαν idem quod ἀπεχθῶς. Ut πρὸς βίαν, βιαίως, πρὸς ὀργὴν, ὀργίλως, πρὸς ἡδονὴν, ἡδέως. Chrysost. [de sacerdotio IV. p. 211. ed. Beng.] non oportet, inquit, ἐγκρίνειν τοὺς ἐπισκόπους πρὸς χάριν ἢ πρὸς ἀπέχθειαν. *legere episcopos vel gratia vel odio.*

— 11. ὑπὲρ τοῦ τὰ ἐκεῖ χρήματα ὀφειλόμενα, ὡς ἔφη, κομίσας δεῦρο λειτουργεῖν] χρῆμα, quo suam profectionem honesta specie defendit. Potuit argui suspiciose profectum esse in Macedoniam οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τῆς πόλεως, non bono patriæ. Hic igitur est color honestus, quem obtendit suæ profectioni. Ulpianus [ad illam περὶ τῆς παραπρ.] ἐπισημήνασθαι δὲ ἄξιον, ὃ περὶ τῶν ἐμπιστευτόντων στοχασμῶν εἰώθασιν αἱ τέχναι λέγειν· λέγουσι γὰρ, ὅτι τὸ χρῶμα ποιεῖ τὸ δεύτερον ζήτημα. Velut in accusatione Æschinis, prima quæstio conjecturalis est, ceperitne Æschines a Philippo pecuniam ἐπὶ προδοσίᾳ τῆς πατρίδος. Quod probatur τοῖς ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, falsa enim ad populum renuntiasse, factum esse omnia Philippum, supra quam postularent, et æqua esse censerent. et cum missus esset iterum legatus ad constringendum Philippum, postquam pax composita est, jure jurando, moram in itinere traxisse, quo regi locum daret occupandi quæ cuperet. "Dic aliquem nobis, dic Quintiliane colorem." [p. 81. ed. D.] At ego deceptus sum a Philippo [p. 373. ed. Reisk.] γοητευθεὶς καὶ φενακισθεὶς τῇ περὶ τὰ ἄλλα αὐτοῦ φιλανθρωπίᾳ. Hinc oritur nova quæstio, quam χρῶμα dicunt, an verisimile sit potuisse eum tam facile a rege circumveniri. Similiter nunc, si reus esset Neoptolemus profectionis in Macedoniam, et multis suspicionibus argueretur, diceret eo se profectum esse, ut pecuniam illic sibi debitam reciperet, qui color secundam questionem pareret.

— 12. κομίσας δεῦρο λειτουργεῖν] Hoc est, τὸ χρῶμα πάντων πλουσίων, quo suam

avaritiam defendunt, tantas opes se accumulare et coacervare, ut sit, quo subveniatur publicis necessitatibus. Quid si forte regi opus sit pecunia? nonne ad divites reditur? omera denique inclinantur in divites. Cic. [pro Sextio, c. 48.] "Cum locupletes possessionibus diuturnis moverentur, spoliari remp. propugnatoribus arbitrabantur." Hesychius, λειτουργεῖν quasi λαϊτουργεῖν. λᾶϊτον γὰρ τὸ δημόσιον. Ulpianus: λεῖτον δὲ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸ δημόσιον, ὅθεν λειτουργεῖν, τὸ εἰς τὸ δημόσιον ἐργάζεσθαι, ὅθεν καὶ λεία λέγεται, ἡ παρὰ τῶν πολεμίων εἰς τὸ κοινὸν τῶν διαρπαζόντων ἀφέλεια. *præda.* Plutarchus [in Romulo, c. 25. extr.] εἰκὸς δὲ λικτώρεις ἐντιθεμένου τοῦ κ νῦν ὀνομάζεσθαι. πρότερον γὰρ λιτώρεις, Ἑλληνιστὶ λειτουργοὺς ὄντας. λᾶϊτον γὰρ τὸν δῆμον ἔτι καὶ νῦν Ἕλληνες, καὶ λαὸν τὸ πλῆθος ὀνομάζουσι. Sic αὐτὸς, *auctor, auctoritas,* ἀπὸ τοῦ αὐτὸς ἕφα. Nam αὐκταριτὰς apud Dionem expresse legimus. Sic Quinctius, Quinctilianus. Sed melior suæ linguæ scilicet auctor est Festus: "Lictores dicuntur, inquit, quod fasces virgarum ligatos ferunt. Hi parentes magistratibus, delinquentibus plagas ingerunt." Unde etiam apparitores dicti, sed et ab hoc officio dici potuerunt eadem notatione. [p. 82. ed. D.] Unde illud apud Cic. et Livium: "I lictor, colliga manus, caput obnubito, arbore infelici suspendito." est igitur λειτουργεῖν, *publico munere fungi.* λειτουργία, *munus, ministerium.* Sane sciendum est, species quinque τῆς λειτουργίας fuisse Athenienses, τριηραρχίαν, χορηγίαν, γυμνασιαρχίαν, ἑστιατορίαν, εἰσφοράν. quæ munera pro suis facultatibus obibant, sed in classes divisi pro suo cujusque censu, quas illi συμμορίας. Dem. [Olynth. II. p. 26.] πρότερον μὲν γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰσεφέρετε κατὰ συμμορίας· νυνὶ δὲ πολιτεύεσθε κατὰ συμμορίας. Ulpianus: cum decem tribus essent Athenis, necesse habebant ἀφ' ἑκάστης προβάλλεσθαι τοὺς πλουσιωτέρους αὐτῆς, ἑκατὸν εἴκοσι ἄνδρας τοὺς λειτουργήσοντας ὑπὲρ τῆς πόλεως. εἶτα οἱ ἑκατὸν εἴκοσι οὗτοι ἐμέριζον ἑαυτοὺς εἰς δύο μερίδας, ἵνα ἑξήκοντα αὐτῶν ἔσονται οἱ πάνυ πλούσιοι, οἱ δὲ ἄλλοι ἑξήκοντα ἧττον πλούσιοι. ἐλέγετο δὲ τὸ σύστημα αὐτῶν τῶν ἑξήκοντα, συμμορία, οἱονεὶ παρὰ τὸ μέρος εἶναι τῆς πόλεως. Cum igitur decem essent tribus, et quæque ederet centum viginti viros, σωέβη τοὺς πάντας εἶναι λειτουργοὺς mille ducentos. Sed hi graviora munia subibant. Hoc institutum imitatus est Servius Tullius [Livius lib. I. c. 24.] "Censum enim instituit rem saluberrimam tanto futuro imperio: ex quo belli pacisque munia non viritim, ut ante, sed pro habitu pecuniarum fierent. Tum classes centuriasque et hunc ordinem ex censu descripsit, vel paci decorum, vel bello." Sallustius [Bell. Jug. c. 32.] "Ipse interea militibus scribere, non more majorum, neque ex classibus, sed uti cujusque libido erat, capite censos plerosque." hi rem non habebant. itaque immunes erant. Nam ut dici solet, ubi non est quod exigas, rex quoque ipse jus suum amittit. Festus: "Munem significare certum est officiosum, unde e contrario immunis dicitur, qui nullo fungitur officio. [p. 83. ed. D.] Plautus [Trinummo. Act. I, sc. 1. v. 1. s.] "Amicum castigare ob meritam noxiam, Immune est facinus, verum in ætate utile et conducibile." quod dicunt ἐν τῷ βίῳ. Sed ad quinque illas λειτουργίας redeamus. Dem. πόσοι δήποτ' εἰσὶν οἱ κατ' ἐνιαυτὸν τὰς ἐγκυκλίους λειτουργίας λειτουργοῦντες ὑμῖν, χορηγοὶ, καὶ γυμνασιάρχαι, καὶ ἑστιάτορες. [ad Leptinem p. 463. ed. Reisk. p. 26. ed. Wolf.] Ergo τριηραρχία non erat ἐγκύκλιος λειτουργία, sed major et ampliorem censum requirebat. et nulla erat τῆς τριηραρχίας immunitas, ut Dem. ibidem testatur: οἱ πλουσιώτατοι τριηραρχοῦντες ἀεὶ, τῶν χορηγιῶν ἀτελεῖς ὑπάρχουσι. Porro τριήραρχοι sunt (Athenienses enim re nautica plurimum utebantur), qui sua pecunia triremem instruebant armamentis et nautis, quos πληρώματα vocabant, nihil admodum de publico accipientes, ut ditiores apud nos equum cataphractum exhibent. Choragus et gymnasiarchus ludos, ille scenicos, ut Romanus ædilis, hic gymnicos, edebat: oleum atque alias res necessarias palæstræ præbuit. ἑστιάτωρ, epulum populo dabat, quem nos epulonem dicimus. Dem. [contra Midiam p. 565.] εἰστίακα τὴν φυλὴν ἐγὼ, καὶ Παναθηναίοις κεχορήγηκα. Quod etiam in more Romanis erat. Cic. [de offic. II. 17. 3.] "Oresti nuper praudia in semitis decumæ nomine magno bonori fuerunt." decumas autem Herculi consecrabant. εἰσφορὰ, *tributum,* quod nos *subsidium.* προεισφορὰ δὲ, *a privy seal.* Ulpianus [in Olynth. II.] ἵνα μὴ ἐξαίφνης ὁ πόλεμος αὐτοὺς ἐπείξῃ, καὶ τύχῃ πρὸς τὸ παρὸν μὴ ἔχειν χρήματα τοὺς ἧττον πλουσίους, εἰσέφερον οἱ πλουσιώτεροι ὑπὲρ αὐτῶν. καὶ προετέλουν, καὶ ἐδέχοντο ταῦτα ὕστερον κατὰ σχολήν. ἐπίδοσις, *a benevolence.* Sed cur noster appellat tria hæc munera τὰς ἐγκυκλίους λειτουργίας? nempe ut Philosophus ἐγκυκλίους τινὰς διακονίας. [p. 84. ed. D.] Arist. ἐπιστήμη δ' ἂν εἴη καὶ δεσποτικὴ καὶ δουλική. δουλικὴ μὲν οἵαπερ ὁ ἐν Συρακούσαις ἐπαίδευεν. ἐκεῖ γὰρ λαμβάνων τις μισθὸν, ἐδίδασκε τὰ ἐγκύκλια διακονήματα τοὺς παῖδας. [Polit. I. cap. IV.] cujusmodi sunt stare ad mensam, et ministrare: equitare cum domino, si peregre proficiscitur. εἴη δ' ἂν καὶ ἐπὶ πλεῖον τῶν τοιούτων μάθησις, οἷον ὀψοποιῆσαι, καὶ ταῦλα τὰ τοιαῦτα γένη τῆς διακονίας. ut enim leviora sunt hæc ministeria, sic

illa, munera. Ulpianus, ἐγκύκλια καὶ κοινά. quemadmodum leviores disciplinas appellamus ἐγκύκλια μαθήματα, quas omnes liberaliter instituti tenebant, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς φιλοσοφίας καὶ τῶν μαθηματικῶν, quæ κατ' ἐξοχὴν dicebantur μαθήματα. Strabo de Tarso civitate Ciliciæ loquens, in qua d. Paulus est natus [lib. XIV. p. 991. ed. Almel.] τοσαύτη δὲ τοῖς ἐνθάδε ἀνθρώποις σπουδὴ, πρός τε φιλοσοφίαν, καὶ τὴν ἄλλην ἐγκύκλιον ἅπασαν παιδείαν γέγονεν, ὥστε ὑπερβέβληνται καὶ Ἀθήνας καὶ Ἀλεξάνδρειαν, καὶ εἴ τινα ἄλλον τόπων δυνατὸν εἰπεῖν, ἐν ᾧ σχολαὶ καὶ διατριβαὶ τῶν φιλοσόφων καὶ τῶν λόγων γεγόνασι. quibus eruditum fuisse ab ineunte ætate in sua patria Paulum, antequam Hierosolymis ad pedes Gamalielis sedit, pro certo habendum est. Sed ex hoc loco probabis, *philosophiam* esse παιδείαν, non ἐγκύκλιον παιδείαν, ut τὴν τζιπραρχίαν, λειτουργίαν, non ἐγκύκλιον λειτουργίαν. Clemens Alexandrinus [στρωματέων II.]: consequenter autem καὶ περὶ τῆς ἐγκυκλίου καλουμένης παιδείας, εἰς ὅσα εὔχρηστος (sic lego, non ἄχρηστος), περί τε ἀστρολογικῆς καὶ μαθηματικῆς καὶ μαγικῆς γοητείας ἐπιδραμητέον. Vides eum separare astrologiam et mathematicas artes ἀπὸ τῆς ἐγκυκλίου παιδείας. nisi forte hæ solum, quas enumerat, sunt ἐγκύκλιοι, aut magica pars earundem. nam de philosophia seorsim egit. [p. 85. ed. D.] Quinctilianus [A. dial. de caus. corr. eloq. c. 2.] "Aper communi eruditione imbutus, contemnebat potius literas, quam nesciebat." *Communem eruditionem* vocat τὴν ἐγκύκλιον. Cic. *communes literas*, politiorem humanitatem. Hoc eo dico, ne quis putet, quam ἐγκυκλοπαιδείαν vocant, omnes scientias complecti. In quo video quosdam vehementer errare. Certe si scirent, quid esset κύκλος Græcis, non philosophiam in suum orbem includerent, nedum theologiam: de quo Synesius [in Dionem] καὶ οὕτω μειονεκτεῖν ἀνάγκη τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον, ὃς οὐ προετελέσθη τῷ κύκλῳ, καὶ τὰ τῶν Μουσῶν οὐκ ἀγρίακε. *Qui non prius*, inquit, *initiatus fuerit circulo*, quo verbo significat τὸν κύκλον εἶναι περιπαιδείαν τινὰ, non ἐντελῆ παιδείαν. Horatius [in arte poet.]

> "Nec sic incipias, ut scriptor cyclicus olim."

Is est Stasimus auctor τῆς μικρᾶς Ἰλιάδος, qui recto ordine ab initio ad finem contexuit suum opus. Item:

> "Nec circa vilem patulumque morabitur orbem." (τὸν κύκλον.)

Didymus, quum narrasset, ut Achilles occultatus fuit inter virgines apud Lycomedem, addit, ἡ δ' ἱστορία παρὰ τοῖς κυκλικοῖς. Hæc enim fabula incredibilis non est apud Homerum. Cic. de eo, qui futurus sit orator [de Oratore II. 20. 85.] "Sit mihi literis tinctus (inquit), audierit aliquid, legerit" etc. Hic est ὁ προτετελεσμένος τῷ κύκλῳ. Multa perdocte Casaubonus de epico κύκλῳ ad Athenæum, quem multum Sophoclem secutum ait: a quo nos nihil hic mutuati sumus. Æschines contra Ctesiph. [p. 637. ed. R.] εὖ γὰρ ἴστε ὅτι οὐχ αἱ παλαῖστραι, οὐδὲ τὰ διδασκαλεῖα, οὐδ' ἡ μουσικὴ μόνον παιδεύει τοὺς νεωτέρους, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τὰ δημόσια κηρύγματα. [p. 86. ed. D.] Terentius [Eunucho, III. 2. 23. s.] "Fac periculum in literis, fac in palæstra, in musicis. Quæ liberum scire æquum est adolescentem, solertem dabo." Hæ sunt αἱ ἐγκύκλιοι μαθήσεις, γραμματικὴ δηλονότι, γυμναστικὴ, μουσικὴ, queis imbuebantur omnes, ut nunc fere, ingenui: quibus et Plato vult institui suos cives. Diog. Laertius [Zenone], εὐχρηστεῖν δὲ καὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματά φησιν ὁ Χρύσιππος. An philosophia sit utilis, nulla erat apud eos quæstio. Arist. [Meteor. cap. I. lib. I.] ἔτι δὲ περὶ κεραύναν πτώσεως, καὶ πρηστήρων, καὶ τυφώνων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐγκυκλίων, ὅσα διὰ τὴν πῆξιν συμβαίνει πάθη τῶν αὐτῶν τούτων σωμάτων, quæ scilicet quotidie cernimus in usuque communi sunt. Apud Æschinem [contra Timarchum, p. 35. ed. Reisk.] legimus χοροὺς ἐγκυκλίους. ἀλλ' ἵνα μὴ πλείω γένηται τὰ πάρεργα τῶν ἔργων, ad inceptum. Glossarium: *defunctus*, ἀπολειτουργήσας, τελευτήσας. Act. XIII. [v. 36.] Δαβὶδ μὲν γὰρ ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας τῇ Θεοῦ βουλῇ, ἐκοιμήθη καὶ προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ. ὑπηρετεῖν est λειτουργεῖν. Reges enim sunt διάκονοι καὶ λειτουργοὶ τοῦ θεοῦ. [Rom. XIII. 1.] Plato: χρὴ δὲ τῆς ἀειγενοῦς φύσεως ἀντέχεσθαι, τῷ παῖδας παίδων καταλιπόντα, ἀεὶ τῷ θεῷ ὑπηρέτας ἀνθ' αὐτοῦ παραδιδόναι. [Legum VI.] *Oportet perennem naturam asserere, et filios filiorum relinquentem, Deo ministros pro se tradere.* ἀντέχεσθαι τῆς ἀειγενοῦς φύσεως, est, quod Phocylides præcipit:

> Δός τι φύσει καὐτὸς, τέκε δ' ἔμπαλιν, ὡς ἐλοχεύθης.

"Quin et vita cujusque nostrum militia est super terram." [Job. VII. 1.] *Militia* autem λειτουργία τις, *servitium* nos vocamus. Unde in Ecclesiis λειτουργία, *divine service*. M. Tullius [de senectute, c. 21.] "Dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis, et gravi opere perfungimur. Est enim animus cœlestis, ex altissimo domicilio depressus et quasi demersus in terram, locum divinæ naturæ æternitatique contrarium." [p. 87. ed. D.] Synesius [de providenti.] κατατέμπεται γὰρ, ἐφ' ᾧ κοσμῆσαι τὴν περίγειον λῆξιν. Nempe anima. Platonicum dogma, fuisse animos et viguisse ante corpus in cœlo, non haustos e

mente divina, ut Pythagoras censuit, ἀλλὰ καθ' ἑαυτοὺς ὑφεστῶτας. Mox Cicero: "Sed credo, deos immortales sparsisse animos in corpora humana, ut essent, qui terras tuerentur." Hoc est, quod Synesius ait: ἐπὶ τῷ κοσμῆσαι τὴν περίγειον λῆξιν. Quæ pars infima est rerum naturæ, quam sortiti sunt homines. "Terram dedit filiis hominum." Plinius [lib. XVII. H. N. cap. XIII. (XXI. ed. Hard.)] "Rubi repleturi omnia, ni resistat cultura: prorsus ut videri possint homines terræ causa geniti." ἀτέλεια vacatio est τῆς λειτουργίας, *immunitas*: ἀτελεῖς, *immunes*, παρὰ τὸ μὴ τελεῖν τι, *quod nihil impendant*. Hanc dabant civibus: ἰσοτέλειαν μετοίκοις, *incolis, ut non plus quam cives reip. penderent*. Harpocration: ἰσοτέλεια, τιμή τις πολλάκις διδομένη τοῖς ἀξίοις φανεῖσι τῶν μετοίκων, καθ' ἣν καὶ ἡ τοῦ μετοικίου ἄφεσις αὐτοῖς ἐγίγνετο. μετοίκιον est, quod qui in civitate habitabant, sed jus civium non habebant, ærario pendebant. Ulpianus aliter explicat, sed sensus est unus utriusque: ἰσοτελεῖς λέγει τοὺς τετυχηκότας τῆς ἴσης τιμῆς τοῖς πολίταις· τέλος γὰρ καὶ τὴν τῶν ἀρχόντων τιμὴν ὀνομάζουσιν. [ad Or. contra Leptinem, p. 35. ed. Wolf.] Ut Thucydides [IV. 38.] τῶν Λακεδαιμονίων τὰ τέλη τοὺς ἄρχοντας λέγει. Tales erat *municipes* Romanis, quos Appianus ἰσοπολίτας nominat. Quamobrem sic dicti sunt a muneribus seu muniis capiundis, i. honoribus.

P. 140. 1. ἣν ἐκέκτητο φανερὰν οὐσίαν] Quicquid in fundis, pecore, aut mobilibus possederat. Quantum enim quisque nummorum servet in arca, nemo scit. [p. 88. ed. D.] Dem. [πρὸς Πολυκλέα p. 1208.] καὶ προσαπενέχθη τοὔνομά μου ἐν τριττοῖς δήμοις, διὰ τὸ φανερὰν εἶναί μοι τὴν οὐσίαν. *delatum est nomen meum tribus in municipiis, eo quod, quam rem haberem, in oculis erat omnium.*

— 2. ταύτην ἐξαργυρίσας] διαπράσας. Thucydides alia conjugatione [VIII. 81.] οὐδ' ἣν τελευτῶντα τὴν ἑαυτοῦ στρωμνὴν ἐξαργυρᾶσαι. *neque licebat morienti suam vestem stragulam vendere.* Vel potius: *neque erat postremo vestem illam auctionari.* Isæus [de Dicæog. hered. p. 116. t. VII. Oratt. Gr. Reisk.] τὸν οἶκον σὺ τούτου παραλαβὼν, κακῶς καὶ αἰσχρᾶς διελύλεκας, καὶ ἐξαργυρισάμενος πενίαν ὀδύρῃ. *cum hæres tu domum istius acceperas, flagitiose disperdidisti, et cum argento permutasses, deploras egestatem.*

— ibid. πρὸς αὐτὸν ἀπάγων ᾤχετο] Sic plerumque hoc verbum alicui participio connectitur. Quod enim Cicero dixit in Catilinam [II. 1.] "abiit, excessit, evasit, erupit," Græce brevius diceretur, ᾤχετο ἀπιών. Lucianus [Somn. 6. p. 711. t. II. Reitz.] οὕτω μοι πολὺ τὸ μέλι ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁ ὄνειρος καταλιπὼν ᾤχετο, ὡς μόγις ἀνοίγειν τὰ βλέφαρα ὑπ' αὐτοῦ εἰς ὕπνον αὖθις καταστράμενα. Sæpe etiam de morientibus usurpatur. θεὸς γὰρ ἐκσώζει με. τῷδε δ' οἴχομαι. [Soph. in Ajac. vs. 1128.] *huic perii.* Idem: πῶς εἶσας; ἀλλ' ἢ χ' οὗτος οἴχεται θανών; [in Philoctete, vs. 415.] Discamus hinc, quid sit, quod Dominus ait [Lucæ XIII. 32.] ἰδοὺ ἐκβάλλω δαιμόνια καὶ ἰάσεις ἐπιτελῶ σήμερον καὶ αὔριον καὶ τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι. πλὴν δεῖ με σήμερον καὶ αὔριον καὶ τῇ ἐχομένῃ πορεύεσθαι. Beza: "Verumtamen oportet me hodie et eras et perendie iter facere." At Syrus, abire, ex hac vita videlicet, quod verissimum est, ut sit id ipsum, quod priore versu τελειοῦσθαι, quod verbum de mortuis dici solet. Quasi diceret, quid dico, me triduo consummatam iri? Imo vero id hodie et eras et perendie fit. [p. 89. ed. D.] Ut Paulus [1 Cor. XV. 31.] καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω, νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, id est, *in quotidianis vitæ periculis versamur.* Sic accipiendum esse hoc verbum, evincit illud ejusdem Evangelistæ [cap. XXII. 22.] ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου πορεύεται κατὰ τὸ ὡρισμένον. pro quo Matthæus ὑπάγει, i. οἴχεται. Sed οἴχεσθαι quum *perire* vel *interire* reddi solet, Christo non conveniebat. Tale est et illud, ἰδοὺ ἐγὼ πορεύομαι τελευτᾷν. [Gen. XXV. v. 32.] De morte autem sua loqui Dominum, quæ continuo sequuntur, ostendunt [cap. XIII. Luc. v. 35.] "Quia non capit prophetam perire extra Jerusalem." Nam qui iter facere vertunt, aut ambulare, his aptare non possunt. Et est hic sermo non Græcorum proprius, sed communis quoque Hebræis, ut אנכי הולך ערירי ואנכי הולך בא Heb. [Gen. XV. 2.] Hier. "Ego vadam absque liberis," non, ut Junius, "Cum ego incedam liberis carens," i. inquit, vitam transigam. atqui verbum tam Heb. quam G. non de cursu vitæ, sed de exitu dicitur. Et est præsens pro futuro. νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, δέσποτα [Luc. II. 29.] καὶ, ἀπόλυσον τὸν ὄχλον [id. IX. 12.] *jac populo discedendi copiam.* ἀπολύεσθαι, *discedere.* Ecclesiastæ, i. γενεὰ πορεύεται, καὶ γενεὰ ἔρχεται. [cap. I. 4.] Verbum hic idem Heb. דור הלך ודור בא

[p. 91. ed. D.] — 3. δύο μὲν δὴ ταῦτα, ὧν προεῖπον ἐγὼ, μαρτυρεῖ τοῖς τότε γεγενημένοις λόγοις] Semper Dem. his transitionibus utitur. Hermogenes autem ait, τὰς τοιαύτας συμπληρωτικὰς ἐννοίας ποιεῖν εὐκρίνειαν, *efficere dilucidam orationem.*

— 5. ἀποφανθέντα] Hinc ἀπόφανσις pronuntiatum Aristoteli, quod *effatum* Cicero.

— ibid. τρίτον δ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ μόνον τοῦτ' εἰπὼν ἔτι] Figuram hanc Hermogenes ὑποστροφὴν, nos *regressionem.* Herm. ἐξαιρεῖται τοίνυν ὑπτιότητα λόγου σχῆμα τὸ καθ' ὑποστροφήν. Ut [de Corona. p. 230.] τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέ-

μου, οὐ δι' ἐμέ· οὐ γὰρ ἐπολιτευόμην τότ' ἐγώ. καὶ ἔστιν, inquit, σφόδρα χρήσιμον τοῦτο ἐν ταῖς ἀφηγήσεσιν, *in narrationibus*, ut hic. narrationes enim sua natura, si rerum ordinem sequimur, supinæ sunt. Greg. Nazianz. [in Apologet.] πρὸς δὲ τούτοις πρᾶγμα ἔπαθον (ἐκλαλήσω γὰρ πρὸς ὑμᾶς πᾶν τὸ ἀπόῤῥητον) εἴτε ἄγροικον, εἴτε ἐλεύθερον, ἔπαθον δ' οὖν. Si sic incepisset, ἐκλαλήσω πρὸς ὑμᾶς πᾶν τὸ ἀπόῤῥητον, πρᾶγμα ἔπαθον, rectum quidem ordinem servasset, sed supina esset ac languida oratio. Nunc de tarditate incitata est, [p. 92. ed. D.] κατὰ τὴν ἰδέαν τῆς ὀκυότητος, quam efficit ἡ ἐπεμβολὴ διακόπτουσα τὸν λόγον. Talia sunt illa Dem. [adv. Leptinem, p. 488. ed. Reisk.] εἰρήσεται γὰρ πρὸς ὑμᾶς ἡ ἀλήθεια. καὶ πρὸς θεῶν μηδὲν ὀργισθῆς. οὐδὲν γὰρ ἐρῶ σε φλαῦρον. Vocatur autem regressio, quia post inceptum sermonem redītur ad id, quod prius dicendum fuit: vel quod post interjectam ἐπεμβολὴν repetit abruptam orationem. Interdum ἡ διακοπὴ plura habet membra. Idem Greg. [eodem Apol.] ὃ δὲ τελευταῖον καὶ μεῖζον τῶν εἰρημένων· εἶμι γὰρ ἐπ' αὐτὸν ἤδη τὸν κολοφῶνα τοῦ λόγου, καὶ οὐ ψεύσομαι· οὐ γὰρ θέμις τοῖς περὶ τηλικούτων ποιουμένοις τὸν λόγον· οὐκ ὤμην ἴσον εἶναι, καὶ τὰ ἑξῆς. Virg. [Æneid. I. 198. sq.]

"O socii (neque enim ignari sumus ante malorum)
O passi graviora."

Item [ib. 65. ss.]

"Æole (namque tibi divum pater atque hominum rex
Et mulcere dedit fluctus, et tollere ventos)
Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor."

Quamquam hoc Hermogenes ἐν τῇ μεθόδῳ δεινότητος [p. 32.] ὑπέρβατον vocat. Quod est, inquit, non solum honesta figura, verum etiam necessaria. γίνεται δὲ, ὅταν τὴν αἰτίαν τοῦ λεγομένου, ἣν μέλλει ποθεῖν ὁ ἀκροατὴς, μέσην ὁ λέγων τάξῃ. Et hoc Homeri ponit exemplum [Od. κ. 190. ss.]:

Ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν, ὅπη ζόφος, οὐδ' ὅπη ἠώς,
Οὐδ' ὅπη ἠέλιος φαεσίμβροτος εἶσ' ὑπὸ γαῖαν,
Οὐδ' ὅπη ἀνεῖται, ἀλλὰ φραζώμεθα θᾶσσον.

Hujus generis innumera sunt apud Herodotum, ut illud in primis [lib. I. c. 4. p. 5.] χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διελθόντος (χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς) ἔλεγε πρὸς τὸν Γύγην τοιάδε, ὦ Γύγη, οὐ γάρ σε δοκέω πείθεσθαί μοι λέγοντι περὶ τοῦ εἴδεος τῆς γυναικός. ὦτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισι ἐόντα ἀπιστότερα τῶν ὀφθαλμῶν· ποίεε ὅκως ἐκείνην θεήσεαι γυμνήν. [p. 93. ed. D.] Hæc figura historicis admodum utilis est. Tollit enim, inquit Herm. τὴν ὑπτιότητα τῶν ἀφηγήσεων. Itaque permulta ejusmodi quoque apud Thucydidem reperies. Synesius non in medio posuit causam, sed præposuit. Sic enim epistolam orditur: Σὺ γὰρ δὴ καὶ φιλόσοφος εἶ καὶ φιλάνθρωπος. σοί με δεῖ προσανακλαύσασθαι τὰς τῆς ἐνεγκούσης συμφορὰς. *patriæ calamitates*. Hoc est apud Hermogenem [περὶ περιβολῆς] ἀναστρέφειν τὰ πράγματα, καὶ τὰ δεύτερα πρῶτα λέγειν. εἶτα ἀναγκάζεσθαι ἐπεμβάλλειν τὰ πρῶτα, καὶ τῷ σχήματι τῷ κατ' ἐπεμβολὴν χρῆσθαι. Horatius [Carm. III. 28. 1. ss,]

"Festo quid potius die
Neptuni faciam? prome reconditum
Lyde strenua cæcubum,
Munitæque adhibe vim sapientiæ."

Fabius inter tropos ὑπέρβατον numerat. Sed aliud est ejus atque Hermogenis. "Fit sæpe," inquit [lib. VIII. c. 6. §. 62. p. 750. ed. Burm.] "aspera et dura et dissoluta et hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui verba redigantur. Differenda igitur quædam et præsumenda: atque ut in structuris lapidum impolitiorum, loco quo convenit quicque ponendum. at quum decoris gratia longius distrahitur verbum, proprie hyperbati tenet nomen, ut [Cic. pro Cluentio, c. 1.] Animadverti, judices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes."

— 6. καὶ δὴ καὶ περὶ ὧν παρελήλυθα, ἐρῶ] Budæus, καὶ δὴ significat *protinus, continuo, mox, ideo*. Dem. [de Corona. p. 318. Reisk.] δεινὸν καὶ γόητα καὶ σοφιστὴν ὀνομάζων ἐμέ· ὡς, ἐὰν πρότερός τις εἴπῃ τὰ προσόντ' ἐαυτῷ περὶ ἄλλου, καὶ δὴ ταῦθ' οὕτως ἔχοντα. *Quasi vero, si quis de altero dicere occupaverit, quæ sibi inesse vitia novit, continuo verum sit.* [p. 94. ed. D.] Greg. Naz. [in Basilium magnum]: ἓν ἢ δύο τῶν ἐξαρχῆς ὑπαρχόντων αὐτῷ εἰπὼν, ἐπ' αὐτὸν καὶ δὴ τρέψομαι. *Continuo ad ipsum me convertam.* Aristides [παναθηναϊκῷ]: ἀλλ' ἵνα μὴ πολλὰ τοιαῦτα λέγων, πόῤῥω τοῦ καιροῦ γένωμαι, παρεὶς ἅπαν τὸ μέσον, καὶ δὴ πρὸς αὐτὰ τὰ κύρια τοῦ λόγου τρέψομαι. *Jam jam veniam ad ea, quæ capita sunt orationis.* Lucianus: ἐπεὶ δὲ σὺ προθυμῇ, καὶ δὴ λέγω. Arist. [Mag. Mor. lib. I. cap. XI.] οὐ γὰρ, ἄν τις βούληται ἐπιμελεῖσθαι τοῦ σώματος, καὶ δὴ πάντων ἄριστον ἕξει σῶμα. *Continuo præstantissimum habebit corpus.* Tale est et illud Maronis [Georg. lib. I. vs. 202—204.]

"Non aliter quam qui adverso vix flumine lembum
Remigiis subigit, si brachia forte remiserit,
Atque illum in præceps prono rapit alveus amni."

"Hæc particula," inquit Gellius [Noct. Att. X. 29.] "quasdam potestates habet, non satis notas, nisi in veterum literarum tractatione curaque exercitis. Nam et pro adverbio quam valet, quum dicimus, aliter ego feci atque tu. Significat enim aliter quam tu. Et præterea pro alio quoque adverbio dicitur, id est, statim." Quod ut probet, affert integrum hunc poetæ locum. Utitur autem hac præfatiuncula Dem. ad vitandam satietatem atque odium, eo quod nimium suis laudibus immorari videtur.

— ibid. *περὶ ὧν παρελήλυθα*] Supra in Olynthiacis *παριὼν καὶ ἀκούων* emendavimus pro *παρών*. Nunc secunda cogitatione, ut solida sit illa emendatio, vereor. Quare, si cui displicet, non repugno. Illud quidem Æschinis certum est [*περὶ τῆς παραπρ.* p. 199. ed. Reisk.] *παρελθὼν δ' ὁ μισοφίλιππος Δημοσθένης κατέτριψεν ὅλην τὴν ἡμέραν ἀπολογούμενος. Totum diem exemit orando.* [p. 95. ed. D.] Hoc Isocratis an huc pertineat, docti judicent: *ὑμεῖς μὲν οὖν οἶδ' ὅτι τούτῳ χρώμενοι τῷ λογισμῷ, τῆς ἐμῆς προσόδου καταφρονεῖτε, ἣν περὶ σωτηρίας πεποίημαι.* [Areopagitica, p. 98. t. II. Aug.] Dein paulo post: *ὑπὲρ ἧς ἐγὼ καὶ τὸν λόγον μέλλω ποιεῖσθαι, καὶ τὴν πρόσοδον ἀπεγραψάμην. accessionem hanc ad dicendum professus sum. τὸ παρὰ γὰρ καὶ τὸ πρὸς* hic idem vēlent, ut diximus. sic dicunt, *adire ad populum, προσελθεῖν τῷ δήμῳ, καὶ λόγου τυχεῖν.* Xenophon [Cyrop. I. 2. 2.] *ἢ βίᾳ εἰς οἰκίας παριέναι. aut vi in ædes irrumpere.* Plenius est illud Æschinis: *παρελθὼν, Δημόσθενες, ἐπὶ τὸ βῆμα, ἐν τῷ ἐμῷ λόγῳ εἰπέ. Hoc conscenso suggesto.*

— 8. *τότε Θεσπιάς τινων καὶ Πλαταιὰς ὑπισχνουμένων οἰκιεῖσθαι*] Hic erat Æschines, sed de uno sic loqui solemus plurali numero. quod cognovimus ex illa Dem. *περὶ τῆς παραπρεσβείας*, ubi cum hæc historia, tum aliæ, quas hic refert, exprimuntur plenius.

— ult. *τὴν δὲ Θηβαίων πόλιν διοικιεῖν*] Dem. de Æschine in eadem [*περὶ παραπρ.* p. 347. ed. R.] *καὶ διεξῆλθε λόγον μακρὸν ὑμῖν, ὃν κατὰ Θηβαίων εἰπεῖν πρὸς Φίλιππον ἔφη, δυοῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν ὑμᾶς μένοντας οἴκοι καὶ οὐ στρατευομένους, οὐδ' ἐνοχλουμένους, Θήβας μὲν πολιορκουμένας αὐτὰς χωρὶς τῆς ἄλλης Βοιωτίας ἀκούσεσθαι, Θεσπιὰς δὲ καὶ Πλαταιὰς οἰκιζομένας.* Quæ dirutæ fuerant, quia nolebant *συντελεῖν αὐτοῖς* cum reliqua Bœotia, sed *δημοκρατεῖσθαι*. Quamobrem erant Atheniensibus amici, quod apud Isocratem *ἐν τῷ Πλαταϊκῷ* legimus.

— ibid. *διοικιεῖν*] *διοικίζειν* contrarium *τῷ συνοικίζειν*. illud *dispergere incolas*, hoc *in unum congregare*. M. Tullius [pro Sextio, c. 42.] "Tum res ad communem utilitatem, quas publicas appellamus, tum conventicula hominum, quæ postea civitates nominatæ sunt, [p. 96. ed. D.] tum domicilia conjuncta, quas urbes dicimus, iuvento et divino et humano jure mœnibus sepserunt." *Domicilia conjuncta, συνοικισμός.* Dem. in ea quam memoravimus [p. 445.] *τὰ τῶν συμμάχων τῶν ὑμετέρων τείχη κατεσκάπτετο. Θηβαῖοι δὲ ἦσαν οἱ κατασκάψαντες, οἱ διοικισθέντες ὑπ' Αἰσχίνου τῷ λόγῳ.* Isocrates [de pace t. II. p. 236. Auger.] *οἱ Λακεδαιμόνιοι τοὺς Μαντινέας διῴκισαν. Mantinenses distrahebant.*

P. 141. 1. *καὶ τὴν Εὔβοιαν ἀντ' Ἀμφιπόλεως ἀποδοθήσεσθαι*] In eadem illa Dem. *οὐκ ἀγνοοῦμεν, ὅτι ὑμεῖς μὲν Ἀμφίπολιν δεδώκατε ἐκείνῳ, Φίλιππος δ' ὑμῖν Εὔβοιαν ὡμολόγηκε παραδώσειν.* Ex quibus apparet, Æschinem his omnibus designari. *καὶ τὸν Ὠρωπὸν ὑμῖν ὑπάρξειν*] Oppidum est *ἐν τοῖς μεθορίοις Ἀττικῆς καὶ Βοιωτίας*, i. *confiniis*, inquit Strabo. De quo diu certatum est inter Thebanos et Athenienses. Sed tum in ditione erat Thebanorum. Missi sunt ab Atheniensibus Romam ad Senatum legati, Carneades ex Academia, Diogenes Stoicus, Critolaus Peripateticus. Causa mittendi fuit, ut muletam irrogatam (tum enim Græcia Romanis paruit) ob vastationem Oropi deprecarentur. Grata autem erat Senatui legatio, venisse tres trium disciplinarum principes, summa eloquentia, qui per celeberrima Urbis loca de rebus gravissimis disserentes, ingentem multitudinem excitabant *εἰς τὴν ἀκρόασιν.* auctor Macrobius [Saturn. I. cap. v.] Causa vastationis videtur fuisse, quod, cum ambigui juris esset, subinde ad Thebanos deficerent.

— 2. *καὶ φενακισμοὺς*] *fucos ac fallacias.* Cic. [I. ad Atticum epist. 1.] "Petitionis nostræ, quam tibi summæ curæ esse scio, hujusmodi ratio est, quod adhuc conjectura provideri possit. Prensat unus P. Galba, [p. 97. ed. D.] sine fuco ac fallaciis more majorum. negatur. *φενακὴν, fucatus capillus*, vel *apposititius, πρόσθετος κόμη*, Schol. Arist. *φενακίζειν, fucum facere, ἀπὸ τοῦ φαίνομαι.* De quo verbo, quod frequens est apud nostrum, plura dicemus in alteram orationem, quam huic adjunctam volumus. [Non tamen alia ei adjuncta fuit. Beck.]

— 3. *οἷς ὑπαχθέντες ὑμεῖς*] *ὑπάγειν, in fraudem illicere.* Terentius [Andria IV. 1, 20. ubi tamen in optt. edd. *ducere*] "Etiam nunc me subducere istis dictis postulas?" Fortasse hoc verbum apud Menandrum invenerat. Nam Latinis simplex hoc sensu magis in usu est. Nonius Marcellus, "Ducere, illicere, inducere," deinde hæc adducit exempla. M. Tullius I. Offic. "postremo pretio aut mercede ducuntur." Idem de senectute: "Sic adolescentes senum præceptis ad

virtutis studia ducuntur." Quibus addi potest illud ejusdem [de Oratore III. 4.] " Quod si quis est, qui inductus opinione vulgi, aut Antonium jejuniorem, aut Crassum pleniorem fuisse putet, vehementer errat." τῇ δόξῃ τῶν πολλῶν ὑπαχθείς. Cornificius [ad Herenn. IV. 17.] " Qui fortunis alicujus inducti, amicitiam ejus secuti sunt, hi, simul ac fortuna delapsa est, devolant." Cæsar: " Is regni cupiditate inductus, conjurationem nobilitatis fecit," ὑπαχθείς. Cic. [in Catil. IV. c. 1. extr.] " Si P. Lentulus suum nomen inductus a vatibus, fatale ad perniciem reipub. fore putavit." Tibullus [I. 6. 1. s.]:

" Semper ut inducas, blandos offers mihi vultus.
Post tamen es misero tristis et asper amor."

Cyprianus [de vanitate idolorum p. 450. ed. Baluz.] " Horum omnium ratio est illa, quæ fallit et decipit, et præstigiis cæcantibus veritatem, stultum et credulum vulgus inducit." Est et ἐνάγειν, *incitare, persuadere*, ἐρεθίζειν. Synesius: ταῦτα ἐνῆγεν αὐτοὺς πρὸς τὸ καταδικάσαι μου. Herodotus [IV. 145.]: μάλιστα δ' ἐνῆγε σφέας ὥστε ποιέειν ταῦτα τῶν Τυνδαριδέων ἡ ναυτιλίη ἐν Ἄργεϊ. [p. 93. ed. D.] Dem. [pro Phorm. p. 955.] ὅταν δὲ ὑπὸ τῶν τούτου ὑποσχέσεων ὑπάγεσθαι φῇ. Idem [Philipp. II. p. 73.] οὕτω τελέως ὑπήχθητε. *ita prorsus ducti fuistis.* Herodianus active [libr. II. c. 14. §. 8.] τοιαῦτά τινα λέγων, ὑπηγάγετο τοὺς πλείστους εἰς εὔνοιαν καὶ πίστιν ὧν ὑπισχνεῖτο. Idem [lib. II. 9. 17.] μεγάλαις δὲ πάντας ὑποσχέσεσι καὶ ἐλπίσιν ἀναπείθων ὑπηγάγετο. Politianus, *magnis illexit præmiis.* Josephus de filiis Eli, τὰς γυναῖκας διέφθειραν, ταῖς μὲν βίαν προσφέροντες, τὰς δὲ δώροις ὑπαγόμενοι. Appianus [τῶν ἐμφυλίων a. c. 22. p. 31. t. II. ed. Schweighäus.] ὑπήγετο δὲ τοὺς καλουμένους ἱππέας διὰ τοιοῦδε πολιτεύματος. *perducebat ad se* C. Gracchus *equestrem ordinem.* Sed hoc potius est προσήγετο. Xenophon [Agesilao, c. 1. §. 20.] ἐπεμέλετο δὲ οὐ μόνον τοῦ βία χειροῦσθαι τοὺς ἐναντίους, ἀλλὰ καὶ τοῦ πρᾳότητι προσάγεσθαι. *Studuit non solum vi subigere hostes, sed etiam mansuetudine allicere.* Verbum enim superius est *illicere*, id est, in fraudem inducere. Æschines, ὑπερθεραπεύσας αὐτὸν καὶ προσαγόμενος. Plutarchus [in Sulla, c. 5. §. 1.] ἐνιαυτῷ γὰρ κατόπιν ἔτυχε τῆς στρατηγίας, τὸν δῆμον, τὸ μὲν θεράπείαις, τὸ δὲ χρήμασι προσαγόμενος. *anno post præturam adeptus est, populum partim obsequiis, partim largitione promeritus.* Isocrates [Nicocle, p. 116. t. I. Aug.] καὶ τοὺς μὲν πεῖσαι, τοὺς δὲ βιάσασθαι, τοὺς δ' ἐκπρίασθαι, τοὺς δὲ ταῖς ἄλλαις θεραπείαις προσάγεσθαι. Sallustius [Jugurth. b. c. 76.] " Regis Bocchi proximos magnis muneribus et promissis ad studium sui perduxit." Cæsar [Bell. Gall. VI. c. 12.] " Sequani Germanos atque Ariovistum sibi adjunxerant, eosque ad se magnis jactoris pollicitationibusque perduxerant." Seneca [ad Lucilium Epp.] " Difficile est animum ad contemptum animæ perducere." Horatius de Penelopa [Serm. II. 5. 77.] " Putasne, perduci poterit tam frugi tamque pudica." Suetonius [in Caligula, c. 25.] " Lolliam Paullinam Memmii perductam a mario sibi conjunxit." Terentius [Andria I. 1. 54.] " Qui tam illam amabant, [p. 99. ed. D.] forte ita ut fit, filium perduxere illuc secum, ut una esset, meum." Dem. ἦσαν ἀπιστοῦντές τινες Φιλίππῳ, καὶ νοῦν ἔχοντες. οὗτοι πιστεύειν ὑπήχθησαν. Quorsum hæc tam multa? Quia in hoc verbo fraus occulta inest, ut præpositio declarat: in illo bona fides. Itaque illud vertimus, *allicere, perducere in partes*, ubi nihil dolo malo fit, hoc *illicere*. Sed illud in Terent. Phormione [I. 2. 18.] " is senem per epistolas pellexit," est ἐπηγάγετο. Sic Tacitus [Ann. IV. c. 3.] " Hanc, ut amore incensus, adulterio pellexit." Pro eo quod est in adulterium octavus casus, εἰς μοιχείαν ἐπηγάγετο. Lucianus [in vit. auct. to. I. p. 540. ed. Reitz.] ἀλλὰ κόσμησον πρότερον, ὡς εὐπρόσωποι φανοῦνται, καὶ ὅτι πλείστους ἐπάξονται. Quum enim objecta est species formosa, aut res jucunda, nos commoveri necesse est. Hinc ἐπαγωγὸς, πιθανὸς, *blandus, pellax, illecebrosus.* ἐπαγωγὴ, *lenocinium, pellacia.* Plato [de repub. II. vol. VI. p. 220. ed. Bip.] de circulatoribus loquens et maleficis: ἐπαγωγαῖς τισὶ καὶ καταδέσμοις τοὺς θεοὺς, ὡς φασι, πείθοντες σφίσιν ὑπηρετεῖν. At Synesius [de divinat.] ὅσον ἔξω τοῦ κόσμου θεῖόν ἐστιν, ἅπαν ἐστὶν ἀγοήτευτον. eoque adducit illud poetæ de Jove: ὁ δ' ἀφήμενος οὐκ ἀλεγίζει οὐδ' ὄθεται. ἡ γὰρ νοῦ φύσις ἀμείλικτος. τὸ δὲ παθητικὸν ἐστι τὸ θελγόμενον· cujusmodi sunt dæmones, qui mundo continentur, ut docet Augustinus [de civitate dei VIII.] Et hi, si forte, capiuntur illis, quas Plato memorat, allectationibus. Nam " vana spe lactare amantem" est apud Terentium, Budæo teste, ἐπάγεσθαι καὶ διαβουκολεῖν. Festus: " Lacit, inducit fraudem, unde lactat, illectat, delectat, oblectat." Hinc ἐπαγωγὴ [itaque *inductio* Latine dicitur. Beck.] forma argumentationis, cum sensim et pedetentim interrogando de singulis eo ducimus adversarium, ut universale concedat invitus. [p. 100. ed. D.] Quod aperte Philosophus ostendit his verbis [Aristot. τῶν ὑστέρων ἀναλ. I. cap. XIV.] ἐπαχθῆναι δὲ μὴ ἔχοντας αἴσθησιν ἀδύνατον. Sensus enim est, quo percipi-

mus res singulas. Itaque est ἀπὸ τοῦ ἐπάγεσθαι, non ἐπάγειν. Cic. [Phil. II. c. 32.] "Nihil queror de Dolabella, qui tum est impulsus, elusus, inductus." Festus: "Inlex producta sequenti syllaba significat, qui legi non paret. Inlex correpta syllaba sequenti significat inductorem ab inliciendo." Plautus [Asin. I. 3. 68.] "Esca est meretrix, lectus inlex," ἐπαγωγός. Euripides Andromacha [225.]

καὶ ταῦτα δρῶσα τῇ ἔρετῇ προσηγόρμην πόσιν.

Hic vides nullam fraudem subesse, aut lenocinium, sed bonam mentem. Dem. usus est simplici verbo [de Corona p. 228. ed. R.] ἵνα μηδεὶς ὑμῶν τοῖς ἔξωθεν λόγοις ἠγμένος, ἀλλοτριώτερον τῶν ὑπὲρ τῆς γραφῆς λόγων ἀκούῃ μου. *Ne quis vestrum ductus orationibus extra causam habitis, alieniore animo me audiat de causa perorantem.* Hæc tam multa annotavimus, ne quis putet usum horum verborum esse promiscuum, et non proprium. Ante omnia enim, si volumus proficere, quam diligentissime proprietates verborum observare debemus. Sed longius imprudenter elati sumus, χαίρειν εἰπόντες τῷ Δημοσθένει. Domum rodeamus.

— 6. ὅτι ταῦτα οὔτε οἶδα, οὔτε προσδοκῶ, νομίζω δὲ τὸν λέγοντα ληρεῖν] Doctissimus Camerarius ad illud Sophoclis in Ajace Lorario, ἔγνων, Ὀδυσσεῦ: Sic loqui solemus ἐν ἤθει, confirmantes aut approbantes dictum. Et hoc igitur nunc dicit orator, improbans vel refutans Æschinis dictum. Hic certe manifestum est ἦθος, multoque evidentius eadem de re [Dem. ἐν τῷ περὶ παραπρ. p. 353.] ἀναστὰς καὶ παρελθὼν ἐπειρώμην ἀντιλέγειν· ὡς δὲ ἀκούειν οὐκ ἠθέλετε, ἡσυχίαν ἔσχον, τοσοῦτον μόνον διαμαρτυράμενος, [p. 101. ed. D.] ὅτι ταῦτα οὔτε οἶδα, οὔτε κοινωνῶ, προσέθηκα δ' ὅτι οὐδὲ προσδοκῶ. hoc enim tertium tempus fuit, quo de nunc agit, cum non est auditus malo civitatis. Thucydides [I. 86.] τοὺς μὲν λόγους τοὺς πολλοὺς τῶν Ἀθηναίων οὐ γιγνώσκω. Æschines [contra Ctesiphontem, p. 461. R.] οὐδὲ γιγνώσκειν ἔφη τὴν εἰρήνην ἀπούσης σημμαχίας. eodem sensu Paulus [Rom. VII. 15.] ὃ γὰρ κατεργάζομαι, οὐ γιγνώσκω. Augustinus: "ignoro, non approbo, non consentio." B. Hieronymus [ad Ageruchiam de monogamia] "obsecro te, religiosa in Christo filia, ut testimonia ista non noveris, quibus incontinentibus et miseris subvenitur, sed illa potius lectites, quibus pudicitia coronatur."

[p. 102. ed. D.] — 7. ταῦτα τοίνυν πάντα, ὅσα φαίνομαι βέλτιον τῶν ἄλλων προρᾶν] λύσις ἀντιπίπτοντος, ad arrogantiæ crimen suspicionemque vitandam. Qualis est illa Ciceronis [pro Roscio Amerino. c. 1.] "Quid ergo? audacissimus ego ex omnibus? minime. at tanto officiosior quam cæteri. ne istius quidem laudis ita sum cupidus, ut eam aliis præreptam velim." [p. 103. ed. D.] nisi quod hic aperte ponitur ἡ ἀντίθεσις κατ' ἀνθυποφορὰν καὶ ὑποφοράν. apud nostrum occupatur objectio, non objicientis nomine infertur. Sic enim distinguunt λύσιν ἀντιπίπτοντος, ἀντίθεσιν, ἀνθυποφορὰν καὶ ὑποφοράν. Nam et hic dici potuit, Quid igitur? tu prudentissimus omnium? nemo præter te quicquam intelligit? minime. tum fuisset ἀντίθεσις κατ' ἀνθυποφορὰν καὶ ὑποφοράν. nunc occurritur objectioni tacitæ, quod λύσιν ἀντιπίπτοντος appellant, quum, quod nobis adversum erat, præoccupamus. Dicit ergo se prædixisse hæc nulla dexteritate ingenii, aut quia plus aliis viderit: sed partim felicitate quadam, partim integritate. Sic enim summisse de te ipso loqui prodest admodum, in quo est ἦθος καὶ ἐπιείκεια, atque hic rursus, inquit Ulpianus, ποιεῖται τοῦ ἰδίου προσώπου σύστασιν, ut prius τῶν οἰκείων λέγων ἐποιήσατο. Estque hæc secunda pars τῆς προκατασκευῆς, γενναίως ἐπιφερομένη τῷ προτέρῳ μέρει.

— 8. εἰς οὐδεμίαν οὔτε δεινότητα, οὔτε ἀλαζόνειαν ἐπανοίσω] M. Tullius [in divinatione in Verrem, c. 11.] "Cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenii atque eloquentiæ multo molestissima. quamobrem nihil dico de meo ingenio: neque est quod possim dicere: neque, si esset, dicerem. aut enim id mihi satis est, quod est de me opinionis: aut si id parum est, ego majus id commemorando facere non possum."

— 9. οὔτε δεινότητα] *dexteritatem ingenii* vel *solertiam*. Dem. [pro Corona] καὶ ὅση δεινότης ἦν ἐν τῷ Φιλίππῳ, θεάσασθε. Idem [Olynth. 1. p. 10.] δεινὸς ἦν Φίλιππος πράγμασι χρῆσθαι. quam Aristoteles definit: ἔστι δέ τις δύναμις, ἣν καλοῦσι δεινότητα. αὕτη δέ ἐστι τοιαύτη, ὥστε τὰ πρὸς τὸν ὑποτεθέντα σκοπὸν συντείνοντα, [p. 104. ed. D.] δύνασθαι ταῦτα πράττειν, καὶ τυγχάνειν αὐτοῦ. [Ethic. VI. cap. 13. p. 62. B. ed. Colon. t. II.] sic lego, non αὐτῶν. posse hæc agere ac consequi finem illum. non enim quis dicitur media consequi, sed dirigere atque invenire. Pergit Philosophus: ἂν μὲν οὖν ὁ σκοπὸς ᾖ καλὸς, ἐπαινετή ἐστιν· ἂν δὲ φαῦλος, πανουργία. διὸ καὶ τοὺς φρονίμους, δεινοὺς καὶ οὐ πανούργους φαμὲν εἶναι. Cic. [Offic. III. 17.] "malitia autem vult illa quidem videri se esse prudentiam, sed distat ab ea plurimum." malitiam τὴν πανουργίαν interpretatur. Idem [Offic. I. 19.] "Præclarum igitur illud Platonis: "Non solum, inquit, scientia, quæ est remota a justitia, calliditas potius, quam sapientia est appellanda: verum etiam animus paratus ad periculum,

si sua cupiditate, non utilitate communi impellitur, audaciæ potius nomen habeat, quam fortitudinis." Apud Platonem [Menexenn, vol. V. p. 300. ed. Bipont.] est: οὐ μόνον ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης, πανουργία νομίζεται. Ante hæc Tullius: "Quocirca nemo, qui fortitudinis gloriam consecutus est, insidiis et malitia laudem est adeptus." Eadem est igitur malitia et calliditas. Sed alia est δεινότης Demosthenis, videre quæ facienda sunt, aut providere futura: alia ad extremum exsequi, quæ fuit in Philippo, et quam Aristoteles definit. δεινότης sæpe est eloquentia, quæ significatio non aliena est hujus loci. Plutarchus [in vita Ciceronis, c. 26. p. 796. t. IV. Reisk.] ὁ Κικέρων τοῦ Μετέλλου πρὸς αὐτὸν εἰπόντος, ὅτι πλείονας καταμαρτυρῶν ἀφῆκε, ἢ συνηγορῶν σέσωκε, ὁμολογῶ γάρ, ἔφη, πίστεως ἐν ἐμοὶ πλέον ἢ δεινότητος εἶναι. Æschines in quadam epistola [12. p. 90. Sammet.] καὶ οὐδὲν θαυμαστὸς, εἰ καὶ τῶν νόμων τῶν ὑμετέρων, καὶ τῶν ἐμῶν λόγων ἡ τοῦ Δημοσθένους δεινότης κρείσσων ἐγένετο. amara inimici laudatio. Dem. [contra Aristocratem, p. 622.] οὐ δεινοὶ μὲν ὄντες λέγειν, ἄνδρες δὲ ξελτίονες τῶν δεινῶν.

[p. 105. ed. D.] —ibid. οὔτε ἀλαζόνειαν] ἀλαζὼν, ὡς ὁ γεώγραφος φησὶ, πᾶς ὁ πλάνην ἑαυτοῦ ἀφηγούμενος. ἄλη γὰρ πλάνη, καὶ ἀλήτης πλανήτης. Illis enim licet, qui multas regiones peragrarunt, impune mentiri, et mirabilia narrare se multa vidisse. ἀλαζόνειαν Aristoteles [Ethic. IV. c. 13.] et Theophrastus definiunt προσποίησιν μὴ προσόντων ἀγαθῶν. Bene igitur noster, οὐδὲ προσποιήσομαι, neque assimulabo. Thucydides [lib. II. 62.] autem cum scriberet, οἷδ' ἂν νῦν ἐχρησάμην αὐτῷ κομπώδεστέραν ἔχοντι προσποίησιν, usus est genere pro specie. vel est λόγος ἀντ' ὀνόματος.

— 11. πλὴν δι' ἃ ἂν ὑμῖν εἴπω δύο] Figuram hanc Hermogenes appellat τὸ κατ' ἄθρεσιν ὡρισμένον. [ἐν τῷ περὶ περιβολῆς.] Definiens enim in primis duo, dilucidam facit orationem, καὶ προδιευκρινεῖ τὸν λόγον. Nam neque plura poscit auditor duobus, et secundum ante cognovit mox subsecuturum. Sic Dem. alibi [de Corona, p. 226.] πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγ' ἐλαττοῦμαι κατὰ τυυτονὶ τὸν ἀγῶνα Αἰσχίνου. δύο δὲ καὶ μεγάλα. ἓν μὲν καὶ τὸ ἑξῆς. ἕτερον δὲ, καὶ τὸ ἑξῆς, ut hic: ubi distributio quoque, quam μερισμὸν vocat, lucem addit orationi. καὶ ποιοῦσι τὰ ξυναμφότερα σχήματα majorem εὐκρίνειαν· quæ mixta τῇ περιβολῇ tollunt ejus obscuritatem, naturale et necessarium longioris ambitus vitium. Hic autem atque ibi pro corona longior est circumductio, quam περιβολὴν vocat. Et hoc est Ciceroni "distincte dicere" [de Oratore III. 14.] τὸ διευκρινεῖν τὸν λόγον. Idem ad Atticum, [lib. VII. ep. 9. p. 692. Græv.] et simul hoc διευκρινήσεις πρόβλημα sane πολιτικόν. *edisseres, explicabis liquido.* Item [ad Att. VII. 8.] sed id φιλοσοφώτερον διευκρινήσομεν, "cum sciemus, quantum quasi sit in trientis triente," δι' εὐτυχίαν] Modeste fortuitum videri vult, quod ipsius sapientia invenit.

P. 142. 1. ὅτι προῖκα τὰ πράγματα κρίνω] προῖξ, *dos.* προῖκα, δωρεὰν, *gratis*, adverbium. [p. 106. ed. D.] Sed nonne arrogans est hæc gloriatio? nequaquam. ἄκουσμα μὲν γὰρ οὐδὲν οὕτω φορτικὸν καὶ ἐπαχθὲς, ὡς ὁ καθ' ἑαυτοῦ ἔπαινος, inquit Themistius. Sed non in omnibus, ἀλλ' ἐπὶ παιδείᾳ καὶ σοφίᾳ, ἐφ' οἷς καὶ ἄλλων ἐπαινούντων, ἐρυθριᾷν χρεὼν τοὺς ἀληθινῶς αὐτῶν ἐπιβόλους. *De quibus etiam aliis laudantibus erubescere oportet, qui vere sunt eruditionis ac sapientiæ compotes.* Æschines, πολὺς δ' ἦν τοῖς ἐπαίνοις καὶ ἐπαχθής. Sed integritatem nostram atque innocentiam tueri debemus contra calumniatores, in eoque nulla est arrogantiæ culpa. Nam et Pericles ille apud Thucyd. quem noster imitatus est, magna fiducia se prædicat, καθαρὸν παντὸς λήμματος καὶ ἀδωροδόκητον δημηγορεῖν. Itaque majore utitur libertate dicendi, spectans utilitatem patriæ solum, atque integritate subnixus. Sum, inquit [lib. II. 60.] φιλόπολίς τε καὶ χρημάτων κρείσσων. χρήμασι γὰρ νικωμένου τοῦ λέγοντος, τὰ ξύμπαντα τούτου ἑνὸς ἂν πωλοῖτο. *Ego sum*, inquit, *amans patriæ, pecunia major: quæ si victus sit, qui suadet aliquid, omnia hac una re veneunt, et pessum eunt.*

— 2. καὶ οὐδὲν λῆμμα οὐδεὶς ἂν ἔχοι] Quid hoc sit, jam diximus, improbum lucrum et pretium. Sed est etiam legitimum, et quicquid præmii loco capitur. Dem. de Theorica pecunia, quam populus accipiebat vice congiarii aut sportulæ [Olynth. III. p. 37. Reisk.] ἴσως ἂν ἴσως τέλειόν τι καὶ μέγα κτήσαισθε ἀγαθὸν, καὶ τῶν τοιούτων λημμάτων ἀπαλλαγέντε, ἃ τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν διδομένοις σιτίοις ἔοικε. καὶ γὰρ οὔτε ἰσχὺν ἐκεῖνα ἐντίθησιν, οὔτ' ἀποδυήσκειν ἐᾷ. καὶ ταῦτα, ἃ νέμεσθε νῦν ὑμεῖς, οὔτε τοσαῦτά ἐστιν, ὥστε ἀφέλειαν ἔχειν τινὰ διαρκῆ, οὔτ' ἀπογόνταις ἄλλο τι πράττειν ἐᾷ. [p. 107. ed. D.] *Fortassis singularem aliquam et magnam utilitatem consequi poteritis, his largitionibus liberati, quæ cibis, quos medici dant ægris, sunt similes, qui neque vires redintegrant, neque emori sinunt.* Similis fuit Eubuli vel Periclis legi περὶ τῶν θεωρικῶν frumentaria lex apud Romanos, quam C. Gracchus tulit. Cic. [Tusc. III. c. 20.] "Piso ille Frugi semper contra legem frumentariam dixerat. is, lege lata, consularis ad frumentum accipiendum venerat. (hoc erat λῆμμα λαμβάνειν.) animadvertit Gracchus Pisonem in concione stantem. Quærit audiente populo Ro. qui

sibi constet, quum ea lege frumentum petat, quam dissuaserat. Nolim, inquit, mea bona, Gracche, tibi viritim dividere libeat. sed si facias, partem petam." οὐκ ἂν ἠβουλόμην, φησὶν, ἐξεῖναί σοι νέμειν τἀμὰ κατ' ἄνδρα. ἐὰν δὲ σὺ νέμῃς, ἐγὼ νεμοῦμαι. *νέμειν, tribuere, dividere. νέμεσθαι, partem accipere*, ut Dem. ἃ νέμεσθε νῦν ὑμεῖς. Præterea notandum, divites accepisse partes suas cum tenuioribus. Ait enim, "is lege lata consularis ad accipiendum venerat." Quod etiam in more erat Atheniensibus. Dem. [Phil. IV. p. 141. Reisk.] οὐδενὸς οὐδὲν ζημιουμένου τῶν τὰς οὐσίας ἐχόντων, ἀλλὰ καὶ προσλαμβανόντων. οἱ γὰρ εὔποροι πάντες ἔρχονται μεδέξοντες τούτου, καὶ καλῶς ποιοῦσι. Sic enitimur, quantum possumus, Demosthenem et Ciceronem ἐκ παραλλήλου componere.

— 3. δεῖξαι προσηρτημένον] *appensum* vel *adjunctum*. Greg. Naz. [in Ecclesiast.] οὐδὲ γὰρ ἔχει τις εἰπεῖν ὄφελός τι τούτοις προσηρτημένον. Nempe hic secularibus commodis. Et bene ὄφελος. Sunt enim in his quidem λήμματα ἄττα, sed non ὠφέλεια διαρκὴς, ut Dem. dixit de suorum civium lucellis. [p. 108. ed. D.] Dem. [Phil. I. p. 43. R.] ἴσθ' ὅτι πλησίον μὲν ὄντες, ἅπασιν ἂν τοῖς πράγμασι τεταραγμένοις ἐπιστάντες, ὅπως βούλεσθε, διοικήσαισθε. ὡς δὲ νῦν ἔχετε, οὐδὲ διδόντων ὑμῖν τῶν καιρῶν Ἀμφίπολιν, δέξασθαι δύναισθ' ἄν, ἀπηρτημένοι καὶ ταῖς παρασκευαῖς καὶ ταῖς γνώμαις. Vides hic ἀντίθεσιν τοῦ πλησίον ὄντες, καὶ τοῦ ἀπηρτημένοι. Quod Ulpianus κεχωρισμένοι, κρεμάμενοι : quo significat, ambiguum esse hoc verbum. Nam et sic posse intelligi, suspensos esse eorum animus : dubios et incertos apparatus atque sententias. κεχωρισμένοι, *disjuncti*, quod huic quidem loco melius congruit. Chrys. πάλιν καὶ τοῦτο δεικεῖ ἀπηρτῆσθαι τῶν ἔμπροσθεν, πολλὴν δὲ καὶ αὐτὸ τὴν συνάφειαν ἔχει. Arist. [de partibus lib. II. cap. XI.] τὰ μὲν γὰρ τετράποδα ἀπηρτημένα ἔχει τὰ ὦτα, καὶ ἄνωθεν τῶν ὀμμάτων, ὡς δῆξειεν ἄν. οὐκ ἔχει δὲ, ἀλλὰ φαίνεται, διὰ τὸ μὴ ὀρθὰ εἶναι τὰ ζῷα, ἀλλὰ κύπτειν. erectis enim essent, ut hominibus, ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιφανείᾳ τοῖς ὀφθαλμοῖς. Ubi Gaza *suspensas auriculas*. Sed potest etiam reddi, *remotas* et *abjunctas*. Dem. [pro Corona. p. 244.] καί με μηδεὶς ὑπολάβῃ ἀπαρτᾶν τὸν λόγον τῆς γραφῆς, ἐὰν εἰς Ἑλληνικὰς πράξεις καὶ λόγους ἐμπέσω. *nemo me putet orationem sejungere a causa*. Lucianus ait esse amuleta quædam, quæ solcant ἐνεργεῖν καὶ ἴασιν ἐπιπέμπειν προσαρτάμενα. [ἐν τῷ Φιλοψευδεῖ c. 8. t. III. p. 37.] Quæ etiam appellat προσαρτήματα. Sed hæc in mendacia ponit. Arist. ἐκ τοιαύτης ἄρα ἀρχῆς ἤρτηται ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ φύσις. [Metaph. XII. cap. VII. p. 742. t. II. Colon.] Nihil tam pie dictum est unquam ab hoc philosopho, qui dicit, cælum ipsamque adeo naturam pendere ex uno principio, quod est Deus. Melius quam Seneca, qui vult Deum esse naturam teste Lactantio. [lib. II. Inst. div. c. 8. p. 122. ed. Bipont.] *ἀρτᾶν pendere, ἀρτᾶσθαι pendére*.

— ibid. ὀρθὸν οὖν τὸ συμφέρον φαίνεταί μοι] παρὰ τὸ Θουκυδίδειον τόδε, Καὶ τὸν ἐμὸν λόγον ἐν τῷ ὑμετέρῳ ἀσθενεῖ τῆς γνώμης μὴ ὀρθὸν φαίνεσθαι. [II. 61.] [p. 109. ed. D.] translatum ab oculis perverse tuentibus. ut remus ceteroqui rectus, sub aqua videtur inflexus, aut etiam infractus, ut est apud Ciceronem in Academicis. Sic avaritia et munera obcæcant aciem mentis atque distorquent, ne possit, quæ recta sunt, cernere. Sed notandum, τὸ ὀρθὸν, non hoc loco sic accipi, ut in illo superiore Aristotelis. hic enim est εὐθύ. supra, quod Ovidius dixit, "erectos ad sidera tollere vultus." παρὰ τὸ ὄρω, ὄρσω, quod est *excito*.

— 5. ὅταν δ' ἐπὶ θάτερα, ὥσπερ εἰς τρυτάνην ἀργύριον προσενέγκῃς] Sacoma Vitruvio [de Archit. IX. præf.] quod lanci impositum facit æquilibrium, vel inclinat trutinam. σήκωμα Pollux. Euripides [Hecuba 57. s.] :

ἀντισηκώσας δέ σε
φθείρει θεῶν τις τῆς πάροιθ' εὐπραξίας.

σῆκος est σταθμὸς, *pondus*. superius illud λῆμμα προσηρτημένον evocavit hanc imaginem, quæ est ἐξήγησις superioris, de quo diximus. nemo potest dicere meis dictis aut factis appensum vel appositum fuisse turpe aliquod lucrum, quod mentem ut lancem impelleret. nam illud quoque translatum fuit a lancibus.

— ibid. ὥσπερ ἐν τρυτάνῃ] εἰκὼν, *imago*. Arist. [Rhet. III. cap. IV.] ἔστι δὲ καὶ ἡ εἰκὼν μεταφορά. διαφέρει δὲ μικρόν. ὅταν μὲν γὰρ εἴπῃ τὸν Ἀχιλλέα,

ὡς δὲ λέων ἐπόρουσεν,

εἰκών ἐστιν. ὅταν δὲ, λέων ἐπόρουσε, μεταφορά. sic cum dixit λῆμμα προσηρτημένον, translatio fuit, quæ peperit hanc imaginem, ὅταν ὡς ἐν τρυτάνῃ ἀργύριον προσενέγκῃς. προσενεγκεῖν proprium, προσαρτῆσαι metaphoricum. λῆμμα, ἀργύριον. Lycophron [Cass. 270. s.]

λαβὼν δὲ ταύρου τοῦ πεφασμένου δάνος,
σκεθρῷ ταλάντῳ τρυτάνης ἠρτημένον.

[p. 110. ed. D.] σκεθρὸν τάλαντον Isidoro Campana est trutina. quæ constat scapo punctis discrimina librarum notantibus distincto, quam Aristoteles ἡμιζύγιον; eo quod unicam lancem habet: qualem in sideropurgeiois vidimus, qua ponderibus massarum fusilium ntuntur examinandis, sues nostri vocant. hinc illud Persii [Satyr. V. 101. s.]

" Diluis elleborum certo compescere puncto
Nescius examen."

Lycophron igitur notat avaritiam herois et sordidam μικρολογίαν, qui in Hectoris corpore pendendo usus est exactissima trutina, *Troy weights*. Nam aurificum stateram idem Hispalensis momentanam appellat trutinam, quod quovis momento facile impellitur. Taurus interfectus est apud Lycophronem Hector. δάνος *donum, pretium.* σκεθρῷ ταλάντῳ, ἀκριβεῖ, σκεθρῶς, ἀκριβῶς apud Æschylum. σκεθρὰ δίαιτα, ἀκριβὴς medicis. Jam ἠρτημένος verbum est Demosthenis, *suspensus.* Juvenalis [Sat. VI. 435. s.]

" Committit vates, et comparat; inde Maronem,
Atque alia parte in trutina suspendit Homerum."

Denique hic τάλαντον Lycophroni non est pondus, sed jugum. itaque additur τρυτάνης. sic apud poetam [Iliados XXII. 209. s.]

καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα·
ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε.

*Duo fata*, Hectoris atque Achillis nimirum, uter in prælio caderet. Atque eandem utraque vox habet notationem. Eustathius: γίνεται τὸ τάλαντον ὁ σταθμὸς, παρὰ τὸ τάλας, ὃ δηλοῖ τὸν καρτερικόν. τοιοῦτον γὰρ ὁ σταθμὸς, ὡς φορτιζόμενος καὶ διὰ τὰ βάρη ἐπινοηθείς. σταθμὸς γὰρ καὶ τάλαντον, *utrumque pondus et jugum*, [p. 111. ed. D.] τὸ μετροῦν καὶ τὸ μετρούμενον, ut *libra* Latinis. Hom. δέκα δὲ χρυσοῦ τάλαντα. Jam de altera voce idem Eustathius: τρυτάνη λέγεται, διότι τοῖς ὄγκοις τρύεται, ἤγουν καταπονεῖται. Æschylus [Prometheo, 26.] ἀεί σε τοῦ παρόντος ἀχθηδὼν κακοῦ τρύσει, τουτέστι καταπονήσει. nullum aptius verbum addi potuit. ἄχθος enim *onus*. Dem. [de Corona, p. 325.] ὥςπερ ἐν τρυτάνῃ ῥέπων ἐπὶ τὸ λῆμμα. qui locus huic gemellus. sic Hom. ῥέπε δ' Ἕκτορος αἶσιμον ἦμαρ, cum duæ sortes conjectæ sunt in trutinam, de quo diximus. M. Tullius [de Oratore II. c. 38.] "Sed hæc nostra oratio multitudinis est auribus accommodanda, ad oblectandos animos, ad impellendos, ad ea probanda, quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina sunt examinanda." Persius [Sat. I. 5. ss.]

—— " non siquid turbida Roma
Elevet, accedas, examenve improbum in illa
Castiges trutina."

Aristophanes [in Ranis, 797.] οὐ γὰρ ταλάντῳ μουσικὴ σταθμᾶται, musicæ non est examen τάλαντον, quod trutina est illa popularis, et verbum Ciceronis aptissime positum vides. vetat enim poeta judicio populi acquiescere, quæ Lesbia est regula καὶ οὐκ ἀσφαλὴς ὁ κανών, inquit Philosophus. Porro locus Persii declarat, judicia rerum atque æstimationes trutinarum examinationibus comparari: ut nihil posset accommodatius excogitari hac imagine Demosthenis. Vetus Scholiastes ad Persium, " Examen est lingua, vel lignum, quod mediam hastam (Hastam alii scapum vocant, quod Lycophronis est, ut videtur, τάλαντον.) ad pondera adæquanda tenet. Castigare autem est digito libram percutere, ut temperetur, et præ agitatione post æquum conquiescat. Trutina vero est foramen, intra quod est lingula, de qua examinatio est." [p. 112. ed. D.] Quæ si vera sunt, Eustathii ἐτυμολογία labat. Est enim ἀπὸ τοῦ τρυπᾶν, *forare*, et τρύπανον, *terebrum*, ἡ τρυτάνη. Sed et hæc verba derivari possunt ἀπὸ τοῦ τρύειν. Multa ad hunc locum Persii Casaubonus, quem vide, si placet. Nos enim nimis hic multa ὑπὸ μίαν Μύκωνον, quod aiunt. De quo proverbio vide Stephanum.

— 6. ὅταν — ἀργύριον προσενέγκῃς] Figura honesta, inquit Servius, σχῆμα εὐειδὲς ἀντὶ τοῦ προσενέγκῃ τις. Sed hoc rarius apud Græcos, Latinis frequens. (Argentum facit, ne simus æqui rerum æstimatores.)

— ibid. οἴχεται φέρον] Sæpius participio cohæret hoc verbum, ut ante ἀπάγων ᾤχετο. Plato: ποίαν αὐτῷ παιδείαν ἰδιωτικὴν ἀνθέξειν νομίζεις, μὴ οὐ κατακλυσθεῖσαν ὑπὸ τοιούτου ψόγου ἢ ἐπαίνου, οἰχήσεσθαι φερομένην κατὰ ῥοῦν, ἢ ἂν αὐτὸς φέρῃ; [de repub. VI.] Non enim minus sæpe declarat, *perire, interire*. Basilius, οἴχεται ἡ σεμνότης ἱερατική. *Periit dignitas* vel *gravitas sacerdotalis*. Plautus [Trinummo] " ratio constat, argentum οἴχεται." Cic. [ad Atticum VI. epist. I. init.] " Quare non οἴχεται tua industria, quod vereris, sed præclare ponitur: si quidem id egisti, ut ego delectarer. Nam nulla re sum delectatus magis."

— ibid. καὶ καθείλκυσε τὸν λογισμὸν] Perseverat in eadem translatione. ἕλκειν γὰρ καὶ ἄγειν ἐπὶ τῶν σταθμῶν λέγονται, *de libramentis ponderum*. Aristoteles [Rhet. III. c. IV.] ait, laudatissimas illas esse εἰκόνας, quæ ducuntur ἐκ τοῦ ἀναλόγου, quod hic videmus. λογισμὸς est trutina, quæ rerum momenta perpendit. Quod est igitur in trutina momentum, hoc in animo lucrum. Utrumque enim inclinat. Sallustius [in conjurat. Catil.] " Omneis homines, qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira, atque misericordia vacuos esse decet. [p. 113. ed. D.] Haud facile animus verum providet, ubi illa officiunt." Potuisset Cæsar his addere in primis avaritiam, sed ad negotium non

pertinebat, quod tum agebatur. verum *providere* est λογίζεσθαι, *officere* ἐπισκοτεῖν. Chrysostomus [Ὁμιλία ιγ'. εἰς Ἰωάνν.] οὕτω γὰρ καὶ τῶν προκειμένων ἡμῖν λόγων εἰς αὐτὸ τὸ βάθος καταθεῖναι δυνήσεσθε τὰ νοήματα, ἂν μηδεμία πονηρίας λήμη τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπισκοτῇ τῆς διανοίας, καὶ τὸ διορατικὸν αὐτῆς καὶ ὀξὺ συνταράσσῃ. Hic ego censeo legendum καθεῖναι. *demittere potestis intelligentias in profundos sensus.* Nam τὸ καταθεῖναι τὰ νοήματα, quod est *deponere*, non magis convenit, quam κατορύξαι, *defodere*. Hoc boni correctores, quorum hic usus est opera D. Henricus Savilius, non viderunt. Et ego si addubitavi, possetne αὐτοσαθῶς accipi τὸ καθιέναι propter insolentiam sermonis, id omnibus in locis exagitatum est: si idem καθεῖναι pro καταθεῖναι non semel reposui, nulla commemoratione dignum fuit. καίτοι τί τοῦτ' ἄπεστι τῆς ἐσχάτης βασκανίας καὶ κακοηθείας; Sed ad Ioannem regredior. e cujus verbis aliam imaginem elicere possumus ἐκ τοῦ ἀνάλογον, ὅπερ λήμη τῷ ὄμματι, τοῦτο καὶ λῆμμα τῇ διανοίᾳ. Utrumque enim officit et præstringit aciem oculorum atque animi. Unde illud: "Non accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, et subvertunt verba justorum." [Exodi XX. III. 8.] λήμη, *lippitudo, humor in oculo concretus.* λημᾶν, *lippire.* λῆμα, *generosa indoles, præsens et præstans animus,* παράστημα τῆς ψυχῆς. λῆμμα, *lucrum, quæstus.*

— ibid. οἴχεται φέρον, καὶ καθείλκυσε τὸν λογισμὸν] Præterita pro præsentibus, ut Servius, ad significandam actionis celeritatem. [Georg. II. 80.]

— "Nec longum tempus, et ingens
Exiit ad cœlum ramis felicibus arbor.

quasi non gerenda, sed jam gesta res sit. [p. 114. ed. D.] "Terram, mihi crede, ea lanx et maria deprimet." καθελκύσει. [de finibus III.] Videlicet cui virtus imposita expenditur contra bona externa et corporis. Videtur fuisse dicendum, non *deprimet*, sed *attollet*. Sed quod gravius est, per se prægravat: quod levius, per accidens elevatur. Hoc igitur vult dicere, plus valet quæstus, plus habet ponderis, quam recta ratio.

[P. 115. ed. D.] — 9. ἓν μὲν οὖν ἔγωγε —] Hactenus ἡ προκατασκευὴ, qua fidem atque auctoritatem sibi præstruxit orator, integritatis ac prudentiæ nomine. M. Tullius [Offic. II. c. 9.] "Fides autem ut habeatur, duabus rebus effici potest; si existimabimur adepti conjunctam cum justitia prudentiam. Nam et iis fidem habemus, quos plus intelligere quam nos arbitramur, quosque et futura prospicere credimus, et cum res agatur, in discrimenque ventum sit, expedire rem, et consilium ex tempore capere posse. Hanc enim utilem omnes existimant veramque prudentiam. Justis autem et fidis hominibus, id est, viris bonis, ita fides habetur, ut nulla sit in his fraudis injuriæve suspicio. Itaque bis salutem nostram, his fortunas, his liberos rectissime committi arbitramur." Recte igitur in præmunitione commendavit, primum prudentiam suam, quod iterum ac tertio plus ceteris intellexit, et melius futura prospexit, [p. 116. ed. D.] tametsi id modestiæ causa, non tam ingenio suo tribuit, quam felicitati cuidam vel suæ vel reipub.; deinde integritatem, hoc est justitiam, quod sincere semper sine ulla corruptela versatus est in rep., quam causam etiam fuisse ait, cur perspicacius cerneret, quid in re quaque verum esset, quia nihil erat, quod aciem mentis cæca cupiditate præstringeret. Atque etiam alia de causa suam innocentiam probare contendit, quod semper solitus contra Philippum dicere, nunc pro Philippo dicturus ex subita mutatione suspectus esse potuit.

— ibid. ἓν μὲν οὖν ἔγωγε πρῶτον ὑπάρχειν φημὶ δεῖν] πρότασις sive ὑπόθεσις, καὶ τὸ κρινόμενον totius deliberationis. et hoc quasi fundamentum substernit, quo super cetera exstruat, pacem hanc, qualiscunque sit, omni ratione retinendam esse, nec committendum, ut ipsorum culpa violata et abrupta videatur.

— 10. εἴτε συντάξεις, εἴτε συμμάχους] Ulpianus: συντάξεις, φόρους, τέλη. Thucydides [lib. I. c. 96.] παραλαβόντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν ἡγεμονίαν τούτου τῷ τρόπῳ, ἐκόντων τῶν συμμάχων διὰ τὸ Παυσανίου μῖσος, ἔταξαν ἃς τε ἕδει παρέχειν τῶν πόλεων χρήματα πρὸς τὸν βάρβαρον, καὶ ἃς, ναῦς. πρόσχημα γὰρ ἦν ἀμύνεσθαι, ὧν ἔπαθον, δηοῦντας τὴν βασιλέως χώραν. καὶ ἐλληνοταμίαι τότε πρῶτον Ἀθηναίοις κατέστη ἀρχὴ, οἳ ἐδέχοντο τὸν φόρον. οὕτω γὰρ ὠνομάσθη τῶν χρημάτων ἡ φορά. ἦν δὲ ὁ πρῶτος φόρος ταχθεὶς, τετρακόσια τάλαντα καὶ ἑξήκοντα, ταμιεῖόν τε Δῆλος ἦν αὐτοῖς, καὶ αἱ σύνοδοι εἰς τὸ ἱερὸν ἐγίγνοντο. ταμιεῖον, *erarium*, ταμίας, *quæstor*. πρόσχημα Schol. πρόφασις, ut supra docuimus. Jam vides, hæc vocabula σύνταξιν καὶ φόρον esse affinia, [p. 117. ed. D.] ait enim, ἦν δὲ ὁ πρῶτος φόρος ταχθείς. Neque solum constitutum erat, quantam quique pecuniam penderent, sed etiam quot naves aut milites exhiberent. ἔταξαν ἃς τε ἕδει παρέχειν τῶν πόλεων χρήματα, καὶ ἃς, ναῦς. hinc nos negotium hoc opinor *taxationem* vocamus. Æschines [contra Ctesiphontem, p. 486. t. III. Reisk.] εἶπε γάρ, ὡς ἥκοι ἐκ Πελοποννήσου νεωστὶ, σύνταγμα συντάξας εἰς ἑκατὸν ταλάντων πρόσοδον ἐπὶ Φίλιππον, καὶ διελογίζετο, ὅσον ἑκάστους ἔδει συντελεῖν. idem [ib. p. 484.] ὥστε μὴ τελεῖν τὰς συντάξεις. Isocrates

[Areopagit.] ἔτι δὲ συμμάχους ἐχούσης, πολλοὺς μὲν τοὺς ἑτοίμως ἡμῖν, ἢν τι δέῃ, βοηθήσοντας, πολὺ δὲ πλείους τοὺς τὰς συντάξεις ὑποτελοῦντας. hæc de civitate Atheniensium, cum floreret. τελεῖν, *pendere*. et *fóroi* sunt etiam *télai*, aut parum est discriminis. Plutarchus [in Solone, c. 15. p. 344. t. I. R.] ἃ δ' οὖν οἱ νεώτεροι τοὺς Ἀθηναίους λέγουσι, τὰς τῶν πραγμάτων δυσχερείας ὀνόμασι χρηστοῖς καὶ φιλανθρώποις ἐπικαλύπτοντας, ἀστείως ὑποκορίζεσθαι, τὰς μὲν πόρνας ἑταίρας, τοὺς δὲ φόρους συντάξεις, φυλακὰς δὲ τὰς φρουρὰς τῶν πόλεων, οἴκημα δὲ τὸ δεσμωτήριον καλοῦντας, πρῶτον Σόλωνος ὄν, ὡς ἔοικε, τὸ σόφισμα, τὴν τῶν χρεῶν ἀποκοπὴν σεισάχθειαν ὀνομάσαντος, *qui novas tabulas levationem oneris nominavit*, ad verbum *excussionem*. Dem. οἱ δυστυχεῖς αὐθαιρετὸν αὑτοῖς ἐπάγονται δουλείαν, Φιλίππου ξενίαν, καὶ φιλίαν, καὶ ἑταιρίαν, καὶ τὰ τοιαῦθ' ὑποκοριζόμενοι. [de ementita legatione. p. 424.] Ulpianus: τὸ ὑποκορίζεσθαι, ἔστι κυρίως, τὸ τοῖς παισὶ πρὸς ψυχαγωγίαν λέγειν τινὰ ὀνόματα, οἷον, ὡς Διόνυσός ἐστιν, ὡς βασιλεὺς, καὶ τὰ τοιαῦτα. καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὸ τοῖς εὐφήμοις ὀνόμασι κλέπτειν τὴν ἀτοπίαν, ut in hoc Dem. (quod puerum blande *Diónysson* appellabant, confirmat illud, quod ex Macrobio retuli, Bacchum atque Apollinem unum numen esse. Orpheus [Fragm. IV. 1. Gesn.]

ἥλιος, ὃν Διόνυσον ἐπώκλησιν καλέουσι.

quare Phaethon, [p 118. ed. D.] cujus forma erat insignior, Solis est filius.) propriæ significationis exemplum est illud Persii [Satyra II. 37. s.]

> " Hunc generum exoptent rex et regina: puellæ
> Hunc rapiant: quicquid calcaverit hic, rosa fiat."

Sic alloqui solent *kórax* καὶ *koúreus*, unde nomen (ὑποκορισμός). abusivæ hoc Ciceronis [Offic. I. c. 12.] " Equidem illud animadverto, quod, qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante." (hoc est, εὐφήμοις ὀνόμασι κλέπτειν τὴν ἀτοπίαν.) " hostis enim apud majores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus." Arist. [Rhet. III. 2.] ἔστι δὲ ὁ ὑποκορισμὸς, ὃς ἔλαττον ποιεῖ καὶ τὸ κακὸν καὶ τὸ ἀγαθόν. ὥσπερ καὶ Ἀριστοφάνης σκώπτει ἐν τοῖς Βαβυλωνίοις, ἀντὶ μὲν χρυσίου, χρυσιδάριον, ἀντὶ δὲ ἱματίου, ἱματιδάριον, ἀντὶ δὲ λοιδορίας, λοιδορημάτιον, καὶ νοσημάτιον. hoc Grammaticis nostris est deminutivum. Est oratio Dem. περὶ συντάξεως inscripta, in qua sunt hæc: φημὶ δεῖν ὑμᾶς συντετάχθαι, καὶ τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαβεῖν, καὶ τοῦ ποιεῖν ἃ προσήκει, σύνταξιν εἶναι. quibus αἰνίττεται τὰ θεωρικὰ, quam pecuniam e publico qui capiebant, militiam et cetera non obibant munera. Æschines [περὶ τῆς παραπρ. p. 250. Reisk.] καὶ τοὺς μὲν ταλαιπώρους νησιώτας καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἑξήκοντα τάλαντα εἰσέπραττον σύνταξιν. Harpocration: ἔλεγον δὲ τοὺς φόρους, συντάξεις, ἐπειδὴ χαλεπῶς ἔφερον οἱ Ἕλληνες τὸ τῶν φόρων ὄνομα. denique hæc addo colophonis loco: διὰ τί οὐ συνετέλεσατε τὰς συντάξεις ὑμῶν τῆς ψλιψθείας. [Exodi V. 14.] Illis enim injunctum fuit, exhibere eandem quotidie summan laterum. item: οὐ γὰρ ἀφαιρεῖται ἀπὸ τῆς συντάξεως ὑμῶν οὐθέν.

— 11. εἰρήνην] Quoniam inscribitur oratio περὶ τῆς εἰρήνης, non debemus prætermittere notationem nominis. [p. 119. ed. D.] Sic igitur Plutarchus [in Numa, c. 12. §. 3.] οἱ μὲν γὰρ φιτιάλιοι, εἰρηνοφύλακές τινες ὄντες, ὡς δ' ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ τοὔνομα λαβόντες ἀπὸ τῆς πράξεως, λόγῳ τὰ νείκη κατέπαυον, οὐκ ἐῶντες στρατεύειν πρότερον ἢ πᾶσαν ἐλπίδα δίκης ἀποκοπῆναι. Quod ait feciales ab actione nomen accepisse, et tamen lites sermone sedare, ne cui mirum forte videatur, *agere* apud Latinos est διαλέγεσθαι. Cic. [in Epist. fam. ad Lucceium V. 12.] " Eadem hæc coram me tecum agere sæpe cupientem deterruit pudor quidam pene subrusticus." addit Plut. καὶ γὰρ εἰρήνην Ἕλληνες, καλοῦσιν, ὅταν λόγῳ καὶ μὴ βίᾳ πρὸς ἀλλήλους χρώμενοι, λύσωσι τὰς διαφοράς. ἀπὸ τοῦ εἴρω videlicet, quod est apud Homerum λέγειν. et inde Ἶρις καὶ Ἑρμῆς nuntii Deorum atque interpretes, ut vult Eustathius. Est etiam, εἴρω, *necto*, quæ prior est significatio. Virg. [Æn. VI. 160.] ut sæpe ἐτυμολογικῶς:

> " Illi hæc inter se longo sermone serebant."

præfixa litera sibilante, ut in mollis, unde et manus conserere. Nec multum diversa Varro [de L. L. IV. 16. Gothofr.] " feciales, quod fidei publicæ inter populos præerant. Nam per hos fiebat, ut justum conciperetur bellum (ut Plutarchus a faciendo dictos censet) et ut fœdere fides pacis constitueretur." a fide et fœdere dictos autumat feciales. Cic. [Offic. I. 7.] " fides nominata est, quia fit quod dicitur."

— 12. οὐχ ὡς θαυμαστὸν] λύσις ἀντιπίπτοντος. Quid igitur? tu probas hanc pacem? ego vero, inquit, minime. ἀλλ' ὁποία ποτ' ἐστὶ] *qualis qualis est*, honesta an turpis, commoda an incommoda. Hinc discimus interpretari locum Pauli melius quam vulgo solet. [Gal. II. 5, 6.] ὁποῖοί ποτ' ἦσαν, οὐδὲν ἐμοὶ διαφέρει. [p. 120. ed. D.] Beza: "quales olim fuerint, nihil mea refert." Vetos: "quales aliquando fuerint, nihil mea interest." at neque aliquando neque olim hic locum habet. Vertendum, *Qualescunque erant*. nec obstat verbum præteriti temporis. Apostolus enim de re præterita loquitur, de congressu suo cum

insignioribus apostolorum Hierosolymis ante aliquot annos habito. Basilius [in epist.] πλὴν ὁποῖά ποτ' ἂν ᾖ, οὐκ ἐξουδενωτέον ἡμῖν. *nisi quod qualiacunque sint, non sunt contemnenda nobis.*

— ult. μᾶλλον εἶχε τοῖς πράγμασι καιρὸν] *utilius fuit* vel *magis opportunum reip.: opportunitatem* enim Cicero τὴν εὐκαιρίαν interpretatur. Idem [de natura deum I. c. 33.] "nc hoc quidem vos movet considerantes, quæ sit utilitas, quæque opportunitas in homine membrorum, ut judicetis membris humanis deos non egere." Idem [in Lælio, c. 6.] "Tales igitur inter viros amicitia tantas opportunitates habet, quantas vix queo dicere." Et mox: "Denique cæteræ res, quæ expetuntur, opportunæ sunt singulæ rebus fere singulis: divitiæ, ut utare, opes, ut colare — Amicitia res plurimas continet. Quoque te verteris, præsto est. Nullo loco excluditur, nunquam intempestiva, nunquam molesta est. Itaque non aqua, non igni, ut aiunt, pluribus locis utimur, quam amicitia." Problema Plutarchi est [Opp. t. IX. p. 761. Reisk.] πότερον τῶν στοιχείων χρησιμώτερον, ὕδωρ ἢ πῦρ. Quod eruditissime dissertavit. Idem de Philippo [Apophth. p. 678. t. VI. Reisk.] Cum castra positurus esset, commodo quidem loco, sed qui jumentis pabulum non haberet, Qualis est, inquit, hæc vita nostra, εἰ καὶ πρὸς τὴν τῶν ὄνων καιρὸν ἀφέλιμον ζῇν; Pindarus [Olymp. II. 98.] τὸ πλουτεῖν φέρει τῶν τε καὶ τῶν καιρόν. Pericles apud Thucydidem in Epitaphio [lib. II. 40.] πλούτῳ τε ἔργου μᾶλλον ἐν καιρῷ, ἢ λόγου κόμπῳ χρήμεθα. *divitiis utimur magis ad opportunitatem operum, quam verborum jactantiam.*

[P. 121. ed. D.] p. 143. 1. πολλὰ γὰρ προείμεθα] κατασκευὴ τῆς προτέρας προτάσεως, sed brevissima ex comparatione. Non ii sumus, qui fuimus, inquit. Multa amisimus, quibus salvis atque integris, bellum non timeremus. Nunc ex commutatione rerum metuenda sunt omnia.

— 2. δεύτερον δ' ἐρᾶν] ἡ δευτέρα πρότασις, cui sua mox subjicitur κατασκευὴ, non esse irritandos Amphictyones, neque præbendam illis occasionem aut belli faciendi necessitatem.

— 3. ὅπως μὴ προαξώμεθα εἰς ἀνάγκην] Theognis [v. 377. s. Brunk. Poet. Gnom.]

μητέρ' ἀμηχανίην ἔλαβον τὰ δίκαια φιλεῦντες,
ἥ τ' ἀνδρῶν προάγει θυμὸν ἐς ἀμπλακίην.

*Qui justitiam colunt, matrem habent inopiam tam rei quam consilii, quæ mentes hominum ad peccandum prolicit* vel *invitat.* Aristot. [Politic. II. c. 7. p. 109. ed. Conring.] βουλόμενος ὁ νομοθέτης ὡς πλείστους εἶναι τοὺς Σπαρτιάτας, προάγεται τοὺς πολίτας ὅτι πλείστους ποιῆσαι παῖδας. Xenophon [de Off. Mag. Equ. c. 5. §. 15.] τοῦτο γὰρ τοὺς πολεμίους προάγεται ἀφυλακτοῦντας μᾶλλον ἁμαρτάνειν. *hæc enim res hostes elicit per indiligentiam custodiendi magis peccare.* Æschines [in defensione τῆς παραπρ.] τελευτῶντες εἰς τοῦτο τὴν πόλιν προήγαγον. *huc denique remp. provexerunt.* Dem. [κατ' Ἀνδροτίωνος. p. 618.] ὑμεῖς δ' εἰς τοῦτο προήχθητε εὐηθείας καὶ ῥᾳθυμίας. *eo provecti estis stultitiæ et socordiæ.* Idem: ἐπειδήπερ εἰς τούτους προήχθην τοὺς λόγους. Item: οὔτε ποιήσω τοιοῦτον οὐδὲν οὔτε προαχθήσομαι. Athenæus [lib. V. p. 188. D. Casaub.] τίς τῶν νέων ἐντυχὼν τούτοις, οὐκ ἐπιτριβήσεται μᾶλλον, ἥπερ εἰς ἀρετὴν προαχθεὶς; *qui adolescens hæc legens, non perdetur citius, quam ad virtutem gradum promoverit?* Nempe Xenophontis et Platonis Convivia. [p. 122. ed. D.] De quibus idem Athenæus [l. I. p. 187.] οὔτε ἐκ θύμβρας λύγκη, οὔτ' ἐκ τῶν τοιούτων λόγων ἀνὴρ ἀγαθός. Aristoteles [de mundo c. 6. §. 3. p. 203. ed. Kapp.] διὸ καὶ τῶν παλαιῶν εἰπεῖν τινὲς προήχθησαν. Idem [Phys. II. c. 2. p. 264. E.] διὸ καὶ ὁ ποιητὴς γελοίως προήχθη εἰπεῖν. Cornificius [ad Herenn. IV. 58.] "In his igitur generibus expositio versatur, de qua producti sumus, ut plura diceremus." Hinc et nos ausi sumus interpretari τὸ ὅπως μὴ προαξώμεθα, *ne produxerimus.*

— 4. τοὺς συνελκυθέτας τούτους, καὶ φάσκοντας Ἀμφικτύονας εἶναι] Erat enim hoc totius Græciæ concilium, et quasi Parliamentum. Plato [de repub. VI. p. 80. t. VII. Bip.] πολὺ δὲ μεγίστη καὶ ἰσχυροτάτη διαβολὴ γίνεται φιλοσοφίας, διὰ τοὺς τοιαῦτα φάσκοντας ἐπιτηδεύειν. Paulus [Rom. I. 22.] φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν. Multi multa de Amphictyonibus, sed in primis hæc Strabo [lib. IX. p. 643. Almel.] τοιαύτης δὲ τῆς εἰκαιρίας οὔσης τῆς περὶ τοὺς Δελφοὺς, συνήεσάν τε ῥᾳδίως ἐκεῖσε, μάλιστα δὲ οἱ ἐγγύθεν. καὶ δὴ καὶ τὸ Ἀμφικτυονικὸν σύστημα ἐκ τούτων συνετάχθη, περί τε τῶν κοινῶν βουλευτόμενον, καὶ τοῦ ἱεροῦ τὴν ἐπιμέλειαν ἔξον κοινοτέραν, ἅτε καὶ χρημάτων ἀποκειμένων πολλῶν, καὶ ἀναθημάτων, φυλακῆς καὶ ἀγιστείας δεομένου μεγάλης. Sed nihil est tam sanctum atque munitum, quod non hominum avaritia atque audacia expugnet et violet. Hoc ipsum enim templum Apollinis Delphici quoties expilatum fuit? Primum ab Euboensi nescio quo Iatrone, ut refert Pausanias. [in rebus Phocensium, X. 7.] deinde a gente Phlegyarum, tum a Neoptolemo Achillis filio, qui propterea a Delphis occisus est. Hoc enim probabilius, quam quod Euripides [Andromacha, v. 51. ss.] tradidit, quia pœnas ab Apolline expetitum venerat ob cædem patris. Longo post tempore Persæ, qui Xerxem

secuti sunt, cum cætera Græciæ delubra incendisset, hoc quoque fanum spoliaverunt. [p. 123. ed. D.] Tum Philomelus, ducesque Phocensium penitus compilarunt. Postremo Brennus cum Gallis post Romam captam et auro redemtam, se contulit in Græciam, et huic fano vim attulit. ἔμελλε δὲ ἄρα οὐδὲ τῆς Νέρωνος ἐς πάντα ὀλιγωρίας ἀπειράτως ἔχειν, inquit Pausanias, qui quingentas Apollini Deum atque hominum imagines æneas abstulit. Bene igitur Geographus: ἐπίφθονος ὢν ὁ πλοῦτος δυσφύλακτός ἐστι, κἂν ἱερὸς ᾖ. νῦν γέ τοι πενέστατόν ἐστι τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερόν. πρότερον δὲ πολυχρήματον ἦν. [lib. IX. p. 644. Alm.] Vixit autem Strabo sub Augusto et Tiberio. Non igitur Amphictyonum collegio, qui bis in anno fortasse eo conveniebant, sed militum præsidio tutandi erant Apollinis thesauri. Et illa erat dæmonum religio. Qui sancta Ecclesia? quondam et ipsa erat ubique opulenta: nunc inops et misera est πολλαχῇ. De qua dici solitum: "Ecclesia copias peperit: filia exitio fuit matri." Jus et potestatem Amphictyonum Strabo satis his verbis indicat. Conveniebat, inquit, hoc collegium de rebus communibus consulturum. Sed Tacitus clarius [Annalium IV. 14.] "Samii decreto Amphictyonum nitebantur, queis præcipuum fuit rerum omnium judicium, qua tempestate Græci, conditis per Asiam urbibus, ora maris potiebantur." Samus autem una erat ex illis civitatibus. Tum autem a Cæsare petebant, ut vetustum asyli jus sibi firmaretur, quod olim Amphictyones decreverant. Origo diverse traditur. Strabo [loc. laud.] Ἀκρίσιος (Acrisius est Danaes pater) δὲ τῶν μνημονευομένων πρῶτος διατάξαι δοκεῖ τὰ περὶ τοὺς Ἀμφικτύονας, καὶ πόλεις ἀφορίσαι τὰς μετασχούσας τοῦ συνεδρίου· ἀποδεῖξαι δὲ καὶ τὰς Ἀμφικτυονικὰς δίκας, ὅσαι πόλεσι πρὸς πόλεις εἰσί. Lites enim civitatum et controversias componebant, [p. 124. ed. D.] injurias corrigebant. at Pausanias [de rebus Phocensium, X. 8.] καταστήσασθαι δὲ συνέδριον ἐνταῦθα Ἑλλήναν, οἱ μὲν Ἀμφικτύονα τὸν Δευκαλίωνος νομίζουσι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῖς συνελθοῦσιν ἐπίκλησιν Ἀμφικτύονας γενέσθαι· Ἀνδροτίων δὲ, ὡς τοεξαρχῆς ἀφίκοντο εἰς Δελφοὺς παρὰ τῶν προσοικούντων συνεδρεύσοντες, et inde cognominatos; quod sane verisimilius. nam post diluvium ad longum tempus Græcia non potuit non esse deserta. Unde igitur Deucalionis filius potuit hunc institoisse conventum. at vicinos et finitimos περικτίονας vocat Homerus [Od. II. 65. etc.] quos Eustathius interpretatur, τοὺς πέριξ κτίσαντας οἰκήσεις· et περικτίται sunt, inquit, περίοικοι. consentit Geographus: συνήσαν τε ῥᾳδίως ἐκεῖσε· μάλιστα δὲ οἱ ἐγγύθεν. et collegium hoc ex his institutum, finitimis scilicet, inde Ἀμφικτύονας appellabant, tanquam περικτίονας. nam ι et υ vocales sunt commutabiles. Itaque apud Herodotum nomen est appellativum [lib. VIII. 104. p. 667. ed. Wess.] ἐπεὰν τοῖσι ἀμφικτύοσι ταῦτα τοῖσι ἀμφὶ ταύτης οἰκέουσι πόλιος μέλλῃ τι ἐντὸς χρόνου ἔσεσθαι χαλεπὸν τότε ἡ ἱρείη αὐτόθι τῆς Ἀθηναίης φύει πώγωνα μέγαν. hoc videtur unum esse e splendidioribus Herodoti mendaciis. sed Pedasus, de qua loquitur, est civitas in Asia procul a Delphis et Thermopylis. Euripides [Oreste, 1621.]

ὦ γαῖα Δαναῶν, ἱππίου τ' Ἄργους κτίται.

Scholiastes, οἰκήτορες. unde apud Homerum ἐὐκτίμενον πτολίεθρον, *oppidum bene repletum incolis*. ταῦτ' ἐπισφαγίζεται Harpocration, priore enim sententia repudiata, quam ex Theopompo retulerat, addit auctorem adumbrans meliorem [p. 125. ed. D.] ἢ ἀπὸ τοῦ περιοίκους εἶναι τῶν Δελφῶν τοὺς συναχθέντας, ὡς Ἀναξιμένης ἐν πρώτῃ τῶν Ἑλληνικῶν, dicti sunt scilicet Amphictyones.

[P. 127. ed. D.] — 6. Ἐγὼ γὰρ, εἰ γένοιτ' —] Summa hæc est hujus orationis. Non esse cujusquam unius populi, neque ipsius Philippi vim per se metuendam. Illud horribile esse et pertimescendum, si in nos universi, inquit, infesti velut agmine facto cooriantur. id eventurum, si decreto Amphictyonum intercedimus. ut hic opportunum sit exclamare id, quod Noster alicubi [pro Corona p. 275.] πόλεμον εἰσάγεις εἰς Ἀττικὴν, Αἰσχίνη, πόλεμον Ἀμφικτυονικόν. Neque esse, ut socios atque amicos hostium formidemus. Illas enim societates valere, et firmissimas esse, quas συμμαχίας dicimus: quæ τοῖς ἀδικουμένοις adsunt. ad bellum aliis inferendum nulli sunt socii neque amici fideles.

— 7. ἤ τι τοιοῦτον ἔγκλημα ἴδιον] Non debemus hic *crimen* vertere. sed id est, quod nos dicimus *a private quarrel*. Cic. [contra Vatinium, c. 5.] "Teneasne memoria, tibi in conventu Puteolis manus esse allatas? ad me consulem Puteolanorum querelas esse delatas?" τὰ ἐγκλήματα. Martialis [lib. VI. 19.]

"Non de vi, neque cæde, nec veneno,
Sed lis est mihi de tribus capellis.
Vicini queror has abesse furto." (ἐγκαλῶ.)

Quod verbum significat non solum crimen inferre, verum etiam pecuniam aut rem aliam judicio petere, unde et calumniam dici Festo placet. [p. 128. ed. D.] Dem. τί ἔχοντες ἔγκλημα, καὶ τί μεμφόμενοι. ἐγκαλῶν non *accusator*, sed *petitor*.

— 9. καί μοι μὴ θορυβήσῃ μηδείς, πρὶν ἂν ἀκούσῃ] ὑποστροφὴ, qualem jam ante

observavimus. Cicero deprecationem vocat. Aristides: ἀλλ' ἔγωγε, καὶ μηδεὶς δυσχεράνῃ τὴν ἀποπίαν. hic videmus, oratoribus obstrepi solitum in concionibus, si quid dicerent, quod minus placeret. Cic. [pro C. Rabirio Perd. reo, c. 6.] "Utinam hanc mihi facultatem causa concederet, ut possem hoc prædicare, C. Rabirii manu L. Saturninum hostem populi Romani interfectum. Nihil me clamor iste commovet, sed consolatur, quum indicat, esse quosdam cives imperitos, sed non multos. Nunquam, mihi credite, populus Rom. hic, qui silet, consulem me fecisset, si vestro clamore perturbatum iri arbitraretur. quanto jam levior est acclamatio? quin continetis vocem, indicem stultitiæ vestræ, testem paucitatis." *perturbatum iri*, θορυβηθήσεσθαι. Sed Ciceroni reclamatum est in hoc judicio, quum id dixisset, quod nefas videbatur. Demosthenes dicturus, quod aures audientium respuerent, antevertit et supprimit strepitum concionis. Basilius: πολὺν ὄχλον ἐν ἑαυτῷ θηρίων ἔχεις καὶ μὴ ὕβριν νομίσῃς εἶναι τὸ λεγόμενον. hæc eadem oratio sic intercisa multo fuisset acrior: πολὺν ὄχλον, καὶ μὴ ὕβριν νομίσῃς εἶναι τὸ λεγόμενον, ἐν ἑαυτῷ θηρίων ἔχεις. porro θηρία dicit τὰ πάθη τῆς ψυχῆς. utitur autem deprecatione propter invidiam nominis.

— 10. οὐχ ὡς ἡδέως ἔχουσιν ἡμῖν] Id est, ἐπιτηδείως. Etymologus: ἐπιτήδειος, φίλος καὶ συνήθης, ἀπὸ τοῦ ἥδω, ἡδὺς, ἐπωιτηδὴς καὶ ἐπωιτήδειος, πλεονασμῷ τοῦ τ. amicus enim amico carus est atque jucundus. unde hoc apud Plutarchum:

εἰς ὄμματ' εἶνυ φωτὸς ἐμβλέψαι γλυκύ.

[P. 129. ed. D.] Dem. [c. Leptin. p. 500. ed. Reisk.] ἵνα λεπτίνης ἰδίᾳ τισὶν, οἷς ἀηδῶς ἔχει, ἐπηρεάσῃ. Cic. [pro Sext.] "qui imperitæ et concitatæ multitudini jucundi esse voluerunt." Idem: "carus utrisque est atque jucundus." Item: "Erat temporibus illis jucundus Metello illi Numidico, et Pio ejus filio." Dem. [in proœmiis p. 1438.] ἔστι μὲν οὖν τὸ κοινὸν ἔθος τῶν πλείστων, τοὺς μὲν συνεπαινοῦντας ἑαυτοῖς ὅ τι ἂν πράττωσι, φιλεῖν, πρὸς δὲ τοὺς ἐπιτιμῶντας ἀηδῶς ἔχειν. hinc ἀηδίαν dicimus offensionem et simultatem inter amicos ortam. Dem. [de mentita legatione, p. 411.] ἴστε δήπου Πυθοκλέα τουτονὶ τὸν Πυθοδώρου. τούτῳ πάνυ φιλανθρώπως ἐκεχρήμην ἐγώ. καὶ ἀηδὲς ἐμοὶ καὶ τούτῳ γέγονεν εἰς τὴν ἡμέραν ταύτην οὐδέν. οὗτος ἐκτρέπεταί με νῦν ἀπαντῶν, ἀφ' οὗ πρὸς Φίλιππον ἀφῖκται. Pausanias [in rebus Phocensium, X. 2.] λέγων καὶ ἄλλα ἐπαγωγὰ καὶ ὡς τὰ Ἀθηναίων καὶ ἐκ Λακεδαίμονος ἐπιτήδεια ἐξαρχῆς ἐστὶν αὐτοῖς, id est, ὡς ἡδέως ἔχουσιν αὐτοῖς tam Lacedæmonii quam Athenienses.

— 12. εἰ καὶ πάνυ φήσειέ τις αὐτοὺς ἀναισθήτους εἶναι] Bœotii semper habiti sunt tardiores. Aristides [Leuctric.] Οἶμαι δὲ καὶ Θηβαίους μὴ εἰς τοσοῦτον ἀναισθήτους εἶναι, μηδὲ φαύλους, καίπερ ὄντας Θηβαίους, ὥστε πλείω μέμψιν ποιεῖσθαι νῦν ἡμῖν, ἐὰν, καὶ τὰ ἐξῆς. Dem. [pro Ctesiphonte, p. 257.] συμφέρει δὲ Φιλίππῳ καὶ Φωκεῦσι καὶ ὑμῖν ὁμοίως ἅπασι, τὴς ἀναλγησίας καὶ τῆς βαρύτητος ἀπαλλαγῆναι τῆς τῶν Θηβαίων. quamquam fortasse hæc ἀναλγησία Thebanorum non est ἀναισθησία, sed major stupiditas, de qua Pausanias: ἀντὶ τούτου μὲν ἅπαντα τὰ ἀνάλγητα βουλεύματα, ἀπόνοια ὑπὸ Ἑλλήνων ὀνομάζεται Φωκική. ἀνάλγητα βουλεύματα sunt *perdita consilia et sine remorsu conscientiæ*, ἀπόνοια, *perdita audacia*. M. Tullius [Tusc. III. c. 6. §. 12.] "Nec absurde Crantor ille, qui in nostra Academia vel in primis fuit nobilis. Minime, inquit, assentior iis, qui istam nescio quam indolentiam magnopere laudant: [p. 130. ed. D.] quæ nec potest esse ulla, nec debet. Ne ægrotus sim, inquit: sed si fuerim, sensus adsit, sive secetur quid, sive avellatur a corpore. nam istud nihil dolere, non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore." ἡ βαρύτης Thebanorum non est illa idea, de qua diximus, Hermogenis: sed arrogantiam potius atque fastidium declarat. tales enim graves sunt omnibus. Isocrates quibus bene institutos vereque eruditos laudat, hæc addit [Panathenaico p. 444. t. II. ed. Aug.] ἔπειτα τοὺς πρεπόντως καὶ δικαίως ὁμιλοῦντας τοῖς ἀεὶ πλησιάζουσι, καὶ τὰς μὲν τῶν ἄλλων ἀηδίας καὶ βαρύτητας εὐκόλως καὶ ῥᾳδίως φέροντας, σφᾶς δ' αὐτοὺς ὡς δυνατὸν ἐλαφροτέρους καὶ μετριωτάτους τοῖς συνοῦσι παρέχοντας. hic ἀηδία καὶ βαρύτης est acerbitas naturæ atque importunitas, vel potius superbia atque elatio. Arist. [Rhet. II.] ἔστι δὲ ἡ σεμνότης, μαλακὴ καὶ εὐσχήμων βαρύτης. sic Theophrastus magistrum imitans, αὐστηρότητα definit στερνότητά τινα ἠρεμαίαν καὶ μαλακήν. Notum illud Horatii [lib. II. Epist. 1. v. 244.]

"Bœotum in crasso jurares aere natum.'

M. Tullius [de fato, c. 4.] "Multaque sunt alia, quæ inter locum et locum plurimum differunt. Athenis tenue cœlum, ex quo acutiores putantur Attici: crassum Thebis. Itaque pingues Thebani et valentes." pingues ait ingenio, non corpore, ni fallor. "Ingenia hominum," inquit Curtius, "ubique locorum situs format." sed insignissimus est Polybii locus super hac re. Contemplantes, inquit [lib. IV. 21. 1. s.] τὴν τῶν ἠθῶν αὐστηρίαν, ἥτις αὐτοῖς παρέπεται διὰ τὴν τοῦ περιέχοντος ψυχρότητα, καὶ στυγνότητα τὴν κατὰ τὸ πλεῖστον ἐν τοῖς τόποις ὑπάρχουσαν, ᾧ συνεξομοι-

οὖσθαι πεφύκαμεν πάντες ἀνθρωποι κατ' ἀνάγκην. οὐ γὰρ δι' ἄλλην, [p. 131. ed. D.] διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν, κατὰ τὰς ἐθνικὰς καὶ τὰς ὁλοσχερεῖς διαστάσεις, πλεῖστον ἀλλήλων διαφέρομεν, ἤθεσί τε καὶ μορφαῖς καὶ χρώμασιν, ἔτι δὲ τῶν ἐπιτηδευμάτων τοῖς πλείστοις. hæc de suis Arcadicus auctor, quorum duritiem indolis propter regionis situm atque naturam et montium altitudinem asperitatemque, sapientes viri bonis legibus institutisque, et in primis musica, temperabant. M. Tullius [Agraria II. c. 35.] "Non ingenerantur hominibus mores tam a stirpe generis ac seminis, quam ex iis rebus, quæ ab ipsa natura loci, et a vitæ consuetudine suppeditantur, quibus alimur et vivimus. Carthaginenses fraudulenti et mendaces, non genere, sed natura loci, quod propter portus suos multis et variis mercatorum et advenarum sermonibus, ad studium fallendi studio quæstus vocabantur. Ligures montani, duri atque agrestes, docuit ipse ager, nihil ferendo nisi multa cultura et magno labore quæsitum. Campani semper superbi bonitate agrorum et fructuum magnitudine, urbis salubritate, descriptione, pulcritudine. Ex hac copia atque omnium rerum affluentia primum illa nata sunt, arrogantia, quæ a majoribus nostris alterum consulem postulavit: deinde ea luxuries, quæ ipsum Annibalem armis etiam tum invictum, voluptate vicit." Sic λοιδωρίζειν τὰς θέσεις, locos tractare communes, interdum juvat.

— 14. τοῖς δ' ἀγαθοῖς ἐφεδρεύων ἕτερος καθεδεῖται] Nempe Philippus. Polybius [lib. III. c. 90. §. 2.] de Fabio Maximo cunctatore: ἀθρόους δ' ἀεὶ στρατιώτας καὶ συνεστραμμένους τηρῶν, ἐφήδρευσε τοῖς τόποις καὶ τοῖς καιροῖς. *assidue milites in unum continens, captabat occasiones ex locis et temporibus.* [p. 132. ed. D.] Idem [III. 12. 6.] ἵνα τοὺς μὲν ἐφέδρους εἶναι νομίζοντες τῶν καιρῶν, ἀεὶ φυλάττωνται. Idem de regibus Ægypti [V. 34. 8.] ἐφήδρευον δὲ τοῖς ἐν Θράκῃ καὶ τοῖς ἐν Μακεδονίᾳ πράγμασιν. *imminebant ex insidiis.* Philotas apud Curtium [lib. V.] "Sic ego imperio, quod dedignor, immineo?" Idem ἐφορμεῖν, nisi quod hoc translatum a navibus. ὅρμος enim *navium statio.* Dem. [Olynth. III. p. 30.] ἦν τοῦτο ὥσπερ ἐμπόδισμά τι καὶ δυσχερὲς, πόλιν μεγάλην ἐφορμεῖν τοῖς ἑαυτοῦ καιροῖς, διηλλαγμένην πρὸς ἡμᾶς. Dem. [π. τ. ἐν Χερρόν. πρ. p. 100. et Philipp. IV. p. 135.] οὐκοῦν βούλεται τοῖς αὐτοῦ καιροῖς τὴν παρ' ὑμῶν ἐλευθερίαν ἐφεδρεύειν. Bonus interpres: *non vult vestram libertatem sibi in rebus adversis esse formidini.* Quos Paulus χαλεπούς καιρούς vocat: ut Tullius ad Lentulum sua tempora appellat, quibus in exsilio fuit, et quum vexatus est ab inimicis ante exsilium. Est ἐφεδρεύειν, inquit Budæus, *imminere in occasionem, et calamitatem, et res afflictas alterius.* Arist. [Polit. II.] ἐμοίως δὲ καὶ τοῖς Λάκωσιν οἱ Εἵλωτες, ὥσπερ ἐφεδρεύοντες τοῖς ἀτυχήμασι διατελοῦσιν, ut scilicet, si quod prœlium adversum fecerint, in libertatem se vindicent: et post terræ motum, quæ magna erat calamitas (magnam enim urbis partem deleverat) defecerunt. Ovidius [Met. I. 146.] "Imminet exitio vir conjugis, illa mariti." Euripides [Oreste 1627.]

σύ θ', ὃς ξιφήρης τῇδ' ἐφεδρεύεις κόρῃ.

Orestes gladium tenebat furibundus, intentum Hermiones Menelai filiæ jugulo. Triclinius in Lorarium Sophoclis [Ajac. 610.] ἔφεδρος κυρίως ὁ παρεσκευασμένος, ὅταν δύο τινὲς παλαίσωσι, παλαίειν τῷ νικήσαντι. Pindarus [Nem. IV. 156.] τραχὺς δὲ παλιγκότοις ἔφεδρος. Schol. προκεκληρωμένοις καὶ προκεκμηκόσι τοῖς προηγουμένοις πρὸς ἀλλήλους, ἀκοπίατος ἐφέστηκε. Translatum est igitur a certaminibus gymnicis. Cui non obvenerat par, quiescebat aliis certantibus, [p. 133. ed. D.] cum depugnassent, victorem adorturus. Sophocles apud Aristophanem ἔμελλεν ἔφεδρος καθεδεῖσθαι, si vicisset Æschylus in certamine musico, quieturus: sin Euripides, περὶ τῆς τέχνης

Διαγωνιεῖσθ' ἔφασκε πρὸς γ' Εὐριπίδην.
[in Ranis, 793. s.]

Sic bene ab oratore junguntur hæc verba. ἔφεδροι, *milites in subsidiis collocati.* ἐφεδρεῖαι, *subsidia.* Diodorus [l. XVI.] ὁ δὲ βασιλεὺς τοὺς μὲν προμάχους τῶν Μακεδόνων πρώτους ἔστησε, τοὺς δὲ ἐφέδρους ἔταξε, τοὺς ἐπιλέκτους. Ut Romani triarios, qui fortissimi fuerant, in postrema acie locabant. Unde proverbium: Res ad triarios rediit. Idem Diodorus [XVII. 12.] προσέταξε τοὺς ἐπὶ τῆς ἐφεδρείας τεταγμένους, διαδέξασθαι τὸν ἀγῶνα, *prælium excipere. l'arriere garde, subsidium.* Virgilius [lib. XI. Æn. 266. s.]

"Ipse Mycenæus magnorum ductor Achivum
Conjugis infandæ prima intra limina dextra
Oppetiit: devictam Asiam subsedit adulter."

Ægisthus ex insidiis obtruncavit Agamemnonem. Verbum hoc Latinum comprehendit utrumque Græcum ὑφορμεῖν καὶ ἐφεδρεύειν. καθεδεῖται futurum II. medium. καθέζομαι, infinitum II. ἐκαθεδόμην, fut. II. καθεδοῦμαι.

P. 144. 2. τοὺς ζοηθήσοντας ἂν οἴομαι, εἰς τὴν οἰκείαν εἴ τις ἐμβάλη, βοηθεῖν] Hæc enim humanitas semper fuit in omnibus Græcis, maxime Atheniensibus, ut, si qui

laborarent aut periclitarentur, illis succurrerent, nullam opem ferrent alios lacessentibus. Certe testimonium Athenis Aristides perhibet, quod verissimum est. [Leuctrica I. pro Lacedæmoniis, p. 408. t. I. Jebb.] οὕτως ὁ παλαιὸς λόγος ἔστ' ἀληθὴς, ὅτι τοῖς καθεκάστους ἀτυχοῦσι κοινὴ πᾶσιν ὕπεστιν εὐτυχία, τὸ τῆς πόλεως ταύτης ἦθος, ὑφ' ᾧ σώζονται. Nam et Thebanos de se non optime meritos [p. 134. ed. D.] juverunt contra Lacedæmonios, a quibus Thebani magnam injuriam acceperant, cum arcem Cadmeam Phobidas occupasset. Et rursus Leuctrica calamitate fractis opibus Lacedæmoniorum, illos vicissim, quamvis ab illis debellati fuissent, contra vim Thebanorum tuebantur, non veriti δέξαν ἐμπληξίας ὀφλισκάνειν παρὰ τοῖς πολλοῖς, inquit idem auctor, id est, *opinionem levitatis et inconstantiæ*, quod essent modo harum, modo illarum partium. Homerus [Odyss. Υ. 131. ss.]

τοιαύτη γὰρ ἐμοὶ μήτηρ πιστὴ περ ἐοῦσα,
ἐμπλήγδην ἕτερόν γε τίει μερόπων ἀνθρώπων
χείρονα, τὸν δέ τ' ἀρείονα τιμήσας' ἀποπέμπει.

Eust. ἐμπλήγδην παρὰ τὸ ἐμπλήσσειν, ἤτοι ἐμπίπτειν, ὅπως ἂν τύχοι τοῖς πράγμασι. Nec vituperat matrem Telemachus, sed studium atque amorem ejus ingentem erga virum demonstrat, quod recentissimum quemque, quamvis vanum, in honore haberet nuntium. Objicit Æschini Demosthenes τὴν ἐμπληξίαν τῆς πολιτείας, de quo jam supra diximus. Cic. "non sentire idem semper de rep. sed idem spectare debemus."

— ibid. εἰς τὴν εἰκείαν] Subaudis γῆν ἢ χώραν, *terram* aut *agrum suum*. ἐμβάλλειν est *invadere, et fines aliorum ingredi*. Idem εἰσβάλλειν, et ἔσβολὴ Thucyd.

— 3. οὐ συνεπιστρατεύσειν οὐδετέροις] I. *nutris adjutores fore ad inferendam injuriam*. Denique ἐπιμαχίαν οὐ ποιήσονται πρὸς οὐδετέρους, ἀλλ' εἴπερ, συμμαχίαν. Hoc est enim οὐ συνεπιστρατεύειν. Sed explicemus hunc locum ex Thucydide, eademque opera Thucydidem emendemus. Sic enim editum est [lib. I. c. 44.] Postridie mutarunt sententiam Athenienses [p. 135. ed. D.] Κερκυραίοις συμμαχίαν μὲν μὴ ποιήσασθαι, ὥστε τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους νομίζειν, (εἰ γὰρ ἐπὶ Κόρινθον ἐκέλευον σφίσιν οἱ Κερκυραῖοι ξυμπλεῖν, ἐλύοντ' ἂν αὐτοῖς αἱ πρὸς τοὺς Πελοποννησίους σπονδαὶ) ἐπιμαχίαν δ' ἐποιήσαντο, τῇ ἀλλήλων βοηθεῖν, ἐάν τις ἐπὶ Κέρκυραν ἴῃ, ἢ Ἀθήνας, ἢ τοὺς τούτων ξυμμάχους. Illum Thucydidis locum ut intelligerem, fecit hic Demosthenis. Nam etsi Scholiastes hanc probat lectionem, neque ullum in ea scrupulum invenit, mihi tamen nunquam satisfecit. Non dubito, permutatam esse sedem duum vocabulorum, atque ita legendum: Κερκυραίοις ἐπιμαχίαν μὲν μὴ ποιήσασθαι. Et mox: συμμαχίαν δ' ἐποιήσαντο, τῇ ἀλλήλων βοηθεῖν. [Adversantur Dounæo Abresch. Dilucidd. Thucc. p. 49. et Gottleber. ad Thuc. t. I. p. 95. Beck.] Quod perspicuum est ex verbis ipsius auctoris, primum his: εἰ γὰρ ἐπὶ Κόρινθον ἐκέλευον σφίσιν οἱ Κερκυραῖοι ξυμπλεῖν. Hæc enim certe est ἐπιμαχία. Deinde ex eo, quod sequitur: ἐπιμαχίαν δ' ἐποιήσαντο, τῇ ἀλλήλων βοηθεῖν. quæ profecto est ξυμμαχία, quum bellum defenditur, ut, cum infertur, ἐπιμαχία, quod confirmat hoc ipsum, quod nunc tractamus Demosthenis: καὶ γὰρ αἱ συμμαχίαι τοῦτον ἔχουσι τὸν τρόπον. quo modo? εἰς τὴν οἰκείαν εἴ τις ἐμβάλοι, βοηθεῖν, οὐ συνεπιστρατεύειν: quæ est ἐπιμαχία. Præterea testimonio est, quod adjicitur, ὧν καὶ φροντίσειεν ἄν τις. Illæ enim societates fidæ sunt et firmæ, quibus se invicem defendunt; leves, quibus adjutores fiunt ad bellum aliis inferendum, et cito deseruntur. Postremo Thucydides ipse post pauca [c. 53.] rem ponit extra controversiam. Cum enim Corinthii dixissent: ἀδικεῖτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πολέμου ἄρχοντες, καὶ σπονδὰς λύοντες· respondent: οὔτε ἄρχομεν πολέμου, ὦ ἄνδρες Πελοποννήσιοι, οὔτε σπονδὰς λύομεν, [p. 136. ed. D.] Κερκυραίοις δὲ τοῖσδε ξυμμάχοις οὖσι βοηθοὶ ἤλθομεν. Ecce, quos in tutelam receperant, ξυμμάχους appellat. At loco superiore scriptum est: ἐπιμαχίαν δ' ἐποιήσαντο, τῇ ἀλλήλων βοηθεῖν. Itaque hic Scholiastes coactus est dicere, τὴν ἐπιμαχίαν, συμμαχίαν λέγει. Sed cur commutaret hæc nomina? imo supra commutata sunt vitio librariorum, ut jam luce ipsa clarius ducere existimo. Unus adhuc restat scrupulus, quod ait magnus hic auctor, ξυμμαχίαν μὲν μὴ ποιήσασθαι, ὥστε τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους νομίζειν, quod fœdus offensivum et defensivum vocatur. Hoc igitur geminum fœdus est ἐπιμαχία, non, ut vulgo creditur, συμμαχία. Qui enim amicorum oppugnat inimicos, hic amicos facilius defendet lacessitos. Æschines [contra Ctesiphontem, p. 482. ed. Reisk.] ἀποῤῥῶν δ' ὅ,τι χρήσαιτο αὐτῷ (Καλλίας ὁ Χαλκιδεὺς), καὶ παραγγελλομένης ἐπ' αὐτὸν ἤδη στρατείας, μίαν ἐλπίδα λοιπὴν κατεῖδε τῆς σωτηρίας, ἕνορκον λαβεῖν τὸν Ἀθηναίων δῆμον, σύμμαχον ὀνομασθέντα, βοηθήσειν, ἐάν τις ἐπ' αὐτὸν ἴῃ. Postrema verba declarant, συμμαχίαν fœdus esse solummodo defensivum. Erant Athenienses Lacedæmoniorum socii atque amici: erant Arcadum inimici: quibuscum hactenus fœdus inierunt, ne Lacedæmonios offenderent. Hæc est συμμαχία. De qua Xenophontem audiamus [rerum Græcarum VII. 4. 6.] τοῖς μέντοι

Ἀρκάσιν ἠναγκάζοντο πέμπειν τοὺς ἱππέας ἐπικούρους διὰ τὴν ξυμμαχίαν, εἴ τις στρατεύοιτο ἐπὶ τὴν Ἀρκαδίαν· τῆς δὲ Λακωνικῆς οὐκ ἐπέβαινον ἐπὶ πολέμῳ.

— 6. οὐκ ἄχει τῆς ἴσης] Ulpianus subaudit ψήφου: ego *moîza* potius, ut ἐπίσης ὑφ' ἕν, *ex æquo*. Comicus [Ter. Eunucho, I. 2. 11. ss.] "O Thais, Thais, utinam esset mihi pars æqua amoris tecum," ὤφελον ἐπίσης φιλεῖν καὶ φιλεῖσθαι. Herodotos: ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίῃ. *pari conditione*.

[P. 137. ed. D.] — 7. ὥστε εἶναι καὶ κρατεῖν τῶν ἄλλων] M. Tullius hunc locum adumbravit. [Offic. I. 12.] "Sed ea bella, quibus imperii gloria proposita est, minus acerbe gerenda sunt. Ut enim quum civiliter contendimus, aliter [Hanc antiquam lectionem etiam Heusing. prætulit. Nam post Lamb. editum: *cum civi aliter* contend. si est etc. Beck.] si est inimicus, aliter, si competitor: cum altero certamen honoris et dignitatis est, cum altero capitis et famæ: sic cum Celtiberis, cum Cimbris bellum ut cum inimicis gerebatur, uter esset, non uter imperaret: cum Latinis, Sabinis, Samnitibus, Pœnis, Pyrrho de imperio dimicabatur." Hæc ille. De Pœnis dubitari potest. Videntur enim Punica bella, præsertim secundum, internecinum fuisse. Sed hoc etiam confirmat alio loco. [pro Sextio, c. 68.] "Quis Carthagenienses pluris fuit Annibale consilio, virtute, rebus gestis? qui unus cum tot imperatoribus nostris tot annos de imperio et gloria decertavit." Atque hoc sic fieri solet et debet in rep. non minus in privatis hominibus atque injuriis observandum. Themistocles, cum falsæ proditionis accusatus patriam fugeret, urgentibus a tergo qui persequebantur, coactus est ad Admetum regem Molossorum, hominem non amicum, confugere, utpote cui restitisset aliquando, cum nescio quid ab Atheniensibus, peteret. [ad finem I. Thucyd. c. 136.] Ad regem igitur cum supplex accederet, quem læserat, ingenue confessus est, se de eo non optime meritum esse: sed tamen æquum censere et postulare, si contra rem illius quodam tempore venisset, non id tum in tanta sua calamitate meminisse. Non enim hoc esse par pari referre, cum salus agitur, ultum ire eum in caput, a quo læsus es, cum mediocre commodum quæreretur. γενναῖον γὰρ εἶναι τοὺς ὁμοίους ἀπὸ τοῦ [p. 138. ed. D.] ἴσου τιμωρεῖσθαι, ait Thucydides. ἀλλ' αὐτὸς μὲν ἐκείνῳ χρείας τινὸς, καὶ οὐκ εἰς τὸ σῶμα σώζεσθαι, ἐναντιωθῆναι. ἐκεῖνον δ' ἂν, εἰ ἐκδοίη αὐτὸν, (εἰπὼν ὑφ' ὧν καὶ ἐφ' ᾧ διώκεται) σωτηρίας ἂν τῆς ψυχῆς ἀποστερῆσαι. Hac oratione victus rex veniam dedit, et clam emisit summum virum, quo tendebat, ad Persas. Similis moderatio Græcorum fuit erga Lacedæmonios, quum insolescere imperium adepti cœperant. Id enim agebant, ut insolentia eorum comprimeretur adempto imperio, non ut perirent et funditus tollerentur. Aristides [Leuctrica III. p. 450. t. I. ed. Jebb.] καὶ νὴ Δί' ἴσως εἰσὶν οἱ πλείους διὰ τοὺς ἀρίστους καὶ τὸν ἀπὸ Λυσάνδρου τότ' ἐπήρειαν, μέχρι μὲν τοῦ μὴ τὴν τοῦ ταῦτα ποιεῖν ἔχειν δύναμιν, μισοῦσιν ἴσως αὐτοὺς τῆς αὑτῶν ἕνεκ' ἀσφαλείας ἕκαστοι. ὡς δὲ καὶ ἀπολωλότας καθάπαξ ἰδεῖν, οὗ μοι δοκοῦσιν κ. τ. λ. Harmostæ sunt, quos Lacedæmonii bello Peloponnesiaco devictis Atheniensibus, cum ab armis discessum est, civitatibus imposuerunt, qui res ubique ad morem et disciplinam Spartæ componerent, καὶ πρὸς τὸν κόσμον τῆς αὐτῶν πολιτείας. Denique erant, quales apud Romanos constituendæ · reip. Triumviri teste Budæo. ἄρη, βλάβη. πλεονασμῷ τοῦ ει ἀρείη. Inde ἐπήρεια, quod hic quidem *insolentiam* significat. Eustathius ἀπειλὴν exponens illud [Iliados P. 431.] πολλὰ δὲ μειλιχίοισι προσηύδα, πολλὰ δ' ἀρειῇ. Eust. ἀντίκεινται δὲ τῇ ἀρειῇ πάντως μειλίχιοι λόγοι. Talis erat Lysander minax, superbus, insolens.

[P. 140. ed. D.] — 10. τί οὖν ἡγοῦμαι φοβερὸν] Hermogenes: κατὰ σχῆμα εὐκρινὴς γίνεται ὁ λόγος, ὅταν ὁ λέγων οἷον ἑαυτὸν ἐρωτῶν, εἶτα ἀποκρίνηται, ut quum dicit orator, τίνος οὖν ἕνεκα τοῦτο λέγω; quorsum hæc? ista enim figura dilucidam orationem liquidamque reddit, frequens apud Rhetorem. Jam autem proprius accedit ad causam, atque auditoribus, quid illis maxime metuendum sit, ostendit ex comparatione.

P. 145. 2. ὅσοι γε τὰ αὐτὰ τούτοις φρονοῦσι] Tum duæ factiones erant in Peloponneso: pars cum Lacedæmoniis sentiebant, plerique contra. factio est inter malos, [p. 141. ed. D.] quod inter bonos amicitia, inquit Sallustius. [Bell. Cat. 16.] "Idem velle et idem nolle, ea demum habetur vera amicitia." hoc est, τὸ αὐτὸ φρονεῖν. Æschines [περὶ παραπρ. p. 212. R.] οὐχ ὁμονοούντων ἀλλὰ τῶν πλείστων τὰ Παυσανίου φρονούντων. et apud Paulum τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς [Rom. VIII. 6.], quod vult caro, quod concupiscit. *Sensus carnis* optime redditur. Nam, qui *sapientiam* aut *prudentiam* vertunt, ut Augustinus, errant. illud Aristotelis est [Ethic. cap. VIII.] ἀπὸ τοῦ μέγα φρονεῖν, χρὴ δὲ οὐ κατὰ τοὺς παραινοῦντας, ἀνθρώπινα φρονεῖν ἄνθρωπον ὄντα, θνητὰ τὸν ζῶντόν· ἀλλ' ἐφ' ὅσον ἐνδέχεται ἀπαθανατίζειν. quid hoc verbi est? sequitur ἐξηντικᾶς, καὶ ἅπαντα ποιεῖν πρὸς τὸ ζῆν κατὰ τὸ κράτιστον τῶν ἐν αὐτῷ, id est, *secundum mentem atque intelligentiam*: quod Cicero dicit, 'immortalitatem meditari' vel 'æterna moliri.'

[Tusc. I. c. 15.] "Licuit esse otioso Themistocli, licuit Epaminondæ, licuit, ne et vetera et externa quæram, mihi: sed nescio quo modo inhæret in mentibus quasi seculorum quoddam augurium futurorum: idque in maximis ingeniis altissimisque animis et exsistit maxime, et apparet facillime." Idem [de senect. c. 23.] "quod ni ita haberet, ut animi immortales essent, haud optimi cujusque animus maxime ad immortalitatis gloriam niteretur." Plato [Charmide, p. 113. t. V. ed. Bip.] ἔμαθον δὲ τὴν ἐπῳδὴν ἐγὼ ἐκεῖ ἐπὶ στρατιᾶς παρά τινος τῶν Θρᾳκῶν τῶν Ζαμόλξιδος ἰατρῶν, οἳ λέγονται καὶ ἀπαθανατίζειν. forte ἰταλῶν. sed et ἰατρῶν ferri potest. agitur enim de remedio quodam. Herodotus de Dario [lib. IV. c. 93. p. 323. Wess.] πρώτους αἱρέει Γέτας τοὺς ἀθανατίζοντας. ἀθανατίζουσι δὲ τόνδε τὸν τρόπον. οὔτε ἀποθνήσκειν ἐνόμισουσι, ἰέναί τε τὸν ἀπολλύμενον παρὰ Ζάμολξιν. erant igitur philosophi τὴν ἀθανασίαν τῆς ψυχῆς φρονοῦντες. [p. 142. ed. D.] Zamolxis enim auctor hujus disciplinæ, fuit, ut Herodotus tradit, Pythagoræ Samii servulus, a quo quum quædam accepisset de immortalitate animorum, et simul cum libertate magnam in Græcia atque Ionia pecuniam invenisset, domum ad suos homo magnificus rediit, et quæ didicisset docere instituens sectam in Getis condidit. persuadere enim perseveravit, qui se ei dedidissent, neque ipsos esse morituros, neque ex ipsis genitos: sed in locum perventuros, ubi sempiternis bonis generis cujusque fruerentur. Sed et Druidas nostros, qui immortalitatem animæ pariter asserebant [vide Cæsarem de b. Gall. VI. 14.] Pythagoreos fuisse ego non dubito, sed disciplinam eorum manasse a Pythagora [Non facile assentietur, qui Britanniæ nomen alias habere origines, et Pythagora probabiliter antiquiores esse Druidas, meminerit. Bleck.] quippe qui permutationem quoque animorum in alia atque alia corpora cum Pythagora tenebant. præterea nihil disciplinæ suæ literis mandabant, quod in primis Pythagoricum fuit et Platonicum. "Id mihi duabus de causis instituisse videntur," inquit Cæsar [lib. VI. c. 14.] "quod neque in vulgus disciplinam efferri velint, neque eos, qui discant, literis confisos, minus memoriæ studere: quod fere plerisque accidit, ut præsidio literarum diligentiam in perdiscendo, ac memoriam remittant." Suntque hæc mihi quidem μεγάλα τεκμήρια, venisse eos ex ea parte Italiæ, ubi Pythagoras fuit, et multis seculis Pythagoreorum nomen viguit. quam tum appellabant magnam Græciam, nunc regnum est Neopolitanum. neque in totum repudianda est, ut plerosque video facere, illa de Bruto fabula. Nam et in illa regione Italiæ sunt Brutii, quos Græci Βρεττίους vocant, [p. 143. ed. D.] et Diodorus Sic. [XVI. 15.] significare illorum sermone λῃστὰς [imo δραπέτας] ait, id est, *prædones*: quo facilius hue longius mare tentando pervenire potuerunt: et nos iidem Græci Βρεττανοὺς, patriam nostram Βρεττανίαν appellant. Multa fabulosa in nostris originibus reperiri, non nego. sed meminerimus, omnibus fere fabulis subesse aliquid veritatis, ut Strabo docet. [lib. I. p. 37. X. p. 726. Almel.] Huc accedit, quod linguæ veterum Britannorum, qui remanent hodieque, affinis est Brutiorum, qui fuerunt. quod ex Stephano probamus citante hunc Aristophanis:

μέλαινα δεινὴ γλῶσσα Βρεττία παρῆν.

μέλαιναν δεινὴν γλᾶσσαν appellat, quam difficile est pronuntiare aut omnino literarum notis comprehendere. Ἀντίοχος δέ φησι τὴν Ἰταλίαν κληθῆναι Βρεττίαν, εἶτα Οἰνωτρίαν. quicquid sit, ex Pythagorea disciplina Druidas exstitisse dubitandum non est. Sed ἄλις δρυός.

— 3. διὰ τὴν πρὸς Λακεδαιμονίους ἡμῖν ἐπικηρυκείαν ἐχθρᾶς σχήσουσιν] Ordo est ἡμῖν ἐχθρᾶς. Harpocration: ἐπικηρυκεία, τὸ περὶ φιλίας καὶ διαλλαγῶν κήρυκας πέμπειν, Δημοσθένης Φιλιππικῷ πέμπτῳ. quæ est hæc ipsa oratio. Dem. [ad Leptinem p. 472. ed. Reisk. p. 55. ed. Wolf.] τῶν ἐν τῇ πόλει βουλευσαμένων μετὰ τὴν μάχην μὴ δέχεσθαι τῷ τείχει τοὺς στρατιώτας, ἀλλὰ πρὸς Λακεδαιμονίους ἐπικηρυκεύεσθαι. Pausanias: προύσης τῆς ἡμέρας ὑπὲρ ἀναιρέσεως τῶν νεκρῶν ἐπεκηρυκεύοντο. Post pugnam victores solebant cum victis aliquandiu facere inducias, ut interfectos ad sepulturam tollerent. hinc πόλεμος ἄσπονδος καὶ ἀκήρυκτος, *bellum inexpiable, quod nulla pace aut induciis dirimi potest vel ad tempus.* et κηρύκειον, *caduceus.* [p. 144. ed. D.] ut Chaldæum קורם Latinis est *Coram.* Thucydides [I. 53.] ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς ἄνδρας ἐς κελήτιον ἐμβιβάσαντας, ἄνευ κηρυκίου προπέμψαι τοῖς Ἀθηναίοις. ad quem locum Scholiastes insigniter: κηρύκιόν ἐστι ξύλον ὀρθὸν, ἔχον ἑκατέρωθεν δύο ὄφεις περιπεπλεγμένους καὶ ἀντιπροσώπους, ὅπερ εἰώθασι φέρειν οἱ κήρυκες, καὶ οὐκ ἐξὴν ἀδικεῖν αὐτοὺς, παρ' οὓς ἀπέρχονται. σύμβολον δὲ ἦν τὸ μὲν ὀρθὸν ξύλον τοῦ ὀρθοῦ λόγου, τὸ δὲ τῶν ὄφεων εἶδος, τὰ ἀντιτασσόμενα στρατόπεδα. ὁ γὰρ ὀρθὸς λόγος δι' ἀμφοτέρων χωρεῖ. unde εἰρήνη dicta est, ut supra docuimus. hoc symbolum videre est in codicibus, quos Frobenius excudit. Itaque hic caduceus Mercurio tribuitur. hæc hujus hieroglyphici ratio sane probabilis est: quam Macrobius [Sat. I. cap. XIX.] tradidit, plane futilis. M. Tullius [De Orat.]

"deinde qui possit non tam caduceo, quam nomine oratoris ornatus, incolumis vel inter hostium tela versari." hic locus explicat Scholiastem Thucyd. Orator enim est ὀρθὸς λόγος, qui inter duos exercitus intercedit, quem non fas erat violare, hoc est ἀδικεῖν. oratores erant κήρυκες, quos *caduceatores* vocant. Virg. [lib. XI. Æn.]

"Jamque oratores aderant ex urbe Latina,
Velati ramis oleæ, veniamque rogantes."

post victoriam Æneæ scilicet ὑπὲρ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναιρέσεως, ut apud Pausaniam supra. Livius [lib. XXXVI. 27.] "Ætoli paucos post dies quam ad bellum renovandum, acciendumque regem in Asiam legatos miserant, abjectis belli consiliis, pacis potendæ oratores ad consulem miserunt." Cum his Festus facit, qui vult oratores ex Græco dictos, tanquam ἀρητῆρας, quod missi ad reges et gentes, deos solerent ἀρᾶσθαι, id est, *testari*. "hi modo (inquit) appellantur legati." Postremo notandum, quod Ulpianus scribit ad illam [p. 145. ed. D.] contra Timocratem [p. 265. ed. Aurel.] ἰστέον δὲ, ὅτι ἄλλος ἦν ὁ κῆρυξ τοῦ δήμου, καὶ ἄλλος ὁ τοῦ πολέμου, ὁ προηγούμενος τῶν πρέσβεων, πρὸς τὸ αὐτοῖς σπείσασθαι εἰρήνην πρὸς τοὺς πολεμίους, βαστάζων καὶ σύμβολον τὸ κηρύκιον. hi sunt *caduceatores*, Romanis *feciales*. κῆρυξ τοῦ δήμου quis sit, Æschines his verbis docet [contra Ctesiphontem, p. 386. s. Reisk.] σεσίγηται δὲ τὸ κάλλιστον καὶ σωφρονέστατον κήρυγμα τῶν ἐν τῇ πόλει, τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων, καὶ πάλιν ἐν μέρει τῶν ἄλλων Ἀθηναίων. Jam huic verbo vocis similitudine finitimum est, sed longe significatione diversum, τὸ ἐπικηρύττειν. Dem. [de perperam obita legatione p. 347.] καὶ διὰ ταῦτα, χρήματα αὐτῷ Θηβαίους ἐπικεκηρυχέναι. quod est *proscribere*, ut Triumviri Romæ magna præmia proponebant iis voce præconis, qui proscriptorum capita attulissent. sic Æschines Thebanos aiebat pronuntiasse ei magnam mercedem, qui se interfecisset.

—4. καὶ τὸ δοκεῖν ἐκδέχεσθαί τι τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων] Hic ἀντὶ τοῦ ἀποδέχεσθαι, quod est *approbare*, ut Ulpianus quoque observat. proprie enim *excipere*, *exspectare*. Themistius: ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο μὲν τὸ ἔπος, ὡς πάνυ κομψὸν ἐκδέχομαι. Thucydides [lib. IV. 122.] καὶ ἐδέξαντο πάντες οἱ ἐπὶ Θράκης ξύμμαχοι Λακεδαιμονίων τὰ πεπραγμένα. *omnes in Thracia socii Lacedæmoniorum acta probabant*. *excipere bellum*, ἐκδέχεσθαι τὸν πόλεμον. ἐκφέρειν τὸν πόλεμον, *inferre bellum*.

—9. ὅτι καλύομεν αὐτὸν κοινωνεῖν τῆς Ἀμφικτυονίας] Ἀμφικτυονία, *commune Amphictyonum*. de quibus multa jam attulimus ex Strabone et Pausania: quibus hæc addenda a Dionysio Hal. [Arch. Rom. IV. 25.] πάντων μάλιστα τῶν τοιούτων ἔργων, τὴν Ἀμφικτύονος τοῦ Ἕλληνος ἐπίνοιαν ἠγάσθε, (Servius Tullius scilicet, rex Romanorum) [p. 146. ed. D.] ὃς ἀσθενὲς ὁρῶν καὶ ῥᾴδιον ὑπὸ τῶν περιοικούντων βαρβάρων ἐξαναλωθῆναι τὸ Ἑλληνικὸν γένος, εἰς τὴν ἀπ' [Huds. et R. ἐπ'] ἐκείνου κληθεῖσαν Ἀμφικτυονικὴν σύνοδον καὶ πανήγυριν αὐτοὺς συνήγαγε (sic lego, non αὐτὸς [in Huds. et Reisk. αὐτὸ]) νόμους καταστησάμενος, ἔξω τῶν ἰδίων, οὓς ἑκάστη πόλις εἶχε τοὺς κοινοὺς ἅπασιν, οὓς καλοῦσιν Ἀμφικτυονικούς, ἐξ ὧν φίλοι μὲν ὄντες ἀλλήλοις διετέλουν, καὶ τὸ συγγενὲς φυλάττοντες ἔργοις μᾶλλον ἢ λόγοις, λυπηροὶ δὲ τοῖς βαρβάροις καὶ φοβεροί. Quibus consentit cum Pausania Dionysius, institutorem hujusce conventus affirmans Amphictyonem quendam, nisi quod ille Deucalionis filium facit hunc Amphictyonem, hic nepotem. Hellen enim, a quo Græci Ἕλληνες, ejusdem fuit filius. sed illam traditionem jam satis refutavimus. Illius exemplum, inquit Dionysius, quisquis institutor fuit, Iones secuti, qui in oram maritimam Asiæ colonias deduxerant, nec non Æoles, qui in eadem Asia consederant ad Hellespontum et Troadem, templa struxerunt, illi in Epheso Dianæ, hi alio quodam in loco, quem delegerant, Apollini. Quo cum conjugibus et liberis convenientes statis temporibus res divinas faciebant, festivitatesque celebrabant in honorem deorum. Quibus rite procuratis, quum se comiter invicem invitassent, si quid controversiæ vel offensiunculæ civitati cum civitate intercederet, erant judices, qui lites deciderent: et simul de bello cum Barbaris, et mutua inter se concordia consilia agitabant. Præterea Panionium fuit duodecim Ioniæ civitatibus, instar hujus in Græcia Amphictyonici conventus, [p. 147. ed. D.] ut refert Herodotus: Ἴωνες δὲ σύνοδον θανόμενοι ταῦτα, ἔπεμπον περοδούλους σφέων αὐτέων ἐς Πανιώνιον. [lib. VI. c. 7. p. 441. Wess.] Horum instituta porro quum Servius rex Romanus imitari vellet, studuit in primis et ipse civitates Latinorum benevolentia atque amicitia conjungere, ac in unum ut conspirarent efficere. id quod ejus virtute perfectum est, cum docuisset, æquum esse, ut Latini finitimis imperarent, et jura barbaris darent, quum se prognatos origine Græca scirent: Romani principatum inter Latinos tenerent, ut qui magnitudine urbis et rerum gestarum gloria præcellerent: ad hæc Dis magis propitiis uterentur, unde ad dignitatem et decus pervenerant: pertulisset denique, ut in urbe Roma Dianæ commune

delobrum, instar illius apud Ephesum, communi pecunia ponerent: ubi frequentes cum convenissent, controversias et ipsi inter se componerent: et aliis civitatibus compromitterent. hæc fere Dionysius, cui consentiens Livius [lib. I. c. 45.] "Aucta civitate magnitudine urbis, formatis omnibus domi et ad belli et ad pacis usus, ne semper armis opes acquirerentur, consilio augere imperium conatus est, simul et aliquod addere urbi decus. Jam tum erat inclytum Dianæ Ephesiæ fanum. id communiter a civitatibus Asiæ factum fama ferebat. Cum consensum deosque consociatos laudaret mire Servius inter proceres Latinorum, cum quibus publice privatimque hospitia amicitiasque de industria junxerat, sæpe iterando eadem perpulit tandem, ut Romæ fanum Dianæ populi Latini cum populo Romano facerent." Hinc tantus Ephesi tumultus est excitatus, quum Dianæ numen et religio Pauli prædicatione [p. 148. ed. D.] in discrimen adducta est, "magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur, et destrui incipiet majestas ejus, quam tota Asia et orbis colit." [Act. XIX. 27.] Hoc salubre institutum, ut inventum atque servatum Græcis ac Romanis saluti, sic veteribus Britannis neglectum exitio fuit. de quibus hæc Tacitus [in vita Agricolæ, c. 12.] "Olim regibus parebant, nunc per principes factionibus et studiis trahuntur. Nec aliud adversus validissimas gentes nobis utilius, quam quod in commune non consulunt. Rarus duabus tribusve civitatibus ad propulsandum commune periculum conventus. ita dum singuli pugnant, universi vincuntur." *conventus* est *συνέδριον*, quod aliud quoque Græcis fuit, præter antiquum illud Amphictyonicum, de quo jam diximus. Æschines [*περὶ παραπρ.* p. 247. ed. Reisk.] *συνέβαινε δ' ἡμῶν τὸν στρατηγὸν ἐν τῷ πολέμῳ ἑβδομήκοντα μὲν καὶ πέντε πόλεις συμμαχίδας ἀποβεβληκέναι, ἃς ἐκτήσατο Τιμόθεος· ὁ Κόνωνος, καὶ κατέστησεν εἰς τὸ συνέδριον.* ex hoc apparet, commune Atheniensibus concilium fuisse cum sociis omnibus ex illo Demosthenis cum Græcis omnibus [Philipp. IV. p. 133.] *οὕτω διαβεβλήμεθα καὶ καταπεφρονήμεθα ἐκ τούτων, ὥστε τῶν ἐν αὐτῷ τῷ κινδυνεύειν ὄντων, οἱ μὲν, ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας ἡμῖν ἀντιλέγουσιν, οἱ δ' ὑπὲρ τοῦ ποῦ συνεδρεύσουσι.* sæpius enim Athenas, aliquando Corinthum aut Sicyonem conveniebant, ubi de communibus negotiis agerent. Sed hoc non videtur perpetuum fuisse, ac tantummodo necessariis reip. temporibus, cum bellum aliquod grave impenderet, ut quondam a Medis, nunc cum Philippo. Hæc nos et plura collegimus *ἐν τῇ Συμπολιτείᾳ*, quam composui, quum de Unione agebatur.

[P. 149. ed. D.] — 11. *τὰ τῶν Ἀμφικτυόνων δόγματα προστησάμενοι*] Bellum grave et pium videretur horum auctoritate susceptum. [pro Ctesiphonte.]

— 12. *προστησάμενοι*] *praferentes:* quasi dicerent, nos magnis auctoribus hoc bellum suscepimus. eorum auctoritas, quorum decretis parumus, nos tutabitur. Dem. [contra Timocratem, p. 708. seq.] *ἐνθυμήθητε ἀναγιγνωσκομένου τοῦ ψηφίσματος, ὡς τεχνικῶς ὁ γράφων αὐτὸ, τὴν διοίκησιν, καὶ τὸ τῆς ἑορτῆς προστησάμενος κατεπεῖγον, ἀνελὼν τὸν ἐκ τῶν νόμων χρόνον, αὐτὸς ἔγραψεν αὔριον νομθετεῖν.* Paulo ante, *ἐπὶ τῇ τῶν Παναθηναίων προφάσει.* Quinquatrus enim instabant, ob eamque causam festinabat Timocrates legem suam perferre, etiam sine promulgatione ante festivitatem. ut enim Romani tribus nundinis leges suas ante proponebant, quam ferebantur ad populum, ut omnibus foret cognoscendi potestas, essentne idoneæ, quas acciperent, necne: sic Athenienses in suis legibus ferendis certum tempus præfinitum habebant, quo proponerentur in scripto *πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων*, i. ante effigies et statuas Heroum, a quibus cognominatæ sunt decem tribus, quod Timocrates præpropera festinatione præcidit. Macrobius [Sat. I. cap. XVI. p. 201. ed. Zeun.] "Rutilius scribit, Romanos instituisse nundinas, ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent: nono autem die intermisso rure, ad mercatum legesque accipiendas Romam venirent: et ut scita atque consulta frequentiore populo referrentur, quæ trinundino die proposita, a singulis, atque universis facile noscebantur." [Hinc lex, quod in scripto legebatur, antequam lata est. *Doun.*] Vides, *τῷ προστήσασθαι* significari *πρόφασιν. ἡ γὰρ τῶν Παναθηναίων πρόφασις*, demonstrat quid sit, *τὸ τῆς ἑορτῆς προστησάμενος κατεπεῖγον.* [p. 150. ed. D.] *κατεπείγειν*, est *urgere, instare.* et *τὸ κατεπεῖγον, urgens necessitas, negotium quod nullam dilutionem patitur. διοίκησις, festis diebus procuratio religionis, impensa quæ publice fiebat ad festi temporis celebritatem.*

— ibid. *εἶτα ἐπισπασθῶσιν ἕκαστοι πέρα τοῦ συμφέροντος ἑαυτοῖς, ἡμῖν πολεμῆσαι*] *Ἑφελκυσθῶσιν, attrahantur.* Hom. [Odyss. XVIII. 72.] *ἦ τάχει Ἶρος ἄϊρος ἐπίσπαστον κακὸν ἕξει.* concitabimus in nos, inquit, unumquemque eorum, quos enumeravi.

— pen. *ἑαυτοῖς ἡμῖν*] Ulp. *ἀντὶ τοῦ ἡμῖν ἁπλῶς.* Sed disjunctim legitur. Alioquin Attici *ὑμᾶς ἑαυτοὺς* et *ἡμᾶς ἑαυτοὺς* dicunt pro *αὐτοὺς*, ut Budæus docet. Arist. [Problematum sect. XXX.] *ὅτι ὁ θεὸς ὄργανα ἐν ἡμῖν ἑαυτοῖς δέδωκε δύο, ἐν οἷς χρηστόμεθα τοῖς ἐκτὸς ὀργάνοις. χεῖρα καὶ νῦν ἐσι-*

licet. ἔστι γὰρ ἡ χεὶρ ὄργανον πρὸ ὀργάνων, ut Galenus ait. Xenophon [rerum Græcarum VII. 3. 6.] ὥστε παρ' αὐτάς τε τὰς ἀρχάς, καὶ παρ' ἑαυτοὺς ὑμᾶς, τοὺς κυρίους, οὕς τινας δεῖ ἀποθνήσκειν, καὶ οὓς τινας μὴ, αὐτογνωμονήσαντες ἀπέκτειναν τὸν ἄνδρα. *præter magistratuum vestrasque sententias, qui vitæ necisque potestatem habetis, interfecerunt virum suo judicio.* ita τὸ ἑαυτοῖς καὶ τὸ ἡμῖν, utrumque de Atheniensibus, quamvis disjungantur, accipienda sunt. nihil enim attinet quærere utilitates aliorum. quid quod ἑαυτοῖς est trium personarum, quod passim observari licet. Sed et reciprocrum pro relativo poni solet. Dem. ὡς ὁτιοῦν ἐξὸν ἑαυτῷ ποιεῖν, *quasi sibi quidvis liceat facere*, pro αὐτῷ, *ipsi* vel *ei*. Lucanus [V. 805. s.]

" —— quæ nox sibi proxima venit
Insomnis, viduo tum primum frigida lecto," &c.

[p. 151. ed. D.] Sic Græci dicunt οἱ pro αὐτῷ. Gregorius contra, relativum pro reciproco posuit: ὁρῶν οὖν τὴν τοῦ δήμου κίνησιν ἐπ' αὐτὸν, δρασμὸν βουλεύεται, *cum videret in se motum populi, fugam meditatur*, ἀντὶ τοῦ ἐφ' ἑαυτόν. Arist. [Ethic. X.] διὸ προτρέπονται τοὺς ξυνιέντας ζῆν κατ' αὐτοὺς, pro καθ' ἑαυτοὺς, *solos*. quare monent prudentes cœlibes vivere. Dem. [πρὸς Λεωχάρην p. 1083.] Archiades negans, se velle uxorem ducere, ὥκει κατ' αὐτὸν ἐν τῇ Σαλαμῖνι, cœlebs καὶ μονότροπος. Cic. [Philipp. II.] "Non igitur a te emit, sed priusquam tu suum sibi venderes, ipse possedit." pro *ei*. Sic locutus est imitatione Græcorum: nec causa erat, cur eum Quintilianus [VII. 9. 12.] et Laurentius Valla propter talia notarent. potest igitur hic ἑαυτοῖς poni pro αὐτοῖς, et ad Thebanos, Thessalos, ac Philippum referri, per ἀντωνομασίαν κατ' εὐφημισμὸν, quia noluit male ominari suis civibus dicendo, Plus quam nobis ducibile est. sic idem noster alibi [pro Corona, p. 295.] εἰ ταῦτα πρόειτο ἀκοντὶ, τίς οὐχὶ κατέπτυσεν ἂν σου; μὴ γὰρ τῆς πόλεως, μηδ' ἐμοῦ. Hanc Hebræi quoque noverunt εὐφημίαν loco ponere, ut [1 Sam. cap. XXV. 22.] "Hæc faciat Dens inimicis David, et hæc addat." ubi Cimchi Grammaticorum optimus, inimicis David, בנוי לדוד i. ἀντωνομασία, pro eo quod est, לדוד. sic LXX. τάδε ποιήσαι ὁ Θεὸς τῷ Δαυὶδ, καὶ τάδε προσθεῖη. solent enim illi interpretes in rectam sæpe mutare orationem figuratam, ut observavimus. imprecamur enim inimicis. Nicander [in Theriacis v. 186.]

ἐχθρῶν που τέρα κεῖνα καρήασιν ἐμπελάσειεν.

et Virg. [Georg. III. 513.]

"Dii meliora piis, erroremque hostibus illum."

— ult. ὥσπερ καὶ περὶ Φωκέας] Hoc et luxatum est, suo loco motum, et præterea corruptum. [p. 152. ed. D.] Legendum igitur, ὥσπερ καὶ ἐπὶ Φωκέας (hæ enim præpositiones propter abbreviationem sæpissime permutantur) et suo loco restituendum. nam hic quidem locum nullum habet. Legendum, inquam: κοινὸν ἐφ' ἡμᾶς ἀγάγωσι τὸν πόλεμον, ὥσπερ καὶ ἐπὶ Φωκέας, τὰ τῶν Ἀμφικτυόνων δόγματα προστησάμενοι. [Transpositio paullo audacior, imprimis cum ne sic quidem ellipsi careamus, qua admissa vulgata se tueri potest lectio. Beck.] nam et bellum Phocense auctoritate Amphictyonum, ut diximus, conflatum est. de permutatione autem præpositionum hoc unum exemplum habetote. Dem. [περὶ τῆς παραπρ. p. 444.] καὶ ἐπιστῆσαι τὰ πράγματα ἀγαγόντας ἄφνω, ἵνα, μηδ' ἂν βούλησθε, δυνήσεσθε ἐξελθεῖν. lego καὶ περιστῆσαι. ut εἰς τοῦτο περιέστη τὸ πρᾶγμα, *res eo rediit*. atque in eadem illa: ὁρᾶτε ἀφ' ὧν οὗτος εὐδοκιμεῖ, πηλίκα τῇ πόλει περιέστηκε τὰ πράγματα. *videtis hujus gloriam et claritudinem nominis, quanta negotia civitati confecerit.*

[P. 153. ed. D.] — ibid. Ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι Θηβαῖοι, καὶ Φίλιππος, καὶ Θετταλοὶ] Probatio est superiorum, ut particula causalis ostendit. Hoc vult igitur dicere, quemadmodum vidimus præterito tempore Thebanos, [p. 154. ed. D.] Philippum, Thessalos idem egisse omnes, sed non eadem de causa, neque eodem consilio, sed suum quemque destinatum finem sibi propositum habuisse: sic metuendum est de futuro, ne isti cum rege infesti in nos omnes alius aliam ob causam insurgant. Illos enim omnes læsimus, nec possumus dicere, nolle eos μνησικακῆσαι, aut occasionem ulciscendi non avide arrepturos. Argumentum a causis ducitur per similitudinem, nisi quod illic causa finalis, hic efficiens attenditur.

P. 146. 1. οὐχὶ τὰ αὐτὰ μάλιστα ἕκαστοι ἐσπουδακότες, τὰ αὐτὰ ἔπραξαν] Sic homines non in repub. solum, sed etiam privatos, communis utilitas devincit alienos quoque, ut sibi invicem inserviant, quo suum quisque commodum consequantur. Et hoc faciunt in primis, quos politicos appellamus, odia dissimulant, inimicitias pro tempore remittunt, amice consentiunt, ut votorum compotes fiant. Cæsar, Pompeius, et Crassus, quos facete Varro τριακάρηνον nominavit, non omnes idem, cum coirent, agebant: sed suum quisque finem sibi peculiarem habuit. De qnibus Appianus [Civilium II. c. 9.] καὶ τρεῖς οἵδε τὸ μέγιστον ἐπὶ πᾶσι

κράτος ἔχοντες, τὰς χρείας ἀλλήλοις συνῤῥάνιζον. *mutuas operas tradebant*, sua singuli gratia, non amicorum. *συνερανίζειν* est *contribuere, ut sodales solent.* ἔρανος, *quod in amicum egentem subsidii confertur*, ἀπὸ τοῦ ἔρᾶν. Athenæus.

— 3. τὸν μὲν Φίλιππον παρελθεῖν, καὶ λαβεῖν τὰς παρόδους] Ὕστερον, πρότερον. Ante enim necesse erat occupare angustias, quam posset evadere. aut hic παρελθεῖν est *accedere*, ut pariter in nomine ac verbo præpositio significet, [p. 155. ed. D.] ut sæpius, *ad*. Hesiodus [Ἔργ. κ. Ἡμ. 216. s.]

ὁδὸς δ' ἑτέρηφι παρελθεῖν
κρείσσων ἐς τὰ δίκαια· δίκη δ' ὑπὲρ ὕβριος ἴσχει.

*Via est alia commodior omnibus perveniendi ad jus suum.* Sed et oratores, quum ad dicendum accedunt, ut supra demonstravimus, dicuntur παρελθεῖν. Thucydides [lib. I. 67.] παρελθόντες δὲ τελευταῖοι Κορίνθιοι, καὶ τοὺς ἄλλους ἐάσαντες πρῶτον παροξύναι τοὺς Λακεδαιμονίους, ἐπεῖπον τοιάδε. Idem ibidem [I. 72.] ἔδοξεν αὐτοῖς παριτητέα εἶναι. Et de Themistocle, cum legatus ad Lacedæmonios venisset [I. 90.] καὶ ὁπότε τις αὐτὸν ἔροιτο τῶν ἐν τέλει ὄντων, ὅτι οὐκ ἐπέρχεται ἐπὶ τὸ κοινὸν, ἔφη τοὺς ξυμπέμψεις ἀναμένειν. Schol. ἐπέρχεται ὁ ξένος, παέρχεται ὁ πολίτης. τέλη Spartani vocant omnes *magistratus*, quos Athenienses ἀρχάς. supra τέλος, *vectigal*.

— ibid. καὶ λαβεῖν τὰς παρόδους] Ulpianus, πάροδος, ἡ ἄφιξις, ἡ εἴσοδος. παροδεία δὲ, ἡ παρέλευσις, *præteritio*. sic μέθοδος καὶ μεθοδεία. ἔφοδος καὶ ἐφοδεία. Polyb. Strabo [lib. IX. p. 655. Alm.] τὴν μὲν οὖν πάροδον Πύλας καλοῦσι, καὶ στενὰ, καὶ Θερμοπύλας. ἔστι γὰρ καὶ Θερμὰ πλησίον ὕδατα, τιμώμενα ὡς Ἡρακλέους ἱερά. Herodotus [lib. VII. 201. p. 599.] καλέεται δὲ ὁ χῶρος οὗτος ὑπὸ μὲν τῶν πλεόνων Ἑλλήνων, Θερμοπύλαι, ὑπὸ δὲ τῶν ἐπιχωρίων καὶ περιοίκων Πύλαι. Ubi cæsus est Leonidas cum trecentis Laconibus, qui laterum objectu Persarum aditum intercludebant. Harpocration: ἐκλήθησαν Πύλαι, διὰ τὸ στενὴν εἶναι ταύτην τὴν εἴσοδον ἀπὸ Θετταλίας εἰς Φωκίδα πορευομένοις. Cic. [Agraria II. c. 32. §. 87.] "Corinthi vestigium vix relictum. erat enim in angustiis atque in faucibus Græciæ." Idem [in Catilinam I. c. 2.] "Castra sunt in Italia contra rempub. in Etruriæ faucibus collocata. crescit in dies singulos hostium numeros." *fauces*, εἰσβολή. [p. 156. ed. D.] Thucydides [lib. IV. c. 127.] καὶ τὴν εἰσβολὴν, ἣ ἔστι μεταξὺ δυοῖν λόφοιν στενὴ ἐς τὴν Ἀμφίπολιν, φθάσαντες προκατέλαβον. Herodotus [lib. VIII. c. 15. p. 626.] ἦν δὲ πᾶς ὁ ἀγὼν τοῖσι κατὰ θάλασσαν περὶ τοῦ Εὐρίπου, ὥσπερ τοῖσι ἀμφὶ Λεωνίδεα τὴν εἰσβολὴν φυλάσσειν. qui Thermopylarum aditus est. Livius [lib. XXVIII. 7.] "Dejecto præsidio, fusisque Ætolis, qui saltum Thermopylarum insidebant." Apud quem vide, si placet, situm et descriptionem hujus loci pleniorem. Cogat extremum agmen Dem. [Phil. III. p. 113.] καὶ παρ' ὑμῖν ἤριζον πολλοὶ, Θεβαίοις οὐ λυσιτελήσειν τὴν ἐκείνου πάροδον. quorum Æschines princeps erat, qui contendebat, si Philippus penetrasset angustias, id Thebanis non profuturum, ut fusius explicator ἐν τῷ περὶ παραπρ.

— 4. οὐδέ γε τῶν — δόξαν ἔχειν] Thebani gravissimam partem belli Phocensis, quod et sacrum appellatum, sustinuerant: bellum affecerant, hostem profligaverant, cum Philippus imperator accedens, delectus ab Amphictyonibus, belli confecti tulit honorem et gloriam: ut Pompeius bello Mithrid. τῶν Λευκούλλῳ πεποιημένων ὕστατος ἐλθὼν (nam et plures imperatores jam ante cum rege conflixerant) ἐκαρπώσατο τὴν δόξαν. Sic idem in Hispania Metello succedens contra Sertorium. id ægre ferre Thebanos necesse erat.

— 6. καὶ κεκομίσθαι] *recepisse et recuperasse.* M. Tullius [in Catone. c. 4.] "Ego Qu. Maximum, eum qui Tarentum recepit, senem adolescens ita dilexi ut æqualem." Idem de eodem: "Tarentum vero qua vigilantia, quo consilio recepit? (Τάραντα ἐκομίσατο) quum quidem me audiente Salinatori, qui amisso oppido fugerat in arcem, glorianti atque dicenti, mea opera, Q. Fabi, Tarentum recepisti: [p. 157. ed. D.] certe, inquit ridens. nam nisi tu amisisses, nunquam recepissem." Princeps Apostolorum [1 Epist. Petr. I. v. 9.] κομιζόμενοι τὸ τέλος τῆς πίστεως ὑμῶν, σωτηρίαν ψυχῶν.

— ibid. κάλλιστα] Adverbium, ut mox αἴσχιστα.

— 8. οὐδὲν ἂν αὐτοῖς ἐδόκει εἶναι] Ἂν εἶναι, non ἂν ἐδόκει. *si non transisset Philippus, nihil illis fore videbatur*, id est, nihil erant habituri. ἂν εἶναι, *fore*. particula enim mutat præsens in futurum. non enim erat regis transitus Thebanis ἀδιάφορος. sic dicimus: ἐὰν τοῦτο ποιήσω, τί μοι γενήσεται ἢ ἔσται; *what shall I have for my pains?* Dem. [c. Olympiod. p. 1169.] διελεγόμεθα ἡμῖν αὐτοῖς περὶ ὧν οὗτος ἡξίου ἑαυτῷ εἶναι. docti judicent, an hoc observatione dignum fuerit.

— ibid. ταῦτα δὲ οὐκ ἐβούλοντο] Lego ταὐτά. *non eadem volebant*, quod supra dixit, οὐ τὰ αὐτὰ ἐσπουδακότες. quod ita esse, quæ sequuntur, evincunt. nam de transitu si accipias, τοῦτο δ' οὐκ ἐβούλοντο, dicendum fuit. sic ἀσαφὲς χαρίεν illustravimus breviter: nec minus, ut arbitramur, recte.

— 9. τῷ τὸν Ὀρχόμενον καὶ Κορώνειαν λα-

βεῖν ἐπιθυμεῖν] Oppida Bœotiæ sunt, quæ Thebani bello Phocensi amiserant. Est et Orchomenus Arcadiæ: nec non alius in Thessalia. Appollonius [lib. III. 265. s.] *τί δέ κεν πόλιν Ὀρχομένοιο, ὅς τις ὁδ' Ὀρχόμενος*; hæc Medeæ quidam, quæ capta amore Iasonis illum in Thessaliam sequebatur.

[P. 159. ed. D.] — 11. *Φίλιππον τοίνυν τινὲς μὲν τολμῶσι λέγειν*] Occupatio, *πρόληψις*. at enim Thebani non sunt amici Philippo. non enim libens illis concessit Orchomenum et Coroneam, sed invitus. itaque ei nullam opem contra nos ferent, si postulet. hanc *ἀντίθεσιν* Ulpianus ait esse *ἀπὸ τοῦ δυνατοῦ*. posse enim Philippo resisti tanto facilius, si illum Thebani non juverint. Sed fere tota oratio nititur *τῷ συμφέροντι*, quod præcipuum caput est in suasoriis. non expedit bellum suscipere cum Philippo tam levem ob causam. periculosum est, ut dici solet, *σφηκίαν ἐρεθίζειν*, *irritare crabrones*. sed admiscetur etiam *τὸ δυνατόν*. non possumus illi resistere, et tot civitatibus conjunctis, quarum offensionem contrahemus.

— ibid. *Φίλιππόν τινες τολμῶσι λέγειν, ὡς οὐκ ἐβούλετο*] Frequens *ἐναλλαγὴ* poetis et oratoribus: multoque est elegantius, quam si dixisset: *τινὲς τολμῶσι λέγειν, ὡς οὐκ ἐβούλετο Φίλιππος*. [p. 160. ed. D.] Sophocles [Ajace Lorario vs. 838.] *καλῶ δ' ἀρωγοὺς τὰς σεμνὰς Ἐρινῦς — μαθεῖν ἐμὲ,*

*πρὸς τῶν Ἀτρειδῶν ὡς διόλλυμαι τάλας.*

*invoco opitulatrices diras ultrices me videre, ab Atridis ut disperii miser.* Ajax hæc moriens. sic comici loquuntur. Terentius [Eun. V. 9. 5.] "scin' me, in quibus sim gaudiis?" et, "fac me, ut sciam." Plautus [in Pœnulo, Act. II. v. 5. s.]

"Sex agnos immolavi, nec potui tamen
Propitiam Venerem facere, uti esset mihi."

et post pauca [v. 41. s.]

"Si Hercle istuc unquam factum est, tum me Juppiter
Faciat, ut semper sacrificem et nunquam litem."

*litare* est, quod Xenophon dicit *καλλιερεῖν*, *ἀπὸ τῶν λιτῶν, a precibus, quæ sacrificiis adhibentur*, ut Festus docet.

— pen. *τούτοις μὲν ἐῤῥῶσθαι λέγω*] Ἀστεϊσμός. *τινὲς τολμῶσι λέγειν*. quid ego? *τούτοις μὲν ἐῤῥῶσθαι λέγω, ἀντανάκλασις*. Esaias [cap. LXVI. 3. s.] *καὶ αὐτοὶ ἐξελέξαντο τὰς ὁδοὺς αὐτῶν, καὶ τὰ βδελύγματα αὐτῶν ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἠθέλησε, καὶ ἐγὼ ἐκλέξομαι τὰ ἐμπαίγματα αὐτῶν. λίει δὲ τὴν ἀντίθεσιν*, inquit Ulpianus, *κατ' ἀγανάκτησιν, ὡς εὐήθει ἐπιτιμήσας. per indignationem, ut futilem increpans;* non enim omnia refellero debemus, sed quædam eludere, si levia sunt. et simul ipsa *ἀντίθεσις* continet in se solutionem, quod miratur illorum audaciam, qui dicere hoc non verebantur. Dem. [de mala legatione, p. 419.] *ἐῤῥῶσθαι πολλὰ φράσας τῷ σοφῷ Σοφοκλεῖ*. Egerat Æschines, quum esset *τριταγωνιστὴς*, Creontem in Antigona Sophoclis, in qua *ῥῆσις* est egregia Creontis de patriæ caritate. [p. 161. ed. D.] quam Demosthenes integram recitari jussit in illa accusatione, quod vix unquam alias fecit: nec Cicero sæpe: Æschines *ἀπειροκάλως* multum utitur hac ostentatione eruditionis, præsertim contra Timarchum. Sic autem Demosthenes post recitationem illam [p. 419.] *τούτων Αἰσχίνης οὐδὲν εἶπε πρὸς αὐτὸν, ἐν τῇ πρεσβείᾳ*, quamvis sæpe actitasset Creontem: sed patria Philippi hospitium atque amicitiam antiquiorem sibi ducebat et magis compendiosam, quæ Sophocles scripsit et ipse actitavit oblitus, ac longum valere dicens Sophocli, in quo alia est urbanitas. ut, cur Fabius affirmaret, Demostheni facetias defuisse, equidem non intelligam, quo nihil Ciceroni videtur facetius. sed facete dicta si quærimus, Lucianum audiamus, qui multo sale nos defricat. Sic igitur ille false ridens Homerum [in Gallo gallinaceo c. 2. t. II. p. 704.] *ὁ τοῦ Ἀχιλλέως ἵππος ὁ ξανθὸς, μακρὰ χαίρειν φράσας τῷ χρεμετίζειν, ἕστηκεν ἐν μέσῳ τῷ πολέμῳ διαλεγόμενος, ἕπη ὅλα ῥαψῳδῶν. equus Achillis valedicens hinnitibus stat in media acie sermocinans, integra contexens carmina.* Sic enim ausus est Homerus poetica licentia facere. *ἔῤῥωσο, vale*, quod in fine epistolarum adscribitur. sed verbum hoc robustam atque athleticam declarat valetudinem.

P. 147. 1. *καὶ τὴν δόξαν τοῦ πολέμου, τοῦ δοκεῖν δι' αὐτὸν κρίσιν εἰληφέναι*] Non improbanda est hæc lectio, si suppleas, quæ usitata est *ἔλλειψις, ἕνεκα τοῦ δοκεῖν*. sed elegantius est, si legas: *τὴν δόξαν τοῦ τὸν πόλεμον δοκεῖν δ. α. κ. εἰ. κρίσις πολέμου γίνεται. cum debellatum est*, aut *quum facile cernitur, qui victores futuri sint.* nos *finem* reddidimus. Tacitus: [Hist. III.] "Ceteri duces, dum peractum bellum putant, finem ejus insignivere," [p. 162. ed. D.] id est, insigniorem reddidere. Thucyd. *καὶ ὁ πόλεμος ταχεῖαν ἔλαβε κρίσιν*. [add. I. 23.] Dem. [Epistola de reditu suo, p. 1165. t. II. Reisk.] *τῆς δ' ἀναγκαίας μὲν, ἀγωνίμονος δὲ τύχης, οὐχ ὡς δίκαιον ἦν, ἀλλ' ὡς ἐβούλετο, κρινάσης τὸν ὑπὲρ τῆς Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἀγῶνα, ὃν ὑμεῖς ἠγωνίσασθε, οὐδ' ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις ἀπέστην τῆς εἰς ὑμᾶς εὐνοίας*. Pugna enim Chæronensis, in qua certatum est de Græciæ libertate, finem fecit certaminis. tum enim victi

succubuere Græci Philippo. Sophocles [Ajac. Lorario, vs. 485. s.]

τῆς ἀναγκαίας τύχης
οὐκ ἔστιν οὐδὲν μεῖζον ἀνθρώποις κακόν.

est autem ἀναγκαία τύχη, necessitas eventuum vel casuum, quibus hominum vita obnoxia est. Euripides [Helena, vs. 521.] δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύει πλέον. Hanc significat Paulus [1 Cor. VII. 26.] νομίζω οὖν τοῦτο καλὸν ὑπάρχειν διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην, id est, διὰ τὸ τοῦ καιροῦ χαλεπόν. ut mox se ipsum explicans, τοῦτο δὲ φημὶ, ὁ καιρὸς συνεσταλμένος ἐστί. non enim de seculi brevitate intelligendum est, sed, ut Cicero dixit, "necessariis reipub. temporibus." ἀνάγκη γὰρ καὶ συστολὴ, vox utraque *angustiam* significat, ut apud Horatium "contracta pauperias," male interpretes, *Tempus in collecto est*, ut Cyprianus. Arist. [Metaph. IV.] καὶ γὰρ τὸ βίαιον, ἀναγκαῖον λέγεται. Sed hæc ὀδοῦ πάρεργον. Livius [lib. III.] "Quin congrederentur acie, inclinandamque semel fortunæ rem darent." *inclinare rem*, κρίσιν ποιεῖν. Summus vates [Il. X. 173. s.]

νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται
ἀκμῆς
ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς, ἠὲ βιῶναι.

*in acie novaculæ*, pro eo quod est in summo vitæ discrimine. Hector pridie sic Græcos afflixerat, ut postridie κρίσις futura belli videretur. banc enim his versibus poeta innuit. [p. 163. ed. D.] et hoc est, quod Plautus ait [Casin. Adr. III. Sc. I. v. 2.] "Nunc specimen specitur, nunc certamen cernitur," ἡ κρίσις κρίνεται. Sophocles, [Trachiniis, vs. 265. seq.]

λέγων, χερσὶν μὲν ὡς ἄφυκτ' ἔχων βέλη
τῶν ἀντέκηων λείποιτο πρὸς τόξου κρίσιν.

Hæc Eurytus Herculi, cujus sagittæ videbantur esse inevitabiles. Ennius "Ferro, non auro, vitam cernamus utrique." [p. 61. ed. Hess.] ἔξήνησις sequitur, "Vosne velit, an me regnare hera." hæc enim est κρίσις. hera, fortuna est domina rerum. Homerus [Iliados II. 385.]

στυγερῷ κρινώμεθ' ἄρηϊ.

Theocritus [Dioscuris, s. Idyll. XXII. 175.]

νῶϊ δ' ἐγὼ Κάστωρ τε διακρινώμεθ' ἄρηϊ.

ἄρης utroque versu *ferrum* est, ut docet Eustathius. Sed hæc verba quid valeant, mox dicemus. Virg. [lib. XI. Æn. v. 213.]

"Ipsum armis, ipsomque jubent decernere ferro."

*Decernere* est cernendi finem facere: ut *deflere*, fletum absolvere, *debellare*, *defungi*. Idem ibidem [XI. 59.]

"Hæc ubi deflevit, tolli miserabile corpus Imperat."

Horatius: [I. Od. 18. v. 7. s.]

"At ne quis modici transiliat munera Liberi
Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero
Debellata."

Interpres, *armis dijudicata*. Livius [lib. XVIII.] "Si jam satis est animi, decernique placet." κρίνω, *cerno*, factum a Græco, κατὰ μετάθεσιν et mutationem vocalis. Themistius: νῦν δὲ γυναικὸς ὡραίας ἥδη τινὲς ἐπιθυμοῦντες, αἵματι τὸν ἔρωτα ἔκριναν. Hinc apud medicos κρίσις τῶν νοσημάτων, et ἡμέραι κρίσιμοι. Natura enim cum morbo dimicat. sed certis diebus medici norunt, quis superior futurus sit. Tametsi Galenus a forensibus judiciis translatum vult, quod mihi quidem non videtur. [p. 164. ed. D.] Nam pugna Cannensis belli Punici κρίσιν fecerat, si in animo fuisset Annibali victoriam persequi, vel potius uti victoria. Hoc igitur est τὸ κρίνειν, *finire certamen* at τὸ κρίνεσθαι, *certare*. Virg. [Æn. lib. II. v. 30.]

"Classibus hic locus, hic acies certare solebant."

Quod Thomas Pharus vir doctus sic Anglice: *Heere stood the shippes, and heere to trie were wont the armies stout.* Hinc forense judicium dicimus, quo res cernitur, *a trial*, κρίσις. Sed ἀντικρίνεσθαι quid esset apud Ælianum, diximus, ubi scribit, pilos camelorum quorundam mollitie vellericus certare Milesiis. Hor. [II. Od. 6, 15. s.]

"Viridisque certat Bacca Venafro."

Matthæus [cap. V. vs. 40.] καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι, *qui vult tecum judicio contendere*. Hebr. להשפט לך in Niphal. sic enim in hac conjugatione utuntur hoc verbo. Sic accipiendum illud fuit [Psal. L. 4.] ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε, non ut interpretes ἀντὶ τοῦ κρίνειν, quia sic videtur esse in Hebræo. sed sensus est: cum causam tuam quasi apud judicem dicis. Hæc enim humanitas de Deo, ut multa dicuntur: et cum populo suo sæpe æqua disceptatione contendit: ut loco Michææ, quem post pauca subdemus. nam ut τὸ δικαιωθῆς καὶ τὸ νικήσῃς idem valent, (hic enim νικᾶν est *causam obtinere in judicio*, quod etiam dicunt ἐλεῖν τὴν δίκην) sic paria sint oportet, ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ ἐν τῷ κρίνεσθαί σε, *in disceptando te*. eandem

enim rem Hebræorum more diversis sermonibus dicit, et pro νικᾶν verbum Chaldæum הוּבַת ponitur, significans idem quod justificari. [p. 165. ed. D.] Quid quod Harpocration hoc verbo sic utitur? εἰ γὰρ ἀρνοῖτο μὴ ἔχειν ὁ ἀποφαξεὶς, ἐκρίνετο ὡς οὐκ ὀρθῶς γεγενημένης τῆς ἀποφαφῆς. [p. 52. ed. Blanc.] *si inficiabatur, qui delatus esset, se nihil habere de publico, contendebat, non recte factam esse delationem.* Tale est et illud [2 Reg. XIX. 9.] καὶ ἦν πᾶς ὁ λαὸς κρινόμενος ἐν πάσαις φυλαῖς Ἰσραὴλ, λέγοντες, ὁ βασιλεὺς Δαυὶδ ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἀπὸ πάντων τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν. "Omnis populus certabat in cunctis tribubus Israel." Sic B. Hieron. Tremelius "disceptabat." "Duo genera sunt decertandi," inquit Cicero [de Off. I. 11. 34.] "unum per disceptationem, alterum per vim." Philippus rex [in epist. ad Athenienses, p. 163. t. I. Reisk.] καίτοι σκοπεῖσθε, πότερον κάλλιόν ἐστιν ὅπλοις ἢ λόγοις διακρίνεσθαι. *armis an verbis decertare.* Hinc discamus interpretari locum Scripturæ non satis adhuc cognitum [Epist. Jud. vs. 7.] ὁ δὲ Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος, ὅτε τῷ διαβόλῳ διακρινόμενος, διελέγετο περὶ τοῦ Μωϋσέως σώματος, οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας. Cujus vera interpretatio petenda erat ex participio διακρινόμενος, *non est ausus altercationem* vel *disceptationem inferre blasphemiæ.* ἐκ τοῦ κρίνομαι κρίσις, *concertatio* vel *disceptatio*, ut vel hoc evidenter ostendit [Job. XIII. 6.] ἀκούσατε δὲ ἔλεγχον τοῦ στόματός μου, κρίσιν δὲ χειλέων μου προσέχετε. Similis error atque insitia in hoc [Act. XVIII. 28.] εὐτόνως γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις διακατηλέγχετο δημοσίᾳ. Beza: "magna contentione Judæos magis ac magis redarguebat publice." Vetus: "Vehementer Judæos revincebat." quæ si vera essent, dicendum fuit τοὺς Ἰουδαίους. sed vertendum erat, *cum Judæis disputabat bonis lateribus*, sic ut convinceret. [Quod altera præpositio declarat, ut ἐν τῷ καταγωνίζεσθαι. *Doun.*] est enim hic διακατελέγχεσθαι, *refellere* et *refelli.* Aristophanes, ἔλεγχ' ἐλέγχου. quod confirmat cum σύνταξις, tum præpositio prima, et verbum medium, affine est enim τῷ διαλέγεσθαι, [p. 166. ed. D.] et est simile Judæ loco, ὅτε τῷ διαβόλῳ διακρινόμενος διελέγετο. id ipsum præterea cum locus Job arguit supra citatus, tum hic Michæ clarius luce convincit [cap. VI. 1. s.] κύριος κύριος εἶπεν, ἀνάστηθι, κρίθητι πρὸς τὰ ὄρη, καὶ, ἀκουσάτωσαν βουνοὶ τὴν φωνήν σου. ἀκούσατε ὄρη τὴν κρίσιν τοῦ κυρίου, καὶ αἱ φάραγγες, θεμέλια τῆς γῆς, ὅτι κρίσις τῷ κυρίῳ πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ μετὰ τοῦ Ἰσραὴλ διελεγχθήσεται. Idem esset dicere, πρὸς τὸν Ἰσραὴλ, vel τῷ Ἰσραήλ. Verbum Heb. est hithpael יִתְוַכַּח in hiphil הוֹכִיחַ ἐλέγχειν. Esaias [cap. I. 18.] δεῦτε διελεγχθῶμεν, λέγει κύριος. *venite, disceptemus, dicit dominus*, arguamus. hic quoque verbum est idem Hebræum. Ecquam gratiam apud eos inibit, hæc qui flagitant, horum tam accurata cruciatio? ecquid erit pretii? Sed unum hoc additum Judæ locum faciet certiorem. Æschines [contra Ctesiphontem, p. 392.] οἱ μὲν πάρεισι καὶ ἐπακούουσι τῇδε τῆς κρίσεως. *adsunt et auscultant hanc disceptationem* rhetorum inter se velitantium. pro quo Dem. εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα, *ad hoc judicium.* hic enim κρίσις est ἀγών, *contentio.* quare vetus interpres illud Judæ vertit non male: "judicium blasphemiæ." Macrobius [Sat. I. cap. XVI. p. 290. Zeun.] "Trebatius in lib. 1. Religionum ait nundinis magistratum posse manumittere, judiciaque addicere," id est, causas litesque, quod prætoris fuit. πολλαὶ δ' οἶμαι κατὰ τὸν ἀγῶνα ἐκεῖνον Δημοσθένει καὶ Αἰσχίνῃ πρὸς ἀλλήλους ἐγίγνοντο βλασφημίαι. Jam, opinor, intelligimus, quid sit ἐπενεγκεῖν βλάσφημον κρίσιν. solent litigantes ἐν τοῖς δικαστηρίοις πλύνειν ἀλλήλους, id est, διαλοιδορεῖν. hoc non fecit Archangelus ne Satanæ quidem, cum in contentione de sepultura Mosis multa ἀλάστωρ in virum sanctissimum maledicta jecisset, ut harum rerum peritissimus [p. 167. ed. D.] Hugo Brochtonus e Talmudistis profert. tum Michael diabolo non reddidit λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας. Sed ἄλις τούτων. illic, unde exorsus sum, redeo. κρίνειν τὸν πόλεμον, *dijudicare* etiam Latini dicunt. Cic. [ad Attic. X. 8. p. 144. Græv.] "hoc vide, non esse judicium de tota contentione in Hispaniis." κρίσιν belli civilis. Tacitus [Hist. III. c. 70.] "Dum inter Vespasianum ac Vitellium præliis legionum, captivitatibus urbium, deditionibus cohortium judicatur," id est, κρίνεται, *cernitur.* apud Cæsarem sic in concione ad milites Curio, vir eloquentissimus, cum eum erant relicturi [II. Belli civilis c. 32.] "An qui incolumes resistere non potuerunt, perditi resistant? vos autem incerta victoria Cæsarem secuti, dijudicata jam belli fortuna, victum sequamini?" κεκριμένης ἤδη τῆς τοῦ πολέμου τύχης. duo insignia enthymemata, unum de adversariis, de ipsis alterum. Cic. [in Cat. III. c. 10.] "Atque illæ tamen omnes dissensiones, quarum nulla exitium reip. quæsivit, ejusmodi fuerunt, ut non reconciliatione concordiæ, sed internecione civium dijudicatæ sint." Velleius Paterculus [lib. II. c. 2. §. 3.] "Discordiæ civium ante conditionibus sanari solitæ, ferro dijudicatæ." Pindarus [Nem. IV. 1. s.] ἄριστος εὐφροσύνη πόνων κεκριμένων ἰατρός. *finito certamine.* κέκριταί μοι, *mihi certum est.* cerno, crevi, cretum, cretus, certus. Dem. [pro Ctesiphonte, p. 231.] ἀλλά τις ἦν ἄκριτος καὶ παρὰ τούτοις καὶ παρὰ τοῖς ἄλλως ἄπα-

σὶν Ἕλλησιν ἔρις καὶ ταραχή. *acris contentio, quæ dijudicari nequiret*, id est, κρίσιν λαβεῖν, *infinita*. Xenophon [rerum Græcarum VII. 5. 27.] ἀκρισία δὲ καὶ ταραχὴ πλείων μετὰ τὴν μάχην ἐγένετο, ἢ πρόσθεν ἐν τῇ Ἑλλάδι. post Mantinensem pugnam, ubi cæsus est Epaminondas, quæ bellum non dijudicavit. Sic enim auctor [§. 26.] ἀμφότεροι μὲν ὡς νενικηκότες τροπαῖον ἐστήσαντο, τοὺς δὲ ἑσταμένους οὐδέτεροι ἐκώλυον. [p. 168. ed. D.] νεκροὺς δὲ ἀμφότεροι μὲν ὡς νενικηκότες ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν, ἀμφότεροι δὲ ὡς ἡττημένοι ὑποσπόνδους ἀπελάμβανον. adeo incerta erat victoria. Arist. [II. Meteor. IV.] ἄκριτος καὶ χαλεπὸς Ὡρίων περὶ τὰς δυσμὰς καὶ τὰς ἀνατολάς. *acer et sævus* est. ἄκριτος, *acris*. Sic Thersites apud Homerum est ἀκριτόμυθος, *futilis*, καὶ πολύλογος.

— 2. καὶ τὰ Πύθια θεῖναι δι' ἑαυτοῦ] *Pythios ludos per se facere*. hic alter Philippi finis est. primus erat belli confecti gloria. Dem. [Philipp. III. p. 119.] καίτοι τί τῆς ἐσχάτης ὕβρεως ἀπολείπει; οὐ πρὸς τῷ πόλεις Ἑλληνίδας ἀνῃρηκέναι, τίθησι μὲν τὰ Πύθια τῶν κοινῶν τῶν Ἑλλήνων ἀγῶνα; κἂν αὐτὸς μὴ παρῇ, τοὺς δούλους ἀγωνοθετήσοντας πέμπει; κύριος δὲ Πυλῶν καὶ τῶν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας παρόδων ἐστί; Notandum, quod Antipatrum et Parmenionem servos appellat regios, quo magis suam libertatem ament sui cives. θεῖναι τοὺς ἀγῶνας, *ludos facere*. θεῖναι γὰρ τὸ ποιῆσαι.

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί·
οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων.

hi sunt Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia. Prima indignitas erat et ὕβρις, quod ipse natione barbarus, sacros Græcorum ludos facere vellet: altera, quod, quum adesse ipse non posset, illud negotium servis suis daret. victis autem Phocensibus jura eorum Philippo cessere: qui Pythia parabant, ut Olympia Elei. Greg. Naz. de martyribus [Apologetico] οὐ μετὰ τῆς αὐτῆς ἐλπίδος, ὑπὸ τῷ αὐτῷ βραβευτῇ καὶ ἀγωνοθέτῃ, πρὸς τὸν αὐτὸν παρατατταμεθα τὸν τύραννον τὸν πικρὸν, καὶ τότε καὶ νῦν τῶν ψυχῶν διωκτὴν, τὸν ἄθρατον ἐχθρὸν καὶ πολέμιον. Idem βραβευτὴς καὶ ἀγωνοθέτης, *ludorum moderator*. Sophocles [in Ajace vs. 572.] ἀγωνάρχας vocat. [p. 169. ed. D.] Ovidius [Met. I. 447.]

" Pythia de domitæ serpentis nomine dictos."

vel potius ab urbe, quæ Πυθὼ nominatur, aut ab Apolline Pythio.

— 3. καὶ ταῦτ' ἦν ὧν μάλιστα ἐγλίχετο] *quæ misere cupiebat*. Arist. [Polit. II. cap. III.] δῆλον δ' ὡς καρτεροῦσι πολλὴν κακοπάθειαν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων γλιχόμενοι τοῦ ζῆν, ὡς ἐνούσης τινὸς εὐημερίας αὐτῷ καὶ γλυκύτητος φυσικῆς. Putabam aliquando, dicta hæc esse ἐτυμολογικᾶς. dulcia enim appetuntur. Sed ut multis aliis in locis, sic in hoc optimus Aristotelis interpres est Plato, cujus hæc sunt de Socrate, quum condemnatus esset, atque in carcere detentus ultimum supplicium exspectans. [Critone, c. 15. p. 212. Fisch.] ὅτι δὲ γέρων ἀνὴρ μικροῦ χρόνου τῷ βίῳ λοιποῦ ὄντος, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐτόλμησας οὕτω γλίσχρως ἐπιθυμεῖν τοῦ ζῆν, νόμους τοὺς μεγίστους παραβᾶς, οὐδείς ὅς ἐρεῖ; est igitur γλίχεσθαι τοῦ ζῆν vera notatione verbi γλίσχρως ἐπιθυμεῖν τοῦ ζῆν. Alter testis accedat, in ore enim duum aut trium testium omne verbum stabilietur. Aristophanes [Pac. 193.] ὦ δειλακρίων, πῶς ἦλθες, ὦ γλίσχρων; Scholiastes, δειλακρίων, ἄκρως δειλὲ, γλίσχρων, ἐπιθυμητὰ ἀπὸ τοῦ γλίχεσθαι. γλίσχρωνας δὲ τοὺς ἀτυχεῖς εἰώθαμεν λέγειν, καὶ γλισχρίαν τὴν ἀτυχίαν. νῦν δὲ ἐπίπονε. recte igitur interpretamur τὸ γλίχεσθαι, *misere cupere*, sed non ab hoc verbo γλίσχρων et γλίσχρος. verbum potius a nomine. γλίσχρος enim *parcus* et *tenax*, quos miseros dicimus, qui cupere nunquam desinunt. γλίχομαι, *misere cupio, discupio, gestio*. Dem. [de Corona, p. 297. R.] τῆς μὲν εἰς τὸ παρὸν τιμῆς ἐμὲ ἀποστερῆσαι γλίχεται. *me quidem in præsens omni honore spoliare Æschines gestit*. Cic. [in Antonium IV. c. 6.] "Senatum, id est, orbis terræ consilium delere gestit." ἀνελεῖν γλίχεται.

[P. 170. ed. D.] —4. Θετταλοὶ δὲ οὐδέτερα τούτων ἐβούλοντο] Nunc docet, quid Thessali voluerint et concupiverint. quod tertium est ex iis, quæ proposuit.

— 6. τῆς δὲ Πυλαίας ἐπεθύμουν] Non enim Thessali tum erant in communi τῶν Ἀμφικτυόνων. Strabo [lib. IX.] αἱ μὲν οὖν πρῶται, δώδεκα συνελθεῖν λέγονται πόλεις. ἑκάστη δ' ἔπεμπε πυλαγόραν, δὶς κατ' ἔτος οὖσης συνόδου, ἔαρός τε καὶ μετοπώρου. *bis quotannis conventus habebantur, vere et autumno*. ὕστερον δὲ καὶ πόλεις συνῆλθον πλείους. τὴν δὲ σύνοδον Πυλαίαν ἐκάλουν, τὴν μὲν ἐαρινὴν, τὴν δὲ μετοπωρινὴν, ἐπειδὴ ἐν Πύλαις συνήγοντο, ἃς καὶ Θερμοπύλας ἐκάλουν. Æsebines [contra Ctesiphontem p. 517.] κελεύει γὰρ εἰς τὸν σύλλογον τὸν ἐν Πύλαις ἀπαντᾶν. Pergit Geographus: τὸ μὲν οὖν ἐξαρχῆς τοῖς ἐγγὺς μετῆν καὶ τῶν συλλόγων καὶ τοῦ μαντείου (unde Amphictyones dicti sunt, ut diximus), ὕστερον δὲ καὶ οἱ πόρρωθεν ἀφικνοῦντο. Sed idem nomen evicit in omnes, scilicet τὸ κοινὸν τῶν Ἀμφικτυόνων. Harpocration: Πυλαία δ' ἐκαλεῖτο ἡ εἰς τὰς Πύλας σύνοδος τῶν Ἀμφικτυόνων. Ulpianus: ἱερομνήμονας δὲ ἐλέγετο ὁ περιπέμπειος σύνεδρος εἰς τοὺς Ἀμφικτύονας ὑπὲρ τῆς πόλεως. at Geographus: ἑκάστη δ' ἔπεμπε πυλαγόραν. ex quo videtur Athenienses suos appellasse ἱερομνήμονας, quos alii πυλαγόρας. nam ὑπὲρ τῆς πόλεως aliter

intelligere non possumus, quam *pro civitate Atheniensium* propter articulum additom. id quod Æschines confirmat [contra Ctesipb. p. 517.] τὸν δὲ ἱερομνήμονα τῶν Ἀθηναίων, καὶ τοὺς πυλαγόρους τοὺς εἰσαεὶ πυλαγοροῦντας πορεύεσθαι εἰς Πύλας καὶ εἰς Δελφοὺς ἐν τοῖς τεταγμένοις χρόνοις. quod si verum est, male Suidas confundit hæc nomina, ut initio retulimus. at Harpocration: οἱ πεμπόμενοι εἰς τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον ἀφ' ἑκάστης πόλεως, ἱερομνήμονες ἐκαλοῦντο. Sed ab Atticis solum, ni fallor, [p. 171. ed. D.] qui res multas aliter atque alii nominant. Jam Πυλαία καὶ ὀχλαγωγία Πυλαϊκὴ pro *triviali loquacitate* ponitur, quod apud hunc locum culluvies hominum confluerat, quos Suidas πυλαιαστάς. Plutarchus [in Pyrrho, c. 29. p. 783. t. II. R.] ταῦτα μέν ἐστι πυλαϊκῆς ὀχλαγωγίας. *hæc futilia sunt.* Idem: Κτησίας μύθων ἀπιθάνων καὶ παραφόρων ἐμβέβληκεν εἰς τὰ βιβλία παντοδαπὴν Πυλαίαν. [in Artaxerxe, c. 1. p. 447. t. V. R.] Hic enim fabulosus et futilis est auctor, atque omnia pene de Persarum imperio, contra quam Herodotus, scripsit.

— 7. καὶ τῶν ἐν Δελφοῖς πλεονεκτημάτων, δυοῖν κύριοι γενέσθαι] Subaudi ψήφων, *duum suffragiorum* inter Amphictyones. Æschines duodecim enumerat nationes Ἀμφικτυονίδας, in quibus primos omnium Thessalos. [ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρ. p. 285. t. III. Reisk.] δύο δὲ ψήφους ἕκαστον φέρει ἔθνος, inquit. Sed, quomodo Thessali jus hoc amiserant, quod recuperarent, quærant alii: mihi enim hic tenebræ. Wolfius hæc duo suffragia prætermisit, quod hic illi fortasse, ut nobis, aqua hærebat. Illud etiam non minus in obscuro latet quærendum, si singuli binis erant suffragiis, quæ prærogativa esset duum suffragiorum. Nam Geographus, Acrisius, inquit, primus videtur ἀφορίσαι πόλεις τὰς μετασχούσας τοῦ συνεδρίου, καὶ ψῆφον ἑκάστῃ δοῦναι, τῇ μὲν καθ' αὐτὴν, τῇ δὲ μεθ' ἑτέρας, ἢ μετὰ πλειόνων. nulli duas. At Libanius in argumento: τὴν τῶν Φωκέων ἐν Ἀμφικτύοσι χώραν, καὶ τὰς ἐκείνων ἐν τῷ συνεδρίῳ ψήφους, Φίλιππος παρὰ τῶν Ἑλλήνων εἵληφε. Phocenses enim propter sacrilegium jus suum amiserant, et locum eorum Amphictyonum consensu Philippus tenuit, quia bellum confecerat, et Deo res suas vindicasset. [p. 172. ed. D.] Sed hoc etiam Thessali sibi petebant, eo quod potentissima gens erant, et operam in bello strenuam navaverant. at hos habuisse Æschines ait bina suffragia. hic mihi nodus insolubilis: nisi quod certum est, multas circa concilium factas esse mutationes. Phocenses tamen paulo post suam pristinam dignitatem et locum recuperabant, ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόνδ' ἀπωθοῦντες ψόγον, Pausanias [in rebus Phocensium, X. c. 8. §. 2.] Βρέννου δὲ τὸν Γαλατῶν στρατὸν ἀγαγόντος ἐς Δελφοὺς, προθυμίαν ἐς τὸν πόλεμον οἱ Φωκεῖς πλείστην τοῦ Ἑλληνικοῦ παρέσχοντο. καὶ ἀπὸ τοῦ ἔργου τούτου μετασχεῖν Ἀμφικτυονίας αὖθις, καὶ ἐς τὰ ἄλλα ἐγένετο ἀξίωμα αὐτοῖς ἀνασάσασθαι τὸ ἀρχαῖον. At quando factum est hoc? aut quo tempore Brennus exercitum in Græciam trajecit? Gellius auctor est [lib. XVII. cap. XXI. p. 412. t. II. ed. Conrad.] "Romam præter Capitolium a Senonibus captam, non longo post tempore, quam Socrates capitis damnatus est, et in carcere veneno necatus, qua tempestate nondum Philippus Amyntæ filius regnum Macedoniæ adeptus est." Qui bello Phocensi confecto, non ita multo post supremum diem obiit. regnavit autem annos viginti sex. Hoc igitur accidisse Gallis necesse est regnante Alexandro. nam longius non possumus suspicari. et tum quoque Brennum natu grandem fuisse oportet, cum pulsus est Delphis. Itaque quod vero proximum sit, ut Phocenses duobus suis privati sunt suffragiis, hæc primum Thessalis, deinde Philippo cesserunt. quæ Thessali suis in regem obsequiis studuerunt nunc recuperare. ob eamque causam permittebant ei penetrare angustias. Atque hoc modo, ut potui, loco valde perplexo lucem aliquem attuli. [Quæ Donn. de Thessalis, quibus a prima concilii origine fuit jus suffragii inter Amphictyones, et de Brenno disputat, castigavit Wesseling. ad Diod. S. t. II. p. 129. 25. *Beck.*]

[P. 173. ed. D.] — 8. τῶν τοίνυν ἰδίων ἕνεκα ἕκαστον εὑρήσετε προηγμένον] *productum*, ut Cornificius ad verbum interpretatur, sienti diximus. Est autem hæc hujus loci conclusio, qua propositio repetitur, illa nimirum, οὐ τὰ αὐτὰ ἕκαστοι ἐσπουδακότες, τὰ αὐτὰ πάντες ἔπραξαν. Eadem enim apud oratores propositio est atque conclusio. proponunt enim primo quod probent, deinde idem ad extremum colligunt, atque hoc modo quasi in orbem redit oratio κυκλικῶς. Lucianus [ἐν Φιλοψεύδει, init. p. 29. t. III. Reiz.] ἔχεις μοι, ὦ Φιλόκλεις, εἰπεῖν, τί ποτε ἄρα τοῦτό ἐστιν, ὃ τοὺς πολλοὺς εἰς ἐπιθυμίαν τοῦ ψεύδεσθαι προάγεται, ὡς αὐτούς τε χαίρειν μηδὲν ὑγιὲς λέγοντας, καὶ τοῖς τὰ τοιαῦτα διεξιοῦσι μάλιστα προσέχειν τὸν νοῦν. Sed de hac significatione hujus verbi satis jam supra dictum. aliam nunc observemus. M. Tullius [de finibus III. c. 15. et. 16.] "Itemque hinc esse illud exortum, quod Zeno προηγμένον, contraque quod ἀποπροηγμένον nominavit, quum uteretur in lingua copiosa factis tamen nominibus et novis: quod nobis in hac inopi lingua non conceditur. quanquam tu hanc copiosiorem etiam dicere soles. Sed non alienum est, quo facilius vis verbi intelligatur, ra-

tionem hujus verbi Zenonis exponere. Ut enim, inquit, nemo dicit in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem, (id enim est προηγμένον) sed eos, qui in aliquo sunt honore, quorum ordo proxime accedit, ut secundus sit ad regium principatum: sic in vita non ea, quæ primario sunt loco, sed quæ secundum locum obtinent, προηγμένα, id est, producta nominentur. quæ vel ita appellemus licet (id erit verbum e verbo) vel promota [hinc provectionem ad honores nos *promotionem* dicimus] [p. 174. ed. D.] velut illa remota, nempe ἀποπροηγμένα. vel, ut dudum diximus, præposita, vel præcipua: et illa rejecta. re enim intellecta in verborum usu faciles esse debemus." hæc altera est hujus verbi significatio, digna observatione in utraque lingua, quamvis non sit hujus loci. Cic. [pro domo, c. 9.] "quem tu non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras." de Catone hoc dicitur, quem Clodius in Cyprum per speciem honoris summoverat, et Ptolemæi regis Cypri pecuniæ deportandæ præfecerat, qui P. R. hæredem fecerat. Juvenalis de fortuna [Sat. I.] "atque suos ridens producit alumnos." interpres, *exaltat*. Arist. Philippo [Epist. I.] οὐχ ὑπὸ τῆς τύχης, ἀλλ' οὐδ' ἀπὸ τῆς φύσεως προηγμένοι. exstat epigramma quoddam εἰς ἄρχοντα ἀνάξιον τῆς τοιαύτης προαγωγῆς [t. III. p. 168. Anal. Brunk. t. IV. p. 135. n. 88. Anthol. Jacobs.]

Οὐκ ἐθέλουσα τύχη σε προήγαγεν, ἀλλ' ἵνα δείξῃ,
ὡς ὅτι καὶ μέχρι σοῦ πάντα ποιεῖν δύναται.

hoo Gallis *avancer*. Curtius [lib. VII. c. 1.] "Omnium Philotæ amicorum hi carissimi fuerant, ad magna et honorata ministeria ejus suffragatione producti." hinc emendamus Cæsaris locum initio positum [Belli Gall. VII. c. 39.] "Quem Cæsar ab Divitiaco traditum, ex humili loco ad summam dignitatem produxerat." non, ut legitur, *perduxerat*. Athenæus [lib. XI. p. 506.] κακολογεῖ πάντας τοὺς ποιητὰς, ἔπειτα τοὺς ὑπὸ τοῦ δήμου προαγομένους. hæc de Platone. Plutarchus in Mario [c. 3. ubi tamen vulg. προσήγετο.] διὸ ταῖς τε ἄλλαις προήγετο τιμαῖς ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ποτε. Idem in Pompeio [c. 9. p. 721. t. III. R.] ὁ Σύλλας (δικτάτωρ ἀναγορευθεὶς) τοὺς ἡγεμόνας καὶ στρατηγοὺς ἠμείβετο, πλουσίους ποιῶν καὶ προάγων ἐπ' ἀρχάς. Siracides [cap. XX.] σοφὸς ἐν λόγοις προάξει ἑαυτόν. "Sapiens in sermonibus se ipsum producet." sic Lat. int. Seneca: "Alit livorem infelix inertia, [Livor iners vitium. Ovid. III. ex Ponto ep. 3. 101. *Doun.*] et omnes destroi capiunt, [p. 175. ed. D.] quia se non potuerunt provehere: et ex hac deinde aversatione alienorum processuum, et suorum desperatione, obirascens fortunæ animus, et de seculo querens. [de tranquillitat. c. 2. §. 9.] Juvenalis mordacius [Sat. I. 38. s.]

"Optima summi
Nunc via processus vetulæ vesica beatæ."

Has duas significationes habemus hujus verbi, quæ maxime sunt in usu. tertia est Aristotelis: legumlatores quidam, inquit, censent δεῖν μὲν παρακαλεῖν ἐπὶ τὴν ἀρετὴν, καὶ προτρέπεσθαι τοῦ καλοῦ χάριν, ὡς ὑπακουσομένων τῶν ἐπιεικῶν τοῖς ἔθεσι προηγουμένως. [Ethic. X. cap. 10. p. 105. t. II. ed. Genev. s. p. 342. ed. Rachel.] quod Plato facit diligenter in suis legum proœmiis. sed hic locus mendi manifestus est. lego τοῖς ἤθεσι προηγμένων. firmabit, sic legendum esse, idem Philosophus ejusdem operis libro primo [cap. IV. p. 7. ed. Rachel. s. c. 2. p. 4. ed. Genev.] διὸ δεῖ τοῖς ἔθεσιν ἦχθαι καλῶς, τὸν περὶ τῶν καλῶν καὶ δικαίων καὶ ὅλως πολιτικῶν ἀκουσόμενον ἱκανῶς. ἦχθαι, *probe educatum esse*. inde ἀγωγή. illic igitur reponendum est Demosthenis verbum τὸ προηγμένους, quod significabit *antea bene educatos*, et τὸ προηγουμένως, quod manifeste mendosum est apud Aristotelem, lege ἀντιδόσεως huc majoris evidentiæ gratia transferendum, ὧν οὐδὲν ἐβούλοντο πρᾶξαι προηγουμένως, si quid præcipue quisque vellet, liceret.

[P. 177. ed. D.] — pen. τὰ κελευόμενα ἡμᾶς ἄρα δεῖ ποιεῖν; καὶ σὺ ταῦτα κελεύεις;] Occupatio, quam Orator anticipans sibi opponit. ideo vocant etiam ἀντίθεσιν καὶ πρόληψιν, qualis est illa Ciceronis, atque huic prorsus similis [pro Cœlio, c. 17.] "Hæc igitur tua est disciplina? sic tu institutis adolescentes?" [p. 178. ed. D.] Cum omnibus autem liberis populis jussa accipere et facere miserum est et indignum, tum maxime Atheniensibus, quorum ingentes erant spiritus atque animi, quod φρόνημα perhibetur.

— ult. πολλοῦ γε καὶ δέω] Λύσις per negationem. Æschylus [Prometheo, 969. 1014.] πολλοῦ γε καὶ τοῦ παντὸς ἐλλείπω. post alteram paginam, τοῦ παντὸς δέω. sed frequentius est πολλοῦ γε καὶ δεῖ, impersonaliter.

P. 148. 1. ἀλλ' ὡς οὔτε πράξομεν οὐδὲν ἀνάξιον ἡμῶν αὐτῶν] Sic agendum est, ut et dignitas conservetur, neque ullo modo existimatio nostra minuatur, quod facietis, inquit, si mihi obtemperabitis. nihil autem indignitatis habuit parere Amphictyonum decreto.

— ibid. οὔτ' ἔσται πόλεμος] Hoc illud est, quo nihil optabilius aut beatius, cum dignitate otium. existimatio posita est in sapientia justitiaque, ut videamur, inquit,

νοῦν τε ἔχειν, καὶ τὰ δίκαια λέγειν. at neque justum erat acta Amphictyonum rescindere: et omnium in se concitare odia, bellum denique movere tam levi de causa minime certe sapientum.

— 3. πρὸς δὲ τοὺς θρασέως ὀτιοῦν οἰομένους ὑπομένειν δεῖν] Hinc jam est peroratio sive epilogus, quo comprimit ferocitatem atque audaciam quorundam πολεμοποιῶν, qui bellum non prævidentes, neque ullum ex eo periculum, præcipites et cæci ruebant.

— 5. ἐκεῖνα βούλεμαι λογίσασθαι] Κατάστασις, quæ erigit exspectationem atque attentos facit.

— ibid. ἡμεῖς Θηβαίους ἐᾶμεν ἔχειν Ὠρεωπόν] Ἀπόστασις, quum sermo est ἀσύνδετος, nulla conjunctione cohærens cum antecedentibus, atque, ut Hermogenes, ὅτε ὁ λόγος εἰς ἀρχὴν ἀνάγεται. [p. 179. ed. D.] Conjunctiones sunt ἀλλὰ, καὶ, μὲν, δὲ, et ejusmodi. Utraque autem est σχῆμα τῆς εἰκρινείας, frequens Dem. frequentius Herodoto, qui maxime perspicuitati studet. apud nostrum multæ sunt ἀποστάσεις ἄνευ καταστάσεως, quæ non perinde dilucidæ sunt.

— 3. πρὸς δὲ τοὺς θρασέως ὀτιοῦν οἰομένους ὑπομένειν δεῖν — βούλομαι λογίσασθαι] Notandum, quod opponit λογισμὸν τῇ θρασύτητι, ὡς ἐναντίον. Inscitia confidentes facit, ratio bene subducta cunctantes. Thucyd. [lib. II. c. 40.] θράσος ἀμαθία, λογισμὸς δ' ὄκνον φέρει. θάρσος, *fidentia*, in laudem, θράσος, *confidentia*, in vitio ponitur, ut Cicero distinguit [Tusc. III. 7.] et Greg. Naz. primo στηλιτευτικῷ contra Julianum. oratores tam confidentes λίαν εἰρωνικῶς καὶ βαρέως Demosthenes perstringit, epist. 1. [p. 1463. R.] οὐχ ὡς ἀποροῦντων δὲ ὑμῶν ῥητόρων, οὐδὲ τῶν ἄνευ λογισμοῦ ῥᾳδίως ὅ, τι ἂν τύχωσιν ἐρούντων, ἔδοξέ μοι τὴν ἐπιστολὴν πέμπειν. Tales enim libentius audiebant, et illorum ἀμαθίαν magis e repub. fuisse Atheniensium, quod mirum est, Xenophon docet [in rep. Athen. c. 1. §. 7.] εἰποι τις ἄν, τί ἂν οὖν γνοίη ἀγαθὸν ἡ αὐτῷ ἢ τῷ δήμῳ τοιοῦτος ἄνθρωπος; οἱ δὲ γιγνώσκουσιν, ὅτι ἡ τούτου ἀμαθία καὶ πονηρία καὶ εὔνοια μᾶλλον λυσιτελεῖ, ἢ ἡ τοῦ χρηστοῦ ἀρετὴ καὶ σοφία καὶ κακόνοια. Illorum enim notasse remp. videtur philosophus, quum diceret: τὰ δὲ ὄντα, οὐ βούλεται πολιτεύεσθαι κακῶς. οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος. [Metaph. XII. ad finem.] quo significat, unum esse, quo mundus regitur, Deum, πρὸς ἓν τὰ πάντα συντέτακται, *ad unum omnia ordinata sunt*, ut idem eodem libro.

— 5. βούλομαι λογίσασθαι] *volo putare rationem* vertimus. Terentius [Adelphis, V. 3. 10.] "Rem ipsam putemus," αὐτὸ τὸ πρᾶγμα λογιζώμεθα. Donatus: *tractemus, purgemus.* [p. 180. ed. D.] "Nam et hinc putamina, purgamenta dicta sunt:" ut Plautus ait [Captivis, Act. III. sc. 4. v. 123.] "Nucleum amisi, reliquit pigneri putamina." et Virg. [Æn. VI. 332.] "Multa putans," πολλὰ λογιζόμενος. "Putare est falsa et cassa a veris et utilibus resecare. Unde arborum purgatores putatores dicuntur." Apud Mosem legimus [Levit. XIX. 23.] ὅταν δὲ εἰσέλθητε εἰς τὴν γῆν, ἣν κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν δίδωσιν ὑμῖν, καὶ καταφυτεύσητε πᾶν ξύλον βρώσιμον, περικαθαριεῖτε τὴν ἀκαθαρσίαν αὐτοῦ. ὁ καρπὸς αὐτοῦ τρία ἔτη ἔσται ὑμῖν ἀπερικάθαρτος. B. Hieronymus Hebræam retinens metaphoram: "Auferetis præputia eorum." sic reliqui Græcorum interpretes, ἀκροβυστιεῖτε. quod enim supervacuum est et resecandum, Hebræi *præputium* appellant note sibi nomine. Festus [p. 388. Gothofr.] "Putus antiqui dicebant pro puro: unde putatæ vites et arbores, quod decisis impedimentis remanerent puræ. aurum quoque putatum dici solet, id est purgatum (quod illis χρυσὸς ἄπεφθος), et ratio putata, id est, pura facta." Dem. [pro Corona, p. 303.] εἶτα σοφίζεται, καί φησι προσήκειν, ἧς μὲν οἰκοθεν ἥκετ' ἔχοντες δόξης περὶ ἡμῶν, ἀμελῆσαι· ὥσπερ δ' ὅταν οἰόμενοι περιεῖναι χρήματά τῳ λογίζησθε, κἂν καθαραὶ ὦσιν αἱ ψῆφοι, καὶ μηδὲν περιῇ, συγχωρεῖτε, οὕτω καὶ νῦν τοῖς ἐκ τοῦ λόγου φαινομένοις προσθέσθαι. καθαραὶ ψῆφοι, *puri calculi*, i. puti, ex quo λογίζεσθαι, *putare rationem.* locum illustrem Demosthenis apposuimus, non fraudando Josephum Scaligerum debita primæ observationis gloria. In fœdere antiquo scriptum fuit, ut Carthaginienses quotannis populo Rom. darent certum pondus argenti puri puti. quæ duo verba purgare putare peperierunt. Gellius [lib. VI. cap. V. Noct. Att.] "Veteres putare dixerunt, vacantia ex quaque re, ac non necessaria, aut [p. 181. ed. D.] etiam obstantia et aliena auferre et excidere: et quod esse utile ac sine vitio videretur, relinquere." Sic namque *arbores* et *vites*, et sic etiam *rationem putare* dictum. Est io Evangelio S. Ioannes [cap. XV. 2.] πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μὴ φέρον καρπὸν, αἴρει αὐτό· καὶ πᾶν τὸ καρπὸν φέρον, καθαίρει αὐτό. Hæc omnia apte cohærent, et digna erant, opinor, animadversione.

— 7. καὶ Φιλίππῳ νῦν Ἀμφιπόλεως παρακεχωρήκαμεν] Verbum significat *cedere de jure*, unde vult intelligi, juris fuisse Atheniensium. quo autem jure Amphipolim vendicavit Philippus, ipse declarat his verbis [ep. ad Athen. p. 164.] εἶτε γὰρ τῶν ἐξαρχῆς κρατησάντων γίγνεται, πῶς οὐ δικαίως ἡμεῖς αὐτὴν ἔχομεν, Ἀλεξάνδρου τοῦ προγόνου πρώτου κατασχόντος τὸν τόπον; εἴτε τούτων μὲν ἀμφισβητήσειέ τις, ἀξιοῖ δὲ γίγνεσθαι τῶν ὕστερον γενομένων κυρίων, ὑπάρχει μοι καὶ τοῦτο τὸ δίκαιον, ἐκπολιορκήσας

γὰρ τοὺς ὑμᾶς μὲν ἐκβαλόντας, ὑπὸ Λακεδαιμονίων δὲ κατοικισθέντας, ἔλαβον τὸ χωρίον. de jure Atheniensium initio diximus. Æschines: ἢ οὕτω ποιητέον ἢ παραχωρητέον τῆς πολιτείας. *aut sic faciendum aut cedendum repub.* Cic. [epist. ad Oct. inter epp. ad Brut. ep. 8.] "Cedam tibi in præsentia foro, curia, et sanctissimis deorum immortalium templis." Idem [pro Milone, c. 27. extr.] "Quid enim de muliercula Scantia? quid de adolescente Apronio dicam? quorum utrique mortem est minitatus, nisi sibi hortorum possessione cessisset." Hor. II. lib. II. Od. v. 17. ss.]

"Cedes coemptis saltibus, et domo,
Villaque, flavus quam Tiberis lavit,
Cedes."

— pen. καὶ τοὺς Καρδιανοὺς ἐᾶμεν ἔξω τῶν Χερρονησιτῶν τῶν ἄλλων τετάχθαι] Diodorus Sic. [lib. XVI. c. 34.] Κερσοβλέπτου δὲ τοῦ Κότυος, διά τε τὴν πρὸς Φίλιππον ἀλλοτριότητα, καὶ τὴν πρὸς Ἀθηναίους φιλίαν, ἐγχειρίσαντος τοῖς Ἀθηναίοις τὰς ἐν Χερρονήσῳ πόλεις, πλὴν Καρδίας, ἀπέστειλεν ὁ δῆμος κληρούχους εἰς τὰς πόλεις. [p. 182. ed. D,] Ex hac donatione Cersoblepteæ postea tenuerunt Athenienses hanc peninsulam, eisque ad multa utilis fuit propter vicinitatem, excepta Cardia, quæ libera in medio relicta est. inde enim nomen, ut videtur, quod erat regionis illius meditullium: quam cum sæpe tentassent Athenienses in suam ditionem cogere, nunc, ut pax esset, illud inceptum omiserunt. Est autem hæc Cherronesus Thraciæ pars extrema, in mare Ægæum prominens. Strabo: καὶ ἡ Θρακία Χερρόνησος ἀπολαμβάνει πρὸς τὸ Σούνιον τόν τε μέλανα κόλπον, καὶ τοὺς ἐφεξῆς τοὺς Μακεδονικούς. [lib. II. p. 148. ed. Alm.] Est igitur promontorium ut Sunium, et κατ' ἐξοχὴν absolute dicitur, ut Cherronesus Taurica ad Pontum. χέρσος autem pro *terra* ponitur *continente*, sed proprie est *inculta terra*. "per agrum hominis pigri transivi," inquit Salomon, καὶ ἰδοὺ ὅλος ἐχέρσωτο. [Prov. XXIV. 31.] hinc χερσαῖα ζῶα, *terrestria animalia*. Civis Χερρονησίτης. at Xenophon habet Χερρονησιώτας, ut νησιώτας, pleonasmo magnæ vocalis. sic dicimus: πρὸς ὄγκον καὶ μέγεθος, ἡλικιώτης, στρατιώτης, Σικελιώτης, Ἰταλιώτης, non ἡλικίτης, στρατίτης, Σικελίτης, ἀπὸ τοῦ ἡλικία, στρατιὰ, Σικελία. nimis enim exiliter hæc sonant.

ult. καὶ τὸν Κᾶρα τὰς νήσους καταλαμβάνειν] Αὔξησις ab indignitate personæ. nihil enim Caribus vilius, qui mercenarii milites erant, et venales animas habebant. Hom. [Iliad. IX. v. 378.] τίνα δέ μιν ἐν Καρὸς αἴσῃ. Achilles hoc de Agamemnone, quem sprevit cum muneribus. M. Tullius [pro Flacco, c. 27.] "utrum igitur nostrum est, an vestrum hoc vetus proverbium, Phrygem plagis fieri solere meliorem? quid de tota Caria? nonne hoc vestra voce vulgatum est, [p. 183. ed. D.] si quid cum periculo experiri velis, in Care id potissimum esse faciundum." ἐν Καρὶ ὁ κίνδυνος. *Carem* autem non pro gente dixit, ut Livius *Pœnum*, *Ramanum*, sed vult intelligi Mausolum, ut quum Philippum nuncupat τὸν Μακεδόνα, et Livius Annibalem, *Pœnum*. et per contemptum, gentis, non suo nomine appellat. Diodorus Sic. [lib. XVI. c. 36.] ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, Μαύσωλος ὁ τῆς Καρίας δυνάστης ἐτελεύτησεν, ἄρξας ἔτη εἰκοσιτέσσαρα. τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξαμένη Ἀρτεμισία, ἡ ἀδελφὴ καὶ γυνὴ, ἐδυνάστευσεν ἔτη δύο. quæ magnificum exstruxit monumentum marito, quod appellatum est ab eo Mausoleum, numeratumque inter septem orbis terrarum miracula. Martialis [lib. de Spectac. carm. 1.]

"Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis,
Assiduus jactet nec Babylona labor.—
Aere nec vacuo pendentia Mausolea
Laudibus immodicis Cares in astra ferant.
Omnis Cæsareo cedat labor Amphitheatro.
Unum pro cunctis fama loquatur opus."

Hinc magnæ moles sepulcrorum Mausolea dictæ. Suetonius [Caligula, c. 15.] "Germanici cineres Mausoleo Cæsarum illati." nec non quodvis monimentum. Idem [in Vitellio, c. 10.] "Lapidem memoriæ Othonis inscriptum intuens, dignum eo Mausoleo ait." νήσους intellige τὰς Κυκλάδας καὶ Σποράδας, sparsas in Ægæo mari.

P. 149. 1. καὶ Βυζαντίους κατάγειν τὰ πλοῖα] Athenienses plurimo Græcorum omnium utebantur importato frumento propter soli sterilitatem. deportabant autem e Ponto, atque de Taurica Cherroneso, quæ fertilissima erat frugum. [Dem. ad Leptinem, c. 27. s. p. 38. ss. Wolf.] quo sæpe fiebat, ut Byzantii, [p. 184. ed. D.] quorum urbs scita est ad Bosporum Thracium, quod fretum perangustum est, interciperent naves. πλοῖον enim *mercatoria navis* est sive *aneraria*. nec solum erat piratarum κατάγειν τὰ πλοῖα, sed pacati quoque solebant cogere in medio cursu naves frumento onustas ad se appellere, frumentum vendere. Dem. [πρὸς Πολυκλέα, p. 1207.] ἔτι δὲ τῶν ἐμπόρων καὶ τῶν ναυκλήρων περὶ τὸν ἔκπλουν ὄντων ἐκ τοῦ Πόντου, καὶ Βυζαντίων καὶ Κυζικηνῶν καταγόντων τὰ πλοῖα τῆς ἰδίας ἕνεκα χρείας σίτου. mercatores intelligere debemus eos, qui frumentum advehebant Athenas. Idem in eadem [p. 1217. s.] εἰσαγγελθέντων δὲ, ὅτι

Βυζάντιοι καὶ Χαλκηδόνιοι πάλιν κατάγουσι τὰ πλοῖα, καὶ ἀναγκάζουσι τὸν σῖτον ἐξαιρεῖσθαι. quod est *exonerare*, sed frequentius κατάγειν τὰ πλοῖα prædonum est, aut eorum, quibus datur licentia impunitasque prædandi. Dem. [περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ, p. 96.] εἰ γὰρ δεινὰ ποιεῖ Διοπείθης, καὶ κατάγει τὰ πλοῖα, μικρὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μικρὸν ϖινάκιον ταῦτα πάντα κολύσαι δύναιτ' ἄν. edictum scilicet tabella propositum, aut literæ ad Diopithem datæ. Est apud eundem in epistola quadam Philippi [pro Corona, p. 251.] διόπερ τὰ νῦν καταχθέντα πλοῖα πρὸς ἡμᾶς ἀφῆμι ὑμῖν. Dem. ἐξελόμενοι ὅπου ἂν μὴ σύλα ὦσιν Ἀθηναίοις. *mercimonia eximentes* vel *exponentes*, *ubi non est prædandi licentia Atheniensibus*, id est, τοῦ τὰ πλοῖα κατάγειν ἐξουσία. id est, in pacato, non hostico. atque in eadem: σεσυλήμεθα τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ὑπὸ τούτων Φασηλιωτῶν ὄντων, ὥσπερ δεδομένων σύλων Φασηλίωταις κατὰ Ἀθηναίων. [ἐν τῷ πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφὴν, p. 927.] τὰ σύλα, *letters of mark*. Quæ fuit impunitas nobili Francisco Draco, Reginæ temporibus felicis memoriæ, concessa, cum Hispanis fuimus non amici. Est in lexico Crispini, ἡ σύλα, ης: quod falsum esse hæc arguunt. [p. 185. ed. D.] hinc illud Apostoli: βλέπετε, μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης. [ad Col. II. v. 8.] non, ut interpretes, verbum est militare, quod signifiicet *prædam abigere*. hoc est enim λεηλατεῖν. nec λαφυραγωγεῖν. id enim est *spolia detrahere post prælium*. sed, ut ex his manifestum est, a prædonibus sumptum. Dem. καὶ φανερῶς ἤδη τὰ πλοῖα ἐσεσύλητο. Æschines [περὶ τῆς ϖαραπρ. p. 250.] κατῆγον δὲ τὰ πλοῖα καὶ τοὺς Ἕλληνας ἐκ τῆς κοινῆς θαλάττης. *Prædones exceptabant*, at quos homines? Græcos. unde? e mari, quod commune est omnibus. duæ indignitates.

— 4. οὐκοῦν εὐηθες καὶ σχέτλιον] Neque hic a solita libertate discessit, quam alii παῤῥησίαν, auctor ad Herennium *licentiam* appellat, ut dixi. Polybius [IV. 17. 1.] εὐηθες καὶ παιδικὸν πρᾶγμα ποιεῖν. Plato [de repub. III. p. 290. s. t. VI. ed. Bip.] εὐλογία ἄρα, καὶ εὐαρμοστία, καὶ εὐσχημοσύνη, καὶ εὐρυθμία, εὐηθεία ἀκολουθεῖ, οὐχ ἣν ἄνοιαν οὖσαν ὑποκοριζόμενοι καλοῦμεν ὡς εὐήθειαν, ἀλλὰ τὴν ὡς ἀληθῶς εὖ τε καὶ καλῶς τὸ ἦθος κατεσκευασμένην διάνοιαν. atque hoc illud est, quod Persius cecinit [Sat. II. 73. s.]

> "Compositum jus fasque animi, sanctosque recessus
> Mentis, et incoctum generoso pectus honesto."

Quanquam hoc alium quoque Platonis librum respicit: qui in IV. de repub. τοῦτον τῆς δικαιοσύνης ὅρον [p. 355. 378. s. t. V. Bip.] esse ait, quum quæque pars animi, sicut et civitatis, τὰ ἑαυτοῦ πράττει, *suas res agit*, nec, quod alterius est, appetit: quum ratio imperat, appetitus obtemperat. hoc namque est, *compositum jus fasque animi*, atque illa εὐαρμοστία καὶ εὐρυθμία, quam Philosophus vult esse εὐήθειαν, id est, τὴν εὖ καὶ καλῶς τὸ ἦθος κατεσκευασμένην διάνοιαν: [p. 186. ed. D.] neque enim fas est appetitum non parere rationi, nec sine nefario scelere jus hoc violari potest: in quo Plato summam justitiæ ponit. idem [in Legibus], ut hæc quoque accommodet civitati, τὰ πάθη τὸ πλῆθος εἶναι τῆς ψυχῆς ait, *affectus plebem animi dicit esse*, τὸ δ' ἡγεμονικὸν, *regis instar*, qui regat et coerceat affectus. quod equidem miror doctissimum virum, qui tam diligenter et pererudite scripsit in Persium, non animadvertisse. vult enim Plato [de rep. V.] τὴν ἀδικίαν ἐπανάστασιν εἶναι μέρους τινὸς τῷ ὅλῳ τῆς ψυχῆς. constituit enim ἐν τῇ ψυχῇ πολιτείαν partium inter se, quæ sunt tres. constat autem, Persium in multis imitari Platonem. Sed τὴν ἄνοιαν, εὐήθειαν discimus, inquit, ὑποκοριζόμενοι, hoc est, ut diximus ex Ulpiano, τοῖς εὐφήμοις ὀνόμασι κλέπτοντες τὴν ἀτοπίαν. M. Tullius [ad Atticum lib. IX. ep. 10. p. 56. Græv.] "Et nunc ita video, bellum infinitum junctum miserrima fuga, quam tu peregrinationem ὑποκορίζῃ." bellum infinitum est πόλεμος ἄκριτος καὶ μὴ δυνάμενος κρίσιν λαβεῖν, de quo satis dictum est. ambiguitas ex diversa significatione τοῦ εὖ, quod *et facile* et *bene* accipimus. inde εὐήθης, *bene moratus*: et εὐήθης, *simplex*, *apertus*, ὑπάφων, ἄκακος, *minime malus*, *half a fool*, qui in Sacris *parvulus*, Hesiodo νήπιος, *facilis*, εὐεξαπάτητος, *qui facile circumvenitur*. Tacitus [Annal. III. c. 8.] "hæc palam et vitato omni secreto: neque dubitabantur præscripta ei a Tiberio, quum incallidus alioqui et facilis inventa, similibus tum artibus uteretur." de Druso Tiberii F. εὐήθης ὢν τῇ νεότητι, γεροντικαῖς κακοηθείαις ἐχρήσατο. *incallidus et facilis*, εὐήθης. εὐήθειαν *facilitatem* reddimus, [p. 187. ed. D.] quæ est etiam εὐκολίαν sed diversa significatione, ut initio diximus. Cic. [in Lælio, c. 3.] "quid dicam de moribus facillimis?" cui contrarius δύσκολος, *morosus*. Aristoteles [II. Rhetorices cap. XII. §. 14. ed. Schrad.] ait, omnes adolescentes esse εὐήθεις, καὶ εὐεξαπατήτους, διὰ τὸ μήπω τεθεωρηκέναι πολλὰς ϖονηρίας, *quia nondum experti sunt multas improbitates*. Unde illud Thucydidis [lib. V. c. 105.] μακαρίσαντες ὑμῶν τὸ ἀπειρόκακον, οὐ ζηλοῦμεν τὸ ἄφρον. "ut quisque est vir optimus, ita difficillime alios esse improbos suspicatur." Scitum hoc Ciceronis ad Brutum [in epist.] Divinus Plato [de rep. III.] διὸ δὴ καὶ εὐή-

Θεις, νέοι ὄντες οἱ ἐπιεικεῖς φαίνονται, καὶ εὐεξαπάτητοι ὑπὸ τῶν ἀδίκων, ἅτε μὴ ἔχοντες ἐν αὐτοῖς παραδείγματα ὁμοιοπαθῆ τοῖς πονηροῖς. Contra senes καχύποπτοι καὶ κακοήθεις, vafri, veteratores. ἔστι γὰρ κακοήθεια, τὸ ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπολαμβάνειν ἕκαστα. quod quid sit, manifestius docet Rhet. et philosophus libro III. [Rhet. c. 15.] ἐπειδὴ τὸ αὐτὸ ἐνδέχεται πλειόνων ἕνεκα πεφυκέναι, τῷ μὲν διαβάλλοντι κακοηθιστέον, ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐκλαμβάνοντι, τῷ δὲ ἀπολυομένῳ ἐπὶ τὸ βέλτιον. ut Diomedes dicit se elegisse Ulyssem potissimum rei gerendæ socium, quia fortissimum judicavit. [Iliad. X. v. 243. s.] alius dicet, ut ignavum et non æmulum gloriæ. Dem. [de Corona, p. 228.] κακοήθης δὲ ὤν, Αἰσχίνη, τοῦτο παντελῶς εὐήθες ᾠήθης, si me credidisti tuum ordinem in dicendo, quem tu præscribis, secuturum.

— ibid. σχέτλιον] Eustathius παρὰ τὸ σχέσθαι καὶ τλῆναι κατ' ἀντίφρασιν. Dem. σχέτλιον γὰρ ἂν εἴη τοῦτό γε. τουτέστι δεινόν. Unde σχετλιασμὸς καὶ δείνωσις in peroratione potissimum. Idem: σχέτλιος, ὁ ὀξὺς, καὶ ἰταμὸς, καὶ σφοδρός. vehemens, acer, impiger per contrarium. καὶ ἀκατάσχετος καὶ τολμητίας, ὁ μὴ εἰδὼς ἀνασχέσθαι καὶ τλῆναι. perferre et pati. [p. 188. ed. D.] recta autem significatione ὁ καρτερικὸς καὶ ἀνένδοτος, ἤγουν ὁ μὴ εἴκων, ἀλλ' ἐπιμένων τλημόνως πράξει τινὶ δυσκόλῳ. ut σχέτλιος εἶ, Ὀδυσεῦ, et πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς. Hor. [Epp. I. 7. 40.] "proles patientis Ulyssi," Telemachus. multa enim significat hoc vocabulum, sed omnia ex eadem origine, inquit, egregius ille artifex, quæ singula invenies apud Homerum.

— 5. οὑτωσὶ ἤδη προσεννενεγμένους] Dem. [Philipp. IV. p. 149.] τί ποτ' οὖν ἐκεῖνος τοῖς ἄλλοις καὶ ὑμῖν οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον προσφέρεται; Hebr. XII. [v. 7.] εἰ παιδείαν ὑπομένετε, ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ Θεός. ut cum filiis, vobiscum agit Deus: vel ut filiis, se vobis Deus offert. Plato [Charmide, p. 131. t. V. ed. Bip.] σὺ μὲν ὡς φάσκοντος ἐμοῦ εἰδέναι περὶ ὧν ἐρωτῶ, προσφέρῃ πρὸς ἐμέ. tu mecum agis, quasi ego profiterer, me scire ea omnia, de quibus quæro. Secunda tabula regis divinæ docet, πῶς δεῖ προσφέρεσθαι τῷ πλησίον. quomodo sit agendum cum proximo.

— ibid. περὶ τῶν οἰκείων] Αἰνίττεται τὴν Ἀμφίπολιν καὶ τὸν Ὠρωπόν. hæc enim oppida Athenienses sibi asserebant, et sæpe vindiciis amissa repetebant: nec non insulas, quæ, postquam maris imperio potiti sunt, in illorum erant ditione.

— pen. καὶ ἀναγκαιοτάτων] Quid enim tam necessarium, quam victus quotidianus? frumentum autem navigia deportabant, ut diximus: quæ Byzantii, quum pacati non erant, exceptabant. Plinius [lib. VII. cap. XXX. s. XXXI. Hard.] "Sed quo te, M. Tulli, piaculo taceam? te dicente, legem agrariam, hoc est alimenta sua abdicaverunt tribus." sic pop. Atheniensis, quo pacem conservaret, alimentum abdicavit quodammodo.

—Ibid. πρὸς ἅπαντας] Σύμπαντας, ἀσυναθροιστικόν.

[P. 189. ed. D.] — ibid. περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς] Proverbium est περὶ τῆς ὄνου σκιᾶς. sed sic solet Dem. nonnunquam μεταποιεῖν τὰς παροιμίας ἐπὶ τὸ σεμνότερον, ut diximus. per se enim sæpe sunt triviales et εὐτελεῖς. hic autem locus exponendus est ex superiori, τῆς Πυλαίας δὲ ἐπεθύμουν, καὶ τῶν ἐν Δελφοῖς πλεονεκτημάτων, δυοῖν κύριοι γενέσθαι. quæ duo suffragia Philippo concessa erant Amphictyonum consensu. sed Thessali reddi sibi volebant, eoque multa indulgebant regi, quorum fuerant post sacrilegium Phocensium. Dem. [Philipp. IV. p. 149.] οὐκ ἦν ἀσφαλὲς λέγειν ἐν Θετταλίᾳ τὰ Φιλίππου, μὴ συνευπεπονθότος τοῦ πλήθους τῶν Θετταλῶν, τῷ τοὺς τυράννους ἐκβαλεῖν Φίλιππον αὐτοῖς, καὶ τὴν Πυλαίαν ἀποδοῦναι. reddi non potuit, quod non ante habuerant. [Imo Thessali veteri possessione fuerant a Phocensibus dejecti eamque recuperare nunc studebant. v. Auctor argum. τῶ. παραπρ. et Wesseling. ad Diod. S. t. II. p. 129. *Beck.*] Diodorus Sic. [lib. XVI. c. 60. ubi omnino vid. Wessel.] ἔδοξεν οὖν τοῖς συνέδροις μεταδοῦναι Φιλίππῳ καὶ τοῖς ἀπογόνοις αὐτοῦ τῆς Ἀμφικτυονίας, καὶ δύο ψήφους ἔχειν, ἃς πρότερον οἱ καταπολεμηθέντες Φωκεῖς εἶχον. et deinceps Thessali. Hoc impedire aut velle rescindere, perinde esse ait, ac si de umbra contenderent. nullius enim ad pacem atque concordiam esse momenti. τὴν Ἀμφικτυονίαν commune Amphictyonum interpretatus sum. Dem. [pro Corona, p. 278.] ἐπὶ ἱερέως Κλειναγόρου, ἐαρινῆς Πυλαίας, ἔδοξε τοῖς πυλαγόραις, καὶ τοῖς συνέδροις τῶν Ἀμφικτυόνων, καὶ τῷ κοινῷ τῶν Ἀμφικτυόνων. Etymologus: ἐκαλεῖτο δὲ πυλαγόρας, παρὰ τὸ ἐν τῇ Πυλαίᾳ ἀγορεύειν. idem ἱερομνήμων. ἀγορεύειν enim dicere, μνημονεύειν, memorare, mentionem facere. De asini umbra nota est fabula. Sed nos referemus etiam ex Scholiaste Aristophanis [ad Vesp.] Demosthenes noster, quum causam aliquando capitalem ageret, judices autem dormitarent, [p. 190. ed. D.] neque attente satis audirent, Quin vos, inquit, attenditis, o viri, rem vobis narrabo lepidam. Juvenis quidam asinum Athenis Megara conduxerat. sed æstu magno dempta sarcina, jumenti sub umbra latebat. Exturbatus autem ab agasone, cum diceret se asinum locasse, non umbram, ego vero, inquit, utrumque conduxi. Umbra enim sequitur corpus, ejusque individua est comes. quid multa? ex hac altercatione in jus itum est. Hæc

cum dixisset orator, arrectis judicum auribus descendit. judices autem hujus narratiunculæ lepore capti, revocabant eum et causam perorare jusserunt. Tum ille rursus adscendens: *ὑπὲρ μὲν ὄνου σκιᾶς ἀκούειν, ὦ ἄνδρες, ἐπιθυμεῖτε, ἀνθρώπου δὲ κινδυνεύοντος περὶ ψυχῆς, οὐδὲ τῆς φωνῆς ἀνέχεσθε.* sic suo more ἐνθυμηματικῶς. his addit Schol. *ἄλλοι δὲ λέγουσιν, ὅτι Ἀθήνηθεν εἰς Δελφοὺς τὸν ὄνον ἐμισθώσατο. ὅθεν, φασὶ, καὶ αὐτὸς ὁ Δημοσθένης περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς φησίν.* Sed nos allusum esse censemus ad proverbium, non ipsum directe positum. Hæc divinatio nostra erat, quam ab Harpocratione firmatam postea vidimus, cujus hæc sunt: *Δίδυμός φησι τὴν περὶ τῆς ὄνου σκιᾶς παροιμίαν παραπεποιῆσθαι ὑπὸ τοῦ ῥήτορος λέγοντος, περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς.* quod sane verissimum est.

P. 149. 4. *πρὸς ἑκάστους καθ' ἕνα*] Ne quid ornatus huic oratiunculæ deesset, mirifice concludit eam enthymemate insigni: cujus quæ vis et ratio sit, quæ gratia, exponam pluribus: ut ante oculos habeant adolescentes, quod observent in hoc oratore atque aliis cum maximo fructu. Dem. [c. Mid. p. 532. R. s. cap. 16. ed. Spalding.] *εἶτα τὸν μὲν χορευτὴν οὐδ' ὁ προσκαλέσας κατὰ τὸν νόμον ἀζήμιος ἔσται,* [p. 191. ed. D.] *τὸν δὲ χορηγὸν αὐτὸν οὐδ' ὁ συγκόψας παρὰ πάντας τοὺς νόμους οὕτω φανερῶς, οὐ δώσει δίκην; προσκαλεῖν, in jus vocare.* Est et hoc non minus insigne enthymema rhetoricum, cui consimile est, neque egregium minus illud Pauli [Act. XXIII. 3.] *καὶ σὺ κάθῃ κρίνων με κατὰ τὸν νόμον, καὶ παρανομῶν κελεύεις με τύπτεσθαι;* *καὶ* ponitur *ἀντὶ τοῦ εἶτα.* Latina enim a Græca ducitur conjunctio. Virg. [Georg. II. vs. 433.]

> " Et dubitant homines serere atque impendere curam?"

*εἶτα ἀμφιβάλλομεν;* Hæc enthymemata conficiuntur ex contrariis. in Demosthenis autem plura sunt contraria. majora enim et minora atque etiam relata præsertim apud rhetores pro contrariis habentur. contraria sunt *κατὰ τὸν νόμον καὶ παρὰ πάντας τοὺς νόμους*, relata *χορευτὴς καὶ χορηγὸς*, minora et majora *ὁ προσκαλέσας καὶ ὁ συγκόψας.* Sic vides in hoc, quod habemus præ manibus, *συχνὰ τὰ ἐναντία*, videlicet *τὸ πρὸς ἑκάστους καθ' ἕνα, καὶ τὸ πρὸς ἅπαντας, τὸ περὶ τῶν οἰκείων καὶ ἀναγκαιοτάτων, καὶ τὸ περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς.* item *τὸ ἤδη καὶ τὸ νῦν.* illud enim præteriti temporis est, ut grammatici docent. postremo *τὸ οὐτωσὶ προσενηνέχθαι*, id est, *tam pacifice*, *καὶ πολεμῆσαι.* Quintilianus [lib. VIII. cap. V. p. 721. s. ed. Burm.] "Enthymema quoque est omne quod mente concipitur: proprie tamen dicitur quæ est sententia ex contrariis, propterea quod eminere videtur inter cætera, ut Homerus poeta, urbs Roma. pro Ligario, Quorum igitur impunitas, Cæsar, clementiæ tuæ laus est, eorum te ipsorum ad crudelitatem acuet oratio?" hæc Fabius. Atque eadem fere M. Tullius [in Topicis, c. 13.] "Ex hoc illa rhetorum sunt ex contrariis conclusa, quæ illi enthymemata appellant. non, quod non omnis sententia proprio nomine enthymema dicatur: [p. 192. ed. D.] sed ut Homerus propter excellentiam commune poetarum nomen efficit apud Græcos suum; sic quum omnis sententia enthymema dicatur, quia videtur ea, quæ ex contrariis conficiatur, acutissima, sola proprie nomen commune possidet." Bene acutissima. his enim, quum loco ponuntur, nihil festivius, nihil acutius. Hermog. [Invent. lib. III. cap. I. p. 68. ed. Sturm.] *καὶ μὴν καὶ τῶν ἐπὶ τούτοις ἐνθυμημάτων ἐμοὶ παρευρεθέντων, ἐφ' ὧν τὸ ἀκρότατον τῆς δριμύτητος παρὰ τοῖς ἀρχαιοτέροις εὑρίσκεται.* sic lego, non *ἀφ' ὧν. δριμύτης, acumen, acrimonia.* Sed quum Cicero et Fabius ante eum hæc notarunt, quos constat antiquiores fuisse, quomodo gloriatur suum esse hoc *παρεύρεμα*? Non ipsa enthymemata Hermogenes apud oratores primus animadvertit. nam neque Aristoteles ea nesciebat, ut mox docebimus. sed hoc Tarsensis ille princeps omnium vidit, non esse hæc *ἐνθυμήματα, ἐπιχειρήματα* (sic enim appellant argumenta) sed *ἐπεξεργασίας τῶν ἐπιχειρημάτων*, quæ ducuntur vel ab exemplo, vel a majore, vel minore, vel pari, vel simili, vel contrario. Quod verum esse, locus ille contra Midiam evidenter ostendit. *τῷ γὰρ ἀπὸ τοῦ ἐλάττονος ἐπιχειρήματι* illud enthymema subjunxit. Sed Hermog. *τὰ ἐπιχειρήματα* sumi vult *ἐκ τῶν περιστάσεων*, quæ sunt bæ, *τίς, τί, ἕνεκα τίνος, πῶς, πότε, ποῦ. ἐργάζεσθαι δὲ* ex illis locis, quos enumeravi. tum inferri *τὰ ἐνθυμήματα.* Sic enim ille artifex [III. de inv. p. 114. ed. Sturm.] *ἐργάζεται δὲ πᾶν ἐπιχείρημα ἀπὸ τούτων, ἃ δοκοῦσί τινες εἶναι ἐπιχειρήματα, οἷον ἀπὸ παραβολῆς, ἀπὸ παραδείγματος, ἀπὸ μικροτέρου, ἀπὸ μείζονος, ἀπὸ ἴσου, ἀπὸ ἐναντίου.* Sed sive hæc argumenta dicenda sint, sive exornationes argumentorum, in re nihil interest, de nomine omnis controversia exsistit. [p. 193. ed. D.] In illo quidem contra Midiam loco, si placet inquirere, nullum ex aliqua circumstantia præcessisse argumentum reperies, cujus *ἐργασία* sit *ἀπὸ τοῦ ἐλάττονος*, sed ex eo, quod minus erat, principale argumentum trahi. deinde subnecti, tanquam *ἐπεξεργασίαν, τὸ ἐνθύμημα*, quod retulimus. Novisse autem Aristotelem hoc quoque enthymema, non solum illud, quod

Fabius ex illo rhetoricum syllogismum vocat, ex his lib. II. Rhetorices [c. 23. §. 69. ed. Schrader.] manifestum est: *οἷον τόδε τὸ ἐνθύμημα, εἰ φεύγοντες μὲν μαχώμεθα, ὅπως κατελθωμεν, κατελθόντες φευξούμεθα, ὅπως μὴ μαχώμεθα*; nihil hoc fingi potest *δριμύτερον*. *κατελθεῖν* est exsulem, qui in patriam redeunt. *κάθοδος, reditus*. Neque hic philosophus hoc in præceptis modo notavit, sed ipse etiam, ut est omnium elegantiarum magister, concinnum et rotundum enthymema confecit, loquens de iis, qui pretio magistratum emunt [Polit. II. cap. X.] *ἐθίζεσθαι δὲ εὔλογον κερδαίνειν τοὺς ἀνουμένους, ὅταν δαπανήσαντες ἄρχωσιν. ἄτοπον γὰρ, εἰ πένης μὲν, ἐπιεικὴς δὲ, βουλήσεται κερδαίνειν, φαυλότερος δ' ἂν οὐ βουλήσεται δαπανήσας.* hic primum est *ἐπιχείρημα ἀπὸ τῶν ἐναντίων. τὸ γὰς κερδαίνειν καὶ τὸ δαπανᾶν ἐναντία*. Deinde *ἐνθύμημα καὶ ἐξεργασία*. Et hoc suum inventum esse Hermogenes merito gloriatur. hanc enim *τεχνολογίαν* ante eum nemo vidit, ne Cicero quidem. Fabius certe *τὰ ἐνθυμήματα* inter figuras et ornamenta dicendi retulit: et sane nullum est ornamentum orationis insignius. Sed hoc sciendum est, non omnia enthymemata esse *ἐπεξεργασίας τῶν ἐπιχειρημάτων*, sed quædam absoluta sunt, ut ita dicam, quæ per se constant, [p. 194. ed. D.] neque ullam habent ad antecedentia relationem: cujusmodi sunt illa exempla Ciceronis in Topicis [c. 13. extr.] " Hunc metuere: alterum in metu non ponere. Eam quam nihil accusas, damnas: bene quam meritam esse autumas, dicis male mereri: hoc quod scis, prodest nihil: id quod nescis, obest." et hæc Pauli, quæ, qui vir his quoque in literis fuerit apostolus, declarant [Rom. VI. 2.] *οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ*; et [Gal. II. 14.] *εἰ σὺ Ἰουδαῖος ὑπάρχων, ἐθνικῶς ζῇς καὶ οὐκ Ἰουδαϊκῶς, πῶς τὰ ἔθνη ἀναγκάζεις Ἰουδαΐζειν*; Sed agedum (hunc enim locum perpolire ad unguem statuimus) hoc genus Cicero dicit tertium esse dialecticorum concludendi modum secundum Stoicos. ait enim [c. 13. §. 54.] " Cum autem aliqua conjuncta negaveris, et his alia negatio rursus adjungatur, et ex his primum sumpseris, ut quod relinquitur, tollendum sit: is tertius appellator conclusionis modus. Ex hoc illa rhetorum sunt ex contrariis conclusa, quæ illi enthymemata appellant." Hæc perobscura sunt: sed appositione exemplorum fient illustriora. Utemur autem primum ipsius Ciceronis exemplis. " Cum aliqua conjuncta negaveris," ut, Hunc metuis, alterum in metu non ponis. " et his alia negatio rursus adjungatur," ut, Non et hunc metuis, et alterum in metu non ponis. " et ex his primum sumpseris," At hunc metuis. " ut quod relinquitur, tollendum sit:" Ergo et alterum in metu ponis. per affirmationem enim negatio tollitur. Non id quod scis, prodest, et quod nescis, non obest. at quod scis prodest. ergo quod nescis, simul obest. vel sic, Non quod et nescis obest, et quod scis nihil prodest. at obest quod nescis. ergo quod scis juvat. contra Sophocleum illud [in Ajace, vs. 554.] *τὸ μηδὲν φρονεῖν ἥδιστος ξίος*. [p. 195. ed. D.] Tale est illud Demosthenis [pro Corona, p. 229.] *οὐ γὰρ δήπου Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν δι' ἐμὲ, ἐμὲ δ', εἴπερ ἐξελέγχειν ἐνόμιζεν αὐτὸν, οὐκ ἂν ἐγράψατο*. primo fuit ex contrariis enthymema, *Κτησιφῶντα μὲν διώκει δι' ἐμὲ, ἐμὲ δ' αὐτὸν οὐκ ἐγράψατο. τὸ γὰρ διώκειν καὶ τὸ γράφεσθαι* sunt idem, *accusare et persequi*. quare *τὸ οὐκ ἐγράψατο, ἀντίφασις* est *τοῦ διώκει*. erant igitur repugnantia et non consentanea, neque ejusdem hominis, quæ fecit Æschines. Sic autem hoc enthymema fit syllogismus tertio concludendi modo. ut Cicero docuit. non Ctesiphontem potest persequi propter me: me ipsum autem si convincere se posse speraret, non accusasset. at Ctesiphontem mei causa persequitur. ergo me quoque accusasset, si rem peragere se posse confideret. Sic enim Cicero [in Topicis, c. 13. §. 53.] " Non et legatum argentum est, et non est legata numerata pecunia. legatum autem argentum est. legata igitur numerata pecunia." Hæc, ut locum Ciceronis involutum explicaremus. nunc redeamus ad id, quod agitur. Hermogenes argumenta sumi docet *ἀπὸ τῆς παραβολῆς, ἀπὸ παραδείγματος*, etc. tum addi enthymemata. noster monet, pacem esse retinendam propter dulcedinem ejus et commoda, exemplis Thebanorum, quibuscum de Oropo bellaverant, Philippi, quicum de Amphipoli contenderant, Cardianorum, Byzantiorum, Mausoli, quorum omnium injurias, ne pacem violarent, patienter tulerunt. tum infert: Nonne igitur stultum et miserum est, *πρὸς ἑκάστους οὑτωσὶ προσενηνεγμένους περὶ τῶν οἰκείων καὶ ἀναγκαιοτάτων, πρὸς ἅπαντας περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς πολεμῆσαι*. [p. 198. ed. D.] Vides in hoc enthymemate *ἐξεργασίαν* communem post quinque argumenta *ἀπὸ παραδείγματος*. Dominus quum a Judæis reprehensus esset, quod ægrum curando sabbatum pollusisset, primum a re simili facinus purgat. Vos, inquit [Joann. VII. 22. s.] ex lege hominem sabbato circumciditis. tum addit *ἐνθυμηματικῶς*: *εἰ περιτομὴν λαμβάνει ἄνθρωπος ἐν σαββάτῳ, ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος Μωσέως, ἐμοὶ χολᾶτε, ὅτι ὅλον ἄνθρωπον ὑγιῆ ἐποίησα ἐν σαββάτῳ*;

Vides τὴν ἀντίθεσιν. Circumcisio vulnerat partem corporis: Christus totum hominem sanavit, atque integrum reddidit. Similiter post iniqui judicis viduæque importunæ parabolam, qua docet, semper instandum esse orationibus, subinfert [Luc. XVIII. 6. s.] ἀκούσατε, τί ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας λέγει; ὁ δὲ Θεὸς οὐ μὴ ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτός; Injustus judex vindicavit viduam propter ejus importunitatem. Deus, qui ipsa est justitia, non vindicabit suos ad se clamantes assidue. Multa ejusmodi reperiuntur in Christi sermonibus. Dem. [pro Corona, p. 267.] τὸ λαβεῖν οὖν τὰ διδόμενα ὁμολογῶν ἔννομον εἶναι, τὸ χάριν τούτων ἀποδοῦναι παρανόμων γράφη; M. Tullius [pro Milone, c. 16.] "Quem igitur cum omnium gratia noluit, hunc voluit cum aliquorum querela? quem jure, quem loco, quem tempore, quem impune non est ausus, nunc injuria, iniquo loco, alieno tempore, periculo capitis non dubitavit occidere?" Idem in eadem [c. 29.] "Fingite cogitatione imaginem hujus conditionis meæ: si possim efficere, ut Milonem absolvatis, sed ita, si P. Clodius revixerit. Quid vultu extimuistis? quonam modo ille vos vivus afficeret, qui mortuus inani cogitatione percussit?" [p. 197. ed. D.] Sed in primis hunc locum Ciceronis attende [pro A. Cæcina, c. 15.] "Quod si vi pulsos dicimus exercitus esse eos, qui metu ac tenui sæpe suspicione periculi fugerunt: et si non solum impulsu scutorum, neque conflictu corporum, neque ictu comminus, neque conjectione telorum eminus, sed sæpe clamore ipso militum, aut instructione aspectuque signorum magnas copias pulsas esse et vidimus et audivimus: quæ vis in bello appellatur, ea in otio non appellabitur? et quod vehemens in re militari putatur, id leve in jure civili judicabitur? et quod exercitus armatos movet, id advocationem togatorum non videbitur movisse? et vulnus corporis magis istam vim, quam terror animi declarabit? et sauciatio quæretur, quum fugam factam esse constabit?" Habes hic primo argumentum ἀπὸ παραβολῆς: deinde exornationem crebris enthymematibus: superiora enim videntur esse absoluta. nec Hermogenes videtur sensisse, omnia enthymemata esse ἐπεξεργασίας πεπλαβόντων ἐπιχειρημάτων, quum ait, καὶ μὴν καὶ τῶν ἐπὶ τούτοις ἐνθυμημάτων ἐμοὶ παρευρεθέντων. *super his*, inquit: scilicet argumentis, quasi sint alia, quæ non sequantur argumenta, quorum primam animadversionem sibi non tribuit. Dem. [ad Pantænet. p. 983.] καὶ τοῦθ' οὕτω τὸ δίκαιον ἐν πᾶσιν ἰσχύει, ὥστ' ἂν ἑλών τις τοῦ ἀκουσίου φόνου, καὶ φανερῶς ἐπιδείξας μὴ καθαρὸν, μετὰ ταῦτα αἰδέσηται καὶ ἀφῇ, οὐκέτ' ἐκβαλεῖν κύριος τὸν αὐτόν ἐστι. hactenus argumentum a similitudine. deinde hæc sequuntur: εἶθ' ὑπὲρ μὲν ψυχῆς καὶ τῶν μεγίστων, οὕτως ἰσχύει καὶ μένει τὸ ἀφεῖναι· ὑπὲρ δὲ χρημάτων καὶ ἐλαττόνων ἐγκλημάτων ἄκυρον ἔσται; μηδαμῶς. Sed quia priora verba obscura sunt, ex jure Atheniensium deprompta, egent interpretatione. [p. 198. ed. D.] Budæus: et usque adeo hoc jus in omnes valet, ut, si quis ob cædem non voluntariam alium arcesserit, atque adeo reum peregerit, manifestoque convicerit, deinde a reo placatus quoquo modo, culpam crimenque condonarit, ultra finibus patriæ expellere eum non possit. quia injuria remissa abolitaque exsuscitari denuo nequit. hæc postrema addidit a se, quæ verba sunt juris. Idem: αἴδεσις est *venia et misericordia*, et *personæ periclitantis respectus ac tuitio, ultionis animadversionisque remissio*, contra Ctesiphontem absoluta sunt illa Æschinis [p. 469. s. R.] ὁ γὰρ μισότεκνος καὶ πατρὸς πονηρὸς, οὐκ ἄν ποτε γένοιτο δημαγωγὸς χρηστός. οὐδ' ὁ τὰ φίλτατα καὶ οἰκειότατα σώματα μὴ στέργων, οὐδέποτε ὑμᾶς περὶ πλείονος ποιήσεται τοὺς ἀλλοτρίους. οὐδέ γε ὁ ἰδίᾳ πονηρὸς, οὐκ ἄν ποτε γένοιτο δημοσίᾳ χρηστός. οὐδ' ὅστις ἐστὶν οἶκοι φαῦλος, οὐδέποτ' ἂν ἐν Μακεδονίᾳ κατὰ τὴν πρεσβείαν καλὸς κἀγαθός. Hæc de Demosthene, quum lugere unicam filiam post diem septimum ab interitu desierat: cujus tamen in hoc animi constantiam Cicero laudat. [Tusc. III. 26. §. 63.] Atque hæc hactenus. πρὸς μὲν τοῦ Λακωνικοῦ τρόπου, τὸ τὰ βραχύτερα ἀεὶ περιτμᾶν, inquit Plato. [Legum IV. p. 721. t. II. Steph. p. 197. t. VIII. Bip.] ἔστι μέντοι καὶ ὅπου τὰ μακρότερ' ἂν ἕλοιτό τις. quod nos nunc necessario fecimus, quia semel voluimus hunc locum perpurgare, et studiosis hanc doctrinam ostendere ac reserare sane quam utilem ac fructuosam. atque haud scio an quicquam sit in Rhetoricis præclarius. hæc enim sunt illa Demosthenis fulmina, de quibus accepimus. *hastas* Tullius [de orat. I. 57.] *amentatas* vocat. hasta est ἐπιχείρημα. [p. 199. ed. D.] amentum, quo torquetur fortius, ἐνθύμημα. Est quidem hæc Ciceronis doctrina subtilis [in Topicis, c. 13. s.] quam videtur hausisse a Stoicis, qui conclusionis formam atque rationem faciunt omnia enthymemata, id est, syllogismum. Sed hac duntaxat in parte. πολλῷ καλλίων ἡ τοῦ Ἑρμογένους τεχνολογία.

B. G. WEISKII

ET

G. H. SCHAEFERI

ANNOTATIONES

# AD ORATIONEM DE HALONESO.

# BENIAM. GOTTHOLD WEISKII

# DISSERTATIO

# SUPER ORATIONE DE HALONESO.

Sicut aliqua vel ei medico habetur gratia, qui morbum leviorem justa medela persanarit; magna vero et insignis ei, qui aut præclaram corporis partem, quam alii scindere atque urere cupiunt, aut vitam hominis a ceteris desperatam potuerit conservare: ita profecto in his, quibus nos delectamur, studiis nonnulla quidem et ejus erit laus, qui particulam scriptoris antiqui, nævo laborantem, commode curarit; major autem et præstantior ejus, qui opus aliquod universum, ab egregii auctoris arte profectum, a criticorum levitate vexatum et condemnatum, salvum præstiterit. Quo studio vel impugnandi veterum opera vel tuendi nostrum maxime inflammatum videtur tempus. Namque ut in hoc totius orbis terrarum conflictu non urbium quarundam civitatumque exiguarum, sed imperiorum salus maximorum agitur, quum, quæ hodie florent, dejiciantur, quæ dudum perierunt, majora exsurgant, ita philologis nostris cupido videtur invassisse, jam non de rebus exiguis, sed de maximis, non de vi ac sensu verborum quorundam, sed de scriptorum optimorum, librorumque laudatissimorum auctoritate, nomine, salute inter se digladiandi.

Sed quemadmodum nuper Ciceronis, sic dudum Demosthenis aliquæ orationes in dubium sunt vocatæ, ita ut inter viros doctos non constaret, hicne an alius earum sit auctor. Quamobrem cum Demosthenem et eum, sine quo ille intelligi non potest, Æschinem delegerim, in quibus præ ceteris opera mea versaretur, illinc hujusce quoque libelli argumentum petere decrevi. Neque enim mirari satis possum, videns, illos oratorum veterum duumviros nunc fere ab omnibus negligi, orationes autem Ciceronis, qui ad illorum se exemplum conformavit, dominari in scholis et in manibus omnium versari. Quare si adolescentes, id quod sæpe animadverti, oratorem Romanum summis studiis amplectuntur, propterea quod in hoc genere oratorio juveniles animi vel orationis vi trahuntur, vel varietate rerum delectantur, vel argumentorum gravitate aluntur: qui illud minus futurum est in Demosthene atque Æschine? Nam nihil denique his deesse video, nisi aliquem, qui nonnullas eorum orationes, lectu præ cæteris jucundas et utiles, in unum redigat corpus, et argumentorum descriptione, tabella historica, brevi annotatione illustratas adolescentium usui commendet ac tradat. Quam laudem tanto fore intelligo majorem, quo pluribus et gravioribus rem implicari video impedimentis.

At ego nunc quidem de oratione ea, quæ *de Haloneso* inscribitur, disputare quædam decrevi, eamque orationem Demostheni, cui a compluribus abjudicatur, pro parte virili vindicare. Cujus controversiæ ut ratio, et qui dicitur, status causæ appareat, pauca sunt præfanda.

Philippus, Macedoniæ rex, Olymp. CIX. an. 2. archonte Pythodoto, ante Christ. nat. an. 343. legatos Athenas miserat epistolam ferentes, in qua primum de Haloneso insula loquitur, eamque profitetur se Atheniensibus *redditurum* quidem, si postulent, non esse, sed *daturum*, si orent; expulsis enim a se latronibus, qui Atheniensibus eam eripuissent, suam esse factam. Deinde alia quædam scribit, de quibus tum cum Atheniensibus contendebat: de judiciis mercatorum constituendis; de mari contra piratas tuendo; de primaria pacis conditione mutanda; de captivis reddendis; de Amphipoli denique et Cardia, quas urbes suas esse Athenienses, negante Philippo, affirmabant. Quarum rerum rationem nunc persequi nolo: ad nostram enim causam non magnopere pertinent; sed tamen nonnulla horum deinde, occasione oblata, explicabuntur.—Legati autem illi, qui has litteras ferebant, simul alia quædam, nobis ignota, Philippi nomine nunciabant. Quare oratores Atheniensium et ad literas illas et ad legatorum sermonem, priusquam decretum populi fieret, orationibus pro concione habitis responderunt.

Jam *primum* non potest dubium esse, *Demosthenem tum publice habuisse orationem hujusce fere, cujus hæc de Haloneso est, argumenti.* — Nam Demosthenes et nusquam non acerrime contra Philippum, illo quidem tempore, concionabatur, et his ipsis de rebus, quæ ista epistola atque hac, quam legimus, oratione continentur, aliis quoque in orationibus sæpe eum incusat; ut de capta Amphipoli et Potidæa, de Cardianis in tutelam a Philippo receptis, de turpi Philocratis pace auro Macedonico empta, de captivis non redditis: quarum querelarum plenæ sunt Demosthenis orationes. Denique, id quod familiam ducit, ab Æschine aliisque scriptoribus antiquis diserte traditur, Demosthenem maxime fuisse, qui non dandam, sed reddendam a Philippo flagitaret Halonesum.[1]

Deinde ne illud quidem in controversiam veniat, *hæc, quam nos legimus, de Haloneso oratio fueritne tum habita nec ne.*— Nemo enim id unquam dubitavit neque recentiorum neque veterum. Immo rhetores et grammatici veteres, ut deinde ostendam, sæpe hanc orationem ut genuinam commemorant. Nec vero in ea quidquam est, quod aut a sermonis Attici, qui tum erat, elegantia, aut ab historiæ veritate abhorreat. Immo ipsa illa orationis simplicitas, quam nonnulli Demosthene indignam ausi sunt dicere, atque hæc ab alia re ad aliam transeundi celeritas ostendit habitam esse in re præsenti orationem, non vani rhetoris esse declamationem multo post excogitatam. Huc accedit, id quod miror non animadvertisse interpretes, mancum quodammodo et imperfectum esse opus. Præfatur enim orator (p. 165. 6.) se primum ad epistolam Philippi, deinde ad ea, quæ legati dixerint, responsurum esse. Jam de epistola per totam loquitur orationem, legatos obliviscitur.[2] At hoc quidem declamatori accidere certe non potuit; Demostheni cur potuerit, paulo post videbimus.

Quare quum et hæc, quam legimus, oratio illa occasione fuerit composita, et similem Demosthenes necessario habuerit, restat ut probemus, *hanc, quæ exstet, esse illam Demosthenis orationem.*

Opponuntur mihi primum *auctoritates* virorum quorundam doctorum vel veterum vel recentiorum; deinde argumenta nonnulla, quæ dicuntur, interna.—Et horum quidem istorum, qui mihi adversari videntur, duo esse animadverto genera. Namque aut ‘aperte profitentur, hanc orationem sibi non videri Demosthenis, sed Hegesippi vel alius cujusdam,’ aut ‘ab aliis de auctore dubitari dicunt, suum judicium cohibent.’

E priori genere pauci sunt, et commemoratu vere dignus nonnisi unus, Libanius. Is enim ‘ periisse videri’ dicit ‘ Demosthenis de Haloneso orationem; hanc quidem non Demosthenis, sed Hegesippi se censere;’ neque id dicit modo, sed comprobare studet argumentis, de quibus deinde videbimus.[3] Idem tamen Libanius fatetur, se ea in re *criticorum antiquiorum* sententiam sequi; ceterum,

[1] v. Orat. de Hal. p. 165. 1—6. (ed. Nostr.) cf. Æschinis Orat. in Ctesiph. p. 475. Ἀλόννησον ἐδίδου (ὁ Φίλιππος)· ὁ δὲ (Δημοσθένης) ἀπηγόρευε μὴ λαμβάνειν, εἰ δίδωσιν, ἀλλὰ μὴ ἀποδίδωσιν. Athenæus tom. II. p. 359. (ed. Schweigh.) ἡμεῖς, ὦ Τιμόκρατες, ἀποδιδομέν σοι τὰ τῶν δεινοσοφιστῶν λείψανα καὶ οὐ δίδομεν, ὡς ὁ Καθωκίδης φησὶ ῥήτωρ Δημοσθένην χλευάζων, ὃς Φιλίππου Ἀθηναίοις Ἀλόννησον διδόντος συνεβούλευε μὴ λαμβάνειν, εἰ δίδωσιν, ἀλλὰ μὴ ἀποδίδωσιν, ὅπερ Ἀντιφάνης ἐν Νεοττίδι παιδιὰν θέμενος ἐρεσχελεῖ τόνδε τὸν τρόπον·

> ὁ δεσπότης δὲ πάντα τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς
> ἀπέλαβεν ὥσπερ ἔλαβεν· ἠγάπησεν ἂν
> τὸ ῥῆμα τοῦτο παραλαβὼν Δημοσθένης.

Deinde aliorum verba comicorum laudat, Alexis, Anaxilæ, Timoclis eadem de re Demosthenem irridentium. Illum autem Antiphanis locum et Plutarchus, in vita Demosthenis, commemorat, ita pergens: πρὸς τὸν ὑπὲρ Ἀλονήσου λόγον ὁ Ἀντιφάνης τοῦτ' ἐπέπαιχεν, ὃν Ἀθηναίοις Δημοσθένης συνεβούλευε μὴ λαμβάνειν, ἀλλ' ἀπολαμβάνειν παρὰ Φιλίππου.

Hinc patet Philippum, in epistola ad Athenienses Olymp. CIX. 3. data, Demosthenem maxime significare, quum dicit (v. Demosth. ed. Reisk. p. 162. l. 16.) διδόντος (ἐμοῦ) τὴν νῆσον, οἱ ῥήτορες λαμβάνειν μὲν οὐκ εἶων, ἀπολαβεῖν δὲ συνεβούλευον.

[2] Namque orator locum *de Cardianis*, qui orationis ultimus est, his incipit verbis p. 174. 13. περὶ δὲ Χερσονήσου ἃ ἐπιστέλλει πρὸς ἡμᾶς etc. i. e. *quæ in epistola scribit.* Hac enim significatione jam p. 165. 7. ἃ Φίλιππος ἐπέσταλκε, opposita erant illis, ἃ οἱ πρέσβεις λέγουσι. Undo patet ad finem orationis usque verba fieri de epistola illa, non de legatorum dictis.

[3] Libanius, argument. or. de Halon. ὁ δὲ λόγος οὐ δοκεῖ μοι Δημοσθένους εἶναι etc. et paulo post: ὑπάπτευσαν δὲ καὶ οἱ πρεσβύτεροι τὸν λόγον ὡς οὐ τοῦ ῥήτορος, καὶ πεφωράκασί γέ τινες ὄντα Ἡγησίππου etc. v. infra not. 19. not. 21. et not. 29.

qui isti fuerint, Callimachusne aliquis, an Zosimus, an Zeno, et qui alii feruntur de Demosthene olim esse commentati, id vero non dicit. Quam facile igitur fieri potuit, ut alicui veterum istorum aliquando aliquid de dubio nostræ orationis auctore excideret, ceteri autem, ut fit, vel verba ejus repeterent vel judicium quoque suum illius auctoritate falli paterentur! Hoc igitur et Libanio potuit accidere, si præoccupata mentis opinione ad judicium de hac oratione ferendum accederet.—At reliqui e veteribus duo, qui eam Demostheni abjudicant, Suidas et Etymologici Magni auctor, nec rationes addunt, nec suum judicium, sed aliorum verba scquuntur.[4] Idem et iis accidit, qui recentiori tempore opinionem illam sunt amplexi, sive cum dubitatione aliqua, ut Hier. Wolfius et Valesius, sive confidenter atque audacter, ut Faber: quorum nemo quidquam attulit, quo sententiam suam comprobaret.[5]

Alii complures controversiam hanc commemorant, ipsi nihil affirmant. Ita inter veteres Harpocration,[6] qui tamen alias hanc orationem simpliciter Demosthenis nomine laudat;[7] deinde Photius, qui, tametsi in neutram partem quidquam se dicit audere statuere, tamen multis verbis docet, hanc orationem, si vel maxime a ceteris Demosthenicis paululum discrepet, nihilo minus a Demosthene posse esse profectam.[8]

Et ejusmodi quidem lexicographus aut grammaticus si nihil de suo addit, nihil pro certo affirmat, minus equidem miror. At viri recentiorum temporum κριτικώτατοι, et nostro in oratore versatissimi, si, de hac re quum loquuntur, suum judicium reticent, qui aliud videntur, nisi auctoritatem Libanii aut nescio cujus metuere, ceterum, si quis Demostheni suum vindicet, non obstare? Ita Meursius, Kusterus, Gesnerus, Ruhnkenius, Morus, Taylorus, Reiskius certatim dicunt: 'controversa res est' vel 'dicitur Hegesippi;' nihil amplius.[9]

Hic auctoritatibus, quæ causæ meæ aut plane non adversantur, aut non graviter videntur adversari, alias opponam eorum, qui aut 'diserte Demostheni hanc oratio-

[4] Suidas: Ἡγήσιππος. οὗτός ἐστιν ὁ Κράβυλος ἐπικαλούμενος, οὗ δοκεῖ εἶναι ὁ ζ' Φιλιππικὸς, Δημοσθένει ἐπιγεγραφόμενος.—*Etymologicum Magn.* sub verbo Ἡγήσιππος eadem habet. Utrique, uno verbulo neglecto, *Harpocrationem* exscripserunt, de quo vid. not. 6.

[5] Hier. Wolfius ad Or. de Hal. p. 174. 13. "ἄ τε ἐπιστελλει. F. ἄ γε, nisi forte sit Hegessippi idiotismus inculcare τὸ τέ!"—Valesius ad Harpocrat. sub. v. ἔμμηνοι δίκαι: "Demosthenes, seu potius Hegessipus, ἐν τῷ περὶ Ἁλονήσου."—Faber ad Longin. p. 202. (ed. Toll.) "præstat uno verbo dixisse, orationem illam Demosthenis non esse; Hegesippi est. Id vidit ante me Wolfius, ego alias probabo." At non probavit.

[6] Harpocration: Ἡγήσιππος. οὗτός ἐστιν etc. ut apud Suidam, nisi quod Harpocr. dicit: οὗ δοκεῖ τισὶν εἶναι etc.—Idem sub v. Ἀλέξανδρος: οὗ Δημοσθ. μνημονεύει ἐν ζ' Φιλιππικῶν, (p. 173. 2.) εἰ γνήσιος ὁ λόγος, —. et sub v. Ἐλάτεια: τοῦ δὲ ῥήτορος πάλιν ἐν ἑβδόμῳ Φιλιππικῶν, (p. 172. ult.) εἰ γνήσιος.

[7] Harpocrat. v. Βούχετα: Δημοσθένης ἐν Φιλιππικῶν ἑβδόμῳ (p. 172. ult.) — v. Παυδοσία: Δημοσθένης Φιλιππικοῖς (ibid.) — v. Σύμβολα: πολλάκις ἐν τῷ ζ' Φιλιππικῶν Δημοσθένης. (p. 167. 7. 12.)

[8] Photius in Biblioth. p. 1465. ed. Hoeschel.: τινὲς μὲν οὖν τὸν περὶ Ἁλονήσου λόγον, ὃς καὶ κατὰ Φιλίππου ἐπιγράφεται δεύτερος· (lege ἑβδομος; facile enim notæ II et III potuerunt confundi) καὶ γὰρ πρὸς τὴν ἐπιστολὴν ὁ ῥήτωρ ἀνταγωνίζεται τοῦ (lege τὴν) Φιλίππου· τοῦτον οὐ φασιν εἶναι γνήσιον Δημοσθένους, καὶ τεκμηριοῦσθαι τὴν δόξαν αὐτῶν ἐπιχειροῦσι τοῖς ῥήμασί τε καὶ ὀνόμασι καὶ τῇ τῆς συνθέσεως ἁρμονίᾳ· πολὺ γὰρ ταῦτα λείπεσθαι τοῦ Δημοσθενικοῦ τύπου· ἀνειμένην τε γὰρ ταύτην εἶναι καὶ λελυμένην καὶ τῆς τοῦ ῥήτορος περὶ ταῦτα δυνάμεως ἐλαττουμένην τὴν φράσιν. (Libanium igitur ante oculos habuit, cujus ipsa verba refert. v. not. 21.) καὶ οἵ γε αὐτὸν ἀφαιρούμενοι τοῦ Δημοσθένους εἰς Ἡγήσιππον ἀναφέρουσι. ἐγὼ δὲ εἰδὼς πολλάκις καὶ λόγους διαφόρων γεγνητόρων πολλὴν ἔχοντας τὴν ὁμοιότητα καὶ διάφορον ἐχομένους λόγων τὸν αὐτὸν ἐγνωκότων γενήτορα· οὐ γὰρ ἀεὶ καθέστηκεν ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος κατὰ πάντα, ὥςπερ οὐδ' ἐν τοῖς ἄλλοις, οὕτως οὐδὲ κατὰ τούτους (adde τοὺς) λόγους ἡ ἀνθρωπίνη δύναμις, ἄλλως τε δὲ οὐδ' ἐν τοῖς καιριωτάτοις (lege κυριωτ.) τῶν ἰδιωμάτων τοῦ ῥήτορος· ἀλλὰ καὶ ταύτην ὁρῶν ἐπ' ὀλίγον τὴν διαφορὰν, οὐκ ἔχω θαῤῥεῖν ἀποφήνασθαι, εἴτε Ἡγησίππου πόνος ὁ περὶ Ἁλονήσου λόγος, εἴτε τῆς Δημοσθενικῆς ἐλάττωμα καθέστηκε φύσεως.

[9] Meursius Lectt. Att. III. 6. — Kusterus ad Suidam sub. v. Ἡγήσιππος — Gesnerus ad Quintilianum III. 8. 5.— Ruhnkenius Hist. Crit. oratorum Græcorum (ap. Reiskium vol. VIII. p. 156.) — Morus ad Longinum p. 210. — Reiskius in indice Demosth., sub verbis: Halonesus, Hegesippus, Callippus, Pax. — Tædet eorum verba describere, qui nihil novi afferunt.

nem tribuunt,' aut 'occasione data Demosthenicam appellant.'

Primo loco Dionysium Halicarnasseum nomino, qui quanquam fatetur hanc orationem e subtili genere esse ac tenui, Lysiacumque ingenium referre, tamen neque illo loco, ubi plerasque orationes enumerat Demostheni perperam adscriptas, nostram commemorat,[10] et clarissimis verbis dicit, Demosthenem hanc orationem, his, quæ et nunc leguntur, incipientem verbis, Pythodoto archonte, contra Philippi legatos habuisse.[11] Quod testimonium viri gravissimi nostroque in oratore versatissimi vel solum sufficit ad nostram opinionem fulciendam.

Sed qui passim orationem nostram addito Demosthenis nomine commemorant, (plerumque enim auctoris nomen, immo et orationis, omittitur,[12] ut fiebat in claris veterum operibus) illi sane magis ea re voluerunt declarare, quam intelligi jubeaut orationem, quam a quo putent eam auctore profectam. Sed tamen et hic alia est aliorum ratio. Nam si homines docti ac subtiles et in scribendo cauti maximeque in oratoribus antiquis triti, si Quintilianus, inquam, si Aristides, si Harpocration, hanc Demosthenis vocant orationem, non temere, sed consulto ita vocare videntur.[13] Ceteri autem si idem faciunt, ut Enstathius, ut Thomas Magister, hoc certe ostendunt, vulgo eam illius nomine tum temporis venisse, nec se omnino contra statuere: alioquin suppressuri nomen fuissent.[14]

Ad *alterum* venio genus argumentorum, quod jam non in aliorum auctoritate, sed in nostro est positum judicio, quodque ab ipsius orationis vel *sententiis et rebus* vel *dictione* repetitur. At hic antequam cetera commemoro, illud proponam, quo mirifice arbitror meam stabiliri causam.

*Solet Demosthenes locos olim a se expositos, quum in simile argumentum defertur, vel servatis iisdem verbis vel paucis mutatis retractare*, ita ut non modo versiculos paucos, sed plagellas aliquot continuas repetat, epicam ea in re, ut in multis, gravitatem simplicitatemque imitatus. Erat enim constantiæ oratoris nostri, ea, quibus nihil verius, nihil gravius dici posse intelligebat, quæque olim, quum a se dicerentur, magnam vim ad commovendos auditorum animos habuisse animadverterat, iterum proferre et sua quasi tueri. Facilius autem id magno conceditur oratori, variandæque orationis, si vellet, imprimis perito, quam alii cuivis. Quare neque Homero irascimur, qui tot sæpe versus continuos, paullo ante decantatos, iterum recitat, nec Xenophonti, qui multa ex Agesilao suo in Hellenica retulit, nec Ciceroni, si defendatur, hojus esse duas illas post reditum orationes, quarum ex altera tot res in alteram sunt translatæ. — Apud nostrum quidem, ut præteream sententiarum repetitiones breviornm, in quibus placuis-

[10] Dionysius περὶ τ. Δημοσθ. δεινότητος ed. Sylburg. p. 197. εἰ μέντοι ἔνιοι ψευδεπίγραφοί εἰσι λόγοι, ἀνδεῖς καὶ φορτικαὶ καὶ ἀγροικοι κατασκευαί, ὡς ἐν τῇ κατ' Ἀριστογείτονος β' etc.

[11] Dionysius ad Ammæum §. ι'. μετὰ Λυκίσκον ἐστὶν ἄρχων Πυθόδοτος, ἐφ' οὗ τὴν ὀγδόην τῶν Φιλιππικῶν δημηγοριῶν διέθετο πρὸς τοὺς Φιλίππου πρέσβεις, ἧς ἐστὶν ἀρχή. Ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐκ ἔστιν ὅπως αἱ αἰτίαι etc. — et ibid. p. 171. ὁ δὲ περὶ τὴν ἐπιστολὴν καὶ τοὺς πρέσβεις τοὺς παρὰ Φιλίππου ῥηθεὶς λόγος, ὃν ἐπιγράφει Καλλίμαχος ὑπὲρ Ἀλονήσου, ὁ τὴν ἀρχὴν ἔχων τήνδε· Ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐκ ἔστιν ὅπως αἱ αἰτίαι, ἃς Φίλ. αἰτιᾶται, ὅλος ἐστὶν ἀκριβὴς καὶ λεπτὸς καὶ τὸν Λυσιακὸν χαρακτῆρα ἐκμέμακται. ubi e contextu vides hanc orationem inter Demosthenicas referri.

[12] Ita v. c. Longinus et Hermogenes. vid. infra nott. 30. et 31.

[13] Quintilianus III. 8. 5. "Estne finitio apud Demosthenem: det Halonesum Philippus an reddat?" — Quæ Quintiliani verba ita sunt comparata, ut ille non Æschinis modo aliorumque de Demosthenis dicto sequi narrationem (v. not. 1.), sed ipsam orationem Demosthenis ante oculos videatur habuisse; quæ alia, nisi hæc de Haloneso, quam legimus, esse non potuit. Quintiliani enim tempore dudum eædem, quæ et hodie, non plures, exstabant Demosthenis orationes. — Aristides de dictione simplici p. 422. οὐ γὰρ εἶπε σχετλιάσας, ὥςπερ ὁ Δημοσθένης· δεινὸν γὰρ ἂν εἴη, εἰ αἱ παρὰ Φιλίππου πεμπόμεναι ἐπιστολαὶ —. v. nostr. or. p. 165. 5. — Harpocration sub vv. Βούκετα, Παυδοσία, σύμβολα. cf. not. 7.

[14] Eustathius ad Iliad. p. 324. lin. penult. (ed. Rom.) μέμνηται δὲ Πτελεοῦ καὶ ὁ Δημοσθένης, καὶ ζήτει ποίου. v. orat. de Hal. p. 174. 19. — idem p. 1015. l. 44. Δημοσθένους δὲ πρὸς πτέρναις Ἀθηναίοις τὸν ἐγκέφαλον ῥίψαντος etc. v. or. de Hal. p. 176. 7. cf. not. 33. — idem p. 62. l. 4. καὶ Δημοσθένης οὖν λέγει που περὶ Φιλίππου, ὡς, εἰ μὲν ἀποδίδωσι τὸν δεῖνα τόπον ὡς ἡμέτερον, κεκτήμεθα, εἰ δὲ δίδωσιν ὡς χαριζόμενος ἑκουσίως οἰκεῖόν τι, οὐ κεκτήμεθα· de quo Eustathii loco valet, quod modo ad Quintiliani verba monui. — Thomas Mag. sub v. σύμβολον: Δημοσθένης· συμβόλων οὐδὲν δέονται Μακεδόνες πρὸς Ἀθηναίους (v. or. de Hal. p. 168. 3.) καὶ πάλιν· ὁμολογούμενον ἐν τοῖς συμβόλοις καταττῆσαι. (v. ibid. p. 167. 12.)

se sibi Demosthenes videtur,[15] duo luculentissima sunt exempla, orationis de rebus Chersonesi, quæ fere omnis iterum legitur in Philippica quarta, et Olynthiacæ secundæ, cujus major pars recurrit in Oratione contra Philippi epistolam.[16] Quid multa? Hujusce rei specimen et in nostra oratione occurrit, cujus non modo leviora quædam similiter in aliis leguntur orationibus, v. c. p. 172. 8. ὃς τὴν χώραν, ἣν οἱ Ἕλληνες καὶ ὁ βασιλεὺς ὁ Περσῶν ἐφηφίσαντο ὑμετέραν εἶναι etc. cujus simile habes Philipp. III. p. 114. 26. ed. Reisk. Χερρόνησον, ἣν βασιλεὺς καὶ πάντες οἱ Ἕλληνες ὑμετέραν ἐγγνάσαιν εἶναι: — sed etiam locus gravitate sententiæ atque acumine illustris, nec verborum numero brevis, iterum legitur in ea oratione, quam nemo unquam dubitavit esse Demosthenis, hic, inquam, orat. de Haloneso p. 169. 14. οἳ οὐκ αἰσχύνονται Φιλίππῳ ζῶντες καὶ οὐ τῇ ἑαυτῶν πατρίδι, καὶ τὰς παῤ ἐκείνου δωρεὰς λαμβάνοντες οἴονται οἰκαδε λαμβάνειν, τὰ οἰκοι παλοῦντες: quæ eadem paucis additis occurrunt in oratione contra Philippi Epistolam p. 157. 7. ed. Reisk. οἳ τὰς παῤ ἐκείνου δωρεὰς οἰκαδε λαμβάνειν νομίζοντες, οὐκ αἰσχύνονται Φιλίππῳ ζῶντες, οὐδ' αἰσθάνονται πάντα καὶ τὰ τῆς πόλεως καὶ τὰ σφῶν αὐτῶν μικροῦ λήμματος πωλοῦντες.[17] Quid igitur? dicesne hoc casu factum esse? an Demosthenem aliena contra morem suum compilasse, et quæ Hegesippus aut nescio quis *multo ante* dixisset, ea in suam inculcasse orationem?[18] Quodsi dicas, grammaticum aut librarium illa potuisse alteri orationi affingere ex altera, primum hæc per se parum probabilis est suspicio, quæ si valeret, omnia fere possemus e medio avulsa contextu veteribus eripere, tribuere recentioribus: deinde istiusmodi homo si locum transscripsisset, accuratius etiam atque ita, ut ad unguem responderent, omnia repetiisset, non ut ea nunc leguntur, mutatis paucis atque additis. Quare hoc reliquitur, Demostheni arrisisse ea, quæ olim dixisset, diguaque esse repetitu visa.

Restat, quæ adversarii contra monent, ea ut refellere studeamus. Et de argumentis quidem ex *historia* petitis utinam non iterum nobis ambigua hominum ætatis mediæ auctoritas objiciatur! Nam quum auctor orationis de Haloneso pro-

[15] Ita Demosthenes quasdam imagines iterum iterumque adhibet verbis non mutatis, ut Olynth. II. p. 24. 6. ed. Reisk. ἐπὰν δὲ ἀῤῥώστημά τι συμβῇ, πάντα κινεῖται, κἂν ῥῆγμα, κἂν στρέμμα, κἂν ἄλλο τι τῶν ὑπαρχόντων σαθρὸν ᾖ, quæ ad verbum repetuntur in Orat. contra Phil. ep. p. 156. 1. et in orat. de Cor. p. 294. 21. — similem comparationem Olynth. III. p. 37. 24. ἃ τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικε· καὶ γὰρ οὔτ' ἰσχὺν ἐκεῖνα ἐντίθησι, οὔτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ, iterum habes in Procœmiis p. 1460. 2. — Aliarum ejusmodi repetitionum exempla hæc sunt: Olynth. III. p. 37. 2. ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος . . . ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε, ἀγαπῶντες, ἐὰν μεταδιδῶσιν θεωρικῶν οὗτοι etc. cf. orat. περὶ συντάξ. p. 175. 18. — tum Olynth. III. p. 37. 10. ἔστι δ' οὐδέποτ', οἶμαι, μέγα καὶ νεανικὸν φρόνημα λαβεῖν, μικρὰ καὶ φαῦλα πράττοντας· ὅπου' ἅττα γὰρ etc. cf. orat. π. συντάξ. p. 173. 22. sqq.; — denique Philipp. I. p. 43. 6. ἢ βούλεσθε, εἰπέ μοι, περιϊόντες πυνθάνεσθαι κατὰ τὴν ἀγοράν· λέγεταί τι καινόν; γένοιτο γὰρ ἄν τι καινότερον ἢ Μακεδὼν ἀνὴρ etc. quæ verbo non mutato iterantur or. in Phil. epist. p. 156. ult. cf. et Phil. IV. p. 137. 19. ὑμεῖς νῦν πυνθάνεσθε, τί ποιεῖ Φίλ.; ποῖ πορεύεται; et Olynth. II. p. 28. 26. ἡμῶν μελλόντων, καὶ ψηφιζομένων, καὶ πυνθανομένων. — Nec non huc ii pertinent loci, in quibus, licet non verba legantur eadem, at dicendi tamen et argumentandi ratio est simillima, ut orat. de Cor. p. 328. 27. τίς γὰρ συμμαχία σοῦ πράξαντος γέγονε τῇ πόλει; τίς δὲ βοήθεια . . .; ποῖαι τριήρεις; ποῖα βέλη; ποῖοι νεώσοικοι; τίς ἐπισκευὴ τειχῶν; ποῖον ἱππικόν; τί τῶν ἁπάντων σὺ χρήσιμος γέγονας; quibuscum compara orat. παραπρεσβ. p. 431. 29. ποῖος γὰρ ἵππος, ποῖα τριήρης, ποία στρατεία, ποία χορηγία; τίς χορός; τίς λειτουργία; τίς εἰσφορά; τίς εὔνοια; ποῖος κίνδυνος; τί τῶν ἁπάντων . . . γέγονε παρὰ τούτων τῇ πόλει;

[16] Orationis Philipp. IV. tria loca repetuntur ex illa de rebus Chersonesi, hæc: Phil. p. 134. 5. — 136. 7. ed. Reisk. ex or. de r. Chers. 99. 9. — 101. 3. deinde Phil. IV. p. 137. 6. — 138. 23. ex orat. de r. Chers. 101. 11. — 102. 21. deoique Phil. IV. p. 147. 11. — 150. 5. ex or. de r. Chers. 104. 1. — 106. 20. — Olynthiacæ II. autem tres plagellæ integræ (p. 22. 2. — p. 25. 22.) ita sunt in oratiouem contra Phil. ep. (p. 154. 16. — 157. 27.) translatæ, ut in sententiarum ordine et nexu fere nihil, in verbis pauca discrepent.

[17] Sententiam si spectes, conferri potest Or. de Cor. 241. 8. ed. Reisk. συμβέβηκε . . . τοῖς τἄλλα πλὴν ἑαυτοὺς οἰομένοις παλεῖν πρώτους ἑαυτοὺς πεπραικόσιν ἠσθῆσθαι. Nec dissimile est ibid. 332. 13. τὴν μὲν πόλιν διασύρουσιν ὥςπερ οὐχ ἑαυτοὺς διασύροντες, ὅταν τοῦτο ποιῶσιν.

[18] Oratio enim contra Phil. epist. habita est Ol. CX. 1. Theophrasto archonte, ante Christ. nat. an. 340. hæc autem de Haloneso, ut ante diximus, Ol. CIX. 2. hoc est, *tribus annis ante*. v. Taylor. in Schedis vol. I. p. cxxxii. cf. Corsini Fast. Att. tom. IV. p. 34. et 37.

fiteatur (p. 175. 17.), se Callippum παρανόμων accusasse, quod tulisset, Chersonesi quandam partem esse Cardianorum, non Atheniensium: Libanius narrat, non Demosthenem, sed Hegesippum accusationem illam instituisse; quo patere, hujus, non illius nostram esse orationem.[19] Sed quibus id narret fretus argumentis, quibus testibus, non dicit; decipi igitur potuit. Qui error quo facilius excusetur, age concedamus, Callippum ab Hegesippo fuisse accusatum: at potuit alia in causa ab eo accusari; potuit et in eadem illa, sed ita, ut Demosthenes libello exhibito causam institueret, Hegesippus autem oratione habita partes accusatoris peragereret.[20] Sed nolo balucinari in explicando Libanii errore; satis est patere, quot modis gigni error iste potuerit.

Duæ sunt prætérea res, quæ, si apparerent, nihil essent dubii relicturæ: nimirum si constaret Demosthenem aut legis de pacis formula mutanda, aut responsi ad Philippi epistolam hac oratione commemoratam fuisse auctorem. Noster enim orator et illam legem se dicit tulisse (p. 171. 10, 18. cf. p. 170. 2.) et de hoc responso jam se ad populum esse laturum profitetur (p. 176. 9.). Sed neutra de re, in tanto veterum silentio, quidquam pro certo potest constitui.

Quare, quoniam historiæ documenta nos deficiunt, age de orationis *indole* et *dictione* videamus: quæ anceps et lubrica est disputatio; nam ad sensum fere cuncta referuntur. Itaque Libanius omnino quidem affirmat, dicendi genos omnemque orationis conformationem languidam quandam sibi videri ac dissolutam, et a Demosthenis ingenio abhorrentem;[21] sed singula, quæ maxime displiceant, non commemorat, nisi unum, de quo deinde videbimus. Atque, ut verum fatear, mihi quoque, universam si spectes orationem, simplicioris illa et sedatioris ingenii videtur, nec tamen Demosthene indigna. Namque, ut Photius recte monet (v. not. 8.), cuncti fere scriptores aliquando paululum a semet discrepant, seu casus seu rei ratio ita tulerit. Maxime autem hoc fit in oratoribus, ubi permultum interest, quo tempore, quibus audientibus, qua de re dicant. Mirum igitur non est, si Demosthenes, quum tot de rebus tamque inter se diversis intra mediocre sine dubio temporis spatium dicendum esset, non tam concinna potuit uti orationis descriptione, nec tam libero sententiarum illustrium verborumque gravium devolvi flumine.

Huc accedit, quod in his, quæ leguntur a nobis, non audiuntur, orationibus multo plus interest, quomodo eæ conscriptæ sint, quam quomodo habitæ. Nam non modo in iis orationibus, quæ a scriba potius exceptæ, quam ab ipso oratore consignatæ videntur, multa facile potuerunt corrumpi, sed ipsi etiam oratores vel negligentius sua literis mandarunt vel diligentius poliverunt atque exornaverunt. Quare, sicut de Cicerone constat, eum orationes publice habitas deinde a foro regressum domi suæ esse commentatum, idem de Demosthene dubium non est. Nam et multa leguntur apud Demosthenem aliter scripta, quam habita fuerunt,[22] et quæ leguntur, pro commentandi diligentia sunt inter se diversa.[23] Potuit igi-

[19] Liban. in arg. or. de Hal. κατὰ Καλλίππου τοῦ Παιανιέως φησὶν ὁ τὸν λόγον γεγραφὼς ἀπεννοχέναι γραφὴν παρανόμων. φαίνεται δὲ οὐχ ὁ Δημοσθένης, ἀλλ' ὁ Ἡγήσιππος τὴν κατὰ τοῦ Καλλίππου γραφὴν ἐνστησάμενος.

[20] Itaque Hegesippus non γραφὴν ἐνστήσασθαι (ἀπενέγκαι, γράψασθαι), sed διῶξαι (κατηγορῆσαι) dici debebat. Sic, ut exemplo in vulgus noto utamur, Socratem, ut refert Max. Tyr. Diss. 9. Μέλιτος μὲν ἐγράψατο, Ἄνυτος δ' εἰσήγαγε, Λύκων δ' ἐδίωκε.

[21] Liban. l. 1. p. 164. 6. ὁ λόγος οὐ δοκεῖ μοι Δημ. εἶναι. δηλοῖ δὲ ἡ φράσις καὶ ἡ τῆς συνθέσεως ἁρμονία, πολὺ τὸν Δημοσθενικὸν πεφευγυῖα τύπον, ἀνειμένη τε καὶ διαλελυμένη παρὰ τὴν ἰδέαν τούτου τοῦ ῥήτορος.

[22] Ita Æschines commemorat quædam ex Demosthenis oratione παραπρεσβ., de Dionysii et Æschinis similitudine (Æsch. or. παραπρ. p. 194.), de mulieris Himerææ somnio (Æsch. ibid.), de Satyro, qui captivorum quorundam Atheniensium libertatem a Philippo impetraverat (ibid. p. 321.), quarum rerum nihil legitur in Demosthenis oratione παραπρεσβείας; unde Hier. Wolfius recte conjecit, Demosthenem judicii eventu edoctum quædam mutasse, quum orationem literis consignaret. Idem Demosthenes novas quasdam et inauditas dicendi formulas, quæ monstra et portenta orationis vocat Æschines (orat. in Ctesiph. p. 555. sqq.), magna ex parte ipse videtur ex orationibus suis exsculpsisse; neque erat, quod miraretur Dionysius Hal. (περὶ Δημ. δειν. p. 197. ed. Sylb.) se nihil ejusmodi legere in ulla earum, quæ exstarent, Demosthenis orationum. Quamquam fateor, multas ejusmodi mutationes non ipsi Demostheni, sed criticis veteribus esse tribuendas, qui quum in ceteros tum in nostrum pernicioso furore sunt grassati: de qua re Hermogenes p. 317. ἐκεῖνα, inquit, διὰ τὸ ἄγαν εὐτελὲς ὀβελίσαντές τινες ὑπεξείλοντο, ἴσως ὀρθῶς ποιοῦντες etc.

[23] Ita orationes παραπρεσβείας et in Midiam, quæ merito egregia eloquentiæ De-

tur fieri, ut Demosthenes hæc, quæ de Haloneso et de ceteris rebus ista occasione ad populum erat locutus, minus diligenter domi notaret, in eoque res magis quam dictionem spectaret. Quo posito nos neque ornamenta cuncta dicendi hac in oratione desiderabimus, et illud vitium, quod paullo ante commemoravi, excusabimus. Namque orator, quum professus esset, se primum ad epistolam Philippi, tum ad legatorum sermones responsurum (p. 165. 8.), tamen, de epistola illa postquam peroravit, statim transit ad legem ferendam de responso ad literas illas legatorumque sermones dando (v. not. 2.): sive quod Demosthenes refutata Philippi epistola simul etiam legatos quodammodo refutasse sibi videretur, sive scripto illo responso cuncta esset comprehensurus, sive alia denique causa finem imponere orationi juberet. Quod quum in habenda oratione accidisset oratori, necessario et in conscribenda accidit, siquidem omnia sic, ut in concione dixerat, lima non adhibita, exaravit.

Nec vero tamen Demosthenes unquam adeo suam deponere personam, alienam induere potuit, quin semper nativa ejus virtus emineret. Emicat illa vero ex hac ipsa, ni fallor, de Haloneso oratione. Multa insunt egregia, multa ejusmodi, quæ et gravitate atque acumine sententiarum et novitate dicendi non modo apta sint oratorum principi, sed ejus veluti propria. Dignum Demosthene illud est (p. 166. 19.): "irridet vos, nihil aliud, de insulis jubens litigare cum isto, qui navem Pella solvit:[24] vestræ enim opes, liberatrices Græciæ, si maritima loca tueri nequeunt, tum vero continente universa ultro deceditis." Dignum et illud p. 169. 6. "mari aiunt eum nihil egere; at iste, nihil videlicet mari egens, triremes ornat, navalia condit, classes emittere parat, impensasque non parvas in maritima facit pericula, præ quibus cuncta contemnit." Pauloque post p. 169. 14. "quos homines non pudet Philippo, non patriæ suæ, vivere; qui domestica dum vendunt, domum suam Philippi se dona deferre opinantur." Tum p. 172. 24. "Pheras cepit, præsidiumque arci imposuit, ut liberi videlicet Pheræi essent; Cassopiæ tres urbes, Pandosiam, Bucheta, Elatriam exustis agris vexatisque oppidis Alexandro, affini suo, tradidit. Næ ille egregie liberos cupit esse Græcos!" et p. 173. 17. "hisce literis magna se in vos beneficia prædicat collaturum. Beneficia hæc erunt: nec vestra vobis reddet, neque in terrarum orbe, quod donet vobis, invenietur: sed alia quædam regio, alia terra, ut videtur, compareat necesse est, unde nobis aliquid sit daturus." Denique p. 174. 7. "Captivos reddidisse omnes dicitur, is qui Carystium, hospitem reip. nostræ, quem efflagitaturi tres ad istum legationes misimus, talem virum tanto opere cupiit nobis condonare, ut occiderit, et ne sepulturam quidem justam concesserit!" — Sed parco plura congerere: hæc enim ipsa, quæ excerpsi, licet non per se demonstrent, a Demosthene hæc necessario esse profecta (nam et alius acute graviterque potuit scribere), at hoc tamen ostendunt, minime indignam illo auctore hanc esse orationem.

Similis, ut sententiarum, ita *dictionis* et *verborum* est ratio. Multa enim ex hac oratione possum commemorare, quæ verborum vel usu vel collocatione aut propria esse Demosthenis, aut frequentius apud illum, quam apud ceteros, videantur occurrere: cujus generis est v. c. transpositio ista verborum, ubi casus ab adjectivo aut participio pendens, ab eo disjungitur, interposito substantivo;[25] deinde usus pleonasticus pronominis demonstrativi, aliis

mosthenis monumenta censentur, tamen non sunt omnibus numeris absolutæ, neque ea diligentia, qua v. c. orat. de corona, perpolitæ, sed rudes quodammodo ex auctoris videntur commentariis excidisse. Photius p. 1468. (ed. Hoesch.) *μάλιστα ὁ κατ' Αἰσχίνου λόγος παρέσχεν αἰτίαν ἐν ὑπομνήμασι καταλελεῖφθαι, οὔπω τὴν ἐργασίαν ἀπειληφὼς τελείαν· διότι. . . . παρέθετο, ὅπερ οὐκ ἂν περιεῖδεν ὁ ῥήτωρ εἰς ἐξέτασιν ἀκριβεστέραν τῶν ἰδίων λόγων καταστάς.* Et paulo post ibid. *ὁ κατὰ Μειδίου καὶ κατ' Αἰσχίνου λόγος αἰτίαν ἔσχε τοῦ μὴ τὴν αὐτὴν κατὰ πάντα ἀρετὴν τῷ Δημοσθενικῷ συνδιασώσασθαι χαρακτῆρι. καὶ γὰρ ἐν τοῖς δυσὶ τούτοις λόγοις ἐκ διαλειμμάτων τινῶν ταῖς αὐταῖς ἐννοίαις ἐπιβάλλων, ἀμιλλᾶσθαι δοκεῖ πρὸς ἑαυτὸν ὥσπερ ἀσκούμενος ἀλλ' οὐκ ἐπ' αὐτοῖς ἀγωνιζόμενος τοῖς ἔργοις. διὸ καί τινες ἔφησαν, ἑκάτερον λόγον ἐν τύποις καταλειφθῆναι, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἔκδοσιν διακεκαθάρθαι.*

[24] *πρὸς τὸν ἐκ Πέλλης ὁρμώμενον*, contemtim. Similiter de Philippo Demosthenes in or. de cor. 247. 16. ed. Reisk. *ὁ ἐν Πέλλῃ τεαφεὶς, χωρίῳ ἀδόξῳ τότε γε ὄντι καὶ μικρῷ*, et in or. contra Phil. epist. 158. 5. *ὁ ἐκ Μακεδονίας ὁρμώμενος*. Idem de Alexandro dicebat: *ἀγαπᾷ ἐν Πέλλῃ περιπατῶν*, teste Æsch. or. in Ctes. p. 547.

[25] v. hac orat. p. 169. ult. *τὴν καταψευδομένην γνώμην τῶν πρέσβεων*, i. e. populiscitum, quod mentiebatur contra legatos: cf. v. c. Philippicam II. p. 67. 22. ed. Reisk. *ἡ προσοῦσα ἀδοξία τῷ πράγματι·* de reb. Chers. p. 95. 4. *τὰ παρόντα πράγματα τῇ πόλει·* de corona 301. 27. *ὁ κατειληφὼς κίνδυνος τὴν πόλιν·* ibidem 257. 29. *τὰ πεπραγμένα καλὰ τῇ πόλει·* et ibid. 294. 8. *ὅπερ δ' ἂν ὁ φαυλότατος καὶ δυσμενέστατος ἄνθρωπος ποιήσειε τῇ*

scriptoribus non ignotus, Demostheni tamen longe frequentissimus;[26] tum vis ironica particulæ γέ, iis maxime locis, ubi aliquid cum exclamatione et risu antecedentibus subjicitur;[27] denique aliorum quorundam verborum dicendique formularum singularis quædam significatio Demostheni præ ceteris dilecta, ut ἀφαιρεῖσθαί τινος τὸν λόγον (p. 165. 16.) i. e. *refutare, quæ aliquis dicit*;[28] — ut παρακρούεσθαι (p. 166. 5.) i. e. *decipere*, quod verbum noster, sicut et ἐκκρούειν, ab athletarum artibus petitum, ad fraudes atque, ut ita dicam, supplantationes oratorum solet transferre; — ut διοικεῖν τά τινος (p. 166. 6.) i. e. *clam alicujus res tueri*; — ut μηδὲν δεῖσθαί τινος (p. 168. 12. p. 169. 7.) i. e. *nolle, recusare aliquid*; — ut alia multa in hac oratione obvia, quæ Demosthenes ceteris in orationibus tam crebro usurpat, ut in istis tanquam in possessione sua videatur dominari. Sed nolo in his congerendis multus esse. Nam alii quoque oratores ea ipsa, quibus Demosthenes delectabatur, et potuerunt adhibere et nonnunquam adhibuerunt. Verumtamen parvula etiam hæc styli Demosthenici vestigia tanquam in cumulum videntur accedere illis, quæ ante proposui, argumentis.

Quodsi quis objiciat, occurrere etiam in hac oratione, quæ alias apud Demosthenem vel omnino non legantur, vel non hac significatione, ut ἐπιμιξίαι, *commercia hominum* (p. 168. 7.) ut ἐκκόπτειν, *expellere* (p. 166. 2.) mæ ego miror istos, qui pro auctoritate pronunciantes, "hoc non est Demosthenis, non Ciceronis," obliviscuntur, primum, quam multa illi in scriptis nunc deperditis usurpasse videantur, deinde, quam multa, si vel nunquam dixerint, potuerint tamen dicere.

Sed unus est locus, qui Libanio quidem adeo displicet, ut vel ob hunc solum Demosthenis nomen detrahendum orationi censeat. Is locus hic est (p. 176. 4.) ὅσοι δ' Ἀθηναῖοι ὄντες μὴ τῇ πατρίδι ἀλλὰ φιλίππῳ εὐνοιαν ἐνδείκνυνται, προσήκει αὐτοὺς ὑφ' ὑμῶν κακοὺς κακῶς ἀπολωλέναι, εἴπερ ὑμεῖς τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτάφοις καὶ μὴ ἐν ταῖς πτέρναις καταπεπατημένον φορεῖτε.[29] — Quæ si tam stolta, tam humilia, tam contumeliosa essent, quam iste vult, primum non video, cur Hegesippo potius tribuantur, qui tamen minus vehemens orator, quam Demosthenes, et minus in dicendo audax fuit, id quod ipse Libanius significat. Deinde, si ferri illa non possent, quæ possunt ferri, cur non pauca verba expungere, ut alinnde illata, mallemus, quam universam orationem damnare? Sed non ita est. Primum illa verba commemorantur a rhetoribus et grammaticis antiquis, vel sine Demosthenis nomine, ut a Longino,[30] vel adjecto etiam illo, ut ab Eustathio (v. not. 14.) deinde non commemorantur modo, sed

πόλει, τοῦτο πεποικκὼς ἐξήτασαι: ubi jungendum δυσμεν. τῇ πόλει, ποιήσειε autem, præeunte cod. Aug. 1., delendum.

[26] v. hac orat. p. 169. ult. τὴν καταφ. γνώμην τ. πρέσβ., ταύτην ὑμᾶς χειροτονῆσαι, et p. 174. 8. ὃς τὸν Καρύστιον . . . . τοῦτον τὸν ἄνδρα ἐκείνος οὕτω σφόδρα ὑμῖν ἐβούλετο χαρίσασθαι· cf. v. c. orat. in Aristogit. I. p. 775. 10. ed. Reisk. τοὺς ἐπὶ τοῖς ἥκιστα δεινοῖς ὠφλικότας, τούτους ἀφιέναι δεῖ· et orat. de cor. p. 242. 5. ὁ μάλιστα φυλάττων . . ., οὗτος περιποιεῖ etc.; similiter ibid. p. 245. 2. et p. 280. ult., et or. in Midiam 522. 20. et sæpe.

[27] vid. hac orat. p. 173. 2. σφόδρα γε βούλεται τοὺς Ἕλληνας ἐλευθέρους εἶναι· cf. Philipp. III. p. 128. 2. ed. Reisk. καλήν γε οἱ πολλοὶ ἀπειλήφασιν Ὠρειτῶν χάριν· et orat. παραπρεσβ. 421. 1. ἀξιόν γε (οὐ γάρ;) ἦν Σόλωνος αὐτῷ μεμνῆσθαι. Cf. et orat. de corona p. 257. 10. et hac orat. p. 83. 26.

[28] Sic orat. Philipp. III. p. 114. 9. ed. Reisk. καὶ γὰρ ἂν ἀβελτερώτατος εἴη . . ., εἰ τῶν παρ' ἑαυτοῦ μισθοφορούντων τοὺς λόγους ἀφέλοιτο, et or. παραπρ. 447. 15. ταῦτ' οὖν μαρτύρων, ταῦτ' ἐλέγχων ἔτι δεῖται μειζόνων; ταῦτ' ἀφαιρήσεταί τις ὑμῶν; — In ceteris nolo morari. Exemplis si quis eget, vel Reiskii indices copiam eorum suppeditabunt.

[29] Libanius arg. or. de Hal. p. 164. 8. καὶ μὴν καὶ τὸ ἐπὶ τέλει ῥηθὲν οὐ μικρὸν μαρτύριον τοῦ νῦν εἶναι τὸν λόγον· εἴπερ . . . φορεῖτε. ὁ μὲν γὰρ Δημοσθένης εἴωθε παῤῥησίᾳ χρῆσθαι· τοῦτο δὲ ὕβρις ἐστὶ καὶ λοιδορία μέτρον οὐκ ἔχουσα. εὐτέλεια δὲ αὐτῷ δεινὴ παρέσεστι κατὰ τὴν ἑρμηνείαν. πρὸς δὲ τούτοις καὶ εὐηθές τι νομίζεται τὸ ἐν τοῖς κροτάφοις ἔχειν τοὺς ἀνθρώπους τὸν ἐγκέφαλον. (Aliqui codd. habent εὐηθ. τὸ νομίζειν ἐν τοῖς etc.; lege εὖ τὸ νομίζειν τινὰ, ἐν τοῖς etc., ut patent, unde istud νομίζεται τὸ sit ortum.)

[30] Longinus περὶ ὕψους ed. Mori p. 210. in capite περὶ ὑπερβολῶν, init. * * στοι καὶ αἱ τοιαῦται· εἰ μὴ τὸν ἐγκέφαλον ἐν ταῖς πτέρναις καταπεπατημένον φορεῖτε, quæ verba Tollius (suæ ed. p. 202.) ita vertit: *Sed et illæ sæpe periculo proximæ sunt* etc. Inimo sit supplenda est lacuna: ἄπιστοι καὶ etc. Per totum enim caput hoc docet, πίστιν in hyperbolis esse quærendam, fugiendam ἀπιστίαν. Quanquam igitur Longinus dictum istud non videatur probare, tamen inde neutiquam sequitur, Demosthenis illa esse cum non putasse.

tanquam exemplum audacter et graviter dicti laudantur, ut ab Hermogene.[31] Quid igitur? *Stultitiam*ne dicti Libanius vituperat? Sed non medicum habemus, qui sollicite quærat, sitne cerebrum in temporibus situm, nec ne; quanquam ne medicos quidem omnino id video negaturos; sed leginus oratorem, qui a vulgari ratione loquendi aut consulto interdum recedit, aut vi orationis inscius atque imprudens abripitur. An *insolentiam* igitur iste novitatemque dicti notat? Facile vero est, ut ait Cicero, dictum ardens reprehendere restinctis jam animorum incendiis. Nam Demosthenes quidem miris modis multa in verbis vel pangendis vel conjungendis novavit, ita ut monstra et portenta orationis Æschines ei exprobraret, alii autem passim eum hac de re irriderent.[32] An denique *contumeliam* in Athenienses et audaciam? Ea vero tanta est in Demosthene, ut vel insanos appellare præsentes reipublicæ cives non dubitet, nullamque prætermittat occasionem salse graviterque inertiam eorum ac stultitiam castigandi.[33]

Ceterum insolentia dicti etiam eo non parum lenitur, si memineris, similia proverbii loco quum cunctis in linguis tum apud Græcos scriptores sæpe occurrere.[34] — Addam unum, quod certis quidem argumentis nequit comprobari, at fieri tamen potuit. Fortasse Demosthenes hæc non tam suo nomine dicit, quam respiciens alius cujusdam de Atheniensibus dictum, quod nunc ne inertia sua comprobent, jubet cavere. Cui suspicioni videtur hoc aliquo modo suffragari, quod orator subito et inopinato in sermonem sedatiorem hoc acerbioris animi dictum infert. Sed tamen, ne quis putet me huic conjecturæ nimium tribuere, in iis, quæ ante dixi, acquiesco.

Nunc, quoniam Demostheni opus suum studui vindicare, par esse censeo, nævos quosdam illo indignos, ab editoribus ultimis vel relictos vel auctos, pro viribus sanare, maximeque, ubi a Reiskiana vel lectione vel interpunctione recedendum putem, ostendere, paucaque, ubi res feret, interpretandi causa adjicere.

[31] Hermogenes *περὶ ἰδεῶν* lib. 1. c. 7. (ed. Sturm. p. 82.) *ἔννοιαι τοίνυν εἰσὶ τραχεῖαι πᾶσαι αἱ τῶν μειζόνων προσώπων ἐπιτίμησιν ἔχουσαι ἀπαρακαλύπτως, ὥσπερ τό· εἶπες τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτάφοις, ἀλλὰ μὴ ἐν ταῖς πτέρναις καταπεπατημένον φορεῖτε.*

[32] Sic Eratosthenes *παράβακχον*, comicorum aliquis *ῥοποπερξηθραν* eum vocarunt, teste Plutarcho in vita Dem. — Æschin. in Ctes. p. 551. *οὐ μέμνησθε αὐτοῦ τὰ μιαρὰ καὶ ἀπίθανα ῥήματα . . . , ἀμπελουργοῦσι τινὲς τὴν πόλιν, ἀνατετμήκασι τινὲς τὰ κλήματα τὰ τοῦ δήμου, ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα τῶν πραγμάτων, φορμοῤῥαφούμεθα ἐπὶ τὰ στενά, τινὲς πρῶτον ὥσπερ τὰς βελόνας διείρουσι; ταῦτα δὲ τί ἔστιν, ὦ κίναδος; ῥήματα ἢ θαύματα;* ubi pro *πρῶτον* corrigere quidam volunt *πρωκτὸν*, et sensu et constructione refragante; ego malim *πραγμάτων*, quod verbum abbreviaturis solebat corrumpi, i. e. *certi homines reip. administrationem veluti acubus trajectis constringunt;* deinde *τί* pro *τίνος* scripsi, sensu probante, præeunte H. Stephano, ipsoque, ut videtur, Cicerone, qui Græca sic exprimit in Oratore c. 8. *quærit* (Æschines) *ab ipso, cum quidem eum belluam appellat, utrum illa verba, an portenta sint.* — Similiter istam dicendi insolentiam Demostheni Æschines objicit in or. in Ctesiph. p. 461. et or. *παραπρεσβ.* p. 206. qua de re conqueritur Demosth. de corona p. 269. 15.

[33] v. c. Philipp. III. p. 124. 24. ed. Reisk. *εἰς τοῦτο ἀφῖχθε μωρίας ἢ παρανοίας, ἢ οὐκ ἔχω τί λέγω* etc. In oratione de reb. Chers. p. 98. 22. inducit Græcas civitates sic Athenienses allocuturas: *ὦ πάντων ἀνθρώπων φαυλότατοι* etc. eosdemque ibid. p. 106. 14. vocat *ταπεινοὺς καὶ τῇ, ὧν προσήκει, παρασκευῇ καταγελάστους.* Acerbissime autem eos irridet Olynth. III. p. 37. 3. *ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι καὶ περιῃρημένοι χρήματα καὶ συμμάχους ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε, ἀγαπῶντες, ἐὰν μεταδῶσι θεωρικῶν ὑμῖν ἢ βοΐδια πέμψωσιν οὗτοι· καὶ, τὸ πάντων ἀνανδρότατον, τῶν ὑμετέρων αὐτῶν χάριν προσοφείλετε* etc.

[34] Sic Homer. Iliad. XV. v. 280.

*τάρβησαν, πᾶσιν δὲ παραὶ ποσὶ κάππεσε θυμός.*

ubi Eustathius (p. 1015. l. 44.) *ἰστέον δέ, ὅτι, Ὁμήρου παρὰ ποσὶ ῥίψαντος θυμὸν Ἀχαιοῖς, Δημοσθένους δὲ πρὸς πτέρναις Ἀθηναίοις τὸν ἐγκέφαλον, ἡ κωμῳδία σκώπτουσα τοὺς σχηματιζομένους φιλοσοφίας λόγῳ σεμνοπροσωπεῖν εἰς τὸ μέτωπον αὐτοῖς ἐπιγράφει τὸν νοῦν.* — Sic Latine et similiter ceteris in linguis *animi cadere* dicuntur.

# WEISKII ET SCHAEFERI ANNOTATIONES AD ARGUMENTUM ORATIONIS DE HALONESO.

P. 164. Περὶ Ἀλονήσου] Fluctuat scriptura inter Ἀλόννησος et Ἀλόνησος, ut omnino in his compositis variatur. Simplex ν̄ prætulit Schweighaeuserus in Athenæo t. II. p. 359. V. eius Animadverss. t. III. p. 279. Duplex placuit Boissonado ad Rufum p. 78. "Apud Æschinem adv. Ctesiphont. p. 475. R." inquit "pro Ἀλόννησον Cod. Coislin. 249. habet Ἀλόννησον. Reiskius curavit, ut ubique Πελοποννήσιοι geminato ν̄ exararetur: cur non simili modo exaravit omnia vocabula cum νῆσος composita?" Cum duplici legitur in Anecd. Bekk. p. 136. 12. et 16. Schaefer.

— 3. Ἀθηναίων ἀρχαῖον κτῆμα] P. 177. 2. Chersonesum Thracicam Libanius dicit Ἀθηναίων κτῆμα ἀρχαῖον. Euripides Med. 48. παλαιὸν οἶκων κτῆμα δεσποίνης ἐμῆς. ubi parum intelligo quid Porsonus voluerit, cum hoc notaret: "Nutricem alloquitur tanquam vilissimam supellectilis partem." Nihil enim inest in versu Euripidis, quod contemtum indicet. Conf. Hecub. 607. ἀρχαία λάτρι. Iphig. Aul. 873. Musgr. οἶδά σ' ὄντ' ἐγὼ παλαιὸν δωμάτων ἐμῶν λάτριν. Servum autem dici κτῆμα nemo mirabitur, cum dominus dicatur ὁ κεκτημένος. Idem.

— 6. ὁ δὲ λόγος — εἶναι] Idem multis aliis placuit. V. Anecd. Bekk. p. 375. 27. Reisk. in Ind. Geogr. p. 609. Valckenar. Diatr. de Phil. Maced. p. 253. 270. Orell. ad Isocrat. π. τ. ἀντιδ. p. 305. qui Hegesippo* tribuit, et Schneider. ad Xenophont. de Vectig. p. 148. b. Mihi quoque hæc oratio capitali Demosthenis ingenio videtur indignissima. Idem.

— 12. αὐτῷ] αὐτῶ, referendum ad τοῦτο, neutrius est generis. Idem.

— ibid. καὶ εὔηθές τι — ἔχειν] Mihi placet εὔηθες τὸ νομίζειν ἐν —. Neque opus τινὰ inseri, quod placuit Weiskio Dissertat. p. 430. Idem.

— 14. ὄντα Ἡγησίππου] V. Etymol. M. e. 418. 47. et Photius c. 50. Idem.

— 18. λαμβάνειν — ἀπολαμβάνειν] V. p. 162. 16. Athenæus t. II. p. 359. Schw. et Tzetzes Exeg. in Iliad. p. 122. 22. Idem.

# ANNOTATIONES AD ORATIONEM DE HALONESO.

P. 165. 1. Ἄνδρες Ἀθηναῖοι — αἰτιῶνται] Citat Dionysius Halic. t. VI. p. 994. sic ut præponat ᾽Ω. Pariter sine hac particula legitur Ἄνδρες δικασταὶ initio Leptineæ p. 457. 1. V. Gersdorfium in nota addita Rüdigeri Dissertationi p. 130. Schaefer.

— ibid. οὐκ ἔστιν ὅπως — συμφερόντων] Tolle interpunctionem post αἰτιῶνται et post κωλύσουσι, interpunge post λέγοντας. Sensus enim et ordo verborum hic est: *Fieri non potest, ut crimina, quæ Philippus infert in oratores justa coram vobis defendentes, impediant, quo minus consilio vobis adsimus.* Reiskianæ interpunctioni imprimis verbum ἡμᾶς obstat. Weisk. Sic etiam Augerus. Commatis signum in Reiskiana post κωλύσουσι positum delevi. Schaefer.

— 12. οὔτε τότε λαβεῖν] Dele τότε, quod Reiskius, qua est audacia, de suo addidit. Conf. observata ad p. 172. 19. Intelligitur istud τότε non modo ex re, sed etiam e verbo opposito νῦν, et e vi temporis præteriti, quæ inest in aoristo. Sic mox p. 167. 15. καὶ λαβεῖν καὶ κεκτῆσθαι, *et cepisse et habere.* — Ceterum [φησὶ] λαβεῖν — ἔχειν i. e. *se cepisse — se tenere;* ne subaudias cum Reiskio ὑμᾶς. Weisk. Posterius verissimum, erravitque Reiskius, cum locum censeret reformandum. Sed prius addubito: cum enim νῦν sequatur, videtur adverbium quod illi respondeat inserendum esse. Schaefer.

— 16. τοῦτον δὲ — ἀφελέσθαι] V. Ind. Græc. p. 97. Non minus recte et aliquanto magis e Græcorum consuetudine poterat scribi: τοῦτον δὲ τὸν λόγον μὴ εἶναι δίκαιον οὐ χαλεπόν ἐστιν αὐτοῦ ἀφελέσθαι. V. Heindorf. ad Platon. Sophist. p. 426. Scripsisse autem me μὴ εἶναι, non οὐκ εἶναι, nemo mirabitur, qui didicerit talium

enuntiationum rationem syntacticam, quæ in recta oratione, quali Orator usus est, poscit *οὐ*, in obliqua *μή*. V. not. ad p. 125. 1. IDEM.

— 4. *Φίλιππος δ' οὐκ ἀγνοεῖ ταῦτ', οὐ δίκαια λέγων*] Tolle interpunctionem. Sensus est: *non nescit, se illa non justa dicere.* — *ταῦτα* pertinet ad verba p. 165. 12. *οὐ γὰρ ὑμετέραν οὖσαν οὔτε λαβεῖν οὔτε νῦν ἔχειν.* WEISK.

— 6. *τἀνταῦθα διοικήσειν*] Nec *πράγματα* subaudiendum, neque *ὑπὲρ αὐτοῦ*. Non attendit Reiskius quæ continuo sequuntur: *ὡς ἂν αὐτὸς ἐκεῖνος βούληται.* SCHAEFER.

— ibid. *μελλόντων*] Verborum *παρακρουσθῆναι — πραττόντων* ordo non recte procedit. Quare Reiskius *μελλόντων* jubet ejici: primum hoc audacter; deinde, illud si fiat, ad *πραττόντων* deesse non possit *τοῦτο*. Leni medela locum sanabis, si legas: *μελλόντων, τῶν, ὅσ' ἂν αὐτὸς* etc. i. e. *deceptum iri vos putat ab hominibus res Philippi nostra in urbe acturis, qui cuncta, quæ ille vult, et dudum sunt polliciti, et nunc moliuntur.* Nam et *ὅσ' ἂν* atque *ὡς ἂν* facile confunduntur, et articulus ab antecedente syllaba sæpissime absorbetur. Amat autem noster articulum a verbo suo sic disjungere, ut h. l. in verbis *τῶν, ὅσ' ἂν βούληται, ὑπεσχημένων* factum est. V. c. de reb. Chers. p. 106. 15. ed. Reisk. *τῷδ', ᾧν προσήκει, παρασκευῇ.* de cor. p. 276. 10. *τοὺς, ὑποιουσδήποθ' ὑμεῖς ἐξεπέμπετε, στρατηγούς.* orat. *παραπρ.* p. 341. 4. *τοὺς, ὅτε ἐκληροῦσθε, ἐνοχλοῦντας.* ibid. p. 346. 13. *τῶν, ὅτε τὴν εἰρήνην ἐποιεῖσθε, λεχθέντων*, ibid. p. 349. 13. *τὴν, ὅτ' ἀδωροδόκητος ὑπῆρχε, πρεσβείαν.* ibid. p. 399. 22. *τῆς, οἵα παρ' ὑμῖν ἐστὶ, πολιτείας.* WEISK. Sanissima est vulgata: id quod jam Augero uncos recte amoventi suboluit. Verba *καὶ πρὶν — πραττόντων* sunt appositio, quam seorsum intellectam sic resolve: *οἳ καὶ πρὶν ὑπέσχηνται* [subaud. *πράξειν*], *καὶ νῦν δὲ πράττουσι.* SCHAEFER.

— 9. *ὅτι δ' ἀμφοτέρων*] Vulgata ferri possunt. Malim tamen *ὅτι δή*, sublata post *ὀνομάτων* interpunctione, ita ut *ἀμφ. τ. ὀνομ.* ab *ὅποτ.* pendeat. WEISK. In librorum scriptura nihil est quod offendat. Ceterum v. Lennep. ad Phalar. p. 100. b. SCHAEFER.

— 12. *δεδωκέναι*] *δοῦναι* Ald. Tayl. Hoc verum, siquidem *ἀποδοῦναι* recte habet. Sed vide ne hoc mutandum sit in *ἀποδεδωκέναι*, coll. not. ad p. 170. 4. IDEM.

— 18. *διαδικάζεσθαι*] Codd. fere omnes recte habent *διαδικάσασθαι*: nam de uno eoque certo judicio h. l. sermo est. WEISK. Conf. p. 162. 21. ed. Reisk. SCHAEFER.

— 20. *τὸν ἐκ Πέλλης ὁρμώμενον*] Nihil aliud quam *Pellæum*. Non probo Weiskii interpretationem Diss. p. 429. IDEM.

— 21. *εἰσίν. ὁπότε γὰρ*] Verbo *πρῶτον* nullum respondet *δεύτερον* s. *ἔπειτα*, et tamen apparet hoc dici: *irridet vos, judicio rem de Haloneso transigi jubens: primum enim de insulis ridiculum foret Athenienses, maris dominos, cum Macedone litigare; deinde terram continentem videremur sic ultro concedere.* Quare pro *εἰσίν· ὁπότε γὰρ* scribe *εἶΘ' ὁπότε γ' ἄρα*, i. e. *deinde si quidem opes vestræ nequeunt* etc. Post *ἐκείνου* interpunge; ubi cum esset *εἰσὶ* supplendum, mirum non est *εἶΘ'* (i. e. *εἶτα*) corruptum esse: quo facto facile scribebatur *γὰρ*, ut aliqua certe esset membrorum copula. Notum est, *πρῶτον μὲν —, εἶτα —*, omisso plerumque *δὲ*, dici: v. c. orat. in Aristocr. p. 668. 2. in Timocr. p. 702. 23. et 705. 29. ed. Reisk. Sic et *ἔπειτα*. Conf. Hoogev. in Doctr. Part. Gr. t. I. p. 662. et Schaeferi Meletemm. Critt. Spec. I. p. 61. Verbum *ἄρα* autem in *ὁπότε γ' ἄρα* vim suam tenet dubitandi, quin sic se res habeat; ut in *εἴπερ ἄρα, ὡς ἄρα* etc. WEISK. Tutissimum videtur Augerum [qui dedit *εἰσίν. ἔπειτα δὲ, εἴ γε ἡ δύν.*] sequi. SCHAEFER.

P. 167. 3. *ἐπιδείκνυτε*] *ἐπιδείκνυτε* est correctio Obsopœi elegans, at non necessaria. Restitue e codd. *ἐπιδείκνυται*. WEISK. *ἐπιδείκνυτε* etiam Auger. idemque placuit Tayloro. Weiskio *ἐπιδείκνυται* qui potuerit probari, non intelligio. SCHAEFER.

— 7. *συμβόλων*] V. Etymol. M. c. 734. 22. Photius c. 405. et Thomas Mag. p. 818. s. IDEM.

— 10. *ἐπανενεχθῇ*] Fortasse melius e quibusdam codd. scribetur *ἐπαναχθῇ*. Nam *ἐπαναφέρειν* non occurrit, opinor, ita ut significet *provocare ad aliquem, causam ad superius tribunal referre* (*ἐφιέναι*); at *ἐπανάγειν* et *ἀνάγειν* ita dicuntur, v. c. Aristot. Polit. l. 4. *ἀλλ' ἐπαναγέσθω πάλιν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας.* — Quod autem orator dicit, Philippum pacta hæc de mercatorum judiciis ideo velle constitui, ut Potidæa jure a se videatur capta, id quale sit, non patet. Captam enim a Philippo esse Potidæam (Olymp. CV. 3.), et a Diodoro Sic. XVI. 8. et ab oratore nostro narratur (v. Olynth. I. p. 11. l. 17. p. 12. l. 27. Olynth. II. p. 19. l. 29. Phil. II. p. 70. l. 10. Aristocr. p. 659. l. 5. ed. Reisk.): qua causa, quo prætextu, nusquam additur. Quare conjicio, Potidææ aliquid accidisse, cur Athenienses ii, qui eam urbem tenebant, litem intenderent mercatoribus Macedonicis; horum autem fraude factum esse, ut judicium non Potidææ, sicut debebat, (nam illo tempore, ubi querimonia orta erat, ibi judicabatur: v. hanc de Haloneso orat. p. 79. 25. sqq.) sed apud Philippum institueretur; quo Potidæenses damnavit, bonis exsuit, et urbem eo-

rum occupavit. Quod Philippus ut defenderet, hanc nunc voluit legem sanciri, ut in Macedonia in jus vocarentur mercatores Macedonici ab Atheniensibus, Athenis Athenienses a Macedonibus. Weisk.

— 12. ὁμολογούμενον — καταστῆσαι] Citat Thomas M. p. 819. Schaefer.

P. 168. 1. βεβαιώσασθαι] Non vidit Reiskius, sublata post ξεβαιώσασθαι interpunctione, jungenda esse verba ὅτι οὐτ' ἐγκαλεῖτε αὐτῷ τἀδικήματα. Dicitur enim ἐγκαλεῖν τινί τι, v. c. de male gesta legat. p. 352. 29. in Bœot. de dote mat. p. 1014. 9. ed. Reisk. Weisk. Add. v. 3. Jam Wolfii scholium poterat Reiskium in rectam viam ducere. De discrimine inter medium βεβαιώσασθαι h. l. et activum βεβαιοῦτε p. 167. 15. v. Ind. Græcit. Schaefer.

— 8. ἐφ' ἡμῖν γὰρ ἦν ἡ Μακεδονία] Augerus: *Nam nostræ potestati subdita erat Macedonia.* Perperam, neque de tali Atheniensium in Macedoniam imperio cogitandum, si verum est discrimen, quod inter εἶναι ἐπί τινι et εἶναι ὑπό τινι esse vult Orellius ad Isocrat. π. τ. ἀντιδ. p. 300. coll. p. 305. ubi noster locus citatur, post illumque Spohnius ad Isocrat. Panegyr. p. 79. cui assentitur Weiskius de Hyperb. I. p. 21. Mihi quidem res parum liquet, nec fortasse aliis liqaebit, qui contulerint Demosthenica p. 35. 7. omninoque meminerint vaniloquentiam illorum oratorum. Hoc satis certum, citeriorem Græcitatem illud discrimen ignorasse. Galenus t. V. p. 836. ed. Lips. ἵνα γὰρ μήτε ἐπὶ τοῖς πολεμίοις ὦμεν, ἢ ὅλως τοῖς πονηροῖς ἀνθρώποις, μήτ' ἐπὶ τοῖς θηρίοις, οἰκίας τε καὶ πόλεις οἰκοδομησάμεθα. Idem.

— 9. καὶ φόρους ἡμῖν ἔφερε] V. Boeckh. de Œcon. polit. Atheniens. t. I. p. 443. coll. Weisk. de Hyperb. I. p. 20. s. φόρους qui alio quam proprio sensu intelligunt, videntur errare. Idem.

— 22. ὑφ' ἡμῶν] Lege ex aliquot codd. ὑμῶν. Ea enim persona et in antecedentibus et in sequentibus adhibetur. Sic et p. 169. 5. malim ὑμετέραν, ut erat v. 3. Hæc in libris mss. confunduntur; nec mirum: oratores enim de republica loquentes promiscue alterutra persona utuntur. Quare primum vicina sunt circumspicienda, deinde, in his si nil momenti est, codicum auctoritate standum. Ita p. 172. 20. lege ἡμετέραν ob vicina, et p. 174. 7. ἡμῶν e codd. Weisk. ὑμῶν Auger. Recte. Schaefer.

P. 169. 2. ἀφ' ὑμῶν] Lege ἀφιστάναι ὑμῶν, deleta præpositione, quam complures codd. iique optimi omittunt. Weisk.

— ibid. μὴ μόνον — Θάσον] Lectio apend. Francof. et Ald. Tayl. ex interpretamento nata est. Pro τὰ αὐτῷ lege ταὐτὰ αὐτῷ. Idem.

— ibid. τοὺς φυγάδας τοὺς παρ' ἑαυτοῦ] Pro τοὺς παρ' ἑαυτοῦ repone e cod. Harl. τοὺς παρ' αὐτῷ. Weisk. Genitivus bene habet. V. not. ad p. 13. 17. Schaefer.

— 3. διακεκομικέναι] Sensus est: *non hoc satis habet, se exsules Thasiorum, qui apud ipsum in Macedonia fuerant, in patriam reduxisse, sed jam cupit ceteras etiam insulas suæ potestati subjicere.* Hinc patet, cur præteritum διακεκομικέναι adhibeatur, quippe in re præterita, non præsens διακομίζειν: id quod adeo vexavit Reiskium, ut mira audacia διακεκόμικε legendum et post νήσους addenduni ἐλπίζει suaderet. Jungi autem debet ἀξιῶν — μὴ μόνον — διακεκομικέναι —, ἀλλὰ καὶ — οἰκειώσασθαι, ne putes cum H. Wolfio et Reiskio hos infinitivos posse pendere ab ἄδειαν δοθῆναι. Tum enim scriptum foret vel συμπέμποντι, ut antea περιπλέοντι καὶ ὁρμιζομένῳ, vel συμπέμποντα. Quare ut loci ratio et nexus pateat, colo melius quam commate post ὑμῶν interpunxeris. — κεκομικέναι codd. omnes præter Bavar., qui habet διακεκομικέναι, unde verisimile est præpositionem affuisse. Lege κατακεκομικέναι, ita ut κατάγειν, κατιέναι, κατελθεῖν, κάθοδος, etc. dicantur de exsulibus in patriam reductis. V. Porson. ad Eurip. Med. v. 1011. Conf. Demosth. de cor. p. 248. 19. et 249. 18. Aristocr. p. 636. 24. et 660. 13. ed. Reisk. Weisk. Constructionem periodi, non intricatæ illius quidem, qualis visa est Reiskio, sed tamen paulo longioris, Weiskius probe intellexit. Sed quod legendum censet κατακεκομικέναι, non assentior. Mireris autem, Oratorem scripsisse διακεκομικέναι, non διακομίσαι, ut scripsit κατασταθῆναι, ὁμολογῆσαι, δοθῆναι, οἰκειώσασθαι. Horum enim infinitivorum omnium eadem est ratio: quippe significant res, non quæ factæ sint, sed quas Philippus fieri cupiat. Quæ ipsa causa est, cur v. 2. μὴ, non οὐ, legatur. Schaefer.

— 4. συμπέμπων] Immo vis sententiæ inest in præpositione. Weisk. Augeri vulgatam mutantis in πέμποντι, quod adeo in textum intulit, errorem notare vix attinet. Schaefer.

— 10. πρότιμᾶ] V. Photius c. 343. Idem.

— 16. οἰκαδε λαμβάνειν] Simpliciter est *rem familiarem augere.* Id tantum abest ut illi homines consequantur, ut etiam quæ prius possidebant disperdant. Conf. p. 157. 10. ed. Reisk. Idem.

— 17. περὶ δὲ τῆς ἐπανορθώσεως τῆς εἰρήνης κ. τ. λ.] Ordo verborum hic est: περὶ τῆς ἐπανορθώσεως, ἣν ἐπανορθώσασθαι ἔδοσαν etc. i. e. *De conditionibus pacis quas ut mutaremus, permiserunt* etc. (ut p. 84. 6. περὶ δὲ τοῦ ἑτέρου ἐπανορθώματος, ὃ

— ἐπηνωρθώσασθε) et deinde: ἀμφισβητεῖ μὴ δεδωκέναι, ὅ τι ἐπηνωρθωσάμεθα, i. e. *negat, se hoc concessisse, quod nos in pace novavimus.* Unde patet, Reiskium toto cœlo aberrare a vero, quum autumet, post πεμφθέντες esse λέγοντες inserendum, ad ἐπανορθώσασθαι supplendum Φίλιππον: id quod nec sensus nec verborum patitur conjunctio. Idem addit, ἐπανορθώσασθαι dici de re probabiliter futura: quasi vero scriptum esset ἐπανορθώσασθαι ἄν, ut p. 77. 26. ed. Reisk. παρακρουσθῆναι ἄν. Optativus enim et infinitivus aoristi, particula ἄν addita, futurum exprimunt, non item sine ἄν. Nec vero ἐπανόρθωσιν recte cum Reiskio *clausulam* appelles. Immo est h. l. *primariæ, qua pax convenerat, conditionis mutatio.* Nam Ol. CVIII. 2. auctore Philocrate hoc tanquam fundamentum pacis erat constitutum: ἑκατέρους ἔχειν ἃ ἔχουσιν p. 83. 12. *(beyde Theile sollten in dem Besitzstand, wie er jetzt, nach dem Kriege, war, bleiben)*: unde patet, cur orat. de pace p. 63. 15. dicatur, Amphipolim ex pace Philippo cessisse (conf. h. l. p. 82. 23. p. 83. 10.), Cardiam αὐτόνομον mansisse. Nunc vero, quum Philippus promissis quibusdam non stetisset, multaque in Thracia, in Phocide, alibi novasset, Athenienses, impetrata a Philippo pacis corrigendæ venia, Olympiade, ut videtur, CIX. 1. suasu oratoris nostri (h. l. p. 81. 15. 82. 25.) decreverunt, ἑκατέρους ἔχειν τὰ ἑαυτῶν p. 81. 3. *(es sollten beyde Theile in den Besitzstand vor dem Kriege zurückkrcten)*; quam conditionem Philippus ratam esse non jussit. Weisk. Jure vir doctissimus Reiskium castigat. Hoc unum in Weiskiana ratione displicet, quod junguntur ἀμφισβητεῖ δεδωκέναι, ὅ τι ἐπηνωρθωσάμεθα. Vere enim Augerus pronomen ὅ τι mutavit in particulam ὅτι. Idem locum sic vertit: *Jam de pacis emendatione, cujus emendationis legati ab eo missi licentiam nobis dederunt, quia id emendavimus, quod apud omnes mortales justum censetur, ut utrique sua teneant, eam se licentiam dedisse et de ea legatos ad vos dixisse negat.* Ad δεδωκέναι subaudias τοῦτο τὸ ἐπανόρθωμα. Schaefer.

— ibid. τῆς ἐπανορθώσεως — ἣν ἔδοσαν — ἐπανορθώσασθαι] Hac figura, Demosthenis parcius usurpata, noster Orator adeo abusus est, ut Gersdorfius hinc argumentum petierit, quo vinceret, orationem non esse Demosthenicam. Idem.

— 22. οὐδὲν ἄλλο ἢ πεπεισμένος] Phrasis satis nota, h. l. ideo notabilis, quod particulam sequitur participium. Idem.

— ult. ἐπαναγιγνωσκομένου] ἐπανεγνωσμένου probandum. Idem.

P. 170. 1. ταύτην] Probe intellexit, quam vim habeat hic usus pronominis, quem vulgo, sed perperam, dicunt mere pleonasticum. V. not. ad Dionys. Hal. de C. V. p. 106. et Melet. Crit. p. 84. Idem.

— 4. ἀπεστείλατε] ἀπεστάλκατε. Videne ἀπεστάλκατε ipsius sit Oratoris, cui perfecta multo magis, quam aliis scriptoribus aoristos præferentibus, videntur placuisse. V. ad p. 78. 6. 169. 3. 172. 2. 9. 174. 12. 175. 18. ed. Reisk. Idem.

— 6. ἐπὶ ξενίαν] Lege ἐπὶ ξένια. Sic in Æschin. παραπρεσβ. p. 326. legitur ἐκλήθην ἐπὶ τὰ ξένια μετὰ τῶν συμπρέσβεων, sine ulla librorum variatione aut dubitatione interpretum, et ibid. p. 223. κληθέντων ἡμῶν ἐπὶ ξένια, ut legit Taylor. et Henr. Stephan. in Thesauro. Sollemne erat legatis aliorum populorum abituris ξένια dare. Conf. Demosthen. παραπρεσβ. p. 393. 19. Weisk.

— 12. μνησθήσεσθε] μέμνησθε Auger. Male. Sed nec nostra scriptura videtur vera: Orator enim, opinor, dedit μεμνήσεσθε. Schaefer.

— 17. χρήματα ἐκεῖνον αἰτούντων] Hoc habet aliquid difficultatis. Dicitne hoc Philippus, oratores Athenienses criminationibus pecuniam a se velle extorquere, qua data sint taciturі? Sed sic Philippus ipse his verbis suspicionem daret, se corrumpere adversarios solere. Tum etiam vicina duo verba aliud exspectari jubent, ejusmodi aliquid: καὶ κακὰ ῥήματα ἐκεῖνον αἰτιωμένων. Weisk. Infelix conjectura. Oratores Philippo adversantes dicuntur sycophantæ, facile taciturі, si rex eorum silentium pecunia numerata emere vellet. Schaefer.

— 20. ἀποδέχεσθε] "Wolfius et Reiskius bene fecerunt (inquit Augerus), quod ex Aldo et Fel. acceperint ἀποδέχεσθε, quidquid contradicant codd. pene universi, apud quos legitur ἀπεδέχεσθε. Sed tunc mutandum erat ἤκουεν in ἀκούει, ut ego feci." Perperam. ἀπεδέχεσθε unice probandum. Idem.

— 22. ἐκέλευσεν — ἐπιτιμᾶν] Citantur in Anecd. Bekk. p. 136. 12. Idem. Coi ἐκέλευεν placet.

— 23. εἰρήνην] Immo τὴν εἰρήνην, ut Auger. Schaefer.

— ibid. λύειν] κωλύειν Aldina Taylori, append. Francof. Recte, opinor. Conf. v. pen. δι' οὗ ἡ μὲν εἰρήνη ἔσται. Idem.

P. 171. 11. [τοῦ]] Uncos recte amovit Augerus. V. p. 83. 2. ed. Reisk. Idem.

— 12. ἐκτήσασθε] ἐκέκτησθε malim. Idem.

— 18. ἔγραφον καὶ ἐξήλεγχον] Lege ἔγραψα καὶ ἐξήλεγξα, et l. 24. pro ἐψηφίζεσθε lege ἐψηφίσασθε, utrumque ob codd. consensum. Per se utrique erat tempori locus, si quidem aoristus rem simpliciter narrat, imperfectum autem ratione habita temporis certi et earum, quæ simul acci-

derunt, rerum. Weisk. Cum præcedat *γράφαν*, non *γράψας*, teneo ἔγραφον καὶ ἐξήλεγχον. Schaefer.

— 24. ἐψηφίζεσθε] Verum ἐψηφίσασθε. Placuit etiam Weiskio. V. not. ad v. 18. Idem.

— 29. τῆς δ' ἐπιστολῆς — ἐπιλέλησται] Citantur in Anecd. Bekk. p. 136. 17. Idem.

P. 172. 3. κἀκεῖνοι μὲν — ἔχει; — κέκτηται;] Post v. ἔχει et κέκτηται dele signa interrogationis. Neque enim Orator interrogat, sed utens ironia Macedonem perstringit. Sic etiam Augerus intellexit. Ironicum orationis colorem arguit ipsum illud ἀς ἔοικεν, quod eodem modo usurpatum legitur infra p. 173. 24. Idem.

— 5. πεφυλαγμένως — δίκαια εἶναι] Hæc sunt haud dubie ipsius Philippi verba, literis illis perscripta. Weisk. Non puto. Schaefer.

— 7. καταπεφρονηκέναι] Non scil. ὑμᾶν, ut vult Reiskius, sed scil. τούτων, i. e. τῶν δικαίων. Weisk. Fallitur. Subaudiendum, non addendum, ὑμᾶν, quod etiam Augero placet. Sic hoc verbum passim ponitur absolute. In Prœm. Demosthen. p. 1148. 8. ed. Reisk. ὅσῳ γὰρ ἂν μᾶλλον καταφρονήσωσι, τοσούτῳ θᾶττον ἁμαρτήσονται. Xenophon Cyrop. II. 4. 22. νῦν δ' — καταφρονεῖ. Quanquam vix repugnem, si quis in talibus locis quicquam oportere subaudiri neget: καταφρονεῖν enim ita positum nihil aliud videtur significare quam εἶναι φρονηματίαν, *fastu turgere, efferri*. Schaefer.

— 8. ὁ βασιλεὺς ὁ Περσῶν] ὁ βασιλεὺς Περσῶν Auger. Malim βασιλεὺς ὁ Περσῶν. Idem.

— 9. ἐψηφίσαντο καὶ ὡμολογήκασιν] Vide quam proclivis sit Orator ad usum perfectorum, posthabitis aoristis, quibus alii utuntur. V. not. ad p. 169. 3. Idem.

— 16. μὴ μόνον] Non jungenda, sed μὴ solum per se intelligendum, μόνον autem referendum ad sequentia, cum sit i. q. μόνους. Pusilla hæc res non animadversa quantum occæcaverit Wolfium, Reiskium et Augerum, v. in. not. ad v. 19. Idem.

— 19. οὐκ ἐν μέσῳ κεῖσθαι] Dele οὐκ, Reiskii commentum, quod tantum abest ut verum sit, ut, si vel in omnibus libris legeretur, tamen foret expungendum. Nam negatio, quæ est in particula μή, pertinet etiam ad verba τοὺς δὲ — ἀπόλλυσθαι, ita ut hic sit loci sensus: *justum putabant, non hoc, vos vestrosque socios pacem agere, ceterus perire, sed illud, omnes communi consilio conservari.* Quare melius ante τοὺς δὲ commate, ante ἀλλὰ colo distingues. Omnino eorum, quæ Reiskius de suo addidit, vicesima pars vera non est, recteque dicit Cl. Wolfius (in præf. ad orat. in Lept. p. VIII.) istum sua labe optimum scriptorem contaminasse. V. ad p. 77. 3. ed. R. Conf. quæ dixi ad p. 79. 11. et p. 80. 11. Weisk. Verissime vir doctissimus. Adde quod Reiskius inserendo οὐκ orationem fœdavit solœcismo: quæ si talem particulam addi posceret, addenda erat, non οὐκ, sed μή. Sed non solus Reiskius hic lapsus est. Wolfius: "ἡγούμενοι καὶ δίκαιον εἶναι — μὴ μόνον — τοὺς δὲ μήτε —. ἀναπαπόδοτον. Sequitur enim ἡ ἀπόδοσις post ἀπόλλυσθαι, quod membrum interjectum est." Falso. Non est oratio ἀναπαπόδοτος, sed omnia ejus membra recte et ordine cohærent. Fefellit autem Wolfium illud μὴ μόνον, quod sensu vulgari intellectum retulit ad ἀλλὰ καὶ v. 20. V. not. ad v. 16. Hæc autem ludus jocusque sunt, præut Augerus quæ sibi licita putavit. Is mirabili audacia, quam a tali homine nemo facile exspectaverit, locum inde a v. 16. sic scriptum edidit: οὐχ ἡγούμενοι δίκαιον εἶναι τοῦτο καὶ φιλάνθρωπον, ἡμᾶς μόνον καὶ τοὺς ξυμμάχους τοὺς ἡμετέρους, καὶ Φίλιππον καὶ τοὺς συμμάχους τοὺς ἐκείνου, ἄγειν τὴν εἰρήνην· τοὺς δὲ μήτε ἡμετέρους ὄντας, μήτε Φιλίππου ξυμμάχους, ἐν μέσῳ κεῖσθαι, καὶ ὑπὸ τῶν κρειττόνων ἀπόλυσθαι· ἀλλὰ καὶ τούτοις κ. τ. λ. Sensus quidem verus hinc nascitur: sed idem inest in scriptura librorum, quam nunc spero a nemine contractum iri. Schaefer.

— 20. ὑμετέραν] ἡμετέραν Auger. Recte. Probavit etiam Weiskius in not. ad p. 168. 22. Idem.

— antep. δὲ] Ironicum. V. Markland. ad Euripid. Supplic. 521. p. 114. ed. Dind. Idem.

P. 173. 1. εἰς τὰς πόλεις] Dele εἰς cum edd. Ald. et. Felic. βιάζεσθαι εἰς τινὰ hellenisticum videtur. Lucæ Ev. c. 16. 16. πᾶς εἰς αὐτὴν (τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ) βιάζεται. Vitium fortasse ita natum, ut primum, repetita, ut fit, ultima syllaba verbi antecedentis (πόλεις), scriberetur εἰσβιασάμενος, ut est in cod. Paris., deinde corrector aliquis præpositionem transponeret. Weisk. εἰς omisit Augerus. Melius additur: *irruptione facta in urbes*, non, *vi illata urbibus* s. *coactis urbibus*. Nihil in hac locutione hellenistici. Xenophon Cyrop. III. 3. 69. εἰ βιάσαιντο εἴσω. Schaefer.

— ibid. βιασάμενος] εἰσβιασάμενος Parisin. quintus. Videndum ne Orator hoc dederit. Passim enim utitur verbis compositis, ubi simplicibus defungi poterat. Sic p. 169. 4. συμπιέπων τοὺς συμπλευσομένους. Idem.

— 2. Ἀλεξάνδρῳ] V. Anecd. Bekk. p. 375. 25. Idem.

— 8. ἡμῖν] Præfero ὑμῖν. Idem.

— 11. τοσαῦτα ἀγαθὰ ἡμᾶς ποιήσειν] Harleianus Oratoris manum videtur ser-

vasse. Idem.

— 12. δῆλον ὡς — γενομένης δὲ τῆς εἰρήνης] Hæc Tiberius p. 42. sic citat: δῆλον γὰρ ὡς προκεχειρισμένων καὶ ἑτοίμων ὄντων τῶν ἀγαθῶν, ἐμέλλομεν ὑπ' ἐκείνου, τῆς εἰρήνης γινομένης· γινομένης δὲ τῆς εἰρήνης. Idem.

— 14. τῆς εἰρήνης γενομένης] γενομένης Reiskius e duobus codd. captans elegantiam ex repetito γενομένης, invito sensu. Restitue e ceteris codd. τῆς εἰρήνης ἐσομένης· γενομένης δὲ etc. i. e. *multa eramus bona nacturi, quamdiu pax erat futura; nunc, facta pace, illa abierunt, evaserunt, perierunt.* Weisk. ἐσομένης revocavit Augerus. Perperam: unice probandum enim γενομένης, quod tuetur etiam Tiberii scriptura leviter corrupta. Verte: *nimirum quasi in promtu parataque essent bona, quæ percepturi essemus, si pax convenisset.* Schaefer.

— 13. ἐκποδὼν] Aneed. Bekk. p. 244. 10. Ἐκποδών: ἀφανὴς, ἐκ μέσου. Idem.

— 20. εὐεργετήσει] εὐεργετήσειν præfeendum; ὡς auget. Verte: *profitetur se in vos collaturum beneficia quam magna!* Sic Odyss. II. v. 47. πατὴρ δ' ὡς [Recte in Homero editum ὡς, debuitque Weiskius hoc poetæ loco abstinere. Cum Homeri eis confer Herodotea III. 89. extr. quæ spectavit Schol. Cod. Ambros. Schaefer.] ἤπιος ἦεν. Quare Eustathius aliique Scholiastæ et Lexicographi ὡς sæpe per λίαν exponunt. Compara formulas ὡς σαφῶς, ὡς ἀληθῶς etc. Weisk.

— ibid. τὰ μέντοι εὐεργετήματα — αἱ δωρεαὶ ἔσονται] Citat Tiberius p. 34. sic scripta: τὰ μέντοι Φιλίππου εὐεργετήματα τοιαῦτα ἔσται· οὔτε τὰ ὑμέτερα ὑμῖν αὐτοῖς ἀποδώσει, οὔτε ἐν τῇ οἰκουμένῃ αἱ τιμαὶ ἔσονται. ad q. l. Boissonadus: "Vat. non μέντοι. Gal. non αὐτοῖς." Schaefer.

— 22. τῇ οἰκουμένῃ] H. l. de tota Græcia intelligendum, quam late patuit. Sic etiam p. 242. 1. Scholiastes ad Aristophan. Equit. 739. p. 586. ed. Dind. λοιμοῦ τὴν πᾶσαν κατασχόντος οἰκουμένην. V. L. Bos. Ellips. p. 431. Idem.

— 24. ὡς ἔοικε, τόπος] τόπος, ὡς ἔοικε Auger. Qui verborum ordo mihi magis placet. Idem.

— antep. ἐπιτρέπειν] V. Zonaras c. 847. extr. Idem.

P. 174. 1. τίνι ἡμέρᾳ] Lege e bonis codd. ποίᾳ ἡμέρᾳ. De industria enim, comparandi gratia, iisdem repetit verbis, quæ modo dixerat: τίνι μηνὶ καὶ ποίᾳ ἡμέρᾳ ἡ εἰρήνη ἐγένετο. Promiscue noster τίς et ποῖος solet jungere. Duo exempla luculenta et inter se simillima in Dissertat. attuli not. 15. extr. Weisk. Utrobique scribendum aut ποίᾳ ἡμέρᾳ aut τίνι ἡμέρᾳ. Schaefer.

— 5. πότερος πρότερος] V. de h. l. Commentar. in Aristophan. Comœd. VII. 1. p. 280. Idem.

— 7. ὑμῶν] ἡμῶν præstat. Præfert etiam Weiskius ad p. 168. 22. Idem.

— 8. ὃς] Frustra hic Reiskius audaces molitur correctiones. Bene omnia habent. Nam ἐκεῖνος, ut et cetera demonstrativa, post relativum pleonastice, ut aiunt, ponitur, ubi magna vis inest, ut Xenoph. Cyrop. I. 4. 19. οὐχ ὁρᾷς, ὅσον τὸ στῖφος τῶν ἱππέων ἕστηκε συντεταγμένον; οἵ, ἢν ἐπ' ἐκείνους ἡμεῖς ἐλαύνωμεν, ὑποτεμοῦνται πάλιν ἡμᾶς ἐκεῖνοι. Weisk.

— 9. ἔδωκεν] δέδωκεν non spernam. V. not. ad p. 170. 4. Schaefer.

— 13. ἅ τ'] Malim ἅ τινα ἐπιστέλλει. Nam, licet possit fortasse hoc, τε — ἔτι δὲ, excusari similibus locis, ut Sophocl. Antigon. 1096. τό τ' εἰκάθειν γὰρ δεινόν· ἀντιστάντα δὲ ἄτῃ πατάξαι θυμὸν ἐν δεινῷ πάρα, tamen vereor, ne tale anacoluthon abhorreat ab oratore nostro. Pro ἔτι δὲ καὶ cod. Harl. habet ἔτι δὲ μή. [fallitur. Schaefer.]. Hinc vera fortasse eruetur lectio: ἔτι μὲν ἃ πράττει —. Weisk. Frustra viri doctissimi laborarunt in corrigendo loco, qui est longe sanissimus. V. not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 193. a Schaefer.

—ibid. ταῦτ'] Refertur ad ἃ πράττει solum. Idem.

— 20. τοῦ βωμοῦ] Melius additur articulus. Arrianus Anab. I. 11. 13. ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ Διὸς τοῦ Ἑρκείου. Idem.

— antep. τουτὶ] Titulum nostrum omisit Augerus. Annotatio appendicis Francofurtanæ cur Reiskio obscura et suspecta fuerit, non intelligo. Scilicet alius librarius præscripserat titulum Ἐπίγραμμα ζωμοῦ. Idem.

— pen. Τόνδε καθιδρύσαντο κ. τ. λ.] Epigramma exstat etiam in Anthol. Palat. t. II. p. 264. V. Jacobsii not. p. 630. Idem.

— ult. Λευκῆς] Subaud. ἀκτῆς. Quæ ellipsis notanda. Idem.

P. 175. 1. ἀμμορίης] Verbum ἀμμορία Reiskius in Ind. explicat *immortalitas*, ut hic, puto, efficiatur sensus: *Ara hæc Jovi sacra signum est confinii; ipse autem immortalis est.* At hæc primum ad sensum non apte junguntur; deinde ἀμμορία non est *immortalitas*, sed i. q. δυστυχία, ut explicat Eustathius ad Hom. Od. XX. v. 76. ὁ γάρ τ' εὖ οἶδεν ἅπαντα, μοῖράν τ' ἀμμορίην τε καταθνητῶν ἀνθρώπων. Nam et ἄμμορος est i. q. ἀμέτοχος, δυστυχής. Unum Etymol. Magn. habet: ἀμμόριον, ἀθάνατον, cujus tamen auctoritas, exemplis destituta, non est quod nos moveat. Denique mirum dictu foret *immortalitatis medium esse*, pro *immortalem esse*. Quare censeo ἀμμορίης legendum esse cum spiritu, ut sit i. q. συνορίης, *confinii*. Henr. Stephanus in Thesauro: "ἀμορία, *confinium, junctos habere terminos*, τὸ ὁμορεῖν s.

ἀμορτῖν: *nam ὅμοροι et ἄμοροι dicuntur contermini, confines.*" Exemplum tamen non affert. At similia quidem non desunt, ut ἀμορβὸς, i. e. ὁ ἅμα τινὶ ὁρμῶν, ut explicat Suidas, unde ἀμορβεύειν et ἀμορμεύειν; tum ἀμαμπλὶς, ἀμάσυκος, ἀματροχία, ἄμιππος, et alia. Huc accedit, quod major ejusmodi epigramma tum, quam justi poematis, est licentia vel in rhythmo vel in verbis pangendis conjungendisque. Quare nec verbi usum rariorem nec productam duplicata litera syllabam mirabimur. Aptus autem nascitur sensus:

*Hancce deo posuere insignem ornatibus aram,*
*Leuces et Ptelei qua media ora foret,*
*Indigenæ, signum campis; confinia namque*
*Rex superum medius Juppiter ipse tenet.*

Jam patet verbi μέσος apto repetiti concinnitas: *velut ara ista, sic ipse Jupiter medius est in confinio, præsentique numine adest.* Weisk. ἀμμορίης pro ὁμορίης ex hoc loco in Lexic. retulit Schneiderus. Jacobs. Reiskii interpretationem reprehendit etiam Seagerus in Diar. Class. LII. p. 236. "Jovem," inquit, "immortalitatis μέσον esse, quid ad argumentum hujus epigrammatis faciat, me non intellegere fateor. Legendum puto ἀμορίης. ἀμορία est *confinium*. Ara Jovis inter Leucam et Pteleum posita, Jupiter ipse per figuram medium confinium tenere dicitur." Mihi, ut Augero [qui subaudit ἕνεκα, et explicat *discretionis causa*, i. e. ut agri discernantur], vulgata placet. ἀμορία, *disjunctio*. Opp. συμμορία, *conjunctio*. Jam Wolfius sensum vocis perspexit, qui nollem de eo dubitasset. Schaefer.

— 8. ἔσω] Hoc loco, sed memoriter, opinor, citato, utitur Lobeckius ad Phrynich. p. 128. Idem.

— 13. ἐγκτήματα — κτήματα] V. Anecd. Bekk. p. 251. 1. 260. 4. et Valckenar. ad Ammon. p. 84. Idem.

— ibid. φασὶν] Dele φασὶν, pro quo codd. complures vel λέγουσι vel corrupto λέγων habent: quare patet, meras has esse interpolationes. Weisk. Mihi quidem minus patet; verba dicendi enim passim confunduntur. Schaefer.

— 14. κτήμαθ'] Rectius Augerus, ut vulgo, κτήματα: nam sequitur interpunctio. Idem.

— 18. ὑμῖν] Codd. fere omnes ὑμῶν, recte. Graviter dicit: *vestram ditionem reddidit dubiam.* Weisk. Non damnem ὑμῖν. Schaefer.

— 19. τολμήσετε] *sustinebimus, patiemini*: de re indigna et fœda. Augerus non male: *vos non pudebit.* Idem.

— 20. ὑμετέῃ] Hoc quidem loco hiatus fuga Reiskium egit transversum: neque enim longa vocalis elidi potest. Recte Augerus, ut vulgo, ὑμετέρα. Idem.

— 24. οὐδ' ἀναγκάσαι Καρδιανοὺς] Reiskius intelligi jubet: *quasi vos ne Cardianos quidem possitis cogere, homines parum potentes.* Immo οὐδὲ conjungi debet cum proximo, sic: *quasi vos Cardianos, quos causæ vestræ justitia movere non potuit, jam nè cogere quidem vi et armis possitis* Weisk. Mihi placet ordo verborum a Wolfio probatus. Schaefer.

— ibid. Καρδιανοὺς τὰ δίκαια πρὸς ὑμᾶς ποιῆσαι] In verbis πρὸς ὑμᾶς ποιῆσαι alii codd. habent ὑμῖν, alii πρὸς ὑμᾶς, alii ποιεῖσθαι, alii ποιῆσαι. Quare videntur hæc omnia delenda, ut simpliciter dicatur: ἀναγκάσαι Καρδιανοὺς τὰ δίκαια. Additamentum ποιῆσαι fortasse est ex sqq. natum, lin. pen. ἀναγκάσειν αὐτοὺς ποιῆσαι. Quodsi nostram rationem sequaris, ὁμοιοτέλευτον etiam pessimum evitatur. Weisk. Hanc rationem nemo sequetur, cui perspecta sit hujus Oratoris ἡ φράσις καὶ ἡ τῆς συνθέσεως ἁρμονία, ἀνειμένη τε καὶ διαλελυμένη, ut verissime Libanius. Pro ποιῆσαι perperam revocavit Augerus ποιεῖσθαι. Schaefer.

— 22. ἀναγκάσειν] ἀναγκάσει Aug. primus, quod malit Reisk. Ego non item. Idem.

H. AMERSFOORDTII

ET

G. H. SCHAEFERI

ANNOTATIONES

AD ORATIONEM DE SYMMORIIS.

# HENRICI AMERSFOORDTII

# INTRODUCTIO

# AD ORATIONEM DE SYMMORIIS.

QUO facilius perpetua hujus Orationis interpretatio succederet, visum est quædam universe de ea præfari. Exponemus igitur in hac Introductione primum de tempore, quo Demosthenes habuerit Orationem περὶ Συμμοριῶν, deinde de auctoris consilio atque argumenti tractandi ratione, tandem de Orationis titulo.

*A.* Orationem περὶ Συμμοριῶν refert Dionysius Halic. Ep. ad Ammæum p. 191. init. ad Olympiadis CVI. a. 3. qui fuit ante Chr. 354. quum Archon Athenis esset Diotimus; eamque fuisse dicit primam Demosthenis δημηγορίαν. Quod indicium si verum est, posteriora ita sunt accipienda, ut Dionysius significaverit, hanc Orationem primam fuisse earum, quas in concione populi Atheniensis habuerit Demosthenes. Nam si causas forenses intelligas, jam sæpius eas egerat ante hæc tempora, cum privatam, tum publicas; illam, Aphobum accusans ejusque socios de tutela male gesta, Olymp. CIII. a. 3. (uti monuerunt S. Petitus in Legg. Att. p. 267. et Ed. Corsinus Fast. Attic. t. II. p. 138.) annos natus 20; has, adversus Androtionem Olymp. CVI. a. 2. eodemque, ut videtur, anno adversus Leptinem. (vid. Harlesius ad Fabric. Bibl. Gr. vol. II. p. 820. sq.) Sed inter δημηγορικοὺς λόγους, quos veteres etiam peculiari nomine συμβουλευτικοὺς dicebant, prima omniam fuit hæc Oratio περὶ Συμμοριῶν. Atque eam in hæc fere tempora incidisse, indicat alius locus ipsius Demosthenis in Orat. de Rhod. libert. p. 192. 1. ed. Reisk. quo hujus a se habitæ Orationis mentionem injecit: οἶομαι δ' ὑμᾶς μνημονεύειν ἐνίους, ὅτι, ὑνίκ' ἐβουλεύεσθε περὶ τῶν ϑασιλικῶν, παρελθὼν ἐγὼ πρῶτος παρῄνεσα· οἶμαι δὲ καὶ μόνος ἢ δεύτερος εἰπεῖν, ὅτι μοι σωφρονεῖν ἂν δοκοῖτε, εἰ [τὴν] πρόφασιν τῆς παρασκευῆς μὴ τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἔχθραν ποιοῖσθε, ἀλλὰ παρασκευάζοισθε μὲν πρὸς τοὺς ὑπάρχοντας ἐχθροὺς, ἀμύνοισθε δὲ πάλιν, ἐὰν ὑμᾶς ἀδικεῖν ἐπιχειρῇ. καὶ οὐκ ἐγὼ μὲν ταῦτα εἶπον, ὑμῖν δ' οὐκ ἐδόκουν ὀρθῶς λέγειν, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν ἤρεσκε ταῦτα. Oratio autem pro Rhodiorum libertate habita est Olym. CVII. a. 2. uti monet Fabricius l. 1. p. 825. Commode igitur potuit pristinum suum consilium memorare Orator in ejusmodi Oratione, quæ in simili argumento versans triennio postea habita fuit, præcipue quum subinde novæ dissensiones Athenienses inter et Persarum regem iisdem temporibus orirentur, earumque memoria non facile in civium animis periret. Hinc igitur jure allocutus esse suos cives postea censendos est Demosthenis, οἶομαι δ' ὑμᾶς μνημονεύειν ἐνίους, quod in re vulgari minorisque momenti et arrogantiæ et temeritatis signum potuisset existimari.

Alius est Demosthenis locus in Orat. p. Cor. p. 230. 27. itidem probans, non multum ante hunc Olymp. CVI. a. 3. hanc Orationem περὶ Συμμοριῶν habitam fuisse. Eo loco vitæ suæ universæ rationem redditurus narrationem sic incipit: τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου, οὐ δι' ἐμὲ, οὐ γὰρ δὴ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πω τότε, πρῶτον μὲν ὑμεῖς οὕτω διέκειϭθε, κ. τ. λ. Phocicum autem bellum s. sacrum susceptum est Olymp. CVI. a. 1. uti narrat Diodorus Sic. XVI. c. 23. Hoc itaque jam flagrante Orationem habuit Demosthenes, indeque etiam intelligitur, quosnam Græcorum sæpius in hac oratione velit illis vocibus, τοὺς ὑπάρχοντας ἐχθροὺς, similibusque, Locrenses scilicet, Bœotios et Thebanos, quibus deinde accesserunt Thessali, Macedones aliique. Cf. Diod. Sic. XVI. c. 29. 35. sqq. Quemadmodum enim hi contra sacrilegos bellum susceperant, ita Phocensibus opitulabantur Athenienses, Lacedæmonii, cæt.

De opportunitate autem, qua habita fuerit hæc Oratio, parum nobis constat. Universe monet Libanii argumentum, dictam eam fuisse φήμης ποτὲ γενομένης, τὸν Περσῶν βασιλέα παρασκευάζεσθαι στρα-

τεύειν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας. Neque accuratius hæc cognosci possunt ex Diodoro, qui quidem l. XVI. c. 22. Persarum apparatus in Græciam mentionem fecit, quo tempore Chares, prætor Atheniensium, ignorante populo, suppetias tulit Artabazo, qui defecerat a rege: verum hæc tempora non satis huic Orationi conveniunt. Chares regis copias vicerat Olymp. CV. a. 4. Quum vero rex hanc injuriam ulturus videretur, Athenienses ejus minis perterriti, pacem composuerunt cum insulanis, quibuscum tres annos continuos bellum gesserant, quod vulgo *sociale* dictum fuit. Neque igitur existimandum videtur, post tantum demum temporis intervallum de his Persicis rebus in concione actum fuisse: sic enim quadriennium fere inter Charetis expeditionem et Atheniensium de bello Persico deliberationem intercessisset. Imo vero, vix accepto regis nuntio, auditisque ejus minis, tantum iis tribuerunt, ut, bello, cui impliciti erant, fine imposito, se paratiores reddere conarentur adversus Persas, neque hæc ad tertium quartumve annum differenda esse existimarent.

Ad alios igitur recentiores Persarum apparatus hæc Oratio referri debet, quorum tamen nulla diserta mentio apud historicos occurrit. Et potuerunt sane facile eos omittere, siquidem eosdem, etsi sæpius repetitos, nullum bellum secutum est. Certe non multo post belli Persici metus iterum cepit Athenienses, quum hi Rhodios ab Artemisiæ dominatione in libertatem vindicare studerent; quæ acciderunt, ut modo monuimus, Olymp. CVII. a. 2. Cf. Demosthenis de ea re Orationem et quæ disseruit l. T. Bergmannus in Annotat. ad Isocratis Areopag. p. 80. 190. Verum, quo facilius hæ simultates sopirentur, fecere cum aliæ causæ, tum imprimis utrique communis metus ingruentis. Philippi Macedonis potentiæ, cujus vires brevi non tantum Atheniensibus, verum ipsi etiam Persarum regi suspectæ esse cœperunt. Tempus, quo facta fuerit hæc conciliatio, accurate nobis indicavit Philippus in Epistola ad Athenienses scripta, quæ servata est inter Demosthenica opera. p. 160. 8. καὶ πρὸς τὸν Πέρσην ἀπεστάλκατε πείσοντας αὐτὸν ἐμοὶ πολεμεῖν· ὃ μάλιστα ἂν τις θαυμάσειε. πρὸ μὲν γὰρ τοῦ λαβεῖν αὐτὸν Αἴγυπτον καὶ Φοινίκην ἐψηφίσασθε, ἂν ἐκείνός τι νεωτερίσῃ, παρακαλεῖν ὁμοίως ἐμὲ καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἅπαντας εἰς αὐτόν· νῦν δὲ τοσοῦτον ὑμῖν πεῖσαι τοῦ πρὸς ἐμὲ μίσους, ὥστε πρὸς ἐκεῖνον διαλέγεσθαι περὶ τῆς ἐπισυμμαχίας. Illa autem Ægypti Phœniciæque expugnatio facta est Olymp. CVII. a. 2 — 4. Cf. Diod. Sic. XVI. 40 — 52. Itaque ab eo inde tempore arctiori communis a Philippo formidinis vinculo juncti fuerunt Persæ atque Athenienses, quin etiam apertum bellum contra Philippum suscepit rex, quum hic Perinthum obsidione cingeret, Olymp. CIX. a. 4. Diod. Sic. XVI. 75. Verum jam antea factæ fuisse censendæ sunt Demosthenis illæ largitiones a Persarum rege, quibus incensus Philippo in ipsa Græcia bella concitaret, de quibus et alii prodiderunt, imprimis autem Æschines in Orat. c. Ctesiphont. passim et Diodorus Sic. XVII. 4. πολλὰ γὰρ χρήματά φασιν αὐτὸν [h. e. Δημοσθένη] εἰληφέναι παρὰ Περσῶν, ἵνα πολιτεύηται κατὰ Μακεδόνων. Plutarchus in V. Demosth. p. 851. D. λαβὼν δὲ τῆς πολιτείας καλὴν ὑπόθεσιν τὴν πρὸς Φίλιππον ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων δικαιολογίαν — ταχὺ δόξαν ἔσχε — ὥστε — θεραπεύεσθαι ὑπὸ τοῦ μεγάλου βασιλέως. et p. 852. C. Δημοσθένης — τῷ ἄνωθεν ἐκ Σούσων καὶ Ἐκβατάνων ἐπιβατὸς χρυσίῳ γεγονὼς καὶ κατακεκλυσμένος. p. autem 887. E. dicitur διαβληθεὶς μὲν ἐπὶ τοῖς βασιλικοῖς χρήμασιν. Neque tamen Demostheni soli hæc dona tribuebantur, verum etiam reliquis oratoribus, Macedonum factionis adversariis. Cf. Philostratus de V. Sophist. l. I. XVIII. p. 507. ibique Olearius et impr. A. H. L. Heerenus, vir eximius, in egregio opere Germanico de rebus politicis, de commercio et mercatura præcipuarum ex gentibus antiquis *(Ideen über die Politik, den Verkehr und den Handel der Völker de alten Welt)* Vol. III. P. I. p. 411. sqq. Post illam etiam, de qua supra diximus, Ægypti Phœniciæque expugnationem non abstinuit Demosthenes, quo minus palam populo suaderet, ut Persarum opem contra Philippum implorarent. In Orat. Philipp. III. p. 129. 8. ed. Reisk. quæ habita videtur Olymp. CIX. a. 3. hæc sunt ejus verba: ἐκπέμπωμεν πρέσβεις πανταχοῦ, εἰς Πελοπόννησον, εἰς Ῥόδον, εἰς Χίον, ὡς βασιλέα λέγω· οὐδὲ γὰρ τῶν ἐκείνῳ συμφερόντων ἀφέστηκε τὸ μὴ τοῦτον [Philippum] ἐᾶσαι πάντα καταστρέψασθαι. quibus addi posset Philipp. IV. p. 139. 21. ad 140. 1. et p. 145. 5. nisi hujus Orationis auctoritas et antea a multis esset impugnata, et nuper idoneis orationibus rejecta a W. H. Versteegio in Specim. Literar. quo Philippica IV. Demostheni abjudicatur, Gron. 1813. De obsidione Perinthi supra jam dictum est, quæ ut solveretur, Athenienses a Persis adjuti bellum cum Philippo instaurarunt (cf. Diod. Sic. l. I. c. 77), instigante eos eodem Demosthene in Orat. ad Philippi epist. p. 153. 20. sqq.

Neque vero magnam vim habere videtur argumentum, quod Dionysio Halic. hanc Orationem ad Olymp. CVI. a. 3. referenti eamque primam Demosthenis δη-

μηγορίαν fuisse affirmanti opponi possit ex loco Plutarchi petitum in V. Demosth. p. 848. E. quem locum quia vir doctiss. Taylorus in Schedis post ejus obitum a Reiskio editis adscripserat ei sui commentarii parti, quæ de Oratione περὶ Συμμοριῶν agebat (cf. Oratt. Gr. vol. VIII. p. 753. sqq.), quibusdam forte videatur consulto citavisse, ut inde Dionysii fidem aliquatenus labefactaret. Verba Plutarchi hæc sunt: τὸ πρῶτον ἐντυγχάνων τῷ δήμῳ Θορύβοις περιέπιπτε, καὶ κατεγελᾶτο δι' ἀήθειαν τοῦ λόγου, συγκεχύσθαι ταῖς περιόδοις καὶ βεβασανίσθαι τοῖς ἐνθυμήμασιν ἀκριβῶς ἄγαν καὶ κατακόρως δοκοῦντος· ἦν δέ τις (ὡς ἔοικε) καὶ φωνῆς ἀσθένεια, καὶ γλώττης ἀσάφεια, καὶ πνεύματος κολοβότης, ἐπιταράττουσα τὸν νοῦν τῶν λεγομένων τῷ διασπᾶσθαι τὰς περιόδους, quibus alia adduntur ed eandem rem pertinentia. Jam dicas, si vera sint ea, quæ prodidit Plutarchus, eum τὸ πρῶτον ἐντυγχάνοντα τῷ δήμῳ non tantum successu caruisse, verum etiam prorsus confusum atque dejectum causa sua cecidisse, ipse autem Demosthenes in Orat. de Rhod. lib. I. l. hac a se habita Oratione, tanquam re bene gesta, glorietur, καὶ οὐκ ἐγὼ μὲν ταῦτα εἶπον, ὑμῖν δ' οὐκ ἐδόκουν ὀρθῶς λέγειν, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν ἤρεσκε ταῦτα, cumque eo consentiat Philippus in Epist. l. c. manifesto falsam esse Dionysii traditionem, qua hæc prima omnium Demosthenis δημηγορία fuisse statuatur. Sed primo monendum est, non magis laborare hanc Orationem longioribus periodis frequentioribusque enthymematibus, quam reliquas Demosthenicas, tametsi utroque hoc genere rite adhibito semper magnopere delectatus fuerit Orator. Vid. Hermogenes de Invent. l. IV. princ. Immo vero in argumento rhetoricæ artis vix capaci, in exponenda ratione instituendæ rei navalis, ita versatus est, ut prorsus assentiendum videatur H.Wolfio, qui in Commentario ad hanc Orationem, " Opus esse, ait, quadam animi attentione, quam, cum omnes Demosthenis orationes postulent, hæc etiam flagitet." In reliqua autem sermonis parte, quæ in uberiori materia atque adeo in deliberatione de bello Persico ejusque subsidiis versatur, non minorem se præbet, quam in cæteris quæ maxime celebrantur Orationibus: nec facile ego hanc inter eas referam, de quibus Cicero dixit, Plutarcho narrante in V. Cicer. p. 872. F. ἐνιαχοῦ τῶν λόγων ἀπονυστάζειν τὸν Δημοσθένην. Illum autem superiorem locum Plutarchi de Demosthene a populo male accepto non referendum esse ad Orationem περὶ Συμμοριῶν indicant illæ, quas jam antea habuerat contra tutores, itemque contra Androtionem et Leptinem, quæ quidem omnium consensu inter eas recensentur quæ optime sunt elaboratæ: quibus addunt alii Timocrateam: quarum quidem nonnullæ in frequenti judicio Atheniensium, cujus major pars composita esse solebat ex inferioris loci hominibus, recitatæ fuerunt, Demosthene causam vincente. Igitur par est ut credamus, Demosthenem postea, quum ad populum loqui cœpisset, cujus magnam partem eum jam audivisse credibile est, causas publicas agentem se non inferiorem præbuisse. Et sane vix videtur otium Demostheni superfuisse, si hanc Orationem primam ejus δημηγορίαν fuisse statueris, ad difficiles illas diuturnasque exercitationes, quas adhibuisse dicitur, ut corporis habitum vocemque corrigeret, siquidem hanc Orationem sequitur nullo fere temporis spatio interrupta series reliquarum ab eo habitarum: Timocratea, pro Megalopolitanis, περὶ Συντάξεως, in Aristocratem, pro Rhodiis, cæt. Sed si ad tempora priora respexeris, abunde locum habere potuerunt illa cellæ subterraneæ ædificatio, inque ea sæpius repetita commeratio per duos tresve menses continues, barbaque altera parte abrasa, siquidem inde a suscepta lite adversus tutores ad eam quæ proxime sequitur contra Androtionem novem anni fuisse videntur. Cf. supra dicta init. Existimandus igitur est Plutarchus locutus esse de quadam Demosthenis Oratione, quam etiam ante illam contra Androtionem in concione habuerit, cujus exemplar neque nunc invenitur in reliquiis Demosthenicis, neque unquam forte in publicum faerit editum propter illa ipsa vitia a Plutarcho recensita. Dionysii igitur testimonium, quod docti viri, historiæ literariæ peritissimi, fere omnes secuti sunt, hac ratione omnino stare poterit, si admiseris, hanc Orationem περὶ Συμμοριῶν primam fuisse, si temporis rationem spectes, omnium δημηγοριῶν, quæ a Demosthene editæ fuerunt, vel certe Dionysii ætate supererant. Ac ne quemquam offendat conjectura de Oratione deperdita, abunde impediet notitia aliarum Demosthenis Orationum hodie deperditarum, quasque ipsa etiam antiquitas jam desiderasse videtur, quales sunt Oratio contra Pythonem habita de laudibus Atheniensium, alia adversus Lamachum Myrinæum in conventu Olympiaco, cæt.[1]

[1] Olivierius in Hist. Philippi Macedonis Gallice scripta vol. I. p. 174. sqq. ubi varias leges de rebus navalibus diversis temporibus latas commiscuit, videtur orationem περὶ Συμμ. referre ad Olymp. CVI. a. 2. Nos quidem in ejus refutatione, quippe qui

*B.* Pergimus ad alteram Introductionis partem.

Quodnam fuerit Demosthenis consilium hanc Orationem habentis, ipse in Epilogo paucis verbis indicavit. Athenienses voluit monere, ut bellum apparando omnibus Græcis atque barbaris ostenderent, non eos se esse, quos impune aggredi cuiquam liceret: viderent autem, ne superbia copiarum suarum elati injuste quid agerent, majorumque gloriam non verbis suis, sed factis æquarent. Hæc autem quomodo exposuerit, age videamus.

Athenienses, quum incertus, ut videtur, rumor ad eos pervenisset de Persarum rege bellum adversus se meditante, faciles aures præbuerunt vocibus illorum Oratorum, qui, quum vel consiliorum audacia ac temeritate fortodinis laudem sibi vindicare studerent, vel celebrando majorum gloriam populique superbiæ blandiendo ad ampliorem in civitate locum enitierentur, patriam sæpius in magnum salutis discrimen deduxerant. Hos igitur in maximo populi conventu Miltiadis et Themistoclis laudes celebrantes barbarique ignaviam vituperantes quum audirent, facile eo adducebantur, ut vix cogitantes, de quanta re ageretur, Persarum superbiam non ferendam esse pronuntiarent, sed evocandos esse ad commune contra barbaros bellum universæ Græciæ incolas veteresque injurias ulciscendas. Demosthenes autem, cujus ingenium, quamvis nunc primum ad remp. accedebat, multiplici tamen meditatione et studiorum assiduitate jam erat subactum, ab omni temeritate abhorrebat, sive conjiciens, non illud consilium esse Ochi suis rebus satagentis ac perpetuis cum satrapis bellis vexat, (hunc regem Diod. Sic XVI. 40. dicit *αὐτὸν μὲν οὐκ ὄντα φιλοπόλεμον,*) ut maximum bellum etiam adversus Græcos susciperet, sive præsentius periculum in discidiis cum Thebanis eorumque sociis patriæ instare animadvertens, ita Atheniensium audaciam reprimit coercetque, non ut eos securos esse juberet ab omni Persarum impetu, verum ut eos moneret, si opes copiæque reipublicæ rite paratæ dispositæque essent, nihil periculi vel externi vel intestini patriæ imminere. Itaque pauca præfatus de ejusmodi oratorum malo more majores perpetuo laudantium nec quicquam tamen sani suadentium, ipse quædam se invenisse modeste profitetur, quibus peractis patriæ commodo melius consulatur. Neque tamen in præsenti periculo abs re esse existimat disputationem, qua ostenditur, quo animo erga universos Græcos sit rex Persarum, quoque hi inter se ipsi. Persa quidem universæ Græciæ hostis est, neque adeo ad singulas civitates, verum ad universas bellum cum eo pertinet. Harum vero pleræque, publicam salutem negligentes, privata autem commoda curantes, eo insaniæ processerunt, ut barbaros amiciores sibi ducere cœperint illis ipsis, quibuscum communis originis sermonisque ac morum vinculo essent juncti. Metuendum igitur erat, ne hi, bello cum Persis coorto, in communis patriæ certamine vel auxilia non ferrent, vel etiam Persis ea contra cæteros Græcos locarent. Sic periculum erat, ne ad Athenienses solos totum discrimen perveniret, atque de iis suspicio oriretur, ac si veterem suam in Græcos dominationem instaurari cuperent. Quibus omnibus ne fides adhiberi posset, opus erat copiis reip. recte ordinatis et justitia consiliorum, quibus et auctoritas et fides civitatis cresceret. Ne vero præcipites in manifestum bellum ruant, jubet eos considerare naturam bellorum, quæ cum Persis suscipiantur: facilem quidem esse victoriam, si ad ipsum discrimen acierum perventum sit, sed difficiles præparationes omni bellorum generi communes: quum vero Athenæ has vix sustineant contra jam manifestos hostes, qui tandem prudentis esset consilii, præsenti periculo neglecto, in novum incertumque adhuc suas opes perdere. Neque vero cæteros Græcos, quos major Atheniensium suspicio quam Persarum metus incesserat, prius cum his signa collaturos esse probabile erat, quam sponte intellexissent, ad universos seque adeo ipsos amittendæ libertatis periculum pertinere: tum vero lubentes Atheniensibus se juncturos opibus ad bellum prævalentibus. Illæ autem opes quomodo instruendæ sint, jam dispicere incipit orator, præmissa tamen admonitione, ut ante omnia bono esse animo studeant atque ita parati, ut ipsi rebus suis operam dare non vereantur. Itaque quum Atheniensium potentia præcipue maris imperio atque copiarum navalium abundantia niteretur, legem se laturum indicat, qua harum instituendarum ratio tota absolvatur. (Sic recte G. F. Schömannus de comitiis Atheniensium, Gryphiswald. 1819. p. 291. "Oratio de Symmoriis non ipsam legem ac rogationem continet, sed consilia tantum, quibus tentare civium animos et præparare voluisse Demosthenes videtur ad legem postea fortassis ad se ferendam, sed nunquam latam."

et se et lectores eodem l. pluribus erroribus implicuit, tempus non teremus, quamvis cæteroqnin eum non negligere didicimus a Valckenaerio ad Orat. de Philippi Amynt. indole, cæt. p. 228. 244. alibi.

De postremis verbis dubito: multa hodie deperdita sunt legum Atticarum psephismata, ac potuit facile in eorum numero esse lex hoc tempore lata de Symmoriis. Sæpissime fuit in hac re variatum, atque hinc præcipua difficultas in cognoscendo hoc Atheniensium instituto manavit, facilius multo tollenda, si omnes leges etiamnum superessent.) Ejus legis tria præcipua sunt capita, primum de trierarchorum lectione et divisione, alteram de pecunia publice trierarchis solvenda ad sumtuum compensationem, tertium de distribuendis navalibus eorumque cura. Quum vero in omni bello maxime civitatibus opus sit ejusmodi reditibus, quibus bellici sumtus sustineri possint, monet cives suos Demosthenes, ne in præsentia ditioribus, a quibus ejusmodi auxilia imprimis præstanda essent, molesti esse conentur, utpote qui sponte sua, si barbarum vere appropinquare cognovissent, omnes opes pro libertate patriæ servanda conferrent: nunc quidem, si hos vexare cœpissent, omnem regienis Atticæ reditum, quamvis ditissimæ Græciæ civitatis, nullo modo cum Persarum opibus posse comparari: quod si classis bene instructa fuerit, vix dubium futurum, quin rex, memor cladium illarum, quas ipsius proavi a multo minoribus Atheniensium copiis accepissent, mox ultro a bello abstineat, quum magno suo malo Persæ dicerint, quanto inferiores ipsorum milites sint Græcorum exercitibus. Nec metuendum videri, ne reperiantur nonnulli inter Græcos, qui magnis stipendiis adducti cum rege faciant contra suos gentiles; perspicuum enim esse hoc et illis miserrimum fore, qui hæc auxilia præstitissent, neque utile regi, cui ea tantum victoria posset placere, quam per suos milites, non ea, quam per exteros reportasset. Thebanos etiam, in quos maxime ista suspicio convenire videbatur, omnem profecto operam navaturos, ut illam ignominiam, quam in prioribus Medicis bellis susceperant, diluerent: nec esse dubium, quin reliqui Græci, causæ suæ justitia confisi, proditores superaturi essent. Quapropter non metuendum esse regem Persarum, cujus inimicitias maximum lucrum Græciæ afferre sæpius cognoverant, simulatam vero amicitiam ingentes clades: neque tamen singulare bellum cum eo suscipiendum propter metum cæterorum Græcorum: strenue vero omnes reip. copias esse instruendas apparandasque. Sic enim futurum, ut maximus regem timor invadat, eumque ad pacem servandam hortetur: siquidem, conspirantibus ad ejus perniciem universis Græcis, non habebit, quo se adversus eorum impetum sustineat.

Ita cognito Orationis argumento, sponte nobis oritur admiratio Demosthenis, qui vigesimo octavo modo ætatis anno, hoc est, in ea vitæ parte, cujus vigor atque robur audaciora plerumque probat consilia, consilio et prudentia solus[2] cæteros cives superarit, firmissimumque patriæ præsidium illud existimaverit, quod omnis posteritas probavit, ut respublica, copiis opibusque ad bellum necessariis bene instructa, non aliarum auxilio nitatur, earumque spe se decipi patiatur, verum ipsa cuicunque repentinæ fortunæ sufficere conetur.[3] Quam acute vero facta est tota Orationis inventio et dispositio elocutioque! Modeste quidem incipiens de suo in patriam amore ejusque juvandæ studio, paullatim ad ipsum argumentum progreditur de bello Persico, cujus pericula et damna accurate ostendit contra reliquorum audaciam et temeritatem: tum unicum patriæ præsidium in usu propriarum virium situm esse probans, idoneam earum adhibendarum rationem docet, non tantum his temporibus, verum et sequentibus accommodatam: sed ea sermonis pars, quia in pronunciando parum habebat, quod auditores alliceret, media collocata est inter duo loca splendidiora, in quibus artis præceptis magis obtemperari poterat.[4] Ejus autem partis

[2] Id enim conficimus ex verbis sæpius laud. in Or. de Rhod. libert. οἶμαι δὲ καὶ μόνος ἢ δεύτερος εἰπεῖν: siquidem posteriora verba ἢ δεύτερος addidisse videtur, ne juvenis suis laudibus commemorandis in invidiam civium suorum inciderct. Et infr. in hac ipsa Orat. p. 291. 8. diserte dicit: πιστεύω γὰρ μόνος τἀληθῆ καὶ τὰ γενησόμενα εἰρηκὼς φανήσεσθαι.

[3] Egregie Heerenus l. c. (*Ideen* vol. III. p. I. p. 413): "Gleich in der ersten seiner Reden über Staatssachen erblickt man schon den selbstständigen Staatsmann, der, nicht geblendet von einer glänzenden Idee, sich einem unbesonnenen Unternehmen widersetzt." et ibid. in nota; "Schon hier findet man das nachher so oft wiederkehrende Thema seiner Reden, wie es das von *Chatham* war: auf seinen eignen Füssen zu stehen."

[4] Idem est artificium Ciceronis in plerisque causis *legitimis*. Atque in Demosthene imprimis illud animadverterunt in Oratione p. Corona, cujus quum tres essent partes, de reddenda ratione magistratuum, quibus functus erat, de præconio publico in theatro, de vita ante acta, Orator callide a postrema et exordium sumsit et epilogum, ut quæ dicendo maxime posset exornari, τεχνικῶς πως, ut ait Libanius in argum. p.

expositio quia pluribus capitibus absolvitur, illud ab Oratore caput prudenter in postremum locum relatum est, a quo facilior esset transitus ad ea, quæ dicenda restarent. De samtibus bellicis loquenti sponte oritur opportunitas conferendi Atheniensium opes cum Persarum divitiis: ex qua comparatione patet, bellum ab Atheniensibus ultro susceptum prosperi eventus spem præbere vix posse, satis autem eosdem esse validos ad omnem Persarum impetum cohibendum, si, cum reliquis Græcis consentientes, ipsi fortitudinem majorum in præliis imitentur.

His autem verbis inductos fuisse Athenienses, ut a suscipiendo bello abstinerent, docet nos cum ipse Demosthenes in Orat. de Rhod. lib. l. sæpius laud. quo forte item pertinet locus ex Philippi Macedonis Epist. supra laud. tum silentium historicorum, qui hoc tempore perpetuam pacem, dubiam quidem sæpius, nunquam tamen prorsus interruptam, Persas inter et Athenienses fuisse affirmant. Legem autem de nova Symmoriarum forma an jusserit populus, paullo incertius videtur. Factum est forte, ut illam continuo sciverit, mox tamen ad solitum languorem et desidiam delapsus eam neglexerit. Certe variæ in reliquis orationibus Demosthenis occurrunt leges, quas et ipse et alii brevi postea suaserunt, unde merito nobis videmur conficere, moltos ditiores identidem se molesto huic trierarchatus oneri subduxisse, ad officium, nisi novis legibus latis, vix reducendos.[5]

*C.* Superest ut dicamus de titulo.

Taylorus in Prolegg. ad Demosth. l. l. huic Orationi titulum περὶ Συμμοριῶν abjudicat. Hæc enim ejus suut verba: "Rectius inscriberetur περὶ Βασιλικῶν, ut Dionys. Halic. et Dem. de Rhodiorum libert." Et vero sic melius argumentum Orationis, in deliberatione de suscipiendo bello Persico occupatum, cum titulo conveniret, quam si, vulgari illo περὶ Συμμοριῶν assumto, ex aliqua parte orationis, quamvis prolixe tractata, eam totam dictam fuisse statuas. Accedit quod ex Libanii præfatione ad eam idem confici posse videtur, qui, quum, opportunitate narrata, qua ea habita fuisset, paucis ejus argumentum indicasset, hæc addit: καὶ δὴ καὶ διέξεισιν, ὃν τρόπον ἂν συνταχθεῖεν· ὅθεν καὶ περὶ Συμμοριῶν ὁ λόγος ἐπιγράφεται. Videtur igitur Libanius in suo exemplo alterum titulum, περὶ Βασιλικῶν legisse, propter quem adscripserit, hanc orationem diversam non esse ab ea, quæ nonnullis hoc nomine, ὁ περὶ Συμμοριῶν λόγος, innotuerat. Verum, quia parum videtur differre, utro tandem nomine laudetur, dummodo perspicuum sit, quænam Demosthenis oratio significetur, nos vulgare tenebimus, multorum Grammaticorum auctoritate abunde confirmatum.

Locum Suidæ in v. τίμημα, ubi hæc oratio laudatur nomine περὶ τῶν Συμμάχων, recte jam H. Wolfius correxit in comment. ad nostram Orat., etsi fatendum sit, neque hoc prorsus alienum esse ab rebus, de quibus in ea disputatur.

Vocabulum περὶ Συμμοριῶν nonnulli Latine vertere conati sunt *de classibus*, hac civium Atheniensium distributione collata cum classibus Romanis, a Servio Tullio creatis: nobis autem in duobus institutis, quarum diversa omnino forma ac ratio erat, ejusdem vocis usurpatio plus obscuritatis quam explicationis afferre videtur. Neque magis placet alterum, a Reiskio proditum in commentarii ad h. Or. initio, *de collegiis*. Sic certe, ut aliquis generali vocis notioni modus adhiberetur, præferendum esset *de collegiis ditiorum*. Sed præstat in hujusmodi vocibus, quibus res Romanis ignotæ significentur, Græca tenere, ne temere commiscendis variis nominibus confusionis occasio præbeatur. Itaque, quemadmodum auctores castigati sermonis ostracismum, archontes, et Lacedæmoniorum ephoros et moram non vertenda esse censuerunt, ne similitudine Latinorum instituti lectores in errorem ducerentur, ita nobis videmur nostram Orationem Latine laudantes rectius ipsum Græcum vocabulum, *de Symmoriis*, retinere. Cæterum de hujusmodi interpretationibus idem nuper statuisse videtur I. Th. Bergmannus ad Isocrat. Areop. p. 50.

222. 11. δεῖ γὰρ ἄρχεσθαί τε ἀπὸ τῶν ἰσχυροτέρων, καὶ λήγειν εἰς ταῦτα: neque aliter Anonymi argumentum habet in eandem Orat. p. 224. 15. στρατηγικῶς· κακοὺς γὰρ εἰς μέσον ἐλάσας, τῷ δ' ἰσχυροτάτῳ εἰς τὰ ἄκρα προσκέχρηται, τὸ σαθρὸν τῶν ἄλλων ἐξ ἑκατέρου ῥκνύς.

[5] Suspicetur forte quispiam, ad præsens tantum periculum, non ad perpetuum usum civitatis Athenarum latam fuisse hanc legem a Demosthene, ex l. p. 283. 8. τίς παρασκευὴ, καὶ πόση, καὶ πόθεν πορισθεῖσα χρήσιμος ἔσται νῦν τῇ πόλει. — ἐγὼ δὲ τοῦτο — πειράσομαι παῦσαι. Mihi tamen hæc conjectura parum arridet.

# AMERSFOORDTII ET SCHAEFERI ANNOTATIONES AD ORATIONEM DE SYMMORIIS.

De tempore, quo hæc Oratio habita est, v. F. A. Wolf. Proleg. ad Leptin. vol. ii. p. 360. De ejus consilio v. idem ibid. p. 379. sqq. SCHAEFER.

P. 280. Ο ΠΕΡΙ ΣΥΜΜΟΡΙΩΝ] Locus Dionys. Hal. est in Arte Rhetor. c. 10. t. V. p. 351. R. V. Krüger. ad Dionys. Halic. Historiograph. p. 209. IDEM.

P. 280. 1. Οἱ μὲν ἐπαινοῦντες] Codex Bavaricus habet Οἱ μὲν οὖν ἐπ. unde Reiskio in suspicionem venit, hanc Orationem esse fragmentum vel perorationem alterius Orationis in eodem argumento versantis, quanquam etiam, salvo οὖν, hinc novam ordiri posse existimat. Posteriori sententiæ ejus parti minus repugno, neque tamen assentior. Non videtur nobis admittendum illud οὖν, ortum quippe ex repetitione vocabuli μέν. Hanc vero Orationem esse perorationem alterius Orationis cur Reiskius voluerit, non capio. Certe nihil est in ejus argumento, quod omisisse videatur Orator, in alia deperdita sermonis parte investigandum. Neque in ἐπιλόγῳ s. ἀνακεφαλαιώσει, quæ est p. 189, 20. quicquam memorat Demosthenes, quin idem in ipsa Oratione fusius disputaverit. Accedit, quod non facile quisquam mediocris Orator, nedum Demosthenes in animum sibi inducat peroratione eam habere, quæ cum alia contineat subtiliter disputata, tum copiosam legis suasionem. Diserte etiam hujus Orationis initium refertur inter Exordia Orationum Demosthen. p. 1423. Neque facile inter Orationes Demosthenis superstites ulla reperiatur, cujus in rebus Persicis item versantis hæc fuerit appendix. Accedit, quod hic locus perquam similis est aliarum Orationum exordiis, de quibus mox dicemus. AMERSFOORDT. Non esse fragmentum Orationis, ipse Aristides p. 264. Reiskium docere poterat. οὖν autem illud, quod prorsus nihili est, non dicam ortum ex repetitione vocabuli μὲν, sed Codicis Bavarici librarius eadem oberravit chorda, qua tot alii scribæ, quorum particulas μὲν et μὲν οὖν confundentium errore notavi Melet. Crit. p. 30. SCHAEFER.

— ibid. Οἱ μὲν ἐπαινοῦντες — τοὺς προγόνους ὑμῶν] Communis fuit hic mos Oratoribus Atticis Demosthenis ætate, ut majorum res præclare gestas laudarent, quo sibi plebeculæ benevolentiam conciliarent, quam his panegyricis imprimis delectari solere sæpius indicat Orator. Exemplo sit locus de Rhod. libert. p. 201. 1. ed. Reisk. χαίρετε ἀκούοντες, ὅταν τις ἐπαινῇ τοὺς προγόνους ὑμῶν, καὶ τὰ πεπραγμένα αὐτοῖς διεξίῃ, καὶ τὰ τρόπαια λέγῃ. In hunc morem Orationes habendi πρὸς χάριν τῶν ἀκουόντων sæpe vehementer invehitur Demosthenes. Phil. III. p. 110. 17. Si inquiratis, inquit, qua potissimum causa Atheniensium respubl. labefactata sit, μάλιστα — εὑρήσετε διὰ τοὺς χαριζεσθαι μᾶλλον ἢ τὰ βέλτιστα λέγειν τεθραυλισμένους. Olynth. III. p. 34. 15. ἀλλὰ δικαίου πολίτου κρίνω τὴν τῶν πραγμάτων σωτηρίαν ἀντὶ τῆς ἐν τῷ λέγειν χάριτος αἱρεῖσθαι. καὶ γὰρ τοὺς ἐπὶ τῶν προγόνων ἡμῶν λέγοντας ἀκούω — οὓς ἐπαινοῦσι μὲν οἱ παριόντες ἅπαντες, μιμοῦνται δ' οὐ πάνυ. quam reprehensionem iisdem fere verbis in Demosthenem retorsit Demetrius citatus a Plutarcho p. 852. C. ἐπαινέσαι μὲν ἱκανώτατος ἦν τὰ τῶν προγόνων καλὰ, μιμήσασθαι δ' οὐχ ὁμοίως. Sed non solebat Demosthenes importune majorum animas quacunque opportunitate ab inferis excitare, verum ubi sic res ferebat, ubi commemoratio florentis reipubl. Atticæ conditionis desides cives ad diligentiam ac fortitudinem poterat instigare, tum vero frequenter illi erant in ore. Exempla cum alibi prostant in ejus operibus, tum in hac ipsa Oratione. Quin imo gravissime Æschinem insectatur Athenienses a pristinæ gloriæ memoria avocantem de F. L. p. 345. 14. ἐδημηγόρει καὶ συνηγόρει ἐκείνῳ [Philocrati] πολλῶν ἀξίους — θανάτων λόγους, ὡς οὔτε τῶν προγόνων ὑμᾶς μεμνῆσθαι δέοι (respiciens forte ad ejus verba de F. L. p. 109. et 113. cd. Tauchnitz.) quibus addantur ea, quæ in eadem Orat. leguntur p. 441. 8. sqq. Cum loco ex Olynth. III. cit. convenit initium Orat. Isocratis de Pace et ad Demonic. (mihi p. 44.) ubi plebis indoles præclare describitur: ἐκεῖνο δ' οὖν φανερὸν, ὅτι δεῖ τοὺς βουλομένους ἢ ποιεῖν ἢ γράφειν τι κεχαρισμένον τοῖς πολλοῖς μὴ τοὺς ἀφελιμωτάτους τῶν λόγων ζητεῖν, ἀλλὰ τοὺς μυθωδεστάτους· ἀκούοντες μὲν γὰρ τοιούτων χαίρουσι. Sed præstantissimorum fuit semper virorum libertate sua in dicendo (παῤῥησία) uti, neque propter populi favorem reipublicæ utilitatem negligere: quo nomine imprimis laudatur Demosthenes a Plutarcho in ejus vita p. 852. B. Cf. et Schol. ad Orat. Demosth. de Pace p. 60. 1. quibus ex recentioribus omnino addatur Heerenus in opere laud. vol. III. p. I. p. 416. sqq. Hanc etiam libertatem olim sibi vindicaverat Pericles ap. Thucyd. II. 60. sqq. et Nicias ibid. VI. 9. οὔτε ἐν τῷ πρότερον

χρόνῳ διὰ τὸ προτιμᾶσθαι εἶπον παρὰ γνώμην, οὔτε νῦν, ἀλλὰ, ᾗ ἂν γιγνώσκω, βέλτιστα ἐρῶ κ. τ. λ. Et quantopere jam sua ætate mala hæc consuetudo vigeret, nemo melius intellexit eodem Nicia, qui rei male ad Syracusas gestæ quum nuntium Athenas vellet mittere, fidem non habuit legatis suis, sed suas literas populo recitare jussit, quibus vere exercitus clades exponebantur, φοβούμενος — μὴ οἱ πεμπόμενοι ἢ κατὰ τὴν τοῦ λέγειν ἀδυνασίαν —— ἢ τῷ ὄχλῳ πρὸς χάριν τι λέγοντες οὐ τὰ ὄντα ἀπαγγείλωσιν κ. τ. λ. Thucyd. VII. 8. — Non minus regibus perpetuo adesse adulatores quam plebi in regimine populari, cum omnes aguoscunt, tum Isocrates monuit ad Nicocl. R. p. 27. οἱ συνόντες [τοῖς βασιλεῦσι] πρὸς χάριν ὁμιλοῦσι, et ipse de se confitetur ad Philippum Maced. p. 146. οὐ τὰ πρὸς χάριν ἐκλεξάμενος, καίτοι πρὸ πολλοῦ ποιησαίμην ἂν σοι κεχαρισμένως εἰπεῖν. — Cæterum monendum est, hoc exordium forma ac dictione convenire cum Periclis Oratione funebri, quæ est ap. Thucyd. II. 35. et cum initio Isocratis Orationis ad Nicoclem, quæ loca imitatus esse videtur Demosthenes. AMERSFOORDT. Imitationem non agnosco. Usus autem est Demosthenes hoc exordio ad retundendos Oratores, qui cum, antequam ipse ad dicendum surgeret, περὶ τῶν βασιλικῶν orarent, nihil aliud quam mellitos globulos hianti coronæ ingerentes decantando immortalia majorum facinora civos in Persam concitare studuissent. SCHAEFER.

— ult. προαιρεῖσθαι] Quod abest ab Ariside Art. p. 264. et 310. videtur servandum. Exagitat enim Demosthenes consilium ejusmodi Oratorum, qui, dum eloquentia præstare videntur, nihil dicunt, quod patriæ prodesse possit: sin προαιρεῖσθαι ejiciator, eorundem stultitiam et imprudentiam potius incusare videretur, qui non justo tempore ac temere ea majorum facta commemorarent. Sed vulgaris lectio magis cum sqq. convenit. De infinitivo verbum προαιρεῖσθαι volgo sequente cf. A. Matthiæ in Grammat. Gr. §. 531. et cf. locus supra cit. ex Phil. III. Sic perpetuo opponit λόγον κεχαρισμένον et συμφέροντα. v. et Olynth. III. l. supra laud. Neque hoc rarum est, ut plures deinceps infinitivi sequantur. De Latinis hujusmodi locutionibus v. D. Wyttenbachius in Bibl. Crit. VIII. p. 72. Græca exempla vel ex hac ipsa Oratione peti possunt. Cf. p. 284. 20. 215. 3. 6. 17. 286. 2. alibi. AMERSFOORDT.

P. 281. ult. ὧν οὐδ' ἂν εἷς — τῷ λόγῳ] Similiter de majoribus Philipp. II. p. 68. 18. ed. Reisk. πράξαντες ταῦθ', ἃ πάντες μὲν ἀεὶ γλίχονται λέγειν, ἀξίως δ' εἰπεῖν οὐδεὶς δεδύνηται· διόπερ κἀγὼ παραλείψω. διὰ καίως. ἔστι γὰρ μείζω τἀκείνων ἔργα, ἢ ὡς τῷ λόγῳ τις ἂν εἴποι. et Orat. π. Συντ. p. 171. 11. τὸν γὰρ ὑπὲρ τηλικαύτης πόλεως ῥηθησόμενον λόγον καὶ τοιούτων πραγμάτων παντὸς ἐνὸς τοῦ λέγοντος ἀεὶ μείζω φαίνεσθαι δεῖ καὶ τῆς ἀξίας τῆς ὑμετέρας ἐγγὺς εἶναι, μὴ τῆς τοῦ λέγοντος. Ita etiam Isocrates Panegyr. c. 23. eos ait tales fuisse, ὥστε μηδένα πώποτε δυνηθῆναι περὶ αὐτῶν, μήτε τῶν ποιητῶν, μήτε τῶν σοφιστῶν, ἀξίως τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων εἰπεῖν. et c. 51. τότε [h. e. quum dicere hanc Orationem incipiebam] μὲν γὰρ ὤμην ἀξίως δυνήσεσθαι περὶ τῶν πραγμάτων εἰπεῖν· νῦν δ' οὐκ ἐφικνοῦμαι τοῦ μεγέθους αὐτῶν. Malo etiam sensu [H. e. de re mala, ingrata. SCHAEFER.] usurpatur hoc ἐφικνεῖσθαί τινος a Demosthene de F. L. p. 361. 24. de Phocensium clade: ὅλως δὲ οὐδ' ἂν εἷς ἐφικέσθαι τῷ λόγῳ δύναιτο τῶν ἐκεῖ κακῶν νῦν ὄντων. sed meliore ab eodem Amator. Serm. (Quæ Oratio ab aliis refertur ad Androtionem. Vid. Reiskius ad ejus initium. Nos tamen in hujusmodi Orationibus, de quarum auctoribus lis est, in hac Annotatione vitandi erroris causa ubique Demosthenis nomen usurpabimus.) p. 1405. 22. εἰ μὲν οὖν οἷόν τ' ἦν ἐφικέσθαι τῷ λόγῳ τοῦ κάλλους τοῦ σοῦ. Isocrates Laud. Helenæ p. 358. f. τὰ μὲν μικρὰ ῥᾴδιον τοῖς λόγοις ὑπερβαλέσθαι, τῶν δὲ χαλεπὸν τοῦ μεγέθους ἐφικέσθαι. Eodem sensu dixit Panathen. p.415. τοῖς δὲ ὑπερβάλλουσι τῶν ἔργων καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῷ κάλλει χαλεπὸν ἐξισῶσαι τοὺς ἐπαίνους. Idem Archid. p. 234. de Lacedæmoniis, qui ad Thermopylas pugnaverant: τοιούτους σφᾶς αὐτοὺς παρασχόντες, ὥστε τοὺς μετὰ τέχνης ἐγκωμιάζοντας μὴ δύνασθαι τοὺς ἐπαίνους ἐξισῶσαι ταῖς ἐκείνων ἀρεταῖς. et ibid. τοὺς βουλομένους ἡμᾶς εὐλογεῖν ἀπορεῖν ποιήσομεν, τί τῶν πεπραγμένων ἡμῖν ἀξίως ἐροῦσι. Wyttenbachius autem in Epist. Crit. ad D. Ruhnken. p. 31. f. monuerat, ex hujus Orat. initio expressa videri Juliani verba Cæsar. p. 324. D. ἔργα ἔπραξα τηλικαῦτα, ὥστε τὴν μνήμην, καίπερ οὐκ ἀξίως ὑπὸ τῶν συγγραφέων ὑμνηθέντων (alii ὑπομνηθέντων), ὅμως δὲ συμπαραμένειν τῷ βίῳ. IDEM.

P. 282. 1. τοῦ δοκεῖν — ἐκφέρονται] Mireris, hanc locutionem Reiskio insolitam videri potuisse, δόξα h. l. fere idem quod τιμὴ, cum quo vocabulo passim jungitur. v. p. 1423. 6. SCHAEFER.

— ibid. τοῦ δοκεῖν εὖ λέγειν] Ita Exord. Orat. Demosthen. XXXV. p. 1411. 8. ed. Reisk. ἠβουλόμην ἂν — τὴν ἴσην σπουδὴν ἐνίους τῶν λεγόντων ποιεῖσθαι, ὅπως τὰ βέλτιστ' ἐροῦσιν, ὅσην περ, ὅπως εὖ δόξουσι λέγειν, κ. τ. λ. AMERSFOORDT.

— ult. ἐλάττω τῆς ὑπειλημμένης] Ita Demosthenes Or. in Leptin. p. 480. init. ed. Reisk. res Chabriæ referens, ὅτι, inquit, — οὐδαμοῦ τὸ τῆς πόλεως ὄνομ' οὐδ'

αὐτὸν κατήσχυνεν, οὔτε πάνυ ῥᾴδιον κατὰ τὴν ἀξίαν εἰπεῖν, πολλή τ' αἰσχύνη, λέγοντος ἐμοῦ, ταῦτ' ἐλάττω φανῆναι τῆς ἐν ἑκάστῳ νῦν περὶ αὐτοῦ δόξης ὑπαρχούσης. Olynth. III. p. 35. de majoribus: μόνοι δὲ ἀνθρώπων κρείττω τὴν ἐπὶ τοῖς ἔργοις δόξαν τῶν φθονούντων κατέλιπον. Justinus II. c. 6. init. "Operaque Atheniensium effectu majora quam voto fuere." IDEM.

P. 283. 4. δοκῆτε] δοκεῖτε Bekker. quod unice probari oportere ita nunc constat, ut mirer, Amersfoordtium de vulgatæ solœcismo nihil monuisse. V. not. ad p. 44. 1. 45. 8. ed. Reisk. ubi quod Bremius dicit, ἂν h. l. significare *posse*, non assentior. Est enuntiatio hypothetica. Hypothesin supplet Reiskius in not. sequ. SCHAEFER.

— 5. δύνασθαι] Uncis inclusit Reiskius. Reponendum censet δεόντως vel ὀρθῶς. Sed horum vocabulorum vis jam latet in illo μάλιστα. Itaque vulg. lectio est tenenda. AMERSFOORDT. Accedo. V. p. 1423. 13. SCHAEFER.

— ibid. παρεσκευάσθαι] παρασκευάσασθαι legitur Exord. Orat. VIII. p. 1423. 13. quod, si paucas varias lectiones exceperis, idem est atque hoc nostrum: ideoque videtur præferendum. AMERSFOORDT. Recte. Vulgata non debebat probari Bremio in not. ad p. 45. 8. SCHAEFER.

— 6. εἰ μὲν — ξέλτιον σχοίη] Hanc Oratorum dicendi curam cum socordia in agendo conjunctam sæpius graviter increpat Demosthenes. Exemplo sint Exord. Orat. X. totum p. 1424. Phil. II. p. 66. 20. ed. Reisk. εἰ μὲν οὖν καὶ νῦν λέγειν δικαιότερα ὑμῖν ἐξαρκεῖ, ῥᾴδιον, καὶ πόνος οὐδεὶς περόσεστι τῷ πράγματι· εἰ δὲ κ. τ. λ. Phil. I. p. 51. 6. εἰ μέν, ὅσα ἄν τις ὑπερβῇ τῷ λόγῳ, ἵνα μὴ λυπήσῃ, καὶ τὰ πράγματα ὑπερβήσεται, δεῖ πρὸς ἡδονὴν δημηγορεῖν· εἰ δ' ἐ τῶν λόγων χάρις, ἂν ᾖ μὴ προσήκουσα, ἔργῳ ζημία γίγνεται, αἰσχρὸν ἔστι κ. τ. λ. AMERSFOORDT.

— ibid. [οἱ μέλλοντες]] Cur Reiskium sequar, non video. AMERSFOORDT. Recte uncos removit cum Amersfoordtio Bekker. Conf. p. 1423. 14. SCHAEFER.

— ibid. λέγειν δεινοί] Cave jungas λέγειν δεινοί. δεινὸς ipsum per se de facundo dicitur. SCHAEFER.

— ibid. φανείημεν ὄντες] Nihil abesse Reiskius facile vidisset, si attendisset vim oppositionis. Scilicet τοῖς δεινοῖς opponitur v. 8. ὀστισοῦν, i. e. homo vel minime facundus. IDEM.

— 7. εὖ οἶδ' ὅτι] Formula Græcis solemnis atque in quocunque genere scriptorum frequenter obvia, cujus tamen variam potestatem diversamque collocationem, imprimis Demosthenicam, uberius h. l. explicare statuimus. De ea egerunt Vigerus de Idiotism. 1. Gr. c. 5. sect. 8. §. 16. p. 271. et impr. Hoogev. ad eum locum, quem partim sequimur. Idem de Partic. 1. Gr. p. 876. et p. 880. sqq. subaudiendum esse censet τοῦτ' ἀληθές vel σαφές ἐστιν. Videtur tamen potius tacito repetendum esse idem verbum, ad quod in Oratione refertur, ut hic οὐδὲν ἂν βέλτιον σχοίη, sicut in Pauli Apostoli loco Actor. XXVI. 27. hanc repetitionem diserte exstare monuit Hoogeveenius ad Vigeri 1. c. Cf. et A. Matthiæ in Grammat. Gr. §. 613. VI. p. 905. Recte vertitur *sat scio*. Modo autem occurrit, addito adverbio εὖ, modo eodem omisso: nonnunquam etiam pro hoc aliud invenitur, ut σάφα vel ἀκριβῶς. In quacunque sententiarum parte invenitur, tum in initio et medio, tum in earundem fine. Opponitur ei sæpe alia: οὐκ οἶδ' ὅτι, vel et οὐκ οἶδ' ὅ τι: difficile autem est videre, utrum cuique loco conveniat. Videtur tamen, si affirmantis est, εὖ οἶδ' ὅτι, vel simpliciter οἶδ' ὅτι, legendum esse ὅτι, si negantis, in οὐκ οἶδ' ὅ τι separandum. Sic certe ut statuamus faciunt exempla, in quibus supra dictorum fidem, justum ordinem tenentes, tueri conabimur, simul illorum ope probantes, hanc formulam cum omnibus fere verbi modis temporibusque conjungi. — In præsenti indicat. sine εὖ media sententia. Demosthenes in Mid. p. 535. 19. ed. Reisk. οὐδέ γε ἐκεῖνο οὐδεὶς ὑμῶν, οἶδ' ὅτι, μνημονεύοι. c. Arist. I. p. 784. 24. σὺ δ', οἶδ' ὅτι, καὶ τὰ ἀντίγραφα αὐτῶν ἔχεις. Philipp. II. p. 73. 11. ταῦτα γὰς ἅπαντα — μνημονεύετ', οἶδ' ὅτι, ῥηθέντα, ubi jam Hoogeveen. ad Vigeri I. c. monuerat deesse εὖ. Male igitur et contra Codicum consensum Reiskius illud inseruit, nullo insuper in textu mutatæ lectionis addito signo. Thucydides II. 64. καὶ δι' αὐτήν, οἶδ' ὅτι, μισοῦμαι. Et cum εὖ Æschines c. Timarch. (ed. Tauchnitz.) p. 32. f. καὶ εὖ οἶδ' ὅτι δοκοῦσιν ὑμῖν καλῶς ἔχειν. ibid. p. 40. περὶ οὗ πάλαι εὖ οἶδ' ὅτι θαυμάζετε. Sic et in initio sententiæ Demosthenes p. Phorm. p. 954. 12. ἐγὼ μὲν γὰρ εὖ οἶδ' ὅτι τοῦτον, ubi ex præcedentibus supplendum οἶει. et plenius etiam Exord. XXIV. p. 1433. 27. ἐγὼ δ' οἶδα μὲν τοῦθ' ὅτι — προσδέχονται πάντες. quibuscum convenit, item in initio positum, Epist. III. p. 1475. 22. εὖ γὰρ ἴστε, ὅτι — φαύλην δόξαν ἡ πόλις λαμβάνει. Æschines c. Timarch. p. 21. εὖ δ' ἴστε — ὅτι — οἱ νόμοι σώζουσι. In fine periodi occurrit apud Aristophan. Plut. 183. ab Hoogeveenio citatum; Μονώτατος γὰρ εἶ σὺ πάντων αἴτιος Καὶ τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν, εὖ ἴσθ' ὅτι. — Cum imperf. indicat. addito ἄν. Initio sententiæ Demosthenes p. Cor. p. 286. 10. εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι, εἰ — , οὐκ ἂν ἠκούομεν. c. Nicostr. p. 1247. 6. εἰ μὲν οὖν — , εὖ οἶδ' ὅτι

ὑμεῖς τ' ἄν μοι ἔτι μᾶλλον συγγνάμην εἴχετε. adv. Lacrit. p. 939. 12. καὶ εἴγε τις—ἐτόλμησε — , εὖ οἶδ' ὅτι ἠγανάκτει ἂν οὗτος. — Cum perf. indic. initio sententiæ. Æschines c. Timarch. p. 29. init. εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι πάντες ἐκπεπλεύκατε εἰς Σαλαμῖνα. — Cum fut. indic. Demosthenes p. Phorm. p. 945. 10. media sententia: ἐξ ὧν εὖ οἶδ' ὅτιἢ τε τούτου συκοφαντία φανερὰ γενήσεται. c. Pantæn. p. 967. 1. ὡς καὶ ὑμεῖς εὖ οἶδ' ὅτι φήσετε. c. Macart. p. 1063. 6. ἀλλ' εὖ οἶδ' ὅτι οὐδεὶς ἔσται. c. Conon. p. 1256. 15. καὶ τούτου συγγνώμην ἕξετε εὖ οἶδ' ὅτι πάντες. Aristophanes Plut. 72. 'Αλλ' ἦν πύθησθέ μ' ὅστις εἶμ', εὖ οἶδ' ὅτι Κακόν τί μ' ἐργάσεσθε κοὐκ ἀφήσετε. et v. 216. Ἐγὼ γάρ, εὖ τοῦτ' ἴσθι, κἂν δεῖ μ' ἀποθανεῖν, Αὐτὸς διαπράξω ταῦτα. et cum ἀκριβῶς Demosthenes Epist. III. p. 1484. 27. καὶ τότε φήσετε δεινὰ πεπονθέναι με, ἀκριβῶς οἶδα, ὅτε κ. τ. λ. Igitur hic occurrit sine ὅτι. — Cum aoristo indic. addito ἄν, media sententia, Demosthenes Phil. II. p. 72. 24. οὔτ' ἂν ὑμεῖς, εὖ οἶδ' ὅτι, ἐπαύσασθε πολεμοῦντες. Lucianus Dial. Mar. II. οὐ γὰρ ἂν, εὖ οἶδ' ὅτι, ἐδυνήθη ἀποκινῆσαι τὴν πέτραν ἀπὸ τῆς θύρας. et cum ἀκριβῶς initio periodi Æschines c. Timarch. p. 47. ἀκριβῶς οἶδ' ὅτι κατέγνωτ' ἂν αὐτοῦ. — Cum præs. optat. initio sententiæ Demosthenes Exc. adv. Lacrit. p. 938. 26. ἀλλ' εὖ οἶδ' ὅτι οὐδὲν ἂν τούτων οἷός τ' εἴη διδάξαι. — Cum aoristo optativi, addito ἄν, media sententia Demosthenes p. Phorm. p. 954. 10, χρηστὸν εὖ οἶδ' ὅτι φήσειας ἄν. Epist. II. p. 1469. 7. τὸ γὰρ ὑμᾶς τῶ τοιούτω τοῦτον τὸν τρόπον κεχρῆσθαι ἐμοὶ μὲν ἄν, εὖ οἶδ' ὅτι, φανείη συμφορά. c. Macart. p. 1065. 29. media sententia: εἰ γάρ τις — , εὖ οἶδ' ὅτι ἀποκρίναιτ' ἄν. Ita et in loco, in cojus explicatione versamur. Cum σάφα apud Euripid. Phœniss. v. 1610. Œdipi sunt verba ab Hoogeveenio citata: Τίς ἡγεμών μοι πρόσθ' ὁμαρτήσει τυφλοῦ; Ἥδ' ἡ Σανοῦσα; ζῶσά γ' ἂν, σάφ' οἶδ' ὅτι. Subaudiendum ὁμαρτήσαι vel indicativus ἁμάρτησεν ἄν, ut Hoogev. Sed rariora hujus formulæ exempla sunt apud Tragicos; apud Comicos vero iis nihil frequentius occurrit. Exempla ex tragicis collegit Io. Lentingius ad Euripidis Medeam p. 165. — Denique jungitur participio aoristi. Demosthenes Phil. III. p. 110. 5. καὶ πάντων εὖ οἶδ' ὅτι φησάντων. — Quod vero attinet ad contrariam formulam, οὐκ οἶδ' ὅτι, eam sæpissime sequitur verbum δεῖ, ot in Orationum clausulis. Demosthenes p. Phorm. p. 963. 7. οὐκ οἶδ' ὅ τι δεῖ πλείω λέγειν, uti et in Conon. p. 1271. 6. c. Nausim. et Xenopith. p. 993. 15. c. Callicl. p. 1281. 10. quibus locis duobus posterioribus ὅ τι scribendum est pro vulgato ὅτι, quod item Reiskio ita visum fuit in Indice Græcit. ad v. ὅστις. Ita et c. Theocrin. p. 1340. 3. Serm. Amat. p. 1415. 18. c. Spud. de dote legitur p. 1019. 2. περὶ ἧς οὐκ οἶδ' ὅ τι δεῖ λέγειν. Isocrates Paneg. c. 30. πολιτείαν, — ἣν οὐκ οἶδ' ὅ τι δεῖ διὰ μακροτέραν ἐπαινεῖν. Cf. et Panath. p. 439. Herodis Orat. π. Πολιτείας Oratt. Græc. vol. VIII. p. 38. καὶ τούτων οὐκ οἶδ' ὅ τι δεῖ σημεῖον ἀλλοθεν λαβεῖν. — Paullo diversæ indolis esse videtur apud Demosthen. c. Steph. de f. test. I. p. 1103. 20. αὐτὸς οὐκ ἂν οἶδ' ὅ τι ἄλλο εἶχον ψηφίσασθαι, et cum occurrit sequente ὅπως vel εἴποτε. Demosthenes c. Phorm. p. 919. 19. εἰ οὕτως ἐδείκνυε Φορμίων, οὐκ οἶδ' ὅπως ἂν ἄλλως — ἀπελογήσατο. Æschines c. Timarch. p. 38. f. μὰ τὸν Διόνυσον, οὐκ οἶδ' ὅπως δυνήσομαι. et Demosthenes de Rhod. libert. p. 195. 1. οὐκ οἶδ', εἴποτ' ἂν εὖ φρονῆσαι ἠθέλησαν. Amersfoordt.

— 8. εἴς ὁστισοῦν δύναιτο διδάξαι] Reiskius Exord. VI. p. 1423. 16. de suo ὅ τι inseruit. Ibidem pro εἴς ὁστισοῦν erat olim τις ὁστισοῦν. Sed τις ejiciendum censebat Wolfius. Nobis quoque εἴς præferendum videtur, ne τις sæpius repetatur. Neque Reiskii placet conjectura. Cum vulgata lectione convenit Exord. XXVII. p. 1437. 7. ἂν μὲν γὰρ διδάξαι δυνηθῶσιν. quod paullo aliter pronunciatum est Exord. XXII. p. 1432. 28. οὐ γὰρ οἱ ταχὺ εἰπόντες μάλιστα εἰς τὸ δέον λέγουσιν, ἀλλ' ὃς ἂν δείξῃ, τίς πορισθεῖσα παρασκευὴ νυνὶ διαμεῖναι δυνήσεται. Amersfoordt. Nostro loco εἴς oppositum est antegresso ἅπαντες. Schaefer.

— ibid. πεῖσαι] Φράσαι duo Codd. Amersfoordtii. Nec displicet: ut hæc quoque sit orationis redundantia, cujus tot exempla in Demosthenicis occurrunt. Sic p. 283. pen. ἐναργές — καὶ σαφές. Vulgata quidem scriptura parum videtur congruere cum sequentibus, τίς et πόση et πόθεν. Idem.

— 10. λελύται] Λελύσεται Bekker. Sive hoc probes, sive λυθήσεται, idem est sensus: ambo enim valent *solutus erit*. Sed λελύσεται est paulo exquisitius. λελύται prætulit Bremius ad p. 45. 8. ed. Reisk. Idem.

—12. πρὸς βασιλέα] Vulg. πρὸς τὸν βασιλέα. τὸν abest a Paris. primo, secundo, quinto, Bavarico, Aug. secundo, appendice Francofurtana. Articulum ejecit Reiskius. Habet tamen quo se tueatur. Infra p. 179. 21. item legitur περὶ τῶν πρὸς τὸν βασιλέα. Sed in re, cujus judicium difficile est, nostrum non est pronuntiare. Simplex βασιλεὺς sæpe de Persarum rege invenitur, quod notissimum est. Apud Demosthenem exempla sunt plurima: in Orat. c. Timoth. p. 1185. 20. p. 1191. 20. s. p. 1192. 22. ed. Reisk. alibi. Philostratus V. Soph. I. XVIII. p. 507. οἱ μὲν βασιλεῖ ἐπιτήδειοι ἦσαν. Ac raro simplex βασιλεὺς de alio quam de Persarum rege dici-

tur, nec nisi manifesta sententia quis alius indicetur. Sic est apud Diodorum Sic. XVI. 75. τῆς γὰρ τοῦ βασιλέως (Philippi Macedonis) αὐξήσεως διαβεβοημένης κατὰ τὴν Ἀσίαν, ὁ βασιλεὺς (Persarum) ὑφορώμενος τὴν τοῦ Φιλίππου δύναμιν. et XVII. 4. permutautur Ἀλέξανδρος et ὁ βασιλεύς: sed illic narratio ea est, ut perspicuum sit ad eundem virum hæc referri. Cæterum h. l. monemus, regnasse in Perside, quum Oratio περὶ Συμμοριῶν habita est, Ochum, cui cognomen fuit Artaxerxis. Tertius fuit rex ita dictus, unde eum Artaxerxem III. nuncupavit Heerenus in Enchiridio ad discendam Hist. Aut. conscripto (*Handboek der O. G.*) p. 115. quomodo etiam est apud Ælianum V. H. Ἀρταξέρξην τὸν καὶ Ὦχον ἐπικληθέντα. Regnavit hic annos 23. ab Olymp. CIV. 3. ad Olymp. CIX. 1. Vid. Diodor. Sic. XV. 93. XVIII. 5. Supra de eo monuimus in Introduct. p. 723. — Πρὸς hic significat *respectu, quod pertinet ad*, ut sæpe. Cf. Matthiæ l. l. p. 196. V. Diogen. Laert. VI. 42. Amersfoordt.

— 13. κοινὸν ἐχθρὸν] Isocrates Orat. ad Philipp. p. 167. εἰ μέν τις φαίη, τὸν τῆς Ἀσίας βασιλέα τοῖς Ἕλλησιν ἐπιβουλεύειν καὶ παρασκευάζεσθαι στρατεύειν ἐφ' ὑμᾶς, οὐδὲν ἂν λέγοι περὶ αὐτοῦ φαῦλον. et vicissim Panath. p. 438. iuit. meminit Græcorum κοινῆς τῆς ἔχθρας ὑπαρχούσης τῆς πρὸς τοὺς βαρβάρους καὶ τοὺς βασιλέας αὐτῶν. Idem.

— 14. ταῦτα] Διὰ ταῦτα, *propter hæc, quæ dixi: ὅτι* κοινὸς ἐχθρὸς ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων ἐστίν. Facilior quidem, neque tamen in textum recipienda est lectio unius Cod. Paris. 2. διὰ τοῦτο. Sed abundant exempla pronominis demonstrativi pluralis, quod ad unam rem referatur. Amersfoordt. Amersfoordtio assentitur Boissonadus ad Aristænet. p. 436. V. not. ad p. 18. 21. Schaefer.

— ibid. μόνοις] Recte Wolfius interpretatur μόνοις, i. e. μονωθεῖσι. Rarior hic usus adjectivi μόνος. Sophocles Ajac. 511. σοῦ — μόνος. Schol. κεχωρισμένος. Idem.

— 15. πόλεμον — ἄραεσθαι] Hanc phrasin cum similibus contulit Andr. Dunæus ad Orat. Demosthen. de Pace p. 375. ed. Nostr. Amersfoordt.

— 18. δὴ] Vulg. δέ. Recte δή, *jam*. Schaefer.

— 19. παρασκευάζεσθαι δ'] Idem consilium dedit Philipp. I. p. 51. 13. δεῖ τοὺς ὀρθῶς πολέμῳ χρωμένους οὐκ ἀκολουθεῖν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' αὐτοὺς ἔμπροσθεν εἶναι τῶν πραγμάτων κ. τ. λ. Amersfoordt.

— 20. τοῦθ' ὑποκεῖσθαι τῇ γνώμῃ] Iterum referendum ad præcedentia: παρασκευάζεσθαι ἃ προσήκει πάντα. Reiskius in Indice Demosth. *præsuppositum et infixum menti esse tanquam scitum certumque:* satis profecto verbose, sed melius, quam Wolfius. Idem.

— ult. συμμαχήσειν] Συμμαχῆσαι et mox ἔχειν probat Bremius ad p. 13. 16. ed. Reisk. me quidem non assentiente. Schaefer.

P. 284. 4. ἐπισχὼν ὧν ὥρμηκεν] Ἂν Bekkerum puto recte delevisse. Locutionem Reiskius satis operose interpretatur. Est enim vulgaris attractio, quam sic resolvas: ἐπισχὼν τούτων, ἃ ὥρμηκεν. Eodem modo resolvendum. p. 1421. 25. ed. Reisk. ἐὰν μὲν ὀρθότερον φανῇ τις λέγων ὧν ὑμεῖς ὡρμήκατε. Frequentius, quam ὁρμᾶν (i. q. ὁρμαίνειν) τι, dicitur ἐπέχειν τινός. Aristophanes Av. 1192. Dind. ἐπίσχες τοῦ δρόμου. Active Demosthenes p. 505. 16. οἷς μάλιστ' ἂν τινας ᾠετο ἐπισχεῖν τοῦ τοιοῦτόν τι ποιεῖν. p. 1128. 16. τούτους τῆς ἄγαν κολακείας ἐπισχήσετε. Add. p. 131. 15. Idem.

— 6. τοὺς ἰδίους πολέμους] Græcorum dementiam in implorando Persarum ope ad intestina bella renovanda conspicuam item castiget Isocrates Paneg. c. 34. οὐκ ἐν τοῖς πολέμοις τοῖς πρὸς ἀλλήλους ἐν ἐκείνῳ (Persarum rege) τὰς ἐλπίδας ἔχομεν τῆς σωτηρίας, ὃς ἀμφοτέρους ἡμᾶς ἡδέως ἂν ἀπολέσειεν. Amersfoordt.

— 7. ἐπανορθώσασθαι] Hinc patet, non ubique veram esse distinctionem, quam dat Herodianus Philet. (additus a Piersono Mœridis editioni) p. 469. κατορθῶσαι ἐπὶ πολέμου καὶ τῶν τοιούτων. — ἐπανορθῶσαι δὲ ἐπὶ λόγων. Alia loca, quæ similiter faciunt contra Herodianum, dabit Index Reisk. Cf. Isocrat. Areop. c. 5. οὐδὲ σκοπεῖν, ὅπως ἐπανορθώσομεν αὐτήν. Ex præcedd. subaudiendum est τὴν πολιτείαν διεφθαρμένην. Æschines c. Timarch. p. 20. f. αἱ γὰρ ἰδιαι ἔχθραι πολλὰ πάνυ τῶν κακῶν ἐπανορθοῦσι. Demosthenes de Rhod. libert. p. 200. 23. ἐπανορθώσεταί τις, ἃ νῦν οὐκ ὀρθῶς ἔχει. Vid. et Ælian. V. H. III. 17. XIV. 13. Cæterum de vario usu verbi κατορθοῦν cf. Sallierius aliique Interpretes ad Thomam Mag. in v. κατορθῶσαι. Idem.

— ibid. καὶ τοῦτον τὸν νοῦν ἔχοντες] Vulgatam satis defendit quod sequitur p. 185. 4. τοιοῦτον ἔχουσι νοῦν. Schaefer.

— 10. ἀπ' ἴσης] Eadem vis formularum ἀπ' ἴσης, ἐξ ἴσης, ἐπ' ἴσης, nihilque ad eas subaudiendum, quippe omnes adverbialiter dicuntur. Idem.

— 12. ἐνδέχεσθαι] I. q. ἐξεῖναι. Xenophon Hier. 4. 4. τοῖς μὲν γὰρ ἰδιώταις ἔξεστι —, τοῖς δὲ τυράννοις οὐκ ἐνδέχεται. Idem.

— 13. τῶν ἰδίᾳ τι συμφερόντων] Demosthenes de Pace p. 63. 2. ed. Reisk. τῶν τοίνυν ἰδίων ἕνεκα ἕκαστον εὑρήσετε [εἰς τὰ] πολλὰ προηγμένον, ὧν οὐδὲν ἠβούλετο πᾶξαι.

Loquitur eo loco de Thessalis et Thebanis. De his similiter Phil. II. p. 67. 26. De iisdem et Argivis ibid. p. 68. 23. οἶδεν οὖν [Philippus] ἀμφοτέρους τὸ λυσιτελοῦν ἀγαπήσοντας, οὐχ ὅ τι συνοίσει κοινῇ τοῖς Ἕλλησι σκεψομένους. Contrariam Atheniensium φιλοτιμίαν laudat ibid. p. 67. 18. Ita et Phil. III. p. 129. 3. καὶ γὰρ ἂν ἅπαντες δουλεύειν δήπου συγχωρήσωσιν οἱ ἄλλοι, ὑμῖν γ' ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγανιστέον. Hoc libertatis amore incensus Demosthenes in Psephismate, quo Philippo bellum inferre jussit Athenienses, Or. p. Cor. p. 289. δεινὸν ἡγεῖται εἶναι καὶ ἀνάξιον τῆς τῶν προγόνων δόξης τὸ περιορᾶν τοὺς Ἕλληνας καταδουλουμένους. et deinde v. 29. ἐνθυμηθέντας τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς, διότι περὶ πλείονος ἐποιοῦντο τὴν τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίαν διατηρεῖν, ἢ τὴν ἰδίαν πατρίδα. et similiter p. 295. Hæc ex innumeris locis selegimus exempla, quæ apud Oratores Atticos exstant in comparandis Atheniensium cæterorumque Græcorum consiliis de patriæ libertate tuenda versantes. Alia dedit Dunæus l. cit. ad p. 61. 9. AMERSFOORDT.

— 15. ἐᾶσαί] Noli credere [sc. Wolfio Reiskioque]. λαβεῖν ταύτην τὴν δίκην explicatur per epexegesin ἐᾶσαί τινας — γενέσθαι. SCHAEFER.

— 18. ἴσχ'] Verum non illud verebatur Demosthenes, ne Athenienses bello contra Persas suscepto injusti viderentur, verum ne reliquis Græcis suspicionem moverent, illos apparatus non contra Persas, sed contra se ipsos instructos esse. Malim igitur vulgatam lectionem tenere, ita vertendam: *ne temere bello suscepto viribus impares simus.* Sic tota periodus duobus membris constans optime cohærebit. Prioribus illis σκεπτέον — οὐκ ἴσοι respondebunt ἂν ἡ μὲν δύναμις — πᾶσιν ᾖ φανερά: posterioribus autem μήτ' ἐκεῖνος — λήψεται occurritur his verbis, φαίνηται — αἰρουμένη. AMERSFOORDT.

— ibid. μήτ' ἐκεῖνος, ὃν — τοῖς Ἕλλησι] Citant Anecd. Bekk. p. 136. 28. SCHAEFER.

— 20. [δοκεῖν] ] Vocem δοκεῖν uncis inclusit Reiskius, ejiciendam illam esse significans e textu. Ut hic occurrit τὴν πίστιν τοῦ δοκεῖν, ita supra p. 282. 2. δόξαν τοῦ δοκεῖν. AMERSFOORDT. Uncos recte amoverunt Amersfoordt. et Bekker. SCHAEFER.

— ult. φρονεῖν] Simpliciter dici de animi elatione, cum alibi docui, tum obiter monui supra ad p. 110. 20. Plutarchus t. VI. p. 17. R. εἴ τις ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ φρονεῖ. ubi si quis pertendat φρονεῖν hanc vim habere propterea, quia præpositio accesserit, quid sibi velit fateor me ignorare. In Euripideo loco Suppl. 447. quo usus sum in libro Bosiano p. 267. φρονεῖν simpliciter dici de φρονήματι, facile concedet, quisquis loci illius sententiam perviderit: vix enim tyranno metuendi οἱ φρόνιμοι, ut qui non invident miseriis vitæ tyrannorum; vehementer metuendi οἱ φρονηματίαι. Neque alin sensu hoc verbum puto usurpatum in Sophoclis Trachin. 312. Herm. Scilicet Ioles τὸ φρονήμα, non τὴν φρόνησιν, facile arguebant vultus, corporis gestus, incessus, ipsum silentium. IDEM.

— ibid. τοῖς δὲ Θρασυνομένοις κ. τ. λ.] Demosthenes de Pace p. 63. 10. ed. Reisk. πρὸς δὲ τοὺς Θρασέως ὀτιοῦν οἰομένους ὑπομένειν δεῖν καὶ μὴ προορωμένους τὸν πόλεμον ἐκεῖνο βούλομαι λογίσασθαι. ad quem locum Dunæus disputat de vocibus Θάρσος et Θράσος, hoc ubique malo sensu accipiendum esse affirmans. Præstaret eum dixisse, id, etsi non ubique, tamen plerumque obtinere. Ita θρασύνεσθαι in laudem dici videtur apud Thucydidem V. 104. f. Cf. tamen, qui cum Dunæo facere videntur, Hesychius in v. Θρασυμέμνονα et cognatis et Ammonius p. 71. ibique Valckenaer. De facili depravatione τῆς ἀνδρείας in θρασύτητα loquitur, ut hic, ita in Serm. Amat. p. 1405. 17. τῶν γὰρ — διὰ τὴν ἀνδρίαν θρασυτέρων εἶναι δοκούντων, et Pericles in Orat. funebri apud Thucydidem II. 40. copiose disputavit. Ita etiam sæpius, ut in opinione hominum, sic et librariorum vitio in MSS. confundi ἀνδρίαν et ἀναίδειαν docuit Wyttenbachius Bibl. Crit. P. III. p. 53. Etymologus M. in v. ἀπόνοια dicit duas esse partes dementiæ; τὴν ὑπερηφανίαν καὶ τὴν θρασύτητα· — καὶ γὰρ Θρασύτης ἐστὶν ἡ ἄλογος τόλμα. Thucydides III. 82. τόλμα μὲν γὰρ ἀλόγιστος ἀνδρία φιλέταιρος ἐνομίσθη. ad q. l. recte Scholiastes: τὴν μὲν γὰρ ἀλόγιστον τόλμαν, ἣ καὶ Θρασύτης καλεῖται, ἀνδρίαν πρσηγόρευσαν. Cum toto hoc loco valde convenit Exord. XXXV. p. 1441. 18. quo item modestiam in dicendo cum fortitudine ac vigilantia in agendo commendat: τὸν μέλλοντα πράξειν τὰ δέοντα, οὐκ ἐπὶ τῶν λόγων θρασὺν, ἀλλ' ἐπὶ τῆς παρασκευῆς ἰσχυρὸν εἶναι δεῖ. quocum consentit Artabanus apud Herodotum VII. 49. f. ἀνὴρ δὴ οὕτω ἂν εἴη ἄριστος, εἰ βουλευόμενος μὲν ἀρρωδέοι, πᾶν ἐπιλεγόμενος πεϊσεσθαι χρῆμα, ἐν δὲ τῷ ἔργῳ θρασὺς εἴη. Periculum, quod bellum temere susceptum affert, depinxit Demosthenes Exord. LI. p. 1452. 2. ἀγνοοῦντες — ὅτι αἱ διὰ τῶν λόγων ἀνδρίαι καὶ Θρασύτητες, ἐὰν μὴ μεθ' ὑπαρχούσης ὥσι παρασκευῆς καὶ ῥώμης, ἀκοῦσαι μὲν εἰσὶν ἡδεῖαι, πράττειν δ' ἐπικίνδυνοι. quem imitari videtur Livius XXXV. 32. *Consilia calida et audacia prima specie læta, tractatu dura, eventu tristia.* Neque in imperatore ἡ θρασύτης probatur Euripidi Phœn. 602. ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης. Quem versum frequenter recitabat Augu-

stus, Polyæno teste l. VIII. c. 24. §. 4. Suam modestiam in concionibus ad populum ipse prædicat Demosthenes de Cherson. p. 106. 20. Amersfoordt.

P 285. 2. ἀνδρείας] Aliæ editt. forte rectius ἀνδρείας et bio et alibi dederunt, ubi in hac Oratione occurrit. Reiskius sæpius diphthongum ει in simplex ι mutavit. Idem.

— 5. ἐν δὲ τῷ συμβουλεύειν — εἰπεῖν ἔχειν] Sic Pittacus in carmine, quod edi solet cum Anacreonticis: Συνετῶν ἐστὶν ἀνδρῶν, Πρὶν γενέσθαι τὰ δυσχερῆ, Προνοῆσαι, ὅπως μὴ γένηται· Ἀνδρείων δὲ γενόμενα εὖ θέσθαι. Demosthenes de Cherson. p. 108. 7. ed. Reisk. οὐκ εἶναι νομίζω τοῦ συμβουλεύοντος ὑμῖν ἔργον οὐδὲν πλὴν εἰπεῖν τὰ βέλτιστα. p. Cor. p. 308. 24. ἂν γ' ἀν ὁ ῥήτωρ ὑπεύθυνος εἴη. — τίνα οὖν ἐστὶ ταῦτα; ἰδεῖν τὰ πράγματα ἀρχόμενα καὶ προαισθέσθαι καὶ προειπεῖν τοῖς ἄλλοις. Exord. Oratt. XII. p. 1426. 7. τὸ συμβουλεύειν περὶ τῶν παρόντων καὶ γενησομένων προτίθεται. XXXVI. p. 1443. 1. δεῖ δὲ πράξεώς τινος τὸν λέγοντα φανῆναι σύμβουλον, δι' ἣν καὶ μετὰ ταῦτα ἀγαθοῦ τινὸς ἡμῖν ἔσται παρουσία. XXI. p. 1431. 6. ἐξ ὅτου δὲ τρόπου βελτίω δύναιτ' ἂν γενέσθαι [τὰ πράγματα], τοῦτο τοῦ συμβουλεύοντος ἔργον εἰπεῖν. coll. ibid. v. 11. Audaciam in dicendo, nisi cum fortitudine in agendo conjuncta sit, reprehendit Eteocles apud Euripidem in Phœniss. v. 723. ἐγὼδα κείνους τοὺς λόγους ὄντας θρασεῖς. Hunc tamen morem Athenienses sequebantur, si Demosthenem audias Exord. XXII. p. 1432. ὑμεῖς εἰώθατε τῷ βουλεύεσθαι χρῆσθαι ὀξέως. δεῖ δὲ βουλεύεσθαι μὲν ἐφ' ἡσυχίας, ποιεῖν δὲ τὰ δόξαντα μετὰ σπουδῆς. cui iisdem fere verbis præiverat Isocrates ad Demon. p. 16. βουλεύου μὲν ῥᾳδέως, ἐπιτέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα. Hinc notum suum illud præceptum hausit Sallustius, a Dunæo etiam laudatum ad Demosth. Orat. de Pace p. 368. de bello Catil. c. 1. *Priusquam incipias, consulto, et ubi consulueris, mature facto opus est.* ad quem locum alia exempla dedit Cortius. Sed communis fuit hic error Atheniensibus cum reliquis hominibus, quos ad res maximi momenti sæpius temeritate ferri constat, quam consilio. Thucydides I. 78. ἰόντες τε οἱ ἄνθρωποι ἐς τοὺς πολέμους τῶν ἔργων πρότερον ἔχονται ἃ χρὴν ὕστερον δρᾶν, κακοπαθοῦντες δὲ ἤδη τῶν λόγων ἅπτονται. Quapropter non injuria præcesserat eodem loco: βουλεύεσθε οὖν βραδέως, ὡς οὐ περὶ βραδέων [de bello inter Græcos]. Merito igitur prudentis consilii auctorem quovis pretio dignum judicavit Isocrates ad Nicocl. p. 43. τοὺς δὲ νοῦν ἔχοντας καὶ δυναμένους ὀρᾶν πλέον τι τῶν ἄλλων περὶ πολλοῦ ποιοῦ καὶ θεράπευε, γινώσκων ὅτι σύμβουλος ἀγαθὸς χρησιμάτατον καὶ τυραννικώτατον ἁπάντων κτημάτων ἐστίν. Amersfoordt.

— 8. χαλεπὸν] Ut hic ipse πόλεμος dicitur χαλεπὸς, ita apud Isocratem Paneg. c. 38. Persarum rex dicitur esse χαλεπὸς πρὸς τὸ πολεμεῖν. Idem.

— 9. ἂν συμβάντα] Est enuntiatio hypothetica, tacita hypothesi: *si forte cum Persa congrediendum sit.* Schaefer.

—10. τριηρῶν] De accentu hujus genitivi agens Buttmannus nostrum locum citavit Grammat. Gr. major. t. I. in Addend. ad p. 185. V. not. ad p. 100. 26. Idem.

— 11. τόπων] Suspicio mihi orta est, designari hoc vocabulo *loca munita, munimenta, castella,* quæ si conlicienda sint, quanti constare soleant ærario, dicere opus non est. Hoc etiam sensu intelligenda videntur loca in Orat. de F. L. p. 397. 22. ed. Reisk. καίτοι δύο χρησιμωτέρους τόπους τῆς οἰκουμένης οὐδ' ἂν εἷς ἐπιδείξαι τῇ πόλει, κατὰ μὲν γῆν Πυλῶν, ἐκ θαλάττης δὲ τοῦ Ἑλλησπόντου. cum quo loco cf. Æschines de F. L. p. 92. αἰτιᾶταί με —, ἀπηλλοτριωκέναι δ' ἀφ' ὑμῶν τὸν ἐπὶ Θρᾴκης τόπον. Demosthenes Philipp. III. p. 119. 14. κύριος δὲ Πυλῶν καὶ τῶν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας παρόδων ἐστὶ, καὶ φρουρᾶς καὶ ξένοις τοὺς τόπους τούτους κατέχει. de F. L. p. 398. 26. εἰσὶ γὰρ οἱ πρέσβεις οὐ τριηρῶν οὐδὲ τόπων, οὐδὲ ὁπλιτῶν, οὐδ' ἀκροπόλεων κύριοι. p. Cor. p. 325. 25. ἐὰν τὸν ἐμὸν τειχισμὸν βούλει δικαίως σκοπεῖν, εὑρήσεις ὅπλα, καὶ πόλεις, καὶ τόπους, καὶ λιμένας, καὶ ναῦς, καὶ ἵππους, καὶ τοὺς ὑπὲρ τούτων ἀμυνομένους. ταῦτα ἐγὼ προὐβαλόμην πρὸ τῆς Ἀττικῆς. Huc etiam pertinet Isocrat. Panathen. p. 441. ubi tropice eadem hæc vox occurrit: τοὺς τόπους ἅπαντας προκατειλημμένους. Neque tamen affirmem, in nullo horum locorum aliam etiam significationem convenire. Ac præstaret forte legere πόρων, quos item cum χρήμασι infra conjungit p. 184. 20. Nisi hæc placeant, restitue τειχῶν. Sic certe sæpe dicuntur ἐπιτειχίσματα, cujus vocis, ut et τειχισμάτων, exempla collegit T. Hemsterhusius ad Luciani t. I. p. 63. Mihi tamen, nisi hæc, quam dedimus, admissa fuerit explicatio τῶν τόπων, præferendum videtur πόρων. Amersfoordt. Optime habet vulgata. τόποι h. l. sunt, quæ alibi dicuntur ὁρμητήρια. Schaefer.

— 19. φανεροὶ — ἀντιτατττόμενοι] Ita et scripsit Thucydides I. 42. φανερὰν ἔχθραν καὶ οὐ μέλλουσαν πρὸς Κορινθίους κτήσασθαι. et II. 2. ἔτι ἐν εἰρήνῃ τε καὶ τοῦ πολέμου μήπω φανεροῦ καθεστῶτος. Amersfoordt. Sed hæc diversi sunt generis. Nostro loco φανεροὶ — ἀντιτατττόμενοι est ex notissimo idiomate i. q. φανερὸν ἐγίγνετο, ὅτι πρὸς ἐκεῖνον ἀντιτατττόμεθα. Sic p. 231. 16. φανεροὶ πᾶσιν ἦσαν ἀναγκασθησόμενοι —. Schaefer.

— 21. κεφάλαια] *fines,* quasi dicas *capita.* Idem.

— 22. δύναισθαι] Non requirerem, si ab

esset. Et fortasse natum est e tribus syllabis antecedentibus. Sed tuetur etiam Dionysius Halic. l. c. ad v. 27. IDEM.

— 23. *τί* — *ἐχθρούς ἔχοντες*] Eadem fere verba infra occurrunt p. 296. 25. atque citantur in loco sæpius laudato de Rhod. libert. p. 192. 4. sqq. Habet fere similia Isocrates Amart. p. 681. *πῶς εἰκὸς Νικίαν — πρὸς τοῖς ὑπάρχουσιν ἐχθροῖς ἑτέρους διαφόρους ποιεῖσθαι*; AMERSFOORDT.

— antep. *ὁμολογοῦντας*] Dionysius Halic. l. c. ad p. 180. 27. *ἀμολογημένους*. Sed nostra scriptura aliquanto gravior. *qui ipsi fatentur*, scil. se hostes esse. SCHAEFER.

— pen. *παρασκευαζόμεθα — ἀμυνόμεθα*] Cod. Bekk. *παρασκευασόμεθα — ἀμυνούμεθα*. Legam: *παρασκευασόμεθα — ἀμυνούμεθα*. IDEM.

— ibid. *παρασκευαζόμεθα — πρὸς τούτους*] Apud Thucydidem II. 20. cum præpositione *εἰς* jungitur hoc verbum: *παρεσκευασμένους ἐς πόλεμον*. AMERSFOORDT.

— ult. *μέν γε*] *γε* bene delevit Bekker. SCHAEFER.

P. 286. 2. *οὐχ ἡδέως — ἐχόντων*] V. not. ad p. 283. 11. Bene Græcum ususque frequentis *ἡδέως ἔχειν τινί*: non Græcum *ἡδέως ἔχειν τινός*, quod Machonis fragmento ap. Athenæum intulit Lennepius ad Phalar. p. 332. a. IDEM.

— 3. *ὅτι νὴ Δί' ἀκούσονται κ. τ. λ.*] Est hæc *ὑποφορά*. Itaque Reiskius, quem Amersfoordtius secutus est, post *αὐτοῖς* perperam posuit signum interrogandi. Mutavi. IDEM.

— 4. *αὐτοῖς*] Post h. v. Bekkerus plene interpungens sequentia sic continuat: *αὐτοὺς δ' οὐ πρόσεᾶν ὦ πρὸς τοῦ Διὸς εἶεσθε τοῦτο*; Verissime. Jam apparet, quam vanus fuerit conjector Reiskius, cum et *πείσειν* post *τοῦτο* addendum censeret, et *οὐκ* ante *οἴομαι* ipse adderet. IDEM.

— 5. *ὦ*] *ὠ* malit Boissonadus ad Aristænet. p. 209. IDEM.

— ibid. *οὐκ οἴομαι*] Negationem Reiskius rectissime de suo addidit. Si omissa fuerit, nullus idoneus sensus verborum reperiri potest. AMERSFOORDT. Negationem Bekkerus rectissime delevit. V. not. ad v. SCHAEFER.

— 6. *ἀλλ' οὔπω μείζων κ. τ. λ.*] Vide, ut vara vibiam sequatur. Cum enim Reiskius non vidisset, *πῶς στικτέον* v. 10. commentus est *ἄλογον* quiddam, quod frustra excusat contentione orandi. Nunc, superioribus a Bekkero recte distinctis, hæc antecedentibus junguntur *λογικώτατα*. IDEM.

— 7. *ἀλλ' ἤ*] Legendum est *οὐδὲν οὖν ἄλλ' ἤ, nihil aliud nisi*. Hoc scribitur pro *οὐδὲν ἄλλο ἤ*. Recte vertitur *nihil plane, prorsus*. Vid. Hoogev. ad Viger. de Idiotism. p. 439. Sæpius confunditur cum *οὐδὲν ἀλλ' ἤ*, hoc est *ἀλλὰ ἤ*, *praterquam*, quod monuit jam idem Hoogev. de Partic. L. Gr. p. 4. et fusius p. 32. Cf. etiam Matthiæ Gramm. Gr. p. 903. Manifestius apparet *ἄλλο* apud Demosthenem c. Macartat. p. 1066. 12. *οὐκ ἂν ἔχοι — ἀλλ' οὐδ' ὁτιοῦν ἀποκρίνασθαι ὁ παῖς, ἢ ὅτι —*. ubi Reiskius male habet *ἀλλ'*. et c. Phænipp. p. 1047. v. ult. *οὐδὲν ἄλλο κατασκευάζεις ἢ —*. Inverso ordine habet Thucydides III. 14. *ἄλλο οὐδὲν ἢ ἐκ γῆς ἐναμάχουν*. Hoc item sæpius occurrit, sequente *πλήν*. Empla attulit Matthiæ l. c. quibus adde Isocratem Panathen. p. 437. *οὐδὲν ἄλλο πράττοντας* [Lacedæmonios] *οὐδὲ βουλευομένους, πλὴν ὅπως μάλιστα μὲν ἁπάντων ἄρξουσιν· εἰ δὲ μή, Πελοποννησίων*. et sine *ἄλλο* ibid. p. 405. *οὐδὲν ἔχων ἐγκαλεῖν, πλὴν ὅτι*. Hoogeveen. de Partic. L. Gr. p. 1061. monet, *οὐδὲν ἄλλο πλὴν* usurpari, quum *de multitudine vel plenitudine quid negatur*. Do alia formula *οὐδὲν ἀλλ' ἤ* cf. idem Hoogeveen. ad Viger. p. 438. Legitur ea apud Demosthenem p. Phano c. Aphobum p. 847. init. ex emendatione Reiskii: *οὐδὲ τετόλμηκε διώκειν* [*τινὰ μαρτυρίαν*] *ἀλλ' ἢ ταύτην*. Ita et c. Pantæn. p. 982. 1. *μισεῖσθαι μέντοι τινὰς* [fœneratores ac numularios] *εἰκότως ἂν ὑφ' ὑμῶν, οἳ τέχνην τὸ πρᾶγμα πεποιημένοι μήτε συγγνώμης μήτ' ἄλλου μηδενὸς εἰσὶν ἀλλ' ἢ τοῦ πλείονος*. quorum verborum posteriorem partem recte interpretatus est Reiskius ad h. l. et in Ind. v. *εἶναι*: *qui neque veniam* [*misericordium*] *neque quicquam aliud curant præterquam quæstum*; subaudito *δοῦλοι* vel *ἐπιτηδευταί*. cum quo loco quoad sensum convenit alius c. Macart. p. 1073. 18. *ἐνδεικνύμενοι, ὅτι οὐδενὸς αὐτοῖς μέλει πλὴν τοῦ πλεονεκτεῖν*. Sine negatione occurrit interrogandi significatione. Hesychius: *Ἄλλο τι. ἐν ἐρωτήσει Ἀττικοί*. Atque est etiam ita, ubi legas *ἄλλο τι ἤ*; *nonne?* Cf. Matthiæ l. c. p. 675. Vigerus p. 152. qui tamen male vertisse videtur locum Herodoti II. 14. *ἄλλο τι ἢ οἱ ταῦτα οἰκέοντες Αἰγυπτίων πεινήσουσι*; *numquid Ægyptii — fame laboraturi sunt?* Verte: *nonne Ægyptii — fame laboraturi sunt?* Alia est significatio, si scribatur *τί ἄλλο ἤ*. Thucydides V. 98. *τί ἄλλο ἢ τοὺς ὑπάρχοντας ἐχθροὺς μεγαλύνετε*. AMERSFOORDT. Nostro loco similibusque nihil quidquam interest, *ἀλλ' scribas an ἀλλ'*. Sed aliorum locorum eorumque non paucorum ea est natura, ut aversentur *ἄλλ'* solum admittant *ἀλλ'*. Orthographiæ igitur constantia poscit, ut posteriorem rationem ubique sequamur. Scilicet linguæ usus cum profectus esset ab *ἀλλ' ἤ*, mox ab etymo ita deflexit, ut immemor originis solam formulam *ἀλλ' ἤ* agnosceret. SCHAEFER.

— ibid. *ῥαψῳδήσουσιν*] Vertit Reiskius in Ind. *incassum garrire*. Loco autem, quem illuc retolit, c. Aristog. I. p. 770. 14. ed. Reisk. additur *μάτην*, quod no-

tandum videtur. Amersfoordt.

— 9. ἡμεῖς] Recte dedit Reiskius. Vertendum: *si ea, qua nos putamus instare,* [bellum puta cum Persis] *revera fiant, tum* cæt. Idem.

— ibid. τηλικοῦτον — ὅστις —] V. Melet. Crit. p. 71. Schaefer.

— 10. ὑμῖν] F. ὁρᾶν χιλίους ὑμῶν ἱππέας. In vulgata et ὑμῖν habet quod displiceat, nec particula suo loco posita est; requiras enim verba sic structa: ἱππέας μὲν χιλίους. Idem.

— ibid. ἱππέας] V. not. ad ὑμῖν v. 10. Idem.

— 11. τριακοσίας] Krügerus ad Dionys. Halic. Historiograph. p. 210. " ὑπάρχειν — potest abesse, cum facile ὄντας subaudias." V. not. ad ὑμῖν v. 10. Idem.

— 12. δεήσεται] Nihil nec subaudiendum neque addendum. Nos quoque simpliciter: *gute Worte geben wird.* Sic δεῖσθαι v. 13. et δεομένους v. 15. Idem.

— 13. ἐκ μὲν τοῦ καλεῖν — ἀφαμαρτεῖν] Immo hæc quoque cohærent cum verbo ἐστὶν, quod finit periodum. Monuit etiam Krügerus ad Dionys. Halic. Historiograph. p. 210. Idem.

— ibid. τὸ δεῖσθαι] Posterior *improrandi* notio hic unice vera est, et ipse tenet Reiskius ad v. 23. *rogantes a vobis protegi* — ἐκ μὲν τοῦ καλεῖν ἤδη τὸ δεῖσθαι, κἂν μὴ τύχητε, ἀφαμαρτεῖν. *si Græcorum opem imploratis, nascitur exinde vobis, ut ab aliis auxilium petatis; quod si frustra imploraveritis, accidit vobis, ut hac petitione decidatis frustraque rogetis.* Similis prorsus consilii auctor fuit postea Atheniensibus Demosthenes, uti legatos ad Thebanos mitterent, qui eos contra Philippum suscitarent, Orat. p. Cor. p. 287. 24. ed. Reisk. μὴ δεῖσθε Θηβαίων μηδέν' αἰσχρὸς γὰρ ὁ καιρός· ἀλλ' ἐπαγγέλλεσθε βοηθήσειν, ἐὰν κελεύωσιν· — ἵν' ἐὰν μὲν δέξωνται ταῦτα καὶ πειστθῶσιν ἡμῖν, καὶ ἃ βουλόμεθα ὧμεν διωκημένοι, καὶ μετὰ προσχήματος ἀξίου τῆς πόλεως ταῦτα πράξωμεν, ἐὰν δ' ἄρα μὴ συμβῇ κατατυχεῖν, ἐκεῖνοι μὲν ἑαυτοῖς ἐγκαλῶσιν. ἂν τι νῦν ἐξαμάρτωσιν, ἡμῖν δὲ μηδὲν αἰσχρὸν μηδὲ ταπεινὸν ᾖ πεπραγμένον κ. τ. λ. Neque aliter Phil. III. p. 129. 5. ταῦτα δὴ πάντα αὐτοὶ παρασκευασάμενοι καὶ ποιήσαντες τοῖς Ἕλλησι φανερὰ τοὺς ἄλλους ἤδη παρακαλῶμεν. Amersfoordt. De v. δεῖσθαι v. not. ad δεήσεται v. 12. Schaefer.

— 14. ἀφαμαρτεῖν] Ἐφαμαρτεῖν qui potuerit probari Krügero l. Dionys. c. non perspicio. Idem.

— ibid. ἐκ δὲ τοῦ μετὰ τοῦ κ. τ. λ.] Pervellem Krügerus in not. ad h. l. abstinuisset Thucydideo II. 43. ubi unice probandum ἓν τῳ, quod etiam Bekkerus nuper dedit. Idem.

— 15. ἐπισχεῖν] Amersfoordtius elegantem dicit conjecturam [sc. ἐπιτυχεῖν] neque tamen huic loco necessariam. Miror Reiskii, multo magis etiam miror Amersfoordtii judicium. ἐπισχεῖν enim tam recte habet, tam unice convenit loco, ut alterum illud sit longe ineptissimum. ἐπισχεῖν, *quiescere, nihil amplius satagere, sed* καραδοκεῖν τὸ μέλλον. Idem.

— ibid. δεομένους] V. not. ad δεήσεται v. 10. Idem.

— 19. εὑρεῖν] Non opus videtur hujusmodi [sc. Reiskii] emendatione. Explicari potest: *conatus sum invenire rationem explicandi vobis meam mentem, quæ neque audaciæ speciem præ se ferret, neque vobis longior adeoque ingrata auditu videretur.* Sic optime conveniet εὑρεῖν cum seqq. πολλὰ πράγματα ἔσχον σκοπῶν. Reiskium in errorem duxisse videtur, quod λόγων verteret *hanc quam vobis fero legem, hunc quem vobis habeo sermonem.* Amersfoordt. Reiskius in Ind. Græcit. p. 259. vulgatam non solicitans recte vertit *comminisci, meditando extundere,* citatque p. 292. 8. et 494. 26. ed. Reisk. ubi eadem est locutio. Schaefer.

— ibid. τὴν μέντοι παρασκευὴν — σκοπῶν] Ordo hic est; πολλὰ πράγματα ἔσχον σκοπῶν τὴν παρασκευὴν, ὅπως —. *multam occupatus fui considerando, quomodo, quantum fieri posset, optime et celerrime belli fieret apparatus.* Sic sæpe Græci pro σκοπῶν, ὅπως ἡ παρασκευὴ —, quod multi pridem docuerunt. Amersfoordt.

— 21. οἶμαι] Sic Reiskius fere ubique dedit pro οἴμαι. De permutatione horum vocabulorum v. C. D. Beckius ad Demosthen. Or. de Pace p. 46. 53. ed. Reisk. et ipse Reiskius præfat. ad Demosth. vol. I. p. ccxii. 6. Idem.

— 22. ψηφίσασθαι] Alii Codd. ψηφίζεσθαι, quod præferendum videtur. Aoristo hic quidem locus idoneus esse non videtur. Cf. Matthiæ Gr. Gr. p. 691. §. 497. et p. 698. §. 501. Idem. Immo aoristo hic locus maxime idoneus est: nec Matthiæ disputationem Amersfoordtius videtur satis diligenter legisse. Schaefer.

— pen. ὁρᾶτε γὰρ— ὑμῖν ἐγένετο] Similia legas in Xenophontis Cyrop. II. 3. 3. quem Demosthenes h. l. secutus videtur Bakio ad Cleomed. p. 425. Non assentior. Talia enim imitabantur umbratici homines temporum citeriorum cadentisque Græcitatis, servum pecus imitatorum, non veteres illi heroes rerum hominumque usu excercitati: ut qui in hujusmodi locis agnoscunt vestigia imitationis, dum ostentant doctrinam, capitalibus ingeniis magnam facere injuriam videantur. Idem.

P. 287. 4. πράξοντα] Τὰ δέοντα puto a Dionysio additum: simplex enim πράξοντα

melius respondet simplici ποιήσων. Sæpius autem ποιεῖν et πράττειν ut synonyma ponuntur, quo varietur oratio. Sic p. 114. 20. καίτοι ταῦτα πράττων τί ἐποίει; p. 115. 5. καὶ πάνθ' ἅπερ πράττει μετὰ τῆς δυνάμεως ποιοῦντα. Quid quod ambo junguntur, non tanquam diversæ verba significationis, sed ut oratoria abundantia aures impleant? Sic p. 245. 27. τί προσῆκεν ἦν ἐλέσθαι πράττειν καὶ ποιεῖν τὴν πόλιν. quem locum, Boissonado monente, videtur respexisse Tiberius p. 53. ubi quæ de talibus pleonasmis et a Technico et a Boissonado traduntur, compone cum nota ad p. 99. 8. IDEM.

— 5. παροξυνμμένων] Absolute, ut hic, legitur apud Demosthenem c. Everg. et Mnesib. p. 1124. 37. ed. Reisk. ὁ παροξυνόμενον ὑπὸ ἡδονῆς, *exacerbatum propter aliquid, quod nostrum uterque amat.* Alibi invenitur cum πρός. Isocrates Archid. p. 237. παροξυνθῆναι πρὸς τὸν πόλεμον. Æschines c. Timarch. p. 35. med. παροξυμμένος δὲ πρὸς τὸ πρᾶγμα. et cum ἐπί. Isocrates ad Philipp. p. 141. οὗτοι μὲν γὰρ παρώξυνον ἐπὶ τὸν πόλεμον. item omisso πρὸς vel ἐπί. Isocrates ad Philipp. p. 175. τίς οὐκ ἂν — παροξυνθείη πολεμεῖν πρὸς αὐτόν. ad Demon. p. 16. οὕτω δ' ἂν μάλιστα βουλεύεσθαι παροξυνθείης. Panathen. p. 415. παλλᾶν παροξυνόντων γράφειν. Thucydides I. 67. τοὺς ἄλλους ἐάσαντες πρῶτον παροξύνειν τοὺς Λακεδαιμονίους. Plus notat quam προτρέπειν, uti patet ex Demosthenis Serm. Amat. p. 1415. 21. ἡγούμενος τὰς τοιαύτας παρακλήσεις τοὺς μὲν ἀγνοοῦντας προτρέπειν, τοὺς δ' εἰδότας παροξύνειν. itemque plus quam ἐποτρύνειν. Thucydides I. 84. τῶν τε ξὺν ἐπαίνῳ ἐποτρυνόντων ἡμᾶς ἐπὶ τὰ δεινὰ, παρὰ τὸ δοκοῦν ἡμῖν οὐκ ἐπαιρόμεθα ἡδονῇ, καὶ ἤν τις ἄρα ξὺν κατηγορίᾳ παροξύνῃ, κ. τ. λ. AMERSFOORDT.

— 6. τοὺς διακοσίους καὶ χιλίους] Quo luculentius totius legis ambitus pateret, quam tulit Demosthenes, lubuit hic primum eam universam Latinis verbis exsequi, quo peracto ad singulorum interpretationem accedemus, multa tamen ad partem hujus Disputationis alteram, qua tota symmoriarum ratio apud Athenienses explicabitur, dilaturi. I. Numerus symmoritarum, quia identidem imminutus erat, neque adeo hoc tempore plenus exstabat, assumendo alios ex ditissimis civium redintegrari debebat. Quod quidem hac ratione bene perfectum iri existimandum est, si 800 cives symmoritarum numero adscribantur. Veri enim simile est fore, si ex universo symmoritarum numero (qui, si 800 illi additi essent antiquioribus 1200, qui adesse dicebantur, nec tamen universi præsto erant, efficerent duo millia,) si igitur ex universo illo numero omnes isti exemti fuerint, quibus legum auctoritas illud concesserit vel propter orbitatem, vel quod coloniarum sunt participes, vel quod in unum collatis bonis utuntur, ut numerum 1200 symmoritarum non excessuri sint. p. 182. v. 12—18. Hic igitur universus 1200 symmoritarum numerus ex veteri more per 20 symmorias distribuendus est, quarum quæque ex 60 λειτουργοῦσι sit composita. Sed singularum symmoriarum iterum quinque debent esse partes, ex duodenis viris ita compositæ, ut quibusque ditissimis eorum pauperrimi quique addantur, qua ratione ubique justam proportionem constare necesse erit. p. 182. v. 18—23. Et his quidem symmoritarum divisio absolvitur, quæ cur ita facta sit, ex sequentibus patebit. II. Sequitur modus, secundum quem triremes ædificari oportet. Classis, quæ maxima a symmoritis præberi debet, est 300 navium. Neque tamen opus est, ut hic universus numerus exhibeatur, si minor ejus usus affuturus est. Igitur pro varia reip. conditione vel major vel minor numerus earum instruatur, isque sit vel centenarius, vel hujusmodi classis duplum vel triplum.—Verum et alia instituatur 300 illarum navium divisio, ex qua cuique symmoriarum navium triremium a se ædificandarum indicetur. Secundum numerum 20 symmoriarum item 20 partes universæ classis constituantur, omnes pari numero 15 navium compositæ. Et quia quæque symmoria 5 sectionibus divisa sit, quarum ex 12 viris constent singulæ, ita etiam illæ singulis symmoriis injunctæ 15 naves eadem ratione dividantur, ut fiant 5 partes, singulæ naves 3 habentes. Illæ autem 3 naves a quibusque symmoriarum sectionibus minoribus hoc ordine civitati præbendæ sunt, ut una navis perpetuo parata sit reip: sin majus accesserit periculum, duæ: in summa autem patriæ necessitate trium navium numerus plenus esse debeat. Quo facto, singulæ symmoriæ, collatis singulis, quas minores earum sectiones ædificarunt, triremibus, 5 naves dabunt ad centenarium navium numerum implendum; 10 autem, si 200 navibus opus est; 15 vero, si 300. p. 182. 2. v. 25. ad p. 183. v. 4.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Symmoritæ | 1200 | naves | ædificant | vel 300, | vel 200, vel 100. |
| — | 60 | — | — | — 15, | — 10, — 5. |
| — | 12 | — | — | — 3, | — 2, — 1. |

III. Sed quia tantæ classi fabricandæ majores sumtus ab symmoritis fieri necesse erat, quam quidem continue possent ferre, cavendum erat, ut ex ærario illis magna

pecuniæ summa suppeditaretur, cujus distribuendæ rationem hic habes. Universus census regionis Atticæ indicatur esse 6000 talentorum: hic igitur dividendus est ita, ut exinde fiant 100 partes inter se pares, singulæ 60 talentorum, qui numerus partium centenarius conveniet cum 100 illis sectionibus minoribus symmoriarum, quarum unaquæque 12 viris composita est.—Singulis jam symmoriis totis ex hac 6000 talentorum summa portio tribuatur æqua 300 talentorum (hæc ita intelligantur, non ut ipsa illa 6000 talenta symmoritis distribuenda essent, verum illi tantum reditus, qui quotannis ex illo censu 600 talentorum in publicum referebantur. Ex parte convenit cum eo, quod nos dicimus *den inkomst der Directe Belastingen*: melius etiam reddetur *de Grondlasten*. quod infra probabimus ad p. 183. 5. In hac tamen legis versione perspicuitatis gratia caput ipsum pecuniarum, ipsum auctorem secuti, perpetuo repetemus, non annuum vectigal, quod propter illud a dominis prædiorum esset solvendum): hæc autem 300 talenta cujusque symmoriæ participes ita inter se dirimant, ut minor quæque sectio 12 virorum accipiat 60 talenta. p. 183. v. 5—11. Qua ratione

universi symmoritæ 1200 accipient 6000 talenta
— 60 — 300 —
— 12 — 60 —

Jam vero monendum est, quomodo hæc 6000 talenta, ea, quæ dicta est, facta distributione, sufficiant ad sumtus compensandos, qui a symmoritis in triremes fieri debent. Quum non amplius 60 talenta cuique symmoriarum minori sectioni publice præberi possint, ut exinde omnem compensationem quærant necesse est. Neque tamen ita committet civitas, ut in minori navium necessitate ei talenta 60 non integra reddat. Immo vero, si 100 tantum navibus opus sit, ut duodeni symmoritæ præbeant unam, possunt omnia 60 talenta ad unius navis ædificationem impendi. Sin 200 triremibus indigeat resp., totidem 60 talenta duplo horum sumtuum sufficiant, et pro 12 symmoritis unam navem præbentibus seni quique idem officium præstent. Quodsi tandem 300 adesse oporteat naves, idem munus navis unius ædificandæ obire debebunt quatuor viri, neque tamen universa 60 virorum symmoria plus quam 300 talenta, h. e. quæque minor symmoriarum sectio 12 virorum plus quam 60 talenta accipiet. p. 188. v. 11—17. Ex hoc igitur computo ratio ædificandæ classis et distribuendæ pecuniæ hæc erit. Symmoritæ 1200 accipiunt 6000 talenta, proque iis ædificant naves vel 100 vel 200 vel 300. Symmoritæ 60 accipiunt 300 talenta, proque iis ædificant naves vel 5 vel 10 vel 15. Symmoritæ 12 accipiunt 60 talenta, proque iis ædificant naves vel 1 vel 2 vel 3. His itaque cautum est, ut reip. justus semper symmoritarum numerus præsto sit eorumque rite distributorum; itemque ut ei paretur facultas idoneæ classis parandæ vel 100, vel 200, vel 300 navium, prout vel majori vel minori earundem numero opus futurum sit; jacturam autem pecuniarum a ditioribus ideo faciendam eadem lex publice, quantum poterat, compenset.—Restant autem alia, quorum recensio jam sequitur. Eadem ratio, qua navium ædificandarum partitio inter symmorias facta est, in comparatione instrumentorum navalium obtineat. Universa illorum copia secundum 20 symmoriarum numerum per 20 partes distribuatur, quæ sua pars vicesima æque divisa ut rite paretur, quæque symmoria minoribus suis 5 sectionibus mandet, ne in reip. necessitate, si navis præsto sit, eadem instrumentorum navalium penuria prematur. p. 183. v. 17—25. Neque vero omittendus est ordo, qui in navilibus servari debet. Itaque prætores [τοὺς στρατηγοὺς] oportet in navalibus loca decem separata habere pro numero tribuum, quæ loca singula contineant 30 navium domos [νεωσοίκους]: quo facto unum navale [νεώριον] 30 navium capax conveniet numero triremium, quem duæ symmoriæ in summa reip. necessitate debebunt. Illæ autem symmoriæ ita sunt copulandæ, ut semper binæ ex eadem tribu [φυλῆ] in eodem sint navali. Tandem ex singulis tribubus unus trierarcha ejus navalis curam habeat, cujus ipse sit particeps. p. 184. v. 1—9. Tribus 10 sive 20 symmoriæ tenent 10 navalia, quæ continent 300 triremes. Tribus 1 sive 2 symmoriæ tenent 1 navale, quod continet 30 triremes. Ultimo loco navalia distinguantur secundum τὰς τριττύς, quæ tertiam partem tribus, φυλῆς, continebant: ut, quum singula navalia tribubus singulis destinata 30 tenere possint naves, τριττὺς quæque tertiam earum partem, h. e. locum 10 navibus capiendis idoneum, occupet. Ex hac enim divisione, si opus erit, statim apparebit locus, ubi quæque φυλὴ suas construat triremes, deinde ubi quæque τριττύς, tum quis sit trierarcha cuique navali præpositus, tandem quot quæque τριττὺς naves habeat paratas. p. 184. v. 3—16. Atque his continetur lex, quæ quidem, si simplici ratione ejus interpretatio suscipiatur, non tantis premi videtur difficultatibus, quan-

tis eam refertam esse nonnulli clamarunt. Universæ autem, quam dedimus, explicationi plerumque consentit Scholiastes, in paucis tamen dissentiens. Wolfius etiam ad p. 183. 8. recte hunc locum exhibuit. Errorem tamen ejus in IV. animadvertit jam Reiskius ad v. 28. Male item se habet VI., ubi tamen numerus 9 in his verbis, *trierarchos* 9, typothetæ errore positus esse videtur pro 6. IDEM. Errorem Reiskii subaudientis *στρατιώτας* castigavit Amersfoordtius in nota proxime sequente. Non cogitandum hoc loco de militia obeunda, sed de classe instruenda. Ceterum de tota hac re v. Boeckhius Œcon. Polit. Athen. t. II. p. 105. ss. SCHAEFER.

— ibid. *τοὺς διακοσίους — φημι χρῆναι*] Probanda est explicatio Wolfii censentis, numerum 1200 symmoritarum, variis causis imminutum, hac Demosthenis lege denuo fuisse impletum, novis coactis symmoritis. Hæc quidem melius se habent, quam quæ dat Reiskius hæc omnia non de symmoritis sed de *στρατιώτας* explicans. Quæ si vera sint, haud video, quid faciendum sit sequentibus v. 11. *ἐκ τοίνυν τούτων οἶμαι δεῖν ποιῆσαι συμμορίας εἴκοσιν, ὥσπερ νῦν εἰσίν, ἐξήκοντα σώματ' ἔχουσαν ἑκάστην.* Sed, ut dicam, quod sentio, (etsi dico verecunde; pudet enim me, parum exercitatum juvenem, virum reprehendere et doctrinæ laude insignem, et multis nominibus de omni literarum genere egregie meritum;) in hujus legis interpretatione sæpius festinantia Reiskium impedivisse videtur, quo minus veræ explicationis indagationem multum curaret. AMERSFOORDT.

— 6. *φημι χρῆναι*] Solennis Oratoribus formula, quum legis mox a se ferendæ faciunt mentionem. Vertitur: *opertere existimo, æquum censeo.* Ita Phil. III. p. 112. 12. ed. Reisk. *εἰ μὲν — φημὶ ἔγωγε ἄγειν ἡμᾶς δεῖν* [*εἰρήνην*]. Sic et infra de Symmor. p. 184. 1. *φημὶ τοὺς στρατηγοὺς δεῖν διανεῖμαι τόπους δέκα.* Olynth. II. p. 21. 9. *φημὶ δὴ δεῖν ὑμᾶς ἅμα τοῖς μὲν Ὀλυνθίοις βοηθεῖν.* De Corona Trierarch. p. 1228. 7. *διὸ φημὶ δεῖν αὐτὸς στεφανοῦσθαι.* Olynth. I. p. 14. 5. est eodem sensu: *φημὶ δὴ δεῖν ταύτην βοηθητέον εἶναι.* et apud Isocratem de Pace p. 281. *φημὶ δὴ οὖν χρῆναι ποιεῖσθαι τὴν εἰρήνην.* Ita etiam occurrit *οἶμαι*, uti infra p. 286. 21. *οἶμαι δὴ δεῖν — ὑμᾶς — ψηφίσασθαι.* et similiter mox p. 287. 12. et *κελεύω* ibid. v. pen. et p. 288. antep. uti et apud Thucydidem I. 82. *αὐτοὺς κελεύω ἐᾶν ζλάπτειν.* Atque horum nonnulla tamen sunt ejusmodi, ut potius consilii quam disertæ legis videantur esse præparatio. Cæterum minus valent hæc omnia, quam *γράφειν*, quo ipsa legis rogatio indicatur. Olynth. I. p. 14. 24. *σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά*; *μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε.* quæ tameu ut fiant eodem loco indicat maxime se optare. In ipso autem scriptæ legis capite utebantur verbo *εἰπεῖν*. Vid. ex innumeris exemplis illud, quod est Orat. pro Cor. p. 288. 28. *Δημοσθένης Δημοσθένους Παιανιεὺς εἶπεν*: cui psephismati post victoriam ad Cbæroneam illudens rex Philippus vocabulum adjecit, ut inde fieret versiculus (Plutarch. V. Demosthen.) *Δημοσθένης Δημοσθένους Παιανιεὺς τάδ' εἶπεν.* Cæterum notionem *existimandi, judicandi, censendi* in verbo *φημὶ* insuper probant loca Demosthen. de Symmor. p. 185. 15. *χρήματα μὲν δὴ φημὶ εἶναι τότε.* et c. Theocrin. p. 1323. 23. *φημὶ δὴ — Θεοκρίνην ἔνοχον εἶναι κ. τ. λ.* AMERSFOORDT.

— 8. *ἀποδείξητε τὸ πλῆθος*] *plenum exhibeatis*, ut nihil desit. Verbum hoc illustravit Wyttenbachius ad Selecta. Histor. p. 439. IDEM.

— 9. *τῶν ἐπικλήρων — ἀφαιρεθέντων*] V. Boeckhius Œcon. Polit. Athen. t. II. p. 83. s. cujus interpretationem ad *τῶν ὀρφανικῶν — τῶν κοινωνικῶν* subaudientis *χρημάτων* vereor ut tenor loci admittat, quem facile apparet de *σώμασι*, non de *χρήμασιν*, agere. Malim igitur vulgatum olim *ὀρφανῶν* restituere: quoque melius sequentes genitivi respondeant antecedentibus, suspicor *κληρουχικῶν* et *κοινωνικῶν* mutanda in *κληρούχων* et *κοινωνῶν*. Conf. not. ad Gregor. Corinth. p. 110. Non nego Lexicographos suis in libris habuisse *κληρουχικῶν* et *κοινωνικῶν*: videtur enim vitium esse pervetus: sed vide mihi, quantopere hæc scriptura illos turbaverit; cum enim *κληρουχικῶν* de *χρήμασιν* interpretarentur, rursus *κοινωνικῶν* de *σώμασιν* intellexerunt. SCHAEFER.

— ibid. *τῶν ἐπικλήρων*] Wolfius: *puellæ parentibus et fratribus orbæ*: quibus addit Valesius ad Harpocrat. p. 112. b. edit. Blanc. *et avo paterno.* Sed Reiskius non vult subaudiri *παρθένων*, sed *σωμάτων*, ideoque legi mavult *ἐπικληρικῶν* et mox *ὀρφανικῶν*, ut conveniant cum *κληρουχικῶν* et *κοινωνικῶν*. Reiskio autem hic non videtur obtemperandum. Neque enim in prioribus illis vocabulis opus est subaudito *σωμάτων*, ut quibus singulares indicantur homines, nulla societatis necessitudinisve copula inter se juncti: contrarium vero obtinet in posterioribus, quibus recte *σωμάτων* addi possit. Harpocration, quocum, ut in plerisque, convenit Etymol. M. v. *ἐπίδικος κ. τ. λ.* habet: *ἐπίκληρος μέν ἐστιν ἡ ἐπὶ παντὶ τῷ κλήρῳ ὀρφανὴ καταλελειμμένη, μὴ ὄντος αὐτῇ ἀδελφοῦ. ἡ δὲ αὐτὴ καὶ ἐπικληρῖτις.* ubi v. notas. AMERSFOORDT. Frustra se torsit vir optimus (Reiskius) somnians militiam, de qua Orator non cogitavit. V. not. ad v. 6.

Schaefer.

— ibid. ὀρφανικῶν] Restituendum eadem de causa, quam supra diximus, vetus ὀρφανῶν. Sunt liberi parentibus orbi, qui ad pubertatem nondum accesserunt. Nec mirum est, hos e numero symmoritarum exceptos esse lege Demosthenis, cui etiam ante oculos versabantur suorum tutorum injuriæ. Verum de his, uti et aliarum hujus legis partium causa et ratione, uberius agemus in peculiari Dissertatione de universo hoc symmoriarum apud Athenienses instituto mox edenda. Amersfoordt.

— ibid. κληρουχικῶν] V. Photius c. 125. Schaefer.

— 10. κοινωνικῶν] Cur hi symmoritis exemti fuerint, docent Grammatici a Wolfio Reiskioque ad h. l. laudati. Reiskius accipit de fratribus, qui patrimonio non diviso utuntur. Neque multum repugno. Quæ deinceps ibid. disputat de sortiendi iniquitate, quo ex complurium fratrum numero unus eximatur, qui τῆς τριηραρχίας munus obeat, nostri ævi moribus omnino conveniunt, quo hujusmodi sumtus non a paucis ditioribus, verum, uti par est, ab universa republ. feruntur. Quodsi vero pro τριηραρχία vel λειτουργία rescripseris *militiam terrestrem*, ut in his notis perpetuo errore fecit Reiskius, ejusdem ratio exiguam habet nostro tempore auctoritatem. Sed hujusmodi disceptatio, quia nihil ad Demosthenem pertinet, a nobis non instituetur. Hæc tantum monemus, visum esse Demostheni recte se habere illud argumentum, quod suo Lexico adscripsit Harpocration causas afferens, cur illi vel fratres vel alii cives, qui re familiari utebantur in unum collata, trierarchatus immunes fuerint. Amersfoordt. V. Photius. c. 129. Schaefer.

— ibid. εἴ τις ἀδύνατος] Recte interpretatur Wolfius, nec cum Reiskio in nota ad v. 6. de corporis imbecillitate aut debilitate intelligendum. V. Boeckh. l. c. Idem.

— 11. ἐκ τοίνυν τούτων — ἔχουσαν ἑκάστην] Citat Photius c. 405, scriptura partim diversa partim corrupta. Idem.

— 12. συμμορίας] V. Philemon p. 141. s. Osann. et Zonaras c. 1635. coll. Etymolog. M. c. 734. 35. Idem.

— pen. διελεῖν κελεύω πέντε μέρη] Wolfii conjectura legentis εἰς πέντε μέρη exemplis ab ipso allatis satis refutata videtur. Amersfoordt. V. Bos. Ellips. p. 683. Nec tamen in talibus locis de ellipsi præpositionis εἰς cogitandum. διελεῖν valet *dividendo facere*, διελόντα ποιῆσαι. εἴκοσι ποιῆσαι μέρη p. 288. 5. Conf. ibid. v. ult. Idem.

— ult. ἀνταναπληροῦντας] Recte Wolfius. Verba Demosthenis sic sunt intelligenda, ut, si ditiores sex seniique pauperiores sint in symmoriarum sectionibus, ditiores majorem partem summæ totius solvant, quæ necessaria est ad naviam ædificationem, pauperiores vero minorem, ita tamen, ut illis partibus collatis omnis pecunia conficiatur. Sic, si numeris expositum exemplum magis sit perspicuum, ad assem solvendum ditiores conferant dodrantem, pauperiores quadrantem, vel illi bessem, hi vero trientem. Amersfoordt.

P. 288. 4. τὴν] Recte delevit Bekker. Sic sine articulo, ut oportet in talibus formulis, p. 287. pen. κατὰ δώδεκα ἄνδρας, pro quo scribi potuerat κατὰ δωδεκανδρίαν, si usus hoc compositum tulisset. Mox p. 289. 1. καθ' ἑξήκοντα τάλαντα, i. q. καθ' ἑξηκονταταλαντίαν, quod nomen statim sequitur. Schaefer.

— ibid. πεντεκαιδεκαναίαν] Anecd. Bekk. p, 295. 30. Πεντεκαιδεκαναία: αἱ δεκαπέντε τριήρεις. Idem.

— 5. τῶν πρώτων ἑκατὸν πέντε κ. τ. λ.] Palmerius in Exercitt. ad Auct. Gr. p. 624. hæc habet: "Laborat a mala interpretatione hic locus. Sic interpunge: τῶν πρώτων ἑκατὸν, πέντε· καὶ τῶν δευτέρων ἑκατὸν, πέντε· καὶ τῶν τρίτων ἑκατὸν, πέντε ἑκ. μ. δ." Hoc recte. Namque antea sine distinctione lectum fuisse videtur ἑκατὸν πέντε, unde Wolfii error ortus videtur, qui de navibus interpretabatur 315. Palmerii interpunctionem habebat etiam editio Benenati. Quod vero deinceps addit Palmerius, sic intelligendum esse hunc locum, ut 300 triremes dividantur in 15 classes, quarum unaquæque habeat 20 triremes, eaque ratione primæ 100 triremes conficiant 5 classes s. partes universæ classis Atheniensium, alteræque et tertiæ s. ultimæ 100 triremes item 5 classes constituant, sicque adeo fiat illa πεντεκαιδεκαναία, vereor, ne illa explicatio parum sit probanda. Immo vero duplex erat distributio classis Atheniensium, ut supra [ad 287. 6. τοὺς διακοσίους καὶ χιλίους] monuimus, quarum altera major, ut essent 3 universæ classis partes, singulæ ex 100 navibus compositæ, vel singulatim vel simul pro varia reipubl. necessitate prædendæ, altera minor, quæ universam classem 300 navium 20 portionibus dividebat pro numero symmoriarum. Hujusmodi autem portio, πεντεκαιδεκαναία, 15 triremibus constans, non semper præsto esse debebat, sed secundum variam reipubl. fortunam et conditionem vel tertia ejus pars, vel dimidia, vel et tota. Atque hæc sunt illa: τῶν πρώτων ἑκατὸν — διδόντας. Amersfoordt. Wolfii errorem Reiskius probe perspexit: sed vicissim ipse graviter erravit, cum rationem τῶν εἴκοσι μερῶν classis explicare velit. Schaefer.

— 9. σφῶν αὐτῶν] Exspectes ἑαυτῆς, ut

p. 290. 4. Sed *συμμορία* dicitur collective. IDEM.

— ibid. *ἐπειδὴ τὸ τίμημά ἐστι κ. τ. λ.*] Item Etymolog. M. c. 758. 53. Photius c. 433. et Thomas Mag. p. 854. De Harpocratione (In *λυθέντος* vide ne lateat *αὐτὸς*) v. Siebelis. ad Philochori Fragm. p. 77. s. et Boeckh. Œcon. polit. Athen. t. II. p. 22. IDEM.

— pen. *ἐπειδὴ τὸ τίμημά ἐστι κ. τ. λ.*] Utromque significat *τίμημα, summam ac summæ velut caput*, itemque *id, quod singuli census nomine ex facultatibus contribuunt.* Harpocrationem et Suidam huc jam adhibuerunt Wolfius et Reiskius ad h. l. Nostro tamen loco manifestum est, ipsam *summam* significari; ut sit *τὸ τίμημα τῆς χώρας* pretium, quo solum Atticum, h. e. omnes domus, ædificia, atque agri in Attica æstimantur. Sufficit, ut hanc Demosthenis mentem fuisse credamus, locum repetere, quem ex Polybio II. 62. attulit Valesius ad Harpocrat. in v. *ὅτι ἐξακισχίλια ἦν τάλαντα τὸ τίμημα τῆς Ἀττικῆς*, ad eum locum simul vulgatam lectionem loci Demosthenici, de quo nunc agimus, bene defendens. Polybius igitur narrat, censum actum fuisse Atticæ regionis, quo tempore Athenienses cum Thebanis, h. e. 30 circiter annis ante Orationem habitam, bellum contra Lacedæmonios susceperunt: *ἐτιμήσαντο τήν τε χώραν καὶ τὴν Ἀττικὴν ἅπασαν καὶ τὰς οἰκίας, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν λοιπὴν οὐσίαν, ἀλλ' ὅμως τὸ σύμπαν τίμημα τῆς ἀξίας ἐνέλιπε τῶν ἑξακισχιλίων διακοσίοις καὶ πεντήκοντα ταλάντοις.* Hæc igitur æstimatio agri sive regionis erat, ex cujus annuo reditu compensatio symmoritarum quærenda erat. Quæ compensatio, etsi nobis minor esse videatur, quam pro sumtuum a ditioribus faciendorum magnitudine, parum tamen habet quod nos moveat. Sic enim optime intelligimus rationem quærelarum, quas uno ore ditiores perpetuo moverunt, repetitas deinceps, imprimis a Xenophonte in libro de Atheniensium republ. ab Isocrate passim et ab Æschine c. Ctesiph. p. 163. qui vocat *τοὺς τριηράρχους — οὐ τὰ κοινὰ διαχειρίσαντας, οὐδ' ἀπὸ τῶν ὑμετέρων προσόδων πολλὰ μὲν ὑφαιρουμένους, βραχέα δὲ κατατιθέντας, ἐπιδιδόναι δὲ φάσκοντας, ἀπιδιδόντας δὲ ὑμῖν τὰ ὑμέτερα, ἀλλ' ὁμολογουμένως τὰς πατρῴας οὐσίας εἰς τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀπλακοῦσι φιλοτιμίαν.* Neque existimandum est, totam summam 6000 talentorum symmoritarum usibus concessam fuisse. Immo vero ex tributo quotannis exinde in ærarium referendo (quod utrum decumis an alia ratione æstimatum fuerit incertius videtur) pecuniarum quædam pars ad navium fabricationem erogatarum publice reddebatur. Causa autem, cur hoc solum tributum trierarchis fuerit datum, hæc fuisse videtur, quod reliqui civitatis reditus in alios usus erogabantur. Erant Athenis præter agrorum censum in usu portoria, inquilinorum tributa atque, ut videtur, pecunia singulis capitibus imposita [*capitationem* dicas], (Heerenus l. l. (Ideen vol. III. p. 305.) "Kopfsteuern waren weniger bei den Bürgern gewöhnlich (wiewohl ich sie keineswegen gänzlich leugnen will), als bei den Inquilinen. v. Harpocrat. über die Einrichtung und den Betrag des *μετοίκιον*." (et p. 309.) "In Athen hatte man die Eintheilung in Classen nach dem Einkommen, wie sie Solons Einrichtungen in Athen gegründet hatten, nach welcher man ging. Sie setzten allerdings eine Schatzung voraus: (*τίμημα* Demosth. in Aphob. Or. I. Op. II. p. 3. etc.) ob aber in den griechischen Städten diese so genau war, wie der Census der Römer, müssen wir unentschieden lassen." Idem tamen p. 304. *τὸ τίμημα τῆς χώρας* fructuum decumis quotannis solvendis constitisse existimat) quibus accedebant proventus argenti ex metallis. Cæterum, ne quis miretur, a Pericle in loco classico, quo reditus civitatis Athenarum recensentur, nullam mentionem hujus census injici, (Thucyd. II. 13.) verum eum, ut minoris momenti, ad ea referri, quæ Pericles significari voluit his verbis, *ἄνευ τῆς ἄλλης προσόδου*, Wyttenbachius ad Selecta Hist. p. 366. jam monuit, consulto illum a Pericle omissum fuisse, ut nemini ignotum nec forte auditu jucundum. Alia etiam omissionis causa addi potest, quod Pericles, qui omnem futuri belli fortunam summo acumine præsagiverat, recte jam mente prævidebat, quod accidit, fore scil. ut magna horum redituum pars propter continuas Lacedæmoniorum in Atticam incursiones civitati periret, eorumque adeo exiguus tantum usus in bello esset futurus. AMENSFOORDT. V. Boeckhius l. c. p. 21. ss. SCHAEFER.

— ult. *ἵν' ὑμῖν — συντεταγμένα*] Nec voluit Orator, (vid. Wolf. Not.) ut tantum haberent præsentis pecuniæ: sed quam suasit *σύνταξιν τῶν χρημάτων*, ejus hic solus finis fuit, ut sumtus in classem faciendi inter symmoritas ex æquo et justo dispertirentur; qua de re statim agitur. IDEM.

P. 289. 2. *ἑκάστην*] Pro *εἰς ἑκάστην* malim *ἑκάστῃ*. V. infra v. 21. IDEM.

— 3. *τῶν*] *τῶν* recte adest. Rite enim articulus repetitur, ubi plura deinceps ponuntur epitheta, quorum suam quodque notionem seorsum intelligendam continet. Sophocles Œd. T. 1481. *ὡς τὰς ἀδελφὰς τάσδε τὰς ἐμὰς χέρας*. Eupolis ap. Longin. XVI. 3. *μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην*. IDEM.

— 6. *δέῃ*] Recte omisit Bekker. IDEM.

— 7. *τὰ*] Delevit Bekker. Probo. Ita

sequitur τριηραρχοῦντα, non τᾶ τριης. IDEM.

— 9. τὰ] Rursus delevit Bekker. Fortasse suo arbitratu: sed jure delevit. IDEM.

— ult. τὰ νῦν ὀφειλόμενα τῶν σκευῶν] Recte accepit Wolfius de illis, qui instrumenta mutuo accepta nondum reddiderunt. Recte tamen ea addas, quæ usu et vetustate putrefacta atque corrupta cum novis sunt permutanda. AMERSFOORDT.

P. 290. 1. διαγράμματος] Egregie Harpocration (quem exscripsit Suidas, ut sæpius) in voce, ubi vid. Valesius: τὸ ταττόμενον ἐν ταῖς συμμορίαις, ὁπόσον ἕκαστον ἄνδρα εἰσφέρειν δεῖ. ἐτάττετο δὲ οὐ τὸ αὐτὸ πᾶσιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν τίμησιν τῆς οὐσίας. Tum paucis interpositis: διαγραφεὺς μέντοι ἐστὶν ὁ καθεσταμένος ἐν ταῖς συμμορίαις ἐπὶ τῷ διακρῖναι, πόσον ἕκαστος ἀνὴρ εἰσενεγκεῖν ὀφείλει κ. τ. λ. De hac autem re uberrime exponentem citat Hyperidem in Oratt. deperditis. Nos autem de his et similibus rebus uberius dicemus in peculiari Disputatione de Symmoriis mox in lucem proditura. AMERSFOORDT. H. l. significat τὸ διάγραμμα τῶν τριηρικῶν σκευῶν, quæ civitati debentur. V. Anecd. Bekk. p. 236. 10. SCHAEFER.

— 3. χρηστὸν] In Bavarici scriptura quis non videt latere χρήστων, *debitorum*, quod Bekkerus restituit? V. Anecd. Bekk. p. 1260. med. IDEM.

— 7. παρέχειν] Post παρέχειν distinctio major ponenda est, ita ut a verbis τὴν μὲν δαπάνην nova periodus incipiat. Ita omnia illa, quæ præcedunt, usque ad παρέχειν uberius explicant ea, quæ paullo ante dicta fuerant, et rationem continent, qua portio navium earumque instrumentorum a singulis symmoriis pendenda per earum sectiones minores distribuenda sit. In sequentibus vero post brevem repetitionem eorum, quæ jam dixerat [τὴν μὲν δαπάνην — παρασκευασθῆναι], pergit ad reliquam legis partem explicandam: πλήρωσις δὲ κ. τ. λ. AMERSFOORDT. Post παρέχειν in Reiskiana subdistinctione interpungitur. Correxi. SCHAEFER.

— ibid. τὰ σκάφη] *alveos navium*. Opponuntur τὰ σκεύη, *armamenta*. IDEM.

— 8. τῶν σκευῶν] Hæc dici videntur ab Æliano V. H. II. 10. αἱ ναυτικαὶ χρεῖαι. Vertendum *instrumenta*: nam quod dant *usus nautici*, vix est admittendum. AMERSFOORDT. In Æliano etiam C. G. Kühnius vertit *arma nautica* Ind. Græcit. s. v. χρεία. Sed vide ne scribendum sit ὑπὲρ ναυτικῶν χρεῶν: ut ναυτικὰ χρέα sint, quæ ab Oratore p. 289. ult. dicuntur τὰ ὀφειλόμενα τῶν σκευῶν. SCHAEFER.

— 9. πλήρωσις] Remigum ac nautarum militumque delectus eorumque stipendia intelliguntur. Consueta vox in hac re. Thucydides I. 19. habet adjectivum: ἐπειδὴ πλήρεις αὐτοῖς ἦσαν αἱ νῆες. Sic et sæpissime verbum πληροῦσθαι. Ibid. αἱ νῆες αὐτοῖς ἐπεπλήρωντο. c. 35. εἰ τοῖσδε μὲν ἀπό τε τῶν ἐνσπόνδων ἔσται πληροῦν τὰς ναῦς. Ita et c. 141. οὔτε ναῦς πληροῦντες. ad q. l. Scholiastes supplet ἀνδρῶν δηλονότι. III. 16. ἐπλήρωσαν ναῦς ἑκατὸν ἐσβάντες αὐτοί τε κ. τ. λ. Cf. et c. 17. f. et Æschines de F. L. p. 101. Vox πλήρωμα pro classiariis, h. e. remigibus et militibus, illustratur a Perizonio ad Ælian. V. H. II. 10. Constabat illud κωπηλάταις (s. ἐπικώποις, ut Attice dicebantur) et μαχηταῖς (s. ἐπιβάταις). AMERSFOORDT.

— 10. ὅθεν] Non displicet πλήρωσις δὲ τίς, ἢ καὶ σαφὴς ἔσται καὶ ῥᾳδία. ἢ, non ἤ, Bekkerus e Codd. enotavit. πλήρωσις σαφὴς, *tüchtige Bemannung*. SCHAEFER.

— 11. τοὺς στρατηγοὺς] Horum enim auctoritati atque imperio obtemperabant trierarchæ, qui et ab iis in jus vocabantur. Demosthenes Exc. adv. Lacrit. p. 940. 15. ed. Reisk. οὐκοῦν ὑπόλοιπόν ἐστιν οἱ στρατηγοί; [subaudiatur: οἳ εἰσάξουσιν ἡμᾶς εἰς τὸ δικαστήριον.] ἀλλὰ τοὺς τριηράρχους καθιστᾶσιν. post quæ eadem tacite sunt repetenda. AMERSFOORDT.

— 12. τῶν νεωρίων] Differunt hæc ab ἐπινείῳ, quo significatur universa urbs vel vicus, ubi naves struuntur et servantur. Thucydides I. 30. Κυλλήνην, τὸ Ἠλείων ἐπίνειον, ἐνέπρησαν. ubi Schol. ἐπίνειόν ἐστι πόλισμα παραθαλάσσιον, ἔνθα τὰ νεώρια τῶν πόλεων, ὥσπερ ὁ Πειραιεὺς τῶν Ἀθηναίων καὶ ἡ Νίσαια τῆς Μεγαρίδος. δύνασαι δὲ ἐπὶ παντὸς ἐμπορίου καὶ παραθαλασσίου [Videtur excidisse χωρίου. SCHAEFER.] χρήσασθαι τῷ ὀνόματι τούτῳ, ὃ νῦν οἱ πολλοὶ κατάβολον καλοῦσι. De νεωρίοις eorumque ἐπιμελητῆς cf. Harpocration ibique Vales. p. 54. et Etymol. M. Sic et diversa sunt a ναυστάθμῳ, qua voce significatur statio, in qua naves tuto possunt manere. Erat illa Athenis magnæ classi peropportuna. Strabo IX. p. 395. τὸ μὲν οὖν παλαιὸν ἐτετείχιστο — ἡ Μουνυχία προσειληφυῖα τῷ περιβόλῳ τὸν Πειραιᾶ καὶ τοὺς λιμένας πλήρεις νεωρίων· ἄξιόν τε ἦν ναύσταθμον τριακοσίαις ναυσίν. In plerisque etiam urbibus, quæ mari prævalebant, erant, quod ipsa res indicat, præstantissima νεώρια, navalia, ut Syracusis 45 naves ex iis, quæ in minori portu erant, ad pugnam contra Athenienses prodiisse legimus apud Thucydidem VII. 22. De Carthagine item res nota est. AMERSFOORDT.

— 13. νεώσοικοι] Minus recte vertit *navalia*, quæ sunt νεώρια. SCHAEFER.

— ibid. νεώσοικοι] Plerumque distinguuntur a νεωρίοις, quod et ipsa vocis forma indicat, etsi nonnunquam cum iisdem apud optimos scriptores permutantur. Significantur *navium domus, ædificia singu-*

*larum navium capacia.* Dubium, utrum lignea fuerint an lapidea. Prius tamen verius videtur ex aliorum locorum comparatione. Vocabulum, cujus rarior forma *νεᾶν οἶκοι* occurrit apud Plutarchum de glor. Athen. p. 439. D. abunde explicuit Bergmannus ad Isocratis Areop. c. 27. p. 173. in cujus diligentia acquiescimus. Hunc igitur locum, qui omnino legi meretur, confer et ad Harpocrationem v. *νεώριον* Valesium. Tectos superne vulgo fuisse *νεωσοίκους*, præter Xenophontem Hist. Gr. IV. p. 523. a Bergmanno allatum docent Herodotus et Thucydides hic VII. 25. ille VI. 45. ubi Polycrates proditionem militum metuens uxores et liberos eorum *ἐς τοὺς νεωσοίκους συνειλήσας εἶχε ἑτοίμους, ἢν ἄρα προδιδῶσι οὗτοι πρὸς τοὺς κατιόντας, ὑποσπῆσαι αὐτοῖσι νεωσοίκοισι.* Syracusis etiam *ἐν τῷ λιμένι* erant *οἱ νεώσοικοι*. V. Thucyd. l. c. AMERSFOORDT.

— 16. *τὸν δὲ τριήραρχον ἕκαστον*] Wolfius conjicit legendum esse *τῶν δὲ τριηράρχων ἑκάστους*: sed Reiskius ad v. 17. post *φυλὴ μία* duo deesse vocabula existimat, *τριήραρχος εἷς*. Wolfius igitur existimavit, cuique triremi instruendæ suum affuisse debere *τριήραρχον*: Reiskius autem, tribus quibusque navibus sive cuique *νεωρίῳ* [Sed singula *νεώρια* tricenas naves tenebant. SCHAEFER.] unum præpositum fuisse *τριήραρχον*. Probabilior mihi videtur Wolfii conjectura, quæ si admissa fuerit, cuique navis præfecto facultas erit triremem optime et pro lubitu suo instruendi et a collegarum malis artibus, quæ ad impediendam navis adornationem adhiberi possint, cavendi. Malim tamen in cæteris Wolfium secutus pro *ἑκάστους* legere *ἕκαστον*, quod et ad vulgatam lectionem propius accedit, et ex libris scriptis confirmatur. AMERSFOORDT. Vulgata prorsus idem valet quod *τῶν δὲ τριηράρχων ἑκάστους* s. *ἕκαστον*. Sic dicitur mox v. 20. *τοῦ δὲ μέρους ἑκάστου* et p. 291. 1. *ἡ τριττὺς ἑκάστη*. Falsa autem narrat Amersfoordtius de *τριηράρχῳ* præposito singulis aut ternis navibus: Wolfiusque et Reiskius hac de re *οὐδὲ γρύ*. V. not. sequ. SCHAEFER.

— 17. *φυλὴ μία*] Multum errat (sc. Reiskius): ad unam enim *φυλὴν* pertinent 120 *τριήραρχοι*, i. e. *σώματα τριηραρχοῦντα*, cives sumtus facientes in triremes. De his solis cogitandum, non de trierarchis veri nominis, i. e. ducibus s. præfectis, qui singulis triremibus singuli præerant. Sed cum Reiskius semel hanc animo imbibisset opinionem, Demosthenicam symmoriarum descriptionem intelligi oportere de militibus, quis mireter errorem illum viro alias perspicacissimo in totius loci et interpretatione et crisi multimodis imposuisse? IDEM.

— 17. *ὃν δ' ἂν*] Non vitandæ confusionis causa, sed quia singulæ *φυλαὶ* tenent ternas *τριττῦς*. V. Anecd. Bekk. p. 306. 24. IDEM.

— 19. *ἐπικληθῶσαι τὰς τριττῦς*] Tertiæ tribuum [*φυλῶν*] partes, tam Solonis ætate, qua quatuor erant populi Atheniensis tribus, quam postea, quum decem factæ sunt *φυλαί*. Prius patet ex loco Polluois VIII. §. 111. *ναυκραρία δ' ἦν τέως φυλῆς δυοδέκατον μέρος, καὶ δυόδεκα ναυκραρίαι ἦσαν, τέσσαρες κατὰ τριττὺν ἑκάστην*. Quænam autem ratio impulerit Schömannum l. l. p. 361. cur *τριττῦς* h. l. memoratas diversas esse existimaret ab illis *τῶν φυλῶν τριττῦσι*, nondum perspicio. Sed de his omnibus copiosiorem nostram disquisitionem exspecta in Disputatione edenda de symmoriis ipsis. AMERSFOORDT.

— 20. *ἓν ἑκάστης μέρος ἢ τῶν φυλῶν*] Ordo grammaticus hic est: *ἓν μέρος* [*τῶν δέκα νεωρίων*, i. e. *ἐν νεώριον*] *ἢ ἑκάστης τῶν φυλῶν*. IDEM.

— ibid. *ἑκάστης*] *ἑκάστη*, repertum etiam a Bekkero in Cod. satis placet. SCHAEFER.

P. 291. 1. *ἔχῃ*] Reiskius post *τόσαι* plene interpunxit: quod mutavi. Mutavit etiam Bekkerus. IDEM.

— 2. *εἰς ὁδὸν καταστῇ*] Reiskii Index habet: *ὁδός, processus.* Totum locum sic interpretatur: *hæc ubi semel fieri cœpta et velut in viam immissa fuerint, in den Gang gebracht oder gekommen.* Videtur tamen *εἰς ὁδὸν* scriptum esse pro *ἐν ὁδῷ*. Hunc usum præpositionis *εἰς* sæpius obvium, imprimis apud Scriptores N. F., vindicatum vide a viris doctis, quos laudavit Schleusnerus in Lex. in N. T. AMERSFOORDT. Fallitur: aliud *εἰς ὁδὸν*, aliud *ἐν ὁδῷ*. Mirumque tales enallagas dudum explosas identidem inculcari. SCHAEFER.

— 5. *μέρους*] Assentitur Reiskio Amersfoordtius: ego non item. IDEM.

— 7. *οἶδα λόγον μέλλων λέγειν*] Bene Reiskius: quod miror Amersfoordtium addubitasse. IDEM.

— 11. *ἐὰν μὲν ἤδη ζητᾶμεν*] Si jam *nunc* eum *πόρον*, illam ex contributione pecuniam, cogere studeamus, nondum manifesto bello, non credo, eam *tunc*, h. e. eo tempore, quo ea opus erit, in ipso bello, nobis idoneam affuturam esse. Idcirco longe nunc absumus hoc tempore a pecunia præbenda; vehementer eam nunc dare recusamus. In verbis *ὑπάρχειν ἠγησόμεθα* est enallage temporis: dicitur enim pro *ὑπάρξειν ἡγούμεθα*. Sequentia autem *οὕτω πολὺ τοῦ πορίσαι* melius forte sic constitui possint: *οὕτω τοῦ πολὺ πορίσαι*: etsi etiam vulgata lectio habeat, quo se defendat. AMERSFOORDT. Horum nihil mihi quidem vir doctus probavit. Primum enim *ζητεῖν* non est *cogere*, sed *disceptare*. Su-

pra v. 10. λέγειν περὶ χρημάτων. Deinde in verbis ὑπάρχειν ἡγησόμεθα neque est enallage temporis, nec potest esse: quippe tales enallagas, ut sanæ rationi contrarias, nulla lingua patitur. Denique οὕτω πολὺ τοῦ πορίσαι tam sanum est, ut mirer in suspicionem venire potuisse. Orator enim non hoc dicit, cives aversari largam pecuniæ contributionem, sed hoc, quod aliquanto gravius, omnino aversari τὰς εἰσφοράς. Schaefer.

— 13. ἀποσχήσομεν] Fortasse latet ἀποχωρησόμεθα. V. Bastii Commentat. Palæogr. p. 749. Idem.

— ibid. τίς οὖν ἔσθ' οὗτος κ. τ. λ.] Sic Olynth. III. p. 30. 9. ed. Reisk. νῦν δ' ἑτέρου πολέμου καιρὸς ἥκει. τίς οὗτος; δι' ὃν καὶ περὶ τούτων ἐμνήσθην, ἵνα μὴ ταὐτὰ πάθητε. Reiskius et Taylorus monuerunt, Hermogenem hunc locum citare π. μεθ. δειν. p. 416. (Laurent. edit. qua ego usus sum p. 532.) Amersfoordt. Reiskius post οὗτος posuit signum interrogandi: ut quæ sequuntur, ὁ νῦν μὲν οὐκ ὤν, κ. τ. λ. interrogationi respondeant. Quod cum probaret Amersfoordtius, locum illum Olynthiacæ ut similem citavit. Sed Reiskius neque illic rem bene gessit et nostri loci sensum perversa interpunctione obscuravit. Nunc, ut ego interpunxi, quid Orator velit, satis apparet. Eodem modo interpunxit Bekkerus. Schaefer.

— 16. ταυτηνὶ] Post h. v. Bekkerus posuit, non signum interrogandi, sed punctum, quod præstat. Et sic Aristides l. c. Idem.

— ibid. ἐν ταύτῃ χρήματ' ἔνεστιν κ. τ. λ.] Χρήματα etsi sæpius dicuntur nummi, pecunia ipsa, nonnunquam tamen vox pro rebus usurpatur, quæ tantum, quantum pecunia ipsa, valent; opes Latine dicas. Thucyd. VII. 25. πλοῖα — γέμοντα χρημάτων, ad quem locum Scholiastes hæc adscripsit: καὶ ἐπὶ τῶν τυχόντων πραγμάτων τὰ χρήματα λαμβάνεται, καὶ οὐχ ὥσπερ νῦν ἀδοκίμως ἐπὶ χρυσοῦ καὶ πολυτίμων εἰδῶν. De differentia inter χρῆσις et κτῆσις disseruit Bergmannus l. c. p. 123. et videantur veteres Grammatici in his vocibus. De divitiis Atheniensium sæpius sermo est apud veteres et Demosthenem: uti Olynth. I. p. 14. 19. ed., Reisk. quanquam eo l. non de regionis Atticæ divitiis, sed de στρατιωτικοῖς tantum agit: ἔστι — χρήματα ὑμῖν· ἔστιν ὅσα οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων στρατιωτικά. De universa Atheniensium potentia eorumque copiis Phil. I. p. 51. 20. ὑμεῖς δὲ, ὦ ἄ. 'Αθ., πλείστην δύναμιν ἁπάντων ἔχοντες, τριήρεις, ὁπλίτας, ἱππέας, χρημάτων περίσσειαν, τούτων μὲν μέχρι τῆς τήμερον ἡμέρας οὐδενὶ πώποτε ἐν δέοντι μέχρησθε, οὐδενὸς δ' ἀπολείπεσθε. Ultima Reiskius vertit in Indice: *a nemine vincimini solertia, sagacitate.* Idem aliter in nota ad enm l. Præstat forte: *eorum omnium nihil adhuc recte usi estis, etsi nulla eorum parte caretis, nullam desideratis.* Ita et ἀπολείπεσθαι absolute eleganter usurpari monuit Perizonius ad Ælian. I. 32. Cf. apud eundem XII. 41. Æschines etiam apud Demosth. de F. L. p. 369. 13. populum Atheniensium his verbis alloquitur: οὐ τριήρεις τριακόσιαι καὶ σκεύη ταύταις καὶ κτήμαθ' ὑμῖν περίεστι; Cf. et Isocratem in Areop. c. 1. de conditione civitatis Atheniensium sua ætate disserentem et ad eum locum Bergmannum. Idem tamen Isocrates quod ad summam rerum sincerius veriusque pro horum temporum conditione ad Philippum regem verba fecit in Orat. quam ad eum scripsit p. 147. πρὸς δὲ τούτοις [ἑώρων σὲ] καὶ δύναμιν καὶ πλοῦτον κεκτημένον, ὅσον οὐδεὶς τῶν Ἑλλήνων. et p. 188. τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ σὺ μὲν τυγχάνεις τοσαύτην δύναμιν κεκτημένος, ὅσην οὐδεὶς τῶν τὴν Εὐρώπην οἰκησάντων. Amersfoordt. V. F. A. Wolfii Prolèg. ad Leptin. vol. ii. p. 360. Usus est hoc loco Dorvillius ad Chariton. p. 272. edit. Lips. Schaefer.

— 17. πρὸς ἁπάσας] Recte interpretatur (sc. Wolfius). Eadem ratione Reiskius Ind. Græcit. p. 437. *opes pene dixerim æquipollentes aut æquiparabiles cum opibus reliquarum civitatum omnium.* In hoc usu præpositionis πρὸς non latet, ut nonnullis visum est, vis comparativi gradus, qua quid excellere significetur, sed sola indicatur æquiparatio. Herodotus II. 35. ἔργα λόγου μέζω παρέχεται πρὸς πάσαν χώρην. Minus recte Interpres: *opera exhibet memorabiliora, quam alia quælibet regio.* Immo: *opera exhibet inenarrabilia, quæ componas cum similibus operibus omnium regionum.* Idem III. 94. φόρον ἀπαγίνεον πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους ἑξήκοντα καὶ τριπόσια τάλαντα ψήγματος. Gronovius: *par cæteris omnibus.* Bene, si de auro intellexit: Indi enim tantum auri dicuntur pependisse, quantum reliqui omnes. Idem VIII. 44. πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους παρεχόμενοι νῆας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατὸν μούνοι. Parum recte versum: *præ reliquis omnibus.* Sola hoc quoque loco obtinet æquiparatio: duplicato enim illo numero propemodum confit numerus navium totius classis Græcæ. V. cap. 48. Omnino tales æquiparationes intelligendæ παχυτέρως nec cogitandum de accuratissima exæquatione. Schaefer.

— ibid. πόλεις] τῆς Ἑλλάδος. Idem.

— 19. ἐνταυθὶ] Omisit adverbium Bekker. Malim servatum. Est i. q. ἐπὶ τοῦ βήματος. ἐνταυθοῖ etiam *hic* significare, docui in not. ad Longi Pastoral. p. 422. Idem.

— ibid. φοβοῖεν, ὡς ἥξει βασιλεὺς] *terrentes jactarent, venturum esse regem.* Similia tetigi in not. ad Euripid. Med. Pors.

p. 89. et 92. ed. tert. Lips. Add. not. ad p. 141. 3. ed. Reisk. Euripideum Orest. 1316. ss. P. ἀλλά με φόβος τις εἰσελήλυθ', ἥντιν' ἐν δόμοις — κλύω βοήν, sic interpreter: ὅτι τινὰ κλύω βοὴν ἐν δόμοις. Conf. Bos. Ellips. p. 252. IDEM.

— 20. οὐχ] οὐδ' Cod. Bekk. Placet ut paulo gravius. IDEM.

— ibid. οὐχ οἷόν τε] Sic Attice dicunt pro οὐ δυνατόν. Vid. Timæi Lex. Rhetor. et ad eum Ruhnkenius. AMERSFOORDT.

— ibid. ταῦτ' ἄλλως ἔχειν] Immo, quin rex venturos sit s. jam adsit. SCHAEFER.

— 21. χρησμῳδοί] Recte Bekker. χρησμῳδεῖν. χρησμῳδεῖεν miror Amersfoordtio potuisse probari: est enim barbarum. Non minus barbarum καλεῖεν Munckerus invexit in Antonin. Liberal. c. 15. ubi etiam Ruhnkenius erravit. Talibus sordibus utilissimum Maittairii de Dialectis librum pervellem expurgatum esse. IDEM.

— 22. οὐκ ἂν εἰσενέγκαιεν — οὐδ' ἂν ὁμολογήσαιεν] Opera (sc. Reiskii) vere supervacanea. Vulgatam olim scripturam Bekkerus jure restituit. IDEM.

— antep. τῶν λόγων — ἔργῳ] Oppositio videatur parum concinna, ac fortasse requiras τοῖς ἔργοις. Sed v. Porson. ad Euripid. Phœniss. 512. ubi quod dicit de Tragicis, de omnibus scriptoribus dici potest. IDEM.

— ult. οὐχ ἑκὰν ἂν δοίη] Reiskii conjecturam Amersfoordtius probavit, Bekkerus adscivit. Sane est de genere felicium facileque compenset centum a viro optimo invita Minerva excogitatas. Sed videndum ne tutius sit cum libris Reiskianis simpliciter scribere οὐκ ἂν δοίη. IDEM.

P. 292. 2. μέρος τῶν ὄντων κ. τ. λ.] Demosthenes Olynth. I. p. 17. 9. ed. Reisk. τοὺς — εὐπόρους, ὧν ὑπὲρ τῶν πολλῶν, ὧν καλῶς ποιοῦντες ἔχουσι, μικρὰ ἀναλίσκοντες τὰ λοιπὰ καρπῶνται ἀδεῶς. AMERSFOORDT.

— ibid. προεισενεγκεῖν] Præstat εἰσενεγκεῖν. SCHAEFER.

— 5. πορίσαισθ'] πορίσαιτ' præstat, cum sequatur πορίζειν. IDEM.

— ibid. πλείων ἐστὶ γέλως τοῦ μηδενός] Recte Wolfius. Intellige πορίσασθαι. Ita et Reiskius in Nota et in Ind. *magis esset ridiculum, quam si nihil daretis.* AMERSFOORDT. Viri docti calamus videtur errasse, cum scriberet: *Intellige* πορίσασθαι. Hoc nullo modo potest intelligi: omninoque nihil subaudiri oportet, Vernacule: *ist lächerlicher, als gar nichts.* γέλως enim h. l. non *risum* significat, ut Wolfius vertit, sed *rem ridiculam.* Euripides Troad. 976. Matth. ταῦτα γὰρ γέλως πολύς. Hesychius t. I. c. 812. Γέλων. — ἢ γελοῖον. ut correxerunt: crratque Schowius ad glossam præcedentem referens. SCHAEFER. Schaeferus porro sic corrigebat Græcitatem Latinitatemque Reiskianam: ἢ γέλως ἂν εἴη (vel ἢ κατεγέλων ἂν ὑμῶν οἱ ἄνθρωποι), εἰ καθόλου μηδὲν πορίζοισθε vel ἐπορίζεσθε. *quam deridiculo essetis futuri, si* etc.

— 6. τὴν ἑκατοστήν] Articulum recte delevit Bekker. Sic mox sine articulo πεντηκοστήν et δωδεκάτην. Quod autem Wolfius de re familiari interpretatur, ne forte quis erret, monendum est, τὸ τῆς χώρας τίμημα oportere intelligi. SCHAEFER.

— ibid. εἰσφέρειν] Non subauditur (sc. δεῖν): quoties enim infinitivi sic, ut h. l. verbis dicendi junguntur, hæc verba vim jubendi habent. V. not. ad Theocrit. XXV. 47. et ad Sophocl. Ajac. 1047. IDEM.

— 7. τάλ. ἐρεῖ] ἐρεῖ omisit Bekker. Probo. Sic mox sine verbo οὐκοῦν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι. IDEM.

— 9. τὰ χρήματ'] Vix admittendum videtur, ut h. l. voce χρήματα ipsa pecunia significetur, non res pretiosæ, quæ ex regno latissime patente undique ad regiam afferebantur. Herodotus VII. 187. Xerxis in Græciam expeditionem facientis supellectilem describens: οὐδ' ἂν ὑποζυγίαν τε καὶ τῶν ἄλλων κτηνέων τῶν ἀχθοφόρων — οὐδεὶς ἂν εἴποι ἀριθμόν. Sed Demosthenes hic de camelis tantum loquitur, cum hi profecto majorem jumentorum [τῶν ὑποζυγίων] partem effeceriut. Commeatum autem exercituum Persarum camelis vehi solitum fuisse docent loca allata a B. Brissonio de regno Persarum l. III. c. 46. Regis magni divitiæ in proverbium abierant. Æschines Socrat. qui dicitur Dial. II. 4. πρωτιμήσειεν ὑγιαίνειν ὀλίγον κεκτημένος ἀργύριον μᾶλλον ἢ τὰ βασιλέως τοῦ μεγάλου χρήματα κεκτημένος νοσεῖν. Cf. et Horatius Carm. III. Od. IX. 4. Magnifice etiam τοῦ Περσῶν πλούτου meminit Isocrates Panath. p 458. et ipse Demosth. Phil. III. p. 120. 16. ed. Reisk. Ita et *Persicum aurum* memoratur a Justino l. XI. c. 5. §. 9. Aristophanes in Pluto v. 170. μέγας δὲ βασιλεὺς οὐχὶ διὰ τοῦτον κομᾷ; τὸν πλοῦτον scilicet. Demosthenes Orat. ad Philippi Epist. p. 153. 26. de Persarum rege: τοσοῦτον μὲν κέκτηται πλοῦτον, ὅσον οὐδ' οἱ λοιποὶ πάντες. Conon Atheniensis ap. Justin. VI. c. 2. §. 14. queritur, *opulentissimi* regis bella *inopia* dilabi, et qui exercitum parem habere hostibus debeat, *pecunia* vinci, quæ præstet, inferioremque eum *ea parte* inveniri, *qua longe superior sit.* Apud Herodotum l. V. 49. Aristagoras Milesius: τὰ Σοῦσα ταῦτα, ἔνθα — τῶν χρημάτων οἱ θησαυροί — εἰσί· ἑλόντες δὲ ταύτην τὴν πόλιν, θαρσέοντες ἤδη τῷ Διΐ πλούτου πέρι ἐρίζετε. Atque in ea urbe XL millia talentum inventa esse ab Alexandro M. narrat Justinus l. XI. c. 14. §. 10. cum quo tamen loco alia conferantur a Brissonio laudata de regno Pers. 1. I. c. 182. sqq. Idem etiam au-

ctor de Xerxe l. II. c. 10. "Cæterum, si regem spectes, *divitias*, non ducem, laudes: quarum tanta copia in regno ejus fuit, ut, cum flumina multitudine consumerentur, *opes* tamen regiæ superessent." cum quo conveniunt ipsi Persarum legati ad Philippum de Alexandro, ejus filio, prædicantes: *ὁ παῖς οὗτος βασιλεὺς μέγας, ὁ δὲ ἡμέτερος πλούσιος.* Vid. Plut. de fort. Alex. v. II. p. 362. Fastum regum Persarum, multis veterum auctorum locis allatis, descripsit Brissonius l. I. l. I. c. 69—77. et alibi. Eorundem apparatum, quum expeditionem suscepturi essent, recensuit Herodotus I. 183. qui et l. III. 90—97. universam pecuniam enumerat, quæ Dario ex satrapiis redibat. Amersfoordt. De sola pecunia intelligendum. Sit hyperbolice dictum: non intercedo. Neque ipse Demosthenes videtur rem pro vera habuisse, cum dixerit *φασὶν οὗτοι.* Schaefer.

— antep. *βούλεσθε*] Adverte *βούλεσθε* conjunctivo insolentius postpositum. Idem.

— pen. *εἰσοίσειν*] Non deest (sc. *οὐκοῦν*). Supra Demosthenes aliam usurpat figuram orationis: nec continuo sequentia *ἀλλ' οὐτ' ἂν ἀνάσχοισθε κ. τ. λ.* ab antecedentibus interserto tali *κομματίῳ* divelli patiuntur. Idem.

— ult. *ἂν*] Sine cunctatione delendum. Orator enim confidentissime negat, pecuniam, quantumvis magna videatur, *ἀξίαν εἶναι τοῦ πολέμου.* Adde quod ad particulam *ἂν* subaudiri oporteret *εἴη*: cujus ellipsis certa exempla requiro (Fortasse cites ex Eryxia Platonicis addito c. 29. *καταμαθὼν δ' αὐτὸν ἐγὼ ὅτι ἴσον εἴη πεῖσαι, ὅπερ ἂν τὸ λεγόμενον λίθον ἐψῆσαι.* ubi ad *ὅπερ ἂν* subaudiendum *εἴη.* Sed talia non sunt veræ ellipses, sed quas in libro Bosiano syntacticas dixi). Nam quod Melot. Crit. p. 44. citavi Sophocl. Philoct. 493. laudo Buttmannum, qui e recensione Triclinii restituerit *παλαιόν.* Conf. not. ad Sophocl. t. II. p. 346. *παλαί' ἂν* quam ineptum sit, facile senties, si verteris: *diu sit, dürfte lange her seyn.* Sic pius filius non loquitur, qui certo scit, dudum metuerit. Idem.

— ibid. *καταθῆτε*] Recte Bekkerus *καταθεῖτε.* Quam optativi formam si quis forte miretur Reiskium ignorasse, sciat virum summum flocci fecisse *τὰ γραμματικὰ*, nihilque aliud quam Græcos omnium ætatum scriptores pervolutasse. Hoc usu, non grammatica doctrina, consecutus est diffusissimam Græcarum literarum scientiam, quæ nostrum perpaucis et haud scio an nulli obtigit, sed adeo non accuratam subactamque, at passim implicaretur erroribus, a quibus tirunculi schemata satis callentes sibi facile caveant. Sic factum est, ut Reiskius haud raro vapularet ab hominibus longe longeque infra se positis, quos deceret assurgere ingenio tam capitali. Idem.

— ibid. *ἄξια τοῦ πολέμου*] *tanta, quantam bellum poscit.* Idem.

P. 293. 1. *πᾶλλα*] Bene *τὰ μὲν ἄλλα* Bekker. Idem.

— 2. *οὐδαμοῦ γὰρ — ἐν καλλίονι*] Aristophanes Thesmophor. 292. Br. *ποῦ, ποῦ καθίζωμαι 'γ καλῷ* — Idem.

— ibid. *ἐν καλλίονι*] Ne subaudias *τόπῳ. καλλίονι* enim generis est neutrius. V. Bos. Ellips. p. 485. ubi si cui videar dubitantius scripsisse, velim cogitet, quantum mihi fuerit illo in opere laborandum, quantum trepidandum, cum Ellipsium doctrinam plurimarum ætatum tanquam præscriptione sancitam primus convellere auderem. Sed fundamentis jactis facile superstruas. Conf. not. ad Euripid. Orest. Pors. 887. p. 81. edit. tert. Lips. Idem.

— 8. *μέν γε*] Prævideo fore, qui *μὲν γὰρ* scribendum censeant. Ac profecto harum formularum solennis est in libris confusio. Sed cave vulgatam mutes. V. not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 406. Schneiderus ad Xenophont. Hieron. 1. 11. Dobreeus in Comment. ad Aristoph. VII. 1. p. 560. Buttmannus ad Midian. p. 46. et Siebelisius ad Pausan. t. II. p. 198. *μέν γε* recurrit v. 13. p. 189. 11. 204. 14. ed. Reisk. Add. p. 174. 20. Idem.

— ibid. *τριακοσίαις τριήρεσιν, ὧν ἑκατὸν παρεσκεύασθ' ἡμεῖς*] Lubenter excurrunt Oratores Attici in laudes belli Persici, tanquam suorum majorum imprimis proprias: præcipue, cum mentio facienda sit præsentium cum Persarum rege inimicitiarum. Cf. Thucydidis Schol. ad I. 73. Atque hujusmodi rerum a majoribus gestarum mentionem ad *σεμνότητος* partes refert Hermogenes de Form. Orat. c. 6. p. 281. ed. Laurent. *τετάρτην γε μὴν σεμνότητος ἔχουσι δύναμιν ἔννοιαι αἱ περὶ ἀνθρωπίναν μὲν κατὰ μόνας πραγμάτων, μεγάλων δὲ καὶ ἐνδόξων· οἷον τὸ περὶ τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης, καὶ τῆς ἐν Πλαταιᾶσιν, ἢ τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας εἴ τις λέγοι:* quibus deinde hæc addit de modo, quo ejusmodi commemoratio facienda est: *μέθοδοι δὲ σεμναὶ αἱ κατὰ ἀπόφανσιν καὶ χωρὶς ἐνδοιασμοῦ ἐξ ἀφηγήσεως λεγόμεναι· ὡς γὰρ εἰδότας ἀκριβῶς δεῖ λέγειν, καὶ μετ' ἀξιώματος, ἀλλ' οὐκ ἐνδοιάζοντας, κ. τ. λ.* De numero navium Græcarum atque Atheniensium, quæ cum Xerxe pugnarunt, non satis constat inter auctores veteres, quamvis non magnum inter eos sit discrimen. Cf. Valckenaer. et Wesseling. ad Herodot. VIII. 1. 2. S. F. N. Morus ad Isocratis Panegyr. 25. et 27. Viri Docti ad Nepotis V. Themist. c. 3. Aliis in locis, ut Or. p. Cor. p. 306. 23. ed. Reisk. solet

Demosthenes augere navium numerum, quas Athenienses præbuerunt, quod quia in hac Oratione suo consilio parum convenire videbat, ad centenarium numerum universam eorum classem reduxit. Itaque probamus Reiskii judicium Wesselingii conjecturam repudiantis, qua pro ἑκατὸν legatur διακοσίας. Præter illos, quos Valckenaerius laudavit l. c. de numero navium Græcarum egit etiam Thucydidis Schol. ad L. I. 74. — Cæterum, quia h. l. sermo incidit de pugna Salaminia, obiter animadvertimus μνημονικὸν ἀμάρτημα Demosthenis vel ejus, qui scripsit Orat. in Neæram p. 1377. 14. qui de Platæensibus loquens, ἐπειδὴ, inquit, αὐτοῖς οἰκεῖα σκάφη οὐχ ὑπῆρχε, συνεναυμάχουν ἡμῖν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ καὶ ἐν Σαλαμῖνι. De pugna ad Artemisium commissa eadem tradidit Herodotus, Platæenses autem Athenienses ad Salamina affuisse idem historicus diserte negat l. VIII. 44. AMERSFOORDT.

— ibid. ἑκατὸν] Assentitur Reiskio præter Amersfoordtium not. ad v. 8. Weiskius de Hyperb. II. p. 24. Sed Boeckhius de Œcon. polit. Athen. t. I. p. 276. vulgatam scripturam tam affinem dicit ænigmati, ut lector parum attentus Orationem de Symmoriis, quam tot alia argumenta genuinam esse vincant, ob hanc unam causam pro spuria habere posse videatur. Pervellem vir doctissimus nos docuisset, cur Reiskii rationem assensu suo comprobare dubitaret. Mihi quidem hæc ratio adeo placet, ut vix putem probabiliorem excogitari posse. Ac fortasse Demosthenes, cum ἑκατὸν scriberet, fide dignior fuit quam ipsi historici. Audiamus Schweighäuserum ad Herodot. VIII. 44. non inepte sic disputantem: "Mireris vero, quo pacto tot navibus ad Salaminem pugnare Athenienses potuerint, quandoquidem in pugna ad Artemisium dimidiam partem Atticarum navium vulneratam esse ait Scriptor cap. 18. neque eis reficiendis suppetiisse videatur tempus." SCHAEFER.

— 9. χιλίας ἀπολέσαντας ναῦς] Millenarium numerum dixit Demosthenes, non quidem accuratissime, sed ex more poetarum et oratorum. Eadem illis est loquendi ratio, quum Græcorum classem ad Trojam memorant. Quamvis Thucydidis Scholiastes ad l. I. 10. ὁ μὲν Εὐριπίδης, inquit, καὶ Λυκόφρων χιλίας ναῦς λέγουσι τὸν Ἀγαμέμνονα ἀγαγεῖν, ὁ δὲ Ὅμηρος χιλίας ἑκατὸν ἑξήκοντα ἕξ. Thucydides ipse eo l. dederat χιλίαν καὶ διακοσίαν. De numero rotundo sic sæpius obvio egerunt Heynius ad Virg. Æneid. II. 198. Is. Grangræus ad Juvenal. Sat. XII. 122. et auctores mox laudandi. Hunc etiam morem sequitur Æschylus in Agamemn. v. 46. de Atridis canens: στόλον Ἀργείων χιλιοναύταν τῶνδ' ἀπὸ χώρας ἦραν. et sæpissime Ovidius: Metam. XII. 6. "Conjuratæque sequuntur Mille rates." ibid. v. 37. "Accipiunt ventos a tergo mille carinæ." Libro autem XIII. 92. Ajax gloriatur: "Nempe ego mille meo protexi pectore puppes." et v. 182. legitur: "Aulidaque Euboicam complerunt mille carinæ." Ita et Laodamia maritum suum monet Heroid. XIII. 97. "Iuter mille rates tua sit millesima puppis." De numero navium, quæ Xerxem in Græciam secutæ sunt, iterum cf. Interpretes ad Nepotem Themist. c. 2. et Brissonius de regno Pers. l. III. c. 73. Igitur plerique auctores narrant, naves circitur 1200 ipsi pugnæ Saliminiæ ex ingenti Xerxis classe interfuisse: atque accuratissime hæc narravit Æschylus Pers. v. 342. cujus auctoritas cur hac in re reliquorum omnium testimonio præferenda sit, veram ex Casaubono causam reddidit A. Staverenus ad Nepotis l. l. Ξέρξῃ δὲ, καὶ γὰρ οἶδα, χιλιὰς μὲν ἦν ὧν ἦγε πλῆθος, αἱ δ' ὑπέρκομποι τάχει ἑκατὸν δὶς ἦσαν ἑπτά θ'. Cui tamen narrationi vix convenire videtur Herodotus, qui, quod quidem mirum videatur, hunc ipsum numerum navium longarum (1207) cum rege expeditionem in Græciam suscepisse scribit, verum in sequentibus identidem tot naves ejus vel tempestatibus vel pugnis contra Græcos susceptis periise narrat, ut vix idem numerus ad Salaminem penetrasse videatur. Ne autem temeritatis arguamur Herodotum vel erroris vel negligentiæ incusantes, varia ejus de hac re indicia in unum conferamus. Longæ itaque Persarum naves Xerxem initio expeditionis secutæ ab Herodoto narrantur 1207 (l. VII. 89. et 184.), quas onerariarum sequebantur 3000 [ibid. c. 97.], etsi Nepos Themist. c. 2. harum 2000 tantum memorat. Sed onerariarum infinitus numerus fractus est ad Magnesium litus (ibid. c. 191.). Classem autem auxerunt deinde naves 120 ex Thracia profectæ (c. 185.): ex eadem vero ad Magnesiam tempestate submersæ sunt 400 naves (c. 190.). Deinde a Græcis 15 captæ sunt ad sinum Pagasæum (c. 194.) iterumque 30 ad Artemisium (l. VIII. 11.). Atque eodem tempore ad Græcos transfugit Antidorus Lemnius cum sua navi solus. (quod posterius patet ex eodem loco, coll. c. 82.) Nova autem tempestate orta, pars classis, quæ Eubœam superare conabatur 200 navibus composita, omnis ad scopulos fracta est et fluctibus submersa (c. 7.): ἀγγελίη ἐλθοῦσα, ὡς τῶν βαρβάρων οἱ περιπλέοντες τὴν Εὔβοιαν πάντες εἴησαν διεφθαρμένοι ὑπὸ τοῦ γενομένου χειμῶνος. Eodemque fere tempore Ciliciæ naves, quæ quot fuerint, non indicatur, a Græcis captæ sunt (ibid. c.

14.). Triduo post, nova pugna exorta, denno multas naves Persæ amiserunt (c. 16.) et tandem in ipsa nocte, quæ conflictum ad Salamina præcessit, una navis, cujus prætor erat Panætius Tenius, Persarum aciem reliquit (ibid. c. 82.). Nisi igitur statuas, plures naves ad Xerxis classem accessisse, quam de quibus tradidit Herodotus, minor exsistet numerus eo, quem Æschylus memoravit: etsi vel hac conjectura probata propter hunc numerum 1207 navium (eundem prorsus, cum Xerxes expeditionem susciperet, atque illum, cum pugnam committeret), suspicio oriatur turbatæ in Herodoto narrationis. Neque enim ex l. VIII. 66. colligas plures naves accessisse, etsi tum pedestrium copiarum multitudine nova exercitus creverit. Igitur, nisi, quod nolim, aliquis mea negligentia hic omissus fuerit Herodoti locus, vix video, qui erroris culpa gravissimus historicus vacare possit, siquidem Æschylo in re, cui ipse interfuit, omnem fidem haberi necesse est. Ad faciliorem autem conspectum in fine hujus animadversionis ad calculos sedeamus.

| | | |
|---|---|---|
| Initio expeditionis erant naves (Auctor Argumenti in Æschyli Persas habet 1207 vel 1214.) | 1207 | |
| Accesserunt ex Thracia | 120 | |
| | ——— | 1327 |
| Pericrunt tempestate ad Magnesiam | 400 | |
| Captæ a Græcis ad sinum Pagasæum | 15 | |
| ——————— Artemisium | 30 | |
| Antidorus transfuga | 1 | |
| Submersæ, quæ Eubœam superabant | 200 | |
| Panætius transfuga | 1 | |
| | ——— | 647 |
| Supersunt igitur ante pugnam Salaminiam naves | | 680 |

Quo numero continentur etiam naves Ciliciæ aliæque in nova pugna ad Artemisium amissæ, quæ quot fuerint, Herodotus nos non docuit. AMERSFOORDT.

— 10. τριακοσίας — παρεσκευασμένους] Hic vulgo, florente Athenensium republica, erat numerus triremium. Cf. Bergmannus ad Isocratis Areopagit. c. 1. Triremium copia etiam Æschines gloriabatur l. supr. all. ad p. 291. 16. Demosthenes ipse Phil. III. p. 121. 11. ed. Reisk. καὶ τριήρεις, καὶ σωμάτων πλῆθος, καὶ χρημάτων πρόσοδοι, καὶ τῆς ἄλλης κατασκευῆς ἀφθονία, καὶ τἆλλα οἷς ἄν τις ἰσχύειν τὰς πόλεις κρίνοι, νῦν ἅπαντα καὶ πλείω καὶ μείζω ἐστὶ τῶν τότε [ἐπὶ τῶν προγόνων] πολλῷ. et p. 128. 17. ἡμεῖς — πόλιν μεγίστην ἔχοντες, ἀφορμὰς πλείστας, ἀξίωμα κάλλιστον. IDEM.

— 11. [τριήρεις]] Uncis inclusum servavit Bekkerus. Mallem deletum. SCHAEFER.

— ibid. μὴ] Puto delendum et hæc sic continuanda ἀστίκτως: ὥστε κομιδῇ μηδ' εἰ πάνυ μαίνοιτο νομίσαι ῥᾴδιον —. *ut prorsus ne si sit desipientissimus quidem habiturus sit pro re facili*—. Aliud valet μὴ κομιδῇ. Plutarchus t. I. p. 611. R. ὥστε μὴ κομιδῇ μοναρχίαν εἶναι. Interpres: *ne solus omnino rerum potiretur*. IDEM.

— 15. ἄγει] Cod. Bekk. ἄγει πολὺ, quod non displicet. IDEM.

— 16. δὲ ἀν] Malim δ' ἐάν. IDEM.

— ibid. αἱ κρῆναι] Probo quod dedit Reiskius ob codicum excellentium auctoritatem. IDEM.

— 17. ἐπιλείπειν] Eadem voce utitur in eadem re Ælianus Var. Hist. VIII. 11. ὅπου καὶ τοὺς ποταμοὺς ὀχῶμεν ἐπιλείποντας. AMERSFOORDT.

— ibid. ἀθρόα] ἁθρόα Bekker. V. Etymol. M. c. 655. 21. et Sallier. ad Mœr. p. 19., ad quem locum Piersonum miror talia parum curantem p. 20. Est hæc incuria, ut digna philosopho, ita indigna grammatico. SCHAEFER.

— ibid. καί] Recte abest. *multa simul*. Xenophon Anab. V. 2. 1. οἱ δὲ Κόλχοι — πολλοὶ ἦσαν ἁθρόοι, *multi una*. IDEM.

— antep. ἡμῖν — ἀκούσεται] Citant Harpocration p. 134. Gron. et Photius c. 237. hic quidem scriptura vitiosa. De Harpocratione v. Siebelis. ad Philochori Fragm. p. 77. s. IDEM.

— antep. ἀφορμὴν] Facultates, quarum fiducia rem aggredi possimus: inde sæpius pro *pecunia*. Vocem explicuit Bergmannus ad Isocratis Areopag. p. 119. AMERSFOORDT.

— pen. ἑξακισχίλια] ὀκτακισχίλια. Harpocration et Photius ll. cc. qui quomodo hunc numerum hyperbolicum cum vero supra p. 288. pen. posito conciliaverint, lege apud ipsos. Sed tantine fuerit conciliandi laborem suscipere fortasse dubites. Suspicor enim Demosthenem h. l. non dedisse nisi hæc: ἡμῖν δὲ τὸ τῆς χάρας τίμημα ὑπάρχον ἀφορμὴν ἀκούσεται, ὑπὲρ ἧς κ. τ. λ. quibus explicandis alius videtur interpres censum verum, alius falsum ad-

scripsisse. Nimirum non de summis pecuniarum hic agitur, sed de ἀφορμαῖς ad bellum gerendum. Regi ἀφορμὴ sunt *αἱ διακόσιαι καὶ χίλιαι κάμηλοι αἱ τὸ χρυσίον ἄγουσαι*, Atheniensibus *τὸ τῆς χώρας τίμημα*. Illa κρίνη comparatur ἐπιλειπούσῃ, hæc *δεινᾷ*. Neque absurda hæc comparatio videbitur, si cogitaveris rationem pecuniariam illorum temporum, quæ commoditatibus, quas nostra ætas habet hoc in negotio perscriptionibus utens, prorsus carerent. Sic fieri poterat, ut rex, exhaustis quæ camelis vectæ exercitum comitarentur pecuniis, inextricabilibus difficultatibus impediretur. SCHAEFER.

— ult. *τοὺς ἐπιόντας — ἀμυνούμεθα*] Isocrates Orat. ad Phil. p. 184. Græcos ad bellum cum Persis excitans: *ἡμεῖς οὐδ' ὑπὲρ ὧν κακῶς ἐπάθομεν ἀμύνασθαι τολμῶμεν αὐτούς*. AMERSFOORDT.

— ibid. *οἱ Μαραθῶνι*] De Persis victis cæsisque hic dicitur: quod notandum. SCHAEFER.

— ibid. *Μαραθῶνι*] Codd. Bekk. *Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι*, vitiosa, ut puto, abundantia. Etsi enim talibus in formulis etiam Salaminis fit mentio, ut in loco Aristophanico, de quo v. Bos. Ellips. p. 423. tamen multo sæpius et tanquam solenniter Marathonia pugna commemoratur: nimirum quia hujus victoriæ decus ad solos Athenienses, quorum auspiciis Platæenses parebant, pertinuit. Nec licuit Comico aliam citare quam Salaminiam pugnam. IDEM.

P. 294. 1. *ἕως δ' ἂν κρατῶμεν*] Demosthenes hoc non dixit *κολακευτικῶς*, sed quod speraret cives suos *τοὺς ἐπιόντας* non minus strenue *ἀμυνεῖσθαι*, quam *οἱ Μαραθωνομάχαι* hostes *ἠμύναντο*. Sic autem victoria satis certa videri poterat: *τῷ γὰρ πονοῦντι χὠ θεὸς ξυλλαμβάνει*. IDEM.

— 2. ἐπιλιπεῖν] Rectius ἐπιλείπειν Bekker. V. p. 293. 17. IDEM.

— 3. *ξενικὸν*] Milites Græci a barbaris conducti. Hoc enim Persis erat in more. Cf. Brisson de r. Pers. III. c. 59. Eodem pertinere videtur Isocratis locus Paneg. c. 37. *τῶν τε μετὰ Τιριβάζου στρατευομένων καὶ τοῦ πεζοῦ τὸ χρησιμώτατον ἐκ τῶνδε τῶν τόπων ἤθροισται*: vocabula enim *τῶνδε τῶν τόπων* facile ad Græciam Europæam referri posse existimo, etsi in diversa abeat Morus ad eum l. Qui primi barbarorum mercenariam militiam susceperunt, infames hoc nomine, Cares fuerunt. Vid. Dunæus ad Demosth. de Pace p. 298. Hemsterhus. ad Aristoph Pluti Argum. p. 7. — Quinam vero hac imprimis ætate inter ipsos Græcos abusus fuerint militum conductorum, ubique cum eximia indignatione queruntur plerique oratores. Cf. Bergmannus l. l. p. 84. Athenienses perpetua hujusmodi hominum caterva primum usi videntur in bello Corinthio. Vid. Harpocration in v. *ξενικὸν ἐν Κορίνθῳ* et locus Aristophanis ibi laud. Sed jam antea multi etiam in reliqua Græcia vagabantur. Cf. Thucyd. l. 27. 35. ubi vid. Schol. Lacedæmoniorum in exercitibus erant *ξεναγοί*, quos idem Thucydides memorat II. 75. ubi Scholiastes habet: *οἱ τῶν μισθοφόρων ἄρχοντες· ξένους γὰρ ἐκάλουν τοὺς μισθοφόρους*. Sed iidem Lacedæmonii barbaros eximo *ξένους* vel *ξείνους* dicebant, Herodoto teste IX. 11. Porro *οἱ ξένοι* conductitii milites, etiam *ξενιτευόμενοι* dicebantur. Diversa aliquantum ratione Herodes Orat. *π. Πολιτείας* Oratt. Gr. vol. VIII. p. 36. externum bellum contra patriæ hostes susceptum *ξενικὸν πόλεμον* dicit, oppositio *πολέμῳ πολιτικῷ* s. *στάσει*. — *Ξενικὸν* ita dicitur, omisso per ellipsin *σύστημα*, uti sæpe etiam *ναυτικόν*. Hoc occurrit ex. gr. apud Thucyd. I. 99. III. 16. — I. 4. est *Μίνως — τό τε ληστικὸν — καθῆρει ἐκ τῆς θαλάσσης*. ad q. l. Schol. λ. *τὸ σύστημα, ἤγουν τοὺς λῃστάς· ληστρικὸν δὲ τὸ κτῆμα*. AMERSFOORDT.

— 5. *ἐπὶ μὲν Αἰγυπτον καὶ Ὀρρόντην*] Reiskius in Ind. Hist. p. 586. " Dubium est," inquit, " Orrhontes barbarine sit regis nomen, an fluvii, Syriam pervagantis." Orrhontes vero non fuit rex barbarus, sed præfectus Mysiæ, qui cum aliis satrapis et Tacho, Ægypti rege, ab Artaxerxe defecit Olymp. CIV. a. 3. Res ejus refert Diodorus Sic. XV. 90. sq. ubi videatur Wesseling. Regis expeditio in Ægyptum ab eodem narratur ibid. o. 92. sq. in qua opera Græcorum mercede conductorum usos fuisse Persas Corn. Nepos docet in Datame c. 8. § 2. Orrhontes autem Diodori l. c. diversus videtur ab alio ejusdem nominis Persa, regis genero, cujus mentio est np. eundem I. XV. 2. Neque facit quicquam discriminis, quod in Demosthenis exemplaribus hoc nomen scriptum sit duplici litera Rho, apud Diodorum autem simplici. IDEM.

— 9. *τῆς ὑπαρχούσης πενίας*] Herodotus VII. 102. *τῇ Ἑλλάδι πενίη μὲν αἰεί κοτε σύντροφός ἐστι*. SCHAEFER.

— ibid. *ἐπὶ δὲ τὴν [ἄλλην] Ἑλλάδα κ. τ. λ.*] Satis probabilis Demosthenis opinatio: *ἐπεί γε ἀπεκρίθη ἐκ παλαιτέρου τοῦ βαρβαρικοῦ ἔθνεος τὸ Ἑλληνικόν* Herodot. I. 60. Alexandri victoriæ demum pervicerunt, ut ambo conalescerent. IDEM.

— ibid. *ἄλλην*] Recte delevit Bekker. IDEM.

— 10. *ποῖ γὰρ αὐτὸς τρέψεται κ. τ. λ.*] Locum hunc imitatur Gorgias Apol. Palamedis Oratt. Gr. VIII. p. 112. (quem legit Alcidamas, qui scripsit Palamedis Accusationem de Proditione, quæ eodem vol. exstat, ut patet collatis p. 74. sqq. et p. 115. sqq.): *ποῖ γὰρ τραπέσθαι μ'*

ἐχρῆν; πότερον εἰς τὴν Ἑλλάδα et quæ seq. Sed etiam Demosthenes sua hausisse videtur ex Euripidis Medea v. 502. νῦν ποῖ τράπωμαι; πότερα πρὸς πατρὸς δόμους, οὓς σοὶ προδοῦσα καὶ πάτραν ἀφικόμην; ἢ πρὸς ταλαίνας Πελιάδας; quos versus Latini verterunt poetæ laudati a Lentingio. Quæ huuc locum excipiunt, item a multis expressa sunt, ut ab eodem Gorgia l. c. Nostro præiverat Isocrates Plataic. p. 524. τίνες εἰς τοῦτο ἀνοίας ἥκουσιν, ὥστε βούλεσθαι μετὰ τῶν καταδουλουμένων τὴν Ἑλλάδα εἶναι μᾶλλον ἢ μεθ' ὑμῶν τῶν ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν ἐλευθερίας ἀγωνιζομένων. Amersfoordt. Demosthenem sua hausisse ex Euripidis Medea eccui probabile fieri possit? Schaffer.

— 14. δυστυχὴς] Ultima hujus notæ (sc. Wolfianæ) non intelligo. δυστυχὴς eodem sensu usurpatum mox recurrit p. 295. 5. Idem.

— 17. Ἑλληνικῶν] Recte Ἑλλήνων Bekker. Idem.

— 18. ἄν] Particulam Bekkerus jure delevit. Quamquam Wolfius vere monet, hoc dici ὑποθετικῶς. Satis nota orationis figura, qua καταφατικῶς enuntiatur, quod ὑποθετικῶς intelligendum est. Idem.

— ibid. ἐκείνου γε] Attende vim particulæ. *illo, quippe tam imbelli.* Idem.

— 19. ἀλλὰ μάλιστα μὲν — νῦν ἄρχειν] Ordo est: ἀλλὰ βούλεται μὲν μάλ. ἄρχειν π., εἰ δὲ μή γε [δυνατὸν ἐστὶ πάντων ἄρχειν], τῶν ὑπαρχ. δούλων ἑαυτῷ νῦν. In eandem fere sententiam Xerxes verba fecit inter Persarum proceres ad Herodot. l. VII. 3. §. 3. et ejus somnium interpretati sunt magi ibid. c. 19. Isocrates etiam Paneg. c. 37. τοιαγοῦν τὰ μὲν ἔχει [ὁ βασιλεὺς], τὰ δὲ μέλλει, τοῖς δ' ἐπιβουλεύει, δικαίως ἁπάντων ἡμῶν καταστεφρωκώς. Idemque Rhetor Philippo Macedoni suadet in Orat. ad eum scripta p. 182. καὶ μάλιστα μὲν πειραθῆς ὅλην τὴν βασιλείαν [τῶν Περσῶν] ἑλεῖν, εἰ δὲ μή, χώραν ὅτι πλείστην ἀφορίσασθαι. Eandem voluntatem Lacedæmoniorum propriam fuisse, idem sæpius illis opprobrat, ut in Panath. p. 437. 469. quæ loca supra laudavimus ad p. 181. 13. Ex priore sua hic verba commodasse videtur Demosthenes. Athenarum urbem, eodem Isocrate teste Areop. c. 27. peregrini judicabant ἀξίαν εἶναι μὴ μόνον τῶν Ἑλλήνων ἄρχειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. ad quem locum adduxit alium huic prorsus similem ex Orat. de Permut. edit. Orell. p. 108. Bergmannus. Verum idem Atheniensibus consilium nonnunquam in vituperium objectum est. Vid. Thucyd. I. 125. f. Laudandum esse hujusmodi excellentiæ studium, sed in rebus honestis, Isocrates monuit Panathen. p. 488. et Demosth. Serm. Anat. p. 1416. 24. ed. Reisk. ἡγοῦ κράτιστον μὲν εἶναι τὸ πρωτεύειν ἐν ἅπασι. Formulam μάλιστα μὲν —, εἰ δὲ μή, usurpavit etiam Orator Exord. LVII. p. 1456. 1. sed pro εἰ δὲ μὴ dixit εἰ δ' ἄρα τοῦτ' ἄλλη πη συμβαίνοι Exord. XXXVI. p. 1442. 13. Habet eam etiam Thucydides I. 35. ἀλλὰ μάλιστα μὲν, εἰ δύνασθε, μηδένα ἄλλον ἐᾶν κεκτῆσθαι ναῦς· εἰ δὲ μή, κ. τ. λ. et c. 40. καίτοι δίκαιοί γ' ἐστὲ μ. μ. ἐκπολὺν στῆναι ἀμφοτέροις, εἰ δὲ μή, τοὐναντίον ἐωὶ τούτους μεθ' ἡμῶν εἶναι. III. 38. καὶ μάλ. μ. οὗτος εἰπεῖν ἕκαστος βουλόμενος δύνασθαι, εἰ δὲ μή, —. Ita et IV. 105. f. Isocrat. Panath. p. 488. μ. μ. αὐτὸς τυγχάνειν —, εἰ δὲ μή, τοὺς οἰκειοτάτους. Illustravit hanc locutionem Perizonius ad Æliani V. H. XIII. c. 45. Amersfoordt.

— 20. εἰ δὲ μή γε, τῶν ὑπαρχόντων] εἰ δὲ μὴ, τῶν γε ὑπαρχόντων genuinum. Vulgatum vereor ne sapiat Græcitatem Hellenistarum. Schaefer.

— 22. τοίνυν] *porro.* Idem.

— 23. ἔστι μὲν χαλεπὸς — περὶ τούτων λόγος] Communis erat hac ætate Thebanorum invidia omnibus Græcis: sed singularis etiam odii causæ eos inter et Athenienses intercesserant. Præter memoriam enim veteris istius suffragii, quo in Amphictyonum concilio post finem Peloponnesiaci belli Athenas exscindendas esse suaserant, (cf. Isocrat. Plataic. p. 520. atque alia loca laudata a Bergmanno ad Isocratis Areop. c. 3. quibus adde Demosthen. de F. L. p. 361. 25. ed. Reisk.) alia eorum gravis erat hac ætate offensio, siquidem et cæteros Bœotios et ipsos Athenienses sæpius vexabant, iisque urbes et agros eripiebant, superbia elati propter victorias de Spartanis reportatas. Isocrates de Pace p. 315. de Thebanis loquitur: τοὺς περιοίκους ἀδικοῦσιν, Bœotios nempe, uti liquet ex seqq. et Plataic. p. 512. Θηβαίοις τοῖς ἅπαντα τὸν χρόνον δυσμενῶς πρὸς τὴν πόλιν ὑμῶν διακειμένοις. Orat. ad Philipp. p. 159. τὴν δὲ ἡμετέραν πόλιν μέρος τι τῆς χώρας ἀπεστέρουν. Demosth. p. Cor. p. 231. 2. ὑμεῖς οὕτως διέκεισθε, ὥστε — Θηβαίοις ὁτιοῦν ἂν ἐφησθῆναι παθοῦσιν, οὐκ ἀλόγως οὐδ' ἀδίκως αὐτοῖς ὀργιζόμενοι· οἷς γὰρ εὐτυχήκεσαν ἐν Λεύκτροις, οὐ μετρίως ἐκέχρηντο. cum quo loco alia conveniunt Isocratis: Or. ad Philipp. p. 159. καλλίστην γὰρ μάχην νικήσαντες καὶ μεγίστην δόξαν ἐξ αὐτῆς λαβόντες διὰ τὸ μὴ καλῶς χρῆσασθαι ταῖς εὐτυχίαις οὐδὲν ἧττον πράττουσι τῶν ἡττηθέντων ἢ δυστυχησάντων. Archid. p. 212. τοὺς τὰς εὐτυχίας μὴ μετρίως φέρειν ἐπισταμένους. et Justini VIII. 1. §. 4. "Thebani — qui cum rerum potirentur, secundam fortunam imbecillo animo ferentes cæt." Odium Atheniensium in Thebanos produnt etiam Demosthenis loca: p. Cor. p. 237. 16. ubi meminit τῆς τόθ' ὑπαρχούσης ἀπεχθείας πρὸς τοὺς Θηβαίους. idemque Olynth. I. p. 16. 20. dixit: μὴ λίαν πικρὸν εἰπεῖν ᾖ, καὶ

συνεισβαλοῦσιν ἑτοίμως [cum Philippo in Atticam]. et de F. L. p. 375. 6. [Philippus] ἔφη τὴν Θηβαίων ὕβριν ὑμῖν καταλύσειν. Accedit, quod hoc ipso tempore jam flagrabat bellum istud sacrum, cujus ut præcipui auctores ita et acerrimi vindices Thebani fuerunt. Cf. supra dicta in Introduct. p. 719. AMERSFOORDT.

P. 295. 3. τὰς προτέρας — ἁμαρτίας] Hic quidem loci dubium non est, quin respexerit Orator ad proditionem Thebanorum in bello gesto cum Xerxe. Ejus etiam meminit Phil. II. p. 68. 21. ed. Reisk. τοὺς δὲ Θηβαίων καὶ Ἀργείων προγόνους, τοὺς μὲν συστρατεύσαντας τῷ βαρβάρῳ, τοὺς δ' οὐκ ἐναντιωθέντας. Hos etiam Isocrates nuncupat Plat. p. 530. τοὺς μὲν δουλεύειν τοῖς βαρβάροις ἀξιώσαντας, et paullo post τοὺς τῶν Ἑλλήνων προδότας. Ibid. p. 519. f. dicuntur τὸ παλαιὸν ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος προδόται καταστάντες. Fusus est Herodotus libr. VII. VIII. passim in enarranda hac Thebanorum proditione, quæ prolixitas non minima videtur exstitisse causa, cur ei tam infensus fuerit Plutarchus. Vid. ejus libellus de Herodoti malign. Apud Justinum vero l. XI. c. 3. §. 9. Alexandro M. in bello cum Thebanis urbis excidium sui socii eadem de causa suaserunt, " studia in Persas non præsentia tantum, verum et vetera adversus Græciæ libertatem increpantes." Quodsi ad injurias universæ Græciæ a Thebanis illatas Platæarum excidium minus accensebant Athenienses, certe ad suas privatas referebant, de quo vid. Thucyd. III. 52 — 68. Isocrat. Panath. p. 244. Demosth. c. Neær. p. 1371. sqq. Huc pertinebant etiam opes antiquitus latæ Pisistrato, ut tyrannidem recuperaret, quem pecunia sublevarunt, cæterosque Græcos ὑπερεβάλοντο τῇ δόσει τῶν χρημάτων. Herodot. I. 61. Thebanorum in Græcos peccata recensuerunt auctores, quos junctos edidit Reiskius in Oratt. Gr. vol. VIII. Lesbonax Orat. de bello Thebano, ad quam v. Reisk. idem Orat. Protr. p. 24. Herodes π. Πολιτείας p. 43. IDEM.

— 4. ἀναλύσωνται] Indicativum Bekkerus recte restituit. Xenophon Hellen. VII. 5. 18. λογιζόμενοι, ὅτι — πάντα ταῦτα ἀναλύσοιτο. ad q. l. Morus in Addend. " Sic Demosthenis περὶ συμμορ. dixit τὰς προτέρας ἀναλύεσθαι ἁμαρτίας, *corrigere culpam olim contractam*: ubi variæ lectiones, ἀπολύεσθαι et διαλύεσθαι, ortæ sunt vel ex emendatione, vel ex interpretatione; sed Xenophontis locus lectionem ἀναλύεσθαι firmat." ἀπολύσωνται, quod fugit Morum, est Wolfii conjectura, non scriptura Codicis. Wolfium autem, ut mallet sic scribi, videtur movisse locus p. 99. 2. SCHAEFER.

— 8. ἡγοῦμαι τοίνυν — πρὸς ἅπαντας] Distinctio minor, quam Reiskius vocabulo ὄντας præposuit, in suum locum, h. e. post ὄντας, restituatur. Ordo est: ἡγοῦμαι τοίνυν ἐγὼ ταύτην τὴν τάξιν τοῦ δικαίου [Athenienses remp. et qui cum ea contra Persas dimicaturi sunt] καὶ τοὺς μετ' αὐτῆς ὄντας ἔσεσθαι κρείττους τῶν προδοτῶν καὶ πρὸς ἅπαντας τοῦ βαρβάρου [pares futuros omnibus illis, qui cum barbaro facturi sint]. De hoc usu præpositionis πρὸς vid. Reiskii Index p. 437. τάξις proprie significat ordinem, quo miles ab imperatore collocatur, ut eleganter nos docet Demosthenes de Rhod. libert. p. 200. 14. ed. Reisk. ἐχεῖν γὰρ — τὴν αὐτὴν ἔχειν διάνοιαν ὑμᾶς περὶ τῆς ἐν τῇ πολιτείᾳ τάξεως, ὥνπερ περὶ τῆς ἐν τῇ στρατείᾳ [τάξεως] ἔχετε. τίς οὖν ἐστὶν αὕτη; ὑμεῖς τὸν λείποντα τὴν ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ τάξιν ταχθεῖσαν ἄτιμον οἴεσθε προσήκειν εἶναι. et ab Ælian V. H. III. 14. usurpatur pro militis statione in mœnibus urbis obsessæ. Sed sæpe in impropria notione occurrit, metaphora Atticis scriptoribus imprimis frequenti et accepta, pro *proposito, quod quis sequitur*, item pro *conditione et fortuna, in qua collocatus est*. Huc referri potest major pars locorum, quos Reisk. in Ind. attulit, quibus addantur Aristog. I. p. 771. 8. ὥςθ' ἕκαστον ὑμῶν κατηγόρου τάξιν ἔχειν. c. Phænipp. p. 1045. μετάλαβε τῆς τοῦ λειτουργοῦντος τάξεως. Epist. I. p. 1466. 4. χαλεπωτάτην τάξιν ἔχει, τὸ συμβουλεύειν. Isocrates Archid. p. 232. τὴν ἰδίαν τάξιν τοῦ ζῆν διαφυλάττων. et p. 232. Lacedæmonios adhortatur μὴ περιϊδεῖν αὐτὴν [τὴν Λακεδαίμονα] ἐκλείπουσαν τὴν τάξιν, εἰς ἣν οἱ πατέρες κατέστησαν αὐτήν. Panath. autem p. 414. memorat homines ἐμμένοντας τῇ τάξει τῶν εὖ φρονούντων. Æschines c. Timarch. p. 73. ἵνα ὑμεῖς — κατανείμητε εἰς τὴν προσήκουσαν τάξιν Τίμαρχον: quæ ad verbum fere repetuntur p. 75. Translata etiam significatione occurrunt verba cognata et derivata: uti ipsum τάττειν Demosth. Or. Funebr. p. 1392. 11. loco a Reiskio in Ind. relato, cum hoc nostro maxime conveniente, et c. Theocrin. p. 1326. 28. φησὶν ἐπὶ τῷ κωλύειν τετάχθαι τοὺς τὰ παράνομα γράφοντας. Æschin. de F. L. p. 91. f. ἐν ἅπασι δὲ τούτοις ἐγὼ τέταγμαι [in iis nempe, qui legationem ad Philippum perfide obierant, quorum nomina præcedunt]. Isocrat. Areop. c. 18. juvenes Athenienses ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἔμενον, ἐν οἷς ἐτάχθησαν. Thucyd. II. 63. ἄπραγμον — μὴ μετὰ τοῦ δραστηρίου τεταγμένον. III. 86. εἴπερ καὶ πρὸς τὴν τῶν Λακεδαιμονίων — ξυμμαχίαν ἐτάχθησαν. Ælian. V. H. III. 18. νόμους αὐτοῖς τετάχθαι. Ita et συντάσσειν. Isocrat. Areop. c. 2. συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ τοῖς μὲν πλούτοις — ἄνοια, κ. τ. λ. quem l. Bergmannus p. 72. aliter distinxit, cui tamen vix assentior. Æschin. de F. L. p. 113. ἀνιστάμενοι δὲ οἱ συντεταγμένοι ῥήτορες. et ibid. p. 96. συνετάξαμεν

πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς, de hoc ordine dicendi inter nos convenit, hunc inter nos dicendi ordinem constituimus. Ita et ἀντιτάττειν. Thucyd. III. 83. τὸ δὲ ἀντιτετάχθαι ἀλλήλοις τῇ γνώμῃ ἀπίστως. Alias formulas cum hac, ἐν τάξει, permutatas, ut sunt ἐν μοίρᾳ, ἐν αἴσῃ, v. c. ἐν Καρὸς αἴσῃ, h. e. ἐν δούλου τάξει, recensuit Hemsterhusius ad Aristophan. Pluti Argum. p. 7. Eodem etiam sensu occurrunt aliæ locutiones, ut Isocr. Plataic. p. 323. τὸ δίκαιον ἔχοντες σύμμαχον. et paullo post: μετὰ τοῦ δικαίου ποιούμενος τοὺς κινδύνους. Æschines c. Timarch. p. 75. init. οὐκοῦν μὴ καταλιπὼν ὃν εἶλου συμμορίαν αὐτομολήσῃς εἰς τὰς τῶν ἐλευθέρων διατριβάς. Amersfoordt. Erravit Reiskius et participium ὄντας ab antecedentibus interpungendo avulsum sequentibus jungens et de vetere Thebanorum proditione cogitans. τοὺς προδότας enim dicens Orator intelligit Thebanos nunc viventes, si forte partes barbarorum sequantur: quod tamen negat futurum esse. Bekkerus hæc omnia, ἡγοῦμαι — ἅπαντας, recte continuat ἀστίκτως. Schaefer.

— 10. πρὸς ἅπαντας] Malim πρὸς ἅπαντα. Sic p. 960. 1. ed. Reisk. σοῦ πολλῷ βελτίων ὢν καὶ ἄμεινον φρονῶν πρὸς ἅπαντα, quod Reiskius recte interpretatur ἐν ἅπασι, rebus in omnibus. Idem.

— 14. τέως] ἕως præfero. V. not. ad p. 24. 4. ed. Reisk. Parum me movet, quod legitur in Anecd. Bekk. p. 309. 23. Τέως: — σημαίνει καὶ τὸ ἕως. Idem.

— ibid. τέως μὲν ἐκεῖνον κ. τ. λ.] Hinc etiam v. 21. ἐχθρὸν συμφέροντα Persam vocat: atque hæc communis est Oratoribus Græcis sententia. Isocrates Paneg. c. 41. τίς ἢ τῶν πολεμησάντων αὐτοῖς [τοῖς Πέρσαις] οὐκ εὐδαιμονίσας ἀπῆλθεν, ἢ κ. τ. λ. c. 2. ὅσοι μὲν διδάσκουσιν, ὡς χρὴ διαλυσαμένους τὰς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς ἕρμας ἐπὶ τὸν βάρβαρον τραπέσθαι, καὶ διεξέρχονται — τὰς ὠφελείας τὰς ἐκ τῆς στρατείας τῆς ἐπ' ἐκεῖνον ἐσομένας, ἀληθῆ μὲν λέγουσιν, κ. τ. λ. In eadem Oratione commoda recensuit, quæ ex bello cum Persis exspectanda sint. Hæc etiam causa erat, cur idem Orator gloriaretur, se fuisse principem τῶν παρακαλούντων τοὺς Ἕλληνας ἐπὶ — τὴν στρατείαν τὴν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, Panath. p. 407. quibus verbis assentitur Ælianus V. H. XIII. 11. Amersfoordt.

— 18. ὅσ' ἂν οὐδὲ καταχώμενος κ. τ. λ.] Hæc de bello Peloponnesiaco videntur intelligenda. Wolf. Non solis Græcis tanta malorum seges his temporibus orta est, verum item Persis. Herodotus in reliquis cum Demosthene consentiens l. VI. 98. ἐπὶ Δαρείου καὶ Ξέρξου καὶ Ἀρτοξέρξεω, τριῶν τουτέων ἐπεξῆς γενεῶν, ἐγένετο πλείω κακὰ τῇ Ἑλλάδι, ἢ ἐπὶ εἴκοσι ἄλλας γενεὰς τὰς πρὸ Δαρείου γενομένας, τὰ μὲν ἀπὸ τῶν Περσέων αὐτῇ γενόμενα, τὰ δὲ ἀπ' αὐτέων τῶν κορυφαίων περὶ τῆς ἀρχῆς πολεμεόντων. Similium calamitatum auctores Isocrates Panath. p. 421. scripsit fuisse harmostas Lacedæmoniorum, qui Græcos εἰς τοσαύτας καὶ τοιαύτας συμφορὰς ἐνέβαλον, ὅσας οὐδεὶς πώποτε αὐτοῖς γενήσεσθαι προσεδόκησε. Ibid. p. 471. de Persis, qui ad Marathonem certaverant, dicit: πλείοσι κακοῖς καὶ μείζοσι συμφοραῖς περιπεσόντες ὧν ἤλπισαν τὴν πόλιν ἡμῶν ποιήσειν. Isocrates Areop. 20. παρὰ δὲ τῶν [Περσῶν] δίκην τηλικαύτην εἰληφότες, ὥστε ἀγαπᾶν ἐκείνους, εἰ μηδὲν ἔτι κακὸν πάσχοιεν. Amersfoordt.

— 20. φίλον — ἐχθρὸν] Ministri haud prorsus dissimiles domini sui erant. De satrapis Isocrates Paneg. c. 41. πρὸς μὲν τοὺς φίλους ἀπίστως, πρὸς δὲ τοὺς ἐχθροὺς ἀνάνδρως ἔχοντες. et deinceps: τῶν μὲν συμμάχων καταφρονοῦντες, τοὺς δὲ πολεμίους θεραπεύοντες. Cæterum hunc locum in exemplum μεταβολῆς τῶν πτώσεων citavit Hermogenes de Invent. l. IV. p. 179. [edit. Gasp. Laurentii p. 193.] laudatus jam a Reiskio ad v. 21. Idem.

— 22. ἡμῶν αὐτῶν] Malim αὐτὸν ἡμῶν αὐτῶν cum Aug. primo. Schaefer.

— 25. ἡμᾶς — ἔθηκα] Immo *nos — offeramus*. Idem. Cf. Reiskii notam.

— ibid. τοῦτ'] τούτων Aug. secundus. Longe diversa causa illius scripturæ (sc. ac Reiskius dabat). V. Bastii Commentat. Palæogr. p. 778. Idem.

— autep. φυλάττεσθαί φημι δεῖν, μὴ —] Orat. de Pace p. 61. ed. Reisk. καὶ τί φυλάξασθαί φημι δεῖν ἡμᾶς; ὅπως μὴ κοινὴν πρόφασιν καὶ κοινὸν ἔγκλημα ὁ μέλλων πόλεμος πρὸς ἅπαντας λάβῃ. Amersfoordt.

P. 296. 1. πράττειν] Verum πράττων. Schaefer.

— 5. ἐξελέγξητε] *palam faciatis*. Idem.

— 10. ὥςπερ ἐκείνῳ καλὸν] Phil. IV. p. 144. v. ult. ed. Reisk. βασιλεὺς δὲ καθ' αὑτὸν μὲν ἅπασιν [Ἕλλησιν] ἄπιστος ἦν. et legati Lacedæmoniorum apud Herodotum VIII. 142. βαρβάροισι ἐστὶ οὔτε πιστὸν οὔτε ἀληθὲς οὐδέν. Amersfoordt.

— 11. ἐκεῖνον] αὐτὸν non displicet. Schaefer.

— 12. εὔχεσθε δὲ πᾶσι τοῖς Θεοῖς] Frequentes sunt in veterum scriptis preces et obtestationes per deos. Ita Græcis continue in ore sunt formulæ, πρὸς τῶν Θεῶν, πρὸς Διὸς καὶ τῶν θεῶν: Latinis, *per deos immortales*, aliæque his similes. Neque vero deest exemplorum copia, in quibus diserta *omnium* deorum mentio est. Cf. Orat. p. Cor. init. πρῶτον μέν, ὦ ἄ. Ἀθ., τοῖς Θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις. ad q.l. vid. Taylorus et Reiskius. Quæ verba item prostant Epist. I. init. p. 1462. et ap. Æschin. c. Timarch. p. 59. f. In Demosthenis Philipp. II. p. 74. 25. legitur:

ὦ Ζεῦ καὶ πάντες θεοι. p. Cor. p. 332. 18. μὴ δῆτ', ὦ πάντες θεοὶ, μηδεὶς ταῦθ' ὑμῶν ἐπιτεύσειεν. Herodot. VIII. 61. Græci ad Salaminem εὐξάμενοι πᾶσι τοῖσι θεοῖσι αὐτόθεν ἐκ Σαλαμῖνος Αἴαντά τε καὶ Τελαμῶνα ἐπικαλέοντες. quibus verbis non diversa significantur ab iis, quæ paullo ante brevius expressa præcesserant ibid. εὐξασθαι τοῖσι θεοῖσι. Namque, etsi mentio non semper fiat *omnium* deorum, illi tamen sæpe omnes significantur. Jnbet etiam μαντεία quæ legitur in Orat. c. Macartat. p. 1072. 22. θεοῖς Ὀλυμπίοις καὶ Ὀλυμπίαις πάντεσσι καὶ πάσαις μνασιδωρεῖν. Demosth. Ep. I. f. p. 1466. 27. τὸν Δία τὸν Δωδωναῖον καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς ἡγεμόνας πεισάμενοι καὶ παρακαλέσαντες. καὶ κατὰ τῶν νικητηρίων ἅπασιν αὐτοῖς εὐξάμενοι. Prolixius Æschylus Agamemn. 88. sqq. πάντων δὲ θεῶν τῶν ἀστυνόμων, ὑπάτων, χθονίων, τῶν τ' οὐρανίων, τῶν τ' ἀγοραίων, βωμοὶ δύρροι φλέγονται. quem locum vindicavit Fr. Christ. Petersen in Notis ad hanc Tragœdiam insertis Miscellaneis Hafniensibus vol. II. 1817. Frequenter etiam ita loquitur Ovidius. Metam. VI. 62. " Dique o communiter omnes, Dixerat, (ignarus non omnes esse rogandos) Parcite." Cum quo loco convenit alius Trist. III. 1. 77. " Di precor, atque adeo (neque enim mihi turba roganda est), Cæsar, ades voto, maxime Dive, meo!" Apud eundem Halcyone pro Ceyce marito Metam. XI. 577. " Omnibus illa quidem superis pia tura ferebat: Ante tamen cunctos Junonis templa colebat." Et Athenienses ope Thesei a turpi tributo Minoi pendendo liberati " bellatricemque Minervam Cum Jove disque vocant aliis." Ita et Œneo sacra facienti ibid. v. 276. " Cœptus ab agricolis superos pervenit ad omnes Invidiosus honos." Neque aliter in exsecrationibus et joramentis. Demosth. Aristocr. p. 622. 22. ὀμνύω τοὺς θεοὺς ἅπαντας. et Zenoth. p. 390. 24. c. Conon. p. 1269. 7. καὶ νῦν ὀμνύω τοὺς θεοὺς καὶ τὰς θεὰς ἁπάντας καὶ πάσας. Aristog. I. p. 773. 18. μὰ τὸν Δία καὶ πάντας τοὺς θεούς. et similiter p. 790. 4. Exc. adv. Lucrit. p. 937. 21. μὰ τὸν Δία τὸν ἄνακτα καὶ τοὺς θεοὺς πάντας. p. Phorm. in f. p. 963. νὴ τὸν Δ. καὶ τ. θ. ἅπ. c. Phœnipp. p. 1042. 22. νὴ τοὺς θεοὺς καὶ τὰς θεάς. ibid. p. 1041. 1. πρὸς τῶν θεῶν καὶ δαιμόνων. Æschin. c. Timarch. p. 44. med. εἰπατέ μοι πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν ἄλλων θεῶν. Demosth. Ep. V. p. 1490. 2. δέομαι δήπου πρὸς Διὸς ξενίου καὶ π. τ. θ. Ælianus V. H. I. II. c. 9. ὦ Πολιὰς Ἀθηνᾶ, καὶ Ἐλευθέριε Ζεῦ, καὶ οἱ Ἑλλήνων θεοὶ πάντες. l. XII. c. 1. ἀνευφημήσασα δὲ θεοὺς πάντας ἐκάλει Ἑλληνίους καὶ Ἐλευθερίους τοὺς αὐτούς. Ita etiam Cicero p. Lege Manil. c. ult. " Testorque omnes deos et eos maxime, qui huic loco temploque præsident." Diligenter omnium deorum catalogum persequitur Chærea Terentianus Heautont. IV. 6. 6. " Ut te quidem omnes di, deæ, quantum est, Syre, Cum tuo isto invento cumque incepto perduint." Phorm. IV. 4. 6. " Ut te quidem omnes di, deæ, superi, inferi, Malis exemplis perdant." Quæ loca citantur a Bentleio ad Eun. II. 3. 11. Vid. et Phorm. V. 8. 83. et V. 1. 83. item Andr. IV. 2. 12. Ovidius etiam Trist. II. 53. ad Augustum: " Per mare, per terras, per tertia numina juro, Per te, præsentem conspicuumque deum." ubi tertia numina recte interpretatus est Harlesius *cœlestia*, quæ explicatio probari potest ex v. 426. " Explicat ut causas rapidi Lucretius ignis, Casurumque triplex vaticinatur opus." Locus Lucretii, quem significat Ovidius, legitur de Rer. Nat. l. V. 93. " Principio *maria* ac *terras cœlumque* tuere. Horum naturam *triplicem*, *tria* corpora, Memmi, *Treis* species tam dissimiles, *tria* talia texta Una dies dabit exitio." Amersfoordt. Satis sit meminisse formulæ Homericæ: Κέκλυτέ μευ, πάντες τε θεοὶ πᾶσαί τε θέαιναι. Schaefer.

— ibid. εὔχεσθε δὲ — αὐτοῦ] Dictio et plena nec dura est. V. not. sequ. Recte vertit Reiskius in Ind. Græcitat. Idem.

— 13. ὥσπερ ποτὲ τοὺς προγόνους αὐτοῦ] Hoc quoque referendum inter exempla attractionis, recteque post ἐκεῖνον Bekkerus hypostigmen delevit. Quod si Orator uti noluisset attractione, scripsisset sic: ὥσπερ ποτὲ τοὺς προγόνους αὐτοῦ scilic. ἔλαβεν. Res non animadversa fortasse in causa fuit, cur Reiskio structura hujus loci minus probaretur. Idem.

— 17. ἤν] ἦς præstat. Dici vix potest, quantopere Græci scriptores schema hoc syntacticum dilexerint: ut, ubicunque libri variant, præferri oporteat. Idem.

— ibid. περὶ τούτων] περὶ τοῦ vide ne verum sit. Idem.

— 18. οὐδεμιᾶς — ὑπεραίρουσαν] Causam crescentis fortitudinis bellicæ Athenienses τῇ ἰσηγορίᾳ tribuit Herodotus V. 78. Ἀθηναῖοι τυραννευόμενοι μὲν οὐδαμῶν τῶν σφέας περιοικεόντων ἦσαν τὰ πολέμια ἀμείνονες, ἀπαλλαχθέντες δὲ τυράννων μακρῷ πρῶτοι ἐγένοντο. et jam initio Persici belli, eodem teste c. 117. αὕτη — ἡ πόλις τῶν λοιπέων ἐδυνάστευε μέγιστα. Cf. et Isocratis Areopag. c. 3. ibique Bergmannus, ibid. c. 5. et alibi. Amersfoordt.

— 19. ὑπεραίρουσαν] Fallitur Wolfius. Saltem conjecisset ὑπερῆρε. Sed unice probandum participium, quod est imperfecti temporis. Schaefer.

— 20. ἑκουσίου — διαλλακτοῦ] Vaticinari videtur Demosthenes ea, quæ brevi post acciderunt. Quam primum enim in Græcia qualicumque tandem ratione pax re-

stituta est, Persarum regnum aggredi morati non sunt Philippus et Alexander. Plenæ sunt Isocratis Orationes adhortationum, ut, compositis intestinis dissidiis, Græci arma in barbaros convertant: imprimis ejus Orat. ad Philippum, quem, nec immerito, ducem huic bello imprimis idoneum censebat. Cf. p. 146. f. 147. 155. ed. Reisk. et alibi. Lacedæmoniis quidem, quorum vires magis etiam quam cæterorum fractæ erant, tali pacificatore valde opus esse idem testatur l. c. p. 158. *καίτοι πᾶς οὐ χρὴ νομίζειν τοὺς οὕτω διακειμένους ἀσμένως ἂν ἰδεῖν ἐπιστατοῦντα τῆς εἰρήνης ἀξιόχρεων ἄνδρα καὶ δυνάμενον διαλῦσαι τοὺς ἐνεστῶτας αὐτοῖς πολέμους*: atque similiter postea de Thebanis verba facit, itemque de Argivis et Atheniensibus, populis Græciæ principibus. De Thebanis hæc ait: *εἰς τοῦτο δὲ τὰ πράγματα αὐτῶν περιέστηκεν, ὥστε — νῦν ἐν σοὶ τὰς ἐλπίδας ἔχουσι τῆς αὑτῶν σωτηρίας· ὥστ' οἶμαι καὶ τούτους ταχέως ποιήσειν ὅ τι ἂν σὺ κελεύῃς*. Eodem spectant ejus tres priores Epistolæ. Et in Panathen. quidem p. 428. Agamemnonis laudes hanc præcipue ob causam prædicat, quod ille rex universos Græcos prudenter ad concordiam redactos adversus barbaros duxerat. Sed jam antea in conventu Olympico Gorgias Leontinus orationem habuerat, qua eadem Græcis suadebat. Vid. Philostrat. de Vit. Soph. l. I. c. 9. et Fabricii Bibl. Gr. vol. I. p. 911. Ut hic *ἀκουσίου διαλλακτοῦ* Demosthenes meminit, ita apud Thucyd. III. 59. Hermocrates Athenienses vocavit Siculorum *διαλλακτὰς πολὺ τῶν ἐμῶν λόγων ἀναγκαιοτέρους*. AMERSFOORDT.

— 21. *οἶδεν ἂν*] *αὐτὸν οἶδεν ἂν φανέντ'* rarior constructio, sed proba: consuetior *αὐτὸς οἶδεν ἂν φανείς*. Lucianus t. II. p. 50. Bip. *συνεὶς ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενον ἑαυτόν*. ubi structura vulgaris orationem erat duriorem redditura. SCHAEFER.

— 24. *ἵνα δ'* — *μὴ μακρὰ λέγων κ. τ. λ.*] Isocrates de Permut. p. 544. *ἵνα δὲ μὴ λίαν ἐνοχλῶ πολλὰ περὶ τοῦ πράγματος λέγων, ἀφέμενος περὶ τούτων ἤδη πειράσομαι διδάσκειν ὑμᾶς*. Æschines c. Timarch. p. 73. in. *ἵνα δὲ μὴ μακρολογῶ — ἐρῶ κ. τ. λ.* Ita et de F. L. p. 96. AMERSFOORDT.

— 25. *τὰ κεφάλαια*] Hujusmodi clausulæ atque ante dictorum quasi compendia et indices sæpe inveniuntur apud veteres. Cf. Isocratis Oratt. ad Nicocl., ad Philipp. de Pace et Panath. p. 484 — 488. Demosthen. c. Pantæn. p. 983. Olynth. I. p. 27. 6. Cicero p. Archia c. ult. alibi: indeque ipsum nomen ortum est *Ἐπίλογος*, uti monet Scholiastes Hermogenis (cujus Excerptum ex Aldina edit. repetiit Reiskius Orat. Gr. vol. VIII. p. 19. B.), qui Coracis artificium exponens in componendis orationibus narrat, eum fuisse solitum, postquam præcipuam orationis partem absolvisset, *ἀνακεφαλαιοῦσθαι καὶ ἀναμιμνήσκειν ἐν συντόμῳ περὶ τῶν φθασάντων καὶ ὑπ' ὄψιν ἄγειν τὰ λεχθέντα τῷ δήμῳ, ἅπερ ἐκάλεσε — ἐπίλογον*. Earum etiam mentionem fecit Hermogenes *περὶ μεθ. δειν.* c. 12. *τὴν δὲ ἀνακεφαλαίωσιν καλοῦσιν [οἱ παλαιοὶ] ἐπάνοδον, ὡς Δημοσθένης δηλοῖ*, et quæ sequuntur. Immerito autem meo sensu hujusmodi clausulas reprehendit Gorgias Apolog. Palamed. Oratt. Gr. vol. VIII. p. 121. *εἴρηται τὰ παρ' ἐμοῦ καὶ παύομαι. τὸ γὰρ ὑπομνῆσαι τὰ διὰ μακρῶν εἰρημένα συντόμως πρὸς μὲν φαύλους δικαστὰς ἔχει λόγον, κ. τ. λ.* IDEM.

— ult. *ἄρχειν*] Sensu *incipiendi* rarius hoc verbum occurrit in genere activo. Quædam tamen exempla ad h. l. dedit Erasmus. Addemus nonnulla ex Thucydide, quem frequenter imitatur Demosthenes, quod sæpius animadverterunt viri docti [V. Valckenarius Diatr. Euripid. p. 217. B. et Annotatt. in Phalar. Lennep. p. XVIII. [XXI. ed. Lips.] SCHAEFER.] I. I. 52. *ναυμαχίας οὐ διανοούμενοι ἄρχειν ἑκόντες*. 54. *πολέμου ἄρχοντες*. Ita et IV. 92. I. I. c. 81. *εἰ δόξομεν ἀρξαι μᾶλλον τῆς διαφορᾶς*. II. c. 12. *ἥδε ἡ ἡμέρα τοῖς Ἕλλησι μεγάλων κακῶν ἄρξει*. IV. c. 73. *μάχης καὶ κινδύνου ἑκόντας ἄρξαι*. c. 87. *ἀγωνίσασθε τοῖς τε Ἕλλησιν ἄρξαι πρῶτοι ἐλευθερίας*. et in pacis formula IV. 118. *τὴν ἐκεχειρίαν εἶναι ἐνιαυτὸν, ἄρχειν δὲ τήνδε τὴν ἡμέραν*. AMERSFOORDT.

P. 297. 2. *σκοπῶμεν*] *σκοπεῖν* verum puto, sic ut post *ἀδίκων* minor distinctio ponatur. Jam aliquanto concinnius sequitur *κἂν ταῦτα ποιῆτε*. SCHAEFER.

— pen. *ὀργισθήσεσθε*] Bene *ὀργιεῖσθε* Bekker. IDEM.

— ult. *οὐχ ἁμ.*] Negativa si requireretur, oportebat interponi *μὴ*, non *οὐχ*. Sed haudquaquam requiritur. Orator hoc vult: *οὐ γὰρ ὀργιεῖσθε αὐτοῖς ὕστερον διὰ τὰ νῦν ἡμαρτημένα*. IDEM.

# THOMÆ STANLEII

## ANNOTATIONES

# IN DEMOSTHENIS ORATIONES

## ΠΕΡΙ ΣΥΜΜΟΡΙΩΝ

ET

## DE RHODIORUM LIBERTATE.

# THOMÆ STANLEII

## ANNOTATIONES

# IN DEMOSTHENIS ORATIONEM

## ΠΕΡΙ ΣΥΜΜΟΡΙΩΝ.

*** Hæ Stanleii annotationes, nunc primum, quod sciam, publici juris factæ, hoc temporis Cantabrigiæ servantur in Bibliotheca Publica (Plut. Gg.—3—16). Plurima habent sigla plus minus inusitata: lacunæ porro et menda, quæ passim scatent, me in suspicionem adducunt, has notas apographum quoddam esse, quod V. D. revisione fraudatum est. Cf. Taylori Prolegomena ad Demosthenem vol. i. p. xcvi. edit. nostr.

Hæc oratio partim est ἀποτρεπτικὴ, *dissuasoria*, partim παραινητικὴ seu διδακτικὴ, *instructoria* seu *monitoria*. Dupliciter enim omnino hic agit Demosth. Athenienses dehortatur a pugna suadetque ne ipsi soli sine ceterorum Græcorum ope et auxilio bellum contra Regem suscipiant. Deinde rationem ostendit qua optime se ad bellum instruere possint, si omnino belligerandum sit. Atque hæc duo tanquam generalia capita totius orationis breviter hic in exordio proponit, fusius postea prosecuturus. Exordium vero ἀπὸ τῆς συγκρίσεως, conferendo se cum aliis Rhetoribus ac Demagogis Athen. quibus sc. id solenne erat, majorum καθορθώματα et ἀνδραγαθήματα passim in orationibus suis ebuccinare: et vel Miltiadis trophæa, vel Cimonis et Aristidis res gestas, vel Themistoclis victorias, magna verborum pompa describere. Xerxis fuga, Leonidas et Thermopylæ, Marathon et pugna Salaminia, utramque paginam apud eos faciebant. Hæc quidem dictu speciosa et splendida orationis argumenta et auditu jucunda. Sed cui bono? (inquit Dem.) Cui [sic: f. Cum. sed mehercule contarbatior hic contextus.] mortuorum laudes et encomia non prosunt ipsis defunctis, si forte vivis: quanquam ne vivis quidem, saltem non semper: non prosunt defunctis majoribus vel hæc encomia, imo nocent (inquit Orator) et injuriam faciunt, quandoquidem longe infra eorum merita subsidunt. Missis igitur his verborum phaleris et pigmentis et lenociniis, quibus alii Rhetores populo placere student, et favorem captant, et eloqaentiæ laudem aucupantur: mihi rationem [sic] et statutum est ea tantum apud vos dicere, quæ cum bono publico vestroque omnium usitatu et præsenti rerum statu maxime sunt conjuncta.

## IN ARGUMENTUM.

P. 280. 2. δῆμος κεκίνηται] *perturbatur, commovetur, tumultuatur.* Verbum κινεῖσθαι proprie de corporibus, sed ad motus et tumultus tum internos animi tum externos Reip. [sic] Act. xxi. 30. ἐκινήθη etc. *commota est totu civitas.* Herodian. l. 1. [3. 15. ed. Irm.] ἐρᾷ γὰρ τὸ βάρβαρον καὶ ἐπὶ ταῖς τυχούσαις ἀφορμαῖς ῥᾷστα κινεῖσθαι. h. l. Polit. interp. *barbaris mos est quamlibet levibus causis aut momentis impelli.* Plut. Fab. [c. 9.] τοιούτοις λόγοις κινηθέντες οἱ ἄνθρωποι. *hujusmodi sermonibus commoti homines et conturbati.* Sic κινεῖν τὸν κόσμον, *turbare, mutare, ordinem et statum Reip.* et κινεῖν τοὺς νόμους, *abrogare leges*, apud Philos. in Polit. non semel.

— ibid. πόλεμον ἐκφέρειν] *bellum gerere*, ad v. *efferre.* quod Lat. dicunt "bellum inferre." Polyb. Hist. l. i. non procul ab init. [c. 3.] πόλεμος ὃν πρῶτον ἐξήνεγκε μετ' Ἀχαιῶν πρὸς Αἰτωλοὺς Φίλιππος. *bellum quod Philippus adversus Ætolos suscepit.* Isocr. ad Phil. [§. 36.] δεῖ τὸν ὀρθῶς βουλευόμενον, μὴ πρότερον ἐκφέρειν τὸν πρὸς βασιλέα πόλεμον etc. *qui recte rebus consultum velit, non prius Regi bellum inferre debet, quam Græcos reconciliarit.* et iterum ibid. [§. 47.] ὑπέδειξε . . . τοὺς πολέμους ἐκφέρειν. *demonstravit posteris, quibus sociis adhibitis et contra quos bella gerenda essent.* Lucian. Prometh. [§. 13.] μὴ — πόλεμον ἐξενέγκωσι πρὸς τοὺς θεούς, ὥσπερ οἱ γίγαντες. *ne bellum diis inferant, sicut gigantes.*

# IN ORATIONEM.

P. 280. ult. Λόγον εἰπεῖν . . . κεχαρισμένον] Hyperbaton. Græcis usitata, Latinis ignota, nisi siquando Græcos imitantur. 'Syntaxis implicita et perplexus verborum ordo,' apud Scriptores Atticos, nec infrequens nec inelegans pro δοκοῦσί μοι πρ. λ. ε. κ. etc. Aristot. Eth. vi. 2. Ἔστι δ' ὅπερ ἐν διανοίᾳ κατάφασις etc. pro ὅπερ δ' ἐστ.ν etc. cui simile illud Phys. iv. [c. 4.] ἔστι δ' ὥςπερ τὸ ἀγγεῖον etc. pro ὥςπερ δ' ἐστὶ τὸ ἀγγεῖον etc. et l. i. c. 12. ἀργία γὰρ ἐστὶν ὁ πόνος τῆς ψυχῆς etc. pro ἀργία γὰρ τῆς ψ. etc. Noster alicubi: [495. 20. ed. Reisk.] Τί τοῦτο μαθὰν προσέγραψα. ubi participium μαθὰν implicitum est cum duobus dictionibus, quæ natura cohærent, h. m. τί μ. τ. π. et alibi: Οὐκ αὐτὸς σκοπεῖς ὅ,τι μὴ λυπήσεις τοὺς ἄλλους ποιῶν, pro ὅ,τι π. μὴ λ. τ. ἄ. etc. non animadvertis ipse, quod te vitare oporteat ne aliis molestus sis. quodnam faciens molestus aliis non eris. Plut. Demetr. [c. 38.] εἶτα οὐκ ἂν, εἰπεῖν τὸν Σέλευκον, ἐπιδοίης, Ἐρασίστρατε, τῷ ἐμῷ παιδὶ, φίλος ἂν, τὸν γάμον; pro εἰ δὲ τ. Σ. ὦ Ἐρ. τ. . . . . οὐκ ἂν ἐπιδοίης τὸν γάμον. Mosch. sive Porph. π. α. l. iv. οὐδὲν ἐπικομιζόμενοι ἀποδημοῦσιν ἀναλωμάταν ἕνεκα, pro οὐδὲν ἐπ. ἀν. ἕν. ἀποδ. *peregrinantur nihil secum ferentes impensarum gratia*, nihil sc. quo impensas solvant. Similem trajectionem verborum seu hyperbaton volunt esse plerique in illo loco Evang. Luc. xxii. 36. ὁ ἔχων βαλάντιον, ἀράτω, ὁμοίως καὶ πήραν· καὶ ὁ μὴ ἔχων, πωλησάτω τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, καὶ ἀγορασάτω μάχαιραν. quæ verba posteriora sic vertunt Interpr. etiam nostri: "et qui non habet gladium, vendat tunicam suam et emat." Volunt viz. esse hyperbaton, seu trajectionem in verbis, ac si scripsisset Evang. ὁ μὴ ἔχων μάχαιραν etc. ideoque in versione restituunt verbum μάχαιραν in suum locum, *qui non habet gladium* etc. sed utcunque frequens sit apud Atticos hæc syntaxis implicata, seu trajectio verborum, quam hyperbaton vocant Gr. Gramm.: rarissime tamen (opinor) occurrit in N. F. quod Ἐβεαΐζει magis quam Ἀττικίζει. Vulg. et Beza ad verb. *qui non habet vendat pallium, et emat gladium*, obscure et ambigue. Syrus et Arabs ad vitandam trajectionem repetunt vocem *gladium* h. m. et *qui non habet gladium vendat vestem suam et emat gladium*. Arab. "wa man laisa laho' Saiphon, wahabagna shabantio, waliash tirra Saiphon." Et nollem equidem sine magna necessitate hanc figuram admittere: in Gr. textu enim S. Evang. nulla nos cogit necessitas hinc recurrere. Immo potius sensus loci postulat, ut simpliciter interpretemur sumendo verba eo ordine, quo ponuntur in textu: ὁ μὴ ἔχων etc.

— ibid. κεχαρισμένον οὐ συμφέροντα] Communis hic Rhetorum morbus est, voluptatem in dicendo potius quam utilitatem spectare, κεχ. potius quam συμφ. λόγον εἰπεῖν, de quo passim queritur Dem. Hoc Gr. dicunt πρὸς χάριν λέγειν, vel π. χ. δημηγορεῖν etc. et uno vocabulo χαριτογλωσσεῖν. et id quidem optimum esset maximeque optandum, miscere uti [sic] utrumque simul in orationem, connectere τὸ κεχ. καὶ τὸ συμφ., τὸ ἥδυ καὶ τὸ χρήσιμον, quod qui fecit omne tulit punctum. quod si vero utrumque fieri non possit, præstat Veronæ civem esse quam Placentiæ. Parasitica plane vox illa ἡ ἡδιστα ἢ ἥκιστα, sive ad principem sive ad populum verba facias, τὸ χρήσιμον magis quam τὸ ἥδυ spectandum. Et quoad hoc certe poetæ præstant oratoribus. Cum enim prisci Rhet. plerique (uti hic conqueritur Dem.) λόγον εἰπεῖν πρωτοῦντο κεχ. potius quam συμφ. Poetarum insigne illud elogium est apud Hor. [Art. Poet. 353.] "Aut prodesse volunt" etc.

P. 281. 1. ἐπαινοῦντες — ἐγκωμιάζουσι] Synonyma. et tamen Philos. Eth. i. 12. distinguit inter ἔπαινον et ἐγκάμια. ὁ μὲν γὰρ ἔπαινος (inquit) τῆς ἀρετῆς, τὰ δὲ ἐγκώμια τῶν ἔργων. ἔπαινος, h. e. laus, proprie est habitus virtutis, ἐγκώμιον autem rerum gestarum. Sic Rhet. i. c. 9. Ἔστι δ' ἔπαινος, λόγος ἐμφανίζων μέγεθος ἀρετῆς· τὸ δ' ἐγκώμιον, τῶν ἔργων ἐστίν. et paulo post: διὸ καὶ ἐγκωμιάζομεν πράξαντας· τὰ δὲ ἔργα σημεῖα τῆς ἕξεώς εἰσιν· ἐπεὶ ἐπαινοῦμεν· καὶ μὴ πεπραγότα, εἰ πιστεύομεν εἶναι τοιοῦτον. *encomiis ornamus illos qui præclarum aliquod facinus fecerunt* etc.

— ult. ἐπιχειροῦντες λέγειν] Videtur prima fronte esse catachresis. Sed frequens fig. ἀπὸ κοινῆς χρήσεως, quia manibus ut plurimum res geruntur, suscipiuntur. ἐπιχειρεῖν, *quovis modo aliquid aggredi*, tum dicto tum facto, tum lingua tum manu. Sic ἐπιχειροῦντες λέγειν sunt, qui de re aliqua aggrediuntur dicere, quanquam etiam et manui suum officium est in oratione habenda, nec de nihilo est quod Rhet. palmæ expansæ comparatur. Alioquin hæc phrasis festive torqueri potest vel in inimicos et ineptos Rhetores qui manibus

et præter modum gesticulantur: vel in stultos illos χειρονομοῦντας apud Sol., qui manus habent linguares et digitis suis loquuntur. Hi enim κατ' ἀστεϊσμὸν non inscite nec vel inficete dici possunt ἐπιχειροῦντες λέγειν.

P. 282. 2. δόξαν ἐκφέρεσθαι] *gloriam reportare*. eloquentiæ laudem reportant. ἐκ-

φέρομαι est *κομίζομαι*, ut orat. præc. c. fin. τὴν μὲν ἀπέχθειαν — ἐκφέρεσθαι. *per psephismata vestra et decreta inimicitias vobis conflatis, in aliorum odium incurritis, inimicitiam reportatis.* male ibi Lat. Intp. "inimicitias denunciatis," id enim esset ἐκφέρειν non ἐκφέρεσθαι. ita enim differunt ἐκφέρ-ειν et ἐσθαι, ut φέρ-ειν et ἐσθαι, ut κομίζ-ειν et ἐσθαι, ut jam ante observavi. δόξαν ἐκφέρεσθαι idem omnino est quod Hom. κῦδος ἀρέσθαι. eloquentiæ laudem reportant, vel etiam eloquentiæ et bene dicendi opinionem consequuntur. δόξα enim etsi apud posteriores Atticos *gloriam* significet: tamen apud antiquiores Græcos, et ex sua origine, nihil aliud quam *opinionem* denotat. Et sane *gloria* nihil aliud est quam honesta et honorifica opinio de alicujus virtute ac meritis, et præclara existimatio. Apud Hom. certe δόξα est nuda *opinio* nunquam vero *gloria*, h. e. non τιμὴ sed ὑπόληψις. ut Il. [K. 324.] σοὶ δ' ἐγὼ οὐχ ἅλιος σκοπὸς ἔσσομαι, οὐδ' ἄπο δόξης. *ero tibi non vanus speculator nec citra opinionem.* οὐ πορρὼ τῆς περὶ ἐμοῦ ὑπολήψεως, inquit Eustath. δόξα igitur apud posteros est *τιμὴ, honor, gloria*, apud Hom. *ὑπόληψις, ἔννοια κατὰ ψυχὴν, δόκησις, οἴησις, opinio* seu *existimatio*. Ita κλέος apud Hom. est simpliciter *φήμη, fama, rumor*, apud posteros κῦδος, *gloria*. quæ Hom. est ἀγαθὸν κλέος et κλέος ἐσθλόν. δόξα et ὑπόληψις, *opinio* seu *existimatio*, non solum quam de rebus sed et quam de personis concipimus, habemus, uti hoc in loco. Et Lat. 'bona' et 'mala existimatio,' de hominibus sc. Quæ duæ significationes sic distingui possunt, ut prior philosophis, posterior ceteris πεζογράφοις familiariter et magis in usu sit. Apud Aristot. aliosque philosophorum filios δόξαι sunt philosophorum opiniones seu sententiæ super quæstionibus philosophorum, unde κυρίαι δόξαι, et ὑπολήψεις παράδοξοι, παρὰ δόξαν, *sententiæ privatæ, præter* vel *contra communem receptam opinionem*. Jam apud Rhetores et Historicos δόξα est opinio seu existimatio quam de personis habemus. Quemadmodum et *fama* apud Lat. ut viz. "cui fama est integra," etsi aliquando δόξαν ἔχειν idem est quod παρέχειν, viz. *passim reputari, existimari*. Sic Plut. Thes. [c. 2.] δόξαν εἶχον ἐκ θεῶν γεγονέναι. *ex Diis nati fuisse existimabantur*. Ita loquuntur etiam Lat. Cæs. de B. G. l. 7. [59.] "Quæ civitas in Gallia maximam habet opinionem virtutis" — μεγίστην δόξαν τῆς ἀρετῆς ἔχει. Sic ἀγαθὴ ὑπόληψις, *bona existimatio*, ut et *opinio* Lat. Herodian. l. 7. [c. 2. ed. Oxon.] ἔργοις τὴν δόξαν καὶ τὴν τῶν στρατιωτῶν ὑπόληψιν ἐπιστοῦτο. *opinionem militum de se conceptam factis confirmavit*. Hinc ὁ ἐν ὑπολήψει dicitur cujus est recta existimatio, vir sc. probatæ ac spectatæ existimationis. ut Can. 11. Concil. Chalced. quæ sancitur συστατικὰς, i. e. commendatitias, epistolas dandas esse τοῖς οὕτω ἐν ὑπολήψει μόνοις προσώποις. quod male sic vertunt nonnulli: *iis solis personis quæ in aliquam suspicionem venerunt*. potius e contra: *iis qui in existimatione sunt*, h. e. qui bonæ esse opinionis videntur, qui sunt integræ famæ. Quod utinam hodie apud nos obtineret, ut sc. literæ commendatitiæ concederentur τοῖς οὕτω ἐν ὑπολήψει μόνοις προσώποις. *personis integræ famæ et spectatæ existimationis*. Chrys. Ep. ad Heb. ὅταν ζουλησθῇ τις διορύξαι τὴν τοῦ πλησίον ὑπόληψιν. *cum quis voluerit perfodere proximi bonam existimationem* vel *opinionem*.

— 3. ἀρετὴν ἐλάττων — ποιοῦσιν] Hoc est, quod inquit Horat. "laudes culpa deterere ingeni," et rursus "magna modis tenuare parvis." Ita fit quoties Herculem laudamus: nam quis eum vituperatur. E contra sunt nonnulli qui εὐτελῆ καὶ μικρὰ ἔργα λόγων ἀρετῇ δόξῃ παρέδωκαν τῆς ἀληθείας μείζονι, ut præclare Herodian. in procem. suæ Historiæ. [§. 3.]

P. 283. 1. ἐκείνων τὸν ἔπαινον — εἶναι] Pindar. [Olymp. i. 53.] ἐπίλοιποι ἀμέραι μάρτυρες σοφώτατοι. 'Crescit occulto velut arbor ævo, Fama majorum.' Joseph. l. 2. contra Ap. ὁ πολὺς χρόνος πιστεύεται πάντων εἶναι δοκιμαστὴς ἀληθέστατος, cui affine adagiale illud sacrum 1 Cor. iii. 13. ἡ ἡμέρα δηλώσει, *dies indicabit*. Id. Pind. alibi [Olymp. x. 65.] ὅ τ' ἐξελέγχων μόνος Ἀλάθειαν ἐτήτυμον Χρόνος.

— 3. παραδέξασθαι] Proprie est *recipere, excipere, admittere*, idem fere quod ἀποδέχεσθαι: sed hoc in loco παραδ. est *aggredi, suscipere*, ἀναιρεῖσθαι, ἐπιβάλλεσθαι, ἐπιχειρεῖν, cujus significationis exemplum haud memini me uspiam alibi invenisse.

— 10. φόβος λέλυται] Notetur discrimen inter poetas et oratores in usu hujus verbi λέλυται. Apud Poet. φόβῳ τις λέλυται, — λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ, *metu labat, fatiscit, dissolvitur*: at apud Orat. φόβος λύεται, *ipse metus solvitur*, h. e. *evanescit*.

— 11. ὡς ἔχω γνώμης] *quid sentiam*, aut *quænam mea sit sententia*. de hac phrasi antea.

— 15. πόλεμον ἄρασθαι] *bellum gerere* vel *bellum suscipere*, verbum elegans, et hoc sensu apud Atticos scriptores usitatum (ut supra πόλεμον ἐκφέρειν). Demosth. noster alibi: [de Pac. §. β'.] οὐ δεῖ πόλεμον ἄδοξον καὶ δαπανηρὸν ἄρασθαι. *bellum ignobile et sumptuosum non est suscipiendum*. Thucyd. l. i. [c. 80.] πῶς χρὴ ὡρῖς τούτους ῥᾳδίως πόλεμον ἄρασθαι etc. *quomodo oportet* etc. Discrimen inter ἄρασθαι aor. α. med. et aor. ε. ἀρέσθαι. Ἄρασθαι κίνδυνον, πόλεμον, apud πεζογράφους: ἀρέσθαι νίκην, κλέος, κῦδος. In soluta oratione ἄρασθαι tantum, in carmine utrumque et ἄρασθαι et ἀρέσθαι. Ἀσπετὸν ἤρατο κῦδος. [Il.

Γ. 373.] sed frequentius ἀρέσθαι. κῦδος ἀρέσθαι ap. Hom. sæpe κομίζεσθαι, *glorium referre, reportare*. At non dicunt Gr. κίνδυνον ἀρέσθαι, vel πόλεμον ἀρέσθαι, sed ἄρασθαι, *bellum suscipere, periculum adire*. Noster π. Στεφ. [§. ξ'.] τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κίνδυνον ἀράμενοι. Pausan. Λακεδαιμονίοις δὲ τότε —— πόλεμον ἠράμην, *bellum suscepi*. Theo. progymn. Multi heroes et semidei præsentes facti sunt, οἱ μὲν καθ' ἡσυχίαν γαμοῦντες, οἱ δὲ πολέμους ὑπὲρ γυναικῶν ἀράμενοι. Thucyd. l. vi. [c. 9.] πόλεμον οὐ προσήκοντα ἄρασθαι. *bellum non necessarium suscepisse*, vel *bellum quod ad nos non pertinet*. Xen. Cyrop. l. i. circ. fin. πολλοὶ μὲν γὰρ ἤδη πόλεις ἔπεισαν πόλεμον ἄρασθαι etc. Dion. Halic. l. ii. [c. 62.] διὰ τὸ μηδενὸς συνάρασθαι τῷ Ῥωμύλῳ πολέμου. (ubi cum gen.) *quod in nullo bello gerendo socii ac adjutores Romulo fuissent*.

— 18. τὴν ἀρχὴν — γενήσεται] Aurea plane sententia, omniumque principum et magistratuum cordibus inscribi merita. Siquidem in omni bello hec imprimis obtinere debet, ut justis de causis suscipiatur: quid enim sunt injusta bella nisi sane, et tamen frequentissima, magna latrocinia. "Illa autem bella injusta sunt," inquit Cicero, "quæ sunt sine causa suscepta." Causas belli, ἀρχὰς, vocant Gr. *principia*, et προφάσεις et ὑποθέσεις. Dion. Halic. l. viii. [c. 8.] πρῶτον ὑμῖν παραινῶ σκοπεῖν, ὅπως εὐσεβῆ καὶ δικαίαν ποιήσησθε τοῦ πολέμου πρόφασιν. *id primum vobis curandum arbitror, ut piam et justam accipiatis belli causam*. Noster, Olynth. B. [§. δ'.] "Ωσπερ οἰκίας ..... τὰ κάτωθεν ἰσχυρότατα εἶναι δεῖ, οὕτω καὶ τῶν πράξεων τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποθέσεις ἀληθεῖς καὶ δικαίας εἶναι προσήκει. et præclare Liv. l. xlv. [c. 22.] "Certe quidem vos estis Romani, qui ideo felicia bella vestra esse, quia justa sint, præ vobis fertis; nec tam exitu eorum, quod vincatis, quam principiis, quod non sine causa suscipiatis, gloriamini." ubi 'principia belli' sunt causæ belli, ἀρχαὶ πολέμου. uti hic apud Dem. Semiramis apud Diod. [ii. 18.] ab Indorum rege accusatur: ὅτι πρωκατάρχεται τοῦ πολέμου, μηδὲν ἀδικηθεῖσα. Πολεμοῦσι γὰρ πρότερον ἀδικήμασιν, unde inquit Philos. Scythas justissimos barbarorum appellat Curtius, quod armis abstinebant, nisi lacessiti: scite Propert. [iv. 6. 51.] "Frangit et attollit vires in milite causa: Quæ nisi justa subest, excutit arma pudor:" et audacter Eurip. [Erecth. frag. iv.] οὐδεὶς, στρατεύσας ἄδικα, σῶς ἦλθεν πάλιν, quanquam hoc forte nimis rigide. nec enim ab eventu facta notanda, nec bella æstimanda sunt, ἐπεὶ τὰ χείρονα νικᾷ, saltem nonnunquam, etsi plerumque obtinet illud pnetæ: "Causa jubet superos melior sperare secundos." Justas belli causas recenset Philos. quodam loco Rhetor. [ad Alex. c. 3.] δεῖ τοὺς ἀδικουμένους ὑπὲρ ἑαυτῶν πολεμεῖν, ἢ ὑπὲρ συγγενῶν, ἢ ὑπὲρ εὐεργετῶν, ἢ συμμάχοις ἀδικουμένοις βοηθεῖν. *oportet injuriam passos pro seipsis bellum suscipere, sive pro cognatis, sive pro benefactoribus, iterumque sociis injuria affectis auxiliari*. Herodian. l. viii. in orat. Crisp. [c. 6. ed. Oxon.] τοῖς ὑπὲρ τῆς πατρίδος μαχομένοις, καὶ παρὰ τῶν θεῶν ἐλπίδες κρείττους· ἐπειδὴ οὐ τὰ ἄλλων λαβεῖν, ἀλλὰ τὰ αὐτῶν σώζειν εὔχονται. [Il. M. 243.] εἷς οἰωνὸς ἄριστος etc.

— pen. ἐναργὴς καὶ σαφὴς] *clarum et manifestum*. ἐναργὴς ὁ λευκὸς καὶ φαεινὸς καὶ ὁ κατ' ὄψιν φανερὸς, ab ἀργὸς, *albus*. Οὐ γὰρ δὴ πάντεσσι θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς. Ἦ μοι ἐναργὴς ἦλθε θεὸς ἐς δαῖτα Φαίηκιν. [Odyss. Π. 161. Υ. 420.] φανερὸς, ἐμφανής. Ὡς οἱ ἐναργὲς ὄνειρον ἐπέσσυτο νυκτὸς ἀμολγῷ. [Odyss. Δ. 841.] ἐναργὴς ἦλθεν, ἀντὶ τοῦ, κατ' ὄψιν ἐφάνη σωματικῶς, Minerva sc. quæ sub forma humana apparuit, assumpto corpore. Sane Beat. sero ἐναργὴς ἦλθε, cum λόγος σὰρξ ἐγένετο, κατ' ὄψιν ἐφάνη σωματικῶς. Κυνοσαργὲς, locus Athenis sic dictus a cane albo illuc accurrente cum frusto victimæ. Hinc controversia inter Gramm. non de lana caprina, sed de colore canino, an sc. κύνες ἀργοὶ quo pretam sunt κύνες λευκοὶ an ταχεῖς, *canes albi* an *veloces*. ἀργὸς enim utrumque significat et *album* et *celerem* seu *velocem*, et etiam (quod est plane contrarium) *pigrum, ignavum*, quasi ἀεργός. Unum viz. ex iis vocabulis est in L. Gr. quæ prorsus contrarias habet significationes. Sic ἐρωὴ est et *impetus* et *cessatio ab impetu*, alia sunt hujusmodi ἐναντιόσημα quæ jam non occurrunt.

P. 284. 1. ἐκεῖνον ἀμυνομένοις] *illum repellentibus, ulciscentibus*. Notetur discrimen inter ἀμύ-ειν et ἔσθαι. ἀμύνειν regit accus. rei, et est *repellere malum* aut *injuriam*, ut πόλεμον, ὕβριν, λοιγὸν ἀμύνειν. ἀμύνεσθαι regit accus. pers. et est *repellere hostem*, aut *ultimem sumere de aliquo qui nos injuria affecit*, ut ἀμύνεσθαι ἐχθροὺς, πολεμίους. Aliter usurpatur hoc verbum ab Hom. aliter a posteris. Hom. ἁπλῶς et sine accus. ἀμύνεσθαι est *propugnare, vim propulsare, dimicare*. ὅς κέ σευ ἄντα ἔλθῃ ἀμυνόμενος. Aliquando genit. cum præp. περὶ, ut ἀμύνεσθαι περὶ νηῶν, πάτρης, *pugnare pro patria, periculum a patria propulsare*, adeoque *succurrere in bello, opitulari*. Jam vero apud post. Attic. semper regit accus. uti hic apud Dem. Et sic opponuntur sæpissime apud Gr. Orat. ἄρχειν et ἀμύνεσθαι. ἄρχειν est *injuriam inferre*, quasi prior et princeps esse in injuria inferenda, ἀμύνεσθαι est *injuriam illatam propulsare* vel *ulcisci*.

— 6. φιλίαν προτενεῖται] *amicitiam prætendet*. προτείνομαι *pratendo, pratexo*, προίσχομαι, προφασίζομαι. Lat. Gr. vocabulum προτ. hoc sensu ad verbum expri-

munt. προτείνω, ομαι, *prætendo, prætexo.* quam vocem nos etiam in vernaculo nostro sermone retinemus. Dnæ autem sunt significationes hujus verbi quas confundere mihi videntur vulgares Lexicogr. est enim προτείνεσθαι, vel προσποιεῖσθαι, *prætendere, simulare, præ se ferre,* vel προΐσχεσθαι, *prætendere,* πρόσχημα *facere, in prætextum et excusationem aliquid afferre.* Plut. Epist. τὴν ἡλικίαν προὐτεινόμην, *obtendebam* (seu *excusabam*) *ætatem, in excusationem afferebam.* Demosth. in Apatur. [Hypoth. vol. iii. p. 481. antep.] ταῦτά τε ὁ τὴν δίκην ἔχων προτείνεται τὰ δίκαια, *hæc igitur argumenta pro se urget, hæc jura pro se obtendit et allegat (actor).* At προτείνεσθαι φιλίαν hoc in loco non est *amicitiam allegare,* vel *hoc prætextu se defendere et excusare,* sed *amicitiam prætendere,* h. e. simulare et præ se ferre. atque ita doctissimus interpres φιλίαν προτείνεῖται, *amicitiam simulabit.* Hæc nimirum illa 'tota frequensque via est sub amici fallere nomen.' χαιτογλωσσεῖν. *mel in ore, verba lactis, fel in corde, fraus in factis.* ἔσθλ' ἀγορεύοντες, κακὰ δὲ φρεσὶ βυσσοδόμευον. [Hom. Od. P. 66.] Hoc πρόσχημα τῆς φιλίας, fucum et umbram et larvam amicitiæ, perstringit Lucian. hoc Epigr. [10.]

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι φύσις χαλεπώτερον εἶδεν
Ἀνθρώπου καθαρὰν ψευδομένου φιλίην.
Οὐ γὰρ ἔθ' ὡς ἔχθραν προφυλασσόμεθ', ἀλλ' ἀγαπῶντες
Ὡς φίλον ἐν τούτῳ πλείονα βλαπτόμεθα.

ψεύδεσθαι φιλίαν est προτείνεσθαι φιλίαν.

— 10. πεοκαθεῖναι] *præcipitare,* ad verbum, *prius demittere,* vox decompos. cujus nulla mentio ap. Lexicogr. nec forte opus. Cum enim καθεῖναι sit *demittere,* facile cuivis est, atque etiam integrum addendo πρὸ facere προκαθεῖναι. ut minime sit hoc de singulis verbis moveri. Adeo in hoc (ut et aliis multis) usui et consuetudini standum est, magis quam Lexicographorum placitis. Qui tamen omnino et ubique non sunt excusandi, cum levia et superflua aliquando ponunt, omissis magis frequentibus et necessariis. Quot enim illi notarunt verba decomposita ex hac præpositione πρὸ, quæ minus aut notatu digna, aut usu recepta, quam hoc verbum προκαθεῖναι. Καθίημι est *demitto.* unde ἡ κάθετος sc. γραμμὴ, *linea perpendicularis, perpendiculum,* quasi *linea demissa,* et ὁ κάθετος, *percussor,* quasi *missus, demissus ad patrandam cædem, summissus, clanculum subornatus, speculator, insidiator,* κατάσκοπος. Quam vocem non semel legimus apud Gr. Bibliorum Scriptores. Luc. xx. 20. καὶ παρατηρήσαντες ἀπέστειλαν ἐγκαθέτους etc. *summiserunt insidiatores.* Sic Job. xix. 12. ταῖς ὁδοῖς μου ἐκύκλωσάν με ἐγκάθετοι, *dolosi insidiatores circumdiderunt,* et xxxi. 9. εἰ καὶ ἐγκάθετος ἐγενόμην ἐπὶ θύραις αὐτῆς, *si clanculum insidiatus sum ad fores ejus,* in Heb. est *insidiatus sum.* ἐγκάθετοι sunt proprie qui subsidunt in loco aliquo obscuro et operto, *in* quem se demiserunt ad insidias alicui struendas; et τὸ ἐγκάθετον, quicquid clandestino fit, et quod tectum est et latens et obscurum.

— 15. λαβεῖν δίκην — πίστιν — δόξαν] In uno dimidio pag. has tres phrases habemus. videmus hic varium et multiplicem usum hujus verbi λαμβάνω. δίκην λαβεῖν est *pœnam sumere, vindictam* vel *ultionem sumere:* ubi *sumere* potius quam *accipere* dicunt Lat. non enim dicimus *accipere pœnas.* Cui e contra δίκην δοῦναι, *pœnam* vel *pœnas dare.* Πίστιν λαβεῖν, ad verbum, *fidem accipere, fidem de se facere.* τοῦ φίλος αὐτοῦ δοκεῖν εἶναι πίστιν λαβεῖν, *fidem de se facere ac si amicus esset,* vel, ita se insinuare ut amicus esse videatur. Δόξαν λαβεῖν, est *opinionem obtinere,* sc. ἀρετῆς, ἀνδρείας, etc. Δίκην δοῦναι vel διδόναι frequens est apud auctores: at δίκην λαβεῖν non item. Budæus in Comment. ubi omnes hujusmodi phrases et locutiones forenses corrogat et corrodit, nullam omnino hujus mentionem facit. Legimus ibi δίκας ἀπαιτεῖν, δίκην ἀναδέχεσθαι, δίκην γράψασθαι, διδόναι, ἐγγυᾶσθαι, ἔπάγειν, παρέχειν, ὑπέχειν, etc. sed non δίκην λαβεῖν, et H. Steph. λ. δίκην, *sumere pœnas,* non indicato loco, ubi hæc phrasis occurrit. Jam vero πίστιν λαμβάνειν, vel λαβεῖν, est hoc in loco πιστεύεσθαι, *credi, fidem consequi, obtinere, fidem de se facere,* ita se insinuare ut amicus esse credatur. Dico hoc in loco plerumque: nam alio in sensu hæc phrasis usurpatur apud auctores, viz. pro *fidem datam accipere,* vulgo *to take one's word,* uti nos dicimus, fidem publicam accipere, cui vicissim respondet πίστιν δοῦναι vel διδόναι, *fidem dare, obstringere.* Isocr. πίστεις ἔδοσαν ἀλλήλοις, *fidem sibi mutuo dederunt.* Πίστιν διδόναι καὶ δέχεσθαι, *fidem dare et accipere,* (nam et hic locum habet verbum δέχεσθαι æque ac λαμβάνειν, cum tamen non dicimus δίκην δέχεσθαι pro *pœnas sumere,* sed λαμβάνειν tantum: est enim in hoc ut in aliis observari discrimen, inter δέχεσθαι et λαμβάνειν, quod annotavit Ammon. in vocum differentiis) pro πίστιν δοῦναι καὶ λαβεῖν dicunt Gr. Xen. [Anab. V. 4. 11.] πιστὰ δόντες καὶ λαβόντες, *data et accepta fide,* et de Exped. Cyr. l. i. [6. 7.] πείσας ἐμὲ, πιστὰ πάλιν ἔδωκάς μοι, καὶ ἔλαβες παρ' ἐμοῦ, et alibi. Denique δόξαν λαβεῖν cum genit. seq. est *famam* vel *opinionem consequi* alicujus rei, uti hic [p. 285. 2.] δόξαν ἀνδρείας λαβεῖν, *fortitudinis opinionem consequi,* uti supra δόξαν ἐκφέρεσθαι: vel omnino sunt δόξαν ἐκφέρεσθαι et

δόξαν λαβεῖν τινὸς, sc. *gloriam, laudem reportare alicujus virtutis*, sc. aut victoriæ aut rei gestæ, etc. at δόξαν λαβεῖν absolute est *gloriam vel honorem consequi*. Isocr. [Panegyr. §. 42.] οἶμαι τὴν Ὁμήρου ποίησιν μείζω λαβεῖν δόξαν. Sic in N. F. δόξαν παρὰ ἀνδρὸς ἄπαν οὐ λαμβάνω. Sic δοῦναι δόξαν τῷ Θεῷ, et οὐκ ἔδωκε δόξαν τῷ Θεῷ, itidem in N. F. quod pariores Gr. vix dicerent. Δίκην λαμβάνειν et δίκην διδόναι ἀντίστοιχα sunt, et sibi ex adverso respondent; sic et πίστιν λαμβάνειν et πίστιν διδόναι (uti supra vidimus): at δόξαν διδόναι vel δόξαν δοῦναι, vix legitur apud elegantiores Gr., sed φέρειν, vel ἀπονέμειν, etc.

P. 285. 1. οὐκ ἔστι χαλεπὸν — φανῆναι] Insignis sententia: facile est in consiliis militem fortitudinem, et in periculis oratorem eloquentiam, ostendere. At utrumque hoc absonum et intempestivum, ac periude ac si quis capiti ocream, galeam tibiæ, applicet; aperte ut est in Gr. Proverb. ἅσπερ ἂν εἴ τις κνήμῃ τὸ κράνος ἢ περὶ τῇ κεφαλῇ τὰς κνημῖδας ἐπιδήσαιτο. Cum e contra eloquentia in consilio, fortitudo in bello et periculis, locum habeat, juxta notum illud principis poetarum [Il. Π. 490.] ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' ἐν βουλῇ. Atque utinam Dem. noster hoc observasset ipse. De quo tritum illud, 'Tam ignavus miles quam orator strenuus,' atque hoc est quod addit orator, ἐπὶ μὲν τῶν κινδύνων, etc. Præclare Thucyd. [I. i. 40.] τοὺς ἀνθρώπους οὐ τῇ αὐτῇ ὀργῇ ἀναπειθομένους τε πολεμεῖν, καὶ ἐν τῷ ἔργῳ πράσσοντας. *homines non eodem animi ardore bella administrare, quo ad ea suscipienda inducuntur.* 'Facile est pugnare, cum non adsunt hostes.' 'Omnis cursus in deserto exhilarat,' juxta adag. illud Arab.

— 7. πόλεμον — ἀγῶνα] Distinguit hic Demosth. inter hæc duo, ita ut per πόλεμον intelligat totum illud negotium, seu totam apparatum bellicum; per ἀγῶνα ipsum prælium seu conflictum, cum jam ad manus ventum sit: apparatus (inquit) nobis erit difficilis, sed conflictus facilis. Atque ita doct. Wolf. hæc verba interpretatur: Existimo, etc. Vox ἀγὼν diffusæ admodum significationis est apud Gr.: denotat enim quodvis certamen, sive bellicum, sive ludicrum, sive juridicum aut forense, sive rhetoricum, sive sophisticum. ἀγὼν enim in historia sophistica plerumque est ἐπίδειξις sive *declamatio*, et ἀγωνίζεσθαι *declamare*, et sophistæ ἀγωνισταὶ λόγων. (sed hoc obiter.) etiam ipse locus certaminis, sive circus, sive forum, ἀγὼν dicebatur. Eustath. alicubi [p. 1148. 38.] ὁ ἀγὼν πολυσήμαντος λέξις κατὰ τοὺς παλαιούς. ἀγὼν γάρ φασιν, ὅμιλος, κύκλος, μάχη, ἔρις, ἀγορὰ, συναγωγὴ, καὶ ἐπίδειξις. ubi observ. ἀγῶνα etiam κύκλον significare, h. e. ut opinor circum aut locum certaminis, qui orbicularis, vulgo *a ring*; atque hinc lepida illa Etymologia hujus vocis, quam tradunt Eustath. et Etymol. ut ἀγὼν dicebatur ab *a* et γωνία *angulus*; quod ἀγὼν, h. e. κύκλος, *circulus*, non habet angulos. ἀγὼν λέγεται ὁ κυκλοτερὴς καὶ γωνίαν οὐκ ἔχων τόπος. Sed an hoc verum sit Etymon, seu veriloquium, judicent Gram., cum veritas non quadrat angulos.

— 10. τριήρων] Cum accentu in penult. a nomine τριήρης, εος, ους, *triremis*. adjectivum communiter elliptice positum pro τριήρης ναῦς. Regulariter circumflecti deberet in genit. plur.; est enim contractum τριηρέων — ρῶν. Sed nescio quomodo παροξύνεται, ac si esset a τρίηρος — ρου, vel Atticum τριήρεων — ήρων. Ita et compos. ex ᾧδος, ut συνήθης, κακοήθης, εὐήθης, nam et hæc etiam faciunt συνήθων, etc. omnino contra reg.; deberent enim ex analogia circumflecti — ᾶν, sive barytone formentur ea nomina, sive contracte, τριήρης, ου, sive τριήρεος, ους. Sylburg. genit. hos plur. primæ contract. τριήρων, εὐήθων, συνήθων, fieri vult a nominativis baryt. τριήρης, etc. At vero hoc non sufficit ad tollendam anomaliam. Nam et Δημοσθένης et cætera ejus terminationis in ης pr. contract. sunt baryt. in nom. sing. et tamen circumflectunt genit. plur. ᾶν. prout ex paroxyt. genit. in έων regulariter fiunt circumflexi in ῶν. Igitur βαρυτονία nominativi singulari non sufficit ad tollendam anomaliam, nec ad fundandam hanc βαρυτονίαν genit. plur. Nam ex. gr. λοιμώδης et λιθώδης non faciunt in genit. plur. λοιμώδων et λιθώδων, sed —ωδῶν. Quamobrem donec aliquis rei criticæ peritior meliorem sive regulam sive observationem sive rationem attulerit de hac anomalia, nos interim hoc Canone contenti simus: 'Adjectiva in ης composita ex ᾧδος, itaque ex ἐρέσσω *remigo*, et desinentia in ηρης, in genit. plur. sunt anomala, nec circumflectunt ultimam.' Horum formam nescio an et alia sequantur, composita ex ἄρω, itidemque desinentia in ηρης, ut μονήρης, τριχήρης, κλινήρης, τειφήρης, quorum exempla in genit. plur. mihi statim non occurrunt.

— 15. πόλεμον — ἀνελέσθαι] Tria hæc synonyma sunt, πόλεμον ἐκφέρειν, ἄρασθαι, ἀνελέσθαι. De duobus prioribus habemus jam antea. Ἀναιρεῖσθαι τὸν πόλεμον, vel ἀνελέσθαι τὸν πόλ. est *bellum suscipere*. ἀνελόμενοι τὸν πόλεμον περὶ τῶν τελευτησάντων. Plat. et Herodot. [V. 36.] Ἑκαταῖος οὐκ ἔα πόλεμον βασιλεῖ τῶν Περσέων ἀναιρέεσθαι, *bellum adversus P. regem suscipere non sinebat*. Sic igitur differunt ἀναιρεῖν et ἀναιρεῖσθαι: ἀναιρεῖν est *interficere*, ἀναιρεῖσθαι *suscipere*; aliquis ἀναιρεῖ τοὺς πολεμίους, sed ἀναιρεῖται τὸν πόλεμον, quam phrasim miror equidem ab Æm. Port. in Lexico suo Ionico annotari tanquam locutionem Herodo-

team, cum etiam apud Pl. et Dem. aliosque Att. Scriptores frequens et familiaris sit. Noster Olynth. A. [p. 11. 2. ed. Reisk.] *εἰ μὲν γὰρ ὑφ' ὑμῶν πεισθέντες ἀνείλοντο τὸν πόλεμον, si vestro impulsu bellum suscepissent.*

P. 286. 2. *οὐχ ἡδέως (ἀηδῶς) ὑμῖν ἐνίων ἐχόντων] cum nonnulli non bene (male) erga vos affecti sint;* videtur enim esse λιτότης seu ἀντίφρασις. *οὐχ ἡδέως, πικρῶς.* qualia passim occurrunt apud auctores, *ὅσα κένις.* Notetur etiam illa syntaxis ἡδέως ὑμῖν ἔχειν. ἔχειν cum adverbiis idem est quod διακεῖσθαι, *hoc* vel *illo modo affectum esse erga aliquem* vel *aliquid, tali animo erga aliquem esse,* ut κακῶς ἔχειν, χαλεπῶς, φιλικῶς, ἐχθρῶς, εὐνοϊκῶς, ἀλλοτρίως, vel δυσμενέως, etc. Verbum ἔχειν in hoc syntaxi regit modo dat. modo accusat. (et opinor frequentius) cum præpositione πρός. Dicimus enim vel ἀλλοτρίως vel ἡδέως ἔχειν πρός τινα, et τινί, uti hic apud Demosth. Isocrat. [Archid. §. 28.] *ἀπίστως πρὸς σφᾶς αὐτοὺς καὶ δυσμενῶς ἔχουσιν.* iterum: *ἀηδῶς ἔχουσι πρὸς αὐτόν.* Xen. *πρᾴως ἔχω πρός σε.* et sic alii passim. *πολεμικῶς ἔχει πρὸς Ἀλέξανδρον, hostili animo erga Alexandrum est.* At Dem. noster fere cum dat. uti hic et alibi. [p. 500. 15. ed. Reisk.] *ἰδίᾳ τισὶν, οἷς ἀηδῶς ἔχειν ἐπηρεάσῃ, privatim nonnullis, quibus,* vel *in quos, acerbo et infenso animo est, insultat.* [p. 22. ult.] *οἱ μὲν οὖν πολλοὶ τῶν Μακεδόνων πᾶς ἔχουσι τῷ Φιλίππῳ, quamodo erga Philippum affecti sunt.* Sic ἔχω σοι πικρῶς, ἡδέως, ἐχθρῶς, τραχέως, etc. Verbum ἔχειν pro διακεῖσθαι hoc modo cum adverbio conjunctum non tantum transit in personas sed etiam in res. Isocrat. [Nicocl. §. 6'.] *εἰκὸς αἰσθάνονται τοιούτῳ πράγματι δυσμενῶς ἔχοντες. non animadvertunt se,* etc.

— 7. *οὐδὲν ἀλλ' ἢ ῥαψῳδήσουσιν—*] Lat. Int. *nihil aliud quam nescio quam cantilenam passim canent legati nostri.* nescio an recte et commode et ad sensum loci mentemque Demosthenis. Quid sit ῥαψῳδεῖν in propria et nativa significatione norunt qui vel mediocriter in Gr. versati sunt. Docet quippe hoc inter alios Eustath. in limine magni sui operis. Rhapsodi proprie et omnino dicebantur qui fragmenta sparsa Hom. consarcinabant et meatus circumeuntes canebant. *οἱ τὰ μέρη τῆς Ὁμηρικῆς ποιήσεως συνείροντες καὶ εἶσπει συῤῥάπτοντες καὶ περιᾴδοντες.* Qui hoc faciebant ῥαψῳδεῖν dicebantur. Unde opera Hom. postea in tot rhapsodias, quasi tot libros, erant divisa: de quo fuse Eustath. aliique Gram. Pindarus [Nem. ii. 2.] *τοὺς ῥαψῳδοὺς, ῥαπτᾶν ἐπέων ἀοιδοὺς,* appellat, ad vocis Etym. alludens. Dicti enim sunt *ἀπὸ τοῦ ῥάψαι τὴν ᾠδὴν,* vel *ἀπὸ τοῦ ῥαπτὰ ᾄδειν.* Nugantur enim suo more Grammatici, qui ῥαψῳδοὺς dici volunt quasi ῥαβδῳδοὺς, quod virgam tenentes carmina canerent. Etsi enim *ἐπὶ ῥάβδῳ* canebant, non tamen exinde nomen sortiti sunt. Antequam enim mos ille *τοῦ ῥαψῳδεῖν* aliena carmina obtinuerit, auctores ipsi ac poetæ etiam sua carmina recitare solebant *ἐπὶ ῥάβδῳ,* virgam sc. lauream in manu tenentes, et tum dicebantur *ἐπὶ ῥάβδῳ ᾄδειν.* Certe nulla unquam carmina Epica seu Heroica olim cani solita sunt absque virga laurea. *ῥάβδος* omnium fuit communis, qui carmina publice recitarent, sive sua sive aliena. Ideo autem ex lauru potissimum hæc virga fiat, quia δάφνη habebatur *φυτὸν μαντικὸν,* unde vates δαφνηφάγοι, uti pluribus jam dixi ad Theophr. cap. *περὶ δεισιδαιμ.* Igitur *ἐπὶ ῥάβδῳ ᾄδειν* antiquius erat *τοῦ ῥαψῳδεῖν.* non ergo ῥαψῳδοὶ dicti sunt, quasi ῥαβδῳδοὶ, quod virgam tenentes canerent; sed *παρὰ τὸ ῥάψαι τὴν ᾠδὴν,* quod etc. quod Homeri, vel alterius poetæ, carmina consarcinantes in theatro cantabant. Dico alterius poetæ; etsi enim ῥαψῳδία initium et originem sumpsit ab Hom. carminibus (unde Hesych. *οἱ τὰ Ὁμήρου ᾄδοντες πεπηγασι ῥαψῳδοὶ καλοῦνται*), postea tamen etiam aliorum carmina, ut Hesiodi, et Archilochi, et Mimnermi, a Rhapsodis cantitari cœperunt. Rhapsodia igitur Hom. et Hesiodo posterior. Nec Hom. ipse Rhapsodus, sed qui ejus carmina consuit ac consarcinat. Non enim ipsi poetæ qui carmina de suo scribebant aut componebant, sed qui aliorum carmina cantabant, ῥαψῳδοὶ dicebantur, quod Hom. puta aut Hesiodi carmina sparsa veluti colligerent et in unum corpus consuerent et consarcinarent. Atque hoc maxime argumento evincitur versus illos spurios esse et commentitios, quos tanquam Hesiodi essent, e veteribus Gram. efferunt nonnulli, ut probent Hom. et Hesiodum *συγχρόνους* fuisse et cœtaneos:

Ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον ἐγὼ καὶ Ὅμηρος ἀοιδὸς
Μέλπομεν, ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδήν,
Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσάορον, ὃν τέκε Λητώ.

illa enim verba ῥάψαντες ἀοιδήν, ῥαψῳδοὺς apte ἐτυμολογοῦσι atque designant. At vero ῥαψῳδία non solum Homero, sed etiam Hesiodo recentior. Hesiodus autem centum annis ad minimum Homero posterior, ut alibi a nobis observatum ex optimæ fidei auctoribus et chronologis. Ab hoc more recitandi carmina, verbum hoc ῥαψῳδεῖν ad malum sensum transferri et in sequiorem partem usurpari obtinuit apud auctores, ut viz. idem sit quod φλυαρεῖν, ληρεῖν, *nugari, loquaciter aliquid recensere.* unde Suidas: Ῥαψῳδία, φλυαρία, λόγων συναφὴ, ἀδολεσχία· et ῥαψώδημα, ψεῦσμα. Xen. Cyrop. l. iii. [3. 54.] εἰ— δυνήσεταί τις ἀπορραψῳδήσας παραχρῆμα ἄνδρας πολεμίους ποιῆσαι, πάντων ἂν ῥᾷστον εἴη καὶ μαθεῖν καὶ διδάξαι τὴν μεγίστην τῶν ἐν

*ἀνθράπεις ἀρετήν. verba funditando, inaniter multa perloquendo.*

— 11. *ὅσους ἂν ἐθέλῃ τις*] *as many as one would wish.* Lingua enim nostra vernacula in hac phrasi, ut aliis non paucis, ἑλληνίζει, ad amussim convenit cum Gr. Vid. alibi plures hujusmodi *συνεμπτάσεις* seu conformitates linguæ nostræ cum Gr.

— 19. *μάταιον μῆκος*] *vanam prolixitatem.* et profecto nihil *ματαιότερον* quam hujusmodi *μῆκος*, nihil vanius quam inepta et superflua sermonis prolixitas. quod vitium maxime vitavit Demosth. in omnibus suis orationibus; utpote quo nihil pressius, nec densius, nec adstrictius. Atque hæc illa est *βραχυλογία* et *συντομία τοῦ λόγου*, quam in oratore nostro deprædicant et admirantur Rhetores Criticique omnes, Dionys. Hal., Longinus, Hermog., Quinctil., etc. Differunt *μῆκος* et *μῆχος*: imo nonnunquam opponuntur. *μῆκος* est *prolixitus*, longitudo sermonis, cujus nullus finis, nullus exitus; *μῆχος* est *exitus*, via, consilium, remedium, idem quod *μηχανή*. *οὐδέ τι μῆχος Ἥεν ἀνήνασθαι*, Agam. [Odyss. Ε. 258.] *μῆχος* pro *μηχανή*. ab ἧδος, ἡδονή. A *μῆκος*, Dor. *μᾶκος*, fit *μακρός*. observetur enim hæc reg.: 'Multa adjectiva oxyt., habentia aliam consonantem, in *ρος* fiunt a substantivis neutrius generis in *ος*, assumendo *ρ* ante *ος*,' ut ab ἔχθος ἐχθρός, a *κῦδος* —*ρός*, ab ἔξευδος —*ρός*, sic a *μῆκος*, *μᾶκος*, *μακρός*, a *στῖφος*, *agmen*, *densa acies*, —*ρός*, *densus*, *firmus*, vel *confertus*, a *ψῦχος*, —*ρός*.

P. 287. 2. ἐξέφυγεν] *effugit*, horum nihil vobis infeliciter successit. elegans significatio hujus verbi ἐκφυγεῖν, qua delectari videtur Demosth. Ol. Γ. §. Β'. *πέπεισμαι γὰρ κ. τ. λ.* maximam istorum negotiorum partem ex manibus nostris elapsam esse. aliis in plerisque vos frustrari negotiis. Res aliqua dicitur ἐκφυγεῖν *ἡμᾶς*, cujus spe excidimus, et quæ veluti elabitur nobis ex manibus. Hom. proprie et genuine (ut semper) [Il. Α. 407.] *ἵππι δή οἱ βέλος ὠκὺ ἑτάσιον ἔκφυγε χειρός.*

— 3. *ἀπεβλέψατε πρὸς ἀλλήλους. . . . πράξοντα*] Hoc est id quod alibi in Athen. culpat Demosthenes: ut Phil. Α. [p. 98. antep. ed. Nostr.] *ἦν ὑμᾶν αὐτῶν ἐθελήσητε γενέσθαι* etc. Ita viz. fieri amat in multitudine hominum atque communitate; alii in alios onus atque opus devolvunt. Hoc argum. impugnat Philos. communionem Platonicam, quia res pluribus communes plerumque a singulis negliguntur. Verba Aristotelis egregia sunt Polit. [ii. 3.] *ἥκιστα γὰρ ἐπιμελείας τυγχάνει τὸ πλεῖστον κοινὸν· τῶν γὰρ ἰδίων μάλιστα φροντίζουσι, τῶν δὲ κοινῶν ἧττον ἢ ὅσον ἑκάστῳ ἐπιβάλλει. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις ὡς ἑτέρου φροντίζοντος ὀλιγωροῦσι μᾶλλον, ὥσπερ ἐν ταῖς οἰκετικαῖς διακονίαις οἱ πολλοὶ θεράποντες ἐνίοτε χεῖρον ὑπηρετοῦσι τῶν ἐλαττόνων.* minime enim curatum multorum commune est: privata enim et propria quisque majore studio et cura, communia autem et publica longe minore diligentia, prosequitur, nisi quatenus cujusque interest. negligunt Rempublicam, quasi ea aliis curæ esset nihilque ad se pertineret: ita quod ad omnes spectat, ab omnibus negligitur. In eundem sensum, Eth. ix. 6. *μὴ γὰρ πηρούντων τὸ κοινὸν ἀπόλλυται. συμβαίνει οὖν αὐτοῖς στασιάζειν, ἀλλήλους μὲν ἐπαναγκάζοντας, αὐτοὺς δὲ μὴ βουλομένους τὰ δίκαια ποιεῖν.*

— ibid. *ἀπεβλέψατε πρὸς ἀλλήλους*] Verbum *ἀποβλέπειν* in syntaxi, seq. sc. præpos. *πρὸς* vel *εἰς* cum accus. pers., sæpissime in meliorem partem sumitur, *aliquem cum honore et reverentia suspicere et intueri*, adeoque *colere et admirari*. Sic Lat. *suspicere*, de qua significatione hujus verbi vid. alibi. Quod si vocab. *ἀλλήλους* sequatur, tum in pejorem partem exponitur. Observetur igitor discrimen in vario usu hujus verbi *ἀποβλέπειν*. *ἀποβλ. εἴς τινα* denotat honorem et reverentiam; at *ἀποβλ. πρὸς* vel *εἰς ἀλλήλους*, consilii inopiam, aut incuriam, et ignaviam et negligentiam, uti in hoc loco Dem. Similis huic phrasis occurrit in Sacra P. Gen. xlii. 1. ubi Jacob increpans filios, fame grassante, quod in Ægyp. non descend. ad emendam annonam. *ἱνατί ῥᾳθυμεῖτε, quare otiosi estis*, vulg. *quare negligitis*, quare desides cunctamini et alii alios adspicitis, curam et onus familiæ, comparandi frumenti, alii in alios rejicientes. is videtur esse sensus eorum verborum, quanquam alii aliter explicant, *ἱνατί ἀποβλέπετε πρὸς ἀλλήλους*, sive ex consuetudine apud Athen. sive ex lege. Videmus hic quatuor hominum genera, seu ordines, qui *ἀτελεῖς* erant, et *ἀλειτούργητοι*, a muneribus publicis et contributionibus immunes, *ἀσύντακτοι*, a sytaxibus liberi, nec *εἰσφέρειν* tenebant. *tax free.* hi erant *ἐπίκληροι*, *ὀρφανοί*, *κληρῶχοι*, *κοινωνικοί*, *societates*, hæc ordo ad nos spectat.

— ibid. *αὐτὸς ἕκαστος*] Ad v. *ipse unusquisque per se et in sua propria persona.* Ex his duobus vocibus componitur *αὐθέκαστος*, quod aliquando in bonam, sed plerumque in malam, partem sumitur, *contumax*, *perfidens*, *severus*, *rigidus*, *asper*. Sed de hoc vocabulo dixi (ni fallor) antea. Notetur nunc solummodo hæc reg. Eustb.: *Πολλὴ ἐστι διαφορὰ τοῦ τε διαλελυμένου καὶ τοῦ συνθέτου.* 'Multa vocabula in bono sensu usurpantur divisim et separatim, quæ conjunctim et in compositione malam significationem habent; et e contra aliquando etiam vocabula extra compositionem male sonant et in sequiori sensu ponuntur, quæ conjunctim et in compositione in meliorem partem sumuntur.'

e. g. μέγας θυμὸς divisim est τὸ πολὺ τοῦ χόλου, *magna ira*; at μεγάθυμος conjunctim est ὁ μεγαλόφρων, μεγαλόψυχος, *strenuus, magnanimus*: sic θερμὸν ἔργον, διαλελυμένως, ἀναιδὲς καὶ θρασύ· at θερμουργὸς ἀνὴρ in compos. ὁ θαῤῥαλέος, καὶ μὴ ψυχρὸς εἰς ἔργον, *promptus, diligens, fervidus*, in aliquo opere aut negotio. E contra jam in bono sensu δίκην ἔχων ἐν χερσὶ divisim et extra compos. est ὁ δίκαιος (inquit Eustth.), et qui jus præ oculis et præ manibus habet, ἀεὶ πρὸ χειρῶν οἷον φέρων τὸ δίκαιον· at χειροδίκης in compos. in pejorem partem sumitur, ὁ βίαιος, *violentus*, qui jus in manibus et robore corporis, οὐκ ἐν τοῖς νόμοις, ἀλλ' ἐν χερσὶ ταῖς ἑαυτοῦ κείμενον ἔχων τὸ δίκαιον. Sic αὐτὸς ἕκαστος divisim nihil mali sonat, et mediam saltem significationem obtinet; at conjunctim et in compos. αὐθέκαστος, plerumque in deteriorem partem sumitur, αὐθαδὴς, σκληρός.

— 5. παροξύνομένων] Verbum παροξύνεσθαι videtur hoc in loco in meliorem et molliorem partem sumi, ut sit nihil aliud quam *incitari, instigari ad rem agendam, prono et prompto animo esse ad suscipienda negotia*: est enim μέση λέξις παροξύνειν, *lacessere, provocare, irritare*, sive ad bonum sive ad malum: et utroque modo usurpatur in N. F. In bonam partem sumitur Act. xvii. 16. παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, *irritabatur spiritus ejus*, h. e. honesto quodam ardore et zelo accendebatur, cum videret Athen. idolos: at in malam 1 Cor. xiii. 5. ἡ ἀγάπη οὐ παροξύνεται, *non irritatur, non facile provocatur*, uti nos recte supplemus. Hinc et nomen παροξυσμὸς [Act. xv. 39.] de P. et B., *exacerbatio, gravis dissensio*. Beza: *sic igitur sunt exacerbati*: quæ interpretatio quamobrem doctis displicere debeat, nondum intelligo. Tam acerba, tam acris, aspera, erat contentio, uti nos optime. Ita Eccles. Can. Int. hoc vocabulo utuntur, ubi aiunt episcopos esse debere sub exemplo: παράκλησιν ἅπασι πρὸς ἀρετὴν εἶναι, καὶ ἀεχέτυπον, καὶ παροξυσμὸν πρὸς ἀγαθοεργίαν. *stimulum et calcar et incitamentum ad bona opera*. et rursus: ὑπόδειγμα πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν καὶ παροξυσμὸν πρὸς χρηστότητα προκεῖσθαι. *ut exemplo suo ad virtutem alios stimulent et exacuant*.

— 6. τοὺς διακοσίους καὶ χιλίους] *mille et ducentos*. Loquitur tantum de numero satis noto et recepto; quod ut melius intelligatur, in memoriam revocandum est quod in initio diximus de tribuum classiumque distributione apud Athenienses. Populus Att. in 10 tribus erat divisus, ex singulis tribubus 120 eligebantur, qui præ aliis ditissimi erant, qui pecunias in publicum conferrent, liturgias obirent, et publicorum munerum onera sustinerent singuli. Hi 120 deinde in duas partes sexagenum hominum erant dispertiti, quæ Symmoriæ dicebantur. Com igitur in unaquaque tribu duæ erant Symmoriæ sexagenum hominum singulæ, hinc ex universis decem tribubus consurget numerus 1200. Facta est autem primum hæc distributio tribuum in symmorias seu classes, Nausinico archonte a. 3. Olymp. 100., ut jam antea diximus, h. e. triennio post natum Demosth.: natus est enim Demosth. a. 4. Olymp. 99. Hoc aperte nos docet Ulpian. ad Olynth. B. vol. vi. p. 31. sq. ed. nostr. Atque hic quidem Symmoriarum ordo et ratio erat apud Athenienses, atque hactenus antiqua classium distributio. Quod vero hic sequitur apud Dem., ipse de suo addit, estque proprium ipsius inventum: ut viz. illis mille ducentis, ex quibus viginti classes constabant, adderentur alii octingenti, qui efficerent numerum 2000. Quod eo consilio fecit, ut ex hoc censu exemptis iis, quibus lex vel ratio vel consuetudo immunitatem a tributis liturgiisque concessit, quales erant ἐπίκληροι, ὀρφανοὶ, κληρουχικοὶ, et κοινωνικοὶ, ut, his (inquam) exemptis, numerus 1200 adhuc integer permaneret. Sequitur et alia subdivisio symmoriarum sive classium, quam hic proponit et suadet Demosth. τούτων (inquit) τῶν συμμοριῶν ἑκάστην διελεῖν κελεύω εἰς πέντε μέρη κατὰ δώδεκα ἄνδρας, ita ut unaquæque classis distribueretur in 5 partes, quarum singulæ essent duodenum hominum: quinquies enim 12 faciunt 60, ex quo numero classis constabat.

— 9. ἐπικλήρων] Ἐπίκληροι sunt *hereditariæ virgines* sive *unicæ heredes*, parentibus sc. defunctis. ἐπίκληρος, *virgo orphana, quæ in integrum hereditatem succedit*: atque ita differunt ἐπίκληρος et ἐπίπροικος. ἐπίκληρος est unica heres, hereditaria, a κλῆρος, *sors, hereditas*, quæ hereditario jure pervenit ἐπὶ τὸν κλῆρον. Schol. Aristoph. Avib. [1660.] ἐπίκληρός ἐστιν ἡ μὴ ἔχουσα ἀδελφοὺς ἑταίρους συγκληρονόμους, ἀλλὰ μονοκληρονόμος. at ἐπίπροικος est virgo dotata, quæ ἐπὶ προικὶ, *cum sola dote*, relicta est, fratribus reliquam hereditatem possidentibus. Harpocr. ἐπίκληρος μέν ἐστιν ἡ ἐπὶ παντὶ τῷ κλήρῳ ὀφανὴ καταλελειμμένη, μὴ ὄντος αὐτῇ ἀδελφοῦ· ἡ δὲ αὐτὴ καὶ ἐπικληρῖτις. ἐπίπροικος δὲ ἡ ἐπὶ μέρει τινὶ τοῦ κλήρου, ὥστε προῖκα ἔχειν, ἀδελφῶν αὐτῇ ὄντων. Nec virgines solum et innuptæ puellæ, sed etiam nuptæ mulieres, quibus universa hereditas obvenit, ἐπίκληροι dicebantur. Suid. ὅταν παῖς ὀρφανὴ πατρὸς καὶ μητρὸς ἀδελφῶν τε οὖσα ἔρημος, καὶ ταύτῃ τύχῃ ὑποκειμένη οὐσία, ταύτην καλοῦσιν ἐπίκληρον· ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ἤδη γεγαμημένην, ὅταν ᾖ ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ ὅλῃ καταλελειμμένη. Aristot. Ethic. viii. 10. ἐνίοτε δὲ ἄρχουσιν αἱ γυναῖκες, ἐπίκληροι οὖσαι. quem locum non male reddit interpres: *interdum vero fit, ut mulieres imperent, eæ sc. quibus amplissimæ vene-*

*runt hereditates.* Atque hoc est quod sibi cavendum duxit vates Bilbilitanus, [Epigr. l. viii. 12.] "Uxorem quare locupletem ducere nolim, Quæritis? uxori nubere nolo meæ." Plut. Solon. [c. 20.] Ibi sancivit Solon τὴν ἐπίκληρον, ὑπὸ τοῦ ἐγγυτάτω τοῦ ἄνδρος ὀπυίεσθαι. ut mulier orba vel unica hæres proximo mariti agnato nuberet. Cui similis lex inter Mosaicas. Aristot. Polit. v. 4. καὶ περὶ Μιτυλήνην δὲ ἐξ ἐπικλήρων στάσεως γενομένης πολλῶν ἐγένετο ἀρχὴ κακῶν. *cum propter opulentas quasdam puellas dissensio exstitisset*, sc. propter virgines heredes. Athenis mulieres etiam nuptæ sub tutoribus erant: earum autem κύριοι seu tutores ex lege erant pater, avus, paternus frater ex eodem patre. [Demosth. κ. Στεφ. ψευδομ. Β. §. ιά.] ἐὰν δὲ μηδεὶς ᾖ τούτων, ἐὰν μὲν ἐπικληρῖτις ᾖ, τὸν ἄνδρα κύριον ἔχειν· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ, ὅτῳ ἂν ἐπιτρέψῃ, τοῦτον κύριον εἶναι. *si nemo horum sit, et sit mulier universorum heres, virum habeat κύριον, si modo virum habeat: sin vero maritus fato concesserit, is mulieris κύριος sit, cui vir moriens testamento uxorem suam reliquerit ac nuptum dederit.* Vir doctissimus ad Polit. Arist. censet τὰς ἐπικλήρους, h. e. virgines seu filias heredes ex asse paternorum bonorum, alio nomine ἐπιδίκους ab Atticis vocari: quia se. de earum nuptiis, quod divites essent, lites et controversiæ agitari solebant. At vero omnes ἐπίκληροι non erant perinde ἐπίδικοι: sed eæ tantum quarum nuptiæ ἀμφισβητήσιμαι erant, et sub disceptatione veniebant. Harpocr. ἐπίδικος ἡ ἀμφισβητησίμη ἐπίκληρος, ὅτῳ χρὴ αὐτὴν γαμηθῆναι. Cum controversia erat, cui nuptum esset danda pupilla ἐπίκληρος, tum illa virgo vocabatur ἐπίδικος. Aristoph. Vesp. [583.] κἀν ἀποθνήσκων ὁ πατὴρ τῷ δῷ καταλείπον παῖδ' ἐπίκληρον. ubi Schol. ἐπίκληρος λέγεται ἡ νῦν κληρονόμος καλουμένη: et nonnullis interjectis: τινὲς δὲ τὴν ἐπίκληρον καλοῦσιν ἐπιπταματίδα καὶ πατροῦχον. Vocabulum ἐπιπταματίδα crucem fixit Græcarum Noni [sic], qui ἐπιπταματίδα τὸν ἐπίκληρον dictam putaret παρὰ τὸ ἐφίπτασθαι, *involare*, quasi ἐπιπταμένην τῷ κλήρῳ, quod in sortem et hereditatem quasi involaret eamque invaderet. Sed profecto frigidiusculum hoc mihi videtur Etymon, et longiuscule petitum. Mallem igitur pro ἐπιπταματίδα legere ἐπιπαματίδα, ita ut prius illud τ sit omnino spurium et irreplitium. Dicuntur autem αἱ ἐπίκληροι ἐπιπαματίδες, quasi ἐπὶ πάμασι relictæ solæ, se. bonis et hereditate; ut ἐπίκληροι, ἐπὶ κλήρῳ relictæ. Sunt enim πάματα, vel πάμματα, bona vel possessiones, ἀπὸ τοῦ πεπάσθαι, *a possidendo*, unde πάμματα *pecora* κατ' ἀντονομασίαν, et πολυπάμμων *pecorosus, dives pecoris.* ἐπιπαματὶς igitur ἡ ἐπίκληρος ἐπὶ τοῖς πάμασι καταλελειμμένη. atque hinc emendandus Hesych. Ἐπιματίδα, τὴν ἐπίκληρον. leg. omnino Ἐπιπαματίδα. ita enim postulat tum ratio vocabuli, tum ordo literarum alphabeticus in illo loco Hesychii. Sed et alia significatio hujus vocis, quæ licet non tam, frequens huic loco Dem. magis convenit. Ἐπίκληροι etiam dicebantur puellæ orbæ, egentes, dotemque nullam habentes, de quibus lex erat bæc Athenis: τῶν ἐπικλήρων ὅσαι τὸ θητικὸν τελοῦσιν, ἐὰν μὴ βούλωνται ἔχειν ὁ ἐγγύτατα γένους, ἐκδιδότω ἐπίδους, ὁ μὲν πεντακοσιομέδιμνος πεντακοσίας δραχμὰς, ὁ δὲ ἱππεὺς τριακοσίας, ὁ δὲ ζευγίτης ἑκατὸν πεντήκοντα. [Demosth. π. Μακαρτ. §. ιγ'.] De distributione populi Attici in πεντακοσιομεδίμνους, ἱππεῖς, et θῆτας ζευγίτας, nota res est; et dixi de ea jam antea ad Demosthenem. Infimus ordo erat τῶν Θητῶν. Dicebantur autem Θῆτες, quasi mercenarii famuli: nam Θῆς, θητὸς, *famulus.* Omnes igitur opifices, cerdones, et proletarii in hoc numero erant, in ultimo censu, qui nihil aliud Reip. pendebant, quam numinulum, qui ab illis τὸ θητικὸν vocabatur; puellæ igitur ἐπίκληροι in hac lege, quæ τὸ Θητικὸν pendebant, erant puellæ parentibus orbæ, pauperes et egenæ, quæ in tenui fortuna, adeoque in ultimo censu, erant. Harpocrat., postquam citasset illa verba Demosth. jam laudata, τῶν ἐπικλήρων etc. hæc subjungit: Δημ. ἐν τοῖς περικειμένοις ἐπίκληρον ὠνόμασε τὴν πενιχρὰν κόρην, ἣν Θῆσσαν ὀνομάζουσι οἱ Ἀττικοί. neque aliter sumi videtur hæc vox a Demosth. hoc in loco, quem præ manibus habemus.

— ibid. ὀρφανῶν] Miras nugas agit Etymol. in arcessenda hujus vocis origine. Ὀρφανὸς (inquit) παρὰ τὸ οἷος ὁ μόνος γίνεται, οἰοφανὸς καὶ ὀρφανὸς, ὁ μόνος φαινόμενος καὶ γονεῖς μὴ ἔχων. Quod si oriunda Gr. vox sit ὀρφανὸς, et Gr. solo nata (quod dubito), derivarem potius ab ὄρφνη, *caligo*, ut sit ὀρφανὸς quasi ὀρφναῖος, *in mœrore et luctu et tenebris et caligine relictus, orbus parentibus.* non tamen eo modo ὀρφναῖος, quo *nothus* seu *spurius* dicitur σκότιος, quasi in tenebris et ex clandestino conubitu natus. σκότιον δέ ἐ γείνατο μήτηρ. Hom. [Il. Z. 24.] Parentes sunt ὡς τῶν τέκναν, liberorum, lux et vita et salus, unde merito pupilli et pueri parentibus orbati, ὀρφανοὶ, quasi jam in mœrore et situ et squalore et tenebris relicti. e contra παῖς ἀμφιθαλὴς, *utrimque florens*, ὁ ἀμφοτέρωθεν θάλλων, ἤγουν ᾧ ἄμφω οἱ γονεῖς περίεισιν, *cui ambo parentes sunt superstites.* ut igitur ἀμφιθαλὴς, cui parentes superstites, utpote in prospero statu et florente fortuna positus; ita e contra ὀρφανὸς, cui ambo mortui, utpote in mœrore et lacrymis, in situ et tenebris, constitutus. Si quis meliorem hujus vocis etymologiam noverit, habebit me facile sibi assentientem, interim bac

mecum utatur. Jam vero non dissimulo Gr. vocab. ὄφνην videri mihi non esse αὐτόχθονα, sed deductum ab oriente, viz. ab Heb. unde et Gr. ἔρεβος, vel a (*densa caligo*) per apoc. postremæ radicalis.

— ibid. κληρουχικῶν] Κληροῦχος ad verbum est *sortem habens*, vel *hereditatem possidens*, vel *qui sortito aliquid obtinuit et accepit*. Sed ex usu Gr. obtinuit, ut peculiari sensu κληροῦχοι dicantur coloni, quasi aliqua sorte habitatum missi, vel qui in extero solo fundos et agros sibi sorte divisos habent. Plut. Pericl. [c. 11.] χιλίους ἔστειλεν εἰς Χερρόνησον κληρούχους. *mille colonos misit in Cherronnesum*, illius loci agros sibi divisuros. Herodot. Terpsich. [c. 77.] νικήσαντες δὲ καὶ τούτους τετρακισχιλίους κληρούχους ἐπὶ τῶν ἱπποβοτέων τῇ χώρῃ λείπουσι. 4000 *colonorum in prædiis hipp. relinquunt*. Thucyd. l. iii. [c. 50.] ἐπὶ δὲ τοὺς ἄλλους σφῶν αὐτῶν κληρούχους τοὺς λαχόντας ἀπέπεμψαν — κλήρους δὲ ποιήσαντες τῆς γῆς. *colonos de suis facta sortitione miserunt — et unicuique portionem, quæ ipsi sorte obtigit, assignarunt*. Hinc κληρουχία, divisio quæ fit per sortem, distributio agrorum quæ fit inter colonos qui aliquo ad habitandum migrarunt. et κληρουχεῖν, *sorte dividere*, tam active quam passive. κληρουχεῖν enim Gr. dicitur, tam is qui sorte dividit, tam ii quibus fit distributio; tam præfecti coloniarum, quam coloni ipsi. Max. Tyr. Metaph. dissert. 2. Ὅρα δή, μή σοι θεὸς, εἰ τὰ τοιαῦτα δύναται κληρουχεῖν καὶ νέμειν, πολὺ τούτων πρότερον ἀρετὴν νέμειν καὶ δύναιτο καὶ ἐθέλοι. ubi κληρουχεῖν est simpliciter *distribuere*, idem quod νέμειν. Diod. Sic. l. i. ubi de Legg. et Justit. Ægypt. Tertia (inquit) regionis pars militibus cedit: ἵν' οἱ κινδυνεύοντες, εὐνούστατοι τῇ χώρᾳ διὰ τὴν κληρουχίαν ὄντες, προθύμως ἐπιδέχονται τὰ συμβαίνοντα κατὰ τοὺς πολέμους δεινά. *ut qui periculis pro patria se exponunt, per liberalem hanc agrorum distributionem summa patriæ benevolentia devincti, promptissime bellorum discrimina subeant*. At κληρουχεῖν etiam dicuntur passive, qui sortem obtinent, coloni quibus agrorum portiones sortito divisæ et distributæ sunt. Appian. l. v. Civ. B. [c. 74.] μόνοι δὲ ἤχθοντο, ὅσοι τὰ τῶν ἐλευσομένων σὺν Πομπηΐῳ χωρία κεκληρουχήκεσαν. *ii soli ægre tulerunt, quibus Pompeianorum agri, aut possessiones, sorte fuerant divisæ et distributæ*. Aristot. Eth. iii. 6. πρὸς χρημάταν ἀποβολὴν εὐθαρσῶς ἔχουσιν. *in amittenda pecunia fidenti ac præsenti animo sunt*, h. e. non multum moventur jactura bonorum. Id. l. ii. Rhet. [c. 17.] φιλόθεοί εἰσι, καὶ ἔχουσι πρὸς τὸ θεῖόν πως. ubi notetur illa phrasis Aristotelica, et peculiaris quædam elegantia, quales innumeræ fere sunt in illo philos. principe. *qui in prospera fortuna versantur, Dei sunt amantes, et erga divinum numen quodammodo affecti sunt*. ἔχουσί πως, εὐλαβῶς vel εὐσεβῶς. *erga numen quodammodo magis quam alii sunt affecti idque magis venerantur*. ut doctiss. interpres eum locum παραφράζει. Præclare Plut. l. de laud. suiip. [c. 18.] καθάπερ οἱ πεινῶντες, ἑτέρων ἐσθιόντων ἐν ὄψει, μᾶλλον ἐρεθίζονται καὶ παροξύνονται τὴν ὄρεξιν· οὕτως ὁ τοῦ πλησίον ἔπαινος ἐκκαίει τῇ ζηλοτυπίᾳ τοὺς περὶ δόξαν ἀκρατῶς ἔχοντας. *sicut esurientium appetitus, aliis coram edentibus, magis acuitur et irritatur: ita laus in alium collata homines intemperanter erga gloriam affectos*, h. e. ambitiosos gloriæque avidos, *zelo quodam et æmulatione accendit*. Κληρουχικοὶ idem quod κληροῦχοι possess. pro prim. κτητικὸν ἀντὶ πρωτοτύπου, Eusth. ut ὀρφανικοὶ idem quod ὀρφανοὶ, φαρθενικαὶ idem quod παρθένοι, κοινωνικοὶ idem quod κοινωνοὶ, de qua terminatione notentur hæ duæ reg. (1.) Neutra singularia in ικον paragogice fiunt ab aliis nominibus additione unius syllabæ, et æquipollent pluralibus prim. a quibus derivantur: sic τὸ στρατιωτικὸν sunt οἱ στρατιῶται, τὸ ἱππικὸν, οἱ ἱππεῖς, τὸ ληστρικὸν, οἱ λησταὶ, τὸ Ἑλληνικὸν, οἱ Ἕλληνες, etc. (2.) Masculina in ικος aliquando idem plane sonant et significant quod primitiva in ος, a quibus derivantur, neque possessiva sunt, licet habeant formam possessivorum: sic παρθενικὸς vel potius παρθενικὴ, idem omnino quod παρθένος, de qua voce Eustb. παρθενικὴ ἡ παρθένος, κατὰ τύπον, ὡς κτητικὸν, οὐ μὴν αὐτόχρημα κτητικόν. Sic ὀρφανικοὶ idem quod ὀρφανοὶ, præsertim apud poetas. Sed et ita hoc in loco κληρουχικοὶ sunt κληροῦχοι, et κοινωνικοὶ κοινωνοὶ, nisi forte quis dixerit vocabula hæc esse aptitudinalia, h. e. non actum sed potentiam et aptitudinem denotantia, ut κληροῦχοι non sint coloni, qui jam actu abierunt, sed qui abituri sunt in colonias, et κοινωνικοὶ non ipsi κοινωνοὶ qui actu societatem inierunt, sed qui in societates designantur. Κοινωνικὸς quidem communiter est *communicativus* sive *ad communionem et societatem aptus*, vel *pertinens*: ut cum Aristoteles in Polit. δικαιοσύνην appellat κοινωνικὴν ἀρετὴν, *virtutem ad continendam hominum communionem et societatem aptissimam*; et in Eth. civium et contribulium et connavigalium amicitias, κοινωνικὰς φιλίας, *amicitias quæ in communitate quadam versantur*; et in Rhet. [ii. 24.] κοινωνικὸν τὸν Ἑρμῆ· μόνος γὰρ καλεῖται κοινὸς Ἑρμῆς. quod Philos. pro exemplo affert falsi Enthym. ut si dicas Mercurium omnium Deorum maxime sua cum aliis communicare atque liberalissimum esse: solus enim vocatur *communis* Mercurius. Quid enim hic intelligat Dem. per κοινωνικοὺς, vel non omnino vel non satis clare et perspicue nos docet Interpres

Lat. qui vertit *societates*. Solus Harpocrat. nobis hic facem allucet in re obscura: κοινακικοὺς ἀν λέγοι, τάχα μὲν τοὺς ἀνέμητον οὐσίαν ἔχοντας ἀδελφούς· ὧν ὁ μὲν πάτης ἠδύνατο λειτουργεῖν, οἱ δὲ κληρονόμοι τῶν ἐκείνου καθ' ἕνα τριηραρχεῖν οὐκ ἐξῆρκουν. τάχα δὲ καὶ περὶ τῶν ἐκούσιον κοινωνίαν συνθεμένων ἐμποριᾶς ἢ τινὸς ἄλλου ὧν ἕκαστος οὐκ εἶχε τὸ ὅλον τίμημα τῆς οὐσίας. Per κοινακικούς forte intelligit orator fratres, qui hereditatem et substantiam indivisam habebant in communi, et quorum pater quidem potuit ex facultatibus suis λειτουργεῖν, par et idoneus fuit ferendo oneri munerum publicorum; heredes autem ejus singuli viritim triremi instruendæ non sufficiebant. aut forte κοινακικοὺς vocat collegia mercatorum qui societatem inter se negotiationis contraxerunt, quorum substantia erat communis adeoque singuli sub censum non venichant. Sive horum alteros sive neutros hic intelligat Demosthenes, equidem pro certo statuere non possum. Sed hinc videmus communitates seu societates a tributis publicisque oneribus fuisse exemptas et immunes, ut non mirum sit, si dum alii gemunt sub

τῶν εἰσφορῶν καὶ συντάξεων, collegia nostra seu societates hodieque his privilegiis et immunitatibus gaudeant. Ringant quantum volent malevoli et rumpantur invidia, dummodo nobis non tantum lex terræ favorque principis et jus gentium hanc nobis ἀτέλειαν et ἀλειτουργησίαν indulserit [sic]: nos vero si adversariis os obstruere velimus, immunitatem hanc nostram et grato animo agnoscere amplectamur ita [sic] et diligentia morum, probitate in studiis, quadamtenus merere studeamus.

— 11. σώματα] *corpora, homines, personas, milites*, atque ita fere οἱ περιγραφοι. Dem. Phil. Γ. [§. ιδ. fin.] σωμάτων πλῆθος καὶ χρημάτων πρίσοθαι. *militum copia et pecuniarum reditus, proventus.* ita Arist. Rhet. i. felicitatem definit, quod sit εὐσθένεια κτημάτων καὶ σωμάτων (ita enim habent codices impressi), *bonus firmusque status possessionum et corporum*, h. e. hominum, personarum (servos et famulos intell.): malem tamen ibi legere εὐθένεια, *abundantia, prosperitas*, idem quod εὐθκνία, atque ita communiter apud Histor. aliosque solutæ orationis scriptores σώματα sunt personæ quæ ministerio aliquo defunguntur, in acie puto aut domo seu familia, milites aut ministri. Etsi enim mens cujusque est quisque, et denominatio ut plurimum sumitur a nobiliori parte, unde et ψυχη pro toto homine et præsertim apud Heb. [sic] tamen nescio quomodo hæc vox σῶμα apud Gr. per usitatam synecd. dici obtinuit de toto composito (ut loquuntur in Schol.), de integra persona. Cujus denominationis videtur duplex ratio assignari posse, quia licet anima sit hominis pars nobilior, tamen corpus est pars notior, utpote sensibus obvia, ideoque denominatio sumitur a notiori parte. 2. quia hoc vocabulum σῶμα, quoties pro *persona* ponitur, respicit præcipue corpus: σώματα enim Gr. dicuntur plerumque *servi, famuli*, vel *nuntæ*, vel etiam *milites*, qui viz. corporis viribus et ministerio rem gerunt. Merito ergo vocantur σώματα, in quibus, non tam ingenium et solertia, consilium et sapientia, quam robur et nervi et vires, requiruntur; atque hæc servorum sors et conditio. σώματα igitur, *servi, personæ*: unde σωματοποιΐα apud Gram. idem quod προσωποποιΐα. Aristot. περὶ θαυμ. ἀκουσμ. Λέγουσιν οὕτω τοὺς οἰκοῦντας [τὰς Γυμνασίας] Ἴβηρας καταγώνους εἶναι, ὥστε ἀντὶ ἑνὸς σώματος θηλυκοῦ διδόναι τοῖς ἐμπόροις τέτταρα καὶ πέντε σώματα ἀρρενα. Polyb. l. i. [c. 61.] οὐ γὰρ πολὺ τῶν μυρίων ἔλειπε σωμάτων τὰ ληφθέντα ζωγρεία κατὰ τὸν κίνδυνον. ubi σώματα sunt *personæ, milites*. Athen. l. v. [c. 10.] Ἀρχιμήδης κατήγαγε [τὸ πλοῖον] δι' ὀλίγων σωμάτων. *navem deduxit pancorum servorum opera.* Harpocr. Νίκανδρος Σόλανά φησι σώματα ἀγοράσαντα εὐπρεπῆ ἐπὶ στέγης στῆσαι. ubi σώματα εὐπρεπῆ sunt *ancillæ pulcræ*. Hunc usum istius vocabuli observat Epiph. Ancyr. εἴωθεν ἡ ἀνθρωπότης καλεῖν τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ὀνόματος, οἷον ὅτι δεσπότης ἐστὶν ὀγδοήκοντα σωμάτων. *solent vulgo hominem de nomine alterius partium ex quibus constat appellare, ut cum dicimus, Est heres* 80 *corporum.* At longe aliter ab antiquioribus Gr. et nominatim ab Hom. hanc vocem usurpatam inveniemus: tantum quippe abest, ut σῶμα pro *homine vivo* seu *persona* sumatur apud pr. poet. ut non nisi de hominis trunco vel cadavere, vel etiam alterius animalis, dicatur. et sic differt εἰ σῶμα et εἰ δέμας, ut hoc vivum sit, illud mortuum. Suid. σῶμα πᾶν τὸ τεθνηκὸς παρὰ τοῖς παλαιοῖς· δέμας δὲ τοῦ ζῶντος λέγεται διὰ τὸ συνδεδέσθαι τῇ ψυχῇ. Eust. [ed. Romæ, 1550. 61.] ἰστέον δὲ ὅτι σημειοῦνται οἱ παλαιοὶ τὸ δέμας τὸν μὲν ποιητὴν ἐπὶ ἐμψύχου ἀεὶ τιθέναι σώματος, ὡς συνδεδεμένου τῇ ψυχῇ, καὶ δι' αὐτῆς συνεστῶτος. τὸ δέ γε σῶμα, ἐπὶ ἀψύχου, τουτέστιν, ἐστερημένου ψυχῆς. διὰ τὸ σῆμα, καὶ ὡς ἄν τις εἴποι μνῆμα γενέσθαι τοῦ ζῶντός ποτε. Addo ex Plut. lib π. Ὁμήρ. ποιήσ. ubi de Hom. philos. [§. 124.] ὅθεν κἀκεῖνο δοκεῖ τοῖς φιλοσόφοις, τὸ εἶναι τὸ σῶμα τρόπον τινὰ τῆς ψυχῆς δεσμωτήριον· καὶ τοῦτο δὲ Ὅμηρος πρῶτος ἐδήλωσε. τὸ μὲν γὰρ τῶν ζώντων, ἀεὶ δέμας προσαγορεύει, ὡς ἐν τούτοις, Οὐ δέμας οὐδὲ φυὴν, καὶ Δέμας δ' ἴκτο γυναικί, καὶ Ἥτοι ἐμὴν ἀρετὴν εἶδός τε δέμας τε· τὸ δὲ ἀποβεβληκὸς τὴν ψυχὴν, οὐδὲν ἄλλο ἢ σῶμα καλεῖ, ὡς ἐν τούτοις, Σῶμα δὲ εἶκαδ' ἐμὸν δόμεναι πάλιν, καὶ Σώματ' ἀκήδεα κεῖται ἐνὶ μεγάροις Ὀδυσῆος, καὶ Σῶμα γὰρ

ἐν Κίρκης μεγάρῳ κατελείπομεν ἡμεῖς. τὸ γὰρ αὐτὸ, ζῶντος μὲν τοῦ ἀνθρώπου, δεσμὸς ἦν τῆς ψυχῆς· τελευτήσαντος δὲ, ὥσπερεὶ σῆμα καταλείπεται.

— 10. χίλια.....ἑκάστην] Viginti symmoriæ sive classes, quarum singulæ sunt 60 hominum, complectuntur mille ducenta corpora: vicies enim 60 efficiunt 1200. Deinde singulæ hæ classes 60 hominum in 5 partes divisæ, assignabant singulis partibus 12 corpora: siquidem duodecies 5, vel quinquies 12, faciunt sexagenos. Nec ad hanc summam subducendam multum Arithmet. opus est.

P. 288. 4. πεντεκαιδεκαναΐαν] Vox inusitatæ compositionis, a ναῦς, *navis*; cujus nec vola nec vestigium exstat apud Lexicogr., nec ullum alium auctorem, quantum memini. ἡ πεντεκαιδεκαναῖα pro πεντεκαίδεκα ναῦς, 15 vel *quindenæ naves*. Composita a ναῦς, *navis*, terminantur vel in εως, vel in ειον. in ειον, ut ἐπίνειον, *navale, emporium*: in εως (termin. Attic.), ut λειπόνεως, πρίνεως, περοπόνεως. Sed nullum alium vocabulum est comp. a ναῦς, *navis*, hujus terminationis in αια, præter hoc unum πεντεκαιδεκαναῖα, quod nec uspiam alibi me legisse memini nisi in hoc loco Demosth. Nec quicquam hic nos juvat vel Harpocration, vel Ulpianus, vel Budæus, nec quisquam alius ex toto Criticorum aut Grammaticorum grege: et certe vox hæc decompos. πεντεκαίδεκα cum nullo alio vocabulo in compos. coalescit, nisi cum his duobus, ἔτος *annus*, unde πεντεκαιδεκαέτης, *quindecim annorum*, et cum ἐρέσσω *remigo*, unde πεντεκαιδεκήρης, *quindeciremis* (ita enim et Lat. audent componere), 15 ordinum remigum, vel 15 remorum, navis, ut τριήρης, πεντήρης, δεκήρης.

— pen. τὸ τίμημα . . . ταλάντων] *census regionis*, vel *agri nostri æstimatio, sit 6 mille talentum*. De censu totius regionis Atticæ luculentus et præclarus hic locus Demosthenis est. Agri (inquit) nostri, h. e. totius Atticæ, census est 6 mille talentum: quod repetit p. 293. antep. quo in loco pro ἑξακισχίλια scriptum fuisse ὀκτακισχίλια auctor est Harpocrat. hisce verbis: ὅτι ἑξακισχίλια ἦν τάλαντα τὸ τίμημα τῆς Ἀττικῆς Δημ. ἐν τῷ περὶ τῶν Συμμοριῶν φησὶν οὕτως· Ἡμῖν δὲ τὸ τῆς χώρας τίμημα ὑπάρχειν ἀφορμὴν ὀκτακισχίλια τάλαντα ἀκούσεται. ἦτοι οὖν γραφικὸν ἁμάρτημά ἐστιν, ἢ ἴσως ὁ ῥήτωρ συναιρπάζει, ἵνα δοκῇ πλείω τὴν ἀφορμὴν ἔχειν ἡ πόλις εἰς τὸν πρὸς βασιλέα πόλεμον. ὀκτακισχίλια igitur Harpocrationis ætate scriptum erat pro ἑξακισχίλια in hoc loco Dem. sive ex culpa et injuria librariorum, sive de industria sic locutus fuerit orator ipse ut res et opes Atheniensium amplificaret. Verum utcunque olim exaratum fuerit; at in nostris certe quotquot bodie exstant, saltem quæ vidi, exemplaribus non 8000, sed 6000, habemus, tot nempe millibus talentum quot millia annorum durabit mundus juxta veterem Rabb. traditionem. Institutus autem hic Atticæ regionis census est tempore belli Peloponn. 60 plus minus annis ante habitam hanc orationem. Desiit enim bellum Peloponn. a. 4. Olymp. 93. habita est autem hæc oratio a. 3. vel 4. Olymp. 107. De hoc censu Attices, et de tempore ejus institutionis fidem nobis facit gravissimus et prudentissimus scriptor Polyb. Hist. l. ii. [c. 62.] Cujus verba, quia insignis hic locus est et ad rem nostram apprime spectans, huc adscribere visum est: τίς γὰρ ὑπὲρ Ἀθηναίων οὐκ ἱστόρηκε διότι καθ' οὓς καιροὺς μετὰ Θηβαίων εἰς τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους ἐνέβαινον πόλεμον, καὶ μυρίους μὲν ἐξέπεμπον στρατιώτας, ἑκατὸν δ' ἐπλήρουν τριήρεις, ὅτι τότε κρίναντες ἀπὸ τῆς ἀξίας ποιεῖσθαι τὰς εἰς τὸν πόλεμον εἰσφορὰς, ἐτιμήσαντο τήν τε χώραν τὴν Ἀττικὴν ἅπασαν καὶ τὰς οἰκίας, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν λοιπὴν οὐσίαν· ἀλλ' ὅμως τὸ σύμπαν τίμημα τῆς ἀξίας ἐνέλιπε τῶν ἑξακισχιλίων διακοσίοις καὶ πεντήκοντα ταλάντοις. Igitur, si Polybio credimus, ista talenta 6 mille integra non fuerunt. siquidem de hoc numero derant 250. Ita ut in hac ratione census Attici inesunda, rotunditatem numeri potius quam exactam veritatem computi respexerit Dem. Nolo jam hic compilare aliorum scrinia de re nummaria et commentaria scribere de talento Attico. Hoc tantum observo de valore talenti Attici, æstimari viz. illud 600 aureis coronatis, monetæ Anglicanæ nostræ vero 250 libris. unde collegimus quam vasta et immanis hæc pecuniæ summa fuerit, qua censebatur regio Attica, quandoquidem τὸ τίμημα τῆς χώρας erat ἑξακισχ. ταλ. *6 mille talentum*. Quod si quis hanc summam subduci velit, et juxta modum modernæ pecuniæ computari, hoc nobis præstitit Bud. l. v. de Asse. "Sex millia (inquit) talentum trioies sexies centies millibus aureorum nostrorum (Gallicorum) æstimare solemus." Cum vero 31 aurei Gall. cum una 3a ad libram nostram concurrant, efficit hæc summa 6000 talentum, circiter duodecies centena millia librarum monetæ nostræ Angl.

P. 289. 1. ποιῆσαι καθ' ἑξήκοντα τάλαντα ἑκατὸν μέρη] Sexagies enim centum faciunt 6 mille.

— 2. εἶτα πέντε ἑξηκονταταλαντίας etc.] Quinquies sexagena talenta singulis viginti magnis classibus assig., ita ut singulæ classes singulis suis subclassibus duodenariis 60 talenta reddant. Hac ratione singuli ex his mille ducentis quinque talenta pendebant, quinquies enim 12 faciunt 60, h. e. monetæ nostræ 1250*l.*, siquidem tal. Att. valet 250*l.* Μεγάλας συμμορίας vocat 20 illas classes, in quas

10 tribus erant divisæ: singulæ enim tribus continebant 2 symmorias, seu classes. Has autem 20 appellat magnas classes ad differentiam minorum illarum classium sive subclassium 12 hominum, in quas singulæ illæ majores *συμμορίαι* erant subdivisæ, ut jam antea diximus. Interp. reddit ita ut classes singulæ singulis quinariis 60 talenta reddant. At vero 5 classes duodenum hominum non dicendi sunt (opinor) quinarii sed duodenarii 5 duodenarii [sic]: 5 enim classes minores, sive, ut ita dicam, subclasses, efficiebant unam majorem sive *συμμορίαν μεγάλην*; nam quinquies duodeni efficiunt 60. Et hoc quidem vel exiguo Arithmeticæ lumine clarum et perspicuum fit. Illud vero quod sequitur obscurius certe et difficilius; ut sc. crescente numero triremium, decrescere deberet numerus talentorum, quasi ad plures naves instruendas paucioribus pecuniis opus esset, et ad pauciores pluribus. Ita enim suadet orator v. 4. *ὅπως ἐὰν μὲν ἱμᾶν ἑκατὸν* etc. ut si centum triremibus fuerit opus, 60 talenta sumptum absolvant; sin ducentis opus fuerit, triginta sint talenta quæ sumptum coefficiant: Iniqua sane hæc et præpostera esset ratio *τῆς ναυτικῆς συντάξεως*, si hic locus ita sumeretur, prout verba sonare videntur, quasi ad pauciores naves apparandas plures nummi impendendi viderentur, et vice versa. At longe alia Demosthenis mens est. Non enim id vult Orator, viz. ut universa ea 60 talenta in centum triremes impenderentur, et sic deinceps: sed ut singuli duodeni, quorum census est sexagenum talentum, sint trierarchi, h. e. unam triremem instruerent. Atque ita completus foret numerus centum navium: centies enim duodeni erant viz. mille ducenti, qui in censum veniebant, et quibus impendere debebat grande hoc et sumptuosum trierarchiæ munus. Sensus igitur hujus loci est: Quo levius bellum ingruerit, eo pauciores triremes et minores impensæ requirentur; quo gravius, eo pluribus navibus et majoribus impensis opus erit: nam si centum tantum navibus opus fuerit, tum duodecies homines, quorum census 60 talentis æstimatur, unam triremem in commune instruere debebunt; quantum sc. gravius est bellum, illi duodenam conferre debebunt. Sin duplo plures, viz. ducentæ naves, ad hoc bellum requirantur, tum duplicabuntur impensæ, et singuli seniones, quorum census est 30 talentorum, erunt itidem trierarchi, h. e. unam pariter triremem apparabunt. Sin vero adhuc gravius sit bellum, adhuc plures, trecentæ sc. triremes ad bellum instruendæ sint, tum gravius erit adhuc onus; siquidem singuli 4 terniones, quorum census est 20 talentum, idem munus atque onus trierarchatus subibunt, quod duodeni illi vel seni subiissent. Hæc fusius explicare volui, quia a statim fronte perplexa et involuta videntur. Cf. Ulpian. vol. vi. p. 68. Atque hio quidem Symmoriarum ordo et ratio erat apud Athenienses, atque hactenus antiqua classium distributio. Quod vero hic sequitur apud Dem. ipse de suo addit, estque proprium ipsius inventum; ut viz. illis 1200, ex quibus viginti classes constabant, adderent alii octingenti, qui efficerent numerum 2000. Quod eo consilio fecit, ut ex hoc censu exemptis iis, quibus lex vel ratio vel consuetudo immunitatem a tributis liturgiisque concessit, quales erant *ἐπίκληροι, ὀρφανοὶ, κληρουχικοὶ, κοιναυικοὶ*, ut his (inquam) exemptis numerus 1200 adhuc integer permaneret. Sequitur et alia subdivisio symmoriarum sive classium, quam hic proponit et suadet Dem. p. 287. antep. *τούτων* (inquit) *τῶν συμμοριῶν ἑκάστην διελεῖν κελεύω εἰς πέντε μέρη κατὰ δώδεκα ἄνδρας*. ita ut unaquæque classis distribueretur in 5 partes, quarum singulæ essent 12 hominum; quinquies enim 12 faciunt 60, ex quo numero classis constabat: nec enim verisimile est hos 1200 integram suam substantiam, aut reditus suos annuos, in Reip. usus contulisse, sed partem aliquam et portionem bonorum atque facultatum. *Τίμημα* igitur hic non est census, seu æstimatio, seu taxatio, integræ substantiæ aut omnium bonorum, sed partis tantum et (ni fallor) quintæ partis, quod videor mihi colligere ex loco quodam Demosth. Or. c. Aphob. [A. §. γ'.] *δῆλον μὲν τοίνυν καὶ ἐκ τούτων ἐστὶ τὸ πλῆθος τῆς οὐσίας. πεντεκαιδέκα ταλάντων γὰρ τρία τάλαντα τίμημα· ταύτην ἠξίουν εἰσφέρειν τὴν εἰσφοράν. manifesta est igitur per ea quæ audistis relictarum mihi fortunarum copia, siquidem 15 talentorum censum 3 talenta, collectionem meo nomine faciendam, censuerunt tutores mei*, etc. Cum ergo Dem. facultates suas 15 talentum fuisse ex eo argumentatur, quod tribus talentis census fuerit; hinc omnino sequitur, quinta annua tantum parte bonorum censos fuisse cives Atticos 13. a. 5½. part. est *τῶν* 15. 1. [sic] qui quinis talentis censi in capita dicuntur. Per *τίμημα τῆς χώρας* intell. *census totius Atticæ regionis*, non urbis tantum Athenarum. Census enim ipsius urbis primum non nisi 130 talentum fuit: quæ tamen postea ita auxit fortuna, ut 400 fierent. Locuples hujus rei testis Dem. in Phil. Δ. p. 237. 15. *Ἦν ποτ' οὐ πάλαι* etc. Aliud igitur *τίμημα τῆς χώρας*, aliud *τίμημα τῆς πόλεως*, quanquam hoc fortasse in illo comprehensum, ut pars in toto: ut enim urbs Athenarum in regione Attica sita (opinor), census reditusque urbis in censu regionis inclusus et contentus; ita ut 4000

hæc urbis talenta non fuerint illis 6000 superaddita, sed in iis inclusa et comprehensa, alioquin ingenue fatenr mihi non satis constare sensum hujus census, nec rationem hujus compnti. Fuisse autem hunc censum (de quo hic loquitur Dem ) non urbis tantum Athen., sed totius Atticæ regionis, fidem facit tum quod eum non vocat orator *τίμημα τῆς πόλεως*, sed *τῆς χώρας*, tum etiam id aperte colligi videtur ex verbis Polyb. jam citatis, ubi de hac ipsa re agit: *ἐτιμήσαντο τήν τε χώραν καὶ τὴν Ἀττικὴν τὴν ἅπασαν*. nec vero obstat, quod hic suadet Dem. de distributione hujus census classes sive symmorias illorum hominum 1200. Cum enim dicunt auctores populum Athen. in 10 tribus, et 20 symmorias fuisse divisum, id non intelligendum de solis Athen. incolis, et qui intra urbem habitarunt, sed de universo populo Attico, quotquot infra ditionem ambitur [sic] et regionem *τῆς Ἀττικῆς*. fuerunt nam in agro Attico, seu regionem partes Athen. acropolim et metropolim *τῆς χώρας* [sic], alia etiam oppida et urbes fuerunt, ut Marathon, Sunium, Piræeus, et aliæ. Erat igitur hoc *τίμημα τῶν χιλίων καὶ διακοσίων τριηρ.*, mille ducentum, qui publice pendere tenebantur: dicitur tamen *τίμημα τῆς χώρας*, census, quatenus hi mille ducenti per totam regionem erant dispersi, nec in uno loco habitabant; atque ita exp. Ulpian. non de censu omnium civium Athen. sed de censu tantum mille ac ducentorum divitum, ex quibus hæ symmoriæ seu classes constabant: *τὴν δὲ οὐσίαν τὴν τῶν χιλίων καὶ διακοσίων τριηράρχων τετιμῆσθαί φησι ταλάντων ἐξακισχιλίων*. et tamen paulo antea dixerat, describi hic a Dem. *τὴν οὐσίαν πάντων τῶν οἰκουμένων τὴν πόλιν*. quod nullo modo constare potest. nec enim sine tota substantia, nec omnium civium, sed quinta pars substantiæ, sed eorum duntaxat 1200, qui in symmorias seu classes conscribebantur [sic]. Hoc primum insuper annotandum, *τὸ τίμημα τῆς χώρας*, annuum censum seu reditum agri Attici, distinguendum esse a tributo sociorum. Socii autem Athen. qui *ὑποτελεῖς* et vectigales iis fuerunt, et tributum iis pendebant, hi præcipue erant Chii, Lesbii, Platæenses, Messenii, Coreyræi, Zacynthii, Thraces, Melii, aliique, quos accurate enarrat Thucyd. l. ii. [c. 9.] Hoc tributum a sociis pendendum primus instituit Aristides; unde et *ὁ ἐπ' Ἀριστείδου φόρος* dicebatur idem. Thucyd. l. v. [c. 18.] *τὰς δὲ πόλεις, φερούσας τὸν ἐπ' Ἀριστείδου φόρον*, [cf. Plut. Aristid. c. 24.] *εὐποτμίαν τινὰ τῆς Ἑλλάδος ὀνομάζοντες ὕμνουν*. Erat autem primum id tributum ab Aristide institutum talentorum 460. Suid. *τετρακόσια τάλαντα καὶ ἑξήκοντα ἐτάχθη ὁ φόρος ὑπὸ Ἀριστείδου τοῦ δικαίου*. Ad exigendum hoc tributum Ἑλληνοταμίαι (magistratus quidam) instituti sunt. Thucyd. l. i. [c. 96.] *Ἑλληνοταμίαι τότε πρῶτον Ἀθηναίοις κατέστη ἀρχὴ, οἳ ἐδέχοντο τὸν φόρον. οὕτω γὰρ ὠνομάσθη τῶν χρημάτων ἡ φορά. ἦν δ' ὁ πρῶτος φόρος ταχθεὶς, τετρακόσια τάλαντα καὶ ἑξήκοντα.* Pericles postea hoc tributum ad 600, alii ultra, et usque ad 1300 talenta auxerunt. Et de Pericle quidem testis Thucyd. l. ii. [c. 13.] *Θαρσεῖν τε ἐκέλευε, προσιόντων μὲν ἑξακοσίων ταλάντων ἐπὶ τὸ φόρου κατ' ἐνιαυτὸν ἀπὸ τῶν ξυμμάχων τῇ πόλει ἄνευ τῆς ἄλλου προσόδου*. ubi aperte distinguit *φόρον*, h. e. *tributum*, *ἀπὸ τῆς ἄλλου προσόδου*, *ab alio censu redituque*. Post mortem vero Periclis excrevisse hoc tributum usque ad talenta 1300 auct. Plut. in Aristid. [c. 24.] *Περικλέους δ' ἀποθανόντος, ἐπιτείνοντες οἱ δημαγωγοὶ κατὰ μικρὸν, εἰς χιλίων καὶ τριακοσίων ταλάντων κεφάλαιον ἀνήγαγον*. De hac summa 6000 talentum, quibus annui reditus regionis Atticæ censebantur, duas præterea observationes libet attexere. (1.) Tot erat talentorum census Atticus, quot erant drachmæ in talento Attico. Valebat enim talentum Atticum Atticas drachmas numero 6000. Continebat enim talentnm 60 minas, et mina 100 drachmas. Sexagesies autem millicentena [sic] efficiunt 6000. Poll. *τὸ μὲν Ἀττικὸν τάλαντον ἐξακισχιλίας ἐδύνατο δραχμὰς Ἀττικάς*. Tot ergo talenta in censu Att. quot drachmæ in talento Att. (2.) Idem numerus talentorum in censu Attico, qui testularum requirebatur ad Ostracismum Att. utrobique viz. 6000. Nemo siquidem Ostracismo erat mulctatos, nisi sex millibus *τῶν ὀστράκων*, h. e. testularum seu calculorum, damnatos fuisset. Schol. Com. disertis verbis: *ἀριθμηθέντων δὲ τῶν ὀστράκων, ᾧ πλεῖστα γένοιτο καὶ μὴ ἐλάττω ἑξακισχιλίων, τοῦτον ἔδει ἐν δέκα ἡμέραις μεταστῆναι τῆς πόλεως, εἰ δὲ μὴ γένοιτο ἑξακισχ. οὐ μεθίστατο.*

— antep. *τὴν δαπάνην διαλύοντα*] *sumptum solventia*. διαλύειν in hac synt. cum voce *χρήματα* aut *δαπάνην*, aut ejusmodi, est *solvere*, *pendere*, *τίνειν*, *ἐκτίνειν*, *καταβάλλειν*. Noster alicub. *διαλύω χρήματα ὑπὲρ τῶν φίλων*, *solvo pecuniam pro amicis*, res alienum pro iis dissolvo: ita 'dissolvere æs alienum' et 'pecnniam dissolvere' apud Cic. aliquoties. Hæc antem significatio hujus verbi Att. fere scriptoribus tantum in usu est: nnde suspicor esse *μνημονικὸν ἁμάρτημα* doct. Lex. ubi de hac phrasi Herodotum citat pro Demosthene: affertur enim (inquit) et *διαλύειν τὴν δαπάνην* ex Herodot. pro *sumptum suppeditare*, imo ex Demosth. Et hæc quidem locus est, quam præ manibus habemus, nbi hæc phrasis occurrit, quæ (opinor) non omnino exstat apud Herodotum. Ab hoc significatu formatur elegans illud vocabolum compos. *λυσιτελὲς*

et λυσιτελεῖν, παρὰ τὸ λύειν τὸ τέλος. id enim proprie est λυσιτελ. quod solvit impensam, QUITS THE COST, quod est pretio dignum, commodum, et conducibile.

— ult. τὰ ὀφειλόμενα τῶν σκευῶν] *armamenta debita et requisita.* σκεύη hic sunt armamenta naviom, *tackling* vulgo dicimus: alioqui σκεῦος est *vas*, aut *instrumentum quodcunque*, aut *quævis supellex*, cæt. De hac voce σκεῦος, quantumvis sat trita et usitata, liceat tamen mihi quædam observanda proponere. Σκεῦος; gen. vox est, et significat quævis organa, seu instrumenta, seu utensilia, et supellectilem quamcunque, sive bellicam, sive nauticam, sive rusticam, sive domesticam, sive aliam quamcunque. hinc σκεύη πολεμικὰ Thuc. σκευαγωγικὰ Poll. σκεύη μαγειρικὰ apud Athen. et σκεύη ναυτικὰ et τριηρικὰ apud Demosth. (2.) Σκεῦος est vox quam οἶδεν ὁ ποιητὴς, τοῖς καταλογάδην scriptoribus tantum familiaris, poetis non adeo vel non omnino in usu; non certe Hom. qui pro σκεύη *instrumenta* habet ὅπλα et ἔντεα, pro σκεύη ταῦτα, ἄγγεα. (3.) Σκεῦος in sing. frequens quidem est in sacra pagina: sed rarius apud τοὺς ἔξωθεν. Apud Atticos certe et elegantiores Gr. fere tantum in plur. σκεύη ναυτικὰ, πολεμικὰ, etc. est enim vox collectiva, seu comprehensiva, et significat fere numerum, seu aggregationem plurium instrumentorum, quæ ad rem aliquam ideoque non memini me in sing. legisse apud Script. Att. (4.) At τὰ σκεύη in plur. sunt *quævis organa*, seu *instrumenta in agendo*; ita ἡ σκευὴ in sing. est *quivis habitus, apparatus*, aut *ornatus cujuscunque artis* aut *artificii*, sive militaris, sive musicus, sive nauticus, sive alius quicunque. Herodot. de Arion. [i. 24.] τὸν δὲ ἐνδύντα τε πᾶσαν τὴν σκευὴν καὶ λαβόντα τὴν κιθάρην etc. (5.) Σκεῦος in N. F. duas peculiares significationes obtinet: unam qua ponitur pro *malo navis*, Act. xxvii. 17. χαλάσαντες τὸ σκεῦος οὕτως ἐφέροντο. ubi licet alii τὰς, alii *scapham*, alii *celum* interpret. malo tamen pro *malo* sumere, cum duobus illis literarum heroibus, H. et G.; alteram, qua σκεῦος pro *homine*, seu *corpore humano*, myst. et metaph. ponitur; ut ὀστράκινα σκεῦος, *vas testaceum* aut *fictile, corpus fragile*, ὀσφραίνειν etc. [2 Cor. iv. 7.] sic mulier dicitor ἀσθενέστερον σκεῦος [1 Pet. iii. 7.], et possidet unusquisque τὸ σκεῦος ἑαυτοῦ, *vas suum, corpus suum*, in sanct. et pur. [1 Thess. iv. 4.] Nec enim *uxor* ibi per σκεῦος intellig. ut vir doctiss. putat. (6. et ultim.) In N. ibidem F. ἡ σκευὴ in sing. idem omnino est quod hic τὰ σκεύη in plur. in loco Act. jam cit. [19.] τὴν σκευὴν τοῦ πλοίου ἐῤῥίψαμεν, ubi Beza *armamenta* navis alicujus rectissime, quicquid in contrarium afferat vir magnus, qui *merces* quam *armamenta* intelligi mavult, nec satis capio quid velit, qui dist. inter τῶν σκεύων et τῶν σκευῶν. Primo (inquit) agit de jactu τῶν σκεύων, deinde τῶν σκευῶν. et mox citat locum ex Jon. i. 5. καὶ ἐκβολὴν ἐποιήσαντο τῶν σκευῶν τῶν ἐν τῷ πλοίῳ. ita enim legi vult, cum hodie (inquit) τῶν σκευῶν legatur. quod mirum sane mysterium est in re critica, ac si ullum esset in accentu discrimen inter bos duo gen. plur. τῶν σκευῶν et ἡ σκευή. ac si gen. plur. a τὸ σκεῦος non æque circumfl. ult. σκευῶν, ac a dicit. σκευὴ, σκευέων, ᾶν, et τειχέων, ᾶν, et μεξέων, ᾶν, quod hic statim sequitur. Sed facile profecto fieri potest, ut rationes accentuum et minutiæ hæ Gram. fugerint virum doctissimum, altiora et graviora meditantem.

P. 290. 1. ἐκ τοῦ διαγράμματος νεῖμαι] *ex tabula*, vel *scripto, distribuere.* Vox διάγραμμα πολύσημος est. Sed duæ potissimum ejus significationes occurrunt apud auctores, Mathematica et Politica. Et imprimis sensu Mathematico διάγραμμα est vel Geometri vel Musici. Apud Geometras διάγραμμα figura est seu schema quod ex elementis constat, puta triangulus α. β. γ. διαγράμματα sunt descriptæ formæ ex elementis compositæ, quales exstant apud Euclidem. Ita usus est Aristot. de Soph. Elench. ii. 1. συμβαίνει δέ ποτε, καθάπερ ἐν τοῖς διαγράμμασιν, οὕτω καὶ ἐν τοῖς ἐλέγχοις, *ut in descriptionibus Mathematices, ita etiam in elenchis.* Xenoph. Mem. l. iv. [7. 3.] τὸ δὲ μέχρι τῶν δυσχερεστάτων διαγραμμάτων γεωμετρίαν μανθάνειν ἀπεδείκνυεν. ubi διαγράμματα sunt theoremata Geometrica. Habent et Musici sua διαγράμματα: sunt autem eæ descriptiones ex quibus composita fuerit alicujus cantici harmonia. Constat hujusmodi διάγραμμα ex 5 vel 6 (opinor) lineis, certis quibusdam notis et characteribus signatis et interpunctis: et est hæc quasi scriptura tonorum et soni. Pulcherrimi hujus inventi auctor fuisse perhibetur Stratonicus Athen. Citharœdus. Ita enim de eo nescio quis apud Athen. [viii. 12.] Στρατόνικος ὁ Ἀθηναῖος δεικνὺς τὴν πολυχορδίαν εἰς τὴν φιλὴν κιθάρισιν πρῶτος εἰσενεγκεῖν, καὶ πρῶτος μαθητὰς τῶν ἀρμονιῶν ἔλαβε, καὶ διάγραμμα συνεστήσατο. ubi διάγραμμα συστήσασθαι est sonorum systemata in tabella describere, et spectanda oculis exhibere. Atque hinc manavit proverbium de eo qui idem sæpius dicit et eadem oberrat chorda. ἀφ' ἑνὸς διαγράμματος ἀεὶ τὸ αὐτὸ ὑπακούει. Plut. de discr. adul. et amic. [c. 16.] ὅθεν, ὥσπερ ἁρμονικὸς, ὁ φίλος τῇ πρὸς τὸ καλὸν καὶ συμφέρον μεταβολῇ, τὰ μὲν ἐνδιδοὺς, τὰ δ' ἐπιτείνων, σπιλλάκις μὲν ἁδὺς, ἀεὶ δ' ἀφίλμβός ἐστιν· ὁ δὲ κόλαξ, ἀφ' ἑνὸς διαγράμματος ἀεὶ

τὸ ἡδὺ καὶ τὸ πρὸς χάριν εἰωθὼς ὑποκρέκειν, οὔτε ἔργον οἶδεν ἀντιτεῖνον, οὔτε ῥῆμα λυποῦν, ἀλλὰ μόνῳ παρέπεται τῷ ζουλομένῳ, συνᾴδων ἀεὶ καὶ συμφθεγγόμενος. *adulator quasi unica tantum nervi intentione identidem solitus eandem vocem reddere.* ita vertit Xyland. ut διάγραμμα non est *intentio nervi, ἐπίτασις τῆς χορδῆς*, sed id quod diximus, viz. descriptio in tabula. Jam διάγραμμα in sensu politico duobus fere modis a Gr. usurpatur. Aliquando enim διάγραμμα idem est et πρόγραμμα, διάταγμα, *edictum*, seu *decretum, principis*, aut *magistratus, quod* viz. *in scripto aliquo* vel *tabella proponitur.* Plut. Lucull. [c. 36.] ἀλλ' ἐκώλυεν ἐκτιθεὶς διαγράμματα. *vetabat publicatis edictis.* Id. Cic. [c. 32.] διάγραμμα προὔθηκεν εἴργειν πυρὸς καὶ ὕδατος τὸν ἄνδρα. *edictum promulgavit interdicere hominem aquæ et igni.* Appian. ἐμφυλ. v. [c. 67.] χρημάτων δὲ ἐς αὐτὸν οὐκ ὄντων, προὐτέθη διάγραμμα, εἰσφέρειν ἐπὶ τοῖς θεράπουσι τοὺς κεκτημένους. *promulgabatur edictum*, etc. Denique διάγραμμα est tabula in qua census civium describuntur, in qua sc. describitur, quantum quisque εἰσφέρειν, *in publicum conferre*, debet, vulgo *a table of rates;* atque ita in hoc loco Demosth. Igitur ἐκ τοῦ διαγράμματος νεῖμαι est ex hujusmodi scripto, seu tabella, seu breviario, census distributiones facere, et unicuique pro suis facultatibus ratam tributi portionem assignare. Suid. et Harpocr. Διάγραμμα, τὸ ταττόμενον ἐν ταῖς συμμορίαις, ὁπόσον ἕκαστον ἄνδρα εἰσφέρειν δεῖ· ἐτάττετο δὲ οὐ τὸ αὐτὸ πᾶσιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν τίμησιν τῆς οὐσίας. Διάγραμμα ergo dicebatur non tantum tabula τῶν τιμημάτων, *tributorum*, sed etiam ipsa pecuniæ summa, seu rata portio, quantam quis publico pendere debebat pro ratione facultatum; atque hoc clarius postea indicat Suid. ὅταν εἰσφορᾶς δεήσειεν εἰς τὸ κοινὸν, πολέμου ὄντος, τὸ ἑκάστῳ ἐπιγραφόμενον ἀργύριον διάγραμμα καλεῖται.

— 9. πλήρωσις] Gen. est *impletio, repletio*, quæcunque; sed hic specialiter pro repletione navium, triremium: modum enim hic describit Dem. quo triremes navalibus copiis classiariisque militibus instruantur, atque ita πλήρωσις frequenter αὐτονομαστικῶς, ubi de re nautica; sic πλήρωμα, quod gen. est quodvis complementum aut supplementum, speciali ratione a Gr. restringitur ad *complementum navium*, et πληρώματα absolute dicuntur *nautæ*, vel *remiges*, vel *milites classiarii*, quibus πληροῦνται naves, *complementum.* Ita passim apud puriores Gr. ut non opus sit exempla adducere. Πληρώματα in plur. ἁπλῶς et per se positum, semper significat *copias navales*, seu *milites classiarios*, sic apud Thucyd. Xenoph. Polyb. aliosque Gr. Hist. utraque pag.

— 13. νεώσοικοι — νεώρια] De his vocibus vid. alibi. Promiscue poni hæc duo vocabula apud auctores observo: nec de eorum discrimine satis convenit inter Grammat. Eust. [p. 1652.] confundi ait, idque apud Atticos: Ἴωνες μὲν νεᾶνας φασίν· Ἀττικοὶ δὲ νεωσοίκους καὶ νεώρια. etiam Hesych. pro eodem sumit: Νεώσοικοι τὰ νεώρια ἔνθα ἡ ναῦς χειμῶνος εἰσφέρεται. Alii sic distinguunt inter νεώρια et νεωσοίκους, ut ambo quidem sint *navalia*, seu loci in litore navium capaces: sed et νεώρια sint *navalia ubi fabricantur naves;* νεώσοικοι autem *navalia ubi naves subducuntur*, quæ et alio nomine νεώλκια Gr. vocantur. Sed profecto hoc discrimen non est magni faciendum, siquidem νεώριον generaliter est ναύσταθμος, locus sive fabricandis sive subducendis navibus idoneus; deinde idem fere locus in litore et fabricandis navibus et subducendis inservire solebat, utique hodieque apud nos videmus. Mallem igitur ita hæc duo vocabula distinguere, ut νεώριον in se plures contineat νεωσοίκους. νεώριον idem erit quod ναύσταθμος, *navale*, totus ille ambitus plurium navium tecta et stationes in se continens: at νεώσοικος erit unius tantum navis statio, quasi navis tectum aut domicilium; ita ut in uno νεωρίῳ sint plures νεώσοικοι. Et forte hoc est quod vult Harpocr. hisce verbis dubiis alioquin et subobscuris: Νεώρια καὶ νεώσοικοι. μήποτε νεώρια λέγεται ὁ τόπος ἅπας εἰς ὃν ἀνέλκονται αἱ τριήρεις, καὶ πάλιν ἐξ αὐτοῦ καθέλκονται. et Auctor Etym. loco jam laud. νεώσοικοι καταγώγια εἰσὶν ἐπὶ θαλάσσης ᾠκοδομημένα πρὸς ἀποδοχὴν τῶν νεῶν· νεώρια δὲ ἡ τῶν ὅρων (vel ὅρμων) περιβολή. Huc accedit, quod νεώσοικοι, tantum in plur. legitur, non autem νεώσοικος in sing. ut νεώριον, quia sc. in unoquoque νεωρίῳ sive *navali* plures erant νεώσοικοι, *navium tecta* seu *domicilia:* neque aliter accipi possunt hæ duæ voces in hoc loco Demosth.: juxta cujus sententiam decem fuerint νεώρια pro numero tribuum Atticarum et in singulis τῶν νεωρίων 30 νεώσοικοι, ita ut tertia pars τοῦ νεωρίου, h. e. 10 νεώσοικοι resp. τῇ τριττύι, h. e. tertiæ parti tribus, τῆς φυλῆς: seu unaquæque tribus unum νεώριον, et triginta naves, et totidem νεωσοίκους apparare debebant. Cum itaque decem erant tribus, exinde consurget numerus 300 navium, et totidem νεωσοίκων: decies enim 30 faciunt 300. Atque hic (ni fallor) sensus est horum verborum: φημὶ τοὺς στρατηγοὺς δεῖν διανεῖμαι τόπους δέκα τῶν νεωρίων, σκεψαμένους ὅπως ὡς ἐγγύτατα ἀλλήλων κατὰ τριάκοντα ὦσι νεώσοικοι. ita enim sumo hæc voc. τόπους δέκα τῶν νεωρίων pro δέκα νεώρια: nec enim νεώρια idem quod postea νεώσοικοι: nec enim illo modo verisimile est in eadem sententia adeo lascivire et luxuriare copia verborum Demosthenem, quo

nihil purius, pressius, nec castigatius, ut quod prius dixit νεάρια, mox appellet νεωσοίκους. In uno igitur νεαρίῳ plures νεώσοικοι. Aliud quinetiam est τὸ ἐπίνειον, viz. *emporium* seu *oppidum maritimum*, A PORT OR HAVEN TOWN, in quo plura sunt νεάρια, ut Pirræus Atheniensis, celebre illud navale. Schol. Thuc. [i. 30.] ἐπίνειόν ἐστι πόλισμα παραθαλάσσιον, ἔνθα τὰ νεάρια τῶν πόλεων, ὥσπερ ὁ Πειραιεὺς τῶν Ἀθηναίων. Si modo *navale* vocandum sit τὸ ἐπίνειον: nec enim ausim affirmare id Lat. nomen habere: *navalia* enim sunt ea quæ a Græcis νεώρια dicuntur, inquit Bayf. de re navali. ἐπίνειον igitur spatiosius et majus quam νεάριον, et νεάριον quam νεώσοικος. ἐπίνειον ambitu suo continet plures νεάρια, et νεάριον plures νεωσοίκους.

— 18. διελεῖν τρίχα] *dividere trifariam*, vel *in tres partes distribuere*, τριχοτομεῖν. De hoc adverbio τρίχα hæc observo: Quod omnia coincidit cum τρίχα accus. a θρὶξ, *capillus*, tum literatura seu scriptione, tum accentu seu tono; adeo ut διελεῖν τρίχα sit etiam *dividere pilum*, quod proverbialiter dici potest, vel de homine tenaci et sordido, ut κυμινοπρίστης, vel de æquo et exacto rerum distributore, qui rem aliquam exacte et ad amussim dividit, et ad pilum, ut nos vulgo loquimur. Hoc viz. esset διελεῖν τρίχα. Hoc adverbium τρίχα habet accentum in penult. etsi fiat a circumfl. τριχῆ, ut δίχα a διχῆ. unde cum poet. assumit θ, fit oxytonum, ut pro τρίχα τριχθὰ, sic διχθὰ, τετραχθὰ, etc. Hoc adverbium τρίχα est penacutum ex gen. reg.: omnia enim adverbia dissyll. desinentia in α sunt penacuta, ut ἅμα, σάφα, λάθρα, κρύβδα, δίχα, τρίχα, τάχα, etc. Excep. comp. tantum desinentia in θὰ, quæ sunt oxyton. ut δηθὰ, διχθὰ, τριχθὰ, et unum præterea incipiens a θ, θαμά. Sed vereor profecto ne et hoc etiam sit διελεῖν τρίχα, *pilum* (ut aiunt) *dividere*, hos sonorum apices, et tonorum et accentuum minutias tam exacte et subtiliter consectari.

— antep. τριττὺς] Si Gr. et Lat. vocis analogia spectetur, esset tribus, sed est tertia pars tribus, τρίτον μέρος τῆς φυλῆς, quæ alio nomine φράτρα et Ion. φρήτρη. [Il. B. 362.] Κρῖν' ἄνδρας κατὰ φῦλα, etc. ubi Eustb. φρήτρη ἐστὶν ἡ τριττὺς, ἤγουν τρίτον μέρος τῆς φυλῆς. (De subdivisione tribuum Athen. in τριττῦς, vid. in calce libri.) Harpocr. et ex eo Suid. τριττύς ἐστι τὸ τρίτον μέρος τῆς φυλῆς· αὕτη γὰρ διήρηται εἰς τρία μέρη, τριττῦν, καὶ ἔθνη, καὶ φρατρίας, ὡς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ. quæ verba non ita accipienda sunt ut sonare videntur; ac si trium harum partium τῆς φυλῆς una diceretur τριττὺς, altera ἔθνος, et tertia φρατρία: putat enim aliquis ea verba hunc sensum præ se ferre. αὕτη διήρηται etc. *ea divisa est in tres partes*; imo *tria hæc nomina communia singulis partibus erant*, et τριττὺς, et ἔθνος, et φρατρία, ita ut tria hæc vocab. plane sint synonyma. Hoc aperte docet idem Gramm. qui, ut hic τριττὺν ait esse τρίτον μέρος etc. ita alibi φρατρία (inquit) ἐστὶ τὸ τρίτον μέρος τῆς φυλῆς. Idem ergo τριττὺς καὶ φρατρία. Differunt τριττὺς et τριττύα. Τριττὺς est τριὰς, *ternio*, (eadem forma qua τετρακτὺς, *quaternio*: unde τετρακτὺς Pythag. juxta Hes.) vel *tertia pars*, et peculiariter *tertia pars* τῆς φυλῆς, seu *tribus* Atticæ, uti jam diximus. At τριττύα erat sacrificium quod ex tribus animalibus constabat, sue, ove, et tauro, unde Lat. *Suovetaurilia*. Eustath. οἱ παλαιοὶ τριττύαν ἔλεγον τὴν ἐκ τριῶν ζώων θυσίαν. Variant Gram. tria hæc animalia, quæ τὴν τριττύαν faciebant: alii, duas oves et bovem; alii, bovem et caprum et ovem; alii, suem et arietem et taurum seu bovem; alii, denique, suem et ovem et taurum, unde Suovetaurilia, ut dixi. Sed quæcunque fuerint duæ aliæ animales, semper una ex tribus bos fuit: unde hujusmodi τριττύα, seu 3 victima, βούτριττος vocabatur, διὰ τὸ προηγεῖσθαι αὐτῆς, οἷα νηὸς πρῶραν, τὸν βοῦν (aiunt Gramm.) [Eustath. p. 1676.] *quia reliquis duobus animalibus præivit et primum locum occupavit bos, tanquam prora navis.* Porph. π. ἀπ. l. II. ἡ πόθεν οἱ μὲν τριττύας χρυσόκερως, οἱ δὲ ἑκατόμβας ἔθυον. ubi τρίττυας potest esse accus. vel a τριττὺς, vel a τριττύα.

— 291. 6 πόρου] Πόρος et φόρος non multum differunt, nisi quod πόρος generalior est et significat *quemvis reditum*, seu *proventum*, seu *rationem pecuniæ acquirendæ*; at φόρος, *vectigal*, *tributum*, proprie est quod a provinciis penditur, et sic differt a τέλος, quod a civibus: quanquam sæpissime confunduntur hæc voces, et pro synon. habentur. πόρος a πείρω *transeo*, ut a σπείρω σπόρος, a μείρω μόρος, a πείκω ποῖκος, etc. Πόρος igitur proprie et primit. nomine est *transitus*, atque inde transiit hæc vox ad alias etiam res significandas. Tres autem sunt hujus vocis significationes maxime notabiles, quas per eandem vocem sub diversis præpositionibus exprimunt Lat. *transitus*, *exitus*, *reditus*. Harum significationum secunda dependet ex prima, et tertia ex secunda. Πόρος proprie est *transitus*, *trajectus*, et hæc est prima et primæva vocis significatio; et quia qui transit aliquo, viam invenit qua se aliqno transferat, hinc πόρος etiam est μηχανὴ *via*, *modus*, seu *ratio excogitata aliquid faciendi* aut *acquirendi*, et quia tot modi excogitantur acquirendæ pecuniæ (nam παντὶ τρόπῳ καὶ μηχανῇ nummi captari solent) (quærenda pecunia jam quæstus a quærendo) [sic], inde specialiter et κατ' ἀντονομασίαν πόρος est

via seu *ratio acquirendæ pecuniæ*, idemque fere est quod πόρισμα vel πορισμός, *lucrum*, vel πρόσοδος, *reditus, vectigal*. Prima notio est Hom. in Catal. [B. 592.] καὶ Θρύον Ἀλφειοῖο πόρον. *Alphei transitum, trajectum, vadum*, ubi Alpheus sc. transiri, tranari potest. Is enim, ut primus et antiquus est scriptor, ita voces in prima et originali et primitiva sua notione usurpat, uti jam ante observasse memini. Sic igitur ille. Secunda significatio magis obtinet apud alios poetas, et communiores Gr. Æsch. Prom. Vinct. [ver. 59.] δεινὸς εἰρεῖν κἀξ ἀμηχάνων πόρον. *solers rebus ex arduis invenire exitum*, modum quo se extricare queat. Tertia denique significatio est Attica, in qua sc. *de quæstu et re nummaria*, atque ita frequenter apud Histor. aliosque πεζογράφους. Πόρος est πρόσοδος, *proventus, reditus, ratio* seu *modus quo pecunia advenit et acquiritur*, et aliquando *ipsa pecunia, quæstus*. Atque hinc audivi quendam derivantem vocabulum nostrum vernaculum POOR, *pauperem*, quasi ἄπορον per antiphrasin; nam ἄπορος Gr. est *pauper*. Quanquam vero Gr. L. δεινὰ εὔπορος sit, valde frequens et dives et copiosa, vereor tamen, ne ineptum et ridiculum sit tot voces vernaculas aut etiam Latinas ex Gr. fontibus derivare tam frigide et coacte, quam nonnulli faciunt (nec dubito quin nonnulla vocabula etiam in Lingua nostra Gr. habeant originem), præsertim cum manifesto Etymon suum et originem aliunde præ se ferant. ut nostr. POOR a Lat. *pauper*, abjiciendo mediam consonantem, quod solenne et tralatitium est in vocibus a Lat. derivatis. Sed hæc obiter. χρημάτων καὶ πόρου videtur esse Hendiadys pro χρημάτων πόρου, vel πόρου χρημάτων, *de pecuniis et reditu*, pro *reditu pecuniarum*. Lat. Int. *quod ad pecuniam attinet*. Et videtur aliquam parandorum sumptuum rationem modum quod spectat comparandæ pecuniæ [sic]. Observandum igitur hoc vocabulum πόρος hoc in sensu, sc. *de re pecuniaria*, poni, vel ἁπλῶς et per se et absolute pro πόρος χρημάτων (atque ita frequenter occurrit apud Philos. in lib. Polit. Xenoph. et alios), vel ἐντελῶς cum genit. χρημάτων. Et sic fere apud Dem. ut Glynth. A. p. 22. v. 5. quod si πόροι per se ponatur pro *reditibus*, sic *pecuniis acquirendis*, a Demosth. alicubi, plerumque gen. χρημάτων ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendus est, ex priori aliqua sent.: e. g. p. 23. v. 7. λέγουσι δὲ καὶ ἄλλους τινὰς ἄλλοι πόρους. præcessit enim in proxima sententia δεῖ δὲ χρημάτων etc. Atque hæc de usu et significatione hujus vocabuli semel annotare liceat, quia sæpius occurrit apud nostrum auctorem, ne negotium nobis in posterum facessat.

— 16. ἐν ταύτῃ χρήματα ἔνεστι ὀλίγου δέω πρὸς ἅπασας τὰς ἄλλας εἰπεῖν πόλεις] *parum abest quin dicam: In hac urbe pecunia est, quæ pæne dixeram cum omnium aliarum urbium pecunia conferri possit*. πρὸς in hac syntaxi inservit comparationi (de quo usu hujus præpos. vid. alibi). Plus fuisse pecuniæ Athenis quam in universis aliis Gr. civitatibus, mirum certe et vix credibile videatur, præsertim cum de Athenarum opulentia non multa nobis tradiderint Gr. auctores, qui de Antiquitatibus Atticis scripserunt; e contra vero inter alias Gr. urbes fuerint nonnullæ opulentia tam insignes et divitiis adeo florentes, ut earum opulentia ad proverbium usque celebretur, et nominatim Corinthus et Mycenæ. De priore nota sunt adagia: εἴη μοι τὰ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος· et οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς, *non cuivis homini* etc. quod nonnulli ad Laidem referunt, nobile scortum Corinthi, de quo viderit Demosth. noster. Hinc Hom. [Il. B. 570.] locupletem vocat Corinthum: ἀφνειόν τε Κόρινθον, ἐϋκτιμένας τε Κλεωνάς. quo respexit, Strabo Geograph. l. VIII. ὁ δὲ Κόρινθος ἀφνειὸς μὲν λέγεται διὰ τὸ ἐμπόριον ἐπὶ τῷ Ἰσθμῷ κείμενον. et Thucyd. scribens de Corinth. [i. 13.] χρήμασί τε δυνατοὶ ἦσαν, ὡς καὶ τοῖς παλαιοῖς ποιηταῖς δεδήλωται· ἀφνειὸν γὰρ ἐπωνόμασαν τὸ χωρίον. Jam alteram illam quod spectat civitatem, Mycenas, earum itidem opulentia passim a poetis decantata. Hom. certe πολυχρύσου epitheto hanc urbem insignit. [Il. A. 46.] τιμῶσαι βασιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης. et ex eo Sophoc. Electr. v. 9. Μυκήνας τὰς πολυχρύσους dixit: φάσκειν Μυκήνας τὰς πολυχρύσους ὁρᾶν. et post utrumque Horat. in Carm. [i. 7. 9.] *dites Mycenas*. "Aptum (dicit) equis Argos ditesque Mycenas," h. e. filo et stylo Hom. Ἄργος δ' ἱππόβοτόν τε πολυχρύσους τε Μυκήνας. At licet πολύχρυσοι haud fuerint Athenæ Mycenarum instar, nec πολύχαλκοι instar Corinthi (cujus æs præstantissimum fuit et vel auro vel argento æquiparandum, inquit Plin.), tamen fortassean fuerint πολυάργυροι, ut vel sic saltem orator vel a mendacio vel ab hyperbole aliqua excusari possit. Et certe argentifodinæ Atticæ ab auctoribus celebrantur. Meminit inter alios Xenophon, facundissimus orator, qui divite quadam vena orationis patriam suam quasi deargentat. Ita enim ille de venis argenteis seu argentifodinis terræ Atticæ, c. 1. 5. περὶ προσοδ. Καὶ μὲν ὑπάρχυρός ἐστι σαφῶς θεῖα μοῖρα (sc. terra Attica). πολλῶν γοῦν πόλεων παροικουσῶν καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, εἰς οὐδεμίαν τούτων οὐδὲ μικρὰ φλὲψ ἀργυρίτιδος διήκει. *cum multæ sint urbes tum terra tum mari finitimæ, ne quidem in ullam earum vel exigua terræ argentiferæ vena pertingit*. quod si verum esset, non omnino falsus fuit Demosth.

cum dixit Athenis χρήματα ἐνεῖναι πρὸς ἅπασας τὰς ἄλλας πόλεις. Vixit forte ille in argenteo seculo, cum ejus temporibus tam bene nummata fuerit Athen. civitas, unde et ἀργυρεάγχην aliquando, h. e. *argentanginam*, passus est. Novit certe ille νεῦρα τοῦ πολέμου εἶναι τὰ χρήματα, *nervos belli et imperii pecuniam esse*: huc igitur orationis etiam nervos intendit. Si igitur fidem saperet hoc dictum Dem. de Athen. suarum opulentia (tantam sc. pecuniæ vim Athenis fuisse, quantam omnibus aliis Græcis civitatibus), sit (per me licet) Hyperbole vel vel quævis aut [sic] et figura Rhetorica. quantum nummorum invenit Athenis, tantum habet et fidei. Credat quisque quantum volet, quod Athenis non erat hic nervus belli, at certe erat tantum Demostheni nervus orationis: etsi iis defuit aut vena aut argenti [sic], at illi non defuit vena Rhetoricæ, qua res parvas et humiles extollere potuit et amplificare. Quanquam ὀλίγου δέω εἰπεῖν, illa phrasis μειωτικὴ seu formula θεραπευτικὴ, sanat hyperbolen, et emollit mitigatque rigorem dicti. *pæne dixerim*, vel *parum abest quin dicam*. Qualiscunque demum fuerit urbis Athen. status hoc tempore quo Demosth. hanc orationem habuit, at sane in initio belli Peloponn. opibus et potentia maxime florebant Athenæ: unde Archid. rex Lacedæm. apud Thucyd. dehortatur cives suos a bello cum Atheniensibus gerendo, quippe quod ea gens esset pecuniis et armis et navibus omnibusque copiis bellicis instructissima [i. 80.] καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἄριστα ἐξήρτυνται, πλούτῳ τε ἰδίῳ καὶ δημοσίῳ, καὶ ναυσὶ, καὶ ἵπποις, καὶ ὅπλοις, καὶ ὄχλῳ, ὅσος οὐκ ἐν ἄλλῳ ἑνί γε χωρίῳ Ἑλληνικῷ ἔστιν. *omnibus rebus ad bellum necessariis optime sunt instructi, et privatis et publicis opibus, et navibus, et equis, et armis, quanta in nulla alia Græciæ parte aut regione est.* Et florentissimus quidem tum fuit populus Athen. in initio belli Peloponn. Post captas autem a Lysandro Athenas (is enim exitus erat illius belli) tum vero multum accisæ et attritæ res Atheniensium fuerunt; paulatim reflorescere et emergere denuo et caput erigere et vires et opes recupare cœperunt postea tamen post ejectos 30 tyrannos, ut legere est apud Xen. ἐν τ. Ἑλλ. virtute sc. Cononis et Timothei, aliorumque ducum præstantissimorum. Postrema pars apparatus, ratio pecuniaria. Hæc enim syntaxis bellica sive apparatus in 7 membra seu partes a Dem. est distributa, de quibus singulis distincte et sigillatim in hac oratione agit. Prima et præcipua pars apparatus bellici erat promptitudo animorum, ne nnusquisque prompte et alacriter munere suo fungi velit sine tergiversatione. 2. numerus τῶν λειτου. sive trierarchiæ. 3. multitudo triremium. 4. sumptus navales, sive pecuniæ ad instruendas triremes. 5. armamentaria navium. 6. ordo et ratio navalium, sive stationes navium in Piræeo. De quibus singulis suo ordine disserait. Restat jam ultima, sed non minima, pars apparatus, quæ est de re pecuniaria. Quoniam vero ingratam fore populo præsensit hanc partem orationis, ideo miro artificio utitur, et insinuat so paulatim in animos audientium, et sensim et cauto pede incedit, progreditur, et quasi obrepit tenaci avaritiæ. Cum ergo videret immani collectione opus esse, et majore facultatum parte, quam tum populus, nondum adventa hostis perterritus, libent_r contribueret; ideo in posterum differendam suadet deliberationem de conferendis ad bellum pecuniis, nec inpræsentiarum de ea consultandum: nunc enim dum incerti tantum rumores sparguntor de adventu regis, vix aut ne vix inducetur populus, ut quicquam conferant ἀξιόλογον, quamdiu sc. in tuto sibi esse videantur. quod si non inanis hic metus fuerit, certumque periculum immineat, urgeatque eos ac premat belli necessitas, tum unusquisque ad se et res et fortunas suas redimendas liberaliter prolixeque contribuet, ex malis minimum τις γὰρ αἱρήσεται etc.

— 18. πάντες οἱ ἐνταυθοῖ λέγοντες] *omnes nostri oratores, omnes quotquot in hoc loco verba facere et orationes habere solent.* ἐνταυθοῖ adverb. locale, idem quod ἐνταῦθα ex eo formatum. Doricum adverbium (inquit Eusth. [p. 1839.]), etsi etiam Atticis usitatum. δοκεῖ Δωρικὸν εἶναι, εἰ καὶ παρ' Ἀττικοῖς τέτριπται. Utitur etiam Hom., quanquam Dorismo præ aliis dialectis non admodum assuetus. ἐνταυθοῖ νῦν ἧσο κύνας τε σύας τ' ἀπερύκων. Od. Σ. [104.] et alibi. Ab ἐνταῦθα ἐνταυθοῖ circumfl. ut ab ἔνδον ἐνδοῖ, quod etiam Syracusanæ sive Doricæ dialecti est. De adverbiis igitur in οι desinentibus hæc Reg. observantur. (1) Adverbia desinentia in οι diphthong. omnia sunt vel localia vel temporalia ut ποῖ, *quo, ubi, aliquo, alicubi*; οἴκοι, *domi*; ἀρμοῖ, *nuper, jam, νεωστί*; ἐνθοῖ, *intus*; ἐνταυθοῖ, *hic.* (2) Adverbia desinentia in οι circumflectuntur in ult. (præter οἴκοι, quod est penac.) ut ἀρμοῖ, ἐνδοῖ, ἐνταυθοῖ, ita et ποῖ cum interrog., aliter enim cum indefin. inclinat ex reg. ut που, πω, etc. (3) Adverbia localia in οι circumfl. fiunt ab aliis adverbiis baryt. mutando ultimam vocalem in circumfl., ut ab ἐνταῦθα, ἐνταυθοῖ, ab ἔνδον, ἐνδοῖ, et juxta Eust. ab ἔξω, ἐξοῖ (quanquam hujus adverbii, ἐξοῖ, fateor me exemplum desiderare). Dico adverbia localia, nam illud ἀρμοῖ temporale adverbium peculiare est, nec ab alio adverbio formatum. (4) Adverbia hæc circumfl.

in οἵ Dorica sunt et ex dialect. Syrac: Syrac. enim dial. Dor. membrom est, ut patet ex Theocrito. Nam οι diphth. Dores multum delect. ut ex frequenti ejus usu apud eos videmus. ἀρμοῖ et ἐνδοῖ utrumque in Theocrito legimus, et alibi raro. prius Idyll. Δ. [50.] ἁ γὰρ ἄκανθα Ἀρμοῖ μ' ὤδ' ἐπάταξ' ὑπὸ τὸ σφυρόν. *spina hæc jam modo me percussit, sauciavit, sub malleolo.* Gr. Gr. ἀρμοῖ τὸ νεωστὶ, κατὰ γλῶσσαν Συρακουσίων. posterius Idyll. IE. [1.] ἐνδοῖ Πραξινόα; Ευ. Γοργὼ φίλα, ὡς χρόνω; ἐνδοῖ. et infra in eodem Idyll. proverb. illo hemist. [77.] ἐνδοῖ πᾶσαι, ὁ τὰν νυὶν εἶπ' ἀποκλάξας.

— ibid. οἱ λέγοντες] sunt *oratores* vel *rhetores*, et sic passim apud Dem. aliosque oratores Atticos. Nec enim aliter commode verti potest Lat. Gr. hoc particip. quam per subst. nomen Lat.: qui enim ad verbum hoc modo redderet πάντες οἱ ἐνταῦθοῖ λέγοντες, *omnes hic dicentes*, parum eleganter, imo vix congrue Lat. loqueretur. Græci sunt et πολυμέτοχοι et φιλομέτοχοι quidem; ut abundant participiis, ita et iis multum delectantur. Et de aliis participiorum usibus alia, cum opportunior locus erit, hoc tantum impræsentiarum observo, viz. 'Apud Gr. participia nonnunquam cum articulis elcganter poni pro substantivis, nec aliter Lat. reddi posse quam per substantiva.' quod a Gram. inter regulas suas de syntaxi participiorum miror non esse observatum. Afferam igitur exempla quorundam participiorum, quæ hoc modo pro nominibus ponuntur præsertim apud Scriptores Atticos. ὁ κεκτημένος pro δεσπότης, *herus, dominus*; ἡ ἐνεγκοῦσα pro πατρὶς, *patria*; ἡ τεκοῦσα pro μήτηρ, *parens, mater*; ὁ βασιλεύων pro βασιλεὺς, *rex*; ἡ τρέφουσα pro τροφὸς, *nutrix*; οἱ παρόντες pro συμπόται, *convivæ qui adsunt*; sic οἱ λέγοντες pro ῥήτορες hoc in loco. Plura alia sunt hujusmodi apud elegantiores Gr. quæ usus et observatio melius docebit. Particip. κεκτημένοι habemus quidem hoc in loco sensu proprio et usitato pro *possidentes*, ταῦτα δ' οἱ κεκτημένοι: frequenter tamen apud scr. Att. pro nomine ponitur hoc participium et per nomen exponendum est, ut apud Heliodor. l. ii. [c. 12.] οὕτως οἶμαι πρὸς τοῦ κεκτημένου διατεταγμένον. *sic opinor a domino imperatum erat.* et sic alibi apud eundem suavissimum auctorem, ut ἡ ἐνεγκοῦσα pro *patria* et ejusmodi plura sunt. Et pauca quædam participia plane degenerarunt in nomina, et pro nominibus ἀνενδοιάστως καὶ ἀποφασιστικῶς ponuntur, etiam apud communiores Gr., qualia sunt, ὁ ἄρχων, *princeps*; ἡ πεπρωμένη et ἡ εἱμαρμένη, sc. μοῖρα, *sors, fatum*; ἡ συνοικοῦσα pro ἡ γυνὴ, *uxor*, quasi cohabitans, et ἡ ἐρωμένη eadem. Eustath. alicub. λαμβάνονται δὲ καὶ μετοχαὶ ἀντὶ ὀνομάτων, ὡς ὅτε τὴν τοῦ δεῖνος φαμὲν ἐρωμένην, ἀντὶ τοῦ γυναικός. Sic in Gr. textu sacri Codicis, ὁ πειράζων, ὁ πειραστὴς, participium pro nomine; qui tamen ibi non tam Atticismus est quam Hebraïsmus. Sunt enim nonnullæ dialectorum et linguarum συνεμπτύσεις. Heb. autem, cum verbalibus destituuntur, vice eorum participia usurpant, itaque ὁ πειράζων est ὁ πειραστής.

— 21. ὅσοι τὸ πλῆθος τούτοις χρησμῳδοῖεν] *si quot oratores, tot essent oracula*, si una cum oratoribus alii totidem vaticinarentur; si tot adessent vates quot rhetores, qui hoc prædicerent, regem scil. venturum; at populus, ne sic quidem crederent, nec in animos inducerent pecunias conferre in publicum. Videtur hæc phrasis proverbii speciem præ se ferre, οὐδ' εἰ πολλοὶ χρησμῳδοῖεν, πιστεύσουσι etc. de hominibus incredulis qui aliquid futurum non credent, etsi mille vates prænoscerent et tanquam ex tripode prædicerent, et oracula funderent. Sic cum multorum hominum linguis et rumoribus mirum quippiam et παράδοξον futurum jactetur, quod nos nulli credimus, nec nisi ad Gr. calendas futurum existimamus; merito usurpari possumus proverbialem hanc sententiam: οὐδ' εἰ ὅσοι τὸ πλῆθος τούτοις χρησμῳδοῖεν, ne sic quidem credam scil., ἀλλ' ὅμως οὐδ' ὡς πιστεύσω, "credat Judæus Apella," ἐγὼ δέ τις οὐ ταχυπειθὴς, at non ego credulus illis. Huic affine dictum illud παροιμιῶδες apud Strab. l. ii. [c. 4. init.] ἢν οὐδ' ἂν τῷ Ἑρμῇ πιστεύσαι τις λέγοντι, de narratione parum probabili, *quam ne Mercurio quidem credat aliquis narranti.* proprie de peregrinatoribus, qui narrare solent prodigiosa, peregrinationis autem præses Mercurius. Et illud alterum apud Plut. in vit. Caton. Uticens. [c. 19.] τοῦτο μὲν οὐδὲ Κάτωνος λέγοντος πιθανόν ἐστι. *hoc quidem incredibile est, etiamsi dicat Cato.* Catonis enim apud populum summa fides et auctoritas fuit. Duobis hisce adagiis, sive dictis adagialibus, ἐκ τῶν ἔξωθεν desumptis, libet attexere duo alia his finitima, aut certe non prorsus dissimilia, ex sacra pagina. Primum occurrit Luc. xvi. ver. ult. οὐδὲ ἐάν τις ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ πεισθήσονται. *nec si quis ex mortuis resurrexerit credent* aut *persuadebuntur.* Alterum Galat. i. 8. ἐὰν ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται. *si angelus quidem de cælo tam bonum nuntium afferat.* ita enim generaliter accommodari flectique possunt ea verba ad quodvis bonum nuntium, cui fides vix aut ne vix adhibetur. Ad altiora liceat mihi hæc politica transferre, et certe ad Theol. aptissime mihi videtur accommodari posse hic locus Demosth.: Si concionatores omnes, si vates, si angeli de cælo, hominibus prædixerint, prænonuerint, ὡς ἥξει βασιλεὺς, Christum regem jamjam venturum, jam adesse, aut

mortem regem terrorum jam instare aut adesse, ne sic quidem credent, nec vel pilum dederint de bonis suis, nec in pauperes, publicum illud Christianorum gazophylacium, quicquam contribuerint. Quod si rex iste revera venerit et mortis hora ingruerit, tum pellem pro pelle et omnia quæ quis habuerit pro vita sua.

— ult. ὅστις οὐχ ἱκανὸν δοίη] *qui non liberaliter daret.* ἱκανὸς, *idoneus, sufficiens,* cum de persona; *amplus, multus, copiosus,* cum de re dicitur. atque ita hoc in loco ἱκανὸν δοῦναι est *largiter et liberaliter dare et conferre pecunias.* At ἱκανὸν δοῦναι apud poster. Gr., et præcipue jurisconsultos, longe aliud est, viz. *satis dare,* h. e. cautionem dare et interponere, *to put in security.* unde vox composita ἱκανοδοσία apud Theoph. Gr. Jurisc. *satisdatio, vadimonium.* et ἱκανοδοσίαν δοῦναι idem quod ἱκανὸν δοῦναι in sensu forensi. Lat. dicuot "vadimonium præstare," h. e. spondere, et "vadem se pro alio constituere," sponsionem pro alio facere judicio sistendi, vulgo *to bail, or put in bail,* pro altero. atque hoc proprie est ἱκανοδοσία, et ἱκανὸν δοῦναι. Huic respondet ἱκανὸν λαβεῖν, *satis accipere, to take bail,* quæ et Rom. juris vox est, qua usus Lucas in Act. xvii. 9. καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν ἀπὸ τοῦ Ἰάσονος, Vulg. *accepta satisfactione,* nos *took security,* data sc. ab eo cautione, vel acceptis fidejussoribus aut sponsoribus. Ita Syrus et Arabs: "Et acceperunt fidejussores" aut "sponsores ab Iasone." Arab. pha achadhu cu pha la an caphylon est sponsor. viz. *Iason hic et amici ejus satis dederunt judicio sisti Paulum et Silam si opus esset,* ut optime hunc locum interpretatur doctissimus Grotius nuperis suis Annotationibus in N. F.: qui et huc refert illud in Evangel. Marc. xv. 15. ἱκανὸν ποιῆσαι. *Pilatus volens populo satisfacere* seu *gratificari.* Cujus tamen phraseos alia ratio est eo in loco: neque enim ibi in significatione forensi (sed communi) usurpatur, uti et hic ἱκανὸν δοῦναι apud Demosth., quod idem valet ac illud in N. F. [2 Cor. ix. 6.] ἐπ' εὐλογίαις σπείρειν, *benigne, liberaliter dare,* αὐτῷ τῷ θυλάκῳ, ut loquuntur Gr.; et illud alterum in Evang. βάλλειν vel καταβάλλειν πολλά. [Mar. xii. 41.] καὶ πολλοὶ πλούσιοι ἔβαλλον πολλά. denique apud Matth. xxviii. 12. eadem omnino phrasis et iisdem fere verbis occurrit, nisi quod add. subst. ἀργύρια. συμβούλιον λαβόντες ἀργύρια ἱκανὰ ἔδωκαν τοῖς στρατιώταις. *pecuniam copiosam dederunt militibus.* seq. autem ver. 14. ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, ἡμεῖς πείσομεν αὐτὸν, καὶ ὑμᾶς ἀμερίμνους ποιήσομεν. *vos securos reddemus, secure you or put in security, cautionem dabimus pro vobis,* h. e. satis dabimus pro vobis, ἱκανὸν δώσομεν vel ἱκανοδοσίαν δώσομεν ὑπὲρ ὑμῶν. ἱκανὸν δοῦναι τοῖς στρατιώταις est *amplas pecunias militibus dare;* ἱκανὸν δοῦναι ὑπὲρ τῶν στρατιωτῶν est *sponsorem esse,* ἱκανοδοσίαν vel *cautionem dare pro militibus,* eosque adeo ἀμερίμνους ποιεῖν. Sed jam a sensu et significatione hujus vocis ad formam ejus et analogiam accedamus. Ἱκανὸς derivatur ab ἵκω, ἱκνέομαι, *venio.* Si de re, illud est τὸ ἱκανὸν, 'quod ad plures pertingere et advenire potest.' Eustath. [p. 394.] ἱκανὸς ὁ ἐπὶ πᾶν ἀπαραποδίστως ἱκάνων ἤτοι ἀφικνούμενος. si de persona, is est ἱκανὸς, 'aptus, sufficiens et idoneus ad quamvis rem, qui prompte et expedite ad eam pervenit.' ἱκανὸν oriri a verbo ἵκειν, ἱκνεῖσθαι, hinc apparet, quia ἱκανὸν et ἱκνούμενον, ἱκανῶς et ἱκνουμένως, ideni sunt: nam ἱκνούμενον dicunt Gr. quod est τὸ ἱκανὸν καὶ πρέπον, *debitum, sufficiens, conveniens, æquum, congruum, idoneum.* Aristot. Polit. vii. [c. 14.] ὅταν τύχῃ τῆς ἱκνουμένης ἡλικίας. *cum ad debitam et idoneam ætatem pervenerit.* Herodot. [vi. 84.] ὁμιλέοντα δὲ μᾶλλον τοῦ ἱκνευμένου. *conversantem cum iis plus quam æquum aut conveniens esset.* et paulo ante [c. 65.] φὰς, αὐτὸν οὐχ ἱκνευμένως βασιλεύειν τῶν Σπαρτιητέων. *non rite nec debito more regnare Spartanis, regnum in Spart. tenere.* Sic πίνειν μᾶλλον τοῦ ἱκνουμένου. *bibere plus quam decet* aut *convenit* aut *sufficit,* q. d. plus quam ad nos pervenit, pertingit, pertinet, *more than comes to our share.* τὸ ἱκνούμενον μέρος idem quod τὸ ἐπιβάλλον μέρος, *portio nobis debita* aut *conveniens.* Thucyd. l. i. [c. 99.] χρήματα ἐτάξαντο ἀντὶ τῶν νεῶν τὸ ἱκνούμενον ἀνάλωμα φέρειν. *pecunias pro navibus ad sumptus faciendos pro rata quisque portione conferre statuerunt.* Schol. τὸ ἱκνούμενον ἀνάλωμα· τὸ ἀρκοῦν εἰς περιποίησιν τῶν νεῶν. et iterum: τὸ ἐπιβάλλον ἑκάστῳ τιμήματι τῆς νεὼς καταβάλλειν. *sumptus cuique debitos et convenientes facere pro suo cujusque censu.* Ab ἵκω ἱκανὸς, media brevi et accentu in ult.: verbum tamen ἱκάνω ab eodem ἵκω media syll. longa, ut et κιχάνω a κίχω, cum reliqua omnia verba hyperdissyll. in άνω, illud α in pen. corripiunt; ut jam antea me observasse memini, ut α in ιάνω semper producitur in carmine sed α in ἱκανὸς brevis. Observentur igitur hæ reg.: (1) Ex forma et analogia et quantitate et accentu hujus adjectivi ἱκανὸς, adjectiva omnia simplicia in νος præced. α sunt oxyt., ut ἠπεδανὸς, ῥιγεδανὸς, πιθανὸς, ἱκανὸς, ἑαϊνὸς, σφεδανὸς, ῥοδανὸς, λιχανὸς, etc. dico simplicia, quia compositio retrahit accentum ex reg. gen. ut ἀπίθανος, et si qua sint similia. (2) Omnia adjectiva hyperdissyll. in νὸς præced. α corripiunt illud α in penult., ut ἑδανὸς, σφεδανὸς, πιθανὸς, ἱκανὸς, ἠπεδανὸς etc. præter unum ἑανὸς, quod producit penult. (ἑαϊνὸς autem *subtilis, tenuis,* vel *subtile et tenue te-*

gumentum.) [Il. Σ. 552.] ἑαυῷ λιτὶ κάλυψαν. cætera omnia hyperdissyll. in ανος habent pen. brevem. dico hyperdissyll. nam dissyll. δανὸς producit α, [Odyss. ο. 321.] διά τε ξύλα δανὰ κεάτσαι. forte et μανὸς, *rarus, tenuis*, quanquam hæc vox non occurrit mihi in carmine. (3) Adjectiva trisyll. in ανὸς derivantur a verbis dissyll. breviando primam syll. si prius fuerit longa, et mutando ω in ανὸς, ita ut illud ανος sit mere hermanticum et servile (ut loquuntur Heb.), vel (ut Gr. Gram. magis loqui amant) mera terminatio adjectivorum paragogica. e. g. a πείθω fit πιθανὸς: ab ἥδω, ἐδανὸς *suavis, jucundus*: ab ἔω *induo*, ἑανὸς tunicæ genus quoddam subtile, *linteum* aut *tegumentum*: a σπεύδω σπεδανὸς, σφεδανὸς, *vehemens, festivus, prosperus*: a λείχω *lingo*, λιχανὸς *medius digitus*, quod tamen substantivi formam induit: a ῥέω *fluo*, ῥοὴ, ῥοανὸς, et assumendo δ ad roborandam et rotundandam vocem, ῥοδανὸς, *mollis, fluidus*, quam vocem in Lexico frustra quæsieris, cum tamen occurrat apud Hom. Il. Σ. [576.] πὰξ ποταμὸν κελάδοντα, περὶ ῥοδανὸν δονακῆα, et apud Hesych. optimum poetæ glossatorem ῥοδανόν· τρυφερόν. Auctor tamen brevium scholiorum, qui Didymus esse creditur, ῥοδανόν· εὐδιάσειστον, εὐκίνητον, διὰ τοὺς ἐν αὐτῷ πεφυκότας καλάμους, quasi ῥοδανὸς diceretur per metathesin ῥαδανὸς, a ῥα partic. intens. et δονέω *quatio*, ob arundines ibi crescentes, quæ viz. facillime vento agitantur et quatiuntur. ῥοδανὸν δονακῆα, *arundinetum tremulum, motabile, facile motabile*. Sed hæc extra oleas παρέργως, etsi vultis περιέργως: nam nos etiam ῥοδανοὶ, ut arundines sumus, et facile fluitamus, et huc illuc agitamur, et quovis vento Gram. movemur, quovis accentu aut spiritu abripimur, et in nullo certo loco constamus. Sed redeamus in gyrum quantum possumus. Ut igitur a πείθω πιθανὸς, ab ἥδω ἐδανὸς, a σπεύδω σφεδανὸς, a λείχω λιχανὸς, sic ab ἵκω ἱκανὸς, ὀξύτονον καὶ βραχυπαράληκτον. Et quidem tum de hac phrasi ἱκανὸν δοῦναι, tum de hac voce ἱκανὸς, ἱκανῶς.

P. 292. 5. πλείων ἐστὶ γέλως τοῦ μηδενὸς] Ad verbum *plus erit risus nullo*. mirifica sane βραχυλογία, et elliptica syntaxis, cui similem vix alibi reperiemus. *major est risus nihilo*. vult dicere *magis ridiculum fuerit, quam si nihil omnino contribueretur*. πλείων ἐστὶ γέλως τοῦ μ.—γελοιότερόν ἐστιν ἢ εἰ μηδὲν μηδόλως πορίσαιτε. Usus est tamen alias Dem. hac loquendi formula, vel certe non dissimili, Phil. Δ. [§. ε.] ἐπεὶ νῦν γε γέλως ἐστὶν, ὡς χρώμεθα τοῖς πράγμασι. *quandoquidem nunc ridiculum est, prout nos res administramus. as we use the matter*. Γέλως igitur in hac syntaxi ponitur pro γελοῖον, abstractum pro concreto, affectus vel actus pro objecto, risus pro ridiculo seu ludibrio, pro eo quod derisui seu ludibrio habetur. Abstractum autem pro concreto auxesim facit in omnibus fere linguis, augetque et intendit significationem: unde verba illa Phil. Δ. jam laudata: ἐπεὶ νῦν γε κ. τ. λ. vir quidam doctissimus, olim hujus loci genius, sic interpretatur in Lat. versione quæ publice exstat: "Nam ut nunc res est, et ut a nobis geritur, nihil potest magis ridiculum excogitari." Et ut res aliqua vel persona, quæ deridetur, dicitur γέλως εἶναι, sic qui rem aliquam aut personam derisui et ludibrio habet, Gr. dicitur eam γέλωτα ποιεῖσθαι et γέλωτα τίθεσθαι. Usus est hac phrasi inter alios Herodotus non semel, ut [iii. 29.] ἀτάρ τοι ὑμεῖς γε οὐ χαίροντες γέλωτα ἐμὲ θήσεσθε. *at vos certe non impune me ludibrio habebitis*. ubi obiter notetur illud οὐ χαίροντες per meiosim dictum pro οἰμώξετε, *magno vestro malo hoc facietis*. οὐ χαίρων τοῦτο ποιήσεις, *non gaudebis hoc te fecisse, magno tuo malo et dolore hoc factum lues*. et οὐ χαιρήσεις, comminationis formula, *non gaudebis*, οἰμώξεις, hæc res tibi lætitiam non afferet, sed futurum est ut te pœniteat. Verum hoc in παρέδῳ et in transitu, redeo ad phrasim eam de qua diximus, γέλωτα ποιεῖσθαι vel γέλωτα τίθεσθαι; cujus aliud exemplum reperio apud eundem histor. etiam eodem lib. [iii. 38.] οὔκων οἰκός ἐστι ἄλλον γε δὴ ἢ μαινόμενον ἄνδρα γέλωτα τὰ τοιαῦτα τίθεσθαι. *nemo nisi insanus res hujusmodi derideret, neque ludibrio haberet*.

— ult. καταθείητε] Elegans usus hujus verbi καταθεῖναι vel καταθεῖναι, *deponere, persolvere, pendere, numerare*, pecuniam sc., quæ significatio non nisi apud Atticos et puriores Gr. in usu est. Aristoph. Ran. [176.] εἰ μὴ καταθήσεις δύο δραχμὰς, μὴ διαλέγου, *nisi persolveris binas drachmas, noli disserere*. Demosth. noster in Neær. [§. ί.] προσθέντα τὸ ἐπίλοιπον, οὗ προσῆδει εἰς τὰς εἴκοσι μνᾶς, καταθεῖναι κ. τ. λ. *oravit eum, ut, addito quod deerat ad 20 minas conficiendas, persolveret*. Sed et Herodot. Calliop. [c. 111.] ἑκατὸν τάλαντα καταθεῖναι τῷ θεῷ. 100 *talenta pendere deo*. Syncs. Ep. quadam: πάντως ὅτι ἂν ὑπὲρ τῆς τιμῆς κατάθῃ κ. τ. λ. *quicquid pro pretio solveris*. Eodem sensu usitatum est verbum καταβάλλειν, et quidem frequentius quam καταθεῖναι, ut in dicto illo proverbiali: αὐτόθεν κατάβαλλε. Aristot. Œcon. ii. [§. 4.] de Byzantin. ὄντος δὲ νόμου αὐτοῖς Μὴ εἶναι πολίτην ὃς ἂν μὴ ἐξ αὐτῶν ἀμφοτέραν ἢ χρημάτων δεηθέντες, ἐψηφίσαντο τὸν ἐξ ἑνὸς ὄντα, αὐτοῦ καταβαλόντα μνᾶς λ', εἶναι πολίτην. *cum apud eos lex esset, Non habendum pro cive qui non utroque parente cive natus fuisset: egentes*

*pecunia scitum* seu *decretum fecerunt, ut qui altero tantum parente cive natus esset, si 30 minas persolveret, pro cive haberetur.* Lucian. Τοχ. [§. 31.] *μέρος μὲν τοῦ μισθοῦ τῷ δεσμοφύλακι καταβαλών. cum mercedis partem persolvisset carceris custodi.* Idem Vit. auct. [§. 1.] εἰ δέ τις οὐκ ἔχει τοπαραυτίκα τἀργύριον καταβαλέσθαι, εἰς νέωτα ἐκτίσει, καταστήσας ἐγγυήτην. *si quis præsentes pecunias numerare nequeat*, etc. et sic alibi apud eundem et alios. Theophrast. Char. Eth. Characterismo τοῦ ἀπίστου: κατάθου· οὐ γὰρ σχολάζω πέμπειν. *depone nunc jam*, h. e. solve in manum pecuniam quam a me mutuo accepisti, *non enim vacat mihi pro ea mittere.* ubi scrupulam mihi aliquam fuisse injectam fatebor, cum ea verba exponerem: quia sc. neque memineram me legisse id verbum in eo significatu in voce med. κατατίθεσθαι, καταθέσθαι, sed tantum in act. κατατιθέναι, καταθεῖναι. Si igitur is sensus loci fuisset, debuisset esse κατάθες non κατάθου: et permotus eram auctoritate M. Casauboni, cujus hæc verba sunt ad eum locum Theophrast. "Si legeretur κατάθες pro κατάθου, esset id *solve nunc*, quod Gr. dicunt αὐτίθεν κατάβαλλε." Sed jam melius edoctus sum ex eo loco Synes. jam laudato, ubi verbum istud etiam in hac significatione occurrit: ὅτι ἂν ὑπὲρ τῆς τιμῆς κατάθῃ. *quicquid pro pretio solveris.* aor. β. med. subj. med. voc. κατάθωμαι, θῃ, θηται. quanquam revera καταθέσθαι in med. voce dicitur potius de collocatione gratiæ aut beneficii, quam de collocatione aut solutione pecuniæ: et dicunt χάριν καταθέσθαι longe frequentius et usitatius quam ἀργύριον καταθέσθαι. Dem. Noster περὶ Παραπρ. [§. ξή. fin.] τὴν ἀφανῆ καὶ ἄδηλον χάριν τούτοις καταθέσθαι. *ab istis occultam et incertam gratiam inire.* Xen. Κ. Π. [viii. 3. 26.] χάριν δὲ ἀνδρὶ ἀγαθῷ καταθέσθαι δεξαίμην ἄν. *gratiam* aut *beneficium in virum bonum conferre non recusarem.* Sed et S. Lucas, qui inter omnes N. F. Scriptores maxime ἑλληνίζει et purissime loquitur, ut Critici Sacri pridem annotarunt, is igitur Lucas bis hoc verbo utitur. Act. xxiv. 27. θέλων χάριτας καταθέσθαι τοῖς Ἰουδαίοις. et xxv. 9. τοῖς Ἰουδαίοις θέλων χάριν καταθέσθαι. *volens gratiam inire a Judæis* aut *Judæis gratificari.* χάριν καταθέσθαι locutio est bene Græca, Demosth. quoque usitata et Xenoph. Magno artificio utitur Demosth. in tota hac oratione de bellico apparatu adversus Regem Pers. Cum enim videret se in lubrico loco versari, nec aperte auderet dissuadere nec prohibere ineptum illum fervorem quo Populus Athen. in pugnam ferebatur, adeoque scopum hunc palam pertingere non posset; clanculum et per ambages et cuniculos ad eum tendit et collimat, itaque id agit quod non agere videtur, dumque eos videtur ad bellum, iisque assentire, prohibet interim ac retardat; συντρέχειν δοκῶν τῇ γνώμῃ, κωλύει. Ulp. [vol. vi. p. 65.] πῶς δὴ τοῦτο ποιεῖ; (inquit ille) viz. προστάττει παρασκευάζεσθαι, καὶ ἄνευ τῶν Ἑλλήνων μὴ ἐπιχειρεῖν. τῷ δὲ ἄνευ τῶν Ἑλλήνων μὴ κινεῖσθαι λαμπρῶς ἀποτρέπειν. Eodem artificio procedit de re pecuniaria, belli nervo: atque hæc erat postrema pars τῆς παρασκευῆς [ibid. p. 69.] τοῦτο δέ ἐστιν ἡ εἰσφορὰ καὶ ὁ μισθὸς τῶν στρατευομένων· ἤντινα εἰσφορὰν δεῖ γενέσθαι παρὰ πάντων τῶν κεκτημένων οὐσίας κατὰ τὴν πόλιν. Ait igitur pecunias cum opus fuerit in promptu fore, ut sic videatur bellum promovere; sed τὸν ὑπὲρ τούτου λόγον ὑπερτίθεται νῦν, et sic retardat.

P. 293. 3. ἓν καλλίονι] *melius, commodius.* ἐν καλῷ, eleganter dicunt Græci pro καλῶς vel εὖ, *bene, pulcre, commode*, et ἐν καλλίονι pro κάλλιον, *melius, commodius.* ut τοῦτό σοι οὐκ ἐν καλῷ ἔσται. *hoc tibi non commode succedet.* Soph. [Electr. 384.] νῦν γὰρ ἐν καλῷ φρονεῖν. *nunc enim utile et commodum fuerit sapere.* ἐν καλῷ ἦλθες. *commode et opportune venisti.* Thucyd. V. [c. 59.] ἐν καλῷ ἐδόκει ἡ μάχη ἔσεσθαι. *prælium iis prospere et commode cessurum videbatur.* Xen. Hellen. iv. [3. 5.] οἱ μὲν Θετταλοὶ νομίσαντες οὐκ ἐν καλῷ εἶναι πρὸς τοὺς ὁπλίτας ἱππομαχεῖν. *incommodum esse existimantes.* Idem et σὺν καλῷ et εἰς καλόν. Polyb. i. [81. 9.] σὺν καλῷ τιθέμενοι τὴν τοιαύτην τόλμαν. *honestam existimantes talem audaciam.* Idem [Polyb. ii. 22. 10.] ἐν καλῷ τίθεσθαι, vel ἐν ἐπαίνῳ τίθεσθαι, *honestum ducere, in laude ponere*; cui contrarium ἐν αἰσχρῷ τίθεσθαι, *in vitio ponere, turpe et molestum ducere.* Aristot. Eth. ix. [c. 8.] ὡς ἐν αἰσχρῷ φιλαύτους ἀποκαλοῦσι. *philautia fere in vitio ponitur, homines philautos appellamus probri atque contumeliæ causa*, h. e. iis vitio vertentes. Idem Rhet. I. [c. 3.] ἀλλὰ καὶ ἐν ἐπαίνῳ πολλάκις τιθέασι. *quin et sæpe etiam in laude ponunt.* idem est ἐν καλῷ τιθέναι vel τίθεσθαι, *honestum reputare, laudi ducere, in laude ponere.* alioquin ἐν καλῷ sine verbo τίθεσθαι refertur potius ad bonum utile, quam honestum. Notetur igitur hoc discrimen in diverso usu hujus phrasces ἐν καλῷ. Ἐν καλῷ εἶναι est *commodum esse, utile, conducibile*, (ut οὐκ ἐν καλῷ εἶναι, *incommodum esse*); at ἐν καλῷ τιθέναι vel τίθεσθαι est *honestum putare, in laude ponere.* in priori usu denotat 'bonum utile,' in posteriori 'bonum honestum.' Porphyr. de Abstin. l. iv. τὸ γὰρ αὐχμεῖν ἐν καλῷ τίθενται. *squalorem et illuviem corporis in laude ponunt, honestum reputant.* ridicule, perperam, et pro suo more, ibi interpres vertit ἐν καλῷ τιθέντας, *inter pulcritudinis notas referunt.* qui nihil mi-

nus intellexit quam Atticismum.

— 6. ἐπιτήδεια ἀπαγγελθῆναι] Nobilis hist. Q. Curt. [v. 13. 14.] "Fama maximum in bello momentum." et iterum [viii. 8. 15.] "Fama bella constant." et sæpe etiam quod creditum est, veri vicem obtinuit.

— 8. τριακοσίαις τριήρεσιν] Celebris hic numerus 300 navium Atticarum, et a multis scriptoribus decantatus. Aristid. [vol. i. 371. ed. Jebb.] ἦν γάρ ποτε χρόνος, ὦ 'Αθηναῖοι, ὅθ' οἱ μὲν τὴν βασιλέως κακῶς ἡμῶν ἐποίουν τριήρεσι τριακοσίαις etc. 300 meminit etiam Thucyd., Æschin., Strabo, et alii. Quin et ipse Cic. [in Verr. v. 37.] "Hic, te prætore, prædonum naviculæ pervagatæ sunt, quo Atheniensium classis sola post hominum memoriam 300 navibus vi ac multitudine invasit." Solennis itaque et nobilis et in omnium ore erat hæc Atheniensium classis 300 navium. τριακοσίας τριήρεις passim crepant Scriptores Attici, ubi de re navali agunt.

— 11. παεσκευασμένους τριήρεις] *instruxisse triremes.* particip. præt. pass. active sumptum: quod ut Atticis non insitatum, ita nec a Gramm. (quod scio) observatum est; quamobrem hanc ansam nactus operæ pretium duxi de peculiari hoc usu præt. pass. apud Att. Scriptores aliquid annotare. Sit igitur hæc sive regula sive observatio: 'Multa præt. pass. apud Atticos eleganter activam significationem obtinent.' quod de neutro aor. pass. dici potest. Aor. enim pass. nec primus nec secundus unquam active significant; sed præt. pass. eleganter et frequenter. Non intelligo autem ejusmodi præt. pass., quæ sunt a verbis (ut vocant) deponentibus quæ activam vocem non habent, et quæ etiam in præsenti activam significationem habent, qualia sunt δεδύνημαι, ᾕρημαι, πεφόρημαι, κέκτημαι, ἐψήφισμαι, ἐτεθύμημαι, ἀφῖγμαι, etc.; hæc enim et hujusmodi non mirum si active significent, cum etiam in aliis temporibus ubique activam significationem habeant: sed ejusmodi verborum volo præt. pass. active significantia ex usu dialectus Atticorum. Libet pauca ex multis ex. c. adducere. Et quidem duo sunt quæ præ aliis observavi, et quæ frequentius occurrent: unum πεποίημαι *feci*, πεποίηται *fecit*, πεποίνται *fecerunt;* parco exempla, quia utraque pag. occurrunt apud Scriptores Atticos: alterum est κατέστραμμαι *subegi* (a καταστρέφω), κατέστραπται *subegit;* cujus exempla apud Dem. non infrequentia, ut Phil. A. [§. δ'. fin.] et alibi passim. Jam et alia etiam annotavi, licet non tam ubique obvia nec usitata. Tale est εὕρηται pro εὑρηκε, Æschin. adv. Ctesiph. [§. να'.] γεγράμματα πέμψας Δημοσθένης ὡς 'Αλέξανδρον, ἄδειάν τινα εὕρηται καὶ διαλλαγὰς, καὶ πολλὴν κολακείαν πεποίηται, ubi in eadem sententia est et εὕρηται et πεποίηται pro εὗρηκε et πεποίηκε. Sic πεπόρισμαι pro πεποίημαι, a πορίζω *præbeo*, Æschin. ibid. [§. οβ'.] ἐφόδια δὲ πεπόρισαι (pro πεποίημας) τῇ σαυτοῦ ἀνανδρίᾳ. *viatica* aut *subsidia suppeditasti.* Ἐνδέδειγμαι active pro ἐνδέδειχα vel ἐνέδειξα, Noster pro Cor. [§. έ.] ἐμοὶ δ' ἦν παρὰ πάντα τὸν χρόνον εὔνοιαν ἐνδέδειχθε. *eam benevolentiam quam omni tempore mihi exhibuistis,* vel *erga me ostendistis.* Παρέσχημαι, *præbui*, pro παρέσχηκα vel παρεῖχον, Id. ibid. [§. κ'.] πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας παρέσχηται τῷ δήμῳ τῶν 'Αθηναίων. *multas et magnas utilitates attulit.* [Id. ibid. §. νδ'.] πάντας ηὐτρέπισται pro ηὐτρέπικε, ab εὐτρεπίζω, *paro*, *apparo.* Κατεσκεύασμαι pro κατεσκεύακα vel κατεσκεύασα vel κατεσκευασάμην, Olynth. Γ. [§. θ'.] ἔνιοι τὰς ἰδίας οἰκίας τῶν δημοσίων οἰκοδομημάτων σεμνοτέρας εἰσὶ κατεσκευασμένοι. *extruxerunt* vel *adornarunt.* Προστέτακται pro προστέταχε vel προστέταξε, *mandavit, præcepit*, a προστάσσω. Arrian. l. i. [c. 6. 21.] προσετέτακτο μὲν ἀκολουθεῖν τὴν ἄλλην στρατιάν. *jusserat reliquum exercitum sequi.* Βέβλημαι pro βέβληκα vel ἔβαλον, *percussi.* Plut. Jul. Cæs. ἐβεβλήμην σε τῷ κεραυνῷ. *fulmine te percussissem.* Sic hic παεσκευασμένους pro παεσκευακότας vel παρασκευασαμένους.

— ibid. μηδ' εἰ πάνυ μαίνοιτο] *nec si valde insaniat.* formula apud Atticos usitata, præsertim apud Plat. qui sic loqui amat: εἰ μὴ μαίνομαι, nunquam hoc vel illud faciam, vel equidem ita faciam, ita sentio, eo animo sum, εἰ μὴ μαίνομαι, *nisi insanus sim* vel *quamdiu sim sanus.* ut in Protag. [p. 167. ed. Bip.] φέρε δή, τὴν ἀρετὴν καλόν τι φῂς εἶναι, καὶ, ὡς καλοῦ ὄντος αὐτοῦ, σὺ διδάσκαλον σεαυτὸν παρέχεις; resp. alter. εἰ μὴ μαίνομαί γε. q. d. qui enim aliter nisi insanus sim. Aristopb. Thesm. [470.] μισῶ τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον, εἰ μὴ μαίνομαι. Horatius, qui passim ἑλληνίζει, banc etiam phrasin imitatus videtur, 1 Sat. V. [44.] "Nil ego contulerim jucundo sanus amico." *sanus*, εἰ μὴ μαίνομαι, μὴ μαινόμενος. Aristot. Eth. iii. 2. ubi de ignorantia facti quæ causatur involuntarium. ὁ γὰρ τούτων τι ἀγνοῶν (aliquid ex circumstantiis, sc. activis), ἀκουσίως πράττει. ἴσως οὖν οὐ χεῖρον διορίσαι αὐτὰ, τίνα, καὶ πόσα ἐστὶ, τίς τε δὴ, καὶ τί, καὶ περὶ τί, ἢ ἐν τίνι, πράττει, ἐνίοτε δὲ καὶ τίνι, οἷον ὀργάνῳ, καὶ ἕνεκα τίνος, οἷον σωτηρίας, καὶ πῶς, οἷον ἠρέμα ἢ σφόδρα. ἅπαντα μὲν οὖν ταῦτα οὐδεὶς ἀγνοήσειε μὴ μαινόμενος. *hæc omnia nemo ignorare poterit, si sanus sit, nisi forte insaniat,* σωφρονῶν, Enstrat. Similis enim plane formula apud Thucyd. εἰ σωφρονοῦμεν, *si sapimus*, ut l. iii. [c. 44.] οὐ γὰρ περὶ τῆς ἐκείνων ἀδικίας ἡμῖν ὁ ἀγὼν, εἰ σωφρονοῦμεν, ἀλλὰ περὶ τῆς ἡμετέρας εὐβουλίας. *non enim*

*de illorum facinore nobis est certamen, si sapimus; sed de utilitate nostra, ut nobis recte consulamus.* εἰ σωφρονοῦμεν, εἰ μὴ μαινόμεθα. Lucian. [Phal. alt. §. 10.] τούτων γὰς οὐκ οἶδα εἴ τι μεῖζον, εἰ σωφρονεῖτε, ἢ ἀναγκαιότερον ἡγήσησθε ἄν.

— 14. ἐπέρχεται] Cum infin. seq. impersonn. *libet, cupido me incessit, subit mihi in mentem.* ἐπέρχεταί μοι τόδε καὶ τόδε ποιεῖν. ita Lat. *subit mihi hoc facere, incessit,* εἰς νοῦν ἔρχεται, Noster adv. Lept. [§. ιγ.'] ἅν ἔνιοι διὰ τὴν πρὸς ὑμᾶς εὔνοιαν στέργονται τῆς πατρίδος, ὧν ἐπέρχεταί μοι πρώτους ἐξετάζειν τοὺς ἐκ Κορίνθου φυγόντας. *incessit mihi, fert mihi animus.* Arrian. Epict. l. 2. [c. 16.] οὐκ ἐπέρχεταί μοι, ὅτι μοι τρεῖς ξέσται ἀχοῦσιν. *non venit mihi in mentem,* Int. *illud non reputo.* Paulo aliter Herodot. [vi. 107.] καί οἱ ταῦτα διέποντι ἐπῆλθε πταρεῖν. *eique haec transigenti accidit sternutare.* ubi non est *in mentem venit,* sed *casu accidit.* Aristid. ἐπέρχεταί μοι τοῦτο εἰπεῖν, et ἐπέρχεταί μοι ἀποφαίνειν, *in animum mihi subit ostendere.*

— ibid. ἀφορμὴν] Vid. alibi.

— 15. ὁ μέν γε χρυσίον, ὡς φασιν, ἄγει] *aurum vehit.* Dixerat supra ducentos et mille camelos regias pecunias vehere. Incredibilis certe pecuniæ vis, si tot cameli numinati foissent. Sed (opinor) Demosth. hyperbolice et κατ' αὔξησιν et in terrorem ibi amplificat regias opes et pecunias; hic vero elevat et extenuat, viz. diverso animo et scopo; nam in priori illa parte orationis, ubi agit de re pecuniaria, suasit Athen., ut illud caput consultationis περὶ τῶν εἰσφορῶν, de contributionibus ad belli et stipendia impræsentiarum omitterent et in posterum differrent. ἐγὼ φημι χρῆναι μὴ λέγειν νυνὶ περὶ χρημάτων. quare? sc. novit quippe et prævidit eos nec libenter nec liberaliter contributuros, donec certius quid constiterit de adventu regis, donec gravius periculum immineret bellique necessitas proprius urgeret. " Quantillum enim est (inquit), Athen., quod vos impræsentiarum confertis, viz. 60 talenta, aut forte 120? at quid hoc est ad ducentos et mille camelos?" καὶ τί τοῦτ' ἔστι πρὸς διακοσίας καὶ χιλίας καμήλους ἃς βασιλεῖα τὰ χρήματα ἄγειν φασὶν οὗτοι, hi sc. qui Regem Persarum expeditionem in nos suscipere dicunt. Eo igitur in loco amplificat regias pecunias ob rationem quam dixi; hic vero eam aliud agit, easdem extenuat aitque potiorem esse Athen. conditionem etiam in re pecuniaria: εἴ γ' ἐπὶ χρημάτων κ. τ. λ. Hic enim ei scopus est erigere et excitare et animare suos Athen., non quidem ad arma nunc statim temere capienda, (quod alii Rhetores suaserunt), sed ne animos in posterum despondeant, nec copiis et potentia Regis terreantur, aut consternentur ad bellandi tempus adveniquippe nihil iis defuturum cum opus foerit, quin cum necessitas urgeat et omnino belligerandum sit, optime eos instructos et munitos fore et armis et navibus et copiis et militibus et pecuniis et omnibus denique ad bellum necessariis. Atque hæc ἐναντιοφανῆ obiter annotare visum est, ne quis putet Demosthenem nostrum ἑαυτῷ περιπίπτειν et contradicentia loqui, modo extollentem regias opes et pecunias κατ' αὔξησιν, modo deprimentem κατὰ μείωσιν. Sed quorsum tantum auri pondus secum in bellum afferret Rex Persarum? viz. non solum ad tolerandos belli sumptus militesque conducendos, sed etiam ad mercandos corrumpendosque hostes et proditores alliciendos. Nimis notum illud Philippizantis oraculi Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου etc. et cui non auditum ejusdem Philippi apophth. 'Nullam arcem adeo esse munitam, in quam asinus auro onustus non possit intrare.' Quod si asellus auro onustus tam potens sit in bello machina, quid dicemus de 1200 camelis Regis Pers. aurum vehentibus? Certe nonnunquam pecuniæ plus prosunt in bello quam arma, copia quam copiæ; et auro citius quam ferro vincuntur hostes, quicquid dicat Solon apud Herodotum. Philippus profecto non alia machina Olynthum expugnavit aliasque Gr. urbes, nec alio fere ariete eorum muros quassavit quam aureo bove. Non mirum igitur, si et ante eum Rex iste Persarum eadem machina Græcos aggressus est; ideoque magnam attulerit vim, et vero vim, magna enim auri vis in bello est. Dicite pontifices in sacris, dicite vosque duces in castris, quid facit aurum. At valeat aurum inter milites quantum valere potest: non valebit tamen (spero) aurum Persicum ad corrumpendos Gr. Rhetores aut oratores Att., saltem non Demosthenem; utinam saltem ille immunis sit ab hac labe δωροδοκίας, nec nimium ejus oculis affulgeat ὁ χρυσὸς τοῦ βασιλέως. Quid oratori Gr. cum pecuniis Persicis? tractent fabrilia fabri, tractent potius illi ferrum quam aurum Regis: et quam ægre inducor ut secus quid suspicarer de hoc principe oratorum, quicquid scripserit Plutarchus. Atque hactenus habuimus duplicem auri usum in bello, et quare Persarum Rex, si forte, contra Gr. χρυσίον ἄγει. unum apertum et honestum, ad sustentandum exercitum; alterum subdolum et occultum, ad corrumpendum hostem: in priori aurum est nervus belli et eos fortitudinis; in posteriori esca producet proditionis [sic]. Quod si ad pompam et ostentationem aurum etiam in bello gestatur, nihil profecto vanius nec incommodius. Hoc tamen apud barbaros et præcipue apud Persas in more

positum fuisse constat ex fulgido illo et glorioso et splendido Dar. [Quint. Curt. l. iii. 2. 12.] " Nitet purpura auroque, fulget armis et opulentia, quantam qui oculis non subjecere, animis concipere non possunt." " Argentum istud atque aurum ad conducendum militem mitte," inquit ibi Charidemus Atheniensis, immanem illam pompam apud Darium libera et honesta oratione perstringens, qui tamen mox *παῤῥησίαν* suam capite luebat. Aurum in prælio gestare, auro et gemmis ornari, non fortium virorum et militum, sed mollium et effeminatorum hominum, imo feminarum et puellarum, est: unde Amphimachum quendam Cariæ ducem notat Homerus, tanquam *θηλυδρίαν καὶ γυναικίαν καὶ μαλακὸν* [Il. B. 872.] *Ὃς καὶ χρυσὸν ἔχων πόλεμόνδ' ἴεν, ἠΰτε κούρη, Νήπιος, οὐδέ τί οἱ τό γ' ἐπήρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον. in prælium ibat aurum gestans, tanquam puella*, ac si Veneris potius quam Martis castra sequeretur; siquidem *χαλκεὺς* est *Ἄρης, χρυσῆ Ἀφροδίτη*. Ejusdem fere farinæ miles fuit Euphorbus ille de quo idem princeps poetarum [Il. P. 51.] *Αἵματί οἱ δεύοντο κομαὶ, Χαρίτεσσιν ὁμοῖαι, Πλοχμοί θ', οἱ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο.*

— 16. *καὶ γὰρ τὰς κρήνας . . . λαμβάνῃ*] Insignis Guome. Nam et sententias et aphorismos in orationibus suis habet etiam Demosth.; etsi forte non adeo frequentes ac alii auctores, Histor. præsertim Gr. ac Poetæ. Quantumcunque aurum habuerit, quantumcunque pecuniæ secum attulerit Rex iste Persarum, tamen non est ille quidem puteus inexhaustus. Magnam habet auri vim, sed et magnæ impensæ ei faciendæ sunt: multum habet pecuniæ, sed et multos milites partim alendos partim conducendos, qui hanc gazam exhaurirent et camelos ejus suo onere levarent: quantumvis grande id fuerit, multorum manus et ventres illuc accedent. Eccl. v. 10. " Ubi multæ sunt opes, multi etiam sunt qui comedunt eas." Quo spectat egregia illa dissertatio Cyri apud Xen. K. Π. l. viii. [c. 3. 41.] ubi ait se nihilo feliciorem esse, quod multa possideat; sed hoc tantum adeptum, ut plures sumptus faciat, et plures etiam curas pluraque habeat negotia. *πολλοὶ μὲν οἰκέται σῖτον αἰτοῦσι, πολλοὶ δὲ πιεῖν, πολλοὶ δὲ ἱμάτια, etc.* et tandem concludit [§. 44.] *ἀνάγκη δέ τοί ἐστι τὸν πολλὰ ἔχοντα πολλὰ καὶ δαπανᾶν καὶ εἰς θεοὺς καὶ εἰς φίλους καὶ εἰς ξένους· ὅστις οὖν ἰσχυρῶς χρήμασιν ἥδεται, εὖ ἴσθι, τοῦτον καὶ δαπανῶντα ἰσχυρῶς ἀνιᾶσθαι.* Nulla certe est adeo abyssus opulentiæ humanæ, ad cujus fundum perveniri non liceat; nullus divitiarum fons tam largus aut puteus tam profundus, qui non multis et magnis sumptibus siccari possit et exhauriri. solus divinæ bonitatis fons perennis est et puteus inexhaustus, qui *οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἐπιλιπεῖν πέφυκε, κἂν τις ἀπ' αὐτοῦ ἀθρόα καὶ πολλὰ λαμβάνῃ*. Et tamen Papa nescio quis Angliam vocavit Puteum inexhaustum, quippe quod exinde tantum thesauri quotannis exsugeret. Ut non mirum si bolum tantum sibi ereptum e faucibus doleat triceps ea bestia. Cerberum enim omnino licet Orci janitorem se profiteatur. Proverbium est apud Gr. *τὰ φρέατα ἀντλούμενα βελτίω γίνεται. putei si hauriantur meliores fiunt.* Clem. Alex. Strom. l. i. *τὰ φρεάτα ἐξαντλούμενα διειδέστερον ὕδωρ ἀναδίδωσι, καὶ τὸν σίδηρον ἡ χρῆσις καθερώτερον φυλάσσει. putei hausti limpidiorem emittunt aquam, et ferrum usus purius servat.* et Basil. ep. *καὶ γὰρ τὰ φρέατα, φασὶν, ἀντλούμενα βελτίω γίνεσθαι.* est *βελτίω* fortasse melioris sed non plenioris putei: putei sunt profundi, sed fundum habent. Habeat igitur Rex Pers. magnam auri copiam: sed ejus auri laus liquescet et consumetur; at ejus penus non est inexhaustus; puteum secum habet, non abyssum. Ait igitur Demosth., quantumvis jam abundet auro Rex Pers., illius tamen pecuniam facile consumptum iri, nec aliunde eum in processu subsidium habiturum: Athen. vero, qui e sua regione per vices et partes accipiant, pecunias aliasque res ad bellum nunquam defuturas; quamdiu enim suum agrum teneant et possideant, vel dum subsidium illud ex se habeant, fieri non posse ut pecunia indigeant. Ulpian. [vol. vi. p. 69.] *τὸ μὲν ἐκείνου ῥᾳδίως ἀναλωθήσεσθαι, καὶ μηδαμόθεν ἕξειν ἐπικουρίαν· Ἀθηναίους δὲ, ἐκ τῆς χώρας κατὰ μέρος λαμβάνοντας, μηδέποτε τῶν ἀναγκαίων ἀποῤῥήσειν.*

— ult. *οἱ ἐν Μαραθῶνι*] Marathon et pugna Marathonia oratoribus Atticis passim in ore est et utramque paginam apud eos facit: hæc est eorum Helena: hic serio exsultat et triumphat eorum oratio. Morem hunc Rhet. Atticorum Marathonem ad nauseam inculcandi et nequiter (ut solet) tangit Lucian. Dial. Rhet. præcept. [§. 18.] *ἐπὶ πᾶσι δὲ ὁ Μαραθὼν καὶ ὁ Κυναίγειρος, ὧν οὐκ ἄν τι ἄνευ γένοιτο. (præ omnibus* vel *supra omnia*, ita enim verti debet; non *in omnibus*, ut interpres), *ante omnia ne omittatur Marathon nec Cynægirus, sine quibus nihil fieri potest.* omitte hæc, et omitte omnia, uti nos vulgo. Erat autem Cynægirus insignis ille dux Athen., qui in hac pugna Marathonia, Persis jam ad mare et classem suam pulsis et fugatis, navem hostium dextra primum, deinde ea abscissa, sinistra, tenuit, et utraque demum manu amputata, eandem dentibus prænendit morsuque detinuit. Testis post Herodotum Justinus, aliique. Facinus hoc Cynægiri, ambabus manibus truncati, oratores ambabus manibus arri-

puerunt, tanquam insignem ansam τῆς ἐπιδείξεως et præclarum eloquentiæ suæ argumentum. Nihil igitur aliud fere crepabant in orationibus, quam Marathonem et Cynægirum, ut meritissime dixerit εἰρανικώτατος ille διαλογιστής: ἐπὶ πᾶσι δὲ κ. τ. λ. Quod et παροιμιωδῶς videtur mihi non inconcinne dici posse de re quavis, quæ caput est et præcipuum et maximi momenti, et quod nullo modo potest omitti in argumento aliquo; quod passim inculcat ab orat. quæ luxur. et triomphat oratio ἐπὶ πᾶσι δὲ κ. τ. λ. Plutarchus certe pugnam Marathoniam fere a trecentis historicis descriptam esse affirmat. Quanquam ex Gr. hodie qui exstant, duo tantum historici (quod scio) Herodotus sc. et Diodorus Siculus, Marathoniam hanc pugnam scriptis suis consignarunt. Miltiadis trophæum ad Marathonem non sinebat Themistoclem dormire nec Rhet. Att. tacere. Atque hinc juramentum illud solenne inter Athenienses: οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι πεπτωκότας. quo jurarunt per eos qui in Marathone occubuerunt, ac si majores in divorum et indigetum numero haberent, qui in prælio illo celeberrimo tum fortiter pugnantes pro patria obierunt; et ὑπὲρ ἄνθρωπον, supra sphæram humanæ naturæ, collocarent. Hujus juramenti Attici meminit inter alios elegans ille scurra Lucianus in Demosth. Encom. [§ 49.] Celebritas hujus pugnæ Marathoniæ locum etiam fecit Græco illi adagio quod exstat apud Suid. μετὰ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην, *post Marathoniam pugnam*. quod parallelum faciunt paræmiographi alteri illi proverbio notissimo: μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία. *post bellum suppetiæ*. post cibum sinapi, ut nos vulgo. Chiliastes nescio quare aut unde aut quomodo alio transfert hoc adagium ad denotandum malum conduplicatum; et sic effert μετὰ τὸν Μαραθῶνα μάχην, *post Marathonem pugna*: quod dici potest, quoties una pugna post aliam, unus tumultus post alium, unum bellum post aliud, exoritur. Faxit Deus, ne hoc sensu nobis sit μετὰ τὸν Μαραθῶνα μάχη. Sed vereor sane, ne et ego etiam (instar Rhetorum Atticorum) nimius sim in Marathone.

P. 294. 5. ἐπ' Ὀρόντην—μισθοφορεῖν] Alii his intelligunt ducem, Mysiæ satrapam seu præfectum, qui, a Tacho Rege Ægypt. Asiaticorum dux adversus Art. My. constitutus, copias omnes et res et pecunias Artax. prodidit. Diod. Sic. l. xv. [c. 91.] Nec certe postea legitur hunc Orontem iterum a Reg. Pers. defecisse: quomodo igitur Seleucidem cum Artax. hic vir filius et successor contra Orontem istum arma caperet aut cum eo bellum gereret? Quid ergo si per Orontem hic intelligemus fluvium nobilem illum Syriæ adeoque metalepticῶς Syriam ipsam. *contra Orontem merere stipendia*, i. e. contra Syriam militare, bellum gerere; mercenarios illi milites esse, et ejus castra sequi velle, si in Ægyptum aut Syriam expeditionem susciperet. Ὀρόντης vel potius Ὀρόντης (ita enim scribi debet cum simplici ρ: ita enim habent omnes Geographi seu auctores Gr. qui ejus meminerunt) est nobilis fluvius in Syria. Vulg. Lex. Lat. 'Orontes fluvius disterminans Antiochiam a Syria,' ridicule, cum Antiochia sit in Syria et quidem metropolis totius Syriæ; quomodo igitur potuit secerni aut separari. Orontes fluvius mediam fere Syriam interfluit, Syriam (inquam) Seleucidem. Quinque enim Syriæ partes seu regiones facit Strabo: Commagenam, Seleucidem, Cœle-Syriam sive cavam Syriam, Phœnicem, et Judæam. vel potius quatuor; Phœnicem enim et Judæam quasi unam facit et eidem regioni accenset. Hæc enim ejus verba sunt l. xvi. [c. 2. §. 2.] μέρη δὲ αὐτῆς τίθεμεν (sc. Συρίας) τήν τε Κομμαγηνὴν καὶ τὴν Σελευκίδα καλουμένην τῆς Συρίας, ἔπειτα τὴν κοιλὴν Συρίαν, τελευταίαν δ' ἐν μὲν τῇ παραλίᾳ τὴν Φοινίκην, ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τὴν Ἰουδαίαν. quæ verba postrema perperam reddit Interp. *ultimam Judæam in ora Phœniciæ*: cum sic debuisset: *ultimam in maritima quidem ora Phœnicen, in mediterranea Judæam*. Ubi videmus quam late pateat apud Ethnicos nomen Syriæ, ita ut etiam Judæam comprehenderet: cum in Sacro Codice qui Aramzi ibi dicuntur, passim a Judæis distinguuntur. In Seleucide Syria quatuor sunt præ aliis urbes maxime illustres; unde τετράπολις dicta est hæc pars Syriæ (inquit Strabo). Quatuor illæ urbes erant Antiochia, Seleucia, Apamia, et Laodicea: quarum prima et ultima in N. F. memorantur, imo celebrantur; prima præsertim, sc. Antiochia, quod totius regionis fuit metropolis, quam quod discipuli primum in ea nominari cœperunt Christiani, quæ non tam insigni privilegio gaudet nec gloriatur. Sed hæo fortasse extra oleas: nec ego nescio quomodo per hunc fluvium Orontem delatus et delapsus sum in fontes S. S.; nec illibenter sane (fatebor enim) hic juvat usque morari, et conferre gradum, et conferre τὰ ἔξωθεν τοῖς ἀγιογράφοις, et altera ex alteris illustrare, prout fors et occasio offert: subinde redeo ad Orontem; nobilissimus enim hic fluvius fuit, de quo multa et mira tradunt Geogr., ideoque eum imo pede præterire non possum. Orontes igitur fluvius mediam fere Syriam intersecat, unde hic μεταληπτικῶς pro Syria ponitur. suum habet ex Cœlesyria prope Lebanum et Paradisum. Gr. Geogr. supra cit. [l. xvi. c. 2. §. 19.]

μέχρι τῶν τοῦ Ὀρόντου πηγῶν, αἳ πλησίον τοῦ τε Λιβάνου καὶ τοῦ Παραδείσου. Putaret quis ex his verbis Orontem fuisse unum ex quatuor fluviis qui in mundi infantia rigarunt paradisum: sed Paradisus iste fuit urbs quædam Syriæ, juxta quam erat caput hujus fluvii. Steph. Byzant. Παράδεισος, πόλις Συρίας. Ex quatuor illis (quas dixi) præcipuis urbibus Seleucidis Syriæ tres alluebat et allabebatur fluvius iste, viz. Antiochiam, Apamiam, et Seleuciam. Geogr. Nostr. [c. 2. §. 7.] ῥεῖ δὲ τῆς πόλεως πλησίον Ὀρόντης ποταμός. οὗτος δ' ἐκ τῆς κοιλῆς Συρίας τὰς ἀρχὰς ἔχων, εἶθ' ὑπὸ γῆν ἐνεγχθείς, ἀναδίδωσι πάλιν τὸ ῥεῦμα, καὶ διὰ τῶν Ἀπαμέων εἰς τὴν Ἀντιόχειαν προελθὼν, πλησιάσας τῇ πόλει, πρὸς τὴν θάλατταν καταφέρεται τὴν κατὰ Σελεύκειαν. Typhonem hunc primo dictum volunt a Typhone gigante juxta illum sepulto; postea vero Orontem ex ejus nomine qui pontem in eo exstruxit. [ibid.] τὸ δ' ὄνομα ἀπὸ τοῦ γεφυρώσαντος αὐτὸν Ὀρόντου μετέλαβε, καλούμενος πρότερον Τυφών. Dionys. περιηγ. poematio de situ orbis ubi de Syria [ver. 918.]

Αὐτὰρ ἐνὶ μέσσῃσιν Ἀπαμείης πτολίεθρον·
Τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην κατασύρεται ὑγρὸς Ὀρόντης
Ἄσπετος, Ἀντιόχοιο μέσην διὰ γαῖαν ὁρίζων.

Ubi Eustath. multa de Oronte ex Strabone pro suo more, quem ubique indigitat τὸν Γεωγράφον ἀντονομαστικῶς. ubi et illud etiam præterea addit de nomine hujus fluvii ex recentioribus quibusdam Geogr.: enm viz. a Tiberio Cæsare Orontem, mutato nomine, quasi Orientale appellatum fuisse, cum antea Draco diceretur: ἄλλοι δέ φασιν ὅτι Καῖσαρ Τιβέριος ἐκ Δράκοντος αὐτὸν Ὀρόντην μετωνόμασεν, ὃ σημαίνει ῥωμαϊστὶ τὸν Ἀνατολικόν. Orontes hic pro Syria: apud Gr. enim frequens est urbes aut regiones per fluviorum nomina circumscribere; cum regionem aliquam exprimere volunt, præcipuum ejus loci fluvinm ponunt, ut si quis Tamesin pro Londino aut Anglia, Sequanam pro Gallia aut Parisiis, Rhenum pro Germania, etc. quanquam certe poetis usitatior quam oratoribus hic loquendi mos. Dores imprimis hac formula delectari videntur. Ita enim Theocr. sæpe, ut Idyll. vii. [1.] εἰς τὸν Ἄλεντα Εἴσπομες ἐκ πόλιος. et alibi [vii. 151.] ποιμὴν ποτ' Ἀνάπω. [et vi. 41.] ἀμάντεσσι παρ' Ἱπποκόαντι. et [iv. 6.] ἄγειν ἐπ' Ἀλφεόν. *ire ad Alpheum*, i. e. ad Olympiam proficisci, quam Alpheus sc. fluvius præterlabitur. Sic et Virgilius, Doricum hoc sive Siculum loquendi genus imitatus, Olympiam et certamina Olympica ab Alpheo fluvio designat. [Geo. iii. 19.] "cuncta mihi Alpheum linquens." et alibi Arethusam, pro Musa Sicula, Siciliæ fontem pro Sicilia, ponit [Ecl. x. 1.] "Extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborem." Ut Orontem hic sit proprium nomen viri, viz. ducis illius Asiani, quem diximus, fateor me nec historiam nec chronologiam conciliare posse.

— 6. μισθοφορεῖν] Μισθοφόροι, *milites mercenarii*, proprie *peregrini et extranei milites*, τὸ ξενικὸν, quod et τὸ μισθοφορικόν. Nam alioquin etiam omnes milites, etiam domestici, late loquendo dici possunt μισθοφόροι, quatenus stipendia faciunt et mercedem referunt: at μισθοφόροι peculiariter plerumque dici obtinuit de cæteris militibus mercede conductis. Demosth. tamen alicubi ἐντελῶς dixit τοὺς ξένους μισθοφόρους. Sed ut plurimum ἁπλῶς οἱ μισθοφόροι sunt *exteri milites, mercenarii*. Thucyd. l. vii. εἰσὶ δ' οἱ καὶ μισθοφόροι ξυνεστράτευον. ubi recentior Schol. οὕτω καλεῖ τοὺς μισθωτοὺς, τοὺς ξένους καὶ μισθοῦ χάριν ὁπλοφοροῦντας. Μισθοφορεῖν igitur est *mercenarium militem esse, conductum, conductitium de extra nomine.* quod et μισθοδοτεῖσθαι, *mercedem accipere.* nisi quod sic forte differunt μισθοφορεῖν et μισθοδοτεῖσθαι. μισθοφορεῖν est *stipendia facere, mercedem merere*; at μισθοδοτεῖσθαι est *mercedem accipere.* Milites mercenarii μισθοφοροῦσι, sive stipendium iis persolvatur, sive non: at non μισθοδοτοῦνται, nisi mercedem accipiant, debitaque iis stipendia solvantur. Synes. Ep. ἀξιῶν μισθοδοτεῖσθαι παῦ αὐτοῦ καὶ μὴ τυχών. *mercedem ab eo accipere cupiens non obtinuit.* Et vereor, ne multi milites nunc dierum in Anglia fuerint, qui μισθοφοροῦσι quidem, sed non μισθοδοτοῦνται. Μισθοδοτεῖ ὁ στρατηγὸς, dux, imperator; μισθοδοτεῖται ὁ στρατιώτης, h. e. μισθοφορεῖ, et aliquid amplius. Qui stipendia solvit, μισθοδοτεῖ: qui stipendia facit, μισθοφορεῖ. Indicat hoc discrimen Schol. Thucyd. l. viii. μισθοφορεῖν λέγεται ὁ στρατιώτης, ὁ τὸν μισθὸν τῆς στρατείας χάριν φορᾶν, εἴτε φέρων, ἀποφέραν καὶ λαμβάνων παρὰ τοῦ στρατηγοῦ (recte id quidem *accipiens* vel *accipere debens*), ὁ αὐτὸς καὶ μισθοδοτεῖσθαι καὶ σιτοδοτεῖσθαι λέγεται, ὁ δὲ στρατηγὸς μισθοδοτεῖν, καὶ μισθὸν καὶ τροφὴν διδόναι, καὶ σιτοδοτεῖν. Differunt μισθοῦσθαι, μισθαρνεῖν, et μισθοφορεῖν, μίσθωσις, μισθαρνία, et μισθοφορία seu -ρά. Μίσθωσις est *locatio* et *conductio*. utrumque enim sub eo nomine veniunt. μίσθωσις *locatio* ab act. μισθῶσαι, et μίσθωσις *conductio* a med. μισθώσασθαι. μισθῶσαι οἶκον Gr. dicitur qui locavit, μισθώσασθαι qui conduxit. quale discrimen est inter χρῆσαι et χρήσασθαι, δανεῖσαι et δανείσασθαι, ut ante obser. Sic μισθώσας est *locator*, μισθωσάμενος *conductor*. Μίσθωσις igitur tum locatio tum conductio ædium, puta, aut agrorum aut servorum aut corporum aut

operarum: at μισθαρνία est τῆς μεταβλητικῆς, *mercenaria*. Aristot. [Polit. i. 11.] τρίτον μισθαρνία. ταύτης δὲ ἡ μὲν τῶν βαναύσων τεχνῶν, ἡ δὲ τῶν ἀτέχνων καὶ σώματι μόνῳ χρησίμων. *mercenariæ, μισθαρνίας*, hujus vocis duæ sunt species, inquit Aristot. una βαναύσων, artificum Judæorum, qui artes suas habent venales, artes viles et sellularias et sordidas: altera operariorum, quorum opera non ars conducitur, ut bajuli, cæterique qui corporis operam locant oneribus portandis, aut ejusmodi; atque hi sunt quos ἀτέχνους καὶ σώματι μόνῳ χρησίμους vocat Philos. *artis expertes et solo corpore utiles*. atque hi proprie μισθωτοὶ, ut opifices sellularii, artifices μίσθαρνοι, vel μισθαρνεῖς. Jam vero μισθοφορεῖν, ία, ὰ, μισθοφόροι, dicitur de militibus mercede conductis. μισθωτοὶ proprie sunt *servi mercenarii*, μίσθαρνοι *opifices*, μισθοφόροι *milites mercenarii*.

— 14. ὅστις ἑαυτὸν - - - προέσθαι βουλήσεται] Videmus hic inter res maximi pretii et honoris numerari in Demosth. τάφους *sepulcra*, et in eodem loco et ordine cum parentibus et patria poni. Quanta fuerit sepulcrorum religio, et quanto in honore fuerint habita ab antiquis, passim tradunt auctores. Non loquor jam de Judæis, quibus de sepulcro peculiaris quædam cura atque ratio fuit propter Messiam sc. terramque promissam, ideoque iis summopere id semper in votis fuit, ut cum prioribus suis (ut scr. loquitur) inter monumenta sepelirentur, saltem ut inter patriæ fines et pomœria terræ
sed nobis de Ethnicis jam sermo est, et plerosque certe Gentiles sepulcralis hæc religio pervasit, quanquam sepulturæ ritibus multum inter se discrepabant. De quibus videndi, qui de funere scripserunt: non enim compilabo eorum scrinia. De honore patriæ sepulturæ apud Ethn. antiquissimum est illud Hom. testimonium [Il. Π. 674.]

Ἔνθα ἑ ταρχύσουσι καϲίγνητοί τε ἔται τε
Τύμβῳ τε στήλῃ τε· τὸ γὰρ γέρας ἐϲτὶ θανόντων.

Sed de aliis gentibus hic non agam nisi tantum de Græcis, de quibus hic Demosth. *Quis eorum* (inquit) *ita infelix est, ut scipsum, parentes, sepulcra, patriam, exigui lucelli gratia perdere aut prodere velit*, id enim est προέσθαι, de quo verbo memini me dixisse antea. Cum vero cæteri Gr. tum imprimis Athenienses, τοὺς προγονικοὺς τάφους, h. e. sepulcra majorum, sepulcra patria, seu gentilia, maximo honore et veneratione prosequebantur. Hinc exclamatio illa apud Rhet. Att. ὦ γῆ καὶ ἥλιε καὶ ἱερὰ καὶ τάφος. Theo. Progymn. Unde mos ille honorifice sepeliendi, aut saltem funerandi, eos sumptu publico, qui pro patria pugnantes fortiter occubuerant: qua de re exstat pulcherrima oratio Pericilis apud Thucydidem. Atque hinc præclara illa lex Solonis, apud Ælian. [V. H. l. v. 14.] νόμος καὶ οὗτος Ἀττικὸς, Ὅς ἂν ἀτάφῳ περιτύχῃ σώματι ἀνθρώπου, πάντως ἐπιβάλλειν αὐτῷ γῆν. quod et monet Phocyl. hoc versiculo carm. [94.] Γαῖαν ἐπιμοιρᾶσθαι ἀταρχεύτοις νεκύεσσι. Et quanquam ille [Virg. Æn. ii. 646.] dixerit, "facilis jactura sepulcri," et alter [Thucyd. l. ii. 43.] ἀνδρῶν ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος, tamen, ἀταφία magnæ calamitatis atque etiam pœnæ loco habita est apud Gr. "sepulcro sc. carere et inhumatum projici," nec tantum ἄταφον, sed etiam ἀπόταφον, esse, pro magno infortunio erat. Differunt autem ἄταφος et ἀπόταφος. ἄταφος est *sepulcri expers, qui non omnino sepelitur*; ἀπόταφος, *qui inter suos thecam non obtinet, sed alicubi in peregrino solo et extra patriam sepelitur*. Harpocrat. ἀπόταφος ἀντὶ τοῦ ἀπεστερημένος τῶν προγονικῶν τάφων, *qui privatus est majorum suorum sepulcro*. Et certe Athenienses, quia gloriabantur se αὐτόχθονας esse, ideirco Judæorum instar quadam terræ suæ religione, ne dicam superstitione, tenebantur, ac si patria quoque ipsorum fuisset terra sancta; ideoque ἀπόταφον esse et extra patriæ suæ limites sepeliri magni infortunii loco ducebant. Cic. pro L. Flacc. [c. 26.] de Athen. "Quæ vetustate ea est, ut ipsa ex sese suos cives genuisse dicatur; et eorum eadem terra parens, altrix, patria, dicatur." Hesych. ἀπόταφοι, οἱ συνηριστευκότες τὴν ἐλευθέραν δοῦλοι καὶ μὴ συνταφέντες αὐτούς. In quibus verbis plane se fatetur Maussacus [sic] notis in Harpocr. nec meminit se simile quicquam in monumentis veterum legisse. Frustra igitur illum locum tentat, leg. pro τὴν ἐλευθέραν, τῇ ἐλευθέρᾳ vel τῇ ἐλευθερίᾳ, sed nullo sensu neque successu. Sic leg. et corr. ea verba meo periculo: ἀπόταφοι, οἱ συνηριστ. τοῖς ἐλευθέροις, etc. Ἀπόταφοι quasi exsepulti, vel extra sepulti, vel seorsim sepulti, dicebantur servi, qui, quum una cum hominibus liberis strenue pugnassent et rem præclare gessissent in bello, seorsim tamen ab iis, et non una cum iis, sepeliebantur, quia inferioris erant fortunæ et conditionis. Ἀριστεύειν est *fortiter pugnare, strenue rem gerere*, et οἱ συνηριστευκότες τοῖς ἐλευθέροις δοῦλοι, *servi qui una cum hominibus liberis præclare se in bello gesserunt*. Licet igitur utrique eodem fato functi, tam liberi quam servi, honorifice funere et sepulcro gaudebant ex sumptu publico, seorsim tamen a se invicem sepeliebantur, ob sortis disparitatem.

P. 295. 2. πολλῶν ἂν χρημάτων — ῥύσασθαι] *multis pecuniis redimere*. Trala-

ütia et tantum non proverbialis loquendi formula apud Gr., quoties votum aut desiderium aut æstimium alicujus rei exprimere volunt. τόδε ἢ τόδε πολλῶν ἂν χρημάτων πριαίμην vel ἑλοίμην, pro *hoc mihi maxime in votis est*, ad verbum, hoc ego grandi pecuniæ summa redimerem, mallem hoc mihi contingere quam Crœsi opes aut Midæ talenta. Τοῦτο μὲν οἱ Ἀτρεϊδαὶ ἀντὶ πολλῶν χρημάτων, etc. "Hoc Ithacus velit et magno mercentur Atridæ." [Virg. Æn. ii. 104.] Ita Dem. noster non semel; ut Olynth. A. primis statim verbis: ἀντὶ πολλῶν ἂν χρημάτων ὑμᾶς ἑλέσθαι, etc. *multis vos arbitror divitiis fore antelaturos.* Locum etiam hic habet τιμήσασθαι. Dem. de Cor. [§. ξβ'.] ἐγὼ μὲν ἀντὶ παντὸς τιμησαίμην ἄν. *equidem maxime hoc vellem, quovis pretio emerim.* Isocrat. [c. Soph. §. 6.] ἐγὼ δὲ περὶ πολλῶν ἂν χρημάτων ἐτιμησάμην, τηλικοῦτον δύνασθαι τὴν φιλοσοφίαν. *ego vero magnis opibus anteferrem, si tantum valeret philosophia.* Recte vero id εἰ ἔχοιεν δοῦναι. ita enim et nos loqui solemus. 'Ego vero magnam pecuniæ summam, si mihi suppeteret, darem, ut hoc vel illud obtineam, ut in hoc vel illo negotio voti compos fiam.' Huic non dissimilis altera illa phrasis apud Gr. πεζογεφόφους frequentissima, περὶ πολλοῦ αὐτ περὶ πλείστου ποιεῖσθαι, *plurimi æstimare:* et altera οὐδενὸς ἀνταλλάξασθαι, *cum nulla alia re commutare velle*, qua usus est Thucyd. [viii. 82.] τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας οὐδενὸς ἀντηλλάξαντο. *cum nulla alia vel maxima re commutassent.* Thucyd. l. vi. [10.] περὶ πολλῶν ἂν ἐτιμήσαντο ξυμμάχους σφίσι γενέσθαι. *quorum societatem sibi adjunctam plurimi æstimassent.* Schol. περὶ πολλῶν ἀντὶ πολλῶν χρημάτων. Lucian. Phalar. [§. 1.] ἀντὶ τῶν πάντων ἀλλαξαίμην ἄν. *omni lucro permuturim.*

— 3. πρίασθαι γενέσθαι τινὰ αὐτοῖς καιρὸν] Viz. hoc est ἐξαγοράζειν vel ἐξαγοράζεσθαι τὸν καιρὸν, quod monet Apostolus plus vice simplici, *redimere tempus* vel *opportunitatem.* Paulus aliquando Athenas se contulit: et quidem ego me Athenis ad Paulum. Et certe non possum quin totam hanc Demosthenis sententiam ad divinius non paulo argumentum accommodem, et εἰς ἡμετέραν θείαν αὐλὴν cum levicula mutatione migrare faciam. Thebani sunt divites, utpote quorum animus et cor et thesaurus h. e. in arca et cista, ubi aurum incarceratur et reconditur pecunia, flagellantur opes. Jam quot talentis existimamus nos, quanto pretio, quantis pecuniis tempus redimere hi Thebani. [sic] Cum tria præcipue verba sunt apud Gr. quæ significant *emere*, viz. ἀγοράζειν, ὠνεῖσθαι, πρίασθαι, in hac phrasi verbum πρίασθαι tantum locum habet. Non dicunt Gr. πολλῶν ἂν χρημ. ἀγοράζειν vel πολλῶν ἂν χρημ. ὠνεῖσθαι, sed πρίασθαι, cum hoc modo æstimium aut votum aut desiderium alicujus rei exprimere volunt. Sophoc. Aj. [477.]

Οὐκ ἂν πριαίμην οὐδενὸς λόγου βρότον,
Ὅστις κεναῖσιν ἐλπίσιν θερμαίνεται,

*nihil darem pro isto homine, non redimerem talem hominem cassa nuce, teruntio non emerim*, h. e. nihili æstimo ejusmodi hominem. Xen. [Mem. ii. 5. 3.] e contra: τὸν δὲ πρὸ πάντων χρημάτων πριαίμην ἄν. *hoc ego omnibus nostris pecuniis redimerem*, vel *omnibus pecuniis anteferrem.* Sic in versiculis illis proverb. Aristoph. Pac. [1222.] Οὐκ ἂν πριαίμην οὐδ' ἂν ἰσχάδος μιᾶς. *non emerim vel una ficu.* Com. [Sophocl. Antig. 1170.] apud Athen. l. xii. [c. 12.] καπνοῦ σκιᾶς Οὐκ ἂν πριαίμην. *fumi umbra non emerim.* Tria sunt proverbia apud Gr. ab umbra desumpta de re nihili, καπνοῦ σκιὰ, ὄνου σκιὰ, et σκιᾶς ὄναρ, *fumi umbra, asini umbra*, et *umbræ somnium.*

— 4. διαλύσονται—ἁμαρτίας] Elegans usus hujus vocis διαλύεσθαι pro *dirimere, diluere, componere*, lites sc., controversias, crimina, calumnias, διαλύεσθαι, vel διαλύσασθαι, τὰς ἔχθρας, τὰς διαβολὰς, τὰ ἐγκλήματα, *dissolvere, dirimere, diluere, crimina, inimicitias, calumnias.* Observetur itaque discrimen inter act. et med. hujus verbi. Διαλύειν in voce act. est *dissolvere*, idem quod simpliciter λύειν, *pacta, fœdera, amicitias.* πολλὰς δὴ φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσε. [Aristot. Eth. viii. 6.] At διαλύεσθαι in voce med. est *dirimere*, h. e. *componere, lites, inimicitias, controversias.* Isocrat. Panegyr. [§. 10.] βουληθέντες μετὰ λόγου, καὶ μὴ μετὰ βίας, διαλύσασθαι τὰ πρὸς ἀλλήλους. *res nostras* aut *controversias componere.* alibi [ibid. §. 2.] ἐξ ὧν ἐξέσται τὰς πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς ἔχθρας διαλύσασθαι. *inimicitias inter vos mutuo ortas dirimere, componere.* Διαλύειν *dissolvere*, διαλύεσθαι *componere.* Immo διαλύεσθαι utrumque est et *dissolvere* et *componere.* Ut enim dicuntur aliqui διαλύεσθαι τὰς ἔχθρας (ut in exemplo jam adducto), ita et διαλύεσθαι τὴν φιλίαν. Aristot. Eth. ix. 3. ἔχει δ' ἀπορίαν καὶ περὶ τοῦ διαλύεσθαι τὰς φιλίας, *de renuntiandis amicitiis et dissolvendis*, vel (ut alii reddunt) *de distrahendis ac dirimendis amicitiis.* Nec certe mirum est idem verbum componendi et dissolvendi significationem habere. Nam ut in rebus naturalibus corruptio unius est generatio alterius, et vicissim (ut loquuntur οἱ περὶ τὰ φυσικὰ), sic in rebus politicis civilibusque negotiis dissolutio unius est compositio alterius, et e contra. Sic dissolutio pacis est compositio belli, et e contra; et dissolutio litis et controversiæ est compositio rerum et animorum: dicimus ergo et *dirimere lites* et

*componere lites*; utrumque est διαλύεσθαι. quando dirimuntur lites, componuntur negotia. igitur διαλύεσθαι τὰς φιλίας est *dissolvere amicitias*, et διαλύεσθαι τὰς ἔχθρας *dissolvere inimicitias, componere, dirimere.* διαλύεσθαι τὰ χρέα, ut Lat. *dissolvere debita*, et διαλύεσθαι ἐράνους, *dissolvere eranos*, debita erani nomine contracta. Sed et διαλύεσθαι ἁπλῶς et ἀπολελυμένως sensu forensi est *dirimere*, vel *componere, lites*, seu *controversias.* Dem. o. Mid. [§. ή.] οἱ δ' ἐπιχειρήσαντες δίκην λαμβάνειν, οὐκ ἠδυνήθησαν, εἰσὶ δ' οἳ καὶ διελύσαντο, λυσιτελεῖν αὐτοῖς ἡγούμενοι. *alii pœnas de eo sumere volentes, ulcisci judicio non potuerunt; sunt et qui cum eo transegerint et litem composuerint, in gratiam cum eo redierint.* ubi opponuntur δίκην λαμβάνειν et διαλύεσθαι. δίκην λαμβάνειν *ulcisci*, διαλύεσθαι *reconciliari.* Aristot. Eth. viii. 15. de amicitia utili seu quæstuaria: γίγνεται οὖν τὰ ἐγκλήματα μάλιστ', ὅταν μὴ κατὰ τὴν αὐτὴν συναλλάξωσι καὶ διαλύωνται. *in hoc genere amicitiæ nascuntur criminationes maxime, ubi non eodem modo nec eadem ratione fiunt contractus et solutiones.* et mox in eod. cap. οὐχ ὁμοίως δὲ καὶ συναλλάξας καὶ διαλυόμενος ἐγκαλέσει. *cum autem non similiter contraxerit ac contractum solverit, alterum accusabit.* συναλλάξαι et διαλύσασθαι sunt antitheta, utraque sunt verba forensia. συναλλάττειν est *contrahere, contractum facere, pactum* vel *pactionem inire. pacto se obstringere et obligare:* διαλύεσθαι est *pactum dissolvere, diffungi et liberare se contractu*, quod quidem præstando fit. Συναλλάττει creditor cum mutuum dat, aut debitor cum mutuum capit: διαλύεται etiam uterque, hic cum reddit, ille cum recipit. Etsi enim in mutuo contractu altera tantum pars ut obligari ita et dissolvi videatur, viz. debitor (qui, ut ad reddendum quod accepit obstringitur, ita cum nomen suum liberat et debitum solvit, διαλύεται), revera tamen, cum contractus sit mutuus, et utraque persona συναλλάττει, et utraque etiam διαλύεται, nec minus creditor quam debitor. Nec aliter profecto sumi potest in iis verbis Philos. jam adductis: οὐχ ὁμοίως δὲ, etc. Aristoteles enim eo in loco duo constituit genera amicitiæ utilis: unum νομικὸν, alterum ἠθικόν. In illa venditio et emptio locum habet, quæ fit ἐπὶ ῥητοῖς, et ἐκ χειρὸς ἐς χεῖρα, *de manu in manum*, atque etiam fœnus seu mutuum fœnebre: in hac eranus, cum amicus amico gratificatur et pecuniam commodat. ἡ δὲ ἠθικὴ (inquit) οὐκ ἐπὶ ῥητοῖς, ἀλλ' ὡς φίλῳ δωρεῖταί, ἢ ὅ τι δόποτε ἄλλο, κομίζεσθαι δὲ ἀξιοῖ τὸ ἴσον ἢ πλέον, ὡς οὐ δεδωκὼς ἀλλὰ χρήσας. *tanquam qui non donaverit, sed mutuo dederit.* Cum vero non eodem modo dedit mutuum quo recepit, hinc oriuntur querelæ et criminationes: οὐχ ὁμοίως etc. quæ verba Gr. Schol. sive is Eustratus sive Andronicus, sic παραφράζει: χωρὶς μὲν οὖν τόκου συναλλάξαι, μετὰ δὲ τόκου διαλυθῆναι σπεύδων ἐγκαλεῖται. Cum igitur contractum fecerit, h. e. mutuum amico dederit, sine conditione aut pacto fœneris, postea vero mutuum reciperc vult cum fœnore, beneficiarium suum accusat ac criminatur, si expectatione sua frustretur, nec par pro pari, aut etiam amplius, recipiat: atque hic sensus est insignis illius loci Aristot. quem obiter explicare visum est. Διαλύεσθαι igitur, ἁπλῶς et per se positum, est verbum forense; estque vel *diffungi lite*, h. e. terminare controversiam, pacem facere, vel *diffungi pacto*, h. e. dissolvere et præstare contractum. Archidamus Rex Laced., cum aliquando arbiter a duobus litigantibus sumptus fuisset, eos in quendam locum adductos juramento obstrinxit, staturos eos illius sententiæ; quod cum fecissent, κρίνω τοίνυν, ἔφη, μὴ πρότερον ἀπελθεῖν ὑμᾶς, πρὶν ἂν τὰ πρὸς ἀλλήλους διαλύσησθε, *pronuntio igitur vos non prius hinc discessuros, quam litem inter vos composueritis, nisi prius transacta et terminata lite.* Auctor est Plut. Apoph. Lac.

— 11. ὑπαχθῆναι] Ὑπάγεσθαι idem in hoc sensu quod πεῖσθαι, *adduci, induci, impelli; per fraudem allici, illici, induci.* Ὑπὸ enim in oompositione *dolum* significat, ut ὑπέρχομαι, quod assentationem significat et obreptionem sese alteri subdole submittentis. Sic igitur et ὑπάγεσθαι est *per dolum et fraudem adduci, allici, induci, ad aliquid agendum.* Dem. Phil. B. [§. ς'.] οὕτω τελέως ὑπήχθητε. *usque adeo in fraudem estis illecti.* ut non male ibi Interpres. Æsch. [c. Timarch. §. λέ.] ὑπὸ τῆς ἀπάτης ὑπάγεσθαι. *fallimini, dolo adducimini.* Isocrat. [adv. Phil. §. λζ'.] τοιαύταις ἐλπίσιν ὑπαγόμενος. *tali spe illectus, adductus, pellectus.* Sed et active etiam hac significatione ὑπάγομαι med. voc. Heliod. l. v. [§. 33.] ὑπαγόμενος οὖν αὐτὸν, ὥστε πᾶν ἀναπτύξαι τὸ βούλευμα. *eum ergo pelliciens, subdole eum inducens, totius consilii rationem explicare.* Herodian. [l. ii. 14.] ὑπηγάγετο τοὺς πλείστους εἰς εὔνοιαν καὶ πίστιν. *plurimos ad favorem et fidem induxit, adduxit, pellexit.* et alibi. Chrysost. Hom. X. in Epist. ad Phil. ὅταν αὐτὸ βούληται ἐπισπάσασθαι καὶ ὑπαγαγέσθαι. *subducere, clanculum subtrahere, fraudulenter*, etc. Ita et Lat. *subducere* fraudis et fallaciæ significationem habet ex imitatione Gr. Terent. Andr. [iv. 1. 20.] "Etiamne me subducere istis dictis postulas?"

— 15. πολλῶν ἀγαθῶν ἦσαν κύριοι] *multorum bonorum domini et possessores erant.* Interp. *magnis opibus floruisse*, recte ad

sensum, licet non ad verbum. Hoc nomen κύριος longe aliter apud Atticos usurpatur, quam apud Sacros Scriptores aliosque com. Gr. Hic enim κύριος est simpliciter *dominus, herus;* at puriores Gr. hoc sensu δεσπότην potius dicunt quam κύριον. Κύριος pro *domino* aut *rege* aut *principe* aut *possessore* aut *patrefamilias* non occurrit in Hom., imo non omnino occurrit hæc vox, sed pro ea est vel ἄναξ vel ὅρχαμος vel κοίρανος. [Od. A. 397.] Αὐτὰρ ἐγὼν οἶκοιο ἄναξ ἔσομ' ἠμετέροιο. ἐγὼ δεσπότης ἢ κύριος ἔσομαι τοῦ οἴκου μου. [Il. B. 204.] εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς. Εἷς κύριος inquit Paulus, εἷς κοίρανος inquit poeta, de monarcha humano. Et certe hæc unitas est imago quædam seu repræsentatio illius. Monarchia humana umbra saltem et vestigium est monarchiæ divinæ, ut præclare docet Justin. Mart. de Monarch. Dei, ubi et hunc ipsum Homeri locum in hanc rem adducit. Sed hæc extra oleas, imo supra sphæram nostram. Redeo ad usum hujus vocabuli κύριος apud Hom., posteros Atticos scriptores et elegantiores Gr. Non dubito vos quædam observasse de syntaxi et significatione hujus vocis. Ego tantum, ordinis gratia, ut observationes nostras in formam et methodum compingam, regulam unam aut alteram de usu hujus vocis breviter proponam. (1.) Κύριος sequente infinitivo cum vel sine articulo significat *jus* vel *potestatem aliquid agendi* vel *non agendi:* ut κύριός εἰμι τοῦ ποιεῖν τόδε, *penes me est hoc facere.* Thucyd. [viii. 5.] κύριος ἦν ἀποστέλλειν. *penes eum erat jus mittendi.* Aristot. Eth. l. iii. [7.] κύριος γὰρ τοῦ μὴ μεθυσθῆναι, *in ejus enim potestate erat non inebriari.* (2.) Κύριος si habet genit., erit rei potius (et frequentius) quam personæ. Puriores enim Gr. vix aut ne vix dicunt κύριον pro *hero* aut *domino* aut *possessore;* nec ab Atticis dicitur κύριος τοῦ δεῖνος pro *hero* aut *domino alicujus,* sed δεσπότης aut ὁ κεκτημένος. (3.) Κύριος cum genit. etiam rei non tam significat *dominum proprie ac possessorem,* quam *eum qui quovis modo jus ac potestatem habet in rem aliquam,* ut τιμῆς καὶ τιμωρίας κύριος ὁ δῆμος. [Polyb. l. vi. c. 14.] *plebs potestatem habet honorandi et puniendi,* vel *honor et pœna sunt penes populum.* πόλεων καὶ τόπων κύριοι. *qui urbes et locos munitos in sua potestate habent.* Aristot. Eth. l. vi. 2. τρία δ' ἐστὶν ἐν τῇ ψυχῇ τὰ κύρια πράξεως καὶ ἀληθείας, *tria sunt in anima quæ in actionem et veritatem jus et potestatem habent,* αἴσθησις, νοῦς, ὄρεξις, *sensus, mens, appetitus.* Sic cum de usu et consuetudine dicimus tritum illud, "quem penes, etc." ἡ χρῆσις, vel τὸ ἔθος, κυρίον ἐστι τοῦ λέγειν. Atque ita exponi potest locus ille in Evang. [Marc. ii. 28.] ὥστε κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ σαββάτου. Semper enim mihi probabilis visa est interpretatio horum verborum, quam affert doct. H. Grot.; ut viz. hic per υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου non intelligatur ipse Christus, sed homo quivis. *Sabbatum est hominis causa, non homo Sabbati causa: quare filius hominis etiam Sabbati est dominus.* Et verba non tam bene cohæreut, si per *filius hominis* hic intelligimus Christum: *Sabbatum grotia hominis est, non homo gratia Sabbati, ergo Christus est Dominus Sabbati,* imo potius, *ergo homo est dominus Sabbati,* κύριος τοῦ σαββάτου, h. e. homo in tali casu, ubi sc. agitur de ejus vita et salute, jus habet vertendi in usum suum etiam Sabbati diem. Κύριος εἶναι Græce dicitur, qui aliqua re utendi jus habet. (4. et ult.) Κύριος παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, siquidem post se habeat genit. personæ denotetque adeo dominium in aliquam personam, non significat dominium seu imperium herile, quale est domini in servum, sed civile et maritale, viri sc. in uxorem. κύριος et δοῦλος non sunt rel. et corr., sed δεσπότης et δοῦλος, κύριος et γυνή. Eustath. [p. 1185.] οἱ Ἀττικοὶ τὸν σύνευνον κύριον ἔλεγον. Quod igitur Sara ex modestia marito fecit, id Attici ex usu et consuetudine linguæ suæ faciunt: de viro eoque marito loquentes, κύριον αὐτὸν καλοῦσι.

— 17. περὶ τῶν πρὸς αὐτοὺς διηνέγχθησαν διαφορῶν] *de privatis contenderunt.* Postquam cum publico et communi hoste pacem fecerunt, tum demum privatas lites et controversias inter se agitarunt: ὅπερ φιλεῖ γενέσθαι. Ea fere est natura hominum, ut si foris hostem non habeant, domi faciant. Utinam vero et nos hodie huic veritati funestum nimis et triste testimonium non perhiberemus. Utinam privatæ nostræ discordiæ καὶ αἱ πρὸς ἀλλήλους διαφοραὶ τῷ κοινῷ ἐχθρῷ viam contra nos non sternerent, nec aditum patefacerent, nec cristas erigerent, nec gloriandi atque triumphandi ansam præberent. ἢ καὶ γνῶναι Περίαμος. μέγισται τῶν πόλεων συμφοραί εἰσιν αἱ τῶν πολιτῶν διαφοραί. E contra salus Græciæ est Gr. concordia. Stet Carthago, ne Roma in se ruat. Sit Turca, sit Persa, sit Philippus, hostis, modo Græci inter se conspirent, pacem colant, velintque junctis studiis et unitis viribus communi hosti ὁμοθυμαδὸν ἐπιθέσθαι. Sed profecto obdurati sunt ita multorum animi et obturatæ aures ad pacis nomen; ut ad concordiam suadendam nec mille sufficiant Demosth.: nec libet igitur nec vacat ulterius excurrere in hunc locum communem de communi hoste propulsando colendaque inter cives concordia; de qua alias forte aptior erit dicendi locus et opportunior occasio. Mittam jam satyras mittamque querelas, sed non omittam preces.

Spiritus pacis constringat inter nos vinculà pacis, ut animi, misere hiantes tantisque spatiis a se mutuo divulsi, tandem concordiæ glutine atque cæmento coeant et coalescant. γένοιτο.

— 18. ὅσα ἂν οὐδὲ καταρώμενος εὕρέ τις αὐτοῖς] Habet formam saltem, speciem præ se fert, proverbii; quo uti licet, quoties magna mala et infortunia, "Iliada malorum," exprimere volumus, cui simile id quod vulgo (ni fallor) dici solet: Ego pejus nec inimico meo optarem. ὅσα ἂν οὐδὲ καταρώμενος, plura mala excogitare nec exoptare quis alteri poterit, etsi dirissimis diris eum devoverit. Majorem acrimoniam movere nec plura mala accumulare potuit ipse Ovidius, cum in scriberet. Interp. *quot, si quis eos devovere vellet, vix reperisset.* Trajectio verborum qua Dem. uti est solitus, et usitata pro ὅσα ἂν οὐδὲ κ. τ. α. εὗρε. Κατάρα *diræ, imprecatio*, κατάρατος, καταρᾶσθαι *imprecari, diris devotere*, aliquando cum accusativo personæ tantum, aliquando tantum cum dat. personæ, aliquando cum dat. personæ et accus. rei. De usu igitur et syntaxi hujus verbi hæ regulæ observentur. (1.) Propria et nativa syntaxis hujus verbi καταρᾶσθαι est, ut duplicem regat casum, dat. sc. personæ et accus. rei. Καταρᾶσθαι enim ex origine et vi vocis nihil aliud est quam *precari* aut *imprecari mala alicui:* atque in hac syntaxi legitur hoc verbum apud Hom. purioris omnis Hellenismi fontem. Od. T. [330.] Τῷδε καταρῶνται πάντες βροτοὶ ἄλγε' ὀπίσσω Ζωῷ· ἀτὰρ τεθνεῶτί γ' ἐφεψιόωνται ἅπαντες. *huic imprecantur omnes homines mala seu dolores postea.* In altero tamen loco (nam bis tantum apud eum occurrit) regit solummodo accus. rei. Il. I. [454.] Πολλὰ κατηρᾶτο, στυγερὰς δ' ἐπεκέκλετ' Ἐρινῦς. *multa imprecatus est*, mihi sc. ἐλλειπτικῶς. (2.) Καταρᾶσθαι apud Script. Atticos aliquando etiam habet casum personæ et rei, sed pleromque regit dat. personæ solum sine accus. rei. Aristoph. [Nub. 869.] καταρᾷ σὺ τῷ διδασκάλῳ. *tunc magistrum diris devoves*, vel *maledicis*, imo vel *exsecraris.* non enim Lat. dicere licet *imprecaris* ἁπλῶς sine accus. rei: hoc enim verbum apud Lat. (ni fallor) semper transit in rem, adeoque duplicem adsciscit casum, ut et Gr. καταρᾶσθαι κυρίως καὶ ἐντελῶς positum ab Hom. Sed οἱ ὕστερον Ἀττικοὶ, qui γοργῶς et συντόμως loqui amant, omittunt fere casum rei et adhibent solummodo casum personæ, eumque (ut dixi) dativ. Herod. Melpom. [c. 184.] οὗτοι τῷ ἡλίῳ ὑπερβάλλοντι καταρέωνται, ὅτι σφέας καίειν ἐπιτρέπει. *solem transcendentem exsecrantur, quod eos urat torreatque et perdat.* Eustath. Com. in Dionys. περιηγ. [ver. 66.] citat hunc locum ex Herod. καταρῶνται ὑπερβαλλόντως τῷ ἡλίῳ οἱ Ἄτλαντες. *supra modum exsecrantur.* cum in Herodoto sit non adverb. sed particip. ὑπερβάλλοντι, idque melius, et verisimilius solem eos exsecratos esse, cum esset ὑπερβάλλων, in meridie in puncto verticalis: tum enim eos vehementius urere et affligere solebat. Atque ita hic καταρώμενος αὐτοῖς, *eos devovens*, aut *diris eos devovens;* nam accus. ὅσα non convenit cum participio, sed potius cum verbo εὗρε. (3.) Com. Gr. hoc verbum adhibent cum accus. tantum personæ. Atque ita fere usurpatur καταρᾶσθαι in N. F. ἡ συκῆ ἣν κατηράσω. [Marc. xi. 21.] καταρώμεθα τοὺς ἀνθρώπους, *maledicimus hominibus.* [Iac. iii. 9.] εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς. [Matt. v. 44.] Et tamen Lucas ὑμᾶς cum dat. ex usu Atticorum, qui locus inter alios confirmat id quod jam antea observavi, viz. Lucam inter omnes Scriptores N. F. esse Ἀττικώτατον. Atque hæc de verbo comp. καταρᾶσθαι. Pauca addam de simplici ἀρᾶσθαι et ἀρὰ, tum de significatu tum de etymo et origine vocis. Et primum quod spectat ἀρὰ, una est ex iis dictionibus quæ a Gr. Gram. μέσαι λέξεις dicuntur, utpote ἐπαμφοτερίζουσαι et in utramque partem, modo in bonam modo in malam, sumuntur. Significat enim vel *preces*, vel *diras* seu *imprecationem.* ἀρὰ est et εὐχὴ et κατάρα. Hom. ἀρὰ est simpliciter εὐχή. [Od. Δ. 767.] Θεὰ δέ οἱ ἔκλυεν ἀρῆς. [Il. Ψ. 199.] ἀράων ἀΐουσα, sc. εὐχάων. et alibi. At a posteris Hom. ἀρὰ in sequiori sensu ponitur, viz. pro κατάρα, *exsecratio, imprecatio, diræ.* Ἀρητος prop. nom. quasi εὐκταῖος, *exoptatus*, et Δημάρητος apud Herodot. κατὰ δήμου ἀρὰν γεγενῆσθαι, *ex voto populi natus.* At ἀρητὸς, ἀπευκταῖος καὶ ἐπάρατος, *exsecrandus, abominandus*, ab ἀρᾶσθαι *imprecari.* Ἀρητὸν δὲ τοκεῦσι γόον καὶ πένθος ἔθηκας. [Il. P. 37.] Jam vero ἀρὰ, et Ion. ἀρὴ, aliud est, viz. βλάβη, *noxa, damnum*, et differt a priori ἀρὰ quantitate syllab.: α in ἀρὴ *preces* producitur. [Od. Δ. 767.] Θεὰ δέ οἱ ἔκλυεν ἀρῆς. α in ἀρὴ *damnum* corripitur. [Il. Ω. 489.] οὐδέ τίς ἐστιν ἀρὴν καὶ λοιγὸν ἀμῦναι. Denique veriloquium hujus vocis siquis operæ pretium existimet investigare, videtur omnino Gr. ἀρὰ deduci ab Heb. ארר vocabulo ei prorsus synonymo. Est enim τὸ ἀρᾶσθαι vel καταρᾶσθαι, *maledicere, exsecrari.* Et, ut hoc etiam mantissæ loco adjiciam, ut Gr. ἀρὰ fieri videtur ab Heb. ita vicissim Lat. *ara* pro altari non incommode derivetur a Gr. ἀρὰ, quippe quod ἀρὰ ad aram, preces ad altaria fieri solebant. Quod si quis aliter senserit, equidem non vehementius pugnabo; nec, quod faciunt Critici, pro his aut ejusmodi etymologiis,

tanquam pro aris et focis, contendam.

— 20. ἀλυσιτελῆ] *inutilem.* elegans vocab. decompos. Λυσιτελὴς *utilis* παρὰ τὸ λύειν τὸ τέλος (de cujus vocis forma et analogia dixi aliquando, ni fallor, jam ante), hinc compos. ἀλυσιτελὴς *inutilis.* Aristot. Eth. l. viii. fin. εὖ πάσχειν γὰρ οἱ πολλοὶ βούλονται, τὸ δὲ ποιεῖν φεύγουσιν ὡς ἀλυσιτελές. *plerique enim omnes beneficium accipere volunt.* Εὖ πάσχειν est *beneficium accipere,* εὐεργετεῖσθαι, ut εὖ ποιεῖν *benefacere, beneficium conferre,* εὐεργετεῖν. igitur εὖ πάσχειν etc. *plerique beneficium accipere sunt parati, pauci dare ; hoc enim fugiunt, utpote incommodum nec ex re iis futurum, utilitatibus contrarium.*

— Ibid. φίλον ἀλυσιτελῆ, συμφέροντα ἐχθρὸν] *amicum inutilem, hostem conducibilem.* At quomodo amicus, si inutilis, aut quomodo inimicus, si conducibilis ? quomodo hæc cohærent ? junguntur jam gryphes equis. Quicquid ait de amicis, et forte φίλος ἀλυσιτελὴς οὐκ ἔστι φίλος : at certe inimicus multis modis λυσιτελεῖν καὶ συμφέρειν, *utilis et conducibilis esse,* poterit. Uti optime ostendit Plutarchus in libello quem scripsit de hoc argumento : Πῶς ἂν τις ὑπὲρ ἐχθρῶν ὠφελοῖτο ; *quomodo quis ex inimicis utilitatem capere possit ?* Prosunt nobis inimici multis modis, quanquam inviti, ideoque οὐδεμία χάρις αὐτοῖς. Nam nec injuria ab invito infertur nec beneficium ab invito datur, οὔτ' εὐεργετεῖ οὔτ' ἀδικεῖ τις ἄκων. Possunt tamen inimici συμφέρειν, licet non εὐεργετεῖν, utiles et conducibiles esse, licet non benefici. Et una quidem commoditas, quæ redundat ex hostibus et quam hic tangit Demosthenes, est, ἀντιπερίστασις, viz. *oppositio hostium,* quæ non tantum cautiores nos facit, sed et fortiores : monet siquidem nos, aut saltem monere debet, vires nostras sparsas recolligere et firmiter unire copias ad resistendum communi adversario. Ἐκὼν ἐχθρὸς est aliquando ἀκούσιος φίλος, quia ἀκούσιος διαλλακτὴς, suosque contra se hostes vel invitos συνίστησι, consociat et conjungit et coagmentat. Contra communem hostem unanimiter conspirant Græci; reconciliantur et in gratiam redeunt etiam Aristides et Themistocles. ὁ κοινὸς ἐχθρὸς nos ad concordiam provocat et invitat (O utinam), ut junctis studiis et unitis viribus ὁμοθυμαδὸν ei nos opponamus. Prudenter itaque Onomademus Chius apud Plut. jam laud. [prope fin.] qui, cum in Chio orta seditione a potentiore staret parte, hortatus est socios, ne omnes adversarios ejicerent, sed quosdam in urbe relinquerent : alioquin enim periculum fore, ne, omnibus inimicis sublatis, com amicis futuræ ipsis essent controversiæ. ὅπως μὴ πρὸς τοὺς φίλους ἀρξώμεθα διαφέρεσθαι, τῶν ἐχθρῶν παντάπασιν ἀπαλλαγέντες. " cum desunt hostes discordia cives," testis Gr., testis Rom., testis orbis universus, testis et a toto divisa Britannia mundo, et nunc (prob dolor) a seipsa. Videmus ergo hominum erga nos ἔχθραν seu inimicitiam non semper esse συμφορὰν, sed aliquando συμφέρουσαν, " aliquisque malo fuit usus in illo :" ut verbo dicam, inimicus est, aut esse poterit, cos fortitudinis, stimulus industriæ, occasio cautelæ, ansa concordiæ, atque hoc modo nobis habere licet συμφέροντα ἐχθρόν. Elegantis hujus usus adjectivi ἀλυσιτελὴς, quanquam forte non ubique occurrit, tamen quia brevitati jam studeo et ad epilogum anhelo, unicum tantum exemplum adducam, idque ex Aristot. Eth. viii. ult. fere verbis. εὖ πάσχειν γὰρ οἱ πολλοὶ βούλονται· τὸ δὲ ποιεῖν φεύγουσιν ὡς ἀλυσιτελές. *plerique omnes beneficium accipere volunt* (ut enim est εὖ πάσχειν, cui resp. εὖ ποιεῖν); *beneficium dare, quam pauci vel nulli facere amant aut solent, imo fugiunt et avertuntur,* ὡς ἀλυσιτελές, *utpote inutile et incommodum esse nec ex re.*

— 24. ὁμοθυμαδὸν] *unitis animis, unanimiter.* Vox composita ex dictionibus ὁμὸς et θυμός. De adverbiis hujus formæ ac terminationis hæ regulæ observentur. (1.) Omnia adverbia desinentia in δὸν sunt oxytona, ut ἰλαδὸν, βοτρυδὸν, κλαγγηδὸν, σωρηδὸν, ἀναφανδὸν, ἀμφαδὸν, κονιφηδὸν, πετρηδὸν, ὁμοθυμαδὸν, etc. (2.) Omnia fere adverbia hujus terminationis denotant similitudinem, et significant δίκην τινὸς, *in morem* vel *modum alicujus,* præsertim si a substantivis sumuntur et respondent Lat. in *atim,* ut βοτρυδὸν *racematim,* racemorum in morem et modum, δίκην τῶν βοτρύων : νεφεληδὸν, *instar nubium :* πετρηδὸν, *lapidatim :* κοσκινηδὸν, *instar cribri.* Lucian. in Tim. [§. 3.] plura hujusmodi adverbia hujus terminationis σωρηδὸν accumulavit et conglobavit, pro suo more, rotunde admodum et eleganter. οἱ σεισμοὶ κοσκινηδὸν, καὶ ἡ χιὼν σωρηδὸν, καὶ ἡ χάλαζα πετρηδόν. *terræ motus cribratim* (cribri instar frequentis), *et nix acervatim, et grando lapidatim.* (3.) Adverbia in δὸν desinentia pleraque derivantur a nominibus : pauciora a verbis. A nominibus plurima, ut σωρηδὸν, κλαγγηδὸν, ἰλαδὸν, νεφεληδὸν, βοιζηδὸν, et alia plura, quæ jam supra nominavi : pauca admodum a verbis, ut συσταδὸν, *comminus,* παρὰ τὸ συστῆναι; ῥυδὸν, *fluenter, affluenter, affatim, abunde,* a ῥέω, ῥύω, *fluo,* ῥυδὸν apud Hom. et semel tantum [Od. o. 425.] Κούρη δ' εἰμ' Ἀρύβαντος ἐϋῤῥυδὸν ἀφνείοιο, *affatim, abunde divitis ;* ἀναφανδὸν et ἀμφαδὸν, *aperte, palam,* ab ἀναφαίνω, cum contra κευφηδὸν, a κρύπτω κέκευφα, ἢ ἀμφαδὸν ἠὲ κευφηδὸν Hom. [Od. Ξ. 330.]; αὐτοσχεδὸν, compos. ex αὐτὸς, et σχεδὸν, *prope.*

(4.) Omnia adverbia hujus terminationis, derivata a verbis, sunt dicatalecta, habent terminationem in δὲν sc. et δὰ vel δην, reliqua omnia unam tantum in δόν. In δὸν et δὰ, ut σχεδὸν, saltem in compos. αὐτοσχεδὸν et -δὰ, ἀμφαδὸν et -δά: in δὸν et δην, ut ῥύδὸν et ῥύδην (retracto accent.), συσταδὸν et -άδην: κρυφηδὸν et -δὰ habet κρύφα et κρυφῆ synonym. unde et fit additione hujus syll. terminativæ. (5.) Adverbia hujus terminationis, derivata a fœminin., fiunt simpliciter a nominativo sing. assumendo syll. δὸν, ut a νεφέλη, νεφεληδόν: a πέτρα, Ion. πέτρη, πετρηδόν: ab ἀγέλη, ἀγεληδόν: a κλαγγὴ, κλαγγηδόν: ab ἴλη, Dor. ἴλα, ἰλαδόν. (6.) Adverbia in δὸν, facta a masculi. in ος, derivationem mutuantur a substantivis in η, ut a σωρὸς, σωρηδόν: a ῥοιτὸς, ῥοιτηδόν: a φορμὸς, φορμηδόν: a κοσκινὸς, κοσκινηδόν: a στοιχὸς, στοιχηδόν. Sic a genit. κινὸς, κινηδόν. Jam ὁμοθυμαδὸν, si esset solum derivatum a θυμὸς, esset θυμηδόν: sed quia est et deriv. et compos., ergo est ὁμοθυμαδὸν, η mutata in α. Et de adverbiis quidem hujus terminationis sufficiat hæc semel observasse: περὶ μὲν οὖν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήθω.

— 25. ἤθηκα] *existimavi.* τιθέναι sequente infinitivo idem est quod ἡγεῖσθαι, aut ὑπολαμβάνειν, *arbitrari, existimare,* quod observandum duxi, quia non tam frequenter occurrit istud verbum in hac syntaxi aut significatione. Aristot. Polit. [vii. c. 13.] κυρίαν γὰρ αὐτὴν ἐπάρχειν τίθεμεν. *eam enim potestatem habere censemus.* [Themist. Phys. l. iv.] οἱ τὸ κενὸν εἶναι τιθέντες. *qui vacuum esse existimant.* Sequente (inquam) infinitivo, alioquin enim etiam τίθεσθαι in med. est *existimare, ducere,* sed sine infinit. seq., ut παρ' οὐδὲν τίθεσθαι, ἐν καλῷ τίθεσθαι, ἐν αἰσχρῷ τίθεσθαι, ἐν οὐδενὶ λόγῳ τίθεσθαι, et similibus.

P. 296. 7. ὡς ἀποροῦσιν, ἢ φοβοῦνται, ἢ θορυβοῦνται] Interpr. *æstuare, aut metuere, aut tumultuari, Græcos.* At ἀπορεῖν non est, *æstuare,* sed *dubitare, dubio et perplexo animo esse, inopem consilii esse;* vel etiam *inopem esse, penuria laborare,* præsertim cum genit. sequente. Ἀπορῶ absolute est *dubito, ambigo, hæreo, inops sum consilii;* ἀπορῶ cum genit. est *egeo, indigeo, inops sum alicujus rei,* ut ἀπορῶ τοῦ ἀργυρίου vel τῶν χρημάτων, *inops sum pecuniæ.* Videtur mihi istud verbum in hoc loco latissime sumi, ita ut tam rerum quam consilii inopiam denotet. Audiet Rex Pers. Græcos quiescere nec bellum moliri, non quasi rerum aut consilii inopes essent, aut metu consternarentur, aut intestinis motibus tumultibusque infestarentur. Tria enim hæc ἀποροῦσιν, φοβοῦνται, θορυβοῦνται, antitheta sunt, et opposita tribus illis quæ præcedunt, et quæ in superiori sententia suadet Demosth. ἔχετε ἡσυχίαν θαῤῥοῦντες καὶ προσκευαζόμενοι. Quanquam ordine mutato, προσκευάζεσθαι opponitur τῷ ἀποξεῖν, θαῤῥεῖν contra est τῷ φοβεῖσθαι, et deinque ἔχειν ἡσυχίαν opponitur τῷ θορυβεῖσθαι. Copiis et armis et navibus et pecuniis estote instructi et apparati, ne quis nuntiet Regi vos ἀπορεῖν: deinde, estote bono et præsenti animo, ne Rex sentiat vos φοβεῖσθαι: postremo, placide et quiete vos et res vestras componite sine turba aut tumultu, ne audiat Rex vos θορυβεῖσθαι. Tria enim hæc si in nobis esse deprehendantur, præclaras ὁρμὰς præbebunt hostibus nostris, maximam iis spem facient et animos addent; singula (inquam) tria hæc quanto magis universa, ἀπορία, φόβος, θόρυβος. Atque utinam profecto tria hæc τυκτὰ κακὰ, tria hæc mala fontica, nunquam ita inter nos grassentur, ut barbaro illi et communi hosti ansam præbeant, alas addant, cristas erigant, viam sternant, vel januam contra nos aperiant. Certe in his tribus, ἐν τῷ προσκευάζεσθαι, etc. salus vertitur nostra. Θορυβεῖσθαι, est *tumultuari;* θόρυβος, *turba, tumultus, strepitus,* a θροῦς *tumultus* et βοὴ *clamor,* unum ex iis vocabulis est, quæ ἐκ δύο ταυτοσήμων λέξεων σύγκεινται (ut loquuntur Gr.), *ex duobus vocibus synonymis componuntur.* Talia sunt, ab ὄχω *concito* et δύνω *concito,* ὀροδύνω: a χρέος et ὀφελὴ, χρεωφελέτης: a στρέφειν et δινεῖν, στρεφεδινεῖν *vertigine laborare:* ab ἰλιγγιᾶν et φενεύειν et κτείνειν: a φόνος et κτόνος, φονοκτονεῖν: a δονεῖν et πάλλειν, δνοπαλίζειν *concutere, quassare:* ab ἔρα et γῆ, ἔργον *opus,* quia τὸ γεωργεῖν, *terram colere et exercere,* ut primum sic præcipuum opus hominis, unde ἔργον αὐτονομ. ἡ γεωργία: a φιλεῖν et ἤδεσθαι, φιληδεῖν: a κάσις et γεντὸς, κασίγνητος, *frater germanus, cognatus:* a πρᾶος et εὐμενὴς, πρευμενὴς, *mitis, benignus, benevolus:* ab ἱκέσθαι et θύειν, ἰχθὺς, a celeritate motus: ab ἀρχεῖν et ἡγεῖσθαι, ἀρχηγός: a μυθεῖσθαι et λέγειν, vel a μῦθος et λόγος, μυθολογεύειν: a γῆ et πέδον, γήπεδον, et Dor. δάπεδον, *terra, solum:* sic a θροῦς et βοὴ, θόρυβος. Illud vero καλοκάγαθος peculiare est, quia inter synonyma intercedit copula καὶ, quod in aliis non fit. Jam et unum est compositum vocabulum (forte plura, sed unum tantum observavi), quod conflatur non ex duobus vocabulis synonymis, sed ex eodem geminato mediante præpos. viz. ἀλλοπρόσαλλος, qui Martis character est Hom. Sed et unum itidem ex reduplicatione ejusdem vocis, sed sine præpositione inter, φιλόφιλος apud Aristot. Nescio an hæc observare operæ pretium vobis videatur, mihi certe οὐκ ἀηδές.

— 13. παράνοιαν] Ἄνοια, ἀπόνοια, et παράνοια, *vecordia, vesania, morbus* seu *cæcitas mentis,* fere idem sunt: aliquid tamen

discriminis intercedit, quod παράνοια minus sit quam ἄνοια aut ἀπόνοια. Ἄνοια est *mera amentia, dementia; ἀπόνοια, desperatio,* seu *desperata nequitia,* et ἀπονενημένος, *homo perditi et profligati ingenii.* Sed περὶ τῆς ἀπόνοιας fuse egimus ad Theophr. Charact. ex quibus unum caput erat περὶ τῆς ἀπόνοιας. Ἄνοια igitur ad mentem solummodo, ἀπόνοια etiam ad mores, refertur. Ἄνοια plus est quam παράνοια: ἄνοια *dementia,* παράνοια *delirium,* et παρανοεῖν *aliquid præter rectum sapere, perperam sapere* vel *intelligere.* Παρὰ in comp. semper fere in malum sonat, præsertim in hac comp. cum verbis notitiæ seu sensus seu intellectus, ut in παροραῶ, παρακούειν, et similibus. Et certe multa vocabula synonyma sunt composita cum hac præposit., quæ denotant dementiam sive delirium. Inter alia tria sunt adjectiva, tria iterum verba, hujus significationis, quæ observavi tanquam notatu non indigna. Tria adjectiva sunt παράφρων, παράφορος, et παρήορος: duo priora τοῖς καταλογάδην scriptoribus in usu sunt, tertium poeticum et Homericum. Tria verba synonyma sunt παρακινεῖν, παρακόπτειν, et παραπαίειν; quæ verba elegantia sunt, nec minorem emphasin quam ellipsin præ se ferunt. Παρακινεῖν neutraliter pro παρακινεῖσθαι, quasi *dimoveri a recto mentis statu,* vel *a rectæ rationis dimoveri.* παρακόπτειν etiam neutraliter; sic τῆς διανοίας, *a mente et ratione excutior, excussus sum mente,* h. e. *deliro, insanio,* vel etiam *cespito, impingo, laboro,* ut significet lapsum mentis, et sic παρακόπτω ἁπλῶς erit pro παρακόπτω τῇ διανοίᾳ ἐντελῶς, atque ita sane Aristot. alicubi [de Mirab. Auscult.] λέγεται δέ τινα ἐν Ἀβύδῳ παρακόψαντα τῇ διανοίᾳ. *quendam furore correptum, insanum, delirum.* Eodem modo παραπαίω est *deliro, insanio, desipio,* comp. ex παίω *percutio,* quasi *mente percussus,* seu *excussus, sum.* Ambo hæc verba παρακόπτειν et παραπαίειν eadem pagina legontur apud Porphyr. l. iii. περὶ ἀποχῆς: οὐδ' ἂν παραπαίοντα ἢ παράφρονα εἴποις. *neque desipientem aut stolidum dixeris.* ubi παραπαίοντα exponitur per παράφρονα. Et paulo post: ὥςπερ ἀνθρώπου μελαγχολῶντος ἢ παρακόπτοντος. *hominis melancholici aut delirantis.* Ex occasione hujus præposit. παρὰ in hac voce παράνοια, visum est mihi obiter annotare tria hæc verba elegantia, quæ et synonyma sunt inter se, atque etiam τῷ παρανοεῖν et τῇ παρανοίᾳ, παρακινεῖν, παρακόπτειν, παραπαίειν. quæ verba ut denotant delirium et defectum mentis, ita Gramm. in iis volunt esse ellipsin et defectum vocis τὸν νοῦν, vel τὴν διάνοιαν, vel ejusmodi: ita ut proprie significent mentem quasi a sua sede amotam et excussam: unde φρένας ἐκπεπαταγμένος apud poetam, quasi *mente excussus, amotus,* h. e. *delirus, vesanus.* [Od. Σ. 326.] Ξεῖνε τάλαν, σύ γέ τις φρένας ἐκπεπαταγμένος ἐσσί. Hoc unicum jam addo de hac voce παράνοια, quod forsan observare nec insuave prorsus fuerit nec inutile, viz. παράνοια et παροινία, ut nec sic nec sensu, multum differunt; valde affines et cognatæ sibi mutuo sunt παράνοια et παροινία. Παροινία est *contumelia, petulantia,* proprie inter pocula et ebrietate admissa, et quid aliud hoc est quam παράνοια: certe μέθη est μανία quædam, παροινία, παράνοια. Ebrietas est comes et soror et magister et nutrix insaniæ, immo est ipsa insania: tum enim homines, et non potius pecudes, quanquam in pecudes quidem inebriantur, sed tum inquam maxime, cum παροινοῦσι, cum παραπαίουσι et παρακόπτουσι et παρακινοῦσι.

— 14. ταῦτ' ἂν ἐπίῃ σκοπεῖν αὐτῷ] *hæc si considerare in animum induxerit,* ad verbum *supervenerit ei, venerit ei in mentem.* Verbum ἐπιέναι hoc in sensu idem plane quod ἐπέρχεσθαι supra p. 173. 18. eique prorsus synonymum. Ἐπιέναι igitur sequente infinitivo est *succurrere, subire, venire,* in mentem sc. hoc vel illud facere, εἰς νοῦν ἔρχεσθαι. Cujus tamen significationis nulla mentio apud Lexicogr. Script.: cum tamen peculiaris et observatu digna. Clem. Alexandr. Strom. l. vii. πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἐκ γραφῆς ἔπεισι μαρτύρια παρατίθεσθαι.

— 19. ὑπερῃρύσαν] *excellentem.* Ὑπεραίρω proprie est *extollo, effero,* transitive; atque inde passive et intransitive, *efferor, attollor, supergredior, excello, transeundo excedo,* plerumque cum accus. personæ, vel rei duntaxat. Aristot. Pol. [ii. 7.] ἐὰν γὰρ ὑπεραίρῃ τὸ τῆς οὐσίας μέγεθος ὁ τῶν τέκνων ἀριθμός. aliquando cum accus. personæ et dat. rei. Plut. [Lycurg. c. 31.] ὑπερῆρε τῇ δόξῃ τοὺς πάντας. Αἴρω simplex quidem est et transit. *tollo, attollo,* et intransit. *moveo, migro,* ἀπαίρω. Dicerem tamen comp. ὑπεραίρω non esse ab αἴρω intransit. *migro, solvo, proficiscor,* sed ab αἴρω transit. *tollo, attollo:* nam ὑπεραίρω est *attollor, efferor supra aliquid* vel *aliquem,* adeoque *excello, excedo, supero,* νικῶ, προσφέρω, πρόσχω, ὑπερέχω. Notetur itaque hæc regula: Plurima verba sunt apud Gr. quæ per compositionem ex activis et transitivis fiunt neutra vel passiva. Simplicia sunt transitiva, composita intransitiva. Exemplo hæc pauca sunt ex plurimis, κόπτω *scindo,* transit., προκόπτω *procedo, progredior,* quasi *viam coram me scindo:* ἔχω *habeo,* transit., ὑπερέχω *excello,* sic προέχω et προφέρω: κινέω *moveo,* transit., παρακινέω *deliro,* sic παρακόπτω et παραπαίω et synon. intransit. a transit. κόπτω et παίω. Sed præ-

sertim verba excellendi et superandi hoc modo fiunt, ut ὑπερέχειν, προέχειν, προφέρειν, ὑπεραίρειν et quædam alia synon.; de quo hæc regula observetur: Quædam verba sunt apud Gr. quæ in simplici significant *ferire, jaculari, percutere*, quæ in comp. cum præpos. ὑπὲρ eleganter significant τὸ νικᾶν, *excellere, superare, excedere*. Tria præ aliis annotavi: a παίω *percutio*, ὑπερπαίω *excedo, excello*: a βάλλω *jacio*, ὑπερβάλλω: ab ἀκοντίζω *jaculor*, ὑπερακοντίζω *excello*, quasi ultra alium et supra alium jaculor, excello frequentiss. Quibus synonym. περιβάλλω pro ὑπερβάλλω. Longin. περὶ ὕψ. [§. 1.] καὶ ταῖς ἑαυτῶν περιέβαλον. leg. ἐυκλείαις τὸν αἰῶνα περιέβαλον. *seculum* aut *vitam fama superarunt*. ubi fallitur vir doctissimus, qui eo in loco pro περιέβαλον leg. vult ὑπερέβαλον. "περιέβαλον (inquit) pro ὑπερέβαλον lapsus proclivis." Imo non omnino lapsus: nam περιβάλλειν hoc sensu idem est quod ὑπερβάλλειν, *excellere, superare*. Hom. Odyss. [Ο. 17.] ὁ γὰρ περιβάλλει ἅπαντας Μνηστῆρας δόρεισι. auctor brevium Schol. περιβάλλει· νικᾷ, ὑπερβάλλει.

— 20. διαλλακτοῦ] Διαλλακτὴς, *conciliator, pacificator, honorarius arbiter, index compromissorius*, idem qui διαιτητὴς, vel potius διαλλακτήριος διαιτητής. Omnis enim διαιτητὴς non erat διαλλακτής. Certus erat numerus τῶν διαιτητῶν. Sed quivis erat διαλλακτὴς, quemcunque litigantes elegerint ad compromittendas inter se lites. Διαλλάττω et καταλλάττω idem sunt, *concilio, reconcilio*. Et tamen non dicitur, ut volunt Gramm., καταλλακτὴς, sed tantum διαλλακτής: et ratio est, quia licet utramque sit *conciliare*, tam διαλλάττειν quam καταλλάττειν, tamen διαλλάττειν proprie est *ad concordiam reducere opera alicujus tertii tanquam mediatoris*, καταλλάττειν etiam *absque illa*. Ergo licet a διαλλάττειν sit διαλλακτὴς, tamen a καταλλάττειν non dicitur καταλλακτής. Operæ pretium fuerit notare τὴν ἐναντιοσημίαν hujus verbi διαλλάττειν. Significat enim et *discrepare* seu *discordare*, atque etiam *reconciliare discordantes et in gratiam reducere*. Notetur ergo discrimen. διαλλάττω (ἐν αἷς διαλλάττωμεν) de personis absolute sine casu seq. est *discrepo, differo, discordo*; at cum accus. plur. personæ est *concilio, reconcilio litigantes* seu *dissidentes*, ut διαλλάξαι τινὰς ἀλλήλοις vel πρὸς ἀλλήλους.

— 24. μὴ μακρὰ λέγων λίαν ἐνοχλῶ] *ne sermonis prolixitate nimium vobis molestus sim*, formula qua utuntur Rhetores in epilogis orationum, cum tædium deprecari volunt. Ἐνοχλῶ *molestiam creo, molestus sum*, ab ὄχλος *molestia*, ταραχὴ, unde ὄχλον παρέχειν idem quod πράγματα παρέχειν, et δι' ὄχλου εἶναι, *molestum esse*. Notetur idem vocabulum in tribus linguis eruditis significare et *populum* seu *multitudinem* et *molestium*. Est enim profecto populus res molesta. In Heb. המון est et *multitudo* et *tumultus*; in Gr. ὄχλος est πλῆθος et ταραχή: et sic in Lat. *turba*. Sed vereor jam ne et ego videar vobis δι' ὄχλον εἶναι. Hic igitur vela contraham et concludam hac formula, licet non orator, tamen more oratorum, μὴ μακρὰ λέγων λίαν ἐνοχλῶ. Solummodo auream hanc sententiam, quam hic orationis quæ habet Demosth. coronidis loco apponere vobisque commendare, utpote aureis literis omnium hominum cordibus inscribi et insculpi dignam, viz. ἄρχειν δὲ μηδενὸς μήτε λόγου μήτε ἔργου ἀδίκου. Præclara vero vox nec tam Attico Oratore quam Christiano Theologo digna. Itaque in hac voce desino. Atque hæc hactenus ad hanc orationem pro modulo nostro annotata dictaque sunto. Quoniam vero ex loco quodam Hom. χρυσέην δ' ἐπέθηκε κορώνην, χρυσέην κορώνην (h. e. ἀγαθὸν τέλος), auream coronidem unicuique operi imponendam esse monent Gr. Parœmiogr. (ut inquit Eustath.), liceat igitur mihi. Statuit (quantum opinor) Dem. vester iterum (si vobis ita placet) hoc in loco vos convenire et vobiscum in hanc palæstram descendere. Sed profecto tam timidus est, ut non ausit τὴν κυρίαν τάξαι, nec certum diem vobis præstituere; et vellem equidem actis natalitiis ad munus rediret; saltem si inter initiorum termini et quadragesimi ἀξιόλογον aliquid temporis spatium interesserit; quod tamen vereor, ne aut nullum fuerit, aut perexiguum. Interim V. clariss. atque huc Aud. valete. [Sic multa modis multis confusa.]

## DE RHODIORUM LIBERTATE.

Quanquam bello Peloponnesiaco insigniter accisæ et afflictæ essent res Atheniensium, postea tamen virtute Cononis et Timothei et Iphicratis aliorumque ducum præstantissimorum paulatim pristinas vires recuperare cœperunt: imo usque adeo reflorescerunt, et in eam magnitudinem excrevit et provecta est eorum potentia, ut finitimis gentibus atque populis suspecti esse inceperunt. Hinc Chii, Rhodii, Byzantini, aliique νησιῶται, qui jam diu sub eorum imperio et ditione fuerant, inita inter se societate et excusso priori jugo, bellum contra Athenienses susceperunt: quod propterea *bellum sociale*, πόλεμος συμμαχικὸς, dicebatur. Initum

hoc bellum in Græcia anno tertio Olymp. cv., et anno demum quarto, viz. anno tertio Olymp. cvi., terminatum. Voces et phrases insigniores, quæ in hoc Argumento occurrunt, fere jam antea habuimus, ut *πόλεμον ἄραϲθαι, πεπόϊηται, οἰκείως ἔχειν, πρός τινα ϲυϲτήϲαϲθαι*, ut non opus sit iis explicandis immorari. Sensus et scopus argumenti sic se habet, ut legere est apud Diod. Sic. l. xvi. [c. 7.] qui solus (quantum scio) ex Hist. Græcis hujus belli meminit. In hoc bello duces Atheniensium erant Chabrias, Iphicrates, et Timotheus Cononis filius. Implicatis autem hoc bello Atheniensibus, Philippus Amphipolin recipit, et Potidæam Pydnamque et Philippos occupat, et ad totius Græciæ imperium viam sternit. Exitus hujus belli hic fuit: *μηκυνομένου πολέμου* (Ulp.) *ἠναγκάϲθηϲαν εἰς ϲυνθήκας ἐλθεῖν πρὸς αὐτοὺς οἱ Ἀθηναῖοι, ὥϲτε αὐτονόμους εἶναι καὶ ἐλευθέρους. coacti sunt Athenienses pacem facere cum Insulanis, sic ut liberi et sui juris essent.* Sed progrediamur in Argumento. Durante hoc bello, vel certe statim finito, Mausolus, Cariæ regulus seu præfectus sub Rege Persarum, Rhodiorum, qui Cariæ finitimi erant, libertati insidias struxit, et mutata paulatim Reip. forma libertatem statumque popularem iis eripuit, et ex Democratia Aristocratiam vel etiam Oligarchiam constituit. Monet igitur in hac oratione Demosthenes, nullo modo ferendum esse; adeoque suadet Atheniensibus Rhodiorum tutelam et patrocinium suscipere, eosque in pristinam libertatem asserere atque vindicare: quippe Democratiam nervum esse Atheniensis imperii, maximeque ex Repub. esse ut Græcæ civitates populari statu gauderent. Maxime igitur urget *τὸ ϲυμφέρον*, bonum se. publicum et communem utilitatem: hoc enim caput est *ἐν τῷ ϲυμβουλευτικῷ* seu deliberativo genere orationis. Addit tamen etiam *τὸ πρέπον* seu *τὸ καλόν*, honestum et decorum; pulcrum quippe et præclarum fore et pro gloria splendoreque nominis Atheniensis miseris etsi male meritis succurrere et opitulari: nec enim convenire viris fortibus atque magnanimis *μνησικακεῖν τοῖς ἁμαρτάνουϲι*, sed veterum jmo et recentium injuriarum oblivisci, easque Lethes et Amnestiæ barathro quodam sepelire. Atque hæc fere mens est hujus hypothesens Libanianæ, adeoque summa et scopus illius orationis, quæ sic incipit.

Arg. p. 293. ult. *μνησικακεῖν*] *mala*, seu *injurias, in animo et memoria retinere.* Pulcrum autem hoc orationis caput et argumentum in quo insistit Demosth., suadens Athen. *μὴ μνησικακεῖν* nec refrisare memoriam et cogitationem veterum injuriarum. Certe est memoria hominum injuriarum tenax. Scribunt in marmore læsi. Si quid in nos *ἠμάρτη*, manet alta mente repostum: e contra si quid beneficium in nos collatum, in vento et rapida aqua scribimus illud. Aqua beneficia scribuntur; in vento aut pulvere *τάχιϲτα γηράϲκει ἡ χάρις* (Phil.), nihil tam cito senescit quam beneficium. At vivunt, imo valent et florent et revivescunt et repubescunt in animis hominum injuriæ. Memini me legisse de quodam (ni fallor, de Augusto), eum nihil unquam oblitum fuisse præter injurias; at quam plurimi sunt (proh pudor) etiam Christiani, qui nihil aliud meminerunt. *Ὀργὴ* et *χόλος* cadunt etiam in virum bonum; sed non *κότος ira reposita*, nec *μῆνις ira permanens*. Facessat ex animis pectoribusque Christianis illa vox, qua Homerus suum prim. incepit; hæreat potius nobis in animo, veluti trabali fixa clavo sedeat divina illa vox ejusdem pr. poet. [Il. N. 115.], *ἀκέϲταί τοι φρένες ἐϲθλαὶ*, et iterum [Il. O. 203.] *ϲτρεπταὶ μέν τε φρένες ἐϲθλαί*, et iterum [Od. Θ. 408.] *ἔπος δ' εἶπες τι βέβακται Δεινόν*, etc.: nec tantum si quid *δεινὸν ἔπος βέβακται*, sed et si quid *δεινὸν ἔργον· πέπρακται, οἴχοιτο*, abeat, in æternum abeat, et evanescat, et tenebris et silentio et oblivione sepeliatur. Nec certe fraudandi sunt hac sua laude Athenienses, qui post exactos xxx. tyrannos, communi omnium consensu, decretum fecerunt, ut injuriarum offensionumque omnium, quæ durante illa tyrannide ultro citroque illatæ acceptæque essent, foret oblivio, quam *ἀμνηϲτίαν* vocarent. Non igitur novum hoc Athen. quod suadet Demosth., viz. *τὸ μνησικακεῖν*. Egregie et eleganter Lucian. [Prom. §. 8.] *ἐς τὸ αὖριον ταμιεύϲϑαι τὸ μῖϲος καὶ μνησικακεῖν καὶ ἕωλόν τινα μνήμην διαφυλάττειν, ἄπαγε, οὔτε θεοῖς πρέπον οὔτε ἄλλως βαϲιλικόν.* Non igitur *πρέπον* Athenis, quæ θεῶν ἕδος καὶ *βαϲιλεύουϲα πόλις*. Postquam dixi de re, dicam jam aliquid de voce (dulcis enim hæc mihi vox est, et vix ab ea divellor) *μνησικακεῖν*. *Κακὸν* ubique se ingerit et insinuat in compositione: verbi formam hic induit, conjunctum cum nomine, quod bonum non facit. Prœmium ex præoccupatione *προ-καταλαμβάνει τὸν ἀκροατήν*. Quoniam enim *χαλεπὸς ὁ λόγος τῷ ϲυμβούλῳ* (Ulp.), in lubrico et difficili argumento versatus est Demosth. Grave enim et et susp. videbatur Rhodiorum causam agere aut in eorum favorem aliquid dicere, quippe qui maxime et præ aliis injuriam Atheniensibus fecissent, eosque plurimum lacessissent. Ideo in limine orationis præoccupatione utitur; atque ab Athen., utcunque ita se res Rhodiorum habuerint, ut Athen. Reip. maxime infensi infestique esse videantur, veniam tamen

dicendi et libertatem sermonis hac de re sibi concedi passim quærit.

Orat. p. 298. ult. ἐπειδὰν γάρ τι - - - πρὶν δόξαι] Ubique hoc inculcat Demosth. Abundabant psephismatis et decretis Athenienses; sed psephismata sua vix unquam exsequi solebant. Aliud est promittere, aliud donare. Sic et aliud est decreta facere vel discernere et statuere, aliud decreta exsequi. Olynth. Γ. [§. ς'.] ψήφισμα οὐδενός ἐστιν ἄξιον, ἂν μὴ προσγένηται τὸ ποιεῖν ἐθέλειν τά γε δόξαντα πρὸς ὑμᾶς. Olynth. Β. [§. ε'.] ἅπας μὲν λόγος, ἂν ἀπῇ τὰ πράγματα, μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενόν. Olynth. Γ. [§. ς.] τὸ πράττειν τοῦ λέγειν καὶ χειροτονεῖν ὕστερον ὂν τῇ τάξει, πρότερον τῇ δυνάμει καὶ κρεῖττόν ἐστι. Notum illud cujusdam Spartani in Athenienses [Plut. Lacon. com. Apophth.] Νὴ τὼ Σιὼ, ἴσασι μὲν οἱ Ἀθηναῖοι τὰ καλὰ, οὐ πράσσουσι δέ. Ut non immerito dixerit Philos. in initio Ethicorum; οὐ γνῶσις, ἀλλὰ πρᾶξις.

P. 299. 8. τὰς βλασφημίας — ἀπολύσασθαι] Βλασφημία apud Script. Eccl. de contumelia erga Deum, apud profanos de calumnia seu contumelia erga homines. Sed de usu et origine hujus vocis memini me dixisse antea. Ἀπολύσασθαι idem fere hic quod supra διαλύσασθαι. De Symmor. [§. ι'.] διάλυσονται ἁμαρτίας. Ubi est *dissolvere, diluere, expiare delicta*; ita hic βλασφημίας ἀπολύσασθαι est *maledicta refutare, opprobria* seu *convitia refellere*. Plut. Anton. [c. 73.] ἡ δὲ Κλεοπάτρα ἀπολυομένη τὰς αἰτίας καὶ ὑποψίας ἐθεράπευεν αὐτὸν περιττῶς. *diluens crimina et suspiciones impense eum colebat*. Plat. in Apol. [c. 27.] οὐ ῥᾴδιον ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ μεγάλας διαβολὰς ἀπολύσασθαι. βλασφήμει ἐρρωμένως· οὐ γὰρ ῥᾴδιον ἀπολύσασθαι. *calumniare fortiter, et aliquid hærebit*. Plut. Fab. δι' ἔργων ἀπολύσασθαι τὸν Λακωνισμὸν ἐβούλετο. Sic hic τὰς βλασφημίας ἔργῳ ἀπολύσασθαι: et certe optima illa criminum et convitiorum purgatio et refutatio, quæ fit ἔργῳ vel δι' ἔργων, *facto et operibus*, alioquin quid verba audiam, cum facta videam? Elegans verbum hoc in sensu et huic synonymium est ἀποτρίβεσθαι itidem *amoliri, diluere, purgare*, sc. crimina vel accusationes vel contumelias vel convitia. Diodor. Sic. ἐπειρᾶτο τὰς καθ' αὑτοῦ διαβολὰς ἀποτρίβεσθαι, *calumnias diluere*. Æsch. [c. Timarch. §. λε'.] ταῖς γὰρ ἀλλοτρίαις αἰτίαις ἀποτειφάμενος τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ ἐγκλήματα. Nec multo aliter Dem. noster Olynth. Α. §. ε'. Paulo aliter Philos. Eth. ii. 2. διὸ καὶ χαλεπὸν ἀποτρίψασθαι τοῦτο τὸ πάθος ἐγκεχρισμένον τῷ ζῆν. *ideoque hanc passionem, qua vita nostra penitus imbuta est, eluere atque abstergere est difficile*. Et Julian. Ep. ἀποτρίψασθαι τὴν αἰδῶ καὶ ἀποδύσασθαι. *pudorem excutere ac deponere*. In metaphorica hac significatione non dicunt Gr. ἀποτρίβειν, sed ἀποτρίβεσθαι, ut nec ἀπολύειν, sed ἀπολύεσθαι. Notetur itaque discrimen. Ἀπολύειν voce et forma act. semper transit in personam, estque *liberare, absolvere, dimittere*, reum sc. aut captivum: at ἀπολύεσθαι voce et forma passiv., sed act. significatione, transit in rem, estque *diluere, purgare, refutare*, crimina sc. aut convitia aut calumnias aut ejusmodi, uti hoc in loco. Homerus tamen semel dixit ἀπολύεσθαι de redemptione captivi pro *luere*, λυτροῦσθαι. Il. Χ. [49.] Ἀλλ' εἰ μὲν ζώουσι μετὰ στρατῷ, ἦτ' ἂν ἔπειτα Χαλκοῦ τε χρυσοῦ τ' ἀπολυσόμεθ'· ἔστι γὰρ ἔνδον. Ubi tamen discrimen est inter ἀπολύειν et ἀπολύεσθαι etiam in hoc sensu ubi agitur de liberatione seu redemptione captivi: nam ἀπολύεσθαι dicitur is qui captivum liberat et redimit ab alio, qui persolvit redemptionis pretium, λύτρα, ἄποινα; at ἀπολύειν qui captivum liberat et dimittit accepto pretio. ἀπολύεται is qui redimit et qui pretium solvit; ἀπολύει is a quo redimitur et qui pretium accipit. Atque ita ἀπολύεσθαι in illo loco Hom. χαλκοῦ τε χρυσοῦ τ' ἀπολυσόμεθ', *nos ære et auro eos redimemus*, ære et auro sc. pro pretio datis. At ἀπολύει, qui pro pretio dimittit captivum seu mortuum, ut νεκροπέρνας ille Achill. apud Lycophr. [Alex. 27.] Hom. Il. Κ. [449.] Εἰ μὲν γάρ κέ σε νῦν ἀπολύσομεν ἠὲ μεθῶμεν, Gr. Gramm. ἀπολῦσαι αἰχμάλωτον, τὸ λύτρα λαβόντα ἀφεῖναι· ἀπολύσασθαι δὲ, τὸ λύτρα δόντα ῥύσασθαι. Ita differunt simpl. λύειν et λύεσθαι, λῦσαι et λύσασθαι. Λύειν et λῦσαι est captivum demittere accepto lutro, seu redemptionis pretio; λύεσθαι et λύσασθαι, redimere soluto pretio. Λύεται, qui redimit; λύει a quo redimitur. Ut in limine Iliados, venit Chryses in exercitum Gr. λυσόμενός τε θυγάτρα, etc. *filiam redempturus*, inquiens παῖδα δέ μοι λύσατε φίλην. Chryses voluit λύεσθαι, *redimere*; at Agamemnon noluit λύειν, h. e. *dimittere*, vel ἀπολύειν. Porro sic differunt ἀφεῖναι et ἀπολῦσαι. ἀφεῖναι est *remittere, dimittere gratis*, πρικτὸς καὶ δωρεάν: ἀπολῦσαι, *dimittere*, sed non nisi certo pacto et pretio, nec nisi quis persolverit λύτρα, ἄποινα, ῥύσια, ζωάγρια. tot enim nominibus appellant Græci pretium redemptionis.

— 9. δόξης καλῆς] Ut κλέος ἐσθλόν. Δόξα apud puriores Gr. semper est μέση λέξις. Nihil aliud est quam *fama, existimatio, opinio*, sive bona sive mala: unde per se positum in meliorem partem. Hic δόξα καλὴ, ut apud Plat. δόξα κακή. At δόξα pro *gloria* inferioris Gr. est, nec nisi a sacris scriptoribus usurpatur. Hoc viz. est quod velim dicere. Κακὸς in compos. verbali aliquando extremum locum occupat. Multa sunt verba composita ex alio

vocabulo et κακὸς, adeoque desinentia in κακέω, cum tamen ex alia voce et ἀγαθὸς vel ἐσθλὸς nullum sit, et unum tantum ex alio vocabulo et καλὸς, viz. φιλοκαλέω, *honestatem colo, sum rerum pulcrarum studiosus:* adeoque κακὸν facilius adhæret et rebus associat et agglutinat se, quam ἀγαθόν. Nullum est verbum compos. desinens in ἀγαθέω aut ἐσθλέω, in κακέω plurima. Tria tantum observabo, utpote insigniora: ἀνεξικακέω, *malorum patiens, tolerans sum;* ἐθελοκακέω, *sponte mali non ignarus sum, prævaricatorem ago in pugna*, et μνησικακέω, *memor sum malorum*, h. e. injuriarum, unde μνησίκακος et μνησικακία, et ἀμνησικακία, *injuriarum oblivio*, idem quod ἀμνηστία. [Hæc ad priorem notam clare spectant.]

— 12. πρυτανεύσας ταῦτα καὶ πείσας] *dux et auctor hujus rei, harum rerum transactor et summus administrator fuit.* πρυτανεύειν et πρυτανεύεσθαι verbum translatum a Rep. Athen. Notum qui fuerint πρυτάνεις Athenis, et φυλὴ πρυτανεύουσα. Est πρυτανεύειν, τῶν πρυτανέων *officio fungi*, atque inde μεταφορικῶς, *regere et administrare quovis modo.* Ulp. πρυτανεύοντα κυρίως μὲν ἀντὶ τοῦ πρυτανέα ὄντα, ἀντὶ δὲ τοῦ διοικοῦντα, Δημ. ἐν Φιλιππικοῖς. Locus, quem respicit Gramm. ille, habetur oratione de Pac. [§. β'.] τὰ παρ' ὑμῖν διοικοῦντα Φιλίππῳ καὶ πρυτανεύοντα. *ad Philippi commodum omnia regentem et moderantem.* Sic et Phil. Γ. [§. γ'.] Heliod. l. i. [§. 36.] εἴ πῃ σοι κάθοδον λάβοι πρυτανευόμενος. *si quomodo ita rem gerat atque administret, ut reditum tibi procuret et obtineat.* Idem suaviss. auct. l. vii. [§. 50.] ὅπως ἂν ἀσφαλῶς γένοιτο πρυτανευόμενος. *ut securitatem facto provideret.* Synes. Ep. ἐῤῥωμένος διαβιάσῃ φιλοσοφίας εὐθυμίαν πρυτανευούσης ἀκύμονα. *strenue totum vitæ cursum conficias, philosophia securitatem animi procurante tranquillam.* Isocrat. [Panegyr. §. λδ'.] καὶ τοῦ πολέμου κύριος ἐγένετο, καὶ τὴν εἰρήνην ἐπρυτάνευσε. *jus habuit belli et pacem pro arbitrio suo constituit.* Aristoph. Acharn. [59.] ἐγὼ μὲν οὖν (sc. σιγήσω)· Ἢν μὴ περὶ εἰρήνης γε πρυτανεύσητε. *nisi consilia de pace agitetis, nisi de pace agatis et consulatis.* πράττητε, χρηματίζητε. Gr. Theol. πρυτανεύειν de providentia et administratione divina non raro usurpant. Greg. Naz. or. xi. ὡς ἂν τὸ ἑτοιμασθῆναι καὶ μὴ ταραχθῆναι, τοῦ Θεοῦ πρυτανεύοντος. *Deo viz. hoc ordinante et constituente ut parata ea res et non turbata esset.* et or. iii. in Jul. κατὰ πρόγνωσιν ἐπὶ τὴν ἐκστρατείαν ἀρθεὶς, καὶ δαιμόνων κίνησιν τὸ μέλλον ὑπισχνουμένων καὶ μεταβολὴν πρυτανευόντων τοῖς πράγμασι. *mutationem rerum procurantium, agitantium.* Duo præcipue erant capita in quibus plurimum triumphabant οἱ ἐξ ἐναντίας, et quæ Demostheni in hac causa maxime obstare videbantur, quo minus vel ipse Rhodios defendere tuto honesteque posset, vel Athenienses Rhodiorum tutelam suscipere eorumque libertatem vindicare deberent. Ea erant ἡ τῶν Ῥοδίων ἀπιστία et ὁ παρὰ τοῦ βασιλέως φόβος, *Rhodiorum perfidia* et *metus regis Persarum.* His duobus per procatalepsim seu præoccupationem occurrit Demosth. in initio hujus orationis. Et Rhodiorum quidem injuriæ et perfidiæ opponit τὴν μεγαλοφροσύνην τῆς πόλεως καὶ τὸ σύνηθες, id viz. esse pro gloria et indole et more Atheniensium μὴ μνησικακεῖν, malorum ἀμνηστίαν facere, μὴ νικᾶσθαι ὑπὸ τῶν κακῶν (ut Apostoli verbis utar), ἀλλὰ νικᾶν ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακὸν, et male meritis benefacta rependere. Quamvis igitur Rhodii fœdifragi perfidique sint, et διὰ τὴν αὐτῶν ὕβριν nulla a vobis injuria lacessiti, sed sua tantum petulantia permoti, bellum vobis intulerint: vos tamen agite quod vostrum est, et quod famam et decus et splendorem et magnanimitatem decet urbis Athen.; miseris et supplicibus jam succurrite, eorum jura defendite, libertati consulite, et democratiam periclitantem suffulcite. Hoc enim non modo pulcrum et præclarum et gloriosum, sed etiam utile et conducibile et percommodum vobis futurum est. Cum hoc palam omnibus innotuerit, vos libertati vindices et salutis auctores iis fuisse, qui de vobis tam male meruerint, omnes statim ad vos confluere, omnes amicitiam societatemque vestram expetere, incipient, utpote benevolentiam et amicitiam vestram incolumitatis suæ pignus et tesseram et arrhabonem esse arbitrantes.

— 19. σύμβολον τῆς αὐτῶν σωτηρίας] *salutis suæ signum*, vel *tesseram incolumitatis suæ*, ut vertit Interpres. Certe σύμβολον vox est latissimæ significationis: *nota, signum, indicium*, ut cum dicit Philosoph. τὰ ἐν τῇ φωνῇ sunt τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα. Duæ autem sunt significationes hujus vocis (pro *signo*) maxime insignes, quorum altera saltem huic loco congruere videtur, viz. qua σύμβολον ponitur pro *tessera militari*, sivo signo bellico quo socii ab hostibus discernuntur in acie, quod communiter σύνθημα apud Gr., quasi id de quo pacti sunt et convenere omnes qui in iisdem castris militant, vulgo *WORD or WATCH-WORD*, Lat. *tessera.* Virg. [Æn. vii. 637.] "Sit belli tessera signum." Sil. Ital. [l. vii. 347.] "discurrit tessera castris." et iterum [l. xv. 475.] "tacitum dat tessera signum." ubi intelligere videtur non σύνθημα sed παρασύνθημα. Ita enim differunt σύνθημα et παρασύνθημα (juxta scriptores tacticos), ut *signum vocale* (in bello) sit σύνθημα, *signum mutum* παρασύνθημα. Maximus autem usus παρασυνθήματος ob milites peregrinos qui diversa lingua

untur. Onosand. Strateg. c. 26. χρησιμώτατον δή που τοῦτο καὶ πρὸς ἑτεροζυγώσους συμμαχίας τῶν ἐθνῶν· οὔτε γὰρ λέγειν οὗτε ξυνιέναι δυνάμενοι φωνῆς ἀλλοτρίας, αὐτῷ τῷ παρασυνθήματι κρίνουσι τό τε φίλιον καὶ τὸ πολέμιον. Servius ad locum Virg. jam adductum, "it belli tessera signum:" "Symbolum bellicum quod ad pugnam exeuntibus datur, sc. propter confusionem vitandam, Gr. dicitur *σύνθημα*, ut fuit in bello Marii 'Lar Deus,' in Syllæ 'Apollo Delphicus,' in Cæsaris 'Venus Genetrix.'" Appian. Ἐμφ. l. ii. [c. 76.] de prælio illo fatali de Cæs. et Pomp. τὰ συνθήματα ἀναδιδύντος, ὁ μὲν Καῖσαρ, Ἀφροδίτην Νικηφόρον, ὁ δὲ Πομπήϊος, Ἡρακλέα Ἀνίκητον. Ambo hoc vocabula, *σύνθημα* et *σύμβολον*, a re bellica ad eroticum certamen traduxit Achill. Tat. de vipera et muræna l. i. [ap. fin.] ὅταν εἰς τὸν γάμον ἐθέλωσιν ἀλλήλοις συνελθεῖν, ὁ μὲν εἰς τὸν αἰγιαλὸν ἐλθὼν συρίζει πρὸς τὴν θάλασσαν, τῇ μυρσίνῃ σύμβολον· ἡ δὲ γνωρίζει τὸ σύνθημα, καὶ ἐκ τῶν κύματων ἀναδύεται. Atque in hoc sensu militari sumitur *σύμβολον*, cum antiquissimam illam normam et compendium fidei vocamus 'Symbolum Apostolorum.' Est enim hoc Symbolum, nota seu tessera, seu signum quo discernitur miles Christianus ab Ethnico. Vocabulis enim militaribus multum delectata videtur Prim. Eccles.; unde 'Ecclesia militans,' et 'Sacramentum,' et ejusmodi, juxta illud sancti Iob. [c. vii. 1.] "Militia est vita hominis." Ruffin. in Exp. Symbol. [§. 2.] "Ne qua doli subreptio fiat, Symbola discreta unusquisque dux suis militibus tradit, quæ Latine vel signa vel indicia nominantur, ut si forte occurrerit quis de quo dubitetur, interrogatus symbolum prodat si sit hostis an socius." Symbolum igitur Apostolorum, quasi signum et tessera, *γνώρισμα καὶ σύνθημα*, militis Christiani. Non enim (pace Augustini) *σύμβολον* Apostolicum dictum, quasi *collatio*, *A SHOTT or RECKONING*, a *συμβάλλω confero*, vel quod Apostoli in unum convenientes singuli articulum suum conferrent, vel "quia collata in unum catholicæ legis fides, symboli brevitate colligitur" (ut loquitur ille [Tom. x. Append. serm. 42.]) Tum enim non esset Symbolum, sed Symbola: certe *σύμβολον* pro *collatione* non reperitur in ullo probato Gr. auctore, sed tantum *συμβολή*, unde δεῖπνον ἀπὸ συμβολῆς vel *συμβολῶν*, *cœna collatitia*, *CLUB*. symbolam dedit, cœnavit, non symbolum. Quo magis miror doctiss. Lexicogr. H. Stephan. Symbolum Apostolicum potius ab hac significatione verbi *συμβάλλειν* derivare, quam ab altera, quasi *σύμβολον* diceretur quasi *collatio* seu *collectus*; cum tamen ipse fateatur se nullum ex classicis auctoribus exemplum citatum invenire nominis. Σύμβολον igitur Apostolicum, quasi tessera militaris, *σύνθημα*, *γνώρισμα*. Atque hæc prima est significatio hujus vocis, quam sequi videtur Lat. Interp. in hoc loco Demosth. dum vertit *tesseram*. Sed et altera est, quæ non minus hic convenit, qua ponitur hæc vox in usu forensi, viz. ἐνέχυρον vel etiam ἀρραβών, *pignus*, *arrha* seu *arrhabo*, *A PLEDGE or EARNEST*, quicquid datur in signum seu argumentum cujuscunque contractus ratificandi aut confirmandi, sive promissi sive debiti: nam *σύσσημον*, *σύμβολον*, ἐνέχυρον, ἀρραβών, in hac significatione idem sunt. Etsi enim proprie ἐνέχυρον sit τὸ δεδομένον ὑπὲρ χρέους εἰς ἀσφάλειαν, *pignus* seu *hypotheca rei quæ creditori ad securitatem traditur* vel *obligatur*, quod ἐν ἐχυρῷ ponat, in tuto collocet creditam pecuniam, vulgo *PAWNS or MORTGAGE*, τὸ εἰς ἀσφάλειαν ἀντάλλαγμα. Ἀρραβὼν autem in venditione et emptione proprie locum habeat, ut sit proprie pignus quod ab emente datur vendenti in antecessum solutionis integri pretii, ad securitatem sc. venditoris, ut rem esse emptam sciat, ἡ ἐπὶ ταῖς ὠναῖς παρὰ τῶν ὠνουμένων προκαταβολὴ ὑπὲρ ἀσφαλείας, ut ut hæc ita se habeant. Confunduntur tamen sæpissime hæ voces: et *arrhabo* de pignore dicitur, quod mutuo ad securitatem creditori præstandam; et *pignus* de arrhabone, qui in emptionis et venditionis contractu intercedit. Utrumque *σύμβολον* et *σύσσημον*. [Hermipp. ap. Poll. p. 483. ed. Basil. 1536.] παρὰ τῶν καπήλων λήψομαι τὸ σύμβολον. *pignus a cauponibus accipiam*, sive *arrham*. Σύμβολον enim quicquid arrhæ loco datur. Lysias [p. 154. 13. ed. Steph.] ἔλαβε σύμβολον παρὰ βασιλέως τοῦ μεγάλου. Athen. l. iii. [c. 32.] σύμβολά τις ἀπαιτούμενός φησι. *quidam a quo symbola repetebantur*. Vetus Com. apud Poll. [p. 483. ed. 1536.] οἵ μοι, τί δράσω σύμβολον κεκαρμένος. *hei mihi, quid faciam symbolo emunctus*. κεκάρθαι sive καρῆναι eleganter dicitur qui aliqua re emunctus et spoliatus est. "consiliis nostris laus est attonsa Laconum." [Cic. Tusc. l. v. 17.] Quoniam autem symbolum seu pignus dare non solent, nisi qui præsenti pecunia destituuntur, hinc adagium de homine egeno, et cui quidem nummorum suppetit, οὐδὲ σύμβολον ἔχει. *ne symbolum quidem habet*. Atque i a hic *σύμβολον* pro *pignore* seu *arrha*, et *σύμβολον τῆς σωτηρίας*, *pignus salutis*. Gr. posteriores externa illa signa, seu Elementa Eucharistica, Symbola appellant, quasi symbola seu signa corporis et sanguinis Christi, quæ et *σύμβολα τῆς σωτηρίας* dici possunt, *arrhæ* seu *pignora salutis nostræ*. Differunt *σύμβολα* et *συμβόλαια*. *σύμβολα* sunt *pignora*, *tesseræ*, *notæ*, *arrhabones* (ut diximus) *qui dantur ad firmandos*

*contractus, pacta, conventa, συνθῆκαι.* Atque hinc est quod doct. Camer. solicitat locum quendam Philos. in initio Polit. [l. iii. 1.] ubi pro *συμβόλων* leg. putat *συμβολαίων.* Verba Philos. sunt: οἰδ' οἱ τῶν δικαίων μετέχοντες οὕτως, ὥστε καὶ δίκην ὑπέχειν καὶ δικάζεσθαι· τοῦτο γὰρ ὑπάρχει καὶ τοῖς ἀπὸ συμβόλων κοινωνοῦσι. quæ verba ita sumit Camer. ac si per *σύμβολα* ibi intelligeret Philos. *mutuos mercatorum et negotiatorum contractus*, et per τοὺς ἀπὸ συμβόλων κοινωνοῦντας, *eos qui commercia inter se habent*, qui mutuos sc. contractus agitant: ideoque pro *συμβόλων* leg. suspicatur *συμβολαίων.* Συμβόλαια enim Gr. *contractus et commercia*, non *σύμβολα.* Sed alius profecto sensus ejus loci est: nec satis mihi assentus videtur mentem Philos. eruditus Interpres, seu potius paraphrastes P. Romanus, qui illa verba: τοῦτο γὰρ ὑπάρχει καὶ τοῖς ἀπὸ συμβόλων κοινωνοῦσι: sic transfert: *hæc enim facultas etiam negotiatoribus, qui tesseris utuntur inter se communibus, conceditur.* Non de solis negotiatoribus seu mercatoribus hæc verba intelligenda sunt. Scopus Aristotelis est ut ostendat naturam et essentiam civis, doceatque in quo consistat ratio formalis τοῦ πολίτου, et quid sit quod proprie constituat ; et primum pro more suo procedit negative. Communitas (inquit) loci et habitationis non constituit civem: ὁ δὲ πολίτης οὐ τῷ οἰκεῖν που πολίτης ἐστί. Tam enim μέτοικοι καὶ δοῦλοι, *inquilini et servi*, essent cives. Sed neque communitas fori atque judicii proprie civem facit: οἰδ' οἱ δικαίων μετέχοντες οὕτως ὥστε καὶ δίκην ὑπέχειν καὶ δικάζεσθαι. Δικαίων μετέχειν est quod vulgo dicimus *to have the benefit of the law*: quod iis omnibus contingit, quibus licet δίκην ὑπέχειν, *judicium subire, causam pro se postulare, dicere*, quod facit ὁ φεύγων *reus*, et δικάζεσθαι, *in jus vocare alterum*, quod facit ὁ διώκων. Sed neque hoc modo δικαίων μετέχειν satis est ad constituendum civem (inquit Philos.): τοῦτο γὰρ ὑπάρχει καὶ τοῖς ἀπὸ συμβόλων κοινωνοῦσι. *hoc enim licet etiam*, etc. Videndum igitur quid sit *σύμβολον*, et qui sint οἱ ἀπὸ συμβόλων κοινωνοῦντες. Σύμβολα dicebantur *pacta* seu *conventa inter diversos populos, quibus totum jus commercii inter ipsos continebatur.* Horum *συμβόλων* frequens mentio in oratione Demosth. (seu potius Hegesippi) de Haloneso. Harpocrat. et Suid. *σύμβολα* expon. συνθήκας, ἃς ἂν πρὸς ἀλλήλας αἱ πόλεις θέμεναι τάττωσι τοῖς πολίταις, ὥστε διδόναι καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια. *pacta* seu *conventa publica, quæ civitates inter se faciunt de juribus et commerciis mutuo inter se fovendis.* Diversarum igitur gentium et civitatum cives, qui hoc modo mutua inter se jura et commercia ex pacto agitant, sunt οἱ ἀπὸ συμβόλων κοινωνοῦντες. qui tamen exteri et peregrini sibi mutuo sunt, non autem cives: ergo κοινωνία τῶν δικαίων (ait Philos.) non sufficit ad constituendum civem.

P. 300. 5. παρελθὼν ἐγὼ — παρῆνεσα] *ego pro concione monui.* ita Lat. Interp. παρελθὼν, *pro concione.* Παρελθεῖν proprie dicuntur Rhet., cum ad dicendum prodeunt: et παρελθόντες λέγειν vel παραινεῖν dicuntur, cum in rostris publice et pro concione suadent. Hoc verbum usurpatur longe itaque aliter apud πεζογράφους, quam apud poetas. In usu vocabulorum παρέρχεσθαι et παρελθεῖν (vid. alibi) tria potissimum spectanda sunt, quomodo usurpantur ab Hom. et quomodo a post., quomodo ab Atticis et quomodo ab aliis Gr., et denique quomodo a poetis et quomodo a πεζογράφοις.

— 6. μόνος ἡ δεύτερος εἰπεῖν, ὅτι] Ὅτι non coheret cum εἰπεῖν, sed cum παρῆνεσα. Infinit. enim εἰπεῖν hoc in loco peculiarem quendam usum habet et videtur tantum non παρέλκειν seu redundare, et vel nullam omnino vel exiguam vim et significationem habere. Recte observ. auctor Idiotism. Int. εἰπεῖν sæpissime apud Att. παρέλκειν, ornatus solum causa adhiberi, ut in loco illo Xen. Cyrop. [i. 3. 8.] καὶ τὸν Ἀστυάγην σκώψαντα εἰπεῖν, Οὐχ ὁρᾷς, φάναι, ὡς καλῶς οἰνοχοεῖ. *nonne vides, inquit Astyages, hominem irridens, quam belle et quam venuste pincernam agit.* ubi vel εἰπεῖν vel φάναι manifeste abundat; et mallem φάναι quam εἰπεῖν, quia video eundem esse pleonasmum hujus infinit. tum apud eundem Xen. tum apud Plat. At infinit. εἰπεῖν multis in phrasibus locum habet, ubi φάναι consistere non potest, ut in ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὡς εἰπεῖν, et aliquando simpliciter εἰπεῖν, uti hic apud Demosth. Frequentes vero hæ formulæ sunt in quibus verbum εἰπεῖν peculiarem usum habet, quas propterea omitti non oportuit ab eo qui de Idiotismis scripsit. Varium autem usum obtinent, variisque modis exponi possunt, ea loquendi genera, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὡς εἰπεῖν, et ἁπλῶς καὶ ἐλλειπτικῶς εἰπεῖν. aliquando *ut verbo dicam*, aliquando *ut ita dicam*, aliquando *prope dixerim, ferme dixerim*; atque ita frequenter exponuntur apud auctores. Plut. Sympos. [ ] πάντων δὲ θαυμασιώτατον, ὃ πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἴσμεν. *quod omnes ferme dixerim fere norimus.* ita enim optime et simplicissime interpretari licet. Idem est ὡς εἰπεῖν apud eundem [Sympos. l. iv. q. 1. 3.] οὐδὲν γὰρ ὡς εἰπεῖν πολυχρόνιόν ἐστι. *nullum enim prope dixerim*, vel *fere nullum, eorum diuturnæ vitæ est.* Aristot. [de Part. Anim. l. ii. 7.] καὶ διὰ τοῦτο ἔχει πάντα τὰ ἔναιμα τὸ ἐγκέφαλον, τῶν δὲ ἄλλων οὐδὲν ὡς εἰπεῖν. *animalia omnia quæ sanguinem habent, habent et cerebrum,*

*aliorum vero fere nullum.* Ita enim commodissime interpretari possumus hasce formulas, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὡς εἰπεῖν, et εἰπεῖν quæ synonymice usurpantur, idemque valent, viz. *fere, ferme, prope, propemodum.* Retinet etiam hunc Hellenismum inter alios lingua nostra vernacula: ita enim nos hanc phrasin optime ad verbum expr. *μόνος ἢ δεύτερος εἰπεῖν*, aut *εἷς ἢ δύο εἰπεῖν*, *one or two to speak on, vel duo vel nemo*, h. e. duo vel circiter. Maximum argumentum, quo adversarii rhetores dissuadebant defensionem Rhodiorum, erat metus Regis Persarum: periculum enim fore, ne, si Athenienses Rhodiorum causam et libertatem tuerentur, potentissimum illum Persarum regem (*τὸν μέγαν βασιλέα*) offenderent et in se concitarent. *εἰς γὰρ ἐκεῖνον ἀνέχει τὰ πράγματα. ad illum hæc res pertinebat.* Destructio enim Rhodiorum aliarumque civitatum democraticarum facilior ei aditus ad Monarchiam fuerit. Huic non uno modo occurrit Demosth. *κατ' ἔνστασιν.* Negat hoc ad Reg. Pers. quicquam spectare, neque omnino Rhod. ei curæ esse, quia ad ejus ditionem non pertinent. Et *ὑπὲρ μὲν τῶν Αἰγυπτίων* etc. *pro defensione quidem Ægyptiorum non dubitastis Regi vim opponere, quid ergo hæretis jam cum agitur de fortuna et libertate Rhodiorum.* cur Regem metuitis magis solicitum fore de Rhodiis qui Gr. sunt et extra fines imperii Persici, quam de Ægyptiis qui infra ipsius ditionem sunt? Ego certe ipse si Regi a consiliis essem, non aliud ei suaderem quam vobis, viz. *μὲν τῶν ἑαυτοῦ.* Atque hæc jam est responsio. Jam aliam adhibet *ἐπιχείρησιν*, alioque modo rem aggreditur, et respondet *κατὰ συγχώρησιν.* Esto, inquit, ut Rex Pers. hoc ægre ferat vobisque adeo infensus et infestus fuerit. quid tum postea? num vos vestra omnia jura delabi patiemini metu Reg. Pers.? num urbes omnes et provincias et oppida et castella, quæ ipse vobis per vim aut fraudem eripuit, impune ei concedetis? Certe si hic vobis animus sit, *οἴχοιτο τὰ πάντα.*

— 7. *πρόφασιν—πεισῖσθε*] *causam, prætextum, ansam, occasionem, faceretis, prætenderetis.* Familiaria certe et satis usitata Græcis hæc duo vocabula sunt, *πρόφασις* et *πεισῖσθαι.* Ego tamen hanc *πρόφασιν ποιούμενος* et hanc causam accipiens pauca de iis annotare non gravabor, tum ad prosodiam tum ad syntaxin pertinentia, quæ forte non ubique nec ab omnibus observata sunt. *Πρόφασις* proprie et ex vi vocis est *causa prolata, manifesta, et aperta*, a *πρὸ* et *φημὶ* (ut ab *ἀπόφημι ἀπόφασις*, et a *κατάφημι κατάφασις*, sic a *πρόφημι πρόφασις*), sed potius a verbo *φαίνω, προφαίνω ostendo, manifesto, πρόφασις*, ut ab *ἐμφαίνω, ἔμφασις species, repræsentatio, simulacrum.* *Φάσις* enim vel est a verbo *φάω, φημὶ, dico*, et tum est *sermo, rumor* (Hom. *φάτις*); vel est a verbo *φάω, φαίνω, ostendo*, et tum est *apparitio, conspectus, cultus*, unde forte Lat. *facies, FACE.* A *φάσις sermo*, a *φάω dico, κατάφασις* et *ἀπόφασις, affirmatio* et *negatio*: a *φάσις species, apparentia*, a *φάω ostendo, ἔμφασις* et *πρόφασις.* Nam si esset a *πρόφημι prædico, πρόφατις* esset *prædictio*, ut *προφήτην propheta* ab eodem verbo, qui futura prædicit. Atque hæc de origine et analogia hujus vocabuli. Significationem quod spectat, observo quatuor potissimum esse nomina apud Gr. synonyma, quæ in hoc nomine ponuntur, significantia viz. *causam, ansam, prætextum, occasionem, colorem, obtentum, excusationem*; ea sunt *ἀφορμὴ, πρόφασις, πρόσχημα, σκῆψις*: cum hoc tamen discrimine, in meliorem partem *ἀφορμὴ* est *causa justa, αἰτία, occasio justa, manifesta et vera, αἰτία φανερὰ καὶ ἀληθὴς, occasio* vel *opportunitas rei agendæ vera*, et non in pejorem partem *simulata*: *πρόσχημα* et *σκῆψις* est *excusatio, prætextus, causa ficta et simulata, umbra, larva, color, velumen*, quod in N. F. *ἐπικάλυμμα*, vulgo *a cloak*: at *πρόφασις* jam vox mediæ significationis est, et modo in meliorem modo in pejorem partem sumitur; est enim *quævis causa* seu *excusatio*, sive justa et vera, sive simulata et ficta. Thucyd. [l. i. 23.] *τὴν μὲν γὰρ ἀληθεστάτην πρόφασιν, ἀφανεστάτην δὲ λόγῳ. verissimam causam.* Schol. *αἰτίαν.* Aristoph. [Vesp. 339.] *τίνα πρόφασιν ἔχων*, sc. *αἰτίαν. ἀφορμήν.* Atque ita apud Hippocr. sæpe (observ. Gal.) *προφάσεις* nihil aliud sunt quam *αἰτίαι, causæ morbarum eæque veræ.* Sed et *πρόφασις* est *causa ficta et simulata, prætextus, A SHOW or COLOUR, αἰτία ψευδὴς καὶ πεπλασμένη.* Atque ita sæpenumero apud auctores in deteriorem partem hoc sensu *προφάσεις* et *σκήψεις* simul conjunguntur. Dem. [de fals. leg. §. λδ'.] *σκήψεις καὶ προφάσεις ἐρεῖ.* Chrysosth. *σκήψεις ταῦτα καὶ προφάσεις ῥᾳθυμίας.* Demosth. [c. Mid. §. ιβ'.] *ποιᾷ γὰρ πρόφασις, τίς ἀνθρωπίνη καὶ μετρία σκῆψις φανεῖται τῶν πεπραγμένων αὐτῷ.* Atque ita semper in N. F. in sequiorem partem pro *umbra, larva, prætextu, obtentu, causa fictitia et speciosa.* [Matt. xxiii. 14.] *προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι.* Philipp. i. [18.] *εἴτε προφάσει εἴτε ἀληθείᾳ.* Ioann. xv. 22. *νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι.* De Syntaxi porro hujus nominis observo, variis modis construi solere apud auctores, viz. cum quis dicitur aliquid facere *sub specie* vel *sub prætextu*, modo cum præposit. *ἐπὶ*, idque vel cum genit. ut apud Herodot. l. vii. [150.] *ἵνα ἐπὶ προφάσιος ἡσυχίην ἄγωσι*, vel cum dativ. ut apud Herodian. l. vii.

[c.3.] ἐπὶ προφάσει τῆς περὶ τοὺς στρατιώτας χρημάτων συνεχοῦς χορηγίας: modo in dat. absol. sine præposit., ut Thucyd. l. iii. [86.] ἔπεμψαν τῆς οἰκειότητος προφάσει, *sub prætextu familiaritatis* vel *amicitiæ*; sic Act. xxvii. [30.] προφάσει ὡς ἐκ πρώρας μελλόντων ἀγκύρας ἐκτενεῖν, *sub obtentu quasi anchoras essent extensuri* (ubi notetur illa syntaxis προφάσει ὡς, *sub prætextu quasi*): modo cum accus., idque vel præcedente præposit. κατὰ ἐντελῶς, ut apud Herodot. l. i. [29.] κατὰ δεωρίης πρόφασιν ἐκπλώσας, *cum enavigasset sub prætextu contemplationis*; vel absolute et ἐλλειπτικῶς, subaudita præposit. κατὰ, atque ita frequentius et elegantius et Ἀττικωτερῶς, ut apud Demosth. de Cor. [§. κγ'.] ἐξαπεστάλη ταῦτα τὰ πλοῖα πρόφασιν μὲν ὡς τὸν σῖτον παραπέμψοντα ἐκ τοῦ Ἑλλησπόντου. *emittebantur hæ naves sub prætextu quasi frumentum advecturæ ex Hellesponto*, βοηθήσοντα δὲ κ. τ. λ. *sed revera opem laturæ Selymbrianis.* ubi notetur antithesis, πρόφασιν μὲν ὡς παραπέμψοντα, et βοηθήσοντα δὲ, h. e. τῇ δ' ἀληθείᾳ βοηθήσοντα, ita enim opponuntur sæpe apud auctores πρόφασιν μὲν, et τὸ δὲ ἀληθὲς, ut λόγῳ μὲν et ἔργῳ δὲ, et similia, ut Thucyd. l. vi. [33.] πρόφασιν μὲν Ἐγεσταίων ξυμμαχίᾳ, τὸ θὲ ἀληθὲς Σικελίας ἐπιθυμίᾳ. Hanc phrasin et syntaxin, ut et omnes alias Gr. Ling. elegantias, primum hauserunt auctores ex Hom. ingeniorum fonte: sic enim ille Il. τ. [301.] ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες Πάτροκλον πρόφασιν, σφῶν δ αὐτῶν κήδε' ἑκάστη. *gemebant autem puellæ Patroclum specie* vel *prætextu, earum autem revera dolores singulæ suos.* Insignis autem hic poetæ locus non tantum huic syntaxi, sed etiam proverbio, πρόφασιν et ansam et occasionem dedit. Hinc enim proverbium exsculpserunt posteri Πάτροκλον πρόφασιν, *Patroclum sub prætextu*, de iis qui aliquid sub prætextu faciunt vel facere videntur, cum re vera aliud agunt. Usus est hoc adagio Plut. egregio libello de laude sui ipsius [c. 19.] dum alios (inquit) laudamus, cavendum μὴ δοκῶμεν Πάτροκλον πρόφασιν, σφᾶς δ' αὐτοὺς δι' ἐκείνων ἐπαινεῖν. *ne videamur in specie laudare Patroclum, revera autem nosmet ipsos per illum.* et Achill. Tat. ἐπεδράκυσεν ὁ Κλειτοφῶντος λέγοντος ταῦτα, Πάτροκλον πρόφασιν ἀναμνησθεὶς Χαρικλέους. *hæc dum Menelaus commemorat a Patrocli casu non abhorrentia.* non novit viz. hoc proverbium esse ex loco quodam Homeri desumptum. Cum captivæ mulieres Trojanæ præficarum more coguntur lamentari Patrocli mortem, veras quidem lacrymas fundebant, sed non propter Patroclum; suas enim calamitates captivitatemque deflebant: Patroclus illis lacrymationi prætextus erat, vera causa sua sibi miserauda sors: ideo flebant Πάτροκλον πρόφασιν. Ita et iste Clinias apud Eroticum hunc Scriptorem illacrymavit nominatione Chariclis Πάτροκλον πρόφασιν, non ob Chariclis casum et infortunium, sed ob suum illi omnino par et simile. Πρόφασιν ποιεῖσθαι idem quod προφασίζεσθαι, Gr. Lexicogr. Aliquis aliquid πρόφασιν ποιεῖ, ex quo occasionem arripit. et rursus, προφασίζομαι, προφάσεις λέγω, προφάσεις ποιῶ, προφάσεσι χρῶμαι. At (inquam) Gr. non dicunt προφάσεις ποιῶ, sed ποιοῦμαι. Nihil communius nec usitatius hoc verbo ποιεῖν in tota Ling. Gr. Quando autem Gr. dicunt ποιῶ act., et quando ποιοῦμαι pass. vel med., non cui forte observatum, nec temere et ubique obvium. (ποιήσετε, ποιεῖσθαι, in eadem sententia paulo supra.) De vario igitur usu hujus verbi quoad vocem seu formam activi et passivi, ποιῶ et ποιοῦμαι (nec enim promiscue usurpantur) operæ pretium duxi regulas quasdam sive observationes, prout mihi intelligendum subvenerunt, vobis impertire. (1.) Ποιῶ, cum significat actionem transeuntem, ponitur plerumque in voce activa, cum transit sc. in materiam aliquam externam et sensibilem, ut ποιεῖν οἶκον, ξίφος, κόσμον, ἄρτον, ἄνθρωπον,, γῆν, οὐρανὸν, etc. ibi non ποιεῖσθαι, sed ποιεῖν. Loquor jam non de poetis, sed de Atticis πεζογράφοις. (2.) Cum adverbiis conjunctum etiam hoc verbum ποιεῖν activam formam obtinet, εὖ ποιεῖν, κακῶς, καλῶς, δικαίως, etc. hic enim non dicunt ποιοῦμαι, sed ποιῶ. Et aliquando cum adv. καλὰ, δεινὰ, etc. (3.) Ποιεῖν pro καταστῆσαι vel ἀποδεῖξαι, h. e. *reddere, efficere*, significans alterationem seu productionem qualitatis in persona vel re aliqua, etiam act. non pass., ut ἀνόνητον ποιῆσαι *inutilem reddere*, ἐξώλη ποιεῖν *perditum efficere*, σοφὸν ποιεῖν *sapientem reddere*, non ποιεῖσθαι. (4.) Ποιεῖν etiam absolute sine casu, de factura seu fictura poetica, act. semper: est enim ποιῶ absol. *facio carmina, poetice scribo*, ut ὥςπερ ἐποίησεν Ὅμηρος, Σοφοκλῆς, etc. *sicut Homerus in carminibus scripsit*, etc. Atque his fere locis et constructionibus Græci dicunt ποιεῖν et non ποιεῖσθαι. Rursum aliæ loquendi formulæ sunt, in quibus adhibetur ποιεῖσθαι et non ποιεῖν, illæ vero sunt præcipue hæ quinque (quantum observavi). (1.) Cum reciproce ponitur ante vocabula relationis, Gr. dicitur pass. ποιεῖσθαι, non act. ποιεῖν, ut ποιεῖσθαι ἀκοιτιν, ἑναῖρον, φίλον, etc. *facere uxorem, amicum*, etc. sibi sc., ποιεῖσθαι παῖδα vel υἱὸν, *filium facere, adoptare*, sibi; nec aliter dicunt Gr. παῖδα ποιεῖσθαι, quam φίλον, ἄκοιτιν, sc. ποιεῖσθαι. Quamobrem non opus fuit, ut qui scripsit de Idiot. et qui nuper apud nos prodiit, peculiarem observationem faceret de hac

phrasi παῖδα ποιεῖσθαι, cum non aliter id dicatur quam φίλον ποιεῖσθαι, ἑταῖρον ποιεῖσθαι, et similia. Ita ut observatio sit generalis: Hoc verbum reciproce positum nnte nomina relationis habet formam pass. ποιεῖσθαι, non act. ποιεῖν. Dico reciproce, *facere sibi*; notetur enim discrimen. Aliud est ποιεῖν φίλον, aliud ποιεῖσθαι φίλον. ποιεῖν φίλον est *facere aliquem amicum alteri*; at ποιεῖσθαι φίλον est *facere sibi amicum, aliquem in amicum sibi eligere et adsciscere*. Sic differunt ποιεῖν ἄκοιτιν et ποιεῖσθαι ἄκοιτιν. ποιεῖν ἄκοιτιν est *uxorem alteri facere, dare alicui aliquam in uxorem*, ut Hom. Il. [Ω. 537.] Καί οἱ θυητῷ ἑόντι θεὰν ποίησαν ἄκοιτιν: at ποιεῖσθαι ἄκοιτιν est apud eundem Hom. *uxorem sibi facere, sumere, aliquam in uxorem ducere*. [Od. E. 120.] ἣν τις τε φίλον ποιήσετ' ἀκοίτην. (2.) In nominatione æstimii aut existimationis, cum significat *ducere, æstimare, existimare, in loco habere*, tum etiam passivam formam habet; dicitur que ποιεῖσθαι non ποιεῖν, ut in formulis illis apud Gr. usitatissimis, περὶ οὐδενός, περὶ ὀλίγου, περὶ πολλοῦ vel πλείστου, περὶ παντός, etc. ποιεῖσθαι: sic cum accus. seq. sive substantivi, ut συμφορὰν ποιεῖσθαι *calamitatis loco habere, pro infortunio ducere*, δυστύχημα ποιεῖσθαι, εὐτύχημαι ποιεῖσθαι *felicitatis loco ducere*; sive adjectivi, ut μέγα ποιεῖσθαι *magni facere*, φαῦλον ποιεῖσθαι *leve existimare, flocci facere*, (Arrian. οὐ φαῦλον ποιούμενος. *non negligendum ratus.*) δεινὸν vel δεινὰ ποιεῖσθαι *grave et indignum existimare, ægre et graviter ferre*. In his enim omnibus aliisque similibus utuntur Gr. hoc verbo in form. pass. non act.; nec enim περὶ πολλοῦ, etc. ποιεῖν, aut συμφορὰν ποιεῖν, aut μέγα aut δεινὸν vel δεινὰ ποιεῖν, hoc sensu quispiam Gr. dixit, aut certe dixerit: dico hoc sensu, nam μέγα ποιεῖν aliud est, viz. *magnum facere*, h. e. rem magnam facere; μέγα ποιεῖν est *magnum aliud facere*, μέγα ποιεῖσθαι est *magni facere*. Idem discrimen est inter δεινὰ ποιεῖσθαι et δεινὰ ποιεῖν (quod observ.): δεινὰ ποιεῖσθαι est *ægre ferre, indigna existimare, pro indignis habere*; at δεινὰ ποιεῖν est *gravia, indigna, patrare, committere*. Herodot. [viii. 3.] μέγα πεποιημένοι περιεῖναι τὴν Ἑλλάδα. *magni facientes Græciæ salutem*. (3.) Ante nomina significantia affectum seu passionem animi, cum præposit. ἐν, passive etiam usurpatur hoc verbum ποιοῦμαι, et non ποιῶ, ut ἐν ὀργῇ ποιεῖσθαί τινα, ad verbum *aliquem in ira facere* vel *habere*, h. e. simpliciter *irasci*; ἐν θαύματι ποιεῖσθαι *in admiratione habere, admirari* (quam Hellenismum in lingua nostra vere imitamur, *to have in admiration*); ἐν γέλωτι ποιεῖσθαι *in risu facere* vel *habere, risui habere, deridere*. In his et hujusmodi loquendi formulis non dicimus ποιεῖν, sed ποιεῖσθαι. (4.) Cum significat χειροῦσθαι *debellare* aut *subigere, subjugare* aut *in potestatem redigere*, seq. præposit. ὑπὸ, ut ὑφ' ἑαυτῷ (vel ἐφ' ἑαυτὸν) ποιεῖσθαι τὴν πόλιν, τὴν χώραν, etc. *in potestatem suam redigere urbem, regionem*, etc. (5.) Cum significat immanentem facere, viz. aliquid opus internum seu mentale seu immateriale, tum etiam passivam formam habet quoque ποιεῖσθαι, et non ποιεῖν. Auctor Idiotismorum duas phrases affert, tanquam exempla hujus syntaxeos (potuit forte 600), sed et de his duabis duas distinctas regulas facit, cum tamen par et eadem sit utriusque ratio: eæ sunt ποιεῖσθαι κέρδος et γνώμην ποιεῖσθαι, quæ licet a Latinis per diversa verba exprimantur, viz. ποιεῖσθαι κέρδος *quæstum facere* et ποιεῖσθαι γνώμην *sententiam ferre* vel *habere*, tamen quantum ad Hellen. eandem rationem habent: nam ut ποιεῖσθαι κέρδος est simpliciter κερδαίνειν, ita ποιεῖσθαι γνώμην est simpliciter γινώσκειν. Sed et quam plurimæ aliæ hujusmodi phrases formulæque sunt, in quibus hoc verbum semper in voce passiva, licet in activa significatione, usurpatur; idque quoties actio est immanens, adeoque opus, cujus facturam exprimere volumus, est opus internum, mentale, incorporeum, et immateriale, e. g. μνήμην vel μνείαν ποιεῖσθαι *mentionem facere*, ποιεῖσθαι λόγον vel λόγους *sermonem facere de re aliqua* vel *orationem habere*, σπουδὴν ποιεῖσθαι *diligentiam adhibere*, γνώμην ποιεῖσθαι *statuere ratum* vel *statutum habere*, ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι *curam habere*, ἀρχὴν ποιεῖσθαι *initium facere*, sic ποιεῖσθαι πόλεμον, εἰρήνην, μάχην, ναυμαχίαν, ἐκκλησίαν, etc. in quibus omnibus Gr. non dicunt ποιεῖν sed ποιεῖσθαι. Sic hic πρόφασιν ποιεῖσθαι, ubi non licet dicere *fabricare* sed *facere*. Sic igitur differunt ποιεῖν et ποιεῖσθαι cum in rem transeunt, reguntque accus. substantivi realis et non personalis. ποιεῖσθαι est *facere*, ποιεῖν *fabricare*. ποιεῖσθαι πόλεμον est *facere bellum* et ποιεῖσθαι ἀρχὴν *facere initium*, at non dicimus *fabricare bellum* aut *fabricare initium*; sed ποιεῖν οἶκον, ξίφος, etc. est *fabricare*. (6. jam et ult.) Hæ duæ phrases seu formulæ sunt vere periphrasticæ, seu circumlocutiones (viz. ubi verbum ποιεῖσθαι jungitur cum nominibus significantibus affectum seu passionem animi cum præposit. ἐν, vel opus aliquid internum et incorporeum), hæ (inquam) phrases apte reddi possunt unico verbo, verbo viz. conjugato, quod σύστοιχον significationem habet illi nomini quod cum verbo ποιεῖσθαι conjungitur, e. g. in priori formula ἐν ὀλίγῳ ποιεῖσθαι est ὀλιγωρεῖν, ἐν ὀργῇ ποιεῖσθαι nihil aliud est quam ὀργίζεσθαι, neque melius Lat. verti potest quam

simpliciter per verbum *irasci*; sic ἐν γέλωτι ποιεῖσθαι est simpliciter γελᾶν seu καταγελᾶν, ἐν θαύματι ποιεῖσθαι παραφραστικῶς nihil aliud est quam θαυμάζειν: sic in posteriori λόγον, ἀπολογίαν, μάχην, ἀγῶνα, ἐπιμέλειαν, σπουδήν, ἀριθμὸν, πλοῦν, γνώμην, μνήμην, πόλεμον, ἀρχὴν, πρόφασιν, etc. nihil aliud sunt quam simpliciter λέγειν, ἀπολογεῖσθαι, μάχεσθαι, ἀγωνίζεσθαι, ἐπιμελεῖσθαι, σπουδάζειν, ἀριθμεῖν, πλεῖν, γινώσκειν, μεμνῆσθαι, πολεμίζειν, ἄρχεσθαι, προφασίζεσθαι, etc. etsi enim aliquando in his et hujusmodi formulis verbum ποιεῖσθαι alio aliquo verbo Lat. reddi exprimique possit, ut ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι *diligentiam adhibere*, λόγον ποιεῖσθαι *orationem habere*, ἀριθμὸν ποιεῖσθαι *nummum inire*, melius tamen et simplicius hæ phrases Gr. unico verbo, viz. verbo conjugato, verti et exprimi possunt, ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι *curare*, λόγον ποιεῖσθαι *dicere* vel *perorare*, ἀριθμὸν ποιεῖσθαι *numerare*. Quod locum in ea non habet syntaxi, ubi ponitur act. ποιεῖν, significaos *fabricare*, ut ἄρτον ποιεῖν, ξίφος ποιεῖν, etc. nec enim hæc reddi possunt unico aliquo simplici verbo nomini συστοίχῳ et conjugato ἄρτον. Sed comp. πρόφασιν ποιεῖσθαι est ἁπλῶς προφασίζεσθαι, quod et πρόφασιν προφασίζεσθαι dicitur more Atticorum, ut πόλεμον πολεμίζειν, λυπὴν λυπεῖσθαι, δίκην δικάζειν, et similia. Greg. Nazianz. orat. quadam: τὸ καὶ τὸ σκήπτῃ, καὶ προφασίζῃ προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις. *hoc et illud causaris, et prætendis excusationes peccatis.* Demosth. de Cor. [ ] πρὸς τὰς κοινὰς προφάσεις, ἃς οὗτοι προφασιοῦνται. *contra communes prætextus, seu excusationes, quas isti prætendent.* Hinc homo ἀπροφάσιστος, *simplex et sincerus, sine fuco, sine fraude, sine techna aut machina, absque prætextu, prætextu et excusatione carens, WITHOUT TRICKS or COMPLIMENTS.* Ælian V. Hist. l. iii. de Socrate [c. 17.] ἔνθα δὲ ἐχρῆν ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀγωνίζεσθαι, ἀλλ' ἐνταῦθά γε ἀπροφάσιστος ἐκεῖνος στρατιώτης ἦν, *sine ulla recusatione aut tergiversatione militem agebat.* Polyb. l. i. [72.] ἀφαιρούμενοι τὸν κόσμον εἰσέφερον ἀπροφασίστως εἰς τοὺς ὁψωνιασμούς. *detracta sibi ornamenta absque ulla tergiversatione in stipendium militi conferebant.*

— 10. καὶ οὐκ ἐγὼ - - - ὀρθῶς λέγειν] *neque vero ego, cum hæc dixissem, vobis non recte dicere visus sum*, vel *neque hæc ego ita dixi, ut vobis non recte dicere visus fuerim*, ad verb. *et non ego hæc dixi quidem, vobis autem non videbar recte dicere.* Loquendi formula, qua alibi utitur Demosth. ut in insigni illo loco or. περὶ Στεφ. [§. νε'.] ubi habetur climax seu grandis negatio: οὐκ εἶπον μὲν ταῦτα, οὐκ ἔγραψα δὲ, οὐδ' ἔγραψα μέν, οὐκ ἐπρέσβευσα δὲ, οὐδ' ἐπρέσβευσα μέν, οὐκ ἔπεισα δὲ Θηβαίους. *non hæc ita dixi, ut legationem non obirem, neque legationem ita obii, ut Thebanis non persuaderem.*

— 16. τούτων μηδ' ἀντιποιεῖσθαι τὴν ἀρχήν] Miror doct. Interpres in versione hujus loci tam fœde hallucinari, *eorum dominatum uti prorsus non vendicaret*, saltem si τὴν ἀρχὴν *dominatum* exponat, ut ἀντιποιεῖσθαι τὴν ἀρχὴν sit *vendicare dominatum.* In qua interpretatione non uno modo peccatum est. Nam primo hoc in loco τὴν ἀρχὴν non est nomen, sed adverbium: deinde verbum ἀντιποιεῖσθαι non regit accus. sed genit. Τὴν ἀρχὴν hic non est *dominium* seu *principatum*; sed adverbialiter sumitur pro *prorsus, omnino*, μηδόλως ἀντιποιεῖσθαι. Notantur ergo hæ duæ regulæ, altera generalis, specialis altera. (1. Reg. gen.) Nomina substantiva apud Gr. in omni casu adverbia sunt præterquam in nominativo: vel sic, Ab omnibus casibus obliquis substantivorum singularis numeri Græci faciunt adverbia. Ex genit. νυκτὸς *noctu*, χειρὸς *gratis*. [Odyss. N. 15.] ἀργαλέον γὰρ ἕνα περιὸς χαρίσασθαι: ex dativ. ut σπουδῇ, κομιδῇ, σχολῇ, quibus forte addi possit πυγμῇ in N. F.: ex accus. ut δωρεὰν *gratis*, περῖκα, τέλος, denique sic ἀρχὴν, vel etiam cum articulo τὴν, *primum, in initio*, atque etiam *prorsus, omnino.* (2.) De hoc igitur acc. adverb. sit hæc regula specialis: Ἀρχὴν sine artic. vel τὴν ἀρχὴν cum artic. eleganter adverbiascit et significat ὅλως, πάνυ, πάντως, *prorsus, omnino*, et aliquando *primum, in principio.* Herodot. l. i. [9.] ἀρχὴν γὰρ ἐγὼ μηχανήσομαι οὕτω. Interp. *principio enim ego sic machinabor.* potius *prorsus* vel *omnino.* et l. iv. [25.] τοῦτο δὲ οὐκ ἐκδέκομαι τὴν ἀρχήν. *hoc autem ego non omnino admitto, huic rei nullo modo assentior nec fidem habeo.* atque ita alibi apud eundem. Ælian. V. Hist. l. viii. c. 13. Ἀναξαγόραν τὸν Κλαζομένιόν φασι μὴ γελᾶντά ποτε ὀφθῆναι μήτε μειδιῶντα τὴν ἀρχήν. *nunquam ridere visum esse neque subridere omnino.* uti recte Interpres. Ibid. l. xiii. 27. Σωκράτης δὲ μίνος οὐκ ἐνόησε τὴν ἀρχήν. *cum alii Athen. passim per intemperantiam variis morbis laborarent, Socrates unus ex omnibus nunquam omnino ne ægrotabat quidem.* qui tamen alibi [iii. 14.] σάλπιγγα δὲ οὐδὲ ἀρχὴν ὑπομένουσι. *tubæ fremitum primo auditum etiam non sustinent.* pro *ne omnino quidem sustinent.* quem errorem a multis Interpretibus commissum observo in reddendo hoc adverbio ἀρχὴν vel τὴν ἀρχήν. Xen. Cyrop. l. i. [2. 3.] οἱ Περσικοὶ νόμοι ἐπιμέλονται, ὅπως τὴν ἀρχὴν μὴ τοιοῦτοι ἔσονται οἱ πολῖται. *ne prorsus ejusmodi cives sint, dant opera; ne ullo quidem modo tales sint.* Thucyd. l. vi. [56.] λέγοντες, οὐδὲ ἐπαγγεῖλαι τὴν ἀρχήν. *dicentes, se ne omnino quidem ei denuntiasse.* ita enim verti debet. Interpres:

*ne principio quidem.* Frequens enim hic (ut dixi) Interpretum lapsus est. *ἀρχὴν* vel *τὴν ἀρχὴν* multis locis vertunt *in initio* vel *in principio*, ubi verti debet *prorsus* vel *omnino*. Sic in loco quodam Luciani [Catapl. §. 21.] *ἀρχὴν δὲ οὔτε οἶδα, εἰ τετράγωνόν ἐστιν ὀβολὸς ἢ στρογγύλον.* Int. *principio ne novi quidem.* imo *prorsus* vel *omnino non novi.* Eundem errorem videor mihi etiam apud alios annotasse. Heliodor. l. vii. [§. 38.] *τὰ δὲ ἐπαγωγὰ τῶν ἀποπιπτόντων, ὡς ἂν μηδὲ συνιεὶς τὴν ἀρχὴν, ἐκὰν ὑπέβαινε.* Interp. *illecebras absurdiorum rerum neque intelligens ab initio.* imo *tanquam non omnino intelligens.* Max. Tyr dissert. xiii. *τούτων μὲν οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἠξίωσεν καταμίξαι τὰ ἔργα τῇ αὐτοῦ ἀδῇ.* ubi erudite Interp. *ne leviter quidem*, non omnino. Nec aliter exponenda mihi videtur hæc vox in Evang. Ioann. viii. 25. *τὴν ἀρχὴν ὅ τι καὶ λαλῶ ὑμῖν.* qui locus mirifice torsit interpretes. Dixerunt Christo Judæi, Tu quis es? Et dixit Jesus *τὴν ἀρχὴν ὅ τι καὶ λαλῶ ὑμῖν.* Vulg. (quem et August. sequitur) *principium qui et loquor vobis.* ac si Christus vocasset seipsum *τὴν ἀρχὴν principium.* sed profecto tum non *τὴν ἀρχὴν*, sed *ἡ ἀρχὴ* dicendum fuerit. rectius igitur Beza vertit adverbialiter *in principio: Ego sum quod vobis primum et a principio dixi.* *ἀπ' ἀρχῆς* (ita Paraphr.), *ἐξ ἀρχῆς.* quam expositionem nos etiam amplectimur in versione nostra vernacula. Ego vero, si liceat mihi conjecturam afferre, pace doctiss. Interpretum, *τὴν ἀρχὴν* vertendum etiam censeo hoc in loco *prorsus, omnino,* ὅλως vel *πάντως*, ac si dixit Christus: *Ego omnino id sum quod vobis dico.* Non multum abest ab hoc interpretamento doct. Heinsius cum suo *ἀπαξαπλῶς*, etsi aliud dicere et excogitare videri vult: *ἁπαξαπλῶς ὅ τι* etc. *verissime id sum quod me esse dixi.* Interim non dissimulo mihi valde probabilem videri conjecturam cl. Lud. de Dieu *τοῦ μακαρίτου*, qui hæc verba legit cum nota interrogationis: *primum ne etiam loquor vobis?* vos me interrogatis, quis sim? quasi nunquam antea id a me edocti essetis? anne primum nunc vobis alloquor? Et sic *ὅτι* non erit articulus, id quod conjunctio *ὅ, τι* per hypodiastolen; sed conjunctio, atque ita sane Gr. Codices in optimis quibusque codicibus constanter legunt sine nota hypodiastoles, ac si esset conjunctio *ὅτι.* Ὅτι autem in Gr. textu N. F. aliquando significat *ὄντως, utique, certe, revera,* et respondet Heb. nt 1 Ioann. iii. 20. *ὅτι μείζων ἐστὶν ὁ Θεὸς τῆς καρδίας ἡμῶν. utique major est Deus corde nostro.* Sic hic: *utique etiam vos alloquor.* et certe *λαλεῖν* aliud est quam *λέγειν. λαλεῖν loqui, λέγειν dicere.* Igitur *ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν*, non est *id quod dico vobis,* sed *utique etiam vos alloquor, τὴν ἀρχὴν, nunc primum.* Ingeniosa sane viri doct. conjectura, quam tamen ego, utpote novam et hesternam, temere amplecti non audeo, sed potius eruditis perpendendum relinquo. Et redeo ad illud de quo in initio dixi, ad *τὴν ἀρχὴν*, et ejus usus apud profanos auctores. Auctor Idiotism. qui nuperrime apud nos prodiit, *τὴν ἀρχὴν* (inquit) et *τὸ καταρχῆς* significat *initio*, quod et rarius dicitur *ἀρχὴν* sine articulo: ubi nullam mentionem facit alterius significationis, quæ non minus communis est apud Gr., viz. qua ponitur pro ὅλως vel *πάντως*, quam etiam significationem mihi habere videtur in illo ipso loco Xenoph. quem adducit in exemplum alterius ejus significationis quam is solam assignat, viz. pro *τὸ καταρχῆς.* Verba Xenoph. sunt l. vii. Anab. [c. 7. 28.] *ὅσῳπερ χαλεπώτερον ἐκ πλουσίου πένητα γενέσθαι ἢ τὴν ἀρχὴν μὴ πλουτῆσαι, καὶ ὅσῳ λυπηρότερον ἐκ βασιλέως ἰδιώτην φανῆναι ἢ ἀρχὴν μὴ βασιλεῦσαι.* Miserum est fuisse felicem, igitur inquit suavissimus et sapientissimus ille Hist. *quo gravius est ex divite pauperem fieri quam ab initio divitem non fuisse, quantoque molestius ex rege privatum fieri quam regem nunquam fuisse.* ita enim reddunt Interp. Mallem tamen *ἀρχὴν* etiam hic interpret. *omnino; quo gravius* etc. *quam omnino divitem non fuisse* etc. Clem. Alexandr. Protrept. *πόσῳ γοῦν ἄμεινον τοῖς ἀνθρώποις τοῦ τυγχάνειν τῶν ἐπιθυμιῶν τὸ τὴν ἀρχὴν, μὴ δὲ ἐπιθυμεῖν ἐθέλειν ὧν μὴ δεῖ. quanto igitur melius hominibus illicita non omnino concupiscere quam cupiditatibus et desideriis frustrari.* Ἀντιποιοῦμαι est *vendico, affecto, assequi conor, occupare contendo,* cum genit. semper, ideoque hic non cum accus. *τὴν ἀρχὴν* (quod potius adverbium est), sed cum genit. *τούτων* construendum. *τούτων μηδ' ἀντιποιεῖσθαι. hæc ne omnino quidem vendicare.* nunquam enim cum accus., sed cum genit. in perpetuum jungitur hoc verbum apud auctores. Aristot. Pol. iii. [c. 12.] *εὐλόγως ἀντιποιοῦνται τῆς τίμης οἱ εὐγενεῖς καὶ ἐλεύθεροι καὶ πλούσιοι. merito sibi honorem vendicant,* vel *honorem affectant,* vel *de honore inter se contendunt et competitores sunt.* tot enim modis exponi potest hoc verbum *ἀντιποιοῦνται.* Polyb. l. i. [60.] *ἀντιποιεῖσθαι τῆς θαλάττης. mare,* vel *maris imperium, sibi arrogare, vendicare, asserere.* et l. ii. [53.] *ἀντιποιησάμενος τῆς πόλεως. conatus urbem sibi vendicare et in potestatem suam redigere.* Demosth. Phil. Δ. [§. ιγ'.] *τοῦ πρωτεύειν ἀντιποιοῦνται μὲν ἅπαντες. omnes quidem primas tenere expetunt.* quod Apostolus φιλοπρωτεύειν dixit de quodam Diotrephe. Xenoph. [Anab. l. ii. 3. 23.] *ἀντιποιούμενοι τῆς ἀρχῆς τῷ βασιλεῖ. vendicantes imperium,* vel *imperium occupare conantes pro rege.*

Auctor Maccab. l. i. c. 15. *βούλομαι δὲ ἀντιποιήσασθαι τῆς βασιλείας. volo autem etiam vendicare regnum.* Differunt ἀντιποιεῖν et ἀντιποιεῖσθαι: etsi Gr. Lexicogr. hæc duo male confundant, eorumque significationes una permiscent. Nam et ἀντιποιοῦμαι exponunt non solum *vendico*, sed etiam *facio aliquid adversus*; et ἀντιποιῶ non solum *facio aliquid adversus*, sed etiam *vendico:* cum hæc duo significata nunquam confundantur apud auctores. Notetur itaque discrimen. Ἀντιποιοῦμαι semper est id quod diximus, viz. *vendico, mihi assumo*, aut *arrogo*, aut *occupare contendo:* at ἀντιποιῶ act. nunquam in hoc significatu legitur, sed longe aliud denotat, viz. *facio vicissim, par pari rependo*, et transit in personam vel expressam vel intelligendam, et contrarium est τῷ ἀντιπάσχειν, unde ἀντιπεπονθώς. Arist. Rhet. l. ii. [c. 2.] *οἱ γὰρ ἀντιποιοῦντες οὐχ ὑβρίζουσιν, ἀλλὰ τιμωροῦνται. qui pro contumelia, qua ab aliis fuerunt affecti, ipsis par faciunt et vicissim eos contumelia afficiunt; isti injuriam non faciunt, sed propulsant et ulciscuntur.* Idem Eth. v. [c. 8.] ubi agit περὶ τοῦ ἀντιπεπονθότος, seu de talione Pythagorica: *τῷ ἀντιποιεῖν γὰρ ἀνάλογον συμμένει ἡ πόλις. factis enim proportione reciprocis conservatur unitas civitatis.*

— 18. ἐγκρατὴς] Idem fere quod *κύριος, dominus, qui aliquid in sua potestate habet, ὁ ἐν κράτει ἔχων.* Demosth. [adv. Lacrit. §. γ'.] ἐπειδὴ δὲ τάχιστα ἐγκρατὴς ἐγένετο τοῦ ἀργυρίου. *postquam pecuniæ compos factus est*, vel *in sua potestate habuit pecuniam.* sic ἐγκρατὴς τῶν πραγμάτων, *rerum potitus.* Herodot. [l. viii. 49.] τῶν αὐτοὶ χωρέων ἐγκρατέες εἰσί. *in locis quorum potiuntur domini et compotes essent.* Ἐγκρατὴς apud alios Gr. idem quod ἐπήβολος apud Hom. Odyss. [B. 319.] οὐ γάρ νηὸς ἐπήβολος οὐδ' ἐρετάων Γίνομαι. *non sum compos navis, non habeo navem nec nautas in mea potestate.* Schol. ἐπήβολος· ἐπιτυχὴς, ἐγκρατὴς, ἀπὸ τῆς δολῆς καὶ τοῦ βάλλειν, ὅ ἐστι τοῦ σκοποῦ τυγχάνειν. Ἐπήβολος est *qui scopum pertingit et assequitur* (pro ἐπίβολος), adeoque *qui compos est alicujus rei ad quam collimavit et quam in votis habuit.* Hanc vocem ab Hom. mutuatam, aliisque πεζογράφοις minus usitatam, Aristot. Eth. l. i. 11. οὐκ ἂν γένοιτο πάλιν εὐδαίμων ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, ἀλλ' εἴπερ ἐν πολλῷ τινὶ καὶ τελείῳ, μεγάλων καὶ καλῶν ἐν αὐτῷ γενόμενος ἐπήβολος. *si magnarum præstantiumque rerum compos evadat.* Eustath. [1404.] ἐπήβολος ὁ ἐπιτευκτικὸς, ὥ ἐναντίον ἀβέλτερος ὁ ἐπιτυχὴς, ἀπὸ τοῦ ἐπεβαλε, ὁ τυχὼν πράγματός τινος, Ὁμήρου παρὰ δὲ τοῖς ὕστερον ὁ συνετός. certe ἀβέλτερος est *ἀσύνετος. stolidus, imprudens*, ab α et βάλλω vel βέλος, quasi *a scopo aberrans*; at ἐπήβολος ἁπλῶς pro συνετὸς vix (opinor) legitur apud auctores. Ἐπήβολος φρενῶν, *mentis compos.* Sophocl. Antig. [491.] εἶδον ἀρτιώς Λυσσῶσαν αὐτὴν οὐδ' ἐπήβολον φρενῶν. *vidi eam nuper insanientem nec mentis compotem.* ἐπήβολος φρενῶν est ἐγκρατὴς φρενῶν vel καρτερὸς νόου, ut inquit Theogn. [479.] Ὅς δ' ἂν ὑπερβάλλῃ πόσιος μέτρον οὐκ ἔτι κεῖνος Τῆς αὐτοῦ γλώσσης καρτερὸς οὐδὲ νόου. *qui modum in bibendo excedit, is non amplius suæ linguæ compos est neque mentis.* Et ut Theognis hanc vocem καρτερὸς hoc sensu cum genit. rei conjunxit, ita Theocritus cum genit. personæ Idyll. xv. [94.] Μὴ φυῇ μελιτῶδες, ὃς ἀμῶν καρτερὸς εἴη. *ne unquam nascatur quisquam, O suavis Proserpina, nec in vivis sit, qui in nos imperium et potestatem habeat; absit ut nos servæ cuiquam simus.* Arrian. de exped. Alexandr. Θηβαίων ἐγένετο καρτερός. *Thebanos in potestatem suam redegit.* Eustath. [101. 1790.] καρτερὸς ἀντὶ τοῦ νικητὴς, γενικῇ συντασσόμενον, καὶ ἀντὶ τοῦ δεσπότης καὶ ἄρχων ἢ ἐγκρατής. Καρτερὸς et ἐγκρατὴς seq. genit. sunt, ὁ ἐν κράτει ἔχων, *qui aliquem* vel *aliquid in potestate habet*, ὁ κύριος. Hoc libentius observo, ut notetur discrimen inter phrasim et dialectum Homeri et τῶν μεθ' Ὅμηρον. Καρτερὸς Hom. simpliciter et sine casu est ἰσχυρὸς, ἄλκιμος, *fortis, strennus, robustus, magnanimus:* at posteris Hom. καρτερὸς cum genit. est *compos*, κύριος, etc. Igitur hæc synonyma sunt ἐγκρατὴς, ἐπιτυχὴς, ἐπήβολος, κύριος, καρτερὸς, seq. genit. *compos, dominus*, etc. atque in hoc loco Demosth. ἐγκρατής. Atque hic quidem communis est usus hujus vocabuli apud Rhetores et Polit.; alius jam fere ejus usus est apud Ethicos et Theologos, quem etiam obiter tangere visum est, ut viz. ἐγκρατὴς sit *abstinens* vel *continens*, vel κρείττων, *superior*, aliquo sc. affectu aut passione aliqua, ut ἐγκρατὴς τοῦ θυμοῦ, *qui iræ moderatur, qui non succumbit iræ, qui iram et animum cohibet*; sic ἐγκρατὴς γαστρὸς, *temperans, continens, qui ventri non est deditus, qui ventri non succumbit, qui ventrem reprimit et coercet*; ἐγκρατὴς τοῦ ὕπνου, *qui somno non est deditus.* Atque ita Philos. sæpe in Ethicis ἐγκρατῆ *continentem* et ἐγκράτειαν *continentiam.* Plerumque usurpatur de continentia quæ in refrænandis voluptatibus corporeis versatur, et κατ' ἐξοχὴν de continentia in re Veneream; unde illud Apostoli [1 Cor. vii. 5.] εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται γαμησάτωσαν. et in alio loco [1 Cor. ix. 25.] πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται. ubi alludere videtur Paulus ad ἄσκησιν et ἀναγκοφαγίαν illam athleticam. Beza (qui et nos in versione nostra sequimur): *in omnibus continens.* quæ interpretatio quamobrem displicere debeat eruditis, non intelligo. Aristoteles in Ethicis ἐγκρατῆ

dici vult *continentem*, utpote in quo mens seu ratio imperat ac dominatur appetitus, h. e. homine qui sibi ipsi imperat, qui sui dominus est, et in se potestatem habet. in quo enim mens imperat, homo sibi ipsi imperat; nam mens cujusque est quisque. [l. ix. 8.] ἐγκρατὴς δὴ καὶ ἀκρατὴς λέγεται, τῷ κρατεῖν τὸν νοῦν ἢ μὴ, ὡς τούτου ἑκάστου ὄντος. Jam de duplici hoc significatu hujus vocis ἐγκρατὴς hæc quatuor mihi videntur observatu digna. (1.) Significatio hujus vocis ἐγκρατὴς, qua ponitur pro *κύριος* et ἐπήβολος, *dominus* seu *compos alicujus rei*, hæc (inquam) significatio originalis est et primitiva; altera vero illa, qua ponitur pro *σώφρων* vel *κρείττων τῆς ἡδονῆς*, *temperans* seu *continens*, seu *superior aliqua* , illa (inquam) significatio secundaria est et a priori derivata. Quoniam enim fortior est qui se quam qui fortissima vincit mœnia, ideo qui sui ipsius *κύριος* et dominus est homo viz. temperans seu continens; qui in se et passiones suas dominium ac potestatem habet, qui affectibus suis imperat ac dominatur, is speciali modo et κατ' ἐξοχὴν ἐγκρατὴς dici meruit; qui sui ipsius ἐγκρατὴς est simpliciter ἐγκρατής. (2.) Tam latum est discrimen inter duas has significationes istius vocis, ut vocabula quæ ei synonyma sint in una significatione, nullo modo ei synonyma sunt in altera, e. g. ἐγκρατὴς pro *compos* vel *dominus* dicitur etiam *κύριος*, ἐπιτυχὴς, et ἐπήβολος cum genit., ut ἐγκρατὴς, *κύριος*, ἐπιτυχὴς, ἐπήβολος, τῶν καιρῶν, vel *χωρίων*, vel *χρημάτων*, *compos opportunitatum, locorum, pecuniarum*, h. e. qui aliquid horum nactus adeptusque est et in potestate sua habet: at in hoc sensu ἐγκρατὴς non dicitur *κρείττων* vel *ὑπέρτερος*. qui enim est ἐγκρατὴς τῶν χρημάτων, h. e. compos factus est peconiæ, non statim propterea est *κρείττων* vel *ὑπέρτερος τῶν χρημάτων*. E contra ἐγκρατὴς pro *temperans* vel *continens* dicitur etiam *κρείττων* et *ὑπέρτερος*, ut ἐγκρατὴς *θυμοῦ*, *γαστρὸς*, *ὀργῆς*, *ἡδονῆς*, *χρημάτων*, dicitur etiam *κρείττων* vel *ὑπέρτερος θυμοῦ*, *γαστρὸς*, *ὀργῆς*, etc. (et contra ἐγκρατὴς ἥττων.) *temperans, continens, iræ, voluptatis*, etc. qui melior et superior est hujusmodi passionibus, qui iis imperat ac moderatur nec iis succumbit. At in hoc sensu τοῦ ἐγκρατὴς non dicitur *κύριος* nec ἐπιτυχὴς nec ἐπήβολος: nec Gr. dicunt *κύριος τῆς ὀργῆς*, *θυμοῦ*, *ἡδονῆς*, etc. pro *κρείττων τῆς ὀργῆς*, etc. Ἐγκρατὴς tamen et *καρτερὸς* synonyma sunt in utraque significatione: nec mirum, cum cognata vocabula sint et ab eadem stirpe oriunda, viz. a *κράτος* vel *κάρτος*. Igitur *καρτερὸς* est et *compos* et *continens*, ἐγκρατὴς in utroque sensu: *καρτερὸς τῆς πόλεως*, *potitus, compos civitatis*, et *καρτερὸς* (*κρείττων*) *τῆς γλάσσης*, *linguam moderans et refrænans*. (4.) Ἐγκρατὴς in hac posteriori significatione, sc. continentiæ, cum absolute ponitur et sine additione, sine genit. seq., refertur et restringitur ad continentiam seu moderationem circa voluptates corporeas, et specialiter circa voluptates gustus et tactus, cibum sc. et potum et res Venereas: at de aliis speciebus

ut de moderatione iræ, linguæ, etc. non dicitur ἐγκρατὴς, nisi cum additamento expresso, sc. genit. ejus rei circa quam versatur ἡ ἐγκράτεια, ut ἐγκρατὴς τοῦ θυμοῦ, *ὀργῆς*, *γλώσσης*, *χρημάτων*, etc. Ita distinguit Philos. inter *incontinentem simpliciter*, ἀκρατῆ ἁπλῶς, et *incontinentem cum adjectione*, ἀκρατῆ κατὰ πρόθεσιν. Eth. vii. 6. Eos (inquit) qui modum excedunt circa *νίκην*, *τιμὴν*, *πλοῦτον*, aut ejusmodi, ἁπλῶς μὲν οὐ λέγομεν ἀκρατεῖς, προστιθέντες δὲ τὸ *χρημάτων* ἀκρατεῖς, καὶ κέρδους καὶ τιμῆς καὶ θυμοῦ· *simpliciter autem incontinentes*, ἁπλῶς δὲ ἀκρατεῖς, τοὺς ὑπερβάλλοντας περὶ τὴν τροφὴν καὶ τὴν τῶν ἀφροδισίων χρείαν, περὶ τὰς σωματικὰς ἀπολαύσεις, περὶ ἁφὴν καὶ γεῦσιν, circa eas viz. voluptates circa quas versatur temperantia, hujusmodi *incontinens*, ἀκρατὴς λέγεται, οὐ κατὰ πρόθεσιν καθάπερ *ὀργῆς*, ἀλλ' ἁπλῶς μόνον.

— Ibid. παρακρουσάμενός τινας τῶν ἐν ταῖς πόλεσι] *cum decepisset quosdam ex iis qui in civitatibus erant*. Elegans verbum παρακρούεσθαι pro ἐξαπατᾶν, *circumvenire, decipere, fallere*, ducta metaphora (uti volunt Gramm.) ab iis qui in rebus appendendis alteram lancem ex æquilibrio fraudulenter impellant digito, ut in alteram partem vergat. Schol. Comici in Ἱππεῦσι [855.] ad vocem *κρουσιδημῶν* (quam ille vocem nequiter finxit, qua exprimeret τὸν παρακρουσάμενον τὸν δῆμον, *populi deceptorem, ludificatorem*) κρουσιδημῶν ἀντὶ τοῦ κρούων τὴν βουλὴν. ἐλυμαίνου τὸν δῆμον ἀπατῶν καὶ παρακρουόμενος τῇ βοῇ. ἔστι γὰρ παρακρουσόμενον (vel potius uti leg. videtur, παρακρουσομένων) μέτρον, ὃ λέγεται ἐπὶ τῶν τοῖς μέτροις παραλογιζομένων. Quanquam alii a luctatoribus dici volunt; qui non vi et rohore, sed artificio et fraude adversarium supplantant, κρούοντες τῷ ποδὶ ἢ χειρὶ, ut apud Heb. proprie *supplanto*, metaph. est *decipio*. Sed magis mihi arridet prior ratio hujus verbi παρακρούεσθαι, ut viz. sumptum et tralatum sit ab ea fraude quæ in ponderibus et mensuris usurpatur. Idem Schol. alibi et ex eo Suid. παρακρούεται ἀντὶ τοῦ ἐξαπατᾷ, μετῆκται δὲ τοῦνομα ἀπὸ τοῦ τοὺς ἱστῶντάς τι ἢ μετροῦντας κρούειν τὰ μέτρα καὶ διασείειν, ἕνεκα τοῦ πλεονεκτεῖν. Quid sint, vasa, *μέτρα* ἐγκεκρουσμένα vel εἰσκεκρουσμένα, dixi pridem ad Theophrast., viz. vasa contusa et adacta, quæ latera habent collisa ad se versus invicem aut fundum

introrsus adactum, quo iniquior parciorque mensura sit; atque hujusmodi vasis etiamnum hodie aliquando nos παρακρούονται οἱ οἰνοπῶλαι. At hoc potius est ἐγκρούεσθαι quam παρακρούεσθαι. παρακρούουσι vel παρακρούονται τὸ μέτρον, qui mensuram perperam (id enim est παρὰ in comp.) κρούουσι, impellunt, sive concutiunt, inique et fraudulenter. Dubium interim est an fraus, quæ per hoc verbum significatur, derivetur ab emptore an venditore: utrique enim hoc faciunt; utique suo modo et more παρακρούονται τὸ μέτρον in rem suam et quantum licet ἕνεκα τοῦ πλεονεκτεῖν. Et ὁ σιτώνης quidem (ut opinor), qui frumentum emit in foro, jure non potest neque permittitur κρούειν sive σείειν, διασείειν, σαλεύειν (unde μέτρον σεσαλευμένον in N. F.) τὸ μέτρον, h. e. *percutere* aut *concutere mensuram*; ne eo modo pressior et liberalior et abundantior quam par est mensura fiat. Si ergo hoc faciat, παρακρούει vel παρακρούεται. Quinetiam et ὁ σιτοπώλης, qui frumentum vendit, solet et quidem jure suo mensuram radio abstergere et detergere, quod Gr. dicunt ἀποψᾶν τὸ μέτρον, et ἀπομάττειν τὸν χοίνικα, *detergere modium*, et diruere cumulum, ne quid ἐπίμετρον et redundans sit in mensura, et hoc utique fortean etiam dici possit κρούειν τὸ μέτρον. Si igitur hoc iuique et fraudulenter faciat, ita ut nimium diruat de cumulo et plus quam par est de modio detrahat, hoc etiam erat παρακρούειν vel παρακρούεσθαι. Ab utro igitur horum hæc sumatur metaphora, non satis liquet, nec forte multum refert: eo inclino tamen, ut putem ab emptoribus potius desumptum. Verba Gramm. ambigua et de utrisque (ni fallor) intelligi possunt: μετρῆται δὲ τοὔνομα etc. Μετροῦντες videntur esse venditores; ii enim mediuntur merces, non emptores: at κρούειν τὰ μέτρα etc. emptoris potius videtur esse quam venditoris, mensuram concutientis seu quassantis sui commodi causa, vel ut plus habeat quam par est; id enim est ἕνεκα τοῦ πλεονεκτεῖν, siquidem τῇ κρούσει seu διασείσει seu σαλεύσει mensura copiosior fit et abundantior. unde μέτρον σεσαλευμένον in N. F. παροιμιωδῶς pro *abundante mensura*. Porro σείειν τὸ μέτρον videtur idem sonare, viz. *mensuram concutere*, ut liberalior et copiosior fiat: et parum abest, quin pro κορυστὸς μόδιος in Gloss. legam κρουστὸς μόδιος, et apud Hesych. pro κορυστὸν ἐπίμετρον legam κρουστὸν ἐπίμετρον. Sed nihil statuo: judicent doctiores. Atque hæc de ratione et origine hujus verbi παρακρούεσθαι, elegantissimi sane et metaphorici, annotare operæ pretium duxi. Jam de ejus usu et significatione quædam exempla adducam ex auctoribus, et quidem pauca de multis. Aristoteles imprimis (quis enim auctor Gr. Ling. magis idoneus et ἀξιόχρεως) Topic. viii. 2. de fraudibus et fallaciis disputantium: παρὰ τοῦτο πολλάκις ἀλλήλους παρακρούονται κατὰ τοὺς λόγους. *se invicem circumveniunt in disputationibus.* Idem Elench. Soph. l. i. [c. 1.] ubi rationem assignat vocis παραλογισμός, cur viz. vitiosus et captiosus syllogismus dicatur παραλογισμὸς ἀπὸ τῆς λογιστικῆς, *a computatoria, calculatoria.* ὥῃπερ οὖν κἀκεῖ οἱ μὴ δεινοὶ τὰς ψήφους φέρειν ὑπὸ τῶν ἐπιστημόνων παρακρούονται, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν λόγων οἱ τῶν ὀνομάτων τῆς δυνάμεως ἄπειροι παραλογίζονται. *ut, qui calculorum usum non callent, a scientibus circumveniuntur, ita et in disputationibus, qui potestatis nominum sunt imperiti, paralogismis decipiuntur.* ubi παρακρούονται passivam significationem habet, ut supra in illo loco Topicorum. At activ. Noster Olynth. B. [§. γ'.] ὅτι πάντα διεξελήλυθεν, οἷς πρότερον παρακρουόμενος μέγας ὢν ηὐξήθη. *quibus nos antea circumvenientem in hanc magnitudinem excrevit.* Lucian. Tim. [§. 57.] μῶν παρακεκρούσμαί σε; *num te defraudavi?* ubi verba sequentia rationem hujus vocis declarant. καὶ μὴν ἐπεμβαλῶ χοίνικας ὑπὲρ τὸ μέτρον τέσσαρας. quasi dixerit: *si te modio iniquo castigavi et in mensura fraudavi, age, mensuræ chœnicas quatuor adjiciam, tanquam ἐπίμετρον, ut juste et æque tecum agam.* Demosth. π. Στεφ. [§. πδ'.] φυλάττειν ἐμὲ καὶ τηρεῖν ἐκέλευεν, ὅπως μὴ παρακρούσομαι μηδ' ἐξαπατήσω. Aristot. iterum Œcon. l. ii. [§. 15.] οἱ ἡγεμόνες οὐ παρεκρούοντο αὐτὸν, ὥστε τετελεύτηκεν ὁ στρατιώτης. *duces non fallebant cum indicio temporis quo aliquis ex militibus esset mortuus.* Lucian. revivisc. [§. 9.] ὡς παρακρουσάμενος τοὺς δικαστὰς ἀπέλθοις. *ut deceptis judicibus abeas.* Isæus [p. 47. pen. ed. Steph.] πολὺ μᾶλλον ἑτοιμότερός τις παρακρούσασθαι ἐγχειρήσαι. *multo audacius et promptius aliquis fallere aggredietur.*

— 20. ὑπέρ γε τῶν δικαίων] Interp. *tuendæ justitiæ causa.* non satis aperte nec accomode, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ. potius *pro juribus et privilegiis*, vel *ad jura nostra defendenda:* ea enim sunt τὰ δίκαια *jura*, quæ ad unumquemque jure pertinent.

P. 301. 4. Τιμόθεον—Ἀριοβαρζάνην—Κυπροθεμίδος—Τιγράνης] Obscura est harum rerum horumque temporum historia, de quibus hic agit Demosth.; eoque obscurior, quod altum est de ea silentium apud historicos quos novi, tum Gr. tum Lat. In hac scena nostra quatuor personæ, tanquam præcipui auctores, hic introducuntur, Timotheus, Ariobarzanes, Cyprothemis, Tigranes. De Timotheo constat insignem eum fuisse ducem Atheniensem, cujus multa mentio iu Hist. Attica; qui

et unus ex ducibus Athen. fuit in hoc bello sociali, ut hinc appareat rem quam hic narrat Demosthenes vel tempore istius belli vel certe non multo prius gestam fuisse. Jam vero Artoxarxanes quis iste fuerit juxta scio cum ignaratissimis; nec enim (opinor) uspiam alibi in scenam intrat nec in theatrum prodit Gr. Hist. Duos invenio hujus nominis apud Histor.; sed aut fallit me ratio temporum, aut iste, de quo hic loquitur Demosth., neuter eorum esse potuit. Alter enim ille longe posterior, quippe qui floruit tempore belli Mithridatici, de quo Appianus; alter vero non longe quidem posterior his temporibus in quæ incidit historia hujus orationis, viz. temporibus Philippi Macedonis et Artaxerxis Ochi. At hujus Ariobarzanis meminit Quintus Curtius in Hist. Alex. [l. v. c. 4.] Fuit autem unus ex præfectibus Darii Codomanni ab Alexandro devictis. Inter Artaxerxem Ochum et Darium Codomannum non nisi quatuor aut quinque anni interfluxerunt. Non obstat igitur Chronologia, quin idem hic Ariobarzanes fuerit; sed sors et conditio et res gestæ videntur obstare. Hic enim de quo Dem. palam defecit a Rege Persarum et proditorem egit: at ille de quo Curt. fortiter pugnando pro Rege occubuit: alius igitur hic ab illo. Cyprothemidem ne de nomine novi: nullibi enim alias ejus nomen occurrit, quod memini. Tigranes, insigne et frequentissimum nomen in Hist. erat Rex Gr. tum Rom. Sed, cum multi Cappadoces fuerint hujus nominis, quinam tandem eorum hic vir fuerit, non satis constat; nec fortasse multum refert.

— 8. *φρουρουμένην*] *præsidio munitam, possessam, occupatam. φρουρὰ præsidium, munimentum: φρουρεῖν præsidio munire, tenere, custodire:* et *φρουρεῖσθαι præsidio teneri.* Quo verbo usi sunt scriptores N. F. per metaph. Loci sunt notissimi. *φρουρὰ arx præsidiaria*, Eustath. *φυλακὴ*; et *φρουρὸς, φύλαξ, custos vel miles præsidiarius, παρὰ τὸ φρουρᾶν vigilem et custodem esse, prævidere et præmunire periculo impendentia, hostes, insidias*, etc. *προορᾶνται γὰρ τὰ ἐπιόντα οἱ φύλακες, ὅθεν καὶ φρουροὶ λέγονται.* Eustath. [p. 700.] ut *οὖρος custos, φύλαξ (οὖρος Ἀχαιῶν. ὑῶν ἐπίουρος.* etc. apud Hom. [Il. Θ. 80. Od. N. 405.]), *ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν, inspector, ἐπίσκοπος, ἐπίουρος* est *ἐπίσκοπος.* ut igitur *οὖρος ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν*, sic *θρουρὸς* (mutat. accent.) *ἀπὸ τοῦ προορᾶν.* Gr. enim in compos. *ex* præposit. *πρὸ*, aliquando mutant tenuem in aspiratam, *π* in *φ*, ut ex *πρὸ ὁδοῦ πρόοδος φροῦδος evanidus, qui abiit, evanuit e via*, vel *e via discessit, OUT OF THE WAY. πρὸ* enim in hac compos. valet *ἐξ* vel *ἀπό.* ut *φρούμιον* pro *πρόμιον* et *φρειμιάζεσθαι* pro *προειμιάζεσθαι*, sic ex *προορᾶν φρουρός.*

— 9. *ἀπέγνω μὴ βοηθεῖν*] *auxiliari non statuit* vel *statuit non auxiliari.* ac si esset, *ἔγνω μὴ βοηθεῖν.* vel *οὐκ ἔγνω βοηθεῖν.* Sed duæ negationes vehementius negant, eæque non tantum explicite, cum duæ vel etiam plures particulæ negativæ integre et expresse ponuntur, ut *οὐ μὴ, μὴ οὐχὶ, οὐκ οὐδὲ, μὴ οὐδείς*, etc. ut in illo Luciani [Dial. Mort. xiv. §. 1.] *νῦν μὲν, ὦ Ἀλέξανδρε, σὺκ ἂν ἔξαρνος γένοιο, μὴ οὐκ ἐμὸς υἱὸς εἶναι.* ubi duæ sunt negationes explicitæ præter unam implicitam in voce *ἔξαρνος.* Sed (inquam) hæc regula de duplici negatione vehementius negante non tantum obtinet, ubi duæ negativæ particulæ *ῥητῶς*; explicite et expresse ponuntur; sed etiam cum una est explicita in se, altera implicita in verbo. Quod tamen vix observatum aut video a Gramm., qui regulas de Gr. syntaxi nobis tradiderunt. Notetur ergo hæc regula: 'Verba, quæ negationem implicitam in se includont, cum particula negativa vehementius negant.' Quæ autem implicitam negationem in se habent sunt præter verba negandi, etiam verba impediendi, probibendi, dehortandi, deterrendi, desperandi, et similia: his enim ex abundanti Attici negationem addunt. Demosth. [adv. Phænip. §. γ'.] *κωλῦσαι τοὺς ὀνηλάτας μὴ ἐξάγειν τὴν ὕλην. vetare quominus deportent.* Æsch. [c. Timarch. §. ζ'.] *τούτους ἀπαγορεύει μὴ δημηγορεῖν. hos prohibet concionem habere, verba ad populum facere.* Demosth. iterum [adv. Eubul. §. ιε'. med.] *ταῦτα οὐκ ἂν ἐξομόσαιτο Εὐβουλίδης μὴ οὐκ εἰδέναι.* Plat. [de leg. ] *ἀπείργω μὴ γίγνεσθαι. prohibeo fieri*, aut *impedio quominus fiat.* Lucian. [Prom. §. 6.] *εἰ μὲν οὖν ἔξαρνος εἶ μὴ εἰργάσθαι αὐτά. si negas te hæc perpetrasse.* Idem [Deor. Dial. v. §. 5.] *οὐδ' ἀπέτρεπόν σε μὴ οὐχὶ πίνειν παρ' αὐτοῦ. non abstinebant te a bibendo.* Thucyd. [iii. 3.] *τῆς μὲν θαλάσσης εἶργον μὴ χρῆσθαι. maris usu eos prohibebant.* et alibi [iii. 49.] *διεκώλυσε μὴ διαφθεῖραι. impedivit ne civitatem perderet.* Sic hic *ἀπέγνω μὴ βοηθεῖν. statuit non auxiliari.* pro *ἔγνω μὴ βοηθεῖν.* Verbum enim *ἀπογινώσκειν* vel *ἀπογνῶναι* negationem in se includit, ita ut sequens particula negativa prorsus redundet. Observetur hoc in loco hujus verbi significatio, utpote minus trita et usitata. *Ἀπογινώσκειν* communiter est *ἀπελπίζειν, desperare, animum despondere:* sed est etiam *statuere* (licet non tam frequenter) *aliquid non facere.* Et certe hæc altera significatio, licet non tam frequentem usum habeat, propius tamen respicit originem hujus verbi. Aliud autem est origo vocis, aliud usus. *Γινώσκειν* vel *γνῶναι* apud puriores Gr. non est simpliciter *cognoscere* aut *scire*, sed *statuere, ratum* seu

*statutum in animo habere, γνώμην ποιεῖσθαι.* Hinc *ἀπογινώσκειν* et *ἀπογνῶναι. secus,* vel *hoc non esse faciendum. statuere.* et *ἀπέγνω τοῦτο ποιεῖν* est nihil aliud quam *ἔγνω τοῦτο μὴ ποιεῖν. statuit hoc non facere.* et addendo particulam negativam *πλεοναστικῶς,* more Atticorum, quæ vel omnino *παρέλκει* vel etiam fortius negat, *ἀπέγνω τοῦτο μὴ ποιεῖν.* Ita hic *ἀπέγνω μὴ βοηθεῖν. statuit auxilium non ferre.* Quam syntaxin miror equidem fugisse oculatissimum Thesaurographum H. Steph., qui de hoc verbo agens citat hunc locum Demosthenis, omissa particula negativa: "In hac (inquit) significatione ponitur verbum *ἀπογ.* in hoc loco Demosthenis, *ἀπέγνω βοηθεῖν, censuit non esse ferendum auxilium.*" imo *ἀπέγνω μὴ βοηθεῖν.* Quanquam et legitur hoc verbum hoc in sensu etiam sine particula negativa, ut Plut. Anton. [c. 34.] *Οὐεντίδιος δὲ Παρθοὺς μὲν προσωτέρω διάκειν ἀπέγνω. statuit, censuit, Parthos non ulterius prosequi.* Idem in Thes. [c. 6.] *ἀπέγνω πλεῖν. censuit non esse navigandum.* At Aristid. *ἀπέγνω μὴ διαβαίνειν* (cum partic. neg.) *statuit non esse transeundum.* etsi interpretantur: *desperavit de transitu.* Hæc enim frequentissima est significatio hujus verbi *ἀπογινώσκω,* sc. *ἀπελπίζω, ἀπαυδῶ, ἀπαγορεύω*: etsi ab altera derivetur, et ab ea dependeat. Cum enim quis ex certo animi proposito et consilio censet aliquid non esse agendum quodammodo despondet et de eo agendo desperat: atque hinc *ἀπέγνωκα,* quod proprie *ἔγνωκα τοῦτο μὴ ποιεῖν,* etiam ex consequenti significat *ἀπελπίζω despero.* Porro de duplici hac significatione notetur hoc discrimen in syntaxi: *Ἀπογινώσκω* in propria et primæva significatione (uti hic), pro *ἔγνωκα τοῦτο μὴ ποιεῖν,* semper construitur cum infinitivo sequenti: at *ἀπογινώσκω* pro *ἀπελπίζω* modo cum infinitivo, modo (idque sæpius) cum casu sequenti, eoque vel genit. (quod frequentius) vel (quod rarius) accus. Aristot. Eth. iii. 6. *οἱ μὲν γὰρ ἀπεγνώκασι τὴν σωτηρίαν. et hi quidem desperant de salute.* Arrian. de exp. Alex. l. iv. [c. 28.] *ἀπογνόντες τὰ σφέτερα πράγματα. cum de rebus suis desperassent.*

— 10. *προσκαθεζόμενος*] *assidens* vel *obsidens. Καθέζομαι,* et *προσκαθέζομαι,* est verbum tacticum et militare, uti et nos vulgo *to sit down before,* h. e. obsidere urbem aut castellum obsidione cingere, quod uno verbo Gr. elegantur et pro more suo *πολιορκεῖν* dicunt. *Προσκαθέζεσθαι* est *πολιορκεῖν*; et nonnunquam *σαφηνείας χάριν* verbum *πολιορκεῖν* cum eo conjungitur, ut apud Thucyd. [l. i. 61.] *προσκαθεζόμενοι τὴν Πύδναν ἐπολιόρκησαν.* et Xen. [Cyrop. ii. 4. 11.] *ἐπολιόρκησε προσκαθήμενος. obsidens oppugnabat,* vel *obsidione circumdedit.* Sæpissime autem, sine *πολιορκεῖν* aut *πολιορκία, προσκαθέζεσθαι* absolute est *obsidere,* plerumque cum dat. aliquando sine casu. Thucyd. l. i. [26.] *προσκαθεζόμενοι τῇ πόλει. obsidentes urbem.* Xen. Hellen. l. i. [c. 5. 21.] *εἶλον Ἀκράγαντα λιμῷ, μάχῃ μὲν ἡττηθέντες, προσκαθεζόμενοι δὲ ἑπτὰ μῆνας.* Thucyd. l. i. [11.] de Græcis ad Trojam militantibus: *πολιορκίᾳ δ' ἂν προσκαθεζόμενοι ἐν ἐλάσσονί τε χρόνῳ καὶ ἀπονώτερον τὴν Τροίαν εἷλον. si Trojam assidua obsidione pressissent, et citius et facilius eam expugnassent.*

— 12. *πλεονεκτεῖν—ἐλαττοῦνται*] Antitheta. *πλεονεκτεῖν* est *plus habere quam, alterum antecellere; ἐλαττοῦσθαι, minus habere quam. πλεονεκτεῖ,* qui in aliqua re est superior, et in meliori conditione est; *ἐλαττοῦται* e contra, qui inferior et in deteriori conditione. *τῷ πλεονεκτεῖν* proprie opponitur *τὸ μειονεκτεῖν,* ut *τῷ πλέον* vel *πλείων ἔχειν, τὸ μεῖον ἔχειν* vel *ἧττον ἔχειν* vel *ἔλαττον ἔχειν.* Sed ab hisce tribus comparativis *μεῖον* et *ἧττον* et *ἔλαττον* derivantur verba *μειοῦσθαι* et *ἡττᾶσθαι* et *ἐλαττοῦσθαι*: sed a comparativo *πλέον* vel *πλεῖον* non fit verbum *πλεοῦσθαι* vel *πλειοῦσθαι,* ideoque pro eo dicitur vel separatim *πλέον ἔχειν* vel conjunctim *πλεονεκτεῖν,* cui contrarium *μειονεκτεῖν.* Ea pravitas est humanæ naturæ, ut voces ipsas una cum rebus corrumpat et in pejus rapiat: inexplebilis est habendi sitis, insatiabilis avaritiæ hydrops: quo plus sumus poti, quo plus habemus, eo plus habere cupimus: crescit amor nummi

dixit ille in cujus diebus argentum erat
sicut lapides terræ rerum satietas, at
auri et argenti nulla satietas; unde sic
aliquando lusi et allusi ad locum quendam Homericum

*Πάντων μὲν κόρος ἐστὶν, ἔειπεν τυφλὸς Ὅμηρος·*
*Χρυσὸν δὲ βλέψας, οὐκ ἂν ἔειπε κόρος.*

Quorsum hæc? viz. insana hominum avaritia et plus habendi cupiditas fecit, ut etiam hoc verbum *πλεονεκτεῖν,* quod ex sua stirpe et origine nihil vitiosum sonat, paulatim tamen degeneret in malum sensum et in pejorem partem sumatur. *Πλεονεκτεῖν* proprie est *plus habere, in meliori conditione esse,* atque ita fere apud Ethnicos et puriores Gr.; at apud Eccles. Script. *πλεονεκτεῖν* sæpissime in vitio ponitur pro *plus habere cupio, plus mihi assumo* aut *vendico, quam par est* aut *quam mihi convenit:* et *πλεονεξία,* quod proprie est *commoditas præstans ac melior conditio* (ut apud Isocratem, Dionem, et alios), postea poni cœpit pro *avaritia* et *plus habendi cupiditate,* ut passim apud Patres et in N. F. Nam ut *πλεονεξία* ab Apostolo Paulo sumatur pro *venerea libidine,*

aut *insanitate* aut *excessu libidinis* (quod vir magnus censet), mira certe hujus vocis interpretatio est, et vereor ne ullo tibicine fulciri possit. Atque hoc jam insuper observo, licet verbum πλεονεκτεῖν apud Atticos scriptores sit μέση λέξις, et sæpissime sumatur pro πλέον ἔχειν ἁπλῶς, *antecellere alterum*, et *in meliori conditione esse*; tamen nescio quomodo nomen πλεονέκτης semper in vitio ponitur, viz. qui per vim aut fraudem aut contra leges plus habere cupit quam debet, qui πλέον ἔχει vel etiam cupit πλέον ἔχειν ex alieno per fas ac nefas. Hesych. πλεονέκτα· βίαιε. Discrimen observat vir ductus inter πλεονεκτεῖν τινὰ et πλεονεκτεῖν τινὸς, quod tamen nescio an ubique obtineat, ut alterum sc. in malam, alterum vero in bonam partem sumatur. Πλεονεκτεῖ τινὰ, qui ex alicujus injuria aut ad alicujus damnum et injuriam πλέον ἔχει: at πλεονεκτεῖ τινὸς τῷδε καὶ τῷδε πράγματι, qui simpliciter sine ejus damno aut detrimento superior illo est aliqua re bona, cujus potior est conditio. Qui superior aliquo est in re aliqua πλεονεκτεῖ ἐκείνου: at qui aliquem defraudat aut circumvenit, ut ei sua auferat, πλεονεκτεῖ ἐκείνον, non ἐκείνου. Atque ita passim in Pauli Epistolis πλεονεκτεῖν cum accus. est *fraudare, circumvenire, decipere*, et pass. [2 Cor. ii. 10.] ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ, *ut non circumveniremur a Diabolo*, Vulg. *ne fraudaremur a Satana*, Tertull. Suid. πλεονεκτῶ τὸ πλέον ἔχω γενικῆ, πλεονεκτῶ δὲ τὸ ἀδικῶ αἰτιατικῆ, ὡς πλεονεκτεῖ ἡμᾶς ὁ διάβολος. Hanc distinctionem avide arripuit puperus quidam scriptor in Apolog. quadam pro Epist., ut aliter expon. locum Chrysosth. quam vulgo solet. Verba Chrysosth. sunt Hom. in 1 ad Tim τῇ χειροτονίᾳ μόνῃ αὐτῶν ἀναβεβήκασι, καὶ τούτῳ μόνῳ δοκοῦσι πλεονεκτεῖν τοὺς πρεσβυτέρους. ubi aperte ait Chrysosth. *Episcopos superiores esse presbyteris potestate ordinandi, et hanc esse solum prærogativam qua gaudent episcopi supra presbyteros*, viz. τὴν χειροτονίαν, *ordinationem*, seu *jus ordinandi*, quod presbyteri non habent, sed soli episcopi. At verisimile est (inquit auctor ille) hoc ordinandi jus in fraudem presbyterorum usurpatum esse ab episcopis. Credibile enim est, Chrysosthomum per πλεονεκτεῖν τοὺς πρεσβυτέρους intellexisse μεσοδεύειν, quod est *circumvenire*, ut amplius, quam per æquum et justum licet, in presbyteros sibi arrogarint episcopi. Atque hanc suam interpretationem confirmat usu hujus verbi πλεονεκτεῖν, quod cum accus. (inquit) conjunctum dicitur περὶ τῶν παρὰ τὸ δίκαιον ἔχειν ἀξιούντων, *de his qui prater jus et fas aliquid sibi assumunt* aut *assumere conantur*: ita ut πλεονεκτεῖν τοὺς πρισβυτέρους sit *injuria afficere presbyteros eosque jure suo fraudare*. Sed facile profecto est his respondere. Dico igitur primo πλεονεκτεῖν cum accus. nunquam legitur apud antiquos et puriores Gr.; nedum in significatione fraudandi aut circumveniendi. In hac enim significatione a Scriptoribus tantum Sacris atque Eccles. usurpatur hoc verbum. Unde Suidas, cum hujus significationis exemplum afferre vult, ex sacro antiquo scriptore illud adducit, quanquam celato nomine; ita enim se habent ejus verba: πλεονεκτῶ δὲ τὸ ἀδικῶ αἰτιατικῇ, ὡς τὸ, πλεονεκτεῖ ἡμᾶς ὁ διάβολος. quæ vox non Ethnicum sonat, sed Christianum. Deinde vero et hoc observandum est: Quotiescunque hoc verbum cum accus. junctum in malo sensu, viz. in significatione fraudandi, ponitur a Script. Sacris aliisve posterioribus Gr., præter illum accus. personæ nunquam adscisci alium casum rei, ut πλεονεκτῶ σε, ἐκεῖνον, ὑμᾶς, etc. nec unquam exprimitur casus rei. οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν [2 Cor. vii. 2.] et sic in perpetuum. Cum vero præter accus. personæ additur etiam accus. vel dat. rei, tum vero πλεονεκτεῖν est *antecellere*, vel *superior esse*, vel *in meliori conditione esse*. Illo autem casus rei denotat rem illam in qua aliquis sst superior altero: et opinor nullum exemplum afferri posse in quo hoc verbum in hac syntaxi aliter usurpetur. Igitur πλεονεκτεῖν in illo loco Chrysosth., cum duplicem casum regat, alterum rei, personæ alterum, non erit *fraudare* aut *circumvenire*, sed *antecellere* et *superior esse*; et illa verba, τῇ γὰρ χειροτονίᾳ μόνῃ ἀναβεβήκασι, καὶ τούτῳ μόνῳ δοκοῦσι πλεονεκτεῖν τοὺς πρεσβυτέρους, ita omnino reddenda sunt, prout communiter ab interpretibus verti solent: *sola enim ordinatione supereminent, et hoc uno videntur superiores exsistere presbyteris.* Atque ita certe transtulit doct. Salmas, si modo is Messal. sit in dissertatione de Episc. et Presb. Et utcunque se res habuerit superioribus seculis; at certe Chrysosthumi temporibus, Episcopi non fraude aliqua nec injuria nec usurpatione, sed suo quodam jure, hanc ordinandi prærogativam atque potestatem obtinuerint: atque hoc fateri coguntur, qui sacro illi ordini vel maxime infensi sunt et adversarii. Ἔλαττον ἔχειν, ἧττον ἔχειν, et μεῖον ἔχειν, synonyma sunt, et dicuntur de clade bellica, cum quis in prælio inferior est et in pejori conditione, ad verbum *minus habere*, quod Lat. non dicunt, nos autem in lingua vernacula videmur prope accedere ad Gr. hanc locutionem, cum dicimus *TO HAVE THE WORST ON'T*, de eo qui in prælio est inferior et succumbit. Quanquam vero hæc tria, ἔλαττον, ἧττον, et μεῖον, in hac phrasi idem sonent, tamen verba deriv. ab iis videntur mihi aliquid

habere inter se discrimen in significatu, viz. ἐλαττοῦσθαι, ἡττᾶσθαι, et μειοῦσθαι, apud Att. script. Ἐλαττοῦσθαι est *fraudare suo jure, res suas habere*; ἡττᾶσθαι plerumque est *inferiorem esse in prælio*; μειοῦσθαι est *extenuari* vel *diminui in quantitate*: et sic etiam nomina conjug. ἔλάττωμα est *detrimentum, incommodum*, vulgo *DISADVANTAGE*; ἥττα proprie *clades bellica*; μείωσις *diminutio*, figura Rhetorica cui contra αὔξησις. Quanquam ἡττᾶσθαι ἡδονῆς, θυμοῦ, etc. pro ἥττων εἶναι, est *succumbere voluptati, iræ*, etc. at ἧττημα pro *culpa* seu *detrimento* non est Atticum, sed ex stylo N. F. ἥδη μὲν οὖν ὅλως ἥττημα ἐν ὑμῖν ἐστίν. [1 Cor. vi. 7.] Ἐλάττωμα est id omne quo alicujus conditio deterior exsistit: ut e contra πλ. id quo melior, ut in prælio et sol. et loci npp. sunt πλ. adv. Att. πλεονεκτήματα sunt *ea in quibus quis superior est*, ἐλαττώματα *ea in quibus quis inferior est*, alii Gr. πρωτερήματα et ὑστερήματα.

— 13. ὑπὲρ μὲν ὧν ἐλαττοῦνται] *pro his quæ de suo auferuntur* Interp. Frequentissima Hellenism. apud Gr. pro ὑπὲρ ἐκείνων ὧν vel οἷς vel ἐν οἷς ἐλατ. *pro iis in quibus detrimentum faciunt*, pognant tauquam pro aris et focis: non eodem animi impetu nec fervore feruntur homines ad invadendas res alienas, quam ad defendendas suas. Ἐλαττοῦσθαι est *minus habere quam par est, minus quam ad se pertinet, re* aut *parte sua fraudari*; πλεονεκτεῖσθαι, *injuriam pati in re sua, jure suo privari*. Ἐλαττοῦται, qui damnum facit; ζημιοῦται, cui accisa res est, cui detrahitur aliquid de suo commodo, idque invito plerumque et præter voluntatem. Dem. alibi [c. Dionysod. 18.] οὐκ ἀξιοῦμεν ἐλαττωθῆναι ἀπὸ τῶν ὑμᾶς καὶ ἡμᾶς ἠδικηκότων. *petimus ne damnum* vel *detrimentum patiamur ab iis, qui et vos pariter et nos injuria affecti sunt*. atque etiam hoc in loco. Aliquando autem ἐλαττοῦσθαι dicitur qui sua sponte detrimentum facit, qui suo jure cedit; atque ita sumo apud Thucyd. l. i. [77.] in insigni illa oratione, seu apologia Athen. pro seipsis: καὶ ἐλασσούμενοι γὰρ ἐν ταῖς ξυμβολαίαις πρὸς τοὺς ξυμμάχους δίκαις, φιλοδικεῖν δοκοῦμεν. ubi optime Lat. Int. *quamvis enim in judiciis de pactis et conventis de jure nostro decedamur, tamen litigiosi esse videmur*. Schol. ἀδικούμενοι, ζημιούμενοι ἐν ταῖς συναλλαγματικαῖς χρείαις, καίτοι δυνάμενοι ὡς ἄρχοντες ἔχειν τὸ πλέον. recte, et rectius ζημιούμενοι quam ἀδικούμενοι. Qui enim sponte de jure suo cedit, non ἀδικεῖται: οὐθεὶς γὰρ ἀδικεῖται ἑκών (inquit Philos.) *volenti non fit injuria*. qui ἄκων ἐλαττοῦται, is quidem ἀδικεῖται et injuriam patitur; at qui ἑκὰν ἐλαττοῦται et de suo jure cedit, is βλάπτεται, sed non ἀδικεῖται, damnum patitur sed non injuriam. Aristot. Eth. l. v. 10. τὸ ἐπιεικὴς (inquit) est ἐπανόρθωμα νόμου. et paulo post describit τὸν ἐπιεικῆ, *virum æquum et bonum*: ὁ μὴ ἀκριβοδίκαιος ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἀλλ' ἐλαττωτικὸς, καίπερ ἔχων τὸν νόμον ξοηθὸν, ἐπιεικής ἐστι. *qui non nimis urget jus suum in deteriorem partem, sed potius de jure suo cedit, etiamsi legis auxilio niti possit, is est æquus et bonus*. Igitur ὁ ἐπιεικὴς, qui facile de jure suo remittit, est ἐλαττωτικὸς et μειονεκτικὸς, cui opponitur ὁ ἀκριβοδίκαιος, et magis ὁ πλεονεκτικὸς, qui in excessu semper peccat, et plus sibi tribuit et assumit quam par est ac justum: πλεονεκτικὸς et ἐλαττωτικὸς sunt veluti duo extrema, unum in excessu, alterum in defectu; medium inter utrumque est ἀκριβοδίκαιος, qui nimium est sui juris tenax et in eo prosequendo nihil remittit. Egregie Porphyr. de Abst. l. iii. προπίπτει ὁ δίκαιος, οἷον ἐλαττωτικὸς ἑαυτοῦ τῶν κατὰ σῶμα. *vir justus procidit infra jus suum, subsidit, et minus sibi tribuit in cura corporis* vel *in rebus ad corpus spectantibus, quam jure sibi sumere potuit*. Lat. Interp. admodum inepte et imperite, ut solet, *non rigidus circa suum corpus*.

— 14. μεχρὶ τοῦ δυνατοῦ] Int. *summa vi, pro virili, quantum possunt*, ad verbum *usque ad possibile, pro viribus, usque ad extremum suæ potentiæ*. More suo luxuriant Gr. in hac phrasi, et variis modis exprimunt. Dicunt enim et hoc sensu κατὰ τὸ δυνατὸν, et εἰς τὸ δυνατὸν, et ὡς δυνατὸν, et κατὰ δύναμιν, et ὅση δύναμις, et ἴσον σθένος, et παντὶ σθένει, et ὅσον ἐνδέχεται, et ἐφ' ὅσον δύναταί τις, et ἐφ' ὅσον οἷόν ἐστι, et κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον.

— 19. Ἀρτεμισία] Dux fœmina facti magnam partem agit in hoc theatro. Ut igitur Chronol. et Histor. et filum et argumentum hujus orationis clarius innotescant, visum est de hac Artemisia pauca dicere. Celeberrima nobilissimaque Cariæ erat illa regina, Mausoli uxor, quæ magnificentissimum illud monumentum erexit in honorem et memoriam conjugis sui Mausoli, unde postea splendida quæque et sumptuosa monumenta et sepulcra Mausolea dici meruerunt. Inter miracula nomen et locum obtinuit hoc Mausoli monumentum, "Aere dum vacuo pendenti Mausoleo," etc. reliqua sex, Ægyptiæ Pyramides, Pharos item Ægyptia, Mœnia Babylonis, Templum Dianæ Ephesiæ, Colossus Rhodius, denique Statua Jovis Utque hoc Mausoleum unum est ex septem mundi miraculis habitum, ita ipsa Artemisia, stupendi illius operis auctor atque fundatrix, inter novem muliebris sexus miracula recensetur a nupero quodam scriptore vernaculo. Edidit enim is auctor non ita pridem libellum de quibusdam inclytissimis mundi fœmi-

nis et heroinis quotquot unquam vixerunt gloriosissimis, quas quidem novem numero facit, forte quia numero deus impare gaudet, vel ut numerus novem Musis respondeat. Harum tres sunt Judææ, Debora, Judith, Esther; tres Ethnicæ, Bunduca Brit., Penthesilea, Artemisia; tres denique Christianæ, Elphrida, Margareta, Elisabetha, Britannæ, tres Reginæ Angliæ nostræ. Sed redeo ad Artemisiam ejusque Mausolum et Mausoleum. De Cæsare olim dixit Cicero, *ὅτι τοῦ Πομπηΐου ὁ Καῖσαρ ἱστὰς ἀνδριάντας τοὺς ἑαυτοῦ πήγνυσι. Cæsar vestituendo Pompeii statuas erexit suas.* Sane decantatissima hæc regina, dum insigne hoc Mausoleum marito posuit, æternum famæ nominique suo monumentum exstruxit. Nec fide tantum et amore in conjugem, sed etiam fortitudine virtuteque bellica insignis hæc fœmina fuit; si historicis saltem credere velimus. Vixit et floruit Artemisia eo tempore quo Demosthenes hanc orationem habuit. Habita autem est hæc oratio vel durante hoc bello sociali vel statim finito, viz. Olymp. 106. vel 107. Cœptum enim hoc bellum est (uti jam annotavi ex Diod. Sic.) anno tertio Olymp. 105., et finitum anno tertio Olymp. 106.; anno autem sequente mortuus est Mausolus Cariæ rex, reginæ Artemisiæ conjux, uti testatur idem Diodor. l. xvi. [c. 36.] *ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Μαύσωλος ὁ Καρίας δυνάστης ἐτελεύτησεν, ἄρξας ἔτη κδ'.* Vidua itaque fuit Artemisia recens exstincto marito, cum habita est hæc oratio, ut apparet ex hisce verbis Demosthenis. Loquitur enim de illa tanquam sola Cariæ principe et gubernatrice sub rege Persarum, et ad quam illius regionis cura summaque res pertinebat illis temporibus. Meminerat quidem Mausoli supra in initio orationis, ubi dixerat eum auctorem et suasorem Insulanis fuisse hujus belli socialis, *ὁ μὲν πρυτανεύσας ταῦτα καὶ πείσας Μαύσωλος.* Primas faces socialis hujus belli adversus Athenienses accendit iste Mausolus, quo quidem bello post annos quatuor jam finito, anno illo proximo exstinctus est, relicta Cariæ præfectura conjugi suæ Artemisiæ, strenuissimæ fœminæ et *δραστηριατάτῃ*. At quid interim faciemus Herodoto, qui Artemisiam nostram longe retro conjicit in tempora Xerxiana: nam si illi credimus, cum famosissimam illam expeditionem contra Gr. suscepit Xerxes, Persarum partes et fortunam secuta est Artemisia, etiam tum defuncto viro, filiique pupilli regnum administrans. Sed ipsius Herodoti verba huc apponere *οὐ χεῖρον* [l. vii. 99.] *Ἀρτεμισίης δὲ τῆς μάλιστα θῶμα ποιεῦμαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατευσαμένης γυναικός, ἥτις, ἀποθανόντος τοῦ ἀνδρὸς, αὐτή τε ἔχουσα τὴν τυραννίδα, καὶ παιδὸς ὑπάρχοντος νεηνίεω, ὑπὸ λήματός τε καὶ ἀνδρηΐης ἐστρατεύετο, οὐδεμιῆς ἐούσης οἱ ἀναγκαίης.* *οὔνομα μὲν δὴ ἦν αὐτῇ Ἀρτεμισίη, θυγάτης δὲ ἦν Λυγδάμιος, γένος δὲ ἐξ Ἁλικαρνήσσου τὰ πρὸς πατρὸς, τὰ μητρόθεν δὲ Κρῆσσα· ἡγεμόνευε δὲ Ἁλικαρνησσέων κ. τ. λ. imperavit* (inquit) *Halicarnassensibus*, etc. Erat autem Halicarnassus Cariæ metropolis. Porro præstantissima hæc virago magna pars erat navalis prælii ad Salaminem; ubi tam strenue rem gessit, ut et fortitudinis et prudentiæ specimen plane virile suprasque sexum exhibuerit: unde celebre illud Xerxis dictum apud Herod. [l. viii. 88.] *οἱ μὲν ἄνδρες γεγόνασί μοι γυναῖκες, αἱ δὲ γυναῖκες ἄνδρες.* Adeo autem contra eam irritati sunt Athenienses, ut præmia proponerent ei, qui Artemisiam vivam caperet [ibid. 93.] *δεινὸν γάρ τοι ἐποιεῦντο γυναῖκα ἐπὶ τὰς Ἀθήνας στρατεύεσθαι.* Pulcra quidem hæc Herodoti historia in fabula potius dicenda sit: quomodo enim cum rei temporumque veritate constare aut cohærere possit, viderint Chronologi.

pugna ad Salaminem ex communi omnium Chronol. calculo et consensu incidit in Olymp. 75. Chronologia autem hujus orationis Demosth. est Olymp. 106., uti jam probavimus ex Diodor. Sic. Non potuit ergo eadem Artemisia, Mausoli conjux et Cariæ regina interesse copiis Xerxianis in pugna Salaminia, et Rhodiorum Reip. insidiari eorumque rebus se immiscere tempore Artaxerxis Ochi et Demosthenis. Eadem non potuit esse Xerxi *σύγχρονος* et Artaxerxi Ocho, nec Themistocli et Demostheni, nec prælio Salaminio et huic bello sociali. Siquidem a Xerxe ad Artaxerxem Ochum, a Themistocle ad Demosthenem, a pugna Salaminia ad bellum sociale, intercesserunt Olymp. circiter 30, h. e. anni plus minus 120, uti jam ex parte ostendimus, et amplius demonstrari poterit. Et forte non abs re fuerit Chronologorum arculas paulisper excutere, ut historia hujus orationis clarius nobis elucescat. Si igitur computum inire velimus, ratio annorum sic facile subduci poterit. A fuga Xerxis post cladem Salaminiam (ubi desinit Herodot.) ad initium belli Peloponnesiaci fluxerunt anni 50, quos breviter perstringit Thucydides in primo libro Historiæ. Duravit atrocissimum funestissimumque illud bellum civile Gr. Peloponnes. annos 27, ex quibus 20 tantum et unum suo opere complectitur Thucydides: reliquos autem sex supplevit Xenophon; a fine belli Peloponnesiaci ad prælium Mantinicnse (in quo victor Epaminondas cæsus est, in cujus morte desinit Xenoph.) intercesserunt anni circiter 38 aut undequadraginta, et denique a prælio ad Mantineam et morte Epaminondæ ad hoc bel-

lum sociale anni 6: qui quatuor annorum numeri simul conjuncti efficient 121, h. e. Olympiades 30, et unum præterea annum. Admodum igitur grandævi fuerint oportet, supraque Priami et Nestoris annos vixerint Mausolus iste Cariæ rex cum conjuge sua Artemisia; si et Xerxianis temporibus floruerint (ut refert Herodotus), atque etiam socialis hujus belli adversus Athenienses (regnante Artaxerxe Ocho) auctores suasoresque fuerint, uti hic inquit Demosthenes. Et Herodotus forte, ut patriam suam nobilitaret (Halicarnassensis enim fuit), fabulam hanc de Artemisia Halicarnassi regina Musis suis intertexuit, quam postea cum legentes avide arripuerunt alii Historici, præsertim Latini, et inter alios Justinus Trogi Epit. l. ii. [12.] "Artemisia (inquit) regina Halicarnassi, quæ in auxilium Xerxi venerat inter primos duces, bellum acerrime ciebat." At Diodorus Siculus in sua Bibliotheca aliquanto cautior, ubi auxiliares Xerxis copias recenset, nullum hujus Amazonis mentionem facit; ut non immerito mihi suspecta hac ex parte Herodoti fides sit. Non ignoro Suidam huic nodo adhibere: ait enim duas fuisse Artemisias Cariæ reginas ὁμωνύμους: antiquiorem unam, cujus meminit Herodotus; juniorem alteram, de qua Demosthenes in hac oratione. Integrum Suidæ locum huc apponere non abs re fuerit: Ἀρτεμισία αὕτη ἠρίστευσε κατὰ Περσῶν (leg. κατὰ τὰ Περσικὰ, h. e. temporibus Persicis, tempore insignis illius Persicæ expeditionis in Græciam: non enim illa strenue pugnavit κατὰ Περσῶν, sed καθ' Ἑλλήνων), δι' ἣν εἶπεν ὁ βασιλεὺς οἱ ἄνδρες γυναῖκες γεγόνασι, αἱ δὲ γυναῖκες ἄνδρες. Ἀρτεμισίαι δὲ δύο γεγόνασι, Καρικαὶ γένος καὶ βασιλίδες ἀμφότεραι, ὧν ἡ μὲν πρώτη γέγονε κατὰ Περσίδα (leg. iterum κατὰ τὰ Περσικὰ, quid enim est κατὰ Περσίδα), ἡ δὲ νεωτέρα, ἧς καὶ Δημοσθένης, ἐν τῇ περὶ τῆς τῶν Ῥοδίων ἐλευθερίας μνημονεύει, Θυγάτηρ μὲν ἦν Ἑκατόμνου, γυνὴ δὲ καὶ ἀδελφὴ Μαυσώλου. At miror, unde hæc hauserit Suidas. Duas enim Artemisias, Cariæ reginas et Mausoli conjuges, nullus (quod scio) Chronol. nec Histor. nec Geogr. meminit; et vellem nos docuisset Suidas, utra ex illis duabus Artemisiis fuit φίλανδρος γυνὴ, et magnificentissimum illud Mausoleum in ejus honorem condidit. Nam certe aut posterior fuit aut nulla. Non enim potuit esse decantata illa, quæ vixit (si modo vixit) κατὰ τὰ Περσικὰ, temporibus Xerxianis. Et hallucinantur egregie in re historica et chronologica, quot et hactenus putarunt eandem esse Artemisiam Cariæ reginam, quæ tam fortiter pugnavit ad Salaminem, et quæ tam magnificum monumentum conjugi suo Mausolo exstruxit. In quo errore versantur plerique moderni tum Χρονολόγοι tum Γεωγράφοι, qui duarum mulierum ejusdem nominis (si modo duæ fuerint) ἀνδραγαθήματα συγχέουσι, et utriusque κατορθώματα et res præclare gestas permiscent atque confundunt. Quæ intererat prælio ad Salaminem, non potuit erigere illud monumentum. Pugna Salaminia incidit in Olymp. 75. ex communi consensu omnium Chronologorum: at exstructum est hoc Mausoleum post Olymp. 100. h. e. 100 plus minus annis posterius clade fugaque Xerxis. Plinius de Mausoleo l. xxxvi. 5. "Mausoleum, h. e. sepulcrum, ab uxore Artemisia factum Mausolo Cariæ regulo, qui obiit anno secundo Olymp. 100." At Diodorus Siculus Mausoli mortem adhuc inferius deducit, viz. in annum quartum Olymp. 106. Et ipse Suidas, in voce Θεοδέκτης, ait Theodectem illum et Naucratem et Isocratem et Theopompum, insignes sc. illius ævi Rhetores orationum pompa parentasse Mausolo Olymp. 103., idque jussu suasuque Artemisiæ: ἐπὶ τῆς ργ' Ὀλυμπιάδος εἶπον ἐπιτάφιον ἐπὶ Μαυσώλῳ, Ἀρτεμισίας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ προτρεψομένης. Quamobrem Artemisia illa Xerxiana aut alia fuit, aut forte (quod magis credo) nulla; et maxime me movit, quod nec Diodorus Siculus, diligentissimus prudentissimusque historicus, illius meminit, nec in recensione auxiliarium copiarum Xerxis nec in descriptione illius prælii navalis, ubi tamen aptissimus erat eam introducendi locus; et proculdubio non omisisset tam præclarum et memorabile exemplum tam fortis et illustris fœminæ, si hanc historiam Herod. fideque dignam judicasset. Huc accedit, quod Strabo doctissimus et accuratissimus Geographus, ubi Cariæ et Halicarnassi eique reges resque memorabiles narrat, et ne quidem habet de Artemisia illa Xerxiana, Lygdamis filia, quæ ad Salaminem tam strenue pugnavit; sed de altera tantum mentionem facit, viz. Artemisia, Hecotomni filia, Mausoli conjuge et sorore, quæ floruit temporibus Artaxerxis Ochi et Philippi Macedonis, cui et Mausolei structuram attribuit, et de qua etiam hic loquitur Demosth. Ἑκατόμνου τοῦ Καρῶν βασιλέως ἦσαν υἱοὶ τρεῖς καὶ θυγατέρες δύο, ὧν ἡ πρεσβυτέρα Ἀρτεμισία συνῴκησε τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν ἀδελφῶν Μαυσώλῳ· ἐβασίλευε δὲ Μαύσωλος, τελευτῶν δὲ ἄτεκνος τὴν ἀρχὴν κατέλιπε τῇ γυναικὶ, ὑφ' ἧς αὐτῷ κατεσκευάσθη ὁ λεχθεὶς τάφος. φῂσαι δ' ἀποθανούσης διὰ πένθος τοῦ ἄνδρος etc. Ubi etiam hoc ex Strabone habemus, eam tanto affectus ardore conjugem fratremque Mausolum deflevisse, ut præ ejus desiderio tabe correpta et exstincta fuerit;

quæ mortui conjugis cineres bibit, ipsa etiam in cineres ante diem versa ex nimio luctu et dolore ob ejus interitum. Nec certe diu ei supervixit: obiit enim ille anno quarto Olymp. 106.; illa autem anno secundo Olymp. 107., h. e. biennio post, uti refert Diodor. Sic. l. xvi. [c. 36.] Alteram vero quod spectat huic nostræ cognominem, aut splendidum id fuerit Herodoti commentum, aut egregius paracbronismus et prochronismus in historia, aut aquam hic mihi hærere fateor. Atque hactenus de Artemisia, quam, quia magnam partem agit non solum in scena hujus orationis, sed etiam in tota Gr. historia (quid enim magis decantatum Gr. historicis quam πολυθρύλλητον illud Mausoleum), non potui igitur eam insalutatam præterire, cum tam opportune in eam incidi.

—ibid. *τῆς πόλεως οὔσης ἐπὶ τῶν πραγμάτων*] *ubi nostra urbs jam negotium susceperit* Lat. Interp. Eleganter usurpatur hæc vox *τὰ πράγματα* in plurali, idque variis modis, præsertim cum his præpositionibus *ἐν* et *ἐπὶ*, ut cum aliquis dicitur *ἐν τοῖς πράγμασιν εἶναι*, vel *ἐπὶ τῶν πραγμάτων* vel *ἐπὶ τοῖς πράγμασι* vel *ἐπὶ τὰ πράγματα*. Suidas in voce *πράγματα*: *ἐπὶ κακῷ χρῶνται τῇ λέξει οἱ παλαιοί*. recte aliquando, non enim perpetuo. Et in malum quidem sumitur præcipue in illa phrasi, cum dicunt Gr. *πράγματα ἔχειν* pro *ἐνοχλεῖσθαι*, et *πράγματα παρέχειν* pro *ἐνοχλεῖν*, *turbam, molestiam* Alioqnin etiam *ἐπ' ἀγαθῷ*: est enim omnino *μέση λέξις*: sunt enim *πράγματα res*, vel *negotia*, seu *publica* seu *privata, civilia* seu *communia*. Triplici igitur sensu dicunt Gr. *εἶναι ἐπὶ τοῖς πράγμασι* vel *ἐπὶ τῶν πραγμάτων*, sensu politico, sensu forensi, et sensu theologico. Primus usus hujus phraseos frequentior apud Gr. Historicos et Politicos; secundus apud Rhetores; tertius apud Ecclesiasticos scriptores. Primus igitur usus hujus vocis *τὰ πράγματα* est politicus, et sic *τὰ πράγματα* idem fere est quod *πολιτεία, rerum status* aut *Reip. administratio*; atque ita dicitur *δέχεσθαι τὰ πράγματα*, qui res summas capessit, qui Reip. administrandæ curam in se suscipit, ut Plut. [Pomp. c. 5.] *ἐδέξατο τὰ πράγματα Κάρβων*: et *ἔχειν τὰ πράγματα*, qui ad clavum Reip. et gubernaculum sedet, qui summas res tenet, ut Thucyd. [l. iii. 72.] *οἱ ἔχοντες τὰ πράγματα*, Schol. *οἱ δυνατοί*: at *ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ πράγματα*, ad quem devenit cura Reip.: sic *οἱ ἐν τοῖς πράγμασιν* vel *ἐπὶ τοῖς πράγμασιν ὄντες* sunt *οἱ ἄρχοντες, magistratus*, passim apud Gr. Historicos alinsque *πεζογράφους*. Sunt etiam *τὰ πράγματα* non solum summarum rerum administratio, sed etiam secundaria quævis negotia publica, quæ ad universum, et ad Reip. totius statum spectant; atque ita in hoc loco Demosth. *τῆς πόλεως οὔσης ἐπὶ τῶν πραγμάτων, cum nostra urbs jam susceperit publicum hoc negotium*, de asserenda sc. Rhodiorum libertate. Atque hic primus hujus vocis et phraseos usus est, viz. politicus. Secundus est forensis seu juridicus; atque in hoc sensu *τὰ πράγματα*, vel potius *πράγματα* sine articulo, sunt *lites* seu *controversiæ*, quia lites et controversiæ maximas creant molestias, *πλεῖστα πράγματα παρέχουσι*. Lysias [c. Erastosth. §. α'.] *οὔτ' ἐμαυτοῦ οὔτ' ἀλλότρια πράγματα πράξας. qui nec meam unquam nec alienam litem intendi.* atque ita alibi apud Rhetores, ubi tractant *τὰ δικανικά*. Tertius denique usus hujus phraseos est theologicus; atque ita *τὰ πράγματα* sunt *res mundanæ et seculares, τὰ ζωτικὰ*, et opponuntur rebus sacris et divinis et ad religionem spectantibus. Synes. Ep. eleganter et pro more suo: *τετάχαται ἕτεροι μὲν ἐν τοῖς πράγμασιν, ἡμεῖς δ' ἐν ταῖς εὐχαῖς εἶναι. statutum est ut negotiis gerendis, nos* (sc. Episcopi) *fundendis precibus occupemur.* Hinc *πραγματεύεσθαι* est *mercari, negotiari in mercimoniis et contractibus, aliis mundanis id genus negotiis versari, ἐμπλέκεσθαι ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις*, quod minime omnium iis convenit, qui *τετάχαται ἐν ταῖς εὐχαῖς εἶναι*, ut loquitur Synesius. Herodian. l. vii. de Gordian. jun. [c. 10.] *ἐπειδὴ διὰ τὴν ἡλικίαν οὐχ οἷός τε ἦν πρόσισασθαι τῶν πραγμάτων. quando adhuc per ætatem Remp. gerere non poterat.*

— ult. *περιποιῆσαι Ῥόδον αὐτῷ*] *Rhodum ei acquirere, comparare.* etiam in hac significatione acquirendi differunt *περιποιεῖν* et *περιποιεῖσθαι*, et vellem certe accuratius distinxissent inter hæc duo Lexicographi nostri. Est enim discrimen magni momenti et ab auctoribus (quantum animadverto) constanter observatum. *Περιποιεῖν* et *περιποιεῖσθαι* cum dat. personæ et accus. rei utrumque est *κτᾶσθαι, acquirere, comparare*: *περιποιεῖν* est *acquirere alteri*; at *περιποιεῖσθαι* est *acquirere* vel *comparare sibi*. Herodian. l. viii. [c. 8.] *ἐς τὸ περιποιῆσαι τῷ Μαξίμῳ τὴν μοναρχίαν*. ubi περιπ. non est *tueri* aut *servare* (uti H. Steph. in Thes.) sed *acquirere, comparare, ut imperium Maximo tradant*, vel *acquirant eumque imperatorem faciant*. in quem sensum Polit. more modoque suo paraphrastico: *id agi, ut summarum rerum solus Maximus potiatur*. Themist. in ii. Am. *τούτῳ γὰρ περιποιῆσαι βούλεται εἰκόνα θειότητος καὶ ἀϊδιότητος ἡ φύσις καθ' ὅσον δύναται.* (*περιποιῆσαι, κτήσασθαι, quærere et comparare*) *huic enim*, sc. rei et corruptibili, *comparare vult natura imaginem* etc. loquitur de continuatione et propagatione

speciei pro genereratione individuorum. Hunc locum Themistii citans doct. Lexicogr. hæc verba habet: "Themistius autem hac quoque in significatione usurpatur activam vocem." At (inquam ego) hac in significatione, viz. cum significat *acquirere* seu *comparare alteri*, et non *sibi*, hoc verbum semper habet activam vocem, περιποιεῖν, et non περιποιεῖσθαι: nt e contra, cum significat *acquirere sibi*, et non *alteri*, semper ponitur in voce passiva vel media. Atque ita hic apud Demosth. περιποιῆσαι Ῥόδον αὐτῷ, si esset αὐτῷ vel ἑαυτῷ, non esset περιποιῆσαι, sed περιποιήσασθαι, et sic semper apud auctores. Idem Themistius paulo ante locum citatum: ὥστε ἑαυτῷ ταύτην περιποιήσασθαι. Aristot. Polit. l. v. [c. 6.] οὗτοι αὐτοῖς περιποιοῦνται δυναστείαν. *hi sibi ipsis dominium acquirunt*, et Eth. l. ix. [c. 8.] οὐ περιποιούμενος ἑαυτῷ τὸ καλόν. *ut sibi honestatem per id paret.* atque iterum eodem cap. ἀεὶ τὸ καλὸν ἑαυτῷ περιποιοῖτο. Demosth. [de fals. leg. §. ξα'.] τὰς ἀγαθὰς ἐλπίδας παρὰ Θεῶν περιποιήσασθαι ἑαυτῷ καὶ τοῖς παισί. Eodem sensu reciproce etiam sine dat. αὐτῷ vel ἑαυτῷ. Xen. [Mem. i. 7. 3.] περιποιεῖται τοσαῦτα ὥστε καὶ πλουτεῖν. atque ita in N. F. ἵν' περιποισάτω διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος. *acquisivit.* Diodor. Sic. in Proœm. Hist. τοῖς δὲ δι' ἀρετὴν περιποισαμένοις δόξαν αἱ πράξεις ἅπαντα τὸν αἰῶνα μιμνησκονται. *qui virtute sibi gloriam compararunt, eorum res gestæ per omne ævum memorantur.* Idem paulo supra active hoc verbum usurpavit, ubi significatio non erat reciproca, sed in aliam personam transiens: καλλίστην ἐμπειρίαν διὰ τῆς πραγματείας ταύτης περιποιοῦσι τοῖς ἀναγινώσκουσι. *pulcherrimam experientiam lectoribus conciliant*, historici sc. At locus quidam est in Xenophonte, ubi hoc verbum περιποιεῖν videtur mihi peculiarem quandam significationem habere: Exstat is l. v. [c. 11. 10.] Memorabil. qui et Œconomicus inscribitur: οἱ δὲ δυνάμενοι μὴ μόνον τὸν ἑαυτῶν οἶκον διοικεῖν, ἀλλὰ καὶ περιποιεῖν, ὥστε καὶ τὴν πόλιν κοσμεῖν καὶ τοὺς φίλους ἐπικουφίζειν. *qui non modo domum suam administrare possunt, sed etiam nonnihil facere lucri, ita ut et Remp. ornare et amicos sublevare queant.* ubi doct. Int. Leunclavius περιποιεῖν vertit *nonnihil facere lucri*, ac si esset περιποιεῖν τι, *aliquid sibi lucrifacere*; sed hoc profecto deberet esse περιποιεῖσθαι, *acquirere* vel *lucrari sibi aliquid.* quin quod nusquam alibi (quantum memini) occurrit hoc verbum absolute positum et sine casu sequenti, cum significat *acquirere, comparare, lucrum facere*, nec certe in ulla alia significatione; περιποιεῖν igitur in hoc loco Xenophontis ita sumerem, ut sit *aliquid ultra* vel *supra facere*, atque ita optima constabit antithesis et sensus verborum: neque enim hæc duo opponuntur *domum suam administrare* et *nonnihil lucri facere*, μὴ μόνον τὸν ἑαυτοῦ οἶκον διοικεῖν, ἀλλὰ καὶ περιποιεῖν, *sed domum suam administrare et aliquid etiam præterea*, vel *aliquid ultra et supra facere, quo et Reip. ornamento et amicis subsidio esse possit.* ὥστε καὶ τὴν πόλιν κ. τ. λ.

P. 302. 2. μεγάλην εὐεργεσίαν καταθέσθαι πρὸς αὐτὸν] *ut magno beneficio sibi eum obligaret summaque benevolentia devinciret*, uti hæc verba παραφράζει Ulpian. Observetur hæc phrasis ad verbum esse *magnam benevolentiam apud eum deponere*, h. e. insigni aliquo beneficio eum sibi devincire. Ita χάριν καταθέσθαι dicunt Gr. eodem sensu (de qua phrasi jam supra vid.), frequentius in voce media quam activa. Nec enim καταθεῖναι sed καταθέσθαι dicitur in hac significatione. χάριν καταθέσθαι vel εὐεργεσίαν καταθέσθαι: plerumque etiam cum dat. personæ (nt vid.), aliquando etiam cum accus. et præposit. πρός vel εἰς. Demosth. alibi [adv. Neær. §. ζ'.] ἡγούμενος πρὸς αὐτὸν τὴν ἄνθρωπον χάριν καταθήσεσθαι. *existimans a muliere gratiam se initurum*, χαριεῖσθαι (notetur obiter τὴν ἄνθρωπον pro *muliere*, quod Atticis non infrequens) εἰς τὸν etc. Ita hic εὐεργεσιάν καταθέσθαι πρὸς αὐτὸν, *gratium cum eo* vel *ab eo inire.* Priusquam huic verbo valedicam, non possum quin duo insignia de eo exempla adducam, quamvis in alia significatione; unum in quo καταθέσθαι ponitur pro θέσθαι, alterum in quo e contra θέσθαι pro καταθέσθαι. Primum occurrit apud Ælian. V. H. l. ii. 10. οὐκ εἶχον Ἀθηναῖοι, ὅποι ποτὲ αὐτὸν καταθῶνται ὑπὸ θαύματος τοῦ περὶ τὸν ἄνδρα. *non satis sciebant Athenienses quo cum honore potissimum dignarentur, ob summam viri admirationem.* ubi καταθῶνται est pro simplici θῶνται, vert. *quomodo illum disponerent, quid illi facerent*; ita enim aliquando significat verbum θέσθαι, ut εὖ θέσθαι vel καλῶς θέσθαι, *ubi illum constituerent* aut *collocarent, in quo honoris gradu eum collocarent.* Cui quidem exemplo hujus verbi καταθέσθαι simile me legisse non memini. Alterum vero, quo e contra simplex θέσθαι significat *ponere, deponere*, et ponitur pro compos. καταθέσθαι, est apud Thucyd. l. viii. [93.] ἐς θέατρον ἐλθόντες, καὶ θέμενοι τὰ ὅπλα, ἐξεκλησίασάν τε, καὶ δόξαν αὐτοῖς, εἰθὺς ἐχώρουν ἐς τὸ ἄστυ καὶ ἕδεντο αὐτοῦ ἐν τῷ Ἀνακείῳ τὰ ὅπλα. *in theatrum venerunt, et illic armati* (*arma induti*, θέμενοι τὰ ὅπλα) *concilium habuerunt, et ex communi ipsorum decreto* (δόξαν αὐτοῖς) *confertim in urbem iverunt, et arma illic in Anaceo* (h. e. in templo Castoris et Pollucis) *deposuerunt.* quanquam, quod sane mirum, supra in ea-

dem periodo θέμενοι τὰ ὅπλα est περιθέμενοι. In eadem ergo periodo idem verbum duas contrarias significationes obtinet: θέσθαι τὰ ὅπλα, *arma sumere, inducre*, περιθέσθαι, et θέσθαι τὰ ὅπλα, *arma ponere, deponere*, καταθέσθαι. Quam ἐναντιοστημίαν ejusdem verbi video annotasse M. P. F. in nupero libello de usu verborum.

— 6. τῆς δ' αὐτῆς ἀρχῆς ἐπιτείχισμα] *propugnaculum* aut *munimentum erectum contra ipsius* (sc. Artemisiæ) *imperium*, quasi ἐπιτείχισμα τῇ αὐτῆς ἀρχῇ. Rhodos enim sita erat e regione Cariæ: nollet igitor Artemisia, nisi metu coacta, Rhodum tradere in manus Regis Persarum: ita enim Rex baberet Rhodum, tanquam arcem et munimentum adversus regnum Artemisiæ, viz. Cariam. μὴ γὰρ οὕτως ἔστιν ἀνίκητος, ὥστε τὸν νῆσον ὥσπερ τὸ τείχισμα παρασκευάσαι τῆς ἰδίας ἀρχῆς. Ἐπιτείχισμα est *propugnaculum contra aliquem munitum*, quasi τείχισμα ἐπί τινι, *murus contra aliquem erectus*. a verbo ἐπιτειχίζειν *murum* aut *munimentum contra aliquem erigere, excitato muro oppugnare*. Xen. Hellen. l. v. [c. 1. 2.] ἐπετείχισαν Αἰγινήταις καὶ ἐπολιόρκουν αὐτούς. *Ægineta obsederunt exstructo adversus eos muro, muro cinxerunt Ægineta*s. Sed et metaphorice (idque eleganter) ἐπιτειχίζειν est *aliquid alicui opponere tanquam murum, et ut argumentum argumento opponere et veluti castellum objicere*; *oppugnare aliquid tanquam excitato adversus illud munimento*. Chrysosth. ἐπετείχισεν αὐτοῦ τὴν ἀκοὴν τοῖς λυμαινομένοις αὐτὴν λόγοις. *tanquam propugnaculo munivit adversus sermones qui ipsum corrumpere potuerint*: et iterum: ἐνόησον μοὶ ὅσον τὸν φόβον διὰ τοῦ ῥήματος ἐπετείχισεν. *quantum mihi opposuit tanquam murum et munimentum quo ab homicidia arc at*. atque iterum: οἱ τῇ σοφίᾳ τῆς περιουσίας αὐτοῦ τὴν ἐκ τῆς ἀταξίας καὶ εἱμαρμένης ἀνάγκην ἐπιτειχίζοντες. *sapienti providentiæ ipsius fati necessitatem veluti aheneum opponentes murum*, aut *veluti castellum et munimentum objicientes*. Max. Tyr. diss. iv. λόγον λόγῳ ἐπανιστὰς, καὶ ἐπιτειχίζων τὸ ἄδικον τῷ δικαίῳ καὶ τὸ αἰσχρὸν τῷ καλῷ. Interp. *cum rationem rationi opponit, justoque injustum et honesto id quod turpe est superstruit*. perperam omnino. ἐπιτειχίζειν non est *superstruere*, sed *contra struere*. ἐπὶ in hac compositione non est *super*, sed *adversus* vel *contra*: et ἐπιτειχίζειν τὸ αἰσχρὸν τῷ καλῷ est *turpe honesto opponere tanquam murum et munimentum ex adverso erectum et excitatum*. Ἐπιτειχίζειν est *erigere aliquid adversus alterum*, ut in illo loco Chrysosth. τῇ σοφίᾳ τῆς περιουσίας τὴν - - - ἀνάγκην ἐπιτειχίζειν. *sapienti providentiæ necessitatem opponere et objicere, et hanc adversus illam erigere et excitare, adeoque hac illam impugnare* vel *oppugnare*. Et miror Interpretem in illo loco philosophi illius Platonici non vidisse duo illa participia poni ἐκ παραλλήλου, idemque prorsus significare ἐπανιστὰς et ἐπιτειχίζων. ἐπανιστὰς recte vertit *opponens*: debuit utique et ἐπιτειχίζειν plane eodem sensu reddidisse; non *superstruit* quod fere contrarium est, sed *ex adverso objicit, tanquam murum* sc. aut *munimentum ex adverso exstructum et excitatum*. Hieron. Wolf. hæc verba interpretatur sic: *sed velut arcem esse regni sui, quæ obstet ne quid ipsa novi moliatur*. ac si Rex Persarum velit Rhodum esse arcem ac propugnaculum sui ipsius imperii: at hoc esset non τῆς αὐτῆς ἀρχῆς, sed τῆς ἑαυτοῦ ἀρχῆς. τῆς αὐτῆς ἀρχῆς non est *sui regni* seu *imperii*, sed *regni ipsius*, sc. Artemisiæ, b. e. *propugnaculum* seu *munimentum contra ipsius Artemisiæ imperium*, quo illa inter limites suos contineretur, ne quid in rebus immotaret, aut novi aliquid moliretur adversus regem. Atque ita omnino hæc verba exponit Ulpianus, ipso etiam Wolfio interprete: "nec enim ita esse dementem, sc. Artemisiam, ut Rhodum tanquam arcem contra imperium suum muniri sinat." Etsi enim verbum ἐπιτειχίζειν hoc in sensu transeat in dat. (uti jam vidimus in exemplis supra adductis); tamen verbale ἐπιτείχισμα etiam cum genit. in eodem sensu ponitur et significat *arcem*, seu *munimentum contra aliquem erectum*. ita ut τῆς αὐτῆς ἀρχῆς ἐπιτείχισμα sit *arx* seu *munimentum erectum adversus ipsius imperium*. Demosth. de Cor. [ ] ἐπιτείχισμα τὴν Εὔβοιαν περιβαλλόμενος τῆς Ἀττικῆς. *cum Eubœam Atticæ objecisset* seu *opposuisset tanquam arcem* seu *propugnaculum*. ubi ἐπιτείχισμα τῆς Ἀττικῆς est *munimentum adversus Atticum erectum et exstructum*. ἐπιτειχίσας τὴν Εὔβοιαν τῇ Ἀττικῇ.

— 7. παρακινεῖν] Active est *perperam movere, movere quæ movendu non sunt*, κινεῖν τὰ ἀκίνητα, *quieta movere*, adeoque *res novas moliri*, νεωτερίζειν, *pervertere, invertere, statum rerum* seu *Reip.*: atque ita sensus horum verborum erit, *ne ipsa*, sc. Artemisia, *quicquam rerum novarum adversus Regem moliatur* aut *moliri possit*. atque ita exponit doct. Wolfius: *ne quid ipsa novi moliatur*. Potest tamen et passive hic sumi verbum παρακινεῖν, et forte melius. Nam etiam in passiva significatione frequentius usurpatur, et res dicuntur, παρακινεῖν, quæ perperam moventur, perturbantur, statu suo emoventur. Plat. de Rep. l. ix. [ad fin.] φυλάτταν μή τι παρακινῇ αὐτοῦ τῶν ἐκεῖ. *ne quid perperam ibi emoveatur*. Sed a rebus ad personas eleganter transfertur et quasi παρακινεῖται hoc verbum: et sic homines insani et ra-

biosi et mente capti dicuntur παρακινεῖν, h. e. mente emoveri et in furorem verti, quasi de statu mentis deturbari; qualem hominem φρένας ἐκπεπαταγμένον dixit poeta, quasi mente excussum, παρακινοῦντα et παρακεκινηκότα vocant Attici. Xenoph. οἱ ἐπὶ τοῖς ἀραίοις παρακεκινηκότες sunt *qui amoris vestro perciti, furibundo amore perciti*, Memorab. l. iv. [c. 4. 35.] πολλοὶ μὲν γὰρ διὰ τὸ κάλλος ὑπὸ τῶν ἐπὶ τοῖς ἀραίοις παρακεκινηκότων διαφθείρονται. Et Plat. Phædr. [ ] νομοθετεῖται μὲν ὑπὸ πολλῶν ὡς παρακινῶν, ἐνθουσιάζων δὲ λέληθε τοὺς πολλούς. *furibundus esse a vulgo existimatur*. Lucian. [Necyom. §. 10.] ὁ δὲ Κέρβερος ὑλάκτησε μέντοι καὶ παρεκίνησε. *latravit et in furorem est versus*. Idem fere est παραπαίειν apud eundem, nisi quod aliquanto mitius et melius: nam παραπαίειν est tantum *delirare*; at παρακινεῖν *insanire et in rabiem verti, furore corripi*. Et tamen hæc tria verba, ut non multum differunt, ita pro synonymis habentur et promiscue usurpantur ab elegantioribus Gr. hoc in sensu, viz. pro *insanire, delirare, rabiosum esse, mente captum esse, a rationis statu dimotum* vel *emotum esse*, παρακινεῖν sc., παρακόπτειν, et παραπαίειν, quæ et ejusdem significationis et analogiæ sunt composita cum eadem præpositione, et ex activis et transitivis fiunt neutra et intransitiva. Sed de tribus hisce elegantibus verbis memini me jam antea monuisse. Sensum et scopum hujus loci optime expressit Ulpian. Vim et et artificium Demosthenicæ facundiæ, quæ enimvero hoc capite orationis maxime elucet: οὐ μικρᾶ τινὶ καὶ φαύλῃ ῥητορείᾳ οὐδὲ τῇ τυχούσῃ οἰκονομίᾳ κεχεῆσθαι· κατηγορεῖ μὲν γὰρ συχνῶς τῶν ἀνδρῶν etc. h. e. *non parvo aliquo seu vulgari artificio nec methodo, et cuivis obvia, hic utitur Demosthenes: nam subinde Rhetores accusat, fidei sibi conciliandæ gratia, quod ad persuadendum plurimum juvabat in his rebus ad gratiam loqui*. Grata autem erat auditoribus accusatio Rhetorum. Quorum utique mentionem fecit minus honorificam, ut simul ostentet se neque ad gratiam neque ex benevolentia quicquam dicere; et ut auditores sibi conciliet, tum quod oderit eos qui oderint, tum quod non Rhodius sed communem utilitatem et veterem Reip. gloriam defendat. Ac propemodum putes eum suadere, ut bellum Rhodii (sic), tantam iracundiam præ se fert adeoque eorum injurias (sic). ἀλλ' αὐτό γε τοῦτο τὸ θαυμαστὸν τῆς ῥητορείας ἐστὶ etc. *in hoc ipso posita est admirabilitas Demosthenicæ facundiæ, quod per ea ipsa, quibus in Rhodios invehitur, populo persuadet, dumque accusare videtur, mitigat*. Hoc Ulpian.

— 10. βασιλέα ὅ τι ποιήσει—οὐκ οἶδα] pro ὅ τι βασιλεὺς ποιήσει οὐκ οἶδα, *regem quid facturus sit non novi* pro *quid Rex facturus sit non novi*. frequens et elegans antiptosis apud Atticos Scriptores. Aristoph. σαυτὸν ὅστις εἶναι φράσον. Sed parco exemplis, quia passim occurrunt. Græcam hanc anallagen casus in hac syntaxi imitantur Latini. Terent. [Eun. v. 9. 5.] "scin' me in quibus sim gaudiis" pro 'scin' in quibus ego sim gaudiis.' Obtinet autem hæc antiptosis ut plurimum cum verbis sciendi, sentiendi, cogitandi, et pronuntiandi. βασιλέας ὅ τι ποιήσει ἐνθυμοῦμαι, λέγω, οἶδα, γινώσκω, etc. Ita enim melius et ἀττικώτερον et elegantius, quam ὅ τι βασιλεὺς ποιήσει αἰσθάνομαι, ἐνοῶ, ἐνθυμοῦμαι, λέγω, οἶδα, etc.

— 19. καταλύσωσι τὸν δῆμον] Δῆμος est δημοκρατία. igitur καταλύειν τὸν δῆμον est *dissolvere democratiam, popularem statum evertere*. Sed de hac phrasi memini me jam antea dixisse.

— 21. πιστῶς κεχρημένους] Ad verbum *fideliter usos*, h. e. qui bona fide cum iis egerunt, fidem cum iis servarunt. Latissimus usus est hujus verbi χρᾶσθαι et κεχρῆσθαι apud Gr.: tam variis modis et tam multis in locis utuntur illi, χρῶνται, suo verbo χρῆμαι et κέχρημαι, in quibus Lat. *utor* constare non potest. Sed exprimenda vis est hujus verbi Gr. vel alio aliquo verbo Lat., vel exponenda per aliquam periphrasin. Ex plurimis hujusmodi Gr. formulis unam tantum aut alteram δείγματος χάριν adducam. χρῆσθαι ταῖς συμφοραῖς. *incidere in calamitates*, vel *calamitatibus premi*. ἀγαθοῖς φίλοις χρῆσθαι non *uti bonis amicis*, sed *bonos amicos habere*. ἀμαθίᾳ χρῆσθαι. Thucyd. [l. i. 68.] non *uti inscitia*, sed *stulte agere, agi stultitia*. [ ] τοιῷδε ἐχρήσατο πατρί. *talem patrem habuit*. [Thucyd. l. i. 53.] χρῆσθαι πολεμίοις. *habere hostes*. τοιούτῳ βίῳ ἐχρήσατο, *talem vitam egit*, et τοιούτῳ τέλει ἐχρήσατο, *talem exitum habuit, mortem obiit*, sæpe apud Herodotum. Sic cum adverb. [Xen. Mem. i. 2. 48.] χρῆσθαι καλῶς φίλοις. *erga amicos bene se gerere*. [Dem. de. Hal. §. ι'.] χρῶμαί σοι ὑβριστικῶς. *contumeliose te tracto*. [Æsch. c. Ctesiph. §. μα'.] χρῶμαί σοι μετρίως. *te modeste tracto*. Sic hic πιστῶς σοι χρῆσθαι. *fidem tecum servo; bona fide, fideliter, tecum ago*.

— 24. οὔτε γὰρ πρόξενος—οὔτε ἰδία ξένος] *neque enim vel publicum vel privatum cum ullo eorum mihi hospitium est*, nec hospes publicus totius Rhodiorum civitatis nec privatus cujusquam eorum fui. Ubi videmus discrimen inter ξένον et πρόξενον. Ξένος est *hospes privatus*, πρόξενος *hospes publicus*. Πρόξενος igitur est δημόσιος ξένος. Pro ἰδία ξένος Lucianus conjunctim dixit ἰδιόξενος, Phalar. primis statim verbis:

οὔτε Ἀκραγαντίνων, ὦ ἄνδρες Δελφοί, πρόξενος ἂν οὔτε ἰδιόξενος αὐτοῦ Φαλάριδος. Totius civitatis vel omnium urbis civium aliquis dicitur πρόξενος, ut unius alicujus ἰδιόξενος. Hinc ἑθελοπρόξενος apud Thucyd. [l. iii. 70.] *qui publicus hospes est idque ultro*, qui ultro suscepit hoc munus excipiendi hospitio peregrinos nomine civitatis: ἦν γὰρ Πειθίας ἑθελοπρόξενός τε τῶν Ἀθηναίων καὶ τοῦ δήμου προειστήκει. Interp. ambigue *voluntarius Atheniensium hospes*. Hospes est et qui hospitio excipit, et qui excipitur. Quanquam (opinor) *hospes* apud Ciceronem non nisi passive capitur pro eo, qui hospitio excipitur; dicitur tamen etiam active (apud alios saltem auctores) pro eo, qui excipit. "non hospes ab hospite tutus." [Ovid. Met. i. 144.] Ita Gr. ξένος tam active quam passive: ὁ πειθὼν ξενίαν καὶ ὁ πάσχων αὐτὴν ξένοι ἀλλήλοις ἐλέγοντο. [Eustath. 1399.] et tamen ξεῖνος apud Hom. fere passive usurpatur et opponitur τῷ ξεινοδόκῳ seu ξεινοδοχοῦντι, ut [Od. Γ. 355.] ξείνους ξενίζειν, *hospitio excipere hospites*. [Od. Ο. 55.] ξείνος μιμνήσκεται ἤματα ἀνδρὸς Ξεινοδόκου. At vero πρόξενος, etsi tam active quam passive usurpetur, plerumque tamen active *qui peregrinos excipit nomine totius civitatis*, et ἑθελοπρόξενος *qui ultro hoc facit*: nam alioquin hoc munus publicum excipiendi hospites, quibusdam demandari solebat a civitate, atque ii dicebantur πρόξενοι. Schol. Thucyd. ad locum jam citatum: ἑθελοπρόξενος, ἀφ' ἑαυτοῦ γενόμενος, καὶ μὴ κελευθεὶς ἐκ τῆς πόλεως. οἱ γὰρ πρόξενοι κελευόμενοι ἐκ τῆς ἑαυτῶν πόλεως ἐγένοντο. Hesych. πρόξενοι, οἱ προστάται καὶ ξενίας ἐπιμελούμενοι, ἤγουν τοὺς ξένους ὑποδεχόμενοι. et Suid. προξένους ἐκάλουν τοὺς τεταγμένους εἰς τὸ ὑποδέχεσθαι τοὺς ξένους τοὺς ἐξ ἄλλων πόλεων ἥκοντας. *ut qui legatos excipierent nomine civitatis*. Πρόξενος est *hospitii publici procurator*, atque inde metaphorice *cujuscunque rei auctor ac procurator*. κατὰ μεταφορὰν καὶ ὁ καλοῦ τινὸς ἢ κακοῦ αἴτιος οὕτω λέγεται, οἷον ἀπωλείας πρόξενος ἢ φθορᾶς ἢ σωτηρίας ἢ εὐγείας, ὡς παρ' ἑαυτῷ ξενίσας οἷον τὸ πρᾶγμα, εἶτα ἑτέροις διαπεμψάμενος. *quasi qui rem illam hospitio excepirit et deinde ad alios transmiserit*. Sed haec significatio metaphorica. Πρόξενοι proprie erant (uti jam dictum) *qui totius civitatis nomine peregrinos excipierent*. Πρόξενοι autem appellati sunt διὰ τὸ προΐστασθαι τῶν ξένων, *quod hospitum et peregrinorum patroni essent, eorumque curam ac patrocinium gererent*. Plerumque cum genit. πρόξενοι τινῶν πρ. Ἀθ. vel Λακεδ. *qui Athenienses* aut *Lacedæmonios seu peregrinos seu legatos hospitio excipit nomine totius civitatis*; et πρόξενος τῆς πόλεως, *qui peregrinos hujus* vel *illius civitatis hospitio excipit*. Aristot. Polit. l. v. [c. 4.] Δόξανδρος ἦρξε τῆς στάσεως καὶ τοὺς Ἀθηναίους παρώξυνε, πρόξενος ἂν τῆς πόλεως. *Athenienses, quorum civitati publice hospes erat, ad bellum incitavit*. Æschin. [c. Ctesiph. §. ϛε'.] πρόξενος ὢν τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων. Thucyd. [viii. 92.] καὶ Θουκυδίδου τοῦ Φαρσαλίου, τοῦ προξένου τῆς πόλεως παρόντος. et alibi non semel. Herodot. [viii. 136.] absolute, non expresso quidem genitivo, sed subintellecto: πυθόμενος ὅτι πρόξενός τε εἴη καὶ εὐεργέτης ὁ Ἀλέξανδρος. male omnino interp. Valla: *quia audiebat hospitalem atque munificum esse virum*. quasi esset φιλόξενος. at aliud πρόξενος, aliud φιλόξενος. Vertendum: *quia audierat Alexandrum publicum esse Atheniensium hospitem et bene de iis meritum*. Porro autem ξενία, et προξενία, *hospitium* sive *privatum* sive *publicum*, maximum est amicitiæ et necessitudinis gluten et retinaculum. Homines nescio quomodo dentibus concatenantur inter se et devinciuntur: communitas cibi et mensæ mater est et nutrix amicitiæ; et ex mutuo hospitio sæpe amici fiunt, unde nominem pro amico habendum monet Philos. qui non τοὺς λεγομένους ἅλας prius nobiscum comederit. Lucian. [de Parasit. §. 22.] ποταπὸς οὗτος ὁ φίλος, ὅστις οὐ βέβρωκεν οὐδὲ πέπωκε μεθ' ἡμῶν; ἡ ξενία τῆς φιλίας πρόξενος. Quorsum vero ista? viz. hæc duo colligo: unum est de voce ξένος quod ad Criticam spectat, viz. quia hospitium est fons et origo et ansa et causa amicitiæ, hinc ratio constat cur ξένος et φίλος ab elegantioribus Gr. pro synonymis et pro iisdem habentur. Ξένος est *hospes, amicus, necessarius*, non quidem domesticus, sed extraneus, at amicus tamen: et ξενία est *amicitia*. Hesych. ξενία, φιλία. et iterum: ξεῖνος, φίλος. et rursus: ξεῖνος, ὁ ἀπὸ ξένης φίλος, ac si esset ἀπὸ ξένης γῆς, ἀλλοτρίας, ἀλλοδαπῆς, sed leg. suspicor ὁ ἀπὸ ξενίας φίλος, *amicus ex hospitio contractus*. nec unquam aliter hæc vox a poeta sumitur, si Eustathio credimus [p. 1399.] ξένος ἀεὶ παρὰ τῷ ποιητῇ, ὁ ἀπὸ ξενίας φιλιωθείς. *talis peregrinus quocum nobis intercedit quædam velut hospitalis amicitia*. Ξένους καὶ φίλους alicubi conjungit Demosthenes, tanquam duo synonyma; sic ξένον σε ποιοῦμαι Xen. et ξεῖνον σε ποιεῦμαι, Herodot. *te hospitem* vel *amicum meum facio*. quæ significatio apud com. et poster. Gr. vix aut ne vix in usu est. Alterum quod velim observare est de re ipsa, quod spectat ad hist. Rhet. Quia enim amicitia ut plurimum ex hospitio est contracta, etiam videre est cur toties Rhetores in suis orationibus, cum de amicitia aut necessitudine loquuntur, ξενίας et προξενίας, ξένων et προξένων, mentionem faciunt. Quoties enim adversario invidiam conflare volunt, et suspicionem

creare ejus favoris ac benevolentiæ erga hostes Reip., dicere solent eum, ξένον eorum vel πρόξενον fuisse: ξένον *privatum hospitem unius alicujus*, et πρόξενον pro *hospite totius eorum civitatis*. Ita Demosth. noster, ubi Æschinem Philippismi insimulare vult, ait Philippi legatos ejus hospites fuisse [de Cor. §. κε'.] οἱ γὰρ πρέσβεις δεῦρο ἀφικόμενοι παρὰ σοῦ κατέλυον, Αἰσχίνη, καὶ σὺ προὐξένεις αὐτῶν. *legati apud te diversabantur, tuque eos hospitio publico excipiebas, tu eos hospitio excipiebas nomine civitatis.* id enim est προξενεῖν. Jam vero e contra iidem Rhetores, cum hanc suspicionem a se amoliri volunt, longe et sedulo a se submovent hanc ξενίαν et προξενίαν. quod facit Demosth. hoc in loco: *Non est quod putetis me* πρὸς χάριν λέγειν τῶν Ῥοδίων, *ex affectu aut favore in Rhodios hæc dicere*, sed ex studio in Remp. et communis utilitatis causa: nulla enim mihi intercedit amicitia aut necessitudo cum Rhodiis universis aut cum ullo ipsorum aliquo: ego nullo hospitali vinculo aut officio iis obstrictus aut devotus sum: οὔτε γὰρ πρόξενος κ. τ. λ. Πρόξενοι etiam dicebantur mediatores et conciliatores contractuum, interpretes seu pararii ad exæquanda mercium pretia inter emptores et venditores, qui communius προξεννηταὶ, Lat. *proxenetæ* (in jure Rom.), qui inter duos contrahentes se interponerent conciliandæ emptioni, emptionum proxenetæ et pararii, qui Gr. προπῶλαι et πρόπρασται et μεσοπράται, μέσοι τῆς πράσεως *mediatores venditionis*, qui proprie Interpretes: nam *pretium* a Gr. πράτιον, quasi merces quæ vendenti dantur, τῷ πράτῃ, atque inde *interpres* his proprie qui ὁ πρωτοπράτης Gr., quasi μεσοπράτης, *medius inter vendentem et ementem*. Hi igitur interpretes seu seqoestri seu mediatores seu pararii seu conciliatores contractuum, προξεννηταὶ a Gr. dicebantur, quasi procuratores contractuum, *proxenetæ*. de quibus titulus est in Pandectis de Proxenetis. Atque hinc (ni fallor) fluxit illa phrasis in jure nostro, cum quis dicitur aliquid facere per *PROXY*, h. e. per proxenetam et procuratorem, corrupta viz. et detorta voce *PROXY* a πρόξενος *proxeneta*. Ita enim melius quam a Lat. *proximus*. Hi igitur contractuum pararii seu proxenetæ etiam πρόξενοι Gr. vocabantur; quam tamen significationem hujus vocis πρόξενος in Lex. vulg. frustra quærimus. Philostrat. Vit. Apollon. l. iv. πᾶσιν μὲν περινοστοῦσι, ζητοῦντες ἀγορὰν κακῶς πράττουσαν, εἶτα προξένους καὶ καπήλους ἀναμιχθέντες, πωλοῦσί τε καὶ πωλοῦνται. Sed hæc significatio non est hujus loci.

P. 303. 3. παρὸν αὐτοῖς] *cum licuisset eis*. pro ὅτε παρῆν αὐτοῖς vel παρόντος αὐτοῖς. Nominativus participii absolute positus pro genitivo est syntaxis non minus elegans quam usitata apud Gr.; quam tamen vel omnino omittunt vel leviter tangunt Gramm., ubi agunt de Construct. Particip. Ut igitur plene et perfectius hanc syntaxim teneamus, hæ regulæ observentur. (1.) Frequens est enallage casus in participiis absolute positis: vel sic, Nominativus participiorum in neutro genere eleganter absolute ponitur pro genitivo, ut ἐξὸν pro ἐξόντος vel ὅταν ἐξῇν, δόξαν pro δόξαντος, *cum ita visum* aut *statutum esset*. Dico nominat.; ita enim mallem, quam accus. Posset quidem esse vel nominat. vel accus., δόξαν, δέον, ἐξὸν, παρὸν, etc. (nominat. enim et accus. participii in neutro genere coincidunt): tamen in hac syntaxi dicerem potius esse nominat. quam accus.; et ratio mea est, quia video nonnunquam participia hoc modo absolute poni etiam in recto masculino, qui aperte distinguitur ab accusativo, nec cum eo coincidit. (2.) Hæc enallage nominat. pro genit. frequentissima est in participiis verborum impersonalium, ut δέον pro δέοντος vel ὅταν δέῃ *cum oportuit*, δεῆσαν pro δεήσαντος *cum oportuerit*, δόξαν pro δόξαντος *cum ita visum et statutum fuisset*; sic ἐξὸν, ἐνὸν, μετὸν, παρὸν, quæ quatuor synonyma sunt, *cum liceat*, vel *cum licuerit* vel *licuisset*; sic ἐγχωροῦν, ἐπάρχον, ἐνδεχόμενον, *cum fieri soleat* vel *possit*. Mitto exempla, quia sunt ubique obvia, præsertim apud Atticos; omnium vero frequentissima sunt duo illa δέον et ἐξόν. πολλὰ μὲν χρήματα, ἐξόν μοι λαβεῖν, οὐ λαβών. Dem. [c. Mid. §. β'.] (3.) Hæc syntaxis aliquando obtinet etiam in participiis verborum personalium. Horum exempla aliquot insigniora adducere, quia non ita passim occurrunt nec ab omnibus observantur, forte non abs re fuerit. Heliodor. l. i. [§. 19.] τὸν δὲ οὕτω συγκείμενον αὐτῷ πρὸς τὸν Δημαινέτην, ἅρτι παρεισδεδυκέναι. *illum ex pacto cum Demæneta*, vel *prout constitutum ei erat cum Demæneta*. Demosth. adv. Lacrit. [§. ιδ'.] γεγραμμένον διαῤῥῆδην ἐν τῇ συγγραφῇ. pro εἰ καὶ γράφεται vel γέγραπται ἐν συγγ. *tametsi in syngrapha scriptum est*. Juliau. σημανθὲν δὲ ὅτι μοι πρὸς ταῖς θύραις. *cum autem significatum esset* etc. pro. σημανθέντος. Ælian. V. H. l. ii. c. 37. Cum multæ (inquit) bonæ leges erant Zaleuci Locrensis, νόμοι κάλλιστα καὶ εἰς δέον κείμενοι, inter alios hæc fuit: Si quis ægrotus vinum merum bibisset μὴ προστάξαντος τοῦ θεραπεύοντος, etiam si morbo convaluisset, erat morte multandus, ὅτι μὴ προσταχθὲν αὐτῷ ὧδε ἔπιεν, pro προσταχθέντος, quod injussus biberat, cum ei jussum non foerat a medico. Sic ὤν pro ὄντος Thucyd. in initio operis [c. 2.] ἄδη-

λον ἐν ὁπότε τις etc. pro ἀδήλου ὄντος, *cum incertum erat.* Idem l. viii. [c. 96.] ἄδηλον ὄν, ὁπότε σφίσιν αὐτοῖς ξυβραξοῦσι. et ex ejus imitatione Greg. Naz. ἀδηλον ἐν εἰ πάλιν ἐξαναστήσῃ τὸν τάφαν. Similis est plus particip. εἰρημένον *cum dictum esset, expressum sit,* κυρωθὲν *cum ratum et constitutum esset,* χρηθὲν αὐτῷ *cum responsum ei ab oratore esset.* Apud eundem τὸν ἀττικώτατον ξυγγραφέα l. i. [c. 120.] ἀνδρῶν γὰρ σωφρόνων μέν ἐστιν, εἰ μὴ ἀδικοῖντο, ἡσυχάζειν· ἀγαθῶν δὲ ἀδικουμένους ἐκ μὲν εἰρήνης πολεμεῖν, εὖ δὲ παρασχὸν ἐκ πολέμου πάλιν ξυμβῆναι. *si divino favore freti, rem feliciter gesserint.* Int. Schol. εὖ δὲ παρασχὸν ἀντὶ τοῦ παρασχόντος, δηλονότι τοῦ δαίμονος, ὅ ἐστι, διεξηραμένου αὐτοῖς τὴν νίκην. *re bene gesta,* transitive. alibi vero intransitive l. v. [ ] καλῶς παρασχὸν οὐ ξυνέβησαν. Lat. *idoneom occasionem nacti, compositionem non fecerunt.* Schol. καλῶς καιροῦ ἐπιτηδείου παρατυχόντος τοῦ πράγματος οὐ συνέβησαν. (4.) Hæc syntaxis aliquando obtinet etiam in masculino genere

Nominativus pluralis participiorum etiam in masculino genere absolute ponitur pro genitivo: sed hoc rarius et insolentius et σολοικοφανέστερον, et tantum quod scio apud Thucydidem, cui præ cæteris hujusmodi σχήματα σολοικοφανῆ et ἐναλλαγαὶ καὶ ἀντιπτώσεις in usu sunt. Hujus syntaxis unum aut alterum exemplum adducam ex eo, quem dixi, Thucyd. l. iv. [c. 108.] εἰωθότες ὁ ἄνθρωποι, οὗ μὲν ἐπιθυμοῦσιν, ἐλπίδι ἀπερισκέπτῳ διδόναι. *quandoquidem id quod cupiunt inconsideratæ spei permittere consuerunt.* ubi recentior Schol. εἰωθότες οἱ ἄνθρωποι Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ εἰωθόταν τῶν ἀνθρώπων. et l. vi. [c. 16.] ὧν ἐγὼ ὀρεγόμενος καὶ διὰ ταῦτα τὰ ἴδια ἐπιβούλομαι, τὰ δημόσια σκοπεῖτε, εἴ τον χεῖρον μεταχειρίζω. *quarum rerum cum ego sum desiderio captus et propter has res privatas celebris, videte jam an deterius ullo alio Remp. administrem.* ubi idem Schol. καινοπρεπῶς τοῦτο εἰρῆσθαι δοκεῖ ἀντὶ τοῦ ἂν ἐμοῦ ὀρεγομένου etc. Quod tamen (ni fallor) non est necesse. Syntaxis enim sanari potest per hyperbaton sive antiptosim. Quid quod semel etiam in fœminino genere nominativus participii hoc modo absolute ponitur ab eodem Thucyd. l. vi. [c. 22.] πολλὴ γὰρ οὖσα, οὐ πάσης ἔσται πόλεως ὑποδέξασθαι. *cum enim hic exercitus futurus sit ingens, eum non quælibet civitas excipere poterit.* Vet. Schol. πολλὴ γὰρ οὖσα ἀντίπτωσις ἀντὶ τοῦ πολλῆς γὰρ οὔσης. (5.) Hæc enallage casus participiorum utuntur Attici per omnia tempora. Sic in præsente activo ἐξὸν, δέον, παρὸν, etc., in aoristo primo activo δόξαν, δεῆσαν, etc., in aoristo secundo activo παρατυχὸν, παρασχὸν, etc., in præsente medio ἐνδεχόμενον, συγκείμενον, etc., in præterito passivo δεδομένον, εἰρημένον, ἐπιτεταγμένον, etc., in aoristo primo passivo χρηθὲν, προσταχθὲν, κυρωθὲν, etc.

— 5. παρεῖνται] *receperunt, admiserunt.* tertia persona plur. præt. pass. a παρίεμαι. cujus verbi peculiaris hæc significatio est: ita ut παρίεμαι hoc in loco omnino idem sit quod προσίεμαι, δέχομαι, *admitto, recipio.* Differunt igitur παρίημι act. et παρίεμαι med.: παρίημι est *dimitto, prætermitto,* atque etiam *remitto,* at παρίεμαι est *admitto, recipio;* itaque contrariam fere significationem habent. παρίημι *dimitto,* παρίεμαι *admitto.* Polyb. l. ii. [c. 15.] ὡς μὲν οὖν ἐπὶ τὸ πολὺ παρίενται τοὺς καταλύτας οἱ πανδοκεῖς. *ut ergo plerumque caupones admittunt* sive *recipiunt hospites.* A παρίεμαι fit præterit. pass. παρεῖμαι (uti hoc in loco), active sumptum apud Attic. script., ut dixi jam antea, nec repetam quæ dixi. Alioqui παρίεμαι et præterit. pass. παεῖμαι est *omissus, prætermissus,* atque etiam *remissus, laxatus, luxatus, sum,* idem quod παραλύομαι et παραλέλυμαι, *paralyticus sum, paralysi laboro:* unde παρειμέναι χεῖρες in N. F. *laxatæ, pendulæ manus.* Hinc πάρεσις idem quod παράλυσις apud medicorum filios. Et semel in N. F. πάρεσις pro *remissione peccatorum,* quæ proprie est ἄφεσις, Rom. c. iii. 25. διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων. Πάρεσις autem, cum proprie relaxationem declarat et adstrictioni opponitur, eleganter ad peccatorum remissionem applicatur, quibus tanquam vinculis arctissimis mundus irretitus tenebatur versa (sic) inquit Beza ad locum. Πάρεσις aliquando idem quod ἄνεσις, *remissio animi, languor, incuria, neglectus.* Appian. [Hist. Rom. l. i. 12.] οἱ δὲ Λατῖνοι ἐγκλήματα εἰς Ῥωμαίους ἐποιοῦντο τήν τε πάρεσιν αὐτῶν τὴν ἐπὶ σφᾶς. *vitio iis vertebant languorem et incuriam et neglectum ipsorum.* Duas has posteriores significationes hujus nominis πάρεσις eo libentius observo, quod videam a vulgatis nostris Lexic. penitus παρειμένας et esse prætermissas; ὑπὲρ δὲ τῶν τοιούτων ἥκιστα ἂν δόξειε παρετέον εἶναι (Philos.) de his et hujusmodis insuitatis Gr.

siquid inter legendum observavi, id minime mihi tacendum nec omittendum videtur. [Hic desinebat MS., dimidia sane oratione vixdum pertractata.]

FINIS TOMI QUINTI.

Londini imprimebat J. F. Dove, in Area quæ est Divi Joannis.


L 007 587 046 9

PA
3479
A1
1828
v.9

UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY

AA 000 538 397 1